

EPITOME

CANONVM CONCILIORVM,

HISTORIA OMNIVM CONCILIORVM,

HIS ACCESSIT.

CONTROVERSIA HISTORICA,

Collectore

F. GREGORIO DE RIVES,

Sacerdote Capucino.

LVGDVNI, 280

Sumpt. BENEDICTI CORAL, *in vico Mercatorio sub signo Victoriæ 1663*



EPITOME
CANONVM CONCILIORVM,

IN LOCOS COMMVNES PER ALPHABETVM digesta, ab Apostolis usque ad nos.

BREVIS HISTORIA
OMNIVM CONCILIORVM;

TVM GENERALIVM, TVM PROVINCIALIVM:
Cum subscriptionibus præcipuorum Patrum maximè Gallorum.

CONCILIABVLA

TVM SCHISMATICORVM, TVM HÆRETICORVM.

HIS ACCESSIT.

CONTROVERSIA HISTORICA.

ET PRO COROLLARIO,

DECLARATIO VOCVM DIFFICILIVM

IN HISTORIA ECCLESIASTICA.

Collectore F. GREGORIO DE RIVES, *Avenionensi Sacerdote Capucino.*



LVGDVNI

Sumptibus BENEDICTI CORAL, in vico Mercatorio, sub signo Victoriæ.

M. DC. LXIII.

[illegible] SVP[illegible]



Deus pacis contriuit satanam
Sub pedibus meis velociter



BEATISSIMÆ ET GLORIOSISSIMÆ VIRGINI

MARIÆ

ALMÆ DEI

GENITRICI.

Efficacibus ſuffragiis ſuis, Conciliorum

PROTECTRICI ET PROMOTRICI.

Fidei ſuæ, mira ſublimitate, in viatorum ſtadio, omnium credentium

VICTRICI

ILLIBATA, ET VNDEQVAQVE INTEMERATA PVRITATE,

De omni peccato Mortali, Veniali & Originali,

INVICTÆ TRIVMPHATRICI.

HANC CONCILIORVM EPITOMEN, D. D. D.

Humillimus & obſequentiſſimus ſeruus P. GREGORIVS, *Aueniouenſis Sacerdos Capucinus immeritus.*

FAVENTIBVS ſuffragiis tuis conceptum, inceptum, & peractum hoc opus, nunc tandem ſub tuæ regiæ maieſtatis illuſtri patrocinio prodit in lucem, ô Virgo ſanctiſſima & Deipara illibata. Tuum enim opus eſt, & tibi debitum. Tuum eſt quia ope tuâ præſtantiſſimâ fretus illud aggreſſus, eadem ope præſentiſſima adiutus ad finem vſque optatum feliciter porduxi. Tibi etiam debetur ratione præſtantiſſimæ excellentiæ tuæ, quam ego demiratus video materiam huius opellæ per aliquam analogiam, licet cum maxima inæqualitate, illi reſpondere. Quia ſcilicet hîc de Concilio quia hic de fide, quia hîc de moribus agitur.

Quia de Conciliis agitur in hoc libro. Sicut enim ſub tuo potentiſſimo præſidio, omnia Concilia à ſummo Pontifice coacta, & confirmata, & à Patribus habita & perfecta ſunt. Ita illorum hiſtoria à me tuo firmo patrocinio fuit me-

rito subiicienda. Quod autem omnia Concilia, te protegente & adiuuante, peracta sint & ad felicem exitum perducta, disco ab Ecclesia charissima filij tui sponsa, quæ à Spiritu sancto edocta, hoc tibi canit elogium. *Gaude Maria virgo cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo.* Singula quidem Concilia singulas hæreses condemnauerunt. At tu sola omnium victrix omnes interemisti, & de omnibus gloriosè triumphasti. Hoc autem à nobis verè dici non potest nisi simul asseramus tuis suffragiis Concilia contra hæreses fuisse congregata, tuis suffragiis, eadem è cœlo edocta hæreses condemnasse, & tuis suffragiis veritatem à Christianis agnitam, & hæreticos aduersus illam certantes, suo suffragio illis obsistente omnino periisse.

Sicut enim in terra degens Filium Dei nobis, ô Virgo immaculata dedisti, ita in cœlis triumphans Spiritum sanctum Ecclesiæ in Conciliis congregatæ, tuis orationibus, semper impetrasti. Ita & mihi seruulo tuo eundem spiritum obtinuisti cuius ductu opus hoc, licet immeritus, suscepi, &, te fauente, illi Colophonem adhibuj. Ad hæresum destructionem, & orthodoxorum consolationem. Ideo tibi tanquam de omnibus hæreticis gloriosæ triumphatrici omnino debetur.

Et quia doctrinam fidei in Conciliis agitatam, & determinatam complectitur hæc Epitome, qui magis debetur quam tibi? cuius fides omnium hominum & Angelorum fidem perfectione sua valde superauit. Cum enim fides in Charissimo filio tuo nunquam fuerit, post illum autem tu maior omnibus hominibus & Angelis effecta es, nullus ergo homo, aut etiam Angelus in via fidem aliquando habuit quæ tuæ comparata non valde inferior inueniatur. Si enim dignitati personæ à Deo electæ dona cœlestia commensurantur, quænam inter puras creaturas fidei capaces dignitas maternitati tuæ æqualis dari aut etiam concipi valeat: nulla ergo fides cum supremâ illa fide quæ matri Dei concessa est vnquam est conferenda. Si ergo fides secundum personæ excellentiam consideranda est, prima omnium & excellentissima est fides tua. Quod si ex efficacia & miris effectibus illius est perpendenda, verè possumus cum admiratione exclamare. O Virgo Deipara maxima omnium est fides tua, miracula enim ita sublimia producis, vt non tantum ordinem naturæ, sed etiam gratiæ iustificantis feliciter superent, & ipsum ordinem vnionis hypostaticæ mirificè attingant.

Hoc Spiritus sanctus, per os Elisabeth cognatæ tuæ, nos perspicuè docuit. Luc. 1. v. 41 Vt enim tuus discipulus Euangelista Lucas refert. *Repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me.... Et beata quæ credidisti quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Domino.* Non dixit beata quæ obediens fuisti, beata quæ te ancillam Domini dicendo humilis fuisti, sed *beata quæ credidisti,* quia præcipua dispositio ad ea quæ *dicta sunt tibi à Domino* per os Gabrielis Archangeli, præcipua inquam dispositio fuit virtus illa à qua omnes aliæ virtutes vt a fonte vberrimo & excellentissimo emanarunt. Maxima est fides tua, per quam digna effecta es vt in te adimplerentur ea quæ tibi prædixerat fidelis nuntius Domini; at inter alia hæc tibi prænuntiauerat, Luc. 1. v. 31. *Ecce concipies & paries filium & vocabis nomen eius Iesum, hic erit magnus & filius altissimi vocabitur,* Sed didicimus à sancto Paulo fidei magnitudinem ex eius efficacia cognoscere, 1. Cor. 13. v. 2. dum dicit. *Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam.* Quanta ergo fuit sublimis fidei tuæ stupenda efficacia, cùm non montes transtulerit, sed ipsum montium creatorem & Dominum è cœlo ad terram, è charissimo æterni Patris

sinu

ſinu, ad tuum virginalem ſinum attraxerit, & vt filius Patris æterni tuus eſſet filius mirabiliter obtinuerit.

Laudatur fides mulieris cuiuſdam Syrophenisſæ à dilecto filio tuo, à quo ita efficax agnoſcitur, vt propter illam concedat filiæ illius ſanitatem, quæ fuit libertario à dæmone; *O mulier* (inquit) *magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis, & ſa-* *Matth.15.*
nata eſt filia illius in illa hora. Ita etiam ſtatim ac ex fide tua quæ omnem fidem *v. 28.*
ſuperat, mira hæc verba pronuntiaſti, *Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum ver-* *Luc.1.v.38*
bum tuum, ſtatim (inquam) verbum diuinum maximam illam fidem tuam amans & approbans in ſacro Patris Æterni ſinu non voce humana ſed cognitione & cogitatione diuina dixit. O Virgo maxima eſt fides tua, & tunc, *Ver-* *Ioan. 1.*
bum caro factum eſt & habitauit in nobis, Et ſanitas, non vni puellæ Chananeæ ſed *v. 14.*
vniuerſo mundo eſt allata. Nec vna ſola Chananeæ filia à dæmonis poteſtate fuit *1. Ioan.3.*
liberata: Sed *in hoc apparuit filius Dei vt diſſoluat opera diaboli*, idque in toto *v.8.*
orbe terrarum.

Chariſſimus filius tuus poſtquam peccatricis pœnitentis lachrymas vberes laudauit dicens; *Hac autem lachrymis rigauit pedes meos*, & ardentem illius dile- *Luc. 7.* *v. 44.*
ctionem commendauit his verbis. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit mul-* *v. 47.*
tum. Tamen ad fœcundam tantæ dilectionis originem reſpiciens ita concludit, *Fides tua te ſaluam fecit.* O quanta fuit fides illius mulieris quæ ſalutis illius exor- *v. 50.*
dium fuit. Sed quanto maior fuit eximia illa fides tua, quæ noſtræ ſaluti præuia, tanquam aurora nobis præfulſit, & nos omnes per ſolem quem adduxit ſaluos fecit. Fides enim tua præ omnia alia aliorum hominum fide, ſolem iuſtitiæ ad nos efficaciter attraxit, ſolem inquam illum iuſtitiæ de quo ſcriptum legimus *Et ſa-* *Malach.4.*
nitas in pennis eius. *v. 2.*

Credidit Abraham Deo, ita vt ſit *Pater omnium credentium*, certè potiori iure, ô *Rom.4.v.3*
ſanctiſſima Dei mater vocanda es mater omnium credentium. Glorietur infelix Heua vocari à viro ſuo *Heua: eo quod mater eſſet cunctorum viuentium*, quod de vita *Gen 3.v.20*
corporea & miſeriarum plena dictum eſt. Ac quandoquidem, *Iuſtus ex fide viuit*, *Rom.1.v.17.*
ſed vitâ ſupernaturali, Mater Dei, mater credentium facta, verè eſt mater vitæ, & mater viuentium ex fide.

Quod ſi primum in quolibet genere eſt regula & menſura primaria omnium quæ ſub illo continentur: vt motus cœli ſeu duratio illius menſura eſt omnis durationis ſucceſſiuæ, omnis temporis ſublunaris. O Virgo ſacra, Virgo amicta ſole, ſub pedibus lunam habens, cœleſtis illa & primaria fides, quæ in te ſupra omnem fidem ſplendida fulget vt primaria eſt, ita radiis ſuis conſpicua, tanquam regula fidei noſtræ nobiliſſima nobis proponitur, ita vt excellentior ſit illa fides ſiue inter homines ſiue inter Angelos, quæ ad fidem in corde tuo lucentem, & ardentem magis accedit. Et non aliter Eccleſia Chriſti ſponſa credit, quam reuelatum eſt matri. Tibi ô ſublimis Deipara vbertimè & clarè eſt demonſtratum, id quod ſponſæ filij tui dilectæ per partes in variis Conciliis, prout exigebat neceſſitas, eſt deinde patefactum. Ita dogmata fidei in Conciliis declarata, & in hoc opere collecta, quæ tuo patrocinio firmiſſimo humiliter concredo, pars aliqua & tenuis portio ſunt excellentiſſimæ illius cognitionis, quæ tibi copioſiſſimè & pleniſſimè conceſſa fuit.

Sanctus Lucas Euangeliſta pius Maieſtatis tuæ Cancellarius fideliter narrauit nobis, quam perfectè myſteriorum fidei cognitione vſa es. O excellentiſſima fidei magiſtra. Dicens, *Et mater eius conſeruabat omnia verba hæc in corde* *Luc.2.v.51* *v. 19.*
ſuo.

ſuo. Et melius in eodem capite *Maria conſeruabat omnia verba hac conferens in corde ſuo.* Quia tot radios fidei, tot lumina præſentia conſeruabat, & myſteriorum præſentium cognitionem cum memoria præteritorum, & futurorum reuelatione iungens augebas in corde tuo Seraphico, & pluſquam Seraphico, ſplendorem ſimul & ardorem. Fac ô Dei amantiſſima parens Virgo Maria tuis meritis ſimul & ſuffragiis, vt tot dogmata in hac Conciliorum ſynopſi adunata & inter ſe collata, ſimul diuinum amorem in corde meo, & omnium fidelium ſemper magis ac magis accendant, vt, tui imitatione, diuino amore ſuccenſi, omnes exardeſcamus.

Si à dogmatibus fidei in hac Epitome collectis ad moralia documenta, & morum doctrinam in hoc opere ex Conciliis excerptam, & ordinatam me transfero, nullam aliam inter puras creaturas ſiue humanas ſiue Angelicas inuenio aut inuenire valeo, cui hoc opus dedicare debeam potius quam tuæ, etiam à primo vitæ momento, immaculatæ maieſtati. Quidquid enim honeſtum, quidquid decorum, quidquid ſublime, quidquid religioſum, quidquid pium Eccleſia in Conciliis congregata circa Chriſtianorum mores ſanciuit, Id totum in te, ô Virgo puriſſima, ô Mater Dei ſanctiſſima, ô Chriſtianorum, perfectum, & præcipuum, poſt Chriſtum, exemplar perfectiſſimè refulgens. Sed ita eximiè, vt Eccleſia quæ Chriſtum Ieſum tuum agnoſcit eſſe ſolem iuſtitiæ, te, canendo quotidie, dicat ſpeculum iuſtitiæ. Sicut enim nubes ad modum ſpeculi diſpoſita, & Soli ſplendenti, vt alius Sol eſſe videatur; cùm tamen illa non ſit niſi ſpeculum Solis, quod à philoſophis parelium, à vulgo autem alius Sol appellatur. Ita & tu, ô Virgo ſanctiſſima omni virtutum ſplendore es ornata, quia à Sole iuſtitiæ te efficaciter aſpiciente es vberrimè illuminata & copioſiſſime illuſtrata. Vnde non eſt mirum ſi gratiarum quæ in te innumerabiles ſunt originem aſſignare, & cauſam deſignare volens in miro illo tuo Cantico eucharistico dixiſti. *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Ita enim benignè, ſed & potenter, ô Virgo puriſſima te Sol iuſtitiæ reſpexit; vt te quaſi alium ſolem effecerit, ſimiles illis primis ſolaribus radiis, radios oculis noſtris exhibentem. Quot enim virtutes in te ſunt, tot ſunt radij, qui te admirabilem magis quam imitabilem nobis proponunt. Quæ ergo virtus deſignari, vel animo concipi, aut à Conciliis commendari, deſcribi aut imperari valeat, quæ in te non eximiè reſplendeat.

Luc.1.v.48

Sed quando in te tantus ille ſplendor primùm refulſit, certè quando te benignè filius Dei primò reſpexit. Ideo enim luces vt Sol, quia te Sol amicè reſpexit, & tunc incepiſti lucere quando te cœpit reſpicere. Sed vt iam ferè omnes Catholici credunt in primo inſtanti tuæ conceptionis te benignè aſpexit Sol iuſtitiæ. Ergo à primo inſtanti tuæ conceptionis fuiſti ſpeculum ſine macula ſolis iuſtitiæ & immaculatum ſpeculum iuſtitiæ.

Mater Tobiæ iunioris de illo obedientiſſimo, obſequentiſſimo, & officioſiſſimo filio vbi mira dixit præconia, illa omnia his verbis concluſit & incluſit. *Omnia ſimul in te vno habentes.* O Mater Dei ſanctiſſima & beatiſſima de tuo tuique amantiſſimo & beneficiis innumeris te cumulante filio, melius dicere potes, omnia ſimul in te vno habens. In illo enim habes lumen oculorum tuorum, ſolem tuum qui te benignè à primo inſtanti vitæ tuæ reſpexit & in alium ſolem transformauit. Habes in illo tuum Paſtorem,

Tob. 10. v. 5.

rem, valde ſollicitam, Medicum tuum officioſiſſimum, Sacerdotem puriſſimum, Regem æquiſſimum, & Magnorum opificem te mirabiliter ſanctificantem.

Paſtor tuus eſt, qui alias fidelium animas è lupi faucibus eripuit, te autem quaſi ouiculam præ cæteris vnicè dilectam, ab ipſo tuæ vitæ initio in ſinu ſuo fouit, geſtauit, & ab omni malo perfectiſſimè præſeruauit; Alios in conceptione momordit ſerpens, quos deinde paſtor animarum noſtrarum in baptiſmo lauit, & redeuntem ſub pedibus illorum contriuit, vt ſanctus Paulus optat fidelibus Romanis euenire, ita enim illius ad Romanos ſcribentis deſiderium in epiſtola eius legimus expreſſum. *Deus autem pacis conterat ſatanam ſub pedibus veſtris velociter.* At quod Chriſtianis ætate prouectis poſtulat fieri Gentium Apoſtolus, id tibi à Filio Dei, filio tuo futuro factum eſt. Nam dùm in primo vitæ tuæ exordio ſatanas, ille ſerpens antiquus tuo inſidiaretur Calcaneo, ille Deus pacis & pax noſtra contriuit ſatanam ſub pedibus tuis velociter, te ab omni morſu præſeruans, quod enim aliis fidelibus deſideratur, tibi modo excellentiori conceſſum eſſe non eſt dubitandum, Idque velociter, ſcilicet in primo tuæ conceptionis inſtanti, Deus enim pacis noluit expectare ſecundum inſtans: ſed in primo inſtanti ſatanam contriuit, & pacem ſimul cum anima in tuum corpuſculum introduxit. Rom. 16. v. 20.

Filius tuus ſupremus eſt medicus qui è cælo ad terram deſcendit, vt homines à morbis, à quibus detinebantur omnino liberaret, certè non decet vt illi poſſit hoc exprobrari, *Medice cura te ipſum, quanta audiuimus facta in Capharnaum fac & hic in patriâ tuâ.* Quanta enim fecit in cælo, quod eſt Capharnaum id eſt villa conſolationis; Ibi enim angelos antequam per gloriam introducti eſſent in vrbem regiam paradiſi, dùm adhuc eſſent in via, in villa gratiæ, in primo ſuo ortu per gratiæ infuſionem ab omni peccato præſeruauit: & quod eſt mirum mira illa præſeruatio in primo inſtanti creationis, dæmonibus ipſis conceſſa eſt, *fac & hic in patria tua.* Saltem in Chariſſimâ matre tuâ. Medici pro aliis medicinas componunt purgatiuas, pro matribus autem propriis, præſeruatiuas; ita filius tuus infirmos curauit, mortuos ſuſcitauit, & in corpore & in ſpiritu, te autem & à morte ſpirituali, & ab omni animæ infirmitate feliciſſimè præſeruauit. Luc. 4. v. 23.

Summus Sacerdos eſt filius tuus, tu autem ſanctuarium in quo, *ingrediens in mundum*, ſeipſum in ſacrificium Patri æterno, ex ſumma Charitate, in primo inſtanti in quo anima eius corpori vnita eſt, obtulit, vt ex S. Paulo & regio Pſalte diſcimus. At in ſancta ſanctorum (quorum puritas tuæ valdè inferior eſt) ſolus ſummus Pontifex (& eſt mirum) tantum ſemel in anno ingredi poterat ex hominibus; ex cœtu autem angelorum vnus tunc aderat Deum repræſentans. Quis ergo credat in ſanctuarium animæ tuæ, & corporis tui, cuius illud prius tantum figura erat, dæmonem, permittente Deo, aliquando fuiſſe ingreſſum, & illud ad libitum contaminaſſe. Nec puritati tuæ illibatæ, & Santitati tuæ primigeniæ derogant hæc pſalmiſtæ verba *Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.* Quæ allegoricè ſumpta tibi, ô Dei ſanctuarium rectè conueniunt, non enim inde eliciendum te prius ſub peccato fuiſſe poſitam, tum fuiſſe ſanctificatam; Nam de ſeipſo eodem modo locutus eſt puriſſimus filius tuus, dum ait. *Quem Pater ſanctificauit, & miſit in mundum*; & tamen ſub peccato Hebr. 10. v. 5. Pſal. 39. v. 7. Hebr. 9. v. 7. Pſ. 45. v. 5. Ioan. 10. v. 36.

é numquam

numquam fuit, nec esse potuit, quia sanctificatio potest in primo momento vitæ fieri, vt facta est in Christo, in Adamo, Heua, & Angelis.

Tu es templum, in quo Christus Iesus fuit Sacerdos, & victima, & Deus, cui ipse summus Sacerdos, & victima, se obtulit. Scriptura sacra vbi enarrauit sacrilegum Antiochi Epiphanis in templum Dei ingressum, dùm mille & octingenta talenta è templo abstulit, addit hæc verba. *Verum non propter locum gentem: sed propter gentem locum Deus elegit. Ideoque & ipse locus particeps factus est populi malorum: postea autem fiet socius bonorum.* Sic non propter Mariam Iesum, sed propter Iesum Mariam Deus elegit; vt scilicet Maria esset templum Iesu, & ideo super omnes creaturas Maria facta est particeps passionum Christi, sed etiam supra omnes creaturas particeps esse debet puritatis illius, & nullo modo expoliationi aut prædæ tyranni infernalis, peioris Antiocho, debuit vnquam patere. At si aliquando pollutum fuisset hoc eximium præ omnibus templum Dei, minus particeps fuisset puritatis Christi, quam alia, scilicet angelica templa, quæ nullam vnquam habuerunt impuritatem.

2. Machab. 5. v. 19.

Vnigenitus filius tuus Rex est, at reges dum leges condunt vsque ad reginas, in iis quæ odiosa sunt, non solent extendere. Numquid Assuerus Rex Persarum Reginam Esther coniugem suam maiori complectebatur amore, & maiori honore dignam esse voluit, quam te, ô Sanctissima Deipara, cæli & terræ Sanctissima Regina, filius tuus dilectus. At Regina Esther dum trepida ad regem non vocata perrexisset, & legem hoc vetantem considerans valdè pertimesceret, audiuit Regem eam in animi deliquium propter hoc lapsam his verbis erigentem. *Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere. Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.* Nam si decet clementia Reges, eam maximè erga sponsum & matrem exerceri conuenit. Ergo seueræ leges illæ pro omnibus constitutæ pro omnibus quidem, sed non pro regina latæ sunt. Nam in odiosis legibus sub nomine omnium regina non debet includi.

Esth. 15. v. 12.

Abraham pater credentium, orans supremum Regem regum, vt iram suam contra Sodomam valdè accensam compescere dignaretur, hanc illi affert rationem, quod scilicet in ea vrbe, licet pessima, forsitan quinquaginta iusti reperientur, & ideo petit vt propter quinquaginta iustos tota ciuitas à malo, illi aliunde iustè debito, præseruetur. Ita autem Deum interpellat. *Qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc:* nequaquam perdes vrbem in qua quinquaginta iusti homines inuenientur. Quid ergo de te, ô Beatissima virgo, quæ es ciuitas regia, in qua mansit & regnauit secundum diuinitatem & humanitatem, & manet & regnat semper secundum diuinitatem Iustus, & sanctus, & omnis iustitiæ & sanctitatis exemplar, & origo Iesus dulcis tuus natus, Nonne ille plus est quam quinquaginta iusti. Si Dauidi regi olim dictum est: *Tu pro decem millibus computaris*, quia Rex erat. Quid de Rege Regum, de rege hominum & Angelorum, dicemus, nonne melior est quam decem millia, imò centum millia iustorum. Si ergo propter quinquaginta iustos Sodoma, Abrahamo id postulante & Deo annuente, debet, quamuis flagitiis plena, à malo seu à supplicio illi debito præseruari, quid de te dicemus, ô Beata virgo, quæ es ciuitas Dei, ciuitas quam altissimus ædificauit, & in quâ sanctus sanctorum natus est, & in ea nouem mensibus habitauit, & non solum in ea,

Gen. 18. v. 25.

2. Reg. 18. v. 3.

sed

sed ex ea natus est, & ex ea formatus est. Certè sicut primus Adam formatus est è terrâ nondum maledictione Dei, nec peccato hominis, nec effusione cruenta & iniusta sanguinis Abel iusti, maculata. Ita decuit vt secundus Adam de Virgine quæ secundum corpus & secundum animam erat omnino immaculata, sanctissimè formaretur. Si Deus pepercit vrbi Segor eamque à malo quod illi iustè debebatur misericorditer præseruauit, quia Lot iustus ad eam ire volebat, cur Deus hoc idem denegabit beneficium ciuitati suæ ad quam ire & ex qua corpus suum formare decreuerat. In die iudicij, *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.* Quia Deus iratus veniet, ideo ignis vindicatiuæ iustitiæ deseruiens præcedet aduentum eius in orbem terrarum, & perdet omnes inimicos Dei de terra ad quam Deus postea venturus est. Ita in primo Christi aduentu ignis amoris præcessit, & totum cor tuum & animam sanctis ardoribus inflammauit, & totas in circuitu animæ potentias, vt esset dignus Dei hominis locus, & ita te ab omni impuritate Deus per illum sanctum ardorem præseruauit, ita vt in te melius impletum sit id quod vrbi Ierusalem promissum fuerat. *Et ego ero ei, ait Dominus murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius.* seu, vt discimus ex Hebraico textu, *in gloriam ero in medio eius.*

Gen.19.v.22 — Ps.96.v.3. — Zach.2.v.5.

Ille qui ex te mirabiliter nasci voluit potentissimus fuit, patrator mirabilium, sed præcipuè in iis quæ ad sanctitatem pertinent. Idcirco in tuo suaui cantu Eucharistico, ita excellenter cecinisti, *Beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.* Ergo qui potens est, & sanctus fecit potentiam in brachio suo, & fecit tibi magna in eis quæ spectant ad sanctitatem. At magna in materia sanctitatis, voco præseruationem singularem ab omni impuritate etiam originali, omnibus hominibus communi, vt in materia salutis corporeæ, grandia significant præseruationem à malo quod omni populo Israëlitico erat commune tempore captiuitatis Babylonicæ, cùm enim ab illis eximi desideraret Propheta Baruch audiuit Deum his verbis illum corripientem, *Ecce quos ædificaui ego destruo: & quos plantaui ego euello, & vniuersam terram hanc: & tu quæris tibi grandia? noli quærere.* Quia matris Dei non prophetæ priuilegium est eximi à lege omnibus communi, quod tamen in malis quæ corpus affligunt, non est tibi concessum. Quia te Deus præsciuit, & prædestinauit conformem fieri imaginis filij tui, Ideo filius tuus qui dolores & labores nostros amplexus est, te illorum participem effecit. Sed si quæstio est de malis quæ animas hominum solent afficere. *Fecit tibi magna qui potens est, & sanctum nomen eius*, Eximens te ab omni captiuitate diabolica, & ab omnibus malis, quæ illam in anima solent comitari.

Luc.1. — Ier.45.v.4 — Rom.8.

Cuius ergo patrocinium huic operi procurare debeo aliud, à tuo, ô Mater Dei potentissima. Nam hîc oculis fidelium proponuntur Concilia, quæ tuis felicibus auspiciis hæreses contra Ecclesiam insurgentes, exactè iudicauerunt, authenticè condemnauerunt & penitus interemerunt, & sub iisdem auspiciis perseuerantibus in hoc libro interimere non cessabunt, quia cunctas hæreses tu sola interemisti in vniuerso mundo.

Agitur hîc de fide orthodoxa, quæ in Conciliis declarata breuiter hîc fidelium oculis subiicitur, & dogmata illius compendiosè ordinantur. Tibi ô Mater credentium hæc materia offerenda est, ob excellentissimam fidei

tuæ ſublimitatem quæ omnem fidem ſuperat hominum & Angelorum.

Hic tractatus eſt etiam de bonis moribus, ſeu de Conciliorum admi-
Cant.6.v.9 randis circa bonos mores decretis, cui autem potius offerri debent quam tibi quæ in ſanctitate es, *pulchra vt Luna, electa vt Sol*, & vt ex textu originali diſco pura, & munda vt Sol, & *terribilis vt caſtrorum acies ordinatas* ſemper inuicta & vincendo orta. Imo parum eſt dicere te ab omni peccato mortali, veniali & originali fuiſſe immunem, maiora tibi debentur elogia: ſcilicet te à primo tuæ conceptionis inſtanti fuiſſe omnium virtutum radiis, omnium gratiarum ſplendoribus excellentiſſimè fulgentem. Sub tuum ergo præſidium confugiens labores meos, ſeu tuos potius quam meos defero, tuo patrocinio ſubmitto & tuo auxilio fretus in vſum publicum emitto, & ſicut ſponſæ Chriſti Iudicio, ita & matris illius protectioni me, & omnia mea trado. Fac ô Sanctiſſima Virgo Deipara, vt hoc opus, & omnes meæ cogitationes, locutiones, & actiones tuis potentibus ſuffragiis, ad gloriam Dei, & ad animæ meæ, & aliarum omnium animarum ſalutem proſpere deriuentur.



AD LECTO



AD LECTOREM.

OMNIVM Conciliorum, tum Generalium, tum Prouincialium quotquot ex Seuerino Binio haberi potuerunt Canones, in Epitomen ordine alphabetico ad commodiorem vsum redegi: eiusdemque Binij obseruato ordine Canones qui dicuntur Apostolorum à Clemente Romano Græcè conscriptos, Dionysio exiguo Latino interprete, præposui (licet à quibusdam apocryphi dicantur) quoniam plures eos recipiunt, & SS. Patres eorum Sententias Synodali authoritate, roborauerunt, & inter Canonicas posuerunt constitutiones; sed ex 84. Canonib. qui eis adscribuntur, 50. tantum priores, ab antiquis Pontificibus, Conciliis, & Patribus velut authentici recipiuntur, reliqui posteriores à Gelasio I. inter apocripha recensentur, tùm quod eorum auctor ignoretur, tùm etiam quod ex illis, quosdam à Græcis dolosè suppositos, & superadditos, quosdam ab hæreticis suppositos esse ex Can. 65. & vltimo euidenter constet. Canone enim 65. prohibet ieiunium Sabbati contra traditionem Apostolorum vt probat Baronius an. 102. num. 15. & Canon. 84. inter libros Canonicos, constitutiones, & Epistolas Clementis addit, qui inter apocryphos ab omnibus Conciliis, & Patribus communi sententia reiiciuntur; Apocalypsim autem à Græcis reiectam, ab antiquissimis autem, Conciliis ac Patribus, vniuersaque Ecclesia receptam, eidem sacræ Scripturæ Canoni fraudulenter adimit, 50. priores Canones dumtaxat transcribimus.

Canones Conciliorum Gallorum, ex Iacobo Sirmundo seu ex eius compendio collegi, quibus addidi quædam alia Concilia distinctis libellis reperta, Aquense nimirum, an. 1585. Aueniomense 1594. & Narbonense an. 1609. prodierunt etiam alia Concilia Gallicana, quæ ad manus nostras nimis serò peruenerunt, horum historiam suo loco & anno descripsimus, Canones autem non potuimus, tùm quod occurrerunt nobis, cùm hic liber sub prælo esset, tùm etiam quod nihil noui haberent, & essent velut repetitiones Canonum Concilij Tridentini, quos hæc Concilia recipere intendebant. Quodlibet Decretum Concilij Lateranensis anni 1512. variis Canonibus seu numeris distinxi cum nota sessionis, vt facilius inueniatur. Concilium Tridentinum in materia fidei, doctrinam Ecclesiæ quibusdam Capitib. exponit, vnde subsequenter Canones seu anathematismos elicit, quos dumtaxat transcripsi. Quædam Concilia (Germanica potissimum) multis capitibus, varias habent exhortationes ad Principes, admonitiones ad Clerum, & Institutiones ad populum, quibus omnibus prætermissis, obseruaui cùm verbis huiuscemodi vterentur, sancimus, ordinamus, præcipimus, inhibemus, aliisque modis imperatiuis, ac subsequentia verba vt decreta, & Canones transcripsi, plerique Canones breuiter expediti, sed tamen sufficienter, fideliter (quantum licuit) expressi sunt, ita vt sensus & intentio Concilij dilucidè percipi possit, sed videamus quid nomine Canonis, quid nomine Concilij & Synodi intelligat Isidorus Mercator.

Canon (inquit) Græcè, Latinè Regula nuncupatur, Regula autem dicta, quod rectè ducit, nec aliquando aliorsum trahit, alij dixerunt Regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam rectè viuendi præbeat, siue quod distortum, prauumque quid corrigat, synodum autem dicunt ex Græco interpretari Comitatum, vel cœtum. Concilij vero nomen tractum ex more Romano, tempore enim quo causa agebatur, conueniebant omnes in vnum communique intentione tractabant, vnde & Concilium à communi intentione dictum quasi Consilium, & Con-

ſilium quaſi conſidium d. in l. litteram tranſeunte , vel Concilium dictum ex communi intentione, eo quod in vnum omnes dirigant mentis obtutum , cilia enim oculorum ſunt, vnde & qui ſibimet diſſentiunt , non agunt Concilium quia non ſentiunt vnum. Cœtus verò Conuentus eſt, vel Congregatio à coëundo, id eſt, conueniendo in vnum, vnde Conuentus eſt nuncupatus quod omnes ibi conueniant, & ſicut Conuentus cœtus, ſic Concilium dicitur à ſocietate multorum in vnum.

In Concilio Chalcedonenſi, vniuerſa petente Synodo, ab Imperialib. Iudicib. ſtatutum eſt, vt vbique ceſſarent quæcumque Imperatorum pragmatica quæ in detrimentum Canonum facta eſſent in quibuſcumque Prouinciis.

Cùm autem Conciliorum determinatio vox ipſa ſit Dei, & ſolus Pontifex Romanus, poteſtatem habeat conuocandi Concilia præſertim Generalia , eius Decreta confirmandi, eorumdemque dubia declarandi ; ipſique Canones Conciliorum abſque ſummi Pontificis confirmatione , nullam habeant infallibilem veritatem, nec robur, ac authoritatem, vt ab omnibus indiſtinctè obſeruentur, breuem Tractatum de Primatu Romanæ Eccleſiæ præmiſimus.



TRACTA



TRACTATVS DE PRIMATV ROMANÆ ECCLESIÆ.

SI difficile, (*Deut.v.* 17.ỷ. 8.) & ambiguum apud te Iudicium esse perspexeris inter sanguinem, & sanguinem, & causam, & causam, & Iudicum intra portas tuas videris verba variari, surge, & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus: Veniensque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint, qui præsunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram; qui autem superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israël, cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.

103. Anacletus *dist.21. cap. innouo, dist. 22. cap. sacros.* Sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis sed ab ipso Domino Saluatore nostro primatum obtinuit, sicut ipse B. Petro Apostolo dixit [tu es Petrus & super] ergo hæc Apostolica sedes cardo & capu omnium Ecclesiarum à Domino, & non ab alio est constituta, & sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctæ Sedis authoritate omnes Ecclesiæ Domino disponente, reguntur. Igitur si quæ causæ difficiliores inter vos ortæ fuerint, ad huius S.Sedis apicem, quasi ad caput referte, vt Apostolico terminentur iudicio.

203.Zephirinus *2.q.6.cap.ad Rom.* AdRomanam Ecclesiam ab omnibus maximè tamenab oppressis appellandum est, & concurrendum quasi ad matrem vt eius vberibus nutriantur, authoritate defendantur, & à suis opptessionibus releuentur, quia non potest nec debet obliuisci mater filium suum. Iudicia enim Episcoporum, maioresque Ecclesiæ causæ à Sede Apostolica, & non ab alia sunt terminandæ, quia licet in alios transferantur Episcopos, Beato tamen Apostolo Petro dictum est, quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis.

221. Callistus, *dist. 12. Cap.non decet.* Non decet à capite membra dissidere, sed iuxta sacræ Scripturæ testimonium omnia membra caput sequantur. Nulli vero dubium est quod Apostolica Ecclesia mater sit omnium Ecclesiarum à cuius nos Regulis nullatenus conuenit deuiare, & sicut Dei filius venit facere voluntatem Patris sui, sic & vos voluntatem vestræ implete matris, quæ est Ecclesia. Quidquid ergo sine discretione iustitiæ contra huius disciplinam actum fuerit, ratum habere nulla ratio permittit.

238. Fabianus. Si in rebus sæcularibus suum cuique ius & proprius ordo seruandus est, quanto magis in Ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio? quod hac obseruatione seruabitur, si nihil potestati, sed totum æquitati tribuitur. Si quis Iudicem sibi aduersum senserit, vocem appellationis adhibeat, appellantem autem non debet afflictio vlla, aut detentionis iniuriare custodia, sed liceat appellatori, vitiatam causam, appellationis remedio subleuare; liceat etiam in causis criminalibus appellare, nec vox appellationis denegetur ei, quem in supplicium sententia destinarit. Pulsator ante suum iudicem causam dicat, & non ante suum iudicem pulsatus, si voluerit taceat, & vt pulsatis quoties appellauerint induciæ dentur, nec quemquam non à suo iudice dicta sententia constringat.

132. Sixtus vniuersalis Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus, &c. *2.q.6.Cap.si quis vest.* Si quis vestrum pulsatus fuerit in aliqua aduersitate, licenter hanc S. & Apostolicam appellet Sedem,

& ad eam quasi ad caput suffugium habeat, ne innocens damnetur, aut Ecclesia sua detrimentum patiatur. Si autem necesse ei euenerit, eamque minimè appellare voluerit; & vocatus tamen ab hac sancta Sede fuerit, non renuat venire, sed confestim vt ei nunciatum fuerit venire, venire festinet, & causas pro quibus vocatus prudenter disponat, atque si fuerit necesse aliquid corrigere, cum his quos primos hîc inuenerit corrigat, ad Ecclesiam tamen suam non prius reuertatur, quam hinc litteris Apostolicis, vel formatis pleniter instructus, atque purgatus sit, si fuerit vnde, vt postquam domum reuersus fuerit, cognoscant vicini sui qualiter hîc aliorumque causam finiri, &c. Si quis autem aliter agere præsumpserit, sciat censuram huius Sedis cum omnibus membris suis sibi non deesse venturam, & sicut egerit ita recipiet.

325. Siluester, *2.q.3. C. Nemo Iud.* Nemo iudicabit primam Sedem, iustitiam temperare desiderantem, neque enim ab Augusto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo Iudex Iudicabitur.

337. Iulius. Habet sacrosſ. Rom. Ecclesia potestatem singulari sibi priuilegio concessam, aperire & claudere ianuas Regni cœlestis quibus voluerit.

492. Gelasius *2.q.3. cuncta per.* Cuncta per mundum nouit Ecclesia quod sacrosſ. Romana Ecclesia, de omni Ecclesia fas habeat Iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare Iudicio, si quidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo est appellare permissus. Sed nec illa præterimus, quod Apostolica Sedes sine vlla Synodo præcedente exoluendi quos Synodus iniqua damnauerit, & damnandi nulla existente Synodo, quos oportuit, habeat facultatem; & hæc nimirum, pro suo Principatu quem B. Petrus Apost. Domini voce & tenuit semper & retinebit.

498. Symmachus vniuersis Episcopis *ibid cap. aliorum.* Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminare, sacro vero sanctæ Sedis Rom. Præsulem suo, sine quæstione reseruauit arbitrio: voluit B. Petri Successores cœlo tantum debere innocentiam, & subtilis discussoris indagini inuiolatam exhibere conscientiam.

540. Vigilius *2. q.6. qui se scit.* Qui se scit nulli vel tenuiter scienti, vel pleniter sapienti dubiũ est, quod Ecclesia Rom. fundamentũ & forma sit Ecclesiarum à quo omnes Ecclesias principiũ sumpsisse, nemo rectè credentium ignorat: quoniam, licet omnium Apostolorum par esset electio, B. Petro tamen concessum est, vt cæteris præemineret, vnde & Cephas vocatur, quia caput & primus est omnium Apostolorum; & quod in capite præcessit, in membris sequi necessum est, quamobrem Sancta Rom. Eccl. eius merito Domini voce consecrata, primatum tenet omnium Ecclesiarum, ad quam tam sancta Episcoporum negotia atque querelæ atque iudicia, quam & maiores Ecclesiarum quæstiones, quasi ad caput semper referendæ sunt, nam & qui se scit aliis esse Præpositum, non molestè ferat aliquem sibi esse Prælatum. Ipsa namque Ecclesia quæ prima est, ita reliquis Ecclesiis vices suas credidit largiendas, vt in partem vocatæ sint sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde omnium appellantium Sedem Apostolicam, Episcoporum iudicia, & cunctarum maiorum negotia causarum, eidem sanctæ Sedi reseruata esse liquet; præsertim cùm in his omnibus eius semper sit expectandum consilium, cuius tramiti si quis obuiare tentauerit Sacerdotum, causas se non sine honoris sui periculo, apud eamdem sanctam Sedem nouerit redditurum.

600. Gregorius seruus seruorum Dei, omnibus Episcopis per diuersas Prouincias constitutis; Diuinis præceptis & Apostolicis saluberrimis incitamur monitis, vt pro omnium statu impigro vigilemus affectu, & quia cunctarum, dispositione diuina, Ecclesiarum curam gerimus, omnibus poscentibus suffragia, Apostolica authoritate subuenire optamus, quoniam diuinæ virtutis & infirmitatis humanæ sanctio est, vt omnium Ecclesiarum negotia, ad nostræ reparationis tendant effectum. Quapropter has ad vos litteras destinamus, in quibus decreto nostro mandamus vt nihil prius de eo quod ad finum sanctæ Rom. confugit Ecclesiæ, eiusque implorat auxilium decernatur, quam ab eiusdem Ecclesiæ fuerit præceptum authoritate; quæ vices suas ita aliis impartiuit Ecclesiis, vt in partem sint vocatæ sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis; si autem à quoquam secus præsumptum fuerit, ab officio Cleri submotus, Apostolicæ authoritatis reus ab omnibus iudicetur.

Idem, *dist. 12. Cap. præceptis.* Præceptis Apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam quæ à Sancta Rom. & Apost. authoritate iussa sunt, salutiferè impleantur, si eiusdem sanctæ Ecclesiæ quæ est caput vestrum, communionem habere desideratis. Non nouum aliquid præsenti iussione præcipimus, sed illa quæ olim indulta videntur firmamus, cùm nullum dubium sit quod non solum Pontificalis accusatio, sed omnis sanctæ Religionis relatio ad Sedem Apostolicam, quasi ad caput Ecclesiarũ debeat referri, & inde normam sumere, vnde sumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omittere, cuius authoritatis sanctionem

omnes

omnes teneant Sacerdotes qui nolint ab Apostolica, super quam Christus vniuersalem fundauit Ecclesiam, solidate diuelli.

Item, *dist. 19. Nulli.* Nulli fas est vel velle vel posse transgredi Apostolicæ Sedis præcepta, nec eius dispositionis ministerium, quod omnium sequi oportet charitatem, sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter Sacerdotes habeat, sed extorris à sancto ministerio fiat, nec de eius iudicio quisquam postea curam habeat, quoniam iam damnatus à sancta & Apostolica Ecclesia, eiusque authoritate pro sua inobedientia, atque præsumptione à quoquam esse non dubitatur, &c. Sit ergo alienus à diuinis & Pontificalibus officiis qui noluit præceptis obedire Apostolicis. Si quis super his nos arguere voluerit, aut extra authoritatem facere contenderit, veniet ad Sedem Apostol quò omnia Ecclesiastica negotia de quibus quæstio habetur, confluere iussa sunt, vt ibi antè confessionem S. Petri mecum iustè decertet, quatenus inibi vnus ex nobis sententiam suscipiat.

Nicolaus omnibus Episcopis *17. q. 6. nemini.* Nemini licitum est de Sedis Apostolicæ iudicio iudicare, aut illius sententiam retractare permissum, videlicet propter Romanæ Eccl. primatum, Christi munere in Petro Apostolo diuinitus collocatum.

255. Cæcilius Cyprianus *20. quæst. 1. loquitur.* Loquitur Dominus ad Petrum [Ego dico tibi quia tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam] super vnum ædificat Ecclesiam, & quamuis Apostolis omnibus post Resurrectionem suam, parem potestatem tribuat & dicat [sicut misit me Pater & ego mitto vos, accipite Spiritus S.] tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua authoritate disposuit, hoc erant vtique cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio prædıti, & honoris, & potestatis, sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt Ecclesia Christi vna monstretur, quam vnam Ecclesiam etiam in Cant. Cant. Spiritus S. ex persona Domini designat & dicit [vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ] hanc Ecclesiæ vnitatem, & B. Apost. Paulus docet Sacramentum vnitatis ostendit dicens, [vnum corpus & vnus Spiritus, vnum baptisma, vnus Deus] quam vnitatem tenere firmiter & vindicare debemus, maximè nos Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus, vt Episcopatum quoque ipsum vnum atque indiuisum probemus, nemo fraternitatem fallat. Idem ibid. Episcopatus vnus est cuius à singulis à solidum pars tenetur, Ecclesia vna est quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo solis multi radij sunt sed lumen vnum & tami arboris multi sunt, sed robur vnum tenaci fundatum radice, & quomodo de fonte vno riui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen seruatur in origine: auelle radium Solis à corpore, diuisionem lucis vnitas non capit, ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit, à fonte præcide riuum, præcisus arescit, sic & Ecclesia luce Domini perfusa, per orbem totum radios suos porrigit, vnum tamen est quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis separatur. Ramos suos in vniuersam terram copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos latius pandit, vnum tamen caput est & origo vna, & vna mater fœcunditatis, successibus copiosa, adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est, & pudica, vnam domum nouit, vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Idem ibid. Alienus est, prophanus est, hostis est, habere non potest Deum Patrem qui vniuersalis Ecclesiæ non tenuerit vnitatem.

1265. 1420. Scripserunt de hoc Ecclesiæ primatu superiori ætate D. Thom. opusc. contra errores Græcorum, D. Antonin. 3. par. sum. Card. Turrecremata lib. 2. sum. Thomas VVald. lib. 2. de Doct. fidei & Patrum. Ac nostra ætate Cardinales Caietanus Roffensis, Contarenus Polus, Osius, & alij variorum ordinum, Catharinus, Ecchius, Pighius, Ioann Faber. Iacob. Latomus, Cochleus, Campeius, Ioan. Ant. Delphinus, Petrus à Soto, Alphonsſ. de Castro, Alanus Copus, Melchior Canus, Ioan. à Louanio, Francisc. Turrianus, Remund. Ruffus, Nicolaus Sanderus erud. 8. lib. de visib. Monarch. Eccl. nouissimè autem Eminentissimi Cardinales Baronius, Bellarm. & alij Theologi quam plurimi copiosissimè simul, & solidissimè ostenderunt ex sacris litteris, ex antiquis Conciliis & Apostolicis decretis, ex antiquissimis Patribus ex probatissimis Ecclesiæ Doctoribus ex legibus denique publicis, & approbatis historiis rem hanc ita clarè deduxerunt, vt de ea nemo amplius dubitare queat, nisi qui per hæresim & rebellionem penitus est subuersus ac iudicio proprio (vt ait Apost.) condemnatus, &c. Ipse Dominus & Saluator noster Ies. Ch. in singulam prærogatiuam sic loquitur in Euang. ad Petrum. Beatus es Simon Bar-jona quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, item tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Tertio, tibi dabo claues Regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis; quarto, ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos; quinto, Simon Ioannis diligis me plus his, pasce agnos meos, pasce oues

oues meas hæc profectò singulariter Petro primo Rom. Ecclesiæ Pontifici, nulli aliorũ Apostolorum dixit Dominus. Sunt & alia plura Euangelij loca ex quibus Petri primatum haud obscurè obseruare liceat, vbique enim in Apostolorum Cathalogis primo loco ponitur Petrus, licet vocatione primus non fuerit, & non rarò nominatim præ aliis commemoratur, atque pro soluendo didrachma, ait Dominus illi specialiter [vade ad mare & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens da eis pro me & te] neque sine mysterio dixit ei [tu me sequere] scilicet vt simili mortis genere eum sequeretur, cuius in Ecclesia vices præ cæteris administraturus erat. Nec parui momenti est, quod à se petra Christus Simonem mutato nomine Petrum vocauit, [tu vocaberis, inquit, Cephas: quod interpretatur Petrus, quia super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam] neque caret mysterio quod cùm Dominus post Resurrectionem suam se discipulis suis manifestaret, iterum ad mare Tyberiadis, solus Petrus quum audisset quia Dominus est, tunica se succinxit erat enim nudus & misit se in mare, alij autem discipuli nauigio venerunt, hoc quippe signum fuit, (vt ait S. Bernardus) singularis Pontificij Petri per quod non nauem vnam, vt cæteri quique suam, sed sæculum ipsum susceperit gubernandum, mare enim sæculum est, naues, Ecclesiæ. Inde est quod altera vice Matth. 14. & Marci 6. instar Domini gradiens super aquas, vnicum se Christi Vicarium designauit, qui non vni populo, sed cunctis præesse deberet, siquidem aquæ multę, populi multi; solus erga supra mare iussus est venire ad Christum, vt daretur intelligi quod totus orbis qui per mare est designatus, suæ ditioni parere deberet; neque frustra dictum Petro putat, S. Ambrosius, duc in altum hoc est in profundum disputationum, quid enim tam altum, quam altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei videre, scire filium Dei, & professionem diuinæ generationis assumere? non turbatur itaque nauis quæ Petrum habet, turbatur illa, quæ Iudam habet, per nauem enim Petri quam Christus ascendit Ecclesia significatur.

Sed & alia loca Euangelij animaduertunt Sacri Interpretes circa Petrum ad vniuersalis Ecclesiæ curam pertinentia, velut Matth. 18. [accedens Petrus ad Iesum dixit, Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei] vbi sanè tanquam Præses Ecclesiæ fraternæ correctionis modum diligenter præ aliis quæsiuit Apostolis, & sequenti cap. [Ecce inquit nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis] vbi Chrysost. ait, interrogat Petrus vt tu inops discas quoniam in nullo hinc diminutus es, qui enim claues Regni cœlorum acceperat, pro his quæ ibi sunt confidit, & pro orbe terrarum interrogat. Instante item Passionis tempore, soli Petro nominatim dixit Dominus, [Simon dormis non potuisti vna hora vigilare mecum] vbi voluit ostendere Christus, Petrum præ cæteris ex commisso sibi officio debere vigilare; sed & abscissio auriculæ à B. B. Ambrosio, & Gregorio in mysterium pastorale trahitur. Quare tollit inquiunt aurem Petrus, quia ipse est qui accepit claues Regni cœlorum, ille enim condemnat qui & absoluit, quoniam ligandi atque soluendi idem adeptus est potestatem, tollit autem aurem malè audientis, tollit autem gladio spiritali aurem interiorem malè intelligentis, &c.

Satis itaque fuerit pro ampliori huius rei declaratione tres ex antiquis Ecclesiæ Doctoribus in testimonium accersere; hæc autem sunt verba B. Dionysij quem Areopagitam vocant cap. 3. de diuinis nominibus ad Timoth. namque & apud ipsos diuino Spiritu plenos Pontifices nostros, cum & nos (vt nosti) & plerique ex sanctis fratribus nostris ad contuendum corpus illud quod authorem vitæ Deumque cœperat, conuenissemus (aderat autem & frater Domini Iacobus & Petrus supremum decus & antiquissimum Theologorum columen) vbi post contuitum placuit vt infinitè diuinæ infirmitatis bonitatem Pontifices laudarent omnes, quisque pro captu suo: & alibi vocat Petrum, non rarò, summum & verticalem Apostolum, quemadmodum postea eumdem vocauit B. Chrysostomus os & Principem Apostolorum, verticem totius consortij, Pastoremque ac caput Ecclesiæ. Sed & Cyrillus, Originesque, & Theophilus id genus epitheta illi attribuisse leguntur. Sic deinde antiquissimus Afrorum in lib. de præscriptionibus aduersus hæreticos Tertullianus, si Italiæ, inquit, adiaces, habes Roman. vnde nobis quoque authoritas præstò est, felix Ecclesia cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt, vbi Petrus Passioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi Apostolus Ioannes postea quam in oleum igneum demersus nihil passus est, &c. Hæc ille, an vero non est grande testimonium ab eo præsertim qui Romanis Clericis inimicus fuisse legitur.

180. Sic antiquissimus item Latinorũ ante 1350. annos scripsit Irenæus Episcopus Lugdun. lib. 3. contra hæreticos. Maximæ inquit & antiquissimæ, & omnibus cognitæ à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ, & constitutæ Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem & annunciatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos, indicantes confundimus omnes eos, qui quoquomodo, vel per sui

placen

placentiam malam vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam præterquam oportet colligunt: ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his qui sunt vndique conseruata est ea quæ est ab Apostolis traditio. His itaque & id genus aliis rationibus, & authoritatibus constat Rom. Ecclesiam semper habuisse primatum inter omnes totius orbis Ecclesias, à temporibus Apostolorum in hanc vsque horam; vnde allegatur à Fabro Constantiensi Græcus author Hugo Eterianus qui tempore Emmanuelis Imperat, in Latinorum sententiam tres lib. de processione Spiritus S. scripsit, vbi inter cætera his vtitur verbis, quibus ex rebus liquido claret quod Petrum eiusque successorem Principem Christus, & caput non modo Latinorum, Græcorum, Occidentis & Septentrionis vniuersi, verum etiam Armeniorum, Arabum & totius Orientis, ac Meridiani climatis in perpetuum constituit; ob quam rem occidui solis limites vniuersi, Petri successorem ex tunc sibi Dominum recognoscunt & sub illo Præsule diriguntur, quod omnes facere oportunum est. Hinc certè sunt amplissima illa Sedis Apostolicæ priuilegia quæ Iulius Papa, & Anastasius Patriarcha ad longum commemorant in Epist. suis ex Conc. Nicæno, quæ tamen, & antea huic Sedi fuisse attributa ex historia Ecclesiastica veterumque Pontificum decretis, haud obscurè cognoscitur. Ita enim ante Nicænam synodum Marcellus Papa & Martyr Maxentio Episcopo. Synodum Episcoporum absque huius Sedis Rom. authoritate (quamuis quosdam Episcopus possitis congregare) non potestis regulariter facere, neque vllum Episcopum qui hanc appellauit Apostolicam sedem, damnare, antequam hinc definitiua sentenaia procedat. Nemo igitur sine peccato aut instituta eius contemnit, aut eius præcepta transgreditur, vnde ait Damasus Papa. Omnia decretalia cunctorum prædecessorum nostrorum constituta, quæ de Ecclesiasticis ordinibus, & Canonum sunt promulgata disciplinis, ita ab omnibus Episcopis ac Sacerdotibus generaliter custodiri debere mandamus, vt si quid in illa commiserint, veniam sibi honoris deinceps nouerint denegari, quod si sanctis istis Pontificibus velut in propria causa, minus credendum esse dixerint aduersarij, credant saltem B. Cypriano superius allegato, cuius & hæc sunt ad S. Cornelium Romanum Pontificem verba: quales putas esse eos qui Sacerdotum hostes, & contra Catholicam Ecclesiam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri Iudicij vltione terrentur, neque enim aliunde hæreses obortæ sunt aut nata sunt schismata, quam inde quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Christi cogitatur; cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus Sacerdotum Collegium quidquam moueret, nemo post diuinum Iudicium, post populi suffragium, post Coëpiscoporum consensum, Iudicem se non iam Episcopi, sed Dei faceret,



DE



DE CONCILIIS PRÆLVDIVM PRIMVM.

1. CONCILIVM Latinè, Sanhedrim Hebraicè, Synodus Græcè, idem ferè sonant; in eisdē vera falsaque Religione, de ritibus, & cæremoniis Ecclesiasticis Iudicium instituitur, vt falsam doctrinam destruant, veram adstruant, abusus tollant, sacra extollant, quæ in ea decernuntur vt certa cernantur; Synodi siquidem Spiritus Sanctus est institor & eorum quæ in Synodo statuuntur, auctor, act. 15. dicitur de Concilio Ierosol. ab Apostolis celebrato, visum est Spiritui S. & nobis, sed & eorum Ecclesiæ Prælatis successoribus Deus Christus vera veritas, veritatis Doctorem Paracletum promisit, & misit, & missus venit, & omnem veritatem docuit, & Matth. 8. dixit ipse Christus, vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, vnde sequitur rationem atque institutionem celebrandorum Conciliorum de iure diuino esse, & à Deo manare.

2. Synagoga simul ac Pontifices habere cœpit, Seniorum Concilium à Deo institutum accepit posteà, Sanhedrim à Iudæis vocitatum, ad quod omnes legis difficultates, ac fidei dubia referebantur de quo Num. 11. v. 16. Moysi à Deo mandatum, *Congrega mihi 70. viros de senibus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint ac Magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, facies que ibi stare tecum, vt descendam & loquar tibi, & auferam de Spiritu tuo, tradamque eis, vt sustentent tecum onus populi, & non tu graueris.* Deut. 17. v. 8. *si difficile, & ambiguum apud te Iudicium esse perspexeris &c. Surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus &c. & facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram.* Hoc igitur Concilium à Deo institutum tamdiu apud Synagogam incolume permansit, quousque ad Christum perueniret, quo tempore ob Christi necem ab eo patratam, atque ob summam illius infidelitatem in Conciliabulum degenerauit.

3. Conciliorum celebratio omnibus sæculis in Ecclesia fuit, ad imitationem Christi Domini, qui vt Apostolis de seipso nato & incarnato fidem firmaret & confirmaret, ipse in vnum congregauit Concil. & sciscitatus est quem dicunt homines esse filium hominis. Ipsum imitati Apostoli, Synodos Ierosolymitanas sex, & vnam Antiochenam congregarunt, sub S. Petro vt infra, & iuxta eorum præscripta omnia sequentia Concilia, vsque ad nostra tempora celebrata sunt, & vsque in finem mundi celebrabuntur. Quod si Concilia à Spiritu sancto originem non duxerunt, quomodo Apostolus Petrus cùm cæteris Apostolis dixit: visum est Spiritui sancto, &c. Vnde sequitur quod determinatio à Concilio facta sit vox Dei, & vt talis à cunctis sub pœna hæresis recipi debet, de Ecclesia Christus dixit Luc. 10. v. 16. qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit.

4. Concilium Generale legitimè congregatum vt est communitas, & vnum totum corpus à suis singulis partibus distinctum, habet quidem suam authoritatem, sicut & quælibet alia communitas, quam non habent singuli, de illa communitate, & Concilio per se, sed hanc authoritatem quatenus est potestas Iurisdictionis, vel supra Corpus Christi mysticum, non habet immediate à tota Ecclesia, nec à Deo, & per consequens nec ex eo quod vniuersalē Ecclesiam repræsentat, sed ab ipsis Patribus Concilij, mediatè autem à Deo per ipsos Patres deriuatam habet, quatenus autem est potestas determinandi veritatem in rebus fidei & morū eā habet immediate à Spiritu S. assistente, illuminante, pulsante, mouente atque determinā̄te

PRÆLV.

PRÆLVDIVM II.

Conciliorum aliud Generale, aliud Nationale, aliud Prouinciale, aliud Diœcesanum, Concilium Generale est congregatio, legitima authoritate facta ad aliquem locum, ex omni statu Hierarchio totius Ecclesiæ, nulla fideli persona quæ audiri requirat, exclusa, ad salubriter tractandum, & ordinandum ea, quæ debitum regimen eiusdem Ecclesiæ in fide & in motibus respiciunt.

In Conciliis Generalibus interesse possunt, ac debent, totius orbis Episcopi, nisi legitimè impediti fuerint, quibus præesse debet Papa, vel eius Vicarius, seu Legati; In nationalibus conueniunt Archiepiscopi & Episcopi vnius Regni, quibus præsit aliquis Patriarcha, vel Primas; in Prouincialibus Episcopi vnius Prouinciæ quibus Archiepiscopus, vel Metropolitanus præest in Diœcesanis Præsbyteri omnes vnius Episcopatus, Episcopo præsidente.

1. Vtile est sæpissimè Concilia congregare, & propter eas quæ ex inde veniunt vtilitates, prima quod diligentius morum reformationi insistitur, cum abusus & vitia quæ sæpè in Ecclesiam irrepunt, Conciliorum sanctionibus tollantur; Secunda, quod celerius causæ Episcoporum iudicantur; Tertia, quod Maturius Ecclesiastica dogmata discutiuntur; Quarta, quæ potior est, quod dubia in fide emergentia in iis facilius enodantur, & ipsa fidei doctrina perfectius explicatur, & sicut sæpè emergunt vitia & zizania in medio tritici, sæpè etiam congregari debent Concilia in quibus miro modo omnibus rebus occurritur.

2. Concilia celebrari in Ecclesia non modò vtilissimum verum aliquo modo necessarium est quia primo congregantur propter schismata inter Pontifices Romanos, 2. vt contra Turcas, & alios Ecclesiæ persecutores communis fiat resistentia, 3. propter hæreses vt vera doctrina astruatur, abusus tollantur, & sacra doctrina extollatur; non tamen absolutè & simpliciter est necessarium quia primis 300. annis caruit Ecclesia Conciliis generalibus, nec tamen periit, nec defuerunt illo tempore multæ hæreses, multa schismata, multa vitia atque abusus quæ tamen omnia Ecclesiam Catholicam opprimere non potuerunt. Deinde ad omnes præfatas necessitates potest ex se summus Pontifex absque generali Concilio occurrere.

3. Aliqua, tamen Concilia siue generalia siue particularia sint, aliquo modo necessaria sunt ad bonam Ecclesiæ gubernationem, quia in Ecclesia necessarium est, vt vera ac necessaria fidei doctrina inter fideles seruetur, qua sublata, ipsa tum fides, tum Religio pereant, necesse est, at nunquam vera fidei doctrina melius aut grauius ab Hæreticorum telis vindicatur, quam cum tot grauissimorum ac Doctissimorum Patrum qui in Concilio sedent, consensu discussa, totius orbis Christiani, cuius generali Concilio consensus elucet Decretis oppositis erroribus damnatis, vera esse probatur; Christus item dixit Matth. 18. *necesse est veniant scandala*, & 1. Cor. 11. *oportet & hæreses esse*, ex quibus sequitur necessarium in Ecclesia medium ordinarium, quo scandala & hæreses tollantur, alias breui Ecclesia in partes varias scinderetur.

PRÆLVDIVM. III.

1. Conuocare generale Concilium ad Papam solum pertinet, quia Conciliorum auctoritas, pendet ab authoritate summi Pontificis, velut à capite, nec Conciliorum decreta vllum robur habent, nisi sint à summo Pontifice approbata, quæ decreta circa fidei dogmata & corrigere & damnare potest, quia Christi Vicarius est, quia toti Ecclesiæ præsidet, & Praxis docet quam multa Concilia quæ generalia putabantur, hac ratione à summis Pontificibus damnata & reprobata sint quia sine ipsorum auctoritate congregata fuerant, nec vnquam reperitur, Imperatores (modo Catholici non hæretici extiterint) absque Romani. Pont. assensu, Concilium legitimum conuocasse, si enim in Conciliis potest agi de deponēdo Imperatore, & de transferendo Imperio, vt multoties factum est, quomodo ab Imperatore debet cogi Concilium? Imperatoris quidem consensus, nonnunquam ad Concilia celebranda à Pontificibus exquiritur, quia cum Imperatoris toto ferè orbe imperarent, & Concilia in iis Regionibus, quæ Imperatoribus subiectæ erant sæpè celebrari solerent, æquum sancerat, vt ea absque Imperatorum licentia non fierent, præsertim cùm ex toto orbe Conuentus fierent, id enim politicæ gubernationis ratio exigebat.

2. Ad Papam pertinet siue per se, siue per suos Legatos præsidere in Concilio generali, non autem ad Imperatorem, si enim ad Papam pertinet conuocare Concilium, ad ipsum

etiam pertinebit ibi præsidere, cùm sit caput & supremus omnium Episcoporum, totiusque Ecclesiæ Præses.

PRÆLVDIVM IV.

1. Ad Concilium soli Prælati maiores, id est Episcopi omnes de iure conuocari debent & venire tenentur, quia definire quæ sunt credenda, vel agenda, est propriè homines pascere, & proinde Pastoribus animarum proprium, & constat ex subscriptione omnium Conciliorum, vbi soli Episcopi tanquam Iudices inueniuntur subscripti.

2. Episcopi in Conciliis habent vocem decisiuam, & sunt Iudices. Ex priuilegio autem, & consuetudine etiam Cardinales, Abbates & Generales ordinum, licet Episcopi non sint, ex Presbyteri autẽ & aliis Clericis minoribus, tantum vocantur aliqui viri docti qui iuuent in disputando, vel in aliis ministeriis. Imperatores autem, & Principes etsi multoties ipsis Conciliis interfuerint, nunquam tamen tanquam Iudices, sed vt Concilium defenderent, & tanquam testes Decretorum Concilij, punirent postea transgressores, & per illos tanquam primores populi eis subiecti repræsentantur. Denique ex priuatis laicis tantum vocantur aliqui qui videntur vtiles vel necessarij ad aliquod ministerium Concilij.

Merito autem Episcopi ad Concilium vocantur, quia cùm in Conciliis de rebus fidei tractandum sit, ipsi tanquam fidei lucernæ, non soli plebi sibi creditæ, verum & toti Ecclesiæ lumen ferunt, hinc eis dixit Christi, *vos estis lux mundi* Matth. 5.

3. Ex consuetudine Ecclesiæ colligimus 4. conditiones sufficere & requiri ad generale Concilium, prima vt euocatio sit generalis, itavt innotescat omnibus maioribus Prouinciis, secunda, vt ex Episcopis nullus excludatur vndequaque veniat, modo constet eum esse Episcopum & non excommunicatum, tertia, vt adsint per se vel per alios quatuor præcipui Patriarchæ præter summum Pontif. videlicet Constantinopolit. Alexandrinus, Antiochenus Ierosolymitanus, aduerte tamen istam conditionem tantum ad bene esse & non simpliciter necessariam; Synodus siquidem tertia sine Antiocheno Patriarcha Nestorium Constantinop. damnauit & Synodus Chalcedonensis sine Patriarcha Alexandrino omnia ferè conclusit, & nunc isti Patriarchæ non sunt necessarij quia hæretici aut saltem schismatici sunt. Quarta conditio est vt saltem ex maiori parte Christianorum Prouinciarum aliqui adueniant.

PRÆLVDIVM V.

1. Authoritas Concilij generalis non est supra Papam, sed tota ab eo pendet, Petrus enim constituitur à Christo totius Ecclesiæ Pastor Ioan. 20. *pasce oues meas*, Matth. 16. *tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, Papa autem est Christi Vicarius cum sit legitimus Petri successor, &c. Si enim Christi authoritas non penderet à Concilio, si adhuc viueret in terris, sed omni Concilio maior esset, eadem ratione, & Pontificis auctoritas, & quæ ipsius Christi vicaria est, à Concilio pendere non debet, sed toti Concilio debet esse superior, cum Pontifex non alia in Ecclesia, præterquam Christi potestate fungatur. Adde Papam caput Ecclesiæ, Concilium cætera membra, nullum est supra caput membrum, nec supra Papam Concilium, &c. Luc. 22. *Ego autem rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos*, ex quo loco vniuersi Patres optimè deducunt priuilegium infallibilis veritatis in definiendis fidei rebus, non Concilio, sed Pontifici à Christo collatum esse, & cum personale sit ad solos Pontifices transire, ac proinde legitima Concilia à Pontifice qui integræ ac infallibilis veritatis custos est confirmari oportere.

2. Iterum Ioan. 20. Petrus generalis totius à Christo Ecclesiæ Pastor constituitur, *Pasce oues meas*, ex quo illud necessariò sequitur Pontificem qui Petro succedit, eamdem in totam Ecclesiam à Christo potestatem habere, at Concilium est tota Ecclesia repræsentatiuè; Pontifex igitur ex Christi institutione in Concilium potestatem habet, & non è contra deinde cùm Dominus Matth. 16. Petro dixit *tu es Petrus, & super hanc petram ædific. Eccl. meam*, tunc ex communi Patrum consensu totius Ecclesiæ Principatus Petro ac Pontificibus successoribus promissus fuit, ac Princeps toto suo Regno non tam seorsim diuiso, quam coniunctim collecto maior est, maior ergo debet agnosci Pontifex toto Concilio in quo Ecclesiæ Regnum concluditur; nec Conciliorum sanctiones valent nisi à summo Pontif. confirmatæ, ab eius siquidem auctoritate robur habent.

PRÆLVDIVM VI.

1. Concilium generale absque confirmatione summi Pontificis non habet infallibilem veritatem, quia Concilia tantum ex confirmatione summi Pontificis robur acquirunt, vndè

nonnulla

nonnulla Concilia etiam generalia, hoc ipso quod à Pontificis regula, vel instructione recesserunt in fide errasse leguntur.

2. Papa etiam potest sine Concilio fidei dogmata declarare, ac de iis decernere, nam cum ei dictum sit à Christo *Pasce oues meas*, vtique non ad Concilium, sed ad Pontificem id munus propriè spectat, vt necessaria fidei pabula Christiano populo administretur, quæ Christi ouibus maximè congruunt.

PRÆLVDIVM VII.

1. Si ad Concilium legitimè congregatum, accedat confirmatio Papæ, Concilium illud est infallibilis veritatis in decretis fidei, tum ob intimam Spiritus Christi præsentiam, ac diuini Spiritus magisterium infallibile quod Concilio præsidet, tum quia Ecclesia est infallibilis veritatis, & errare non potest, & ipsum Concilium sic congregatum, & confirmatum est ipse consensus Ecclesiæ, tùm etiam quia Pontifex qui est successor Petri in Iudicio fidei errare non potest; hoc verum veris asseruit Christus Luc. 21. *Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos*, per quæ verba impetrat Christus Petro duo priuilegia, vnum non posse vnquam veram amittere fidem, ita Aug. l. de correp. cap. 8. *quando rogauit*, inquit, *vt non deficeret fides eius, rogauit vt haberet in fide liberrimam, inuictißimam, perseuerantißimam voluntatem; alterum est vt ipse tanquam Pontifex & posteri eius nunquam inuenirentur docere contra veram fidem*; Hoc D. Leo serm. III. de assumptione sua. *Specialis cura Petri à Domino suscipitur, & pro fide Petri propriè supplicatur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit ecce primum priuilegium, in Petro ergo omnium fortitudo munitur, & diuina gratia ita ordinatur auxilium, vt firmitas qua per Christum tribuitur, per Petrum Apostolis cæteris conferatur, ecce 2. priuilegium*: His addere lubeat Petrum & successores Petri Petram esse super quam fundatur Ecclesia, aduersus quam portæ inferi non præualebunt, quomodo ergo aduersus hanc petram præualeret, amplius, pastor ipse & totius Ecclesiæ Doctor; quem tota (quæ nequit errare) debet audire Ecclesia, quare audiret si falsum diceret? si à fide deficeretur? hanc ergo fidem docentem si audiat, quanto magis, & nos illum cum ipsa in Conciliis audire debemus.

Ecclesiæ Christus loquitur cum dicit, *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi, &c.* Ioan. 14. *Ego rogabo Patrem & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum Spiritum veritatis Paracletus autem Spiritus S. quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia* C. 16. *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Christus act. 1. Ecclesiam in Apostolis alloquens dixit, *eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* Act. 10. Petrus ad Gentiles concionem habens ait: *& præcepit nobis prædicare populo & testificari quia ipse est qui constitutus est à Deo Iudex viuorum & mortuorum.*

2. Determinationes talis Concilij à Papa cōfirmati, sunt de fide, ita quod sub pœna hæresis, omnes illi tenentur obedire, consensus enim Ecclesiæ est Iudex omnium controuersiarum, potestque Ecclesia suos fideles ad hoc obligare, &c. Tenetur etiam Papa huiusmodi determinationibus Concilij obedire, non quidem vt inferior obediens Concilio tanquam superiori, sed vt obediens veritati per Spiritum sanctum ibidem certissimè reuelatæ.

3. In materia fidei non licet Concilio posteriori determinare aliter quàm in prioribus determinatum est, quoad mores vero licet aliquando pro diuersitate temporis; fide enim Catholica tenendum est Concilia generalia à summo Pontifice confirmata errare non posse nec in fide nec in moribus.

Quando in Conciliis generalibus determinant aliqui mores seu ritus, tales determinationes ab omnibus seruari debent, quando verò in Conciliis agitur de moribus seu ritibus, non decretando, sed solum dirigendo, tunc licet etiam seruari debeant ritus & mores Ecclesiastici in præcedentibus Conciliis dati, nihilominus si ratio temporis in posterioribus Conciliis aliud postulare videtur, posteriora Concilia poterunt aliud determinare.

PRÆLVDIVM VIII.

Concilium legitimè congregatum si facit quod in se est, & à Papa approbetur, non potest errare in decretis ad fidem, & ad mores pertinentibus, tunc Concilium facit quod in se est quando auctoritate Papæ (si viuit, aut certus est) aut alias auctoritate legitima eorum, qui generale Concilium possunt cogere, & celebrare, conuocarentur Pastores Ecclesiarum, scil. Episcopi; & viri boni, docti atque prudentes de tota Ecclesiam eligerentur, qui eruditione & prudentia ad id munus iuuare, & sufficere creduntur, si & ibidem iam congregati cum

cum affectione veritatis, sine priuatis commodis & affectibus humanis, orationibus communibus præuiis, diligenter insistant in indaganda veritate fidei & morum per Scripturas sacras, atque Doctorum sanctorum, & Conciliorum præcedentium, & per alia huiusmodi quæ ad prædictum finem visa fuerint expedire.

PRÆLVDIVM IX.

Si Romana Ecclesia, vera est Christi Domini Ecclesia, quæ in ea decernuntur, vt à Christo Ecclesiæ sponso tradita credantur oportet; Ecclesia vera suas & proprias habet notas quibus dignoscatur, nám quia est visibilis, ne quælibet sibi nomen veræ Ecclesiæ Christi sponsæ arroget, necesse est veram Ecclesiam per proprias & veras notas dignoscere: sic fiet, vt quæ tales non habet notas, non Christi Ecclesia sed Satanæ synagoga appellanda sit. Has notas facilè satis percipies si Nicænæ Synodi generalis, symbolum accurata mente perspicias, in eo siquidem dicitur, & vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam.

Primò igitur Ecclesia vna est, non tantum vnitate illa, quæ numeralis est, sed etiam vnitate quæ sic appellatur, quoniam sui semper simillima est, & maximè æqualis, & quam tantopere commendat Apost. ad Ephes. scribens *solliciti seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis.*

Irenæus lib. 1. aduersus hæreses cap. 3. egregie de prorsus de vnitate Ecclesiæ differit. Cyprianus etiam tract. de simpl. Prælat. siue de vnitate Ecclesiæ, hæc habet: *Vnam esse Ecclesiam etiam in Cant. Cant. Spiritus S. ex persona Domini designat, & dicit vna est columba mea perfecta mea vna est matri suæ electa, hanc Ecclesiæ vnitatem qui non tenet tenere se fidem credit? qui Ecclesiæ renititur, qui Cathedram Petri super quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse confidit? quando & B. Apost. Paulus hoc idem doceat, & Sacramentum vnitatis ostendat dicens, vnum Corpus, & vnus spiritus, vna spes vocationis nostræ, vnus Dominus vna fides, vnum baptisma, vnus Deus. Quam vnitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maximè Episcopi qui in Ecclesia præsidemus.*

Secundò vera Ecclesia sancta est, & hoc adeò illi proprium est vt sublato illo, tollatur & Ecclesiæ congregatio, quoniam extra veram Ecclesiam non est sanctitas, & sine sanctitate non est veram Ecclesia; vbi enim est sanctitas ibi est Ecclesia, & quicunque est in Ecclesia sanctus est, & sancta dicitur quia Domino consecrata, quia sancti sanctorum Sponsa, quia in ea doctrinæ, & sacramentorum sanctitas reperitur, & quia firma & stabilis, sanctitas etenim firmitatem, stabilitatem, soliditatem significat; deriuatur enim à verbo sancio sancis, quod significat firmo, stabilio, consolido.

Tertio, est Catholica, id est vniuersalis quia omne genus hominum comprehendit omnes complectitur quotquot antè, vel post Christum, veram mediatoris fidem habuerunt, aut quod quicunque antehac salui facti sunt, vel salui fient, omnes in illa salui esse potuerunt, vel poterunt. Ipsa docet omnes res visibiles & inuisibiles, illi parent omnes infimi æque ac summi; in ea remissio omnium peccatorum reperitur: in ea virtutes omnes requiruntur, & diffunditur omnis gratia, & quia denique & melius vniuersalis est vbique diffusa & non confusa: illud August. Epist. 170. ad Seuerinum consanguineum suum docet; *Ipsa est Ecclesia Catholica quæ per totum orbem terrarum diffunditur; hanc ignorare nulli licet, ideo secundum Verbum D. N. Iesu Christi abscondi non potest.*

Quartò est Apostolica, quia Apostolicam tradit doctrinam, & qui in ea sedent, & præsident Apostolis succedunt.

Ecclesia Romana non potest errare, persistente Romæ Apostolica Sede, non est tamen de fide omnino à Romana Ecclesia non posse separari Apostolicam Sedem, quia neque Scriptura neque traditio habet, Sedem Apostolicam ita fixam esse Romæ, vt inde auferri non possit, & omnia testimonia Pontificum, & Patrum qui dicunt Romanam Ecclesiam errare non posse, exponi possent de Romana Ecclesia donec in ea Apostolica Sedes permanet, non autem absolutè & simpliciter.

Ecclesia absolutè non potest errare, nec in rebus absolutè necessariis nec in aliisquæ credenda vel facienda nobis proponit, siue habeantur expresè in Scripturis siue non: quod intelligitur tam de vniuersitate fidelium, quàm de vniuersitate Episcoporum; ita vt sensus sit eius propositionis: Ecclesia non potest errare, id est, id quod tenent omnes fideles tanquam de fide, necessariò est verum, & de fide, & similiter id quod docent omnes Episcopi tanquam ad fidem pertinens, necessariò est verum & de fide.

2. Ecclesia Romana est Iudex controuersiarum in rebus fidei & ipsius determinationes sunt de fide.

PRÆLVDIVM X.

1. Papa est successor Petri, Christi Vicarius, & caput Ecclesiæ.

2. De fide est dicere, hunc numero Papam v. g. Innocentium 10. esse verum successorem Petri & Christi Vicarium, quia (vt proximo præludio dictum est) fidei Catholicæ articulus est Ecclesiam esse vnam, Catholicam visibilem; ergo eiusdem fidei articulus esse debet, caput esse vnum vniuersale & visibile: ergo fide Catholica cogimur credere hunc vel illum qui Christianæ multitudini præficitur verum, & legitimum esse Pontificem.



APPROBATIONES.

NE formidetis obſcuritatem, temporiſve diſpendium in hac breui, *Ac compendioſa Conciliorum, & Conciliabulorum hiſtoria, nec non in eorum Hiſtorica controuerſia, ac in his vocum difficilium delineatione.* Omnia namque ſubſtantialia, ac pro omnimoda Conciliorum, ac Eccleſiaſticæ hiſtoriæ intelligentiâ, neceſſaria, mirâ cum perſpicuitate in his Tractatibus continentur, non enim multis verbis pauca, ſed paucis multa in ipſis referuntur. Ideo ſi labori, temporiſve diſpendio parcere volueritis, horum operum lectioni incumbite, Catholica ſiquidem, orthodoxa, ac ad mores, ſicut & ad fidem regulandam inoffenſo calle conducunt; quod nos infraſcripti ad illorum Tractatuum à R. P. Gregorio Auenionenſi Sacerdote Capucino editorum examen ab admodum R. P. Simpliciano Mediolanenſi Generali noſtro deputati teſtamur, illoſque prælo dignos iudicamus, noſtrumque teſtimonium manuali noſtra ſubſcriptione obſignamus. Datum Auenioni die 15. Nouembris anno 1659.

F. BALTHAZAR Regienſis Prædicator, & Guardianus licet immeritus FF. Capucinorum Conuentus Auenionenſis.

F. ADRIANVS à S. Saturnino Concionator Capucinus & Lector ſacræ Theologiæ in Conuentu Capucinorum Auenionenſi.

NOs Fr. Simplicianus à Mediol. Ord. Cap. Miniſter Generalis, l. immer.

Viſa ſupraſcripta Approbatione Theologorum noſtri Ordinis, præſentium virtute facultatem concedimus, quatenus opus præfatum à Patre Gregorio Auenionenſi Ord. noſtri Sacerdote compoſitum, ſeruatis ſeruandis quoad nos ſpectat typis mandari poſſit. In quorum fidem præſentes manu propria firmatas & ſigillo Officij noſtri munitas dedimus. In Conu. noſtro Maſſilienſi, 6. die Decembris 1659.

F. SIMPLICIANVS Miniſter Generalis.

EGo Petrus Laugier in vtroque iure Baccalaureus Canonicus Theologus Eccleſiæ Cathedralis Carpentoractenſis fidem facio, me peruoluiſſe, & ſerio legiſſe, duo volumina ſiue libros (qui titulum præferunt *Epitome Conciliorum & Canonum*) à R. P. Gregorio Auenionenſi, Sacerdote Capucino compoſitos & deſcriptos, in quibus arduo & laboroſo ſtudio, multa paucis complexus eſt. Enimverò in ipſis continentur omnia Concilia Generalia, Nationalia, Prouincialia, Canonicam, & legitimam authoritatem habentia; nec non Conciliabula, ſicut & Canones, in iis omnibus conditi: idque à tempore Apoſtolorum vſque ad ſacroſanctum Oecumenicum Concilium Tridentinum incluſiuè; quæ omnia facili methodo adamuſſim perluſtrauit. Hiſtorias enim Eccleſiaſticas deſcripſit, & enucleauit; voces difficillimas in eiſdem contentas explicuit; libros Apocryphos reſerauit & expoſuit, ita lucidè vt nemo doctus, & in Scripturis & hiſtoriis Eccleſiaſticis, vt minimum verſatus poſſit ambigere opus iſtud, magnis adeò lucubrationibus editum maximè Catholicum & orthodoxum non eſſe ad mores & ad fidem, nec non toti Reipub. Chriſtianæ pervtile & neceſſarium. Vnde illud in lucem edendum, & typis mandandum iudico & cenſeo, in quorum fidem his ſubſcripſi. Datum Carpentoracti, in ædibus noſtræ ſolitæ habitationis, pridie Kal. Ian. poſt Chriſtum natum. 1661.

LAVGIER Canonicus Theologus.

APPROBATIONES.

Epitome *Conciliorum & Canonum*, à R. P. Gregorio Auenionensi Capucino compositam, maturo recognoui, in qua breuitatis & dispositionis ordinem, quem continet admirabilem, paucis magna & multa Concilia Generalia, Nationalia, Prouincialia, eorumque Canones ab Apostolis, vsque ad sacrosanctum Concilium Tridentinum, complexus, omnia Conciliabula explodendo, summo studio & labore in euoluendis sacris Conciliis fidelissimè descripsit & enucleauit sicut & historiam Ecclesiasticam, obscuros eius terminos clarè & dilucidè exponendo, & ideo dignum sanè opus censeo quod in Dei gloriam & communem vtilitatem typis excussum in lucem prodeat. Datum Carpent. die 2. Ianuarij 1661.

F. DOMINICVS ROQVET, sacræ Theologiæ Doctor Ordinis Prædicatorum.

Imprimatur.

H. VILLARDVS, Vicarius Generalis Carpent.

Imprimatur.

F. DIONYSIVS à S. LAVRENTIO, sacræ Theol. Doctor Paris. & Vicarius S. Officij in Diœcesi Carpent.

Visâ Doctorum Approbatione hos Libros, quorum titulus est, *Epitome Conciliorum & Canonum*, à R.P. Gregorio Auenionensi Capucino conscriptos, typis mandari permittimus. Lugduni die 30. Iunij 1662.

DENEVFVILLE, Vic. Generalis.

PERMISSION.

Veu l'Approbation cy-dessus : Ie n'empesche pour le Roy, qu'il soit permis à Benoist Coral, Marchand Libraire de cette ville, d'imprimer le susdit liure, intitulé, *Epitome Conciliorum & Canonum*, Auec deffences à tous autres en tel cas requises & accoustumées. Fait à Lyon, ce 13. Iuillet 1662.

VIDAVD.

Soit fait suiuant les Conclusions du Procureur du Roy. Ce treiziesme Iuillet, mil six cens soixante-deux.

DV SAVZEY.

IN EPITO

IN EPITOMEN CANONVM CONCILIORVM DIGESTAM,



A R. P. GREGORIO DE RIVES CAPVCINO.



VM Patrum Conuenta refers, sancitaque sacri
Iura fori, ritusque pios ab origine ducis,
Proh quantum moliris opus! quàm grandia versas;
Ætatum momenta trahens per sæcula longo
Fœta situ, interpres diuûm legumque sequester
Exiguo immensam complexus corpore molem!
Tu Patrum Annales, & pridem oracula ceris
Semisepulta suis, rerum post fata reponis.
Curis Roma tuis quantum venturaque debet
Posteritas! Olim stabunt te vindice Cœtus,
Iussaque Pontificum, per te dabit infula leges,
Et latè cernet populos seruire tonanti.
Sic diuûm profundis opes, & prodigus oti
Nil operi parcis, dum te labor improbus vrget.
Et vigiles adhibes curas, nocturnaque pensa
Dum trahis in lucem; quidni tibi fama rependat
Luminis vsuram, vel te splendore coronet,
Annorumque decem studium producat in æuum.

CLAVDIVS FRANCISCVS MENESTRIER,
de Societate IESV.



EPITOME CANONVM CONCILIORVM.

ABBAS.

EX FRAGMENTIS Conciliorum Toletanorum secundum Burcardum.



CONGREGATIO debet sibi eligere Abbatem, post Abbatis sui mortem, vel eo viuente si ipse decesserit vel peccauerit, Episcopus enim non debet Abbatem violenter retinere in loco suo, ipse autem non potest aliquem ordinare de suis propinquis vel amicis sine voluntate fratrum.

Ex Concilio Venetico sub Leone primo, anno 453.

8. Abbatibus singulis diuersas cellas aut plurima monasteria habere non liceat, nisi tantum propter incursum hostilitatis intra muros receptacula collocare.

Ex Concilio Arelatensi sub Leone I. anno 455.

2. Monasterij Lerynensis omnis Laica multitudo ad curam Abbatis pertineat; neque ex ea sibi Episcopus quicquam vindicet aut aliquem ex illa Clericum nisi Abbate petente præsumat.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho, anno 506.

27. Monachum nisi Abbatis sui aut permissu, aut voluntate ad alterum Monasterium commigrantem, nullus Abbas suscipere, aut retinere præsumat, sed vbicumque fuerit, Abbati suo, authoritate Canonum reuocetur.

28. Abbatibus; vide Conc. Veneticum cap.8.

56. In venditionibus quas Abbates facere præsumunt, hæc forma seruetur, vt quidquid sine Episcopi notitia venditum fuerit, ad potestatem Episcopi reuocetur.

57. Vnum Abbatem duobus Monasteriis præesse interdicimus.

Ex Concilio Aurelianensi sub Symmacho, anno 507.

9. Abbatibus, Presbyteris omnique Clero vel in Religionis professione viuentibus sine discussione, vel commendatione Episcoporum pro petendis beneficiis ad Dominos venire non liceat, quod si quisquam præsumpserit, tamdiu loci sui honore, & communione priuetur, donec per pœnitentiam plenam, eius satisfactionem Sacerdos accipiat.

27. Abbates pro humilitate Religionis in Episcoporum potestate consistant, & si quid extra Regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur, qui semel in anno vbi Episcopus elegerit accepta vocatione conueniant.

Ex Concilio Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

8. De venditionibus quas, &c. Vide Concil. Agathense. 56.

9. Vnum Abb. ibid. 57.

19. Abbas si in culpa repeziatur aut fraude, & innocentem se asserens ab Episcopo suo noluerit accipere correptionem ad Metropolitani iudicium deducatur.

Ex Concilio Aurelianensi II. sub Syluerio, anno 536.

Abbates qui Episcoporum præcepta despiciunt ad communionem nec penitus admittantur, nisi contumaciam humilitate suscepta deponant.

Ex Concilio Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

23. Vide Ecclesiastica bona.

Ex Concilio Arelatensi sub Pelagio I. anno 552.

3. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concilio Turonensi 2. sub Ioanne III. anno. 570.

7. Vt Episcopus nec Abbatem, nec Archipresbyterum sine omnium suorum Compresbyterorum, & Abbatum consilio, de loco præsumat eiicere, neque per præmia alium ordinare.

Ex Concilio Narbonensi sub Pelagio II. anno 589.

6. Quicumqoe fuerit culpabilis inuentus, Clericus aut honoratus de Ciuitate, & ad Monasterium fuerit deputatus, sic Abbas, qui est Præfectus cum illo qui dirigitur agat, sicut ab Episcopo manifesta correctione fuerit ordinatum, quia ob hanc causam dirigitur vt emendetur, non passim ferculis diuersis satietur.

Ex Concil. Antisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

24. Non licet Abbati nec Monacho ad nuptias ambulare.

25. Non licet Abbati filios de baptismo habere.

26. Si quis Abbas mulierem in Monasterio suo ingredi permiserit, aut festiuitates aliquas ibi spectare perceperit, tribus mensibus in alio Monasterio retrudatur, pane & aqua contentus.

Ex Concilio Romano 3. sub Gregorio I. anno 601.

1. Si qua fortè causa inter terram venientem ad partem Ecclesiarum Episcopi & Monasteriorum euenerit, & pacificè non potuit ordinari apud electos Abbates, & alios Patres timentes Dominum, siue voluntaria delatione, mediis sacrosanctis Euangeliis finiatur.

2. Defuncto Abbate cuiusque Congregationis, non extraneus eligatur, nisi de eadem Congregatione, quem sibi propria voluntate concors fratrum societas elegerit, & qui electus fuerit, sine dolo vel venalitate aliqua ordinetur, quòd si ipsi inter se personam inuenire nequeant, solerter sibi curent de aliis Monasteriis similiter ordinandum.

3. Inuito Abbate ad ordinanda alia Monasteria, aut ad Ordines sacros, vel Clericatus Officium tolli exinde Monachi non debent; descriptiones rerum & chartarum Monasterij ab Episcopo Ecclesiasticas fieri omnino vetamus, sed si quando res exigit, Abbas loci cum aliis fratribus causas rerum inuentarum faciat, & eorum consilio & iudicio finiantur, &c. Missas publicas ab Episcopo in cœnobio fieri vetamus, ne in seruorum Dei recessibus, & eorum receptaculis vlla popularis præbeatur occasio Conuentus, vel mulierum fiat nouus introitus, &c. Neqoe audeat ibi cathedram collocare, vel quantamlibet potestatem habere imperandi, nec aliquam ordinationem qoamuis leuissimam faciendi, nisi ab Abbate loci fuerit rogatus, quatenus Monachi semper maneant in Abbatum suorum potestate.

Ex Concilio Cabilonensi sub Vitaliano I. ann. 663.

12. Duo Abbates in vno Monasterio esse non debent, ne sub obtentu potestatis, simultas inter Monachos, & scandalum generetur, verumtamen si quilibet Abbas elegerit Successorem, ipse qui sic eligitur de facultatibus ipsius Monasterij ad regendum nullam habeat potestatem.

15. Vide Monachi.

Ex Conc. Augustodunẽsi sub Adeodato, an. 670.

15. Vide Monachi.

Ex Concil. Toletano 1. sub Adeodato, an. 675.

3. Abbatibus indultis officiis quæ iuxta voluntatem sui Episcopi regulariter illis implenda sunt, cætera officia publica, id est Vesperas, matutinum siue Missam aliter quàm in principali Ecclesia celebrare non liceat, quisquis horum Decretorum violator extiterit sex mensibus communione priuatus, apud Metropolitanum sub pœnitentiæ censura permaneat corrigendus.

Ex Concil. Toletano 17. sub Sergio secundum Garsiam Loaysam, ann. 644.

9. Quidquid ab Abbate sine Episcopi notitia venditum fuerit ad potestatem Episcopi reuocetur, mancipia verò Monachis donata ab Abbate non liceat manumitti.

10. Vnum Abbatem duobus Monasteriis interdicimus.

Ex Concil. Bauarico apud Dingoluingam sub Adriano I. ann. 772.

3. Abbates Monasteriorum iuxta regulam viuant. Vide Episcoporum mores.

Ex Conc. Turonensi 3. sub Leone III. an. 813.

24. Abbates Monasteriorum in quibus Canonica vita antiquitus fuit, vel nunc videtur esse sollicitè suis prouideant Canonicis vt habeant Claustra & Dormitoria in quibus simul dormiant, simulque reficiantur horas Canonicas custodiant, victum & vestimenta, iuxta quod poterit Abbas, habeant, quò faciliùs ad Dei seruitium possint constringi.

Ex Conc. Cabilonensi 2. sub Leone III. an. 813.

21. 27. } Vide Episcoporum mores.

Ex Conc. Rhemensi 1. sub Leone III. an. 813.

17. Vide Episcoporum mores.

23. Vt in victu, vel vestitu, vel conuersatione Abbatum qoi Monachos habere cernuntur, Dei voluntas, & Domini Imperatoris impleatur.

24. Vt Præpositi & Vicedomini secundum Regulas vel Canones constituantur.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Paschali I. ann. 817.

1. Vt Abbates mox vt ad Monasteria sua remeauerint, Regulam per singula verba discutientes pleniter legant, & intelligentes Domino opitulante efficaciter cum Monachis suis implere studeant.

22. V

22. Vt iosta positæ mensuræ quantitatem decreuerit Abbas causa necessitatis quispiam augeri, in illius maneat potestate. Vide Monachi.

23 In Cœna Domini pedes fratrum si valet Abbas lauet, & osculetur, & poculum porrigat.

25. Vt ea quam Monachi sui habent mensura, sint Abbates contenti, in manducando, in bibendo, in dormiendo, in vestiendo, in operando, si in alus vtilitatibus non fuerint occupati.

27. Vt Abbates vel quisquam fratrum ad portam Monasterij cum hospitibus non reficiant, in Refectorio autem omnem eis humanitatem manducandi ac bibendi exhibeat, si verò propter hospitem voluerit ad solitam mensuram fratribus ibique augere aliquid, in sua maneat potestate.

31. Vt Præpositus intra & extra Monasterium post Abbatem, maiorem reliquis Abbatis subditis habeat potestatem.

32. Vt Monachis, nonnisi Monachus constituatur Præpositus.

44. Vt Abbatibus liceat habere cellas in quibus aut Monachi sint aut Canonici, & Abbas prouideat ne minus de Monachis ibi habitare permittat quam sex.

54. Vt qui proponuntur Nonni vocentur.

59. Vt Abbates Monachos secum in itinere nisi ad generalem synodum non ducant.

62. Vt Abbas, Præpositus vel Decanus quamuis Presbyteri non sint, Lectoribus benedictionē tribuāt.

73. Vt pro Abbate defuncto anniuersarium fiat officium.

80. In doctrina sua Abbas, Apostolicam debet semper formam seruare in qua dicit, argue, obsecra, increpa, id est indisciplinatos, & inquietos debet durius arguere, obedientes autem & mites, vt in melius proficiant obsecrare, negligentes & contemnentes, aut increpet, & corripiat admonemus, neque dissimulet peccata delinquentium, improbos autem & duros ac superbos vel inobedientes, verberum vel corporis castigatione ab ipso initio peccati coërceat. In omnibus igitur omnes magistram sequantur Regulam, neque ab ea temerè declinetur à quoquā.

Ex Concilio Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

21. Vide Episcoporum mores.

37. Abbates Canonicorum religiosè, castè ac pudicè viuere satagant, venationibus turpibusque lucris, cæterisque vanitatibus paternitati suæ non conuenientibus nullatenus inseruiant, &c. Vnde summoperè Episcopis prouidendum est, vt huiuscemodi Abbates ab illicitis se abstineant.

Ex Concilio Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

1. Vt Abbates Canonici gregibus sibi cōmissis instanter inuigilent, & geminam eis passionem impendant, id est cibi & verbi, quatenus absque murmurationis vitio, Domino seruire valeant, &c.

2. Abbates Monachorum oportet peruigili studio, gregis sibi commissi curam gerere, videlicet vt sine quibus esse non possunt, temporalia subsidia administrent, &c. Simul etiam diuinæ lectionis studio iugiter eos informent.

Ex Concilio Tullensi sub Nicolao I. anno 860.

5. Vide Episcoporum officium.

Ex Conc. Legionensi sub Bened. VIII. an. 1012.

3. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concilio Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

2. Omnes Abbates se & fratres suos, & Monasteria, & Abbatissæ se, & ipsi Abbates, & Abbatissæ se & Moniales suas, & Monasteria secundum B. Benedicti regant statuta, & ipsi Abbates, & Abbatissæ cum suis Congregationibus & Cœnobiis sint obedientes, & per omnia subditi suis Episcopis, nullus eorum recipiat Monachum alienum, aut sanctimonialem, nisi per Abbatis sui, & Abbatissæ iussionem; si quis hoc decretū violare præsumpserit, anathema sit.

Ex Concilio Tolosano sub Victore II. an. 1056.

5. } Vide Monachi.
6. }

Ex Concilio Anglicano sub Gregorio VII. anno 1075.

5. Vide Concilia.

Ex Concilio Romano 5. sub Gregorio VII. anno 1078.

9. Vide Decimæ.
10. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concilio Melfitano sub Vrbano II. anno 1090.

6. Vide Inuestitura.
7. Vide Simoniaci.

10. Ne quis Episcopus, aut Primas Monachum quemlibet vagantem in sua Diœcesi, Prouinciáve retineat, nisi Abbatis proprij fuerit litteris regulariter commendatus.

Ex Conc. Romano 3. sub Vrbano II. an. 1099.

15. Vide Inuestitura in Concil. Melfitano, C. 6. anno 1090.

16. Vide Simoniaci in Concil. Melfitano, C. 7. anno 1090.

Ex Conc. Pictauiensi sub Paschali II. an. 1100.

1. Vide Inuestitura. 6. Vide Simoniaci. 7. Vide Presbyteri.

Ex Conc. Londinensi 2. sub Paschali II. an. 1102.

17. Ne Abbates faciant milites, & vt in eadem domo cum Monachis suis dormiant & comedant, nisi aliqua necessitate prohibente.

18. Ne Monachi pœnitentiam cuiuis iniungant sine coosensu Abbatis sui, & quòd Abbates sui de hoc eis licentiam dare non possunt, nisi de eis quorum animarum curam gerunt.

Ex Concilio Guastallensi sub Paschali II. anno 1106.

2. Vide bona Ecclesiastica.

Ex Concilio Pictauiensi 2. sub Paschali II. anno 1109.

1. Vide Benedictiones.

6. Nullus Abbatum chirotecis vtatur, & sandaliis & annulo, nisi cui fuerit per priuilegium ab Romana Ecclesia concessum.

Ex Concilio Lateranensi 2. Vniuersali 9. sub Calixto II. anno 1122.

17. Interdicimus Abbatibus,& Monachis publicas pœnitentias dare, & infirmos visitare, & vnctiones facere,& Missas publicas cantare;Chrisma,& Oleum, consecrationes Altarium, ordinationes Clericorum ab Episcopis accipiant,in quorum Parochiis manent.

19. Vide Monachi.

Ex Concilio Londinensi sub Honorio II. anno 1127.

7. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concilio Lateranensi vniuersali 11. sub Alexandro III. anno 1179.

7. Vide Simoniaci.

Ex Concilio Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

8. Vide Simoniaci.

Ex Concilio Lateranensi vniuersali 12. sub Innocentio III. anno 1215.

12. In singulis Regnis siue Prouinciis fiat de triennio in triennium (saluo iure Diœcesanorum Pontificum) commune Capitulum Abbatum atque Priorum, Abbates proprios non habentium, apud vnum de Monasteriis ad hoc aptum, hoc adhibito moderamine, vt nullus eorum plusquam sex euectiones & 8. personas adducat, &c. Et qui conuenerint vitam ducant communem, & faciant proportionabiliter simul omnes communes expensas, &c. Ordinentur in eodem Capitulo Religiosæ, ac circumspectæ personæ quæ singulas Abbatias eiusdem Regni siue Prouinciæ non solum Monachorum, sed etiam Monialium vice nostra studeant visitare, corrigentes & reformantes. Vide Monasterium.

13. Vnus abbas pluribus Monasteriis non præsumat præsidere.

60. Ne quis Abbatum,manus ad ea quæ sunt Episcopalis dignitatis extẽdat,de causis Matrimonialibus cognoscendo, iniungendo publicas pœnitentias,concedẽdo etiam indulgentiarum litteras & similia præsumendo,nisi fortè quisquam eorum speciali concessione vel alia legitima causa super huiuscemodi valeat se tueri.

Ex Concilio Lugdunensi generali 13. sub Innocentio IV. anno 1245.

13. Omnes Abbates & Priores, necnon & Decani vel Præpositi Cathedralium, seu aliarum Ecclesiarum, semel tantum in anno,ipsorum Collegiis districtam suæ administrationis faciant rationem,& coram Superiore visitante conscripta & consignata huiuscemodi ratio fideliter recitetur,&c. Idem Episcopi cotã Metropolitanis, & Metropolitani coram Legatis Sedis Apostolicæ faciant, &c. Vide Episcoporum officium.

Ex Conc.Viennensi sub Clemente IV. an. 1267.

15. Ne Abbates Calices vel Patenas, seu sacras vestes benedicere, vel consecrare, aut alia Episcopalia Officia exercere præsumant, nisi super hoc à Sede Apostolica priuilegium habuerint speciale.

Ex Concilio Salisburgensi sub Gregorio X. anno 1274.

2. Abbates Ordinis S.Benedicti nostræ Prouinciæ, Prouinciale Capitulum suum infra festum Resurrectionis venturum proximo,celebrent,iuxta formam à sacris Canonibus eis datam,in quo de moribus corrigendis,tam in seipsis,quàm in suis subditis tractent,& ordinent diligenter alioquin nos in proximo Prouinciali Concilio ad reformationem prædicti Ordinis, quantum de iure possumus, procedemus.

3. Monachos fugitiuos in sæculo diuagantes reuocari procurent,& in singulis Monasteriis carcer fiat,in quo incorrigibiles seu aliàs delinquentes enormiter Monachi recludantur.

4. Non sit licitum Abbatibus Monachos ad ordinẽ strictiorem transeuntes minimè absoluere ab obediẽtia,quæ Monachor.. officiis inseparabiliter est affixa.

5. Abbates pro excessibus leuibus indifferenter de Monasteriis ad Monasteria Monachos suos non mittant, &c. quod si necessitas exigit vt Monachus ad Monasterium aliud transmittatur,hoc Abbati non liceat,nisi causa missionis & tempus reditus per Episcopum ordinentur.

6. Quidam Abbates indulgentiis & remissionibus faciendis in Mitris,annulis, sedibus differendis,necnõ in benedictione sacrarum vestium & Ecclesiasticorũ vasorum,& cæteris quæ ordinem & officium Ecclesiæ requirunt,sibi Pontificum potestates vsurpant,&c.De cætero talia non attentent, aut in proximo Prouinciali Conc. fidem nobis faciant priuilegiorum, &c. Hæc eadem in Canonicis Regularibus quantum diuersitas Religionum sustinet, volumus obseruari.

Ex Conc.Saltzburg sub Martino IV. an. 1281.

2. Vide Monachi.

6. Quicumque Prælatus Monachum fugitiuũ vel eiectum ad admonitionem Episcopi, Rectorum vel Visitatorum Ordinis non receperit extunc sit à temporalium administratione suspensus donec recipiat Monachum vagabundum.

7. Prælati Ordin. S. Benedicti de triennio in triennium Capitula regularia celebrare debent,iure tamen Ordinariorum per omnia saluo.

8. Quilibet Abbas qui pro tempore Visitator fuerit, vel etiam ad Capitulum generale accesserit, 8. euectionum numerum non excedat. Inferiores vero Abbates paucioribus sint contenti.

Ex Conc.Herbipolensi sub Honorio IV. an. 1287.

17. Curent Priores cuiuscumque sint Ordinis, Parochialibus Ecclesiis, quos obtinent pleno iure, per Vicarios idoneos continuè facere in diuinis obsequiis deseruire, & Parochianis solicitè ministrari, alioquin Abbas seu Prior qui Parochialem Ecclesiam sine Rectore per mensem dimiserit, à die notitiæ computãdo, sit extunc ab officio ipso facto suspensus quamdiu Ecclesia ipsa sine Vicario seu Ministratore manebit, & prouisio siue ordinatio Ecclesiæ, Ordinarij arbitrio reseruetur.

18. Abbates, Priores Monasteriorum, quæ per Priores sunt solita gubernari, vestes non habeant, quæ in forma vel colore appareant sæculares, ac Monachos eorum intra claustra retineant; nec permittant eos sine rationabili causa frequenter in sæculo cum sæcularibus conuersari.

Ex Concilio Saltzburgensi sub Clemente V. anno 1310.

4. Abbates Ordin. S. Benedicti & Præpositi S. Augustini totius nostræ Prouinciæ, Capitula sua vsque ad festum Purificationis proximè venturum celebrent, iuxta formam à sacris Canonibus eis datam, & deinde de triennio in triennium.

Ex Concilio Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

30. Vide Pauperes.

Ex Concilio Rauennaten. 3. tempore Interregni, anno 1314.

8. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concilio Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

1. Teneantur singuli Abbates Ord. Canonicorum S. August. & S. Benedicti nostræ Prouinciæ, suum Capitulum Prouinciale in loco apto suorum Monasteriorum, in festo S. Michaëlis proximè futuro conuocare & celebrare, ibique agere de reformatione Ordinum & Monasteriorum, (iure tamen Ordinariorum in omnibus semper saluo) dictaque Capitula Prouincialia prædictorum Ordin. de triennio in triennium celebrentur. Omnes & singuli Abbates, Abbatissæ, præpositi Priores, Priorissæ & alij quibus cura, & administratio Monasteriorum vtriusque sexus commissa est, infra hinc, & festum Pentecostes proximè futurum, debitum pastoralis Officij sui diligenter impendant. Prohibendo egressus sine causa rationabili, & ingressum personarum suspectarum, ac obseruent, & à suis subditis faciant obseruari, vt diuinum Officium diurnum pariter & nocturnum deuotè iuxta Regulas dictorum Ordinum celebretur.

Ex Concilio Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

8. Ne Abbates aut Priores Conuentuales supra se Abbates habentes, qui de priuilegio vel consuetudine bona Prioratuum vacantium ab eisdem dependentium ad se pertinere asserunt, totaliter vtensilibus, & bonis aliis mobilibus denudent.

Ex Conc. Lateran. vniuersali 17. sub Leone X. anno 1513. Seß. 12. De Concordatis.

1. Vide Electiones.

Ex Concilio Senonensi sub Clemente III. anno 1528. De moribus.

22. } Vide Monachi.
27. }

38. Abbates nonnunquam attentant munus confirmationis conferre, si qui sint qui contendant sibi competere hanc facultatem ex priuilegio, volumus quod cùm primùm fuerint requisiti à Suffraganeis nostris de priuilegio fidem facere teneantur, & idem statuimus obseruandum quantum ad illos qui Calicum consecrationem attentant.

Ex Concilio Colonensi sub Paulo III. anno 1549. Parte 10.

13. Vide Moniales. 15. Vide Monachi.

Ex Concilio Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549. Medio 3.

8. Abbates non nisi intra Monasteriorum septa cum fratribus habitent, nec moram longam extra ea trahant.

Ex eod. Cod. Censura contrà abusus.

16. Vide Baptismus.

Ex Concil. Tridentino Generali 18. sub Pio IV. anno 1562. Seß. 23. De Reformatione.

10. Abbatibus, ac aliis quibuscumque quantumuis exemptis, non liceat imposterum intra fines alicuius Diœcesis consistentibus, etiamsi nullius Diœcesis vel exempti esse dicantur, cuiquam qui Regularis subditus sibi non sit, tonsuram vel minores Ordines conferre, nec ipsi Abbates & alij exempti aut Collegia vel Capitula quæcumque litteras dimissorias aliquibus Clericis sæcularibus, vt ab aliis ordinentur concedant, sed horum ordinatio ad Episcopos intra quorum Diœcesis fines existunt pertineat, &c. concedentes autem dimissorias contra formam Decreti ab officio & beneficio per annum sint ipso iure suspensi.

Seß. 25. De Regularibus.

11. Vide Monachi.

20. Abbates qui sunt Ordinum Capita, ac cæteri prædictorum Ordinum Superiores Episcopis non subiecti, quibus est in alia inferiora Monasteria Prioratusve, legitima iurisdictio, eadem illa sibi subdita Monasteria & Prioratus suo quique loco, ac ordine ex officio visitent, etiamsi commendata existant.

Ex Concil. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

26. Vide Forum Ecclesiastic.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XIII. anno. 1585.

41. Abbates & Priores Regulares, atque etiam exempti aut Commendatarij, si ætatem præscriptam à iure ad suscipiendos sacros Ordines attigerint, intra annum promoueantur, facultatesque de non promouendo, præterquam in casibus à iure expressis concessæ, iuxta Decretum sacri Conc. Trid. ad annum tantum suffragentur. Commendatarij quamuis ad Regularem obseruantiam non obligentur, tonsura tamen vtantur ampliori quam sæculares, &c.

Visitante Episcopo teneatur Abbas Regularis seu Commendatarius adesse, nisi iusta causa per Episcopum iudicanda impediatur, aut eo casu Vicarius legitimè constitutus, qui quod ordinatum fuerit tam in spiritualibus quam in temporalibus exequatur, aut Canonicis pœnis coërceatur.

ABSOLVTIO.

Vide Confessio, peccata reseruata, Pœnitentia.

Ex Concilio Toletano 12. Sub Agathone, anno 681.

2. SAcerdotes qui non sentienti, neque pœnitenti ausu temerario pœnitentiam dederint, neque è ex hortatu eius qui pœnitentiam accipit vel manuum indiciis, vel quibuslibet aliis euidentibus significationibus inuitatum fuisse probauerit, vnius anni sententiæ excommunicationis subiacebit: vide pœnitentia.

Ex Concilio Lugdunensi Generali 14. Sub Gregorio X. anno 1278.

20. Absolutionis beneficium ab excommunicationis sententia, vel quamcumque reuocationem ipsius, aut suspensionis, seu etiam interdicti per vim vel metum extortam, præsentis constitutionis authoritate omninò viribus vacuamus, & eos qui extorserint excommunicatos decernimus.

30. Vide Excommunicatio.

Ex Concilio Saltzburgensi sub Vrbano VI. anno 1386.

4. Ecclesiarum Rectores in casibus dubitabilibus, præcipuè periculum, vel salutem animarum concernentibus, ad Superiorem recurrant confidendenter vel saltem peritiores vel sapientiores studeant super his diligenter requirere.

Ex Concilio Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

21. Qui absolutionem & vide Lugdun. 1274. cap. 10.

Ex Concilio Frisingensi sub Eugenio V. anno 1440.

18. Vide Confessio. 30. Vide Excommunicatio.

Ex Concilio Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

17. A modo Indulgentiæ per Sedem Apost. concessæ vel concedendæ per Rectorem alium prouidum, honestum & eruditum virum, loci Diocesanum seu eius Vicarium deputandum publicentur, & populo exponantur.

Ex Concilio Lateran. Generali 17. Sub Leone X. Sess. 9. De Reformatione.

20. Qui in blasphemis inquirendis puniendisque diligentes & seueri fuerint, pro qualibet vice decem annorum indulgentiam consequantur, & tertiam partem mulctæ pecuniariæ habeant.

Ex Concilio Tridentino Generali 18. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 24. De Reformat.

6. Liceat Episcopis in Irregularitatibus omnibus & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare, & in quibuscunque casibus occultis etiam Sedi Apost. reseruatis, delinquentes quoscunque sibi subditos in Diœcesi sua per seipsos aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ gratis absoluere, imposita pœnitentia salutari, Idem & in hæresis crimine, in eodem foro conscientiæ, eis tantum, non eorum Vicariis, sit permissum.

Ex Concilio Mediolanensi 5. Sub Gregor. XIII. anno 1579. Parte I.

6. Ne cuiuis Rectori Ecclesiæ etiam exemptæ, neque vlli ordini Regularium liceat Indulgentias in suis Ecclesiis promulgare, sed per Episcopum adhibitis duobus de Capitulo illæ quotannis stato tempore publicentur atque euulgentur.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo 5. an. 1069.

12. Ne in Ecclesiis aut alias quoquomodo publicentur Indulgentiæ nisi ab Episcopis visæ, & per eorum sigillum aut signum, & Secretarij subscriptionem, appareat Parochis eas à summo Pontifice concessas fuisse & in Ecclesiis quibus Indulgentiæ concessæ fuerint, & capellis seu altaribus priuilegiatis, tabula publicè apponatur, signo & sigillo Episcopi eiusque Secretarij notata, qua appareat quid concessum, quid agendum sit, ad dictas indulgentias consequendas.

ABSTINENTIA.

Vide Ieiunium.

Ex Concilio Moguntino sub Leone III. anno 813.

46. MAgnum malum ebrietatis, vnde omnia vitia pullulant, modis omnibus præcipimus cauere, & qui hoc vitare noluerit, excommunicandum esse decreuimus, vsque ad emendationem congruam.

Ex Concilio Salegunstadiensi sub Benedicto VIII. anno 1022.

1. Vt 14. dies omnes Christiani ante festiuitatem S. Ioan. Bapt. in abstinentia sint carnis & sanguinis nisi infirmitate impediente, aut alicuius festi solemnitate festi solemnitate intercedente & ante natiuitatem Domini similiter, & in vigilia Epiphaniæ, & in omnium vigiliis Apostolorum, & in vigilia Assumptio. S. Mariæ & in vigil. S. Laurentij, nec non etiam in vigil. omnium SS. Adiicientes prædictis vnam horam refectionis excepta infirmitate, &c.

Ex Concilio Romano V. Sub Gregorio VII. anno 1078.

8. Quia dies Sabbati apud Patres nostros, in abstinentia celebris est habitus, &c. admonemus, vt quicumque se Christianæ Religionis participem esse desiderat, ab esu carnium eadem die, nisi maiori festiuitate interueniente, vel infirmitate impediente abstineat.

Ex Concilio Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

23. Nullus Christianus à capite Ieiunij, vsque ad Pascha carnem comedat.

Ex Concilio Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

47. Fideles diebus Ieiuniorum similiter sextisferiis & Sabbatis à carnium & aliorum esu, quos Ecclesiæ consuetudo per eos dies hucusque vitare perseuerauit, extra legitimam necessitatis excusationem sibi temperent.

Ex Concilio Tridentino Generali XVIII. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 24. de Delectu cibor.

Pastores ea quæ tam in hoc Concilio quàm in aliis œcumenicis statuta sunt quibuscumque fidelibus sedulo commendent, omnique diligentia vtantur, vt illis omnibus & iis præcipuè sint obsequentes quæ ad mortificandam carnem conducunt, vt ciborum delectus & ieiunia, vel etiam quæ faciunt ad pietatem augendam, vt dierum festorum deuota & religiosa celebratio.

Ex Concilio Mediolan. II. sub Pio V. anno 1569. Titulo 1.

20. Quibus ob infirmam valetudinem, aut ob aliam iustam causam permissum erit quadragesimæ diebus carne aut aliis eo tempore vetitis cibis vesci, ne publicè, neue etiam cum domesticis, sed separatim in remotiori ædium loco, eius generis cibum capiant.

ACCVSATOR.

VErbo Episcopi, Concil. Carthagin. 7. anno 419. cap. 5.
V. Excommunicatio, Conc. Carthagin. 7. an. 419. c. 1.

ADVLTERIVM.

Vide Luxuria.

Ex Canon. Apost. Clementis I. anno 93. & Epitome Adriani I. anno 773.

48. SI laicus vxorem suam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit excommunicetur.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

8. Fœminæ quæ nulla præcedente causa reliquerunt viros suos, & alteri se copulauerunt, nec in fine accipiant communionem.

9. Fidelis fœmina quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, prohibeatur ne ducat, si autem duxerit, non prius accipiat communionem quam is quem reliquit de sæculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.

47. Si quis fidelis habens vxorem non semel sed sæpè fuerit mœchatus in fine mortis si se promiserit cessaturum, detur ei communio, si resuscitatus rursus fuerit mœchatus, placuit vlterius non edere eum de communione panis.

63. Si qua mulier per adulterium absente marito conceperit, idque post facinus acciderit, placuit ei nec in fine dandam esse communionem.

64. Si qua mulier vsque in finem mortis suæ, cum alieno fuerit viro mœchata placuit nec in fine dandam ei communionem; si vero eum reliquerit post 10. annos recipi ad communionem actâ legitima pœnitentia.

65. Si cuius Clerici vxor fuerit mœchata, & sciat eam maritus suus mœchari, & eam non statim proiecerit, nec in fine accipiat communionem.

69. Si quis forte per adulterium semel fuerit lapsus, placuit eum quinquennio agere pœnitentiam, & sic reconciliari, nisi infirmitas coegerit ante tempus dare communionem, hoc & circa fœminas obseruandum.

70. Si conscio marito fuerit mœchata vxor, placuit nec in fine dandam esse ei communionem, si verè eam reliquerit, post 10. annos accipiat communionem, si eam cùm scieret adulteram aliquo tempore in domo sua retinuit.

78. Si quis fidelis habens vxorem cum Iudæa vel Gentili fuerit mœchatus, à communione arceatur, quod si alius eum detexerit, post quinquennium actâ legitima pœnitentia, poterit dominicæ sociari communioni.

Ex Concilio Arelatensi sub Siluestro I. anno 314.

10. De his qui coniuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt adolescentes fideles, & prohibentur nubere placuit vt in quantum potest consilium eis detur, ne viuentibus vxoribus suis licet ad vlteris, alias accipiant.

Ex Concilio Ancyrano sub Siluestro I. anno 314. & Epitome Adriani I. anno 773.

20. Si quis adulterium commiserit, 7. annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur secundum pristinos gradus.

24. Quidam sponsæ suæ sororem ingrauidauit, deinde sponsa ab eo in vxorem ducta, soror eius corrupta laqueo se suspendit, hi qui fuerunt conscij decennio pœniteant.

Ex Concilio Andegauensi sub Leone I. anno 453.

7. Hi qui alienis vxoribus superstitibus eorum maritis, nomine coniugij abutuntur, à communione habeantur extranei.

Ex Concilio Aenetico in Gallia sub Leone III. anno 453.

2. Eos qui relictis vxoribus suis, excepta causa fornicationis siue adulterij probatione, alias duxerint, statuimus à communione arcendos.

Ex Concilio Aurelianensi sub Symmacho anno 507.

7. Si se cuicumque mulier duplici coniugio presbyteri vel Diaconi relicta coniunxerit, aut castigati separentur, aut certè si in criminum intentione perstiterint, pari communicatione plectantur.

Ex Concilio Ilerdensi sub Ioanne I. anno 524.

2. Qui malè conceptos ex adulterio fœtus vel editos necare studuerint vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliserint, in vtroque sexu adulteris post 7. annorum curricula, communio tribuatur, ita tamen vt omni tempore vitæ suæ, fletibus & humilitati insistant, si verò Clerici fuerint officium eis ministrandi recuperare non liceat, attamen in choro psallentium à tempore receptæ communionis intersint, ipsis autem veneficis in exitu tantum si facinora sua omni tempore vitæ suæ defleuerint, communio tribuatur.

Ex Concilio Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

29. Si quæ mulieres fuerint in adulterio cum Clericis deprehensæ Clericis districtione adhibita, mulieres ipsæ prout Sacerdoti visum fuerit districtioni subiaceant, & à ciuitatibus vt Sacerdos præceperit repellantur.

Ex Concilio Toletano 11. sub Adeodato, anno 675.

5. Vide Episcoporum mores.

Ex Concilio Meldensi sub Cergio II. an. 845.

69. Qui viuente marito Coniugem illius adulterasse accusatur, & eo in proximo defuncto eamdem sumpsisse dignoscitur, omnimodis publicæ pœnitentiæ subigatur, &c. Quod si forte, is aut mulier virum qui mortuum fuerat occidisse notentur, aut pro pinquitas vel alia qualibet actio criminalis impediat, sine vlla spe coniugij cum pœnitētia perpetuo maneat.

Ex Concilio Vuomartiensi sub Adriano II. anno 868.

44. Si cuius vxor adulterium fecerit, aut vir in alienam vxorem irruerit, 7. annos pœnitentiam agat,

Ex Concilio Tribuniensi sub Formoso, anno 895.

40. Non licet, nec Christianæ Religioni oportet, vt ea vtatur in matrimonio, cum qua prius pollutus est adulterio.

46. Si cuius vxor constuprata fuerit, & propterea maritus capitali sententia, delere illam machinauerit, ipsa vero vrgente mortis periculo ad Episcopum confugerit, & auxilium quæsierit, operosiori si potest Episcopus desudet labore ne occidatur, si vero non potest nullomodo liceat ei requirenti eam reddere viro ad occidendum, sed solerti cura transmittet eam ad locum quem ipsa delegerit, vt secura viuere possit, si vero interdum maritus eam inuenerit & reperierit, secundum sæculum potestatem habeat quid agere ei velit, maritus vero quamdiu ipsa viuet nullo modo alteram ducat.

49. De his qui in adulterio iuncti, filium vel filiam genuerunt, canonicè præiudicamus, vt quando ab Episcopo iusta diuisione separantur eo tenore se iungantur, ne vltra spe reuersionis deludantur, quare si quid inter se proprietatis aut pecuniæ communi donatione tradiderunt, vtique communi seruent infanti, de reliqua vero proprietate & pecunia, nullam vlterius habeant communionem, sed vterque sua prouideat & vt velit faciat.

51. Si quis cum vxore alterius (viuente eo) fornicatus fuerit, moriente marito Synodali iudicio, aditus ei claudatur illicitus, ne vlterius ei coniungatur matrimonio, quam prius polluit adulterio.

Ex Concilio Nannetensi sub Formoso, an. 895.

12. Si cuius vxor adulterium perpetrauit, & hoc à viro deprehensum fuerit, & publicatum, dimittat vxorem si voluerit propter fornicationem; illa vero 7. annis publicè pœniteat vir vero eius; illa viuente nullatenus aliam accipiat, quod si voluerit adulteram sibi reconciliari, licentiam habeat, ita tamen vt pariter cum illa pœnitentiam agat, & exacta pœnitentia post 7. annos ad communionem vterque accedat. Similis forma, & in muliere seruabitur, si eam vir eius adulterauit.

14. Quod si vir non habens vxorem, alterius vxorem adulterauit, aut si qua mulier non habens virum cum alterius viro, ille qui fœdus violauit coniugij, 7. annis pœniteat, ille qui lege coniugij non tenetur 5. annis pœniteat.

Ex Concilio Salegunstadiensi sub Benedicto V. I. anno 1022.

7. Si duo in adulterio inculpari fiant, & vnus profiteatur alter neget, ille qui negauerit probabili iudicio se expurget, & qui professus fuerit dignè pœnitentiam agat.

14. Si duo de adulterio accusari fuerint & ambo negauerint, & orant sibi concedi vt alter illorum vtrosque diuino purget iudicio, si vnus in hoc deciderit, ambo Rei habeantur.

Ex Concilio Rhemensi sub Leone IX. anno 1049.

13. Ne quis legitima vxore derelicta aliam ducat.

Ex Concilio Tolosano sub Victore II. anno 1056.

12. Adulteros, incestuosos ac periuros monemus vt resipiscant, & ad dignam satisfactionem secundum statuta Canonum perueniant, & excommunicamus id in futuro fieri nullatenùs.

Ex Concilio Rauennatensi 2. sub Clemente 5. Anno 1311.

29. Adulteri nisi, moniti per proprium Sacerdotem resipuerint cum effectu, repulsis procul adulteris ad denunciationem Sacerdotis, vel Parochialis prædicti, Diœcesanus teneatur ex officio procedere contra eos per censuram Ecclesiasticam vsque excommunicationis sententiam, quam si sustinuerint per mensem animo indurato adulteris non repulsis, & si in morte de prædictis satisfecerint cum effectu, nihilominus Ecclesiastica careant sepultura.

Ex Concilio Sabinensi in Hispania sub Ioanne 22. anno 1322.

22. Quicunque coniugatus concubinam publicè detinere præsumpserit, vel coniugatus aut non coniugatus Concubinam infidelem præsumpserit detinere,

tam

tam ipsi quam ipsæ eo ipso excommunicationem incurrant.

Ex Concilio Trident. Gener. 18. sub Pio IV. anno 1562. Seff. 24.

8. Concubinarij tam soluti quàm vxorati cuiuscunque status dignitatis & conditionis existant, si postquam ab ordinario etiam ea officio ter admoniti Concubinas non eiecerint, seque ab earum consuetudine non seiunxerint excommunicatione feriantur donec ee ipsi paruerint, qood si in concubinatu per annum censuris neglectis permanserint, contra eos ab ordinario procedatur.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

46. Vide Vsura.

ADVOCATI ECCLESIARVM.

VErbo Ecclesia, Conc. Saltzburg. 1274. cap.25. 1281.c.12. Herbipol. 1287.cap. 22. Salisburg. 1420.cap.53. Frising. 1440.c.16.
V. Ecclesiastica bona, Conc.Vienn,1267. c.u.Lugd. Gen.14.1274.cap.12. Rauennat.1314.cap. 7.
V. Forum Ecclesiastic. Conc.Magunt. 813. cap. 50. Lugd. Gener.14. 1274.c.19.

AFFINITAS.

Vide Matrimonium.

Ex Concilio Compendiensi sub Paulo I. anno 757.

DE eo qui filiastrum vel filiastram ante Episcopum tenuerit.

Ex Concilio Moguntino sub Leone III. anno 813.

47. Vnusquisque compater, vel proximi spirituales filios suos catholicè instruant.

54. Vide Matrimonium.

55. Nullus proprium filium vel filiam de fonte baptismatis suscipiat, nec filiolam, nec commatrem ducat vxorem, nec illam cuius filium aut filiam ad confirmationem duxerit, vbi autem factum fuerit separentur.

56. Si quis vxorem viduam duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit seu duabus nupserit, aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum Patre & Filio, tales copulationes anathemarizari & disiungi præcipimus, nec vmquam amplius coniugio copulari, sed sub magna distinctione fieri.

Ex Concilio Moguntino sub Leone IV. an. 847.

30. In quarta generatione nullus amplius coniugio copuletur, vbi autem post interdictum factum, inuentum fuerit, separetur, sane eadem quæ in viri, hæc nimirum in vxoris parentela de lege nuptiarum, regula custodienda est.

Ex Concilio Vvormatiensi sub Adriano II. anno 868.

32. In copulatione fidelium, generationis numerum non definimus, sed id statuimus vt nulli Christiano liceat de propria consanguinitate, siue cognatione vxorem accipere, vsque dum generatio recordatur, cognoscitur aut memoria retinetur.

Ex Concilio Triburiensi sub Formoso anno 895.

41. Si quis legitimam duxerit vxorem, & impediente quacumque domestica infirmitate, vxorium opus non valens implere eum illa, frater eius adamatus ab ipsa elanculum eam humiliauerit, & violatam reddiderit omnimodo separentur, & à neutro vlterius eadem mulier eótingatur, &c. Episcopus tamen considerata mentis eorum imbecillitate, si se continere noo potuerint legitimo consolentur matrimonio, &c.

42. Si quis de vno in alium omnino transmigrat Episcopatum, & si contingat eum filiam sororis suæ Amitæ aut Materteræ, Auunculi aut Patrini polluere aut aliquod crimen committere; Episcopus in cuius tune Diœcesi commoratur, & tali scelere criminatur, habeat ius & potestatem flagitiosum eoercere & ad pœnitendum emollire.

Ex Concilio Confluentino sub Ioanne X. anno 912.

1. Ne vllus Christianus infra septimam generationem nuptias copulare præsumat.

Ex Concilio Salegustadiensi sub Benedicto VIII. anno 1022

11. Quidam generationem consanguinitatis ita volunt numerare vt frater, & soror sint primi, decretum, est, fiet etiam ab antiquis Patribus vt ita non esset; sed vt nepos & neptis, id est, filius fratris, ac filia sororis primi habeantur.

Ex Concilio Rhemensi sub Leone IX. anno 1049.

12. Ne quis incestuosæ coniunctioni se copulet.

Ex Concilio Tolosano sub Victore II. anno 1056.

12. Vide Adulterium.

Ex Concilio Romano sub Nicolao II. anno 1059.

11. De consanguinitate sua nullus vxorem ducat vsque ad generationem septimam, vel quousque parentela cognosci poterit.

Ex Concilio Romano sub Alexandro II. anno 1093.

9. Vide supra Conc. Roma. anno 1054. cap. 11.

Ex Concilio Anglicano sub Gregorio VII. anno 1075.

9. Nullus de propria cognatione vel vxoris defunctæ, seu quam cognatus habuit, vxorem capiat quoad vsque parentela ex alterutra parte ad 7. gradum peruenia t.

Ex Concilio Troiano 1. sub Vrbano II. anno 1089.

2. Episcopi Diœcesanos consanguinitatis linea coniugatos per congrua spatia trina aduocatione conueniant, tunc si duo vel tres viri consanguinitatem iureiurando firmauerint, vel ipsimet fortè confessi fuerint coniugia dissoluantur, &c. Et si Iuuenes sunt alia matrimonia contrahere non prohibeantur.

Ex Concilio Londinensi sub Paschali II. anno 1102.

24. Vide matrimonium.

Ex Concilio Lateran. 2. Vniversali 9. sub Calixto II. anno 112.

5. Coniunctiones consanguineorum fieri prohibemus, & (secundum leges diuinas sæculi) hoc agentes, & eos qui ex eis prodeunt, infamiis notamus, & infames esse censemus.

Ex Concilio Londoniensi 1. sub Honorio II. anno 1125.

13. Inter consanguineos seu affinitate coniunctos vsque ad generationem matrimonia contrahi prohibemus, si qui vero taliter coniuncti fuerint separentur.

14. Viri proprias vxores de consanguinitate impetentes & testes quos adducunt non suscipiantur, sed prisca Patrum seruetur authoritas.

Ex Concilio Lateran. Vniuers. 10. sub Innocent. II. anno 1139.

17. Coniunctiones consanguineorum, omnino fieri prohibemus.

Ex Concilio in Dalmatiæ & Diocliæ Regnis sub Innocentio III. anno 1199.

6. Quicunque in 4. gradu præsertim vel infra coniugium habere coniunccitur, tamdiu maneat excommunicatus & ab omnibus Ecclesiæ separatus donec à nefaria copula separetur.

Ex Concilio Lateran. Vniuers. 12. sub. Innocentio III. anno 1215.

. Contrahentes in 2. & 3. affinitatis genere de cetero li... here copulentur, &c. prohibitio quoque copulæ coniuga lis 4. consanguinitatis, & affinitatis gradum de cetero noo excedat, quoniam in vlterioribus gradibus ia... non potest absque graui dispendio huiusmodi prohibitio generaliter obseruari.

Ex Concilio Sabinensi seu Palentino in Hispania sub Ioanne XXII. anno 1322.

12. Statutum generalis Conc. Viennensis quo nuptias contrahentes in gradu prohibito excommunicationi subiacent, ipsi Ecclesiarum prælati in Cathedralibus & Parochialibus Ecclesiis 4. anni festis præcipuis & in diebus dominicis quadragesimæ faciant publicare.

Ex Concilio Coloniensi sub Paulo III. anno 1536. Parte 7.

46. Si Parochi in denumeratione graduum consanguinitatis ac affinitatis addubitauerint, peritiores consulent vbi Rom. Pontifex dispensatorio diplomate matrimonium secus contractum approbandum iusserit, examinentur causæ diligentius quæ dispensationem extorseruot.

Ex Concilio Trident. Generali 18. sub Pio IV. anno 1563. Seß. 24. De Reformatione.

2. Vide Baptismus.

3. Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum vbi sponsalia quacunque ratione valida noo erant, sancta Synodus prorsus tollit, vbi autem valida fuerint, primum gradum non excedant.

4. Impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatiooe contractam inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum qui in 1. & 2. gradu coniunguntur restringit, in vlterioribus vero gradibus statuit huiusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere.

5. Si quis intra gradus prohibitos scieoter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat, &c. Quod si ignorantes id fecerit, si quidem solemnitates requisitas neglexerit, eisdem subiiciatur poenis, in 2. gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes & ob publicam causam.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

14. Vide Baptismus.

AGAPE.

Ex Concilio Laodiceno sub Syluestro I. anno 320.

27. NOn oportet ministros altaris vel quoslibet Clericos, vel etiam Laicos ad Agapen vocatos partes tollere, propter iniuriam quæ ex hac occasione Ecclesiastico ordini possit deputari.

28. Non oportet in Dominicis seu Ecclesiis Agapen facere, & intus manducare vel accubitus sternere.

Ex Concilio Gangrensi sub Syluestro I. anno 325. Et Epitome Adriani I. an. 773.

11. Nullus execretur Agapas, id est, conuiuia pauperibus exhibita.

ALTARE.

Ex Concilio Laodiceno sub Syluestro I. anno 320.

19. Solis ministris altaris liceat ingredi ad Altare, & ibidem communicare.
44. Non oportet mulieres ingredi ad Altare.

Ex Concilio Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

23. Cum Altari assistitur semper ad Patrem dirigatur oratio.

Ex Concilio Carthagin. 5. sub Anastasio, anno 398.

14. Placuit vt Altaria quæ passim per agros aut vias tanquam memoriæ martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab Episcopis qui eisdem locis præsunt si fieri potest, euertantur; si autem hoc propter tumultus populares, non sinitur, plebes tamen admoneantur ne illa loca frequentent, &c. Et omnino nulla memoria martyrum acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ sint, aut vbi origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis, fidelissima origine traditur.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho, anno 509.

14. Altaria placuit non solum vnctione Chrismatis sed etiam Sacerdotali benedictione Sacrari.

Ex Concilio Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

26. Altaria nisi lapidea, infusione Chrismatis non Sacrentur.

Ex Concilio Braccharensi sub Ioanne III. anno 563.

10. Placuit vt non liceat cuilibet ex lectoribus Sacra Altaris vasa portare nisi his qui ab Episcopo Subdiaconi fuerint ordinati.
19. Vide Chrisma.

Ex Concilio Antisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

37. Non liceat mulieri manum suam ad pallas dominicas mittere.

Ex Concilio Toletano 13. sub Leone II. anno 683.

7. Quicunque Sacerdotum vel ministrorum deinceps causa cuiuslibet doloris vel amaritudinis permotus, aut Altare Diuinũ, vel vestibus Sacraris exuere præsumpserit, aut qualibet alia lugubri veste accingi, seu etiam si consueta luminariorum Sacrorum obsequia de templo subtraxerit, vel extingui præceperit, aut quodcunque lugubritatis in templo Dei induxerit, atque occasionem nutrierit, vnde de templis Domini, aut officia consueta desint, aut oblatio singularis Sacrificij videatur in aliquo defraudari, si eum antea veræ pœnitudinis coram Metropolitano satisfactio non purgauerit, ignobilitati perpetuæ mancipatus, & loci sui dignitate se nouerit, & honore priuari.

Ex Concilio Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

2. Vide Beneficium Ecclesiasticum.

Ex Concilio Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

9. Vide Missa.

Ex Concilio Nannetensi sub Formoso I. anno 895.

3. Vide Mulieres.

Ex Concilio Romano sub Ioanne XII. anno 964.

1. In circuitu Altaris aut in Presbyterio nullus laicorum stare præsumat quoties Missarum solemnia celebrantur, quod si fecerit quis, communione priuatus maneat vsque ad emendationem.

Ex Concilio Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

3. Vide Missa.

Ex Concilio Quintilineburgensi sub Grego. VII. anno 1085.

5. Ne Laici pallas Altaris, & Sacra vasa contingant.

Ex Concilio Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

2. Prouideant Archidiaconi vt linteamina & alia ornamenta Altaris sint honesta, ad minus duplicia ornamenta Sacerdotalia, & qui Altari ministrant super pelliceis induantur.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

8. Corporalia, pallæ, tobaleæ, & cætera Sacerdotum & Altarium ornamenta munda sint, & cum omni mundicia conseruentur, & calices habeantur argentei, si commode fieri poterit, & Ecclesiarum suppetant facultates, & sufficientes libri pro Diuinis officiis, & paramenta, &c. Et vbi in prædictis habendis non sufficiant Ecclesiarum facultates moneantur laici, & maximè Parochiani, & solicitè inducantur vt componant & contribuant saltem pro dimidia in prædictis.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

15. Episcopi non sint faciles ad consecranda Altaria portatilia, sed tunc demum ad ea consecranda accedant, cùm intellexerint ea esse requisita pro Ecclesiis, aut aliis locis in quibus licitè celebratur, & pro-

suos Decanos rurales aliosve Officiarios prouideant, ne prædicta Altaria portatilia retineantur in domibus priuatorum.

Ex Concilio Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 2.

19. Quæ pallia aliaque sacra indumenta altarium vsui, & ornatui addicta sunt, ea ad Sedis Episcopi, alteriusve hominis Ecclesiastici vel Laici quavis dignitate præditi apparatum, aut ad funeris, exequiarumve pompam, aut aliarum rerum quæ prophanæ sint vsum, siue ornamentum ne adhibeantur.

Ex Concilio Mediolanensi 4. sub Greg. XIII. anno 1576. Parte 1.

11. Capellarum & Altarium locus ne in vlla quavis Ecclesia quovis nomine cuiquam absque Episcopi auctoritate detur, &c. Sepiatur omnino altare vnumquodque septo ferreo vel lapideo aut ligneo, quod septum ab altari congruo spatio distet, nec illud septum Laicus ingrediatur.

15. Consecratæ Altarium mensæ totæ, licet aliqua ex parte lateritiæ sint tela cerata ita contegantur vt facile à mensa, tela non possit amoueri.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

16. Vide Ecclesia.

18. Vide Conc. Mediola. 1576. cap. 11. amoueantur omnia altaria quæ sub suggestum, aut organum extructa sunt; aut columnæ, pilæue hærentia, aut aduersa altari maiori, aut Ecclesiæ ianuis nimis propinqua, aut alia quavis ratione incommoda aut periculosa, vel etiam sine fundatione, Episcopi iudicio. Emolumenta autem oblationes & iura, ac onera altarium quæ amouebuntur, ad alia altaria eiusdem Episcopi sententia transferantur, vnum quodque altare lapideum sit vel saltem lateritium, cum tabula lapidea si consecrandum est, in eo non sit fenestella, foramenve vlla ex parte, vbi quicquam asseruari aut recondi possit, nisi sint reliquiæ Sanctorum. Altare omne, tegumen habeat, vel fornicarum, vel ex asseribus aut è tela alicuius coloris decenter picta, vel panno pretiosiore confectum vbi fornix non est quæ totum altare ac præterea Sacerdotem celebrantem tegat, &c. Vnumquodque altare, vbi commodè Episcopus fieri posse iudicarit, sepiatur omnino septo ferreo vel lapideo, vel saltem ligneo, quod septum ab altari distet saltem palmis, nec vero illud septum laicus ingrediatur dum Missæ sacrificium fit, &c. Petra sacrata non sit minor longitudine palmi vnius & dimidij, latitudine palmi & quarti, præter ligneam capsam in qua includetur, sit etiam tela cerata cooperta.

Ex Concilio Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

24. Altare, habeat altare portatile consecratum, nisi altare ipsum totum consecratum esse constiterit, candelabra duo, crucem in medio ex aliqua decenti materia, pallium ante altare eius coloris quem dies requirit tabellam orationum secretarum, & mappulam decentem ad manus tergendas.

27. Altaria non quacunque in templi parte extrui debent, sed decenti & commodi loco, eo sanè situ, vt aliquid spatij inter ea interstet.

Ex Concilio Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

17. Altaria non constituantur noua, non fiant Iconæ pictura vel sculptura cuiuscunque Ecclesiasticæ historiæ, Episcopis inconsultis.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

59. Amoueantur & destruantur quæ sub dio & extra Ecclesiam sunt constructa altaria, aut altari maiori aduersa, aut ianuis Ecclesiæ nimis propinqua, alia quacunque ratione incommoda; ornentur altaria scabello ligneo quod vernaculè dicitur *marchepied*, mappæ coronis lignea, & ex panno serico, aut alio decenti, pallium apponatur.

ANGELI.

Ex Concilio Laodiceno sub Syluestro I. anno 320.

34. Non oportet Christianos derelicta Ecclesia Dei abire, & ad Angelos Idololatriæ abominandæ (*apud paganos Genios seu potius Dæmones.*) Congregationes facere, quæ omnia interdicta sunt quicunque autem inuentus fuerit Idololatriæ vacans anathema sit.

APOCRYPHI LIBRI.

Ex Concilio Romano 1. sub Gelasio I. anno 494.

3. Imprimis Ariminensem Synod. à Constantio Cæsare congregatam, mediante Tauro Præfecto confitemur esse damnatam. Item Itinerarium Petri Apost. quod appellatur S. Clementis libri 8. Apocryphum, actus nomine Andreæ Apostoli actus nom. Thadæi, Euang. nom. Matthiæ, Euang. nom. Petri Apost. Euang. nom. Iacobi minoris, Euang. nom. Barnabæ, Euang. nom. Thomæ quo vtuntur Manichæi, Euang. nom. Bartholom. Ap. Euang. nom. Andreæ Apost. Euangelia quæ falsauit Lucianus Euang. quæ falsauit Hesychius, liber de Infantia Saluatoris, liber de natiuitate Saluatoris & de Maria & obstetrice, liber qui appellatur Pastoris, libri omnes quos fecit Leucius discipulus diaboli, liber qui appellatur fundamentum, lib. qui appellatur Thesaurus, liber de filiabus Adæ Geneseos, Centimetrum de Christo, virgilianis compaginatum versib. lib. qui appellatur actus Teclæ & Pauli Apost. lib. qui appellatur nepotis, liber prouerbiorum qui ab hæreticis conscriptus, & S. Sixti nomine prænotatus est, Reuelatio quæ appellatur Pauli Apost. Reuelatio quæ appellatur Thomæ Ap. Reuelatio quæ appellatur transitus, id est, Assumptio S. Mariæ, liber appellatus pœnitentia Adæ, liber ogiæ nomine Gigantis qui ab hæreticis cum Dracone post diluuium pugnasse perhibetur. lib. dictus testamentum Iob, lib. dictus pœnitentia Origenis, lib. dictus pœnitentia S. Cypriani, lib. dictus pœnitentia Ioannis & mambre, lib. dictus Sortes Apostolorum, lib. dictus Laus Apostolorum, lib. Canonum Apost. liber Physiologus ab hæreticis

conscriptus

conscriptus est, & B. Ambrosij hom. signatus historia Eusebij Pamphilij, opuscula Tertulliani, Lactantij, Affricani, Posthumiani & Gallij opuscula montani, Priscillæ & maximillæ, opusc. omnia Fausti manichæi, Opusc. Commodiani, alterius Clementis Alexandrini, satij Cypriani, Aroobij, Ticonij, Cassiani Presbyteri Galliarum, opusc. Victorini pictauiensis, Fausti Regiensis, Frumenti cœci, Epistola Iesu ad Abagarum Regem, Epist. Abagari ad Iesum, passio Quiricie Iulitæ, passio Georgij, scriptura quæ appellatur contradictio Salomonis, Phylacteria omnia quæ non Angelorum (vt illi confingunt) sed Dæmonum magis artes conscripta sont, hæc & omnia his similia, quæ Simon Magus, Nicolaus Corinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus Samosatenus, Photinus & Bonusus, montanus quoque cum suis obscœnissimis sequacibus Apollinaris, Valentinus, siue manichæus, Faustus, Africanus, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cœlestius, Donatus, Eustathius, Iouinianus, Iulianus Celanensis, Cælestinus Cynicus, Lampetius, Diuscorus, Eutyches, Petrus & alius Petrus, è quibus vnus Alexandriam alius Antiochiam maculauit, Acatius Constantinopolit. com consortibus suis necnon & omnes hætetici eorumque discipuli siue schismatici docuerunt, vel conscripserunt, quorum nomina ab omni Romana Cathol. & Apost. Ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus auctorumque sequacibus sub anathematis in dissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata.

Ex Concilio Coloniensi sub Paulo III. anno 1549. Medio I.

3. Nullus author in triuialibus ludis prælegatur qui non sit à Decano artium, vicinæ & Catholicæ vniuersitatis examinatus, & ad prælegendum Iuuentuti admissus, &c. Sub anathemate interdicimus lectionem eorum librorum in triuiis, qui ad seducendam in prauas opiniones Iuuentutem aliud agentem & quærentem scripti videntur, quales sunt quorumdam Grammaticæ, Dialecticæ & Rhetoricæ institutiones, in quibus exempla ferè è prauis aduersariorum dogmatibus petuntur, &c. Quales item quædam familiarium colloquiorum formulæ in odium Monastici instituti, & cæremoniarum contemptum Ecclesiasticarum, compositæ, & efficta.

4. Parochi & Concionatores sub anathemate caueant, non modo ab his quæ ex officina venerit Lutheri, Buceri, Caluini, Oecolampadij, Bullingeri, Francisci Lamperti, & Philippi Melanctonis, fugiant etiam Coruinum Capitonem, Brentium, Pomeranum, Pelecanum, Musculum, Sarcenium, & Christophorum Hegendorphium, Osiandrum, Spangenbergium, Oldendorphum, Hermannum Bonnum, Hedionem & eius in Ecclesiasticam historiam supplementa, Chronicum Sebastiani Franck, &c.

APOSTATA.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

46. SI quis fidelis Apostata per infinita tempora ad Ecclesiam non accesserit, si tamen aliquando fuerit reuersus, nec fuerit Idololatra, post 10. annos placuit eum communionem accipere.

Ex Concil. Arelatensi sub Syluestro I. anno 314.

23. De his qui apostatant & antequam se ad Ecclesiam repræsentent, nec quidem Pœnitentiam agere quærunt, & postea infirmitate correpti petunt communionem, placuit eis non dandam nisi reualuerint, & egerint dignos fructus Pœnitentiæ.

25. Vide Monachi Conc. Arelat. 2. anno 389. cap. 25.

Ex Concilio Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

54. Vide Monachi & Pœnitentia.

Ex Concilio Toletano 6. Honorio I. anno 653.

6. Vide Monachi.

Ex Concilio Toletano 8. sub. Martino I. anno 653.

7. Vide Clericorum Cœlibatus.
Verbo Clerici Cooc. Triburien. 895. cap 27.
V. Clericorum mores, Toletan. 646. c. 1. Rhemen. 1049. Londin. 2. 1102. c. 11.
V. Monachi Arausicano 441. cap. 28. Toleta. 633. cap. 41. 51. 54. Triburien. 895. cap. 26. Rauennat. 1311. cap. 12. Colonien. 1549. cont. abus. c. 4. 6. 10. 11. Mogunt. 1549. c. 78.
V. Prædicatio. Colonien. 1536. par. 4. c. 17.

APOSTOLICA SEDES.

Vide Pontifex Roman. Appellatio.

Ex Synodo Romana sub Syluestro I. anno 324.

1. NEmo iudicabit primam sedem, quoniam omnes Sedes à prima Sede Iustitiam desiderant temperari, neque ab Augusto, neque ab omni Clero neque à Regibus, neque à populo Iudex iudicabitur.

Ex Concil. Nicano Generali 1. sub Siluestro I. ann. 325. Secundum Iulium I.

2. Vide Appellatio.

3. Dum iteratò iudicat Apostolicæ Sedis Pontifex causam Episcopi, nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur Episcopus, quoniam quamquam à Comprouincialibus Episcopis, accusati causam Pontificis, scrutari liceat non tamen definiri inconsultò Rom. Pontifice permissum.

19. Prouincialis Synodus retractetur per Vicarios vrbis Romæ Episcopi, si ipse decreuerit.

23. Primates accusatum discutientes Episcopum non antè, sententiam proferant damnationis, quàm Apostolica freti authoritate, aut Reum se ipse confiteatur, aut per innocentes & Canonicè examinatos regulariter testes conuincatur.

Ex Concilio Romano 1. sub Gelasio I. an. 464.

2. Quamuis vniuersæ per orbem Catholicæ Ecclesiæ vnus thalamus sit, sancta tamen Ro. Cathol. & Apostolica

Apostolica Ecclesia nullis Synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est, sed Euangelica voce Domini primatum obtinuit [tu es Petrus & sup. hanc Petram ædificabo Eccl. meam] cui data est etiam societas Beatissimi Pauli Apost. Vasis electionis, qui vno eodemque die gloriosa morte cum Petro agonizans coronatus est, & pariter supradictam S.R.Ecclesiam Christo Domino consecrarunt.

Ex Concilio Aurelianensi 4. sub Vigilio anno 545.

1. De solemnitate Paschali quoties aliquid dubitatur, inquisita vel agnita per Metropolitanos à Sede Apostolica, sacra constitutio teneatur.

Ex Concilio Aurelianensi 5. sub Vigilio anno 552.

1. Eutychetis, Nestorij sectas quas Apostolica Sedes sancta condemnat similiter & nos easdem cum suis auctoribus & sectatoribus execrantes, præsentis constitutionis vigore anathematizamus atque damnamus.

Ex Concilio Romano sub Zacharia anno 743.

4. Iuxta S.S.Patrum & Canonum statuta omnes Episcopi qui huius Apostolicæ Sedis ordinationi subiacebunt, qui propinqui sunt annuè Id. mens. maij SS. Principum Apost. Petri & Pauli liminibus præsententur, omni occasione seposita, qui vero de longinquo iuxta chirographum suum impleant.

Ex Concilio Romano 3. sub Nicolao II. anno 863.

5. Si quis dogmata, mandata, interdicta sanctiones vel decreta pro Catholica fide, pro Ecclesiastica disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum, vel interdictione imminentium, vel futurorum malorum à Sedis Apost. Præsule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.

Ex Concilio Constantinop. Generali 8. sub Adriano II. anno 869.

13. Si quis tanta efferatus audacia (quemadmodum Photius & Dioscorus siue scripto, siue sine scripto insanias quasdam cõtra Cathedrã Coriphæi Apostolorũ Petri audeat iactare, eamdem atque illi sententiam damnationis subeat, si qua verò œcumenica Synodo collecta, de Romana etiam Ecclesia controuersia extiterit, licebit cum decenti reuerentia de proposita quæstione venerantur per contrari, responsumque admittere, & siue iuuari, siue iuuare, non tamen impudenter contra senioris Romani Pontificis sententiam licere.

Ex Concilio Triburiensi sub Formoso anno 895.

30. In memoriam B. Petri honoremus S. Rom. & Apost. Sedem, vt quæ nobis Sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra Ecclesiasticæ rationis quare seruanda est cum mansuetudine humilitas, vt licet vix ferendum ab illa SS. Sede imponatur iugum, conferamus, & pia deuotione toleremus si vero quod non decet quilibet siue sit Presbyter siue Diaconus redarguatur, falsam ab Apostolico detulisse Epistolam, salua fide & integra circa Apostolicum humilitate, penes Episcopum sit potestas vtrum eum in carcere aut in aliam detrudat custodiam, vsquequo per Epistolam aut per idoneos suæ partis legatos, Apostolicam interpellet sublimitatem vt potissimum sua sancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iusto ordine lex Romana statuat definire.

Ex Concilio Quintilineburgensi sub Greg. VII. anno 1085.

1. Nulli liceat iudicium Sedis Apost. retractare, & eius Iudicio iudicare.

Ex Concilio Lateran. 1. Vniuersali 9. sub Calixto II. anno 1122.

12. Porticanorum habitatorum sine hæredibus morientium bona, contra morientium deliberationem minimè peruadantur, ita tamen vt Porticani in Rom. Ecclesiæ & nostra nostrorumque successorum obedientia & fidelitate permaneant.

Ex Concilio Lateran Vniuers. 12. sub Innocent. III. anno 1215.

5. Vide Appellatio & Patriarchæ.
31. Vide Appellatio.

Ex Concilio Trident. Generali 18. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 25. De Reformatione.

8. S. Synodus omnia & singula sub quibuscumque clausulis & verbis quæ de morum reformatione atque Ecclesiastica disciplina tam sub Paulo 3. ac Iulio 3. quàm sub Pio 4. Pontificibus in hoc sacro Concilio statuta sunt, declarat ita decreta fuisse, vt in his salua semper auctoritas Sedis Apost. & sit & esse intelligatur.

APPELLATIO.

Vide Apostolica Sedes, Pontifex Romanus.

Ex Concilio Nicæno Gener. I. sub Syluestro I. anno 325. Secundum Iulium I.

2. VT omnes Epis. qui in quibusdam grauioribus pulsantur, vel criminantur causis quoties necesse fuerit liberè Apostol. appellent Sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant, vt ab ea (sicut semper fuit) piè fulciantur defendantur & liberentur, cuius dispositioni omnes maiores Ecclesiasticas causas, & Episcoporum Iudicia, antiqua Apostolorum eorum successorum, atque Canonum authoritas reseruauit.

Ex Concilio Antiocheno sub Iulio I. anno 340. & Epitome Adriani I. anno 773.

15. Vide Forum Ecclesiasticum.

Ex Concilio Sardicensi, sub Iulio I. anno. 347. & Epitome Adriani I. anno 773.

3. Vt inter discordes Episcopos, Comprouinciales Episcopi audiant, quod si damnatus appellauerit Rom. Pótif. id obseruandum est quod ipse censuerit.

17. Vt Clericus siue iustè siue iniustè ab Episcopo suo excommunicatus potestatem habeat confugiendi ad Episcopum Metropolis eiusdem Prouinciæ si autem Metropolitanus abest, ad finitimum concurrendi & rogandi vt suum negotium accuratè examinetur.

Ex Concilio Carthaginensi 3. sub Siricio: anno 397.

10. Sanè si ex consensu partium Iudices electi fuerint, etiam à pauciore numero quàm constitutum est non liceat prouocari.

Ex Eodem Concilio Secund. Codicem Eccl. affricana.

28. Vt Clerici qui ad transmarinos non ad Primates suos appellauerint in communionem non recipiantur.

Ex Concilio Mileuitano sub Innocent. III. anno 416.

22. Placuit vt Presbiteri Diaconi, vel cæteri inferiores Clerici, in causis quas habuerint, si de Iudiciis Episcoporum suorum questi fuerint vicini Episcopi eos audiant, & inter eos quidquid est finiant, adhibiti ex consensu Episcoporum suorum quod si & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent nisi ad affricana Concilia, vel ad Primates Prouinciarum suarum, ad transinarina autem qui putauerint appellandum, à nullo intra affricam in communionem recipiantur.

24. Si Episcopi inter quos causa versatur, diuersarum sunt Prouinciarum, ille Primas det Iudices in cuius Prouincia est locus de quo contenditur, si autem ex communi placito vicinos Iudices elegerint; aut duo eligantur aut tres, quod si tres elegerint, aut omnium sententiam sequuntur, aut duorum, à Iudicibus autem quos communis consensus elegerit non liceat prouocari.

Ex Concilio Carthaginensi 6. sub Bonifacio anno 419.

3. Placuit vt si Episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati Episcopi Regionis ipsius, & de gradu suo eiecerint eum, & appellasse Episcopus videatur & confugerit ad beatissimum Ecclesiæ Rom. Episcopum, & voluerit audiri, & iustum putauerit vt renouetur examen, scribere his Episcopis dignetur qui in finitima & propinqua Prouincia sunt vt ipsi diligenter omnia requirant; & iuxta fidem veritatis definiant; quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit Episcopum Romanum vt è latere suo Presbyterum mittat, erit in potestate Rom. Episcopi quid velit & quid existimet.

Ex Concilio Vasionensi 2. sub Leone I. anno 442.

5. Si quis Episcopi sui sententiæ non acquiescit recurrat ad Synodum.

Ex Concil. Chalcedon. Generali 4. sub Leone I. anno 451.

17. Si quis putauerit se proprio Metropolitano grauari, apud Primatem Diœceseos aut apud Constantinopolit. Ciuitatis Sedem agat Iudicium sicut dictum est.

Ex Concilio Aurelianensi III. sub Vigilio anno 540.

20. Si quis Clericorum circa se aut districtionem, aut tractationem Episcopi sui putat iniustam, iuxta antiquas constitutiones recurrat ad Synodum.

Ex Concilio Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

20. Neque in angariis Presbyteri, aut Diaconi, neque in aliquibus ab Episcopis fatigentur indictionibus &c. Hi vero Clerici tam locales quam Diœcesani qui se ab Episcopo grauari cognouerint, querelas suas ad Metropolitanum deferre non differant.

Ex Concilio Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

5. Si excommunicatus existimat se iniustè Damnatum, in proxima synodo habeat licentiam reclamandi, & si iniustè damnatus fuerit absoluatur sin autem iustè impositum Pœnitentiæ tempus exsoluat.

Ex Concilio Toletano 13. sub Leone II. anno 683.

12. Quicunque ex Clericis vel Monachis causam contra proprium Episcopum habens ad Metropolitanum suum causaturus accesserit, non ante debet à proprio Episcopo excommunicationis sententia prędamnari, quàm per Iudicium Metropolitani sui, vtrũ dignus excommunicatione habeatur possit agnosci, quod si ante Iudicium, Episcoporum, quis in talium personas excommunicationis sententiam præmiserit; illis penitus quos ligauerint absolutis, in se illam nouerit retorqueri sententiam, quod etiam & inter Metropolitanos conuenit obseruari si prægrauatus quis à Metropolitano proprio ad alterius Prouinciæ Metropolitanum molestiam pressuræ suæ agnoscendam detulerit, aut si inauditus à duobus Metropolitanis ad Regios auditus negotia sua perlaturus accesserit, & ob hoc excommunicatio à proprio Episcopo illi videatur infigi Hoc tantum est obseruandum vt si prius vnumquemque excommunicationem contigerit suscepisse, antequàm à proprio Episcopo ad alium pertransiret, tamdiu excommunicatus apud eum cuius Iudicium petiit habeatur, quamdiu excommunicatoris sui obiectibus, vtrum iustè an iniustè alligatus sit, agnoscatur.

Ex Concilio Romano sub Zacharia anno 743.

12. De Presbyteris Diaconis seu Clericis qui inter se causam habuerint, &c. Si quis forsitan Episcopum contrarium habuerit ad vicinum Episcopum confugium faciat, & si minimè conuenerit vt decidatur inter eos intentio, apud Apostolicam veniat Sedem, si quis præter statuta agere præsumpserit, gradus sui honore priuetur, & ab Ecclesia pellatur, dum vsque causa susceperit finem.

Ex Concilio in Palatio vernis sub Stephano III. anno 756.

9. Si aliquis reclamauerit quod iniustè sit excommunicatus

municatus licentiam habet ad Metropolitanum Episcopum venire & ibidem secundum Canonicam Institutionem iudicetur, interim suam excommunicationem custodiat.

Ex Concilio Constantinop. Gener 8. sub Adriano I I. anno 869.

26. Beneficium appellationis ad maiores sedes sit cuique Clerico liberum.

Ex Concilio Lateran. Gener. 11. sub Innocentio III. anno 1215.

5. In omnibus Prouinciis Patriarcharum Iurisdictionis subiectis, ad eos cum necesse fuerit prouocetur, saluis Appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum.

35. Vbi quis coram idoneo Iudice conuenerit aduersarium, ille ante sententiam ad superiorem Iudicem absque rationabili causa non prouocet, &c. Cùm autem ex rationabili causa putauerit appellandum, coram eodem Iudice causa probabili appellationis exposita, Superior de appellatione cognoscat, & si minus eum rationabiliter appellasse cognouerit, illum ad inferiorem remittat, & expensis alteri parti condemnet,&c. Saluis constitutionibus de maioribus causis ad Sedem Apostol. perferendis.

36. Vide Forum Ecclesiasticum.

Ex Concilio Rauennatensi 3. Tempore Interregni anno 1314.

9. Si quis excommunicatus appellationem interpositam ab excommunicatione huiusmodi prosequi neglexerit,& postea diuinis vt prius se immiscuerit,omnibus beneficiis quæ in Prouincia obtinebat eo ipso sit priuatus.

Ex Concilio Lateran. Vniuers. 17. sub Leone X. anno 1513. Sess. 11. De Concordatis.

10. In Regno Franciæ, Delphinatu, & Comitatu Diensi & Valentino, omnes & singulæ causæ,exceptis maioribus in iure expressè de nominatis, apud illos Iudices in partibus qui de iure aut consuetudine præscripta,vel priuilegio illarum cognitionem habent,terminari & finiri debeant, quod si quis offensus coram suo Iudice, Iustitiæ complementum habere non possit, ad immediatum Superiorem,etiam ad nos & successores nostros omisso medio, nec à grauamine in quacunque instantia ante definitiuam sententiam quomodolibet appelletur, nisi forsitan tale grauamen extiterit, quod in Definitiuo reparari nequiret, & eo casu non nisi ad immediatum Superiorem liceat appellari,si quis vero immediate subiectus Sedi Apost. ad eamdem Sedem duxerit appellandum, causa committatur in partibus per rescriptum vsque ad finem litis, videlicet vsque ad tertiam sententiam conformem inclusiuè, si ab illis appellari contigerit, nisi propter defectum denegatæ Iustitiæ, aut iustum metum, & tunc committi debeat in partibus conuicinis, & cum causarum expressione, &c.

Ex Concilio Trident. Gener 18. sub Iulio III. anno 1551. Sess. 13.

1.
2. Vide Forum Ecclesiast.
3.

Sess. 24. sub Pio IV. anno 1562. De Reform.

7. Legati & nuncij Apostolici,Patriarchæ,Primates & Metropolitani in appellationibus ad eos interpositis,in quibuscunque causis, tam in admittendis appellationibus quam in concedendis inhibitionibus post appellationem,seruare teneantur formam & tenorem constitutionum præsertim Innocent IV.&c.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

4. Non impediantur Suffraganeorum subditi ad Metropolitan. prouocare & in hoc non recipiantur nisi infra 10. dies si in Diœcesi, & infra 20. si extra Diœcesim sint,fuerit appellatum, & nisi præter inhibitiones virtute litterarum factas citare fecerint partes appellatas ad 15. Dies pro maxima dilatione rerum ordinatarum,&c. Vide Sup. Conc.Trid.1.2.3.

ARCHIDIACONVS.

Ex Concilio Nicæno Generali 1. sub Syluestro I.anno 325. Editionis Arabicæ.

57 In omnibus quæ ad Diaconos spectant quibus præest Archidiaconus, siue quid inimicitiæ aut peccati aut litis inter eos ortum fuerit, aut aliud aliquid in Iudicium eius necessariò pertineat,nihil referat Archidiaconus ad Episcopum,sed ipse potius eorum controuersias dirimat, siquidem sub potestate eius sunt Diaconi, & debet leuare Episcopum hoc onere, Archidiaconus enim præest vniuerso officio orationis, & per eum gubernari, & disponi debent quæcunque ad Ecclesiam pertinent.

58. Quando Chorepiscopus & Archidiaconus sedent in Ecclesia,nullus Sacerdos neque Diaconus, neque cuiusuis alterius gradus Clericorum audeat sedere supra illos,præterquam Episcopus quia hi sunt tanquam duæ manus & duæ alæ quibus Episcopus volat,sed quando Episcopus ambulat siue in Ecclesia siue foris, oportet vt Archidiaconus sit ad dexteram & Chorepiscopus ad sinistram, &Episcopus sit inter eos tanquam Pater in medio filiorum.

60. Si ordinatus,seu Archidiaconus non fuerit propè qui fuerint ordinati accipiant litteras à Chorepiscopo ad Archidiaconum,qui debet tunc suscipere curam eorum in iis quæ ad statuta Ecclesiæ pertinent & dare illis curam secundum ordinem Ecclesiæ, nec Episcopus nec Chorepiscopus debent eos à Clero remouere sine Archidiacono,siquidem ipse est nutritus in Ciuitate, & habet totius populi notitiam, & quando Episcopus proficiscitur ad villam aut Castellum Diœcesis,nulli debet Chorepiscopus permittere vt sine licentia Archidiaconi ordinetur.

Ex Fragmentis Conciliorum Toletanorum secundum Burchardum.

Officium Archidiaconi est Euangelium quando voluerit legere, vel alicui de Diaconis præcipere, & quando Episcopus Missam canit ad iussionem

nem illius induat se leuitæ vestimentis sacris; qualiter cum Pontifice ad missam procedant, omnem querimoniam seu causam, vel iustitiam Presbyterorum, vel Diaconorum, vel Subdiaconorum ipse debet deliberare, ordinare & facere, ideo strenuus, prouidus, cautus, vicem sui Episcopi agens, Episcopij totius curam habeat, & omne Ecclesiasticum officiū prouidēdo, lectiones aut Responsoria in matrice Ecclesia dare debet, & auscultare, in tantum vt nullus Euangelium aut Epistolam, Responsoria, vel quamlibet in Ecclesia Lectionem legat vel cantet, donec auscultetur ab ipso; Acolythos quoque ipse ordinet, quis eorum candelabra, quis thuribulum deferre, quisve minorum in Ecclesia, aliqua officia agere debeat.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho anno 506.

23. Si officium Archidiaconatus propter simpliciorum naturam implere aut expedire nequiuerit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationi Ecclesiæ, quem elegerit Episcopus, præponatur.

Ex Concilio Emeritensi sub Vitaliano anno 664.

10. Sancimus vt omnes nos Episcopi infrà nostram Prouinciam constituti, in Cathedralibus nostris Ecclesiis singuli nostrum, Archipresbyterum, Archidiaconum Primiclerum habere debeamus, si quis ex his suis gradus ordinem non custodierit, & quæ illi pro tali officio à suo Episcopo imperata fuerint, adimplere distulerit excommunicationis damno mulctandum se nouerit.

Ex Concilio Metensi sub Stephano II. anno 753.

5. De Presbyteris Clericis eos Archidiaconus conuocet ad Synodum.

Ex Concilio Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

15. In plerisque locis Archidiaconi super Presbyteros Parochianos quamdam exercent dominationem, & ab eis censūs exigunt, quod magis ad tyrannidem quam ad rectitudinis ordinem pertinet, contenti ergo sint regularibus disciplinis, & teneant propriam mensuram, & quod eis ab Episcopis iniungitur, hoc per Parochias suas exercere studeant nihil per cupiditatem & auaritiam præsumentes.

Ex Concilio Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

25. Vide Episcoporum officium.

Ex Concilio Meldensi sub Sergio II. anno 845.

55. Vt quisque Episcopus talem iuxta se pro viribus habere decernat qui iuxta synceriſſimum & puriſſimum sensum Catholicorum Patrum de fide & obseruatione mandatorum Dei, seu & prædicationis doctrina Presbiteros plebium assiduè instruat & informet ne, domus Dei viui quæ est Ecclesia sine lucerna verbi Diuini remaneat; sed & idem talis existat, quem amor pecuniæ non vexet aut reprobi mores, &c.

Ex Concilio Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

4. Omnes Archidiaconi & Presbyteri, sicut sacri Canones præcipiunt, vocent ad Pœnitentiam adulteros & incestuosos, & sanguine mixtos, fures, homicidas, maleficos, & qui cum animalibus se inquinant, & si pœnitere noluerint, separentur ab Ecclesia & à communione.

5. Vide Ordines Sacri.

Ex Concilio Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

3. Nullus fiat Decanus in Ecclesia nisi Presbyter, nullus Archidiaconus nisi leuita.

Ex Concilio Pictauiensi sub Paschali II. anno 1100.

8. Qui Archidiaconatus tenent Diaconi fiant, quod si aliqui iusta causa prohibente, Diaconi esse non possunt, Prælationes amittant.

Ex Concilio Londinensi 2. Paschali II. anno 1102.

2. Archidiaconatus non detur ad firmam.
3. Archidiaconi sint Diaconi.

Ex Concilio Lateran. 1. Vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1122.

2. Vide Ordines Sacri.
7. Vide Ecclesiastica bona.

Ex Concilio Londinensi sub Honorio II. anno 1127.

4. Nullus in Archidiaconum nisi Diaconus, nullus in Decanum nisi Presbyter constituatur, quod si quis ad hos honores infra prædictos ordines iam designatus est, moneatur ab Episcopo ad ordines accedere, quod si iuxta monitionem Episcopi ordinari refugerit, eadem ad quam designatus fuerat careat dignitate.

6. Nullus Archidiaconus in diuersis Episcopatibus diuersos Archidiaconatus teneat, sub anathemate, imo ei qui prius assignatus fuerat, tantum adhæreat.

Ex Concilio Lateran. Vniuers. 10. sub Innocentio II. anno 1139.

10. Nullus in Archidiacon. vel Decanum nisi Diaconus vel Presbyter ordinetur, Archidiaconi vero, Decani vel præpositi qui infra ordines prænominatos existunt, si inobedientes ordinari contempserint, honore suscepto priuentur, ne adolescentibus vel infra sacros ordines constitutis, sed qui prudentia, & merito vitæ clarescunt, prædicti concedantur honores.

Ex Concilio Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

9. Nullus in Achidiacon. Vide Sup. Conc. Lateran. 1139. cap. 10.

Ex Concilio Lateran. Vniuersali 11. sub Alexand. III. anno 1179.

3. Decanatus Archidiaconatus & alia quæ animarum curam habent annexam, nullus omnino suscipiat, sed nec Parochialium Ecclesiarum Regimen, nisi qui iam 25. ætatis annum attigerit, & qui scientia & moribus existat commendandus. Clerici qui contra formam istam quemquam elegerint, & eligendi potestate tunc priuatos, & ab Ecclesiasticis beneficiis triennio se nouerint suspensos, &c. Episcopus autem si contra hoc fecerit aut fieri consenserit, in conferendis prædictis potestatem suam amittat, & per capitulum aut Metropolitanum, si Capitulum concordare nequiuerit, ordinetur.

4. Archidiaconi siue Decani nullas exactiones vel tallias in Presbyteros seu Clericos exercere præsumant.

Ex Concilio Ebiracensi sub Celestino III. anno 1144.

3. Vide Missa.

Ex Concilio Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

10. Archidiaconi & alij in dignitatibus constituti, & Presbyteri capis manicatis vtantur.

Ex Concilio Lateran. Vniuersali 12. sub Innocent. III. anno 1215.

33. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concilio Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

31. Ne Archidiaconi statutum in Conc. generali, in numero conuentorum excedant, cum visitationis nomine debitam sibi recipiunt procurationem, nec ad talem procurationem venientes extraneos, vt secum veniant, inuitare præsumant, &c. Ne etiam tempore visitationis suæ apud Ecclesiam quam visitant, Capitulum teneant vel celebrent, nisi forte in burgo vel in Ciuitate sit Ecclesia constituta; ne aliquo modo recipiant procurationem sine causa rationabili, nisi illo die quo personaliter visitant Ecclesiam procurantem, nec redemptionem pro visitatione extorquere præsumant.

34. Archidiaconi in sua visitatione prouideant, vt Canon Missæ emendetur si sint in eo defectus, & quod Sacerdotes ritè proferre nouerint, saltem verba Canonis, & Baptismatis, & quod in hac parte sanum habeant intellectum, & etiam laici si fortè debeant Baptizare in casu necessitatis vt saltem sciant hoc facere, in aliquo idiomate congruo seu vulgari.

35. Prouideant vtique quod diligenter Eucharistia, Chrisma, & Oleum sanctum salua sub clauibus recondantur fideli custodiæ deputata.

36. Habeant Archidiaconi redacta in scriptis omnia ornamenta & vtensilia Ecclesiarum, vestes quoque & libros singulis annis suo conspectui faciant præsentari.

37. Prouideant de possessionibus Ecclesiæ vt eas singulis annis possint prospicere.

38. Ne Archidiaconi Decani & eorum officiales in subditos suos exactiones, vel tallias per se vel per suos exercere præsumant.

39. Vide Excommunicatio.

41. 42. Vide Forum Ecclesiarum.

Ex Concilio Germanico sub Honorio III. anno 1225.

3. Vide Clericorum cœlibatus.

11. Vide Simoniaci.

Ex Concilio Londinensi sub Gregorio IX. anno 1237.

2. Archidiaconi in Decanatuum suorum Conuentibus Sacerdotes maximè studeant erudire qualiter circa Baptismum, Pœnitentiam, Eucharistiam & matrimonium debeant se habere.

De Archidiaconis statuimus vt Ecclesias vtiliter & fideliter visitent, de Sacris vasibus, vestibus, & qualiter diurnis & nocturnis Officiis Ecclesiæ seruiatur, & generaliter de temporalibus & spiritualibus inquirendo, &c. Ecclesias autem superfluis non grauent expensis, sed procurationes exigant dumtaxat cum visitant, moderatas, &c. Nec vt non visitent aut corrigant siue crimina puniant, aliquid ab aliquo recipere præsumant, sint autem sollicìti frequenter interesse capitulis per singulos Decanatus, in quibus diligenter instituant inter alia Sacerdotes vt benè sciant, & sanè intelligant verba Canonis & Baptismi.

20. Vide Forum Ecclesiasticum.

Ex Concilio Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

9. Archidiaconi Presbyteri Decani, & aliæ personæ Ecclesiasticæ de iure aut consuetudine Ecclesias visitantes si non debitè visitauerint, nihil percipiant.

Ex Concilio Coloniensi sub Paulo III. anno 1536. Parte 1.

12. Archidiaconi ad quorum curam pertinet vt Episcopi nomine Ecclesias ordinent, ac ministros Ecclesiæ ipsis præsentatos ac oblatos inquirant, cum oculi sint Episcopi, dispicient ne quis alioquin indignus, sub alicuius præsentationis prætextu irrepat ac admittatur, nec contenti quod post edicta ter publicata, nusquam compareat qui præsentationem oppugnet, eorum etiam qui ipsis præsentantur & ad instituendum offeruntur mores & eruditionem accuratè peruestigabunt.

13. Nonnulli Archidiaconorum officiales inuestituræ nomine plus æquo interdum petere, quidam etiam institutionem ipsam petentibus vel temerè negant, vel saltem in longum differunt tempus, quamlibet legitima sit præsentatio, & idoneus is qui præsentatus est, hæc inquirant Episcopi & corrigant.

Parte 14.

19. Archidiaconi qui Episcoporum oculi dicuntur ac Decani rurales, in suis deinceps Synodis, quæ sancita fuerint in Prouinciali seu Episcopali Cōcilio publicabunt vitiisq; extirpandis, ac virtutibus inferendis studeat, criminibus publicis magis per pœnitētias Canonicas quam pecuniæ exactione puniendis intenti.

Ex Concil. Angustensi sub Paulo III. ann. 1546.

7. Archidiaconi Synodalia decreta curæ suæ Parochis publicent, & exequantur vt Capitula sua ruralia congregent & seruent, ad futuras Synodos clericis veniant, diligenter quoque inuigilent vt Parochi subditos

subditos suos doceant, corrigant, &c. vt ab extorsionibus & exactionibus illicitis, & insolitis abstineant, & libertatem Ecclesiasticam quantum in eis est tueantur, hos etiam senis quibusque mensibus districtus, seu Regiunculæ suæ Ecclesias visitare, & de omnibus rebus tam spiritualibus quàm temporalibus sibi concurrentibus curam habere præcipuam iubemus, &c. Decanis ruralibus iniungimus, ne in templis, sacellis aut oratoriis suarum Regiuncularum, picturas aut imagines quascumque depingi, sculpi, aut fieri, nobis aut Vicario nostro inconsultis patiantur, &c. In inquirendis hæreticorum libris, aut de hæresi schismateve suspectis, nullam diligentiam prætermittant.

Ex Concilio Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549. Medio 3.

2. Vide Episcoporum Officium.
4. Vide Forum Ecclesiasticum.

Medio 4.

1. Archidiaconi, abusu correcto, visitationem instituant ad formulam reformationis, nec quemquam sinant in vitiis pecuniæ, & munerum causa hærere sub pœna quam Episcopi vel Superiores dignam iudicauerint.

Ex Concil. Trident. Generali 18. sub Pio IV. ann. 1562. Sess. 24. De Reform.

12. Archidiaconi qui oculi dicuntur Episcopi, sint in omnibus Ecclesiis vbi fieri poterit, Magistri in Theologia seu Doctores aut licentiati in iure Canonico.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

9. Archidiaconus cuiusque Cathedralis Ecclesiæ infra sex menses librum conficiat, in quo diligenter describat Clericorum omnium sæcularium nomina, quo quisque ordinis gradu sit, &c. Eum autem librum idem diligenter custodiat, in quem quidquid singulis annis retulerit, id Episcopo describendum dabit, vt eius libri exemplum etiam in Episcopalibus ædibus asseruetur.

Ex Concilio Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

11. Vide Concil. Trident. Sess. 24. C. 12.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

43. In illis omnibus quæ ad Iustitiam distributiuam pertinent aut morum correctionem, Officialibus foraneis, Curati, Clerici & alij omnes illis subditi obtemperent, contumaces & rebelles gladio excommunicationis percutiant, &c. De causis Matrimonialibus, & criminalibus non cognoscant, sed tales ad officialem in vrbe remittant.
44. Vide Excommunicatio.

ARCHIEPISCOPI.

Ex Canon. Apostol. sub Clement. I. an. 93. Epitome Adriani. an. 773.

35. Episcopi sine Primate suo nil disponant, nisi in propriis Parochiis, sed nec Primas præter omnium conscientiam, faciant aliquid in eorum Parochiis.

Ex Concil. Nicæno 1. sub Siluestro I. anno 325.

4. Episcopum conuenit ab omnibus qui sunt in Prouincia Episcopis ordinari, si autem hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, certè tres Episcopi debent in vnum esse congregati, ita vt etiam cæterorum qui absentes sunt consensum litteris teneant, & ita faciant ordinationem, potestas sanè vel confirmatio pertinebit per singulas Prouincias ad Metropolitanum Episcopum.

Ex eod. Conc. Nicæno secund Iulium I.

12. Quòd non aliæ Metropolitanæ Ecclesiæ aut Primates sint, nisi illæ quæ prius Primates erant, & post Christi aduentum auctoritate Apostolica, & Synodali Primatum habere meruerunt, reliquæ verò non Primates, sed Metropoles vocentur, earumque Episcopi non Primatum, sed aut Metropolitanorum aut Archiepiscoporum nomine fruantur.
14. Saluo in omnibus Rom. Ecclesiæ priuilegio, nullus Metropolitanus absque cæterorum omnium Comprouincialium Episcoporum instantia, aliquorum audiat causas, quia irritæ erunt, imò & causam in Synodo pro facto dabunt Comprouinciales Episcopi cum Metropolitani consilio (nisi quantum ad proprias pertinet Parochias) agant iuxta sanctorum constituta Patrum.

Ex eod. Conc. Nicæno, Editionis Arabicæ.

9. Relegandus est procul si quis Episcopatum cum consensu Congregationis Episcoporũ, sine authoritate Archiepiscopi, qui eum ordinare debet, vsurpauerit.
71. Cùm Archiepiscopus Episcopum ordinauerit, oportet vt mittat Episcopum cum eo qui illum introducat Ciuitatem, & in Ecclesiam, & faciat sedere primo die in throno, & postquam tribus mensibus in ciuitate sua resederit, debet Archiepiscopus cùm visitat salutare eum, & committere Archipapæ, id est, Archipresbytero & Archidiacono, vt eum in statutis Episcopatus examinent, & si repererint didicisse eum omnia perfectè confirmabitur in Episcopatu & in statutis eius, sic etiam facere debent Patriarchæ suis Archiepiscopis.

Ex Conc. Antiocheno sub Iulio I. an. 340. & Epitome Adriani I. an. 773.

9. Vt Metropolitanus licet Comprouincialibus Episcopis Prælatus, nil tamen præter illos nisi in propria Parochia dispenset.
19. Vt Metropolitanus non nisi cum pluribus Episcopis ordinet Episcopos.

Ex Concil. Arelatensi 2. sub Siricio anno 389.

5. Nullus Episcopus sine Metropolitani permissu, nec Episcopus Metropolitanus sine tribus Episcopis Comprouincialibus præsumat Episcopum ordinare.

6. Qui sine conscientia Metropolitani constitutus fuerit Episcopus, non potest esse Episcopus.

Ex Concilio Taurinatensi sub Siricio, anno 397.

1. Episcopus qui comprobauerit suam Ciuitatem esse Metropolim, is totius Prouinciæ honorem Primatus obtineat, vt ipse iuxta præceptum Canonum, ordinationum habeat potestatem.

Ex Conc. Carthagin. 2. sub Siricio, ann. 397. seu sub Celestino, an. 425.

11. Placet omnibus vt inconsulto Primate cuiuslibet Prouinciæ, tam facilè nemo præsumat, licet cum multis Episcopis, in quocumcunque loco sine eius præcepto Episcopum ordinare, si autem necessitas fuerit, tres Episcopi in quocunque loco sint, Primatis præcepto ordinare debeant Episcopum.

Ex Conc. Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

26. Vt primæ Sedis Episcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, aut summus Sacerdos, aut al quid huiusmodi, sed tantum primæ Sedis Episcopus.

28. Placuit vt Episcopi transmare non proficiscantur, nisi consulto primæ Sedis Episcopo, suæ cuiusque Prouinciæ, vt ab eo præcipuè possint sumere formatam.

Ex eod. Conc. secund. Codicem Eccl. Africana.

28. Vt Clerici qui ad transmarinos non ad Primates suos appellauerint, in communionem non recipiantur.

Ex Concilio Regiensi sub Sixto III. anno 439.

6. Ne quisquam ad Ecclesiam quæ summum amiserat Sacerdotem nisi Metropolitanis litteris inuitatus (ne à plebe decipiatur) accedat, & vim pati voluisse videatur.

Ex Conc. Chalcedonensi generali 4. sub Leone I. anno 451.

12. Peruenit ad nos quod quidam, præter Ecclesiasticos Ordines, affectantes potentiam, per pragmaticam formam, vnam Prouinciam in duas diuidant, ita vt ex hoc inueniantur duo Metropolitani Episcopi in vna eademque esse Prouincia, statuit S. Synodus, deinceps nihil tale attentari à quolibet Episcopo, eos verò qui tale aliquid attentauerint, de proprio gradu cadere, si quæ verò antea Ciuitates per pragmaticam Imperialem, Metropolitani nominis honore decoratæ sunt, nomine solo perfruantur, & qui Ecclesiam eius regit Episcopus, priuilegio Metropolitano Episcopo iure proprio reseruato.

25. Quoniam quidam Metropolitanorum sicut ad nos perlatum est, negligunt creditum sibi gregem, & differunt ordinationes facere Episcoporum, placuit S. Synodo intra tres menses fieri ordinationes Episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit tempus ordinationis amplius protogari, si autem quis Episcoporum hæc non obseruauerit ipsum debere Ecclesiasticæ condemnationi subiacere, redditus verò eiusdem viduatæ Ecclesiæ, integros reseruari apud Oeconomum eiusdem Ecclesiæ placuit.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

1. Cùm Metropolitanus fratres vel Comprouinciales suos ad Concilium aut ad Ordinationem cuiuscumque Consacerdotis crediderit euocandos, nisi causa euidentis tædij extiterit, nullus excusetur.

Ex Concil. Tarraconensi sub Hormisda, anno 517.

5. Si quis in Metropolitana Ciuitate non fuerit Episcopus ordinatus, postea quam susceptа benedictione per Metropolitani litteras honorem fuerit Episcopi adeptus, postmo lum impletis duobus mensibus se Metropolitani sui repræsentet aspectibus, & ab illo monitis Ecclesiasticis instructus, plenius quid obseruare debeat recognoscat, &c.

Ex Concil. Aurelianensi 3. sub Vigilio. anno 540.

3. Metropolitani à Metropolitano omnibus (si fieri potest) præsentibus Comprouincialibus ordinentur.

Ex Concil. Braccharensi 1. sub Ioanne III. anno 573.

6. Placuit vt conseruato Metropolitani Episcopi Primatu, cæteri Episcoporum secundum suæ ordinationis tempus, alius alij sedendi deferat locum.

Ex Concil. Taronensi 2. sub Ioanne III. anno 570.

9. Ne quis Britannum aut Romanum in armorico sine Metropolitani aut Comprouincialium voluntate vel litteris, Episcopum ordinare præsumat, quod si quis contraire tentauerit, à nostra charitate vsque ad maiorem Synodum se cognoscat remotum & excommunicatum.

Ex Concil. Toletano sub Bonifacio IV. anno 610.

1. Decreuimus congruum esse prouida dispositione iudicium, fatentes huius sacrosanctæ Toletanæ Ecclesiæ Sedem, Metropolitani nominis habere authoritatem, eamque nostris Ecclesiis & honoris anteire potestate & meritis.

Ex Concil. Toletano 7. sub Theodoro, anno 646.

6. Placuit vt pro reuerentia Principis ac Regiæ Sedis honore, vel Metropolitani Ciuitatis ipsius consolatione, cõuicini Toletanæ Sedis Episcopi iuxta quod eiusdem Pontificis admonitionem acceperint, singulis per annum mensibus in eadem vrbe debeant commorari, messinis tamen ac vindemialibus feriis relaxatis.

Ex Conc.

Ex Concilio Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

6. Dum quisquam Comprouincialis Episcopus Metropolitani sui admonitionem acceperit, pro diebus festis Natiuitatis Domini, & Paschæ cum eo peragendis, veniendi ad eum nullam faciat excusationem.

Ex Concil. Toletano 11. sub Adeodato, anno 675.

2. Metropolitani non debent à Confinitimorum institutione cessare.

Ex Concil. Toletano 13. sub Leone II. anno 683.

8. Si quis Episcoporum à Principe vel Metropolitano suo admonitus, designato sibi dierum rationabili ad veniendum spatio, siue pro festiuitatibus summis Pascha, scilicet Pentecost. & Natiuitate Domini celebrandis, siue pro causarum negotiis, seu pro Pontificibus consecrandis, vel pro quibuslibet ordinationibus Principis (excepta ineuitabili necessitate infirmitatis) ad constitutum diem venire distulerit, contemptorum se nouerit excommunicatione mulctari; hanc etiam & illi ex Pontificibus sententiam merebuntur excipere, qui exortos contra se clamores ne gotiorum, admoniti à Metropolitano distulerint emendare atque compescere, aut si admoniti vt ad iudicium primæ Sedis accedant, aut per se noluerint properare, aut vades suos neglexerint legaliter informatos dirigere.

Ex Concil. Ratisponensi sub Zacharia, anno 742.

1. Ordinauimus per ciuitates Episcopos, & constituimus super eos Archiepiscopum Bonifacium qui est missus S. Petri.

Ex Concil. in Palatio Vernis sub Stephano III. anno 756.

2. Episcopos quos modo in vicem Metropolitanorum constituimus vt cæteri Episcopi, ipsis in omnibus secund. Canonicam institutionem obediant, &c.

Ex Concil. Foroiuliensi sub Adriano I. anno 791.

7. Placuit vt nullus Episcoporum Presbyterum, vel Diaconum, vel Archimandritam in dispendio honoris condemnare præsumat absque huius venerandæ Sedes consultu.

Ex Concil. Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

3. Vnusquisque Archiepiscopus suos Suffraganeos diligenter studioseque admoneat, quatenus per studium sacræ lectionis imbuti, & de mysterio sanctæ fidei, & de Sacramento baptismatis vnusquisque illorum in propria Parochia perfectè, studioseque Presbyteros & vniuersum populum docere & instruere non negligat.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

31. Vt Metropolitanis Sedibus antiquitus statuta Iura seruentur, & à Comprouincialibus Episcopis iuxta Regulas Ecclesiasticas, eis reuerentia exhibeatur.

47. Si Episcopus, ministerium Ecclesiasticum, propter infirmitatem corporeum exhibere non potuerit, in Archiepiscopi hoc, cum voluntate Episcopi eiusdem Ecclesiæ, maneat ordinatione, qualiter debitum officium non remaneat.

Ex Concil. Valentino sub Leone IV. anno 855.

7. Vide Electiones.

19. Vt singulis Metropolitanis cum Suffraganeis suis cura præcipua sit de vita & opinione non solum totius Cleri, sed etiam ipsorum Episcoporum, &c.

Ex Concil. Constantinop. gener. 8. sub Adriano II. ann. 869.

24. Ne Archiepiscopi per alios, suas Ecclesias curent, Suffraganeos.

Ex Concilio Pictauiensi sub Paschali II. anno 1100.

1. Vide Inuestitura.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 11. sub Alex. III. ann. 1179.

3. Vide Archidiaconus.

4. Archiepiscopi Parochias visitantes pro diuersitate Prouinciarum & facultatibus Ecclesiarum 40. vel 50. euectionis numerum non excedant Cardinales vero 25. non excedant, Episcopi 20. vel 30. nequaquam excedant, Archidiaconi 5. vel 7. Decani Constituti sub ipsis duobus equis existant contenti, nec cum canibus venatoriis & auibus proficiscantur, nec sumptuosas epulas quærant, &c.

Ex Conc. Lugdun. gen. 13. sub Innocentio IV. ann. 1245.

13. Vide Abbas, & Episcoporum Officium.

Ex Conc. Rauennatensi 4. sub Ioanne XXII. ann. 1317.

7. Si quando contingat propter desidiam seu negligentiam ad Archiepiscopos collationem dignitatis alicuius vel beneficij seu præbendæ cum cura teuolui, tenentur Prælatus & Capitulum & Clerici Ecclesiæ in qua beneficium huiusmodi tanto tempore vacauerit, quod ad Metropolitanos fit collatio deuoluta, infra mensem à tempore scientiæ deuolutionis huius, hoc illis intimare seu eius Vicario; illud idem statuimus circa fratres Coepiscopos omnes Prouinciæ Rauennatensis Suffraganeos, quando de ipsis ad Capitula collatio deuoluetur.

ARCHI

ARCHIPRESBYTER.

Ex Conc. Niceno gener. 1. sub Silvestro I. anno 325. Editionis Arabicæ.

57. PRotopapa, id est Archipresbyter honorétur in absentia Episcopi tanquam Episcopus,quia est loco eius, & caput Sacerdotum qui sub potestate eius sunt in Ecclesia.

71. Vide Archiepiscopi.

Ex Conc. Cartaginensi 4. sub Anastasio, ann. 398.

17. Vt Episcopus gubernationem viduarum & pupillorum ac peregrinorum non per seipsum, sed per Archipresbyterum aut per Archidiaconum agat.

Ex Fragmentis Concil. Toletanor. secund. Burcardum.

Vt Archypresbyter sciat se subesse Archidiacono, & eius præceptis sicut sui Episcopi obedire, & quod specialiter pertinet ad eius ministerium super omnes Presbyteros in ordine Presbyterali positos, curam agere animarum, & assidue in Ecclesia stare, & in Episcopi sui absentia ad vicem eius, Missarum solemnia celebret, & collectam dicat, aut cui ipse iniunxerit.

Ex Concil. Epannensi sub Symmacho, ann. 509.

8. Archipresbyter dum diœcesim tenet de his quæ emerit, aut Ecclesiæ nomine scripturam faciat, aut ab eius quam tenet Ecclesiæ ordinatione discedat.

Ex Concilio Turonensi 2. sub Ioanne III. anno. 570.

7. Vide Abbas.

20. Quotiescumque Archipresbyter seu in vico manserit,seu ad villam suam ambulauerit,vnus lector Canonicorum suorum, aut certus aliquis de numero Clericorum cum illo ambulet, & in cella vbi ille iacet lectum habeat pro testimonio,7.tamen inter Subdiaconos & Lectores, vel Laïcos habeat concessos qui vicissim septimanas suas cum illo facere omnino procurent, & qui distulerit fustigetur, etsi in hoc Presbyter negligens inuentus fuerit 30. diebus communione priuetur.

Ex Concil. Antisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

24. Si Presbyter, aut Diaconus aut Subdiaconus post acceptam benedictionem infantes procreauerit, aut adulterium commiserit, & Archipresbyter hoc Episcopo aut Archidiacono non intimauerit, integro anno non communicet.

44. Si quis ex sæcularibus institutionem, aut commonitionem Archipresbyteri sui contumacia faciente audire distulerit, tamdiu à liminibus sanctæ Ecclesiæ habeatur extraneus quamdiu tam salubrem institutionem adimplere non studuerit.

Ex Concilio Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

In Parochiis nullus Laïcorum Archipresbyter præponatur, sed qui senior in ipsis esse debet, Clericus ordinetur.

Ex Concil. Emeritensi sub Vitaliano, ann. 664.

10. Vide Archidiaconus.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

6. Oportet vt plebeium Archipresbyteri per singulos vousquemque patremfamilias conueniant, quatenus tam ipsi quam omnes in eorum domibus commorantes, qui publicè crimina perpetrarunt, publice pœniteant, qui vero occultè deliquerunt illis confiteantur quos Episcopi, & plebeium Archipresbyteri, idoneos ad secretiora vulnera mentium medicos elegerint, qui si forsitan in aliquo dubitauerint, Episcoporum suorum non dissimulent implorare sententiam, &c.

13. Propter assiduam erga populum Dei curam singulis plebibus Archipresbyteros præesse volumus, qui non solum imperiti vulgi solicitudinem gerant, verum etiam eorum Presbyterorum qui per minores titulos habitant, vitam iugi circumspectione custodiant, & qua vnusquisque industria diuinum opus exerceat Episcopo suo renunciet,&c. sicut enim Episcopus matrici præest, ita Archypresbyteri præsint plebeis, vt in nullo titubet Ecclesiastica solicitudo, cuncta tamen ad Episcopum referant nec aliquid contra eius decretum ordinare præsumant.

Ex Concil. Romano sub Ioanne IX. anno 904.

11. Propter assiduam, &c. Vide Conc. Ticinense, an. 850.

Ex Concil. Later. 1. vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1122.

7. Vide Ecclesiastica bona.

Ex Concil. Treuirensi sub Paulo III. anno 1548.

10. Archypresbyteri qui & Decani rurales appellantur, quum ad synodi consessum admissi sint, etiam & Compastorum, & sui ipsorum rationem reddere Episcopo iubentur, quandoquidem ad eos pertinet publica subditorum delicta corripere, animarum curæ consulere. Omnes pura verbi doctrina pascere, miseros atque calamitosos consolando sustentare, Ecclesiæ in omnibus bene præesse.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609

28. Vide Concilia.

AVARITIA.

Vide Vsura.

Ex Concilio Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

51. Quidam non solum Clerici, sed & Laici Dominici præcepti transgressores effecti, maiorem modium atque sextarium in vendendo atque commodando maioremque in recipiendo habent, simulque stateras minores atque dolosas in mutando atque vendendo, maioresque in recipiendo habent, & ob hoc dùm suæ intolerabili cupiditati satisfacere æstuant, miseros quosque paupertati addicunt, & mendicos efficiunt, quæ peruersa consuetudo necesse est vt necius corrigatur.

52. In quibusdam occidentalibus Prouinciis fuadente auaritia, Episcopi, & Comites, & cæteri Prælati pauperibus sibi subiectis solent edictum imponere, vt nullus eorum, tempore messis modium frumenti, nec tempore vindemiæ modium vini maiori pretio, nisi quod ab eis constituitur vendere præsumat, quod si quispiam illorum facere præsumpserit, & paupertatis suæ magnam iacturam patitur, insuper etiam actibus verberibus flagellatur, &c. quæ res quia impietatis, iniustitiæque plena est, necesse est vt piissimi Principis authoritate inhibeatur.

Ex Conc. Londinensi 2. sub Paschali II. ann. 1102.

57. Ne quis illud nefarium negotium quo hactenus solebant in Anglia homines sicut bruta animantia vendi, deinceps præsumat.

Ex Conc. Lugdunensi gener. 14. sub Gregor. X. ann. 1274.

14. Vniuersi & singuli qui ob procurationem sibi ratione visitationis debitam exigere pecuniam, vel etiam à volente, recipere, aut alias constitutionem ipsam recipiendo munera, siue visitationis officio non impenso, procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occasione, violare præsumpserint, duplum eius quod receperint, Ecclesiæ à qua id receptum fuerit, infra mensem reddere teneantur, alioquin ex tunc Patriarcha, Archiepiscopi, Episcopi duplum ipsum vltra prædictum tempus restituere differentes, ingressum sibi Ecclesiæ interdictum sentiant; inferiores vero ab officio & beneficio nouerint se suspensos, &c. Nulla eis in hoc dantium remissione, liberalitate seu gratia valitura.

Ex Concil. Salisburgensi sub Gregor. X. ann. 1274.

8. Vide Episcoporum officium.

AVTHENTICI LIBRI.

Ex Concilio Romano 1. sub Gelasio I. anno 494.

1. AD ædificationem nostram S. R. Ecclesia post illas veteris & noui testamenti quas regulariter suscepimus, etiam has non prohibet suscipi scripturas, id est S. Synodum Nicænam 318. Patrum, Synod. Constantinop. Ephesinam, Chalcedonensem, sed & si qua sunt Concilia à sanctis Patribus hactenus instituta, post horum authoritatem & custodienda & recipienda decernimus, & mandamus, item opuscula B. Cypriani Mart. Carthagin. Episcopi, opusc. B. Gregorij Nazianzen. opusc. B. Basilij Cappadociæ Episc. opusc. beati Athanasij Alexandrini Episcopi, opusc. Beati Ioannis Constantinop. Episcop. opusc. Beati Theophili Alexandr. Episcop. opusc. B. Hilarij Pictauiens. Ep. opusc. B. Ambrosij Mediolan. Ep. opusc. B. Augustini Hipponens. Ep. opusc. B. Hieronymi Presbyteri, opusc. Prosperi viri Religiosissimi, Epistolam B. Leonis Papæ ad Flauianum Constantinop. destinatam, cuius textum quispiam, si vsque ad vnum iota disputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit Opusc. & tractatus omnium Orthodoxorum Patrum, qui in nullo à sanctæ R. Ecclesiæ consortio deuiarunt, &c. Decretales Epist. quas Beatissimi Papæ pro diuersorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter recipiendas, &c. Gesta SS. Martyrum, vitas Patrum Pauli, Antonij, Hilarionis & omnium Eremitarum, Actus B. Siluestri Papæ, licet eius qui conscripsit, nomen ignoretur, scripta de inuentione Crucis Dominicæ, & de inuentione capitis Beati Ioannis Baptistæ, sed cum hæc ad manus Catholicorum peruenerint, secundum Apostolum, omnia probate quod bonum est tenete. Item Rufinus vir Religiosus plurimos Ecclesiastici operis edidit libros, & nonnullas scripturas interpretatus est, sed quoniam beati Hieronym. eum in aliquibus de arbitrij libertate notauit, illa sentimus quæ B. Hieronymum sentire cognoscimus, &c. Origenis nonnulla opusc. quæ B. Hieronym. non repudiat legenda suscipimus, Chronica Eusebij Cæsariensis & eiusd. ecclesiasticæ historiæ libros, Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia valdè nobis necessariam aduersus Paganorum calumnias dignam ordinauit historiam venerabilis viri Sedulis Paschale opus, Iuuenci laboriosum opus non spernimus, sed miramur, cætera quæ ab hæreticis siue schismaticis conscripta vel prædicata sunt, nullatenus recipit Catholica & Apostolica Romana Ecclesia.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo II.

21. Libri sacri veteris & noui testamenti, volumina sanctorum Patrum, scripta etiam ecclesiastica, etsi temporis vetustate omninò consumpta, ad rerum tamen vilium ac sordidarum vsum, ne vllo pacto conuertantur, sed in ignem potius coniiciantur.

BAPTISMVS.

Ex Canon. Apostol. Clementis I. an. 93. & Epitome Adriani 1. an. 773.

46. EPiscopus, Presbyter, Baptismum hæreticorũ, non in nomine Trinitatis baptizantium, suscipiens damnetur.

47. Episcopus, Presbyter qui rectè baptizatum rebaptizauerit, vel non rectè baptizatum non baptizauerit deponatur.

49. Si quis Episcopus vel Presbyter non baptizauerit in nomine sanctæ Trinitatis, abiiciatur.

50. Si quis Episcopus vel Presbyter non per trinam mersionem baptizauerit deponatur.

Ex

Ex Concil. Affricano ſub Stephano I. anno 257.

3. Baptiſmum infantulorum in caſu neceſſitatis ante 8. diem accelerandum eſſe ad quorumdam dubitationem reſpondetur.

Ex Concil. Eliberitano ſub Marcello I. anno 305.

10. Si ea quam Cathecumenus reliquit, duxerit maritum, poteſt ad fontem lauacri admitti.

38. Peregrè nauigantes, aut ſi Eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem (qui lauacrum ſuum integrum habet, nec ſit Bigamus) baptizare in neceſſitate infirmitatis poſitum Catechumenum, ita vt ſi ſuperuixerint ad Epiſcopum eum perducat, vt per manus impoſitionem perfici poſſit.

39. Gentiles ſi in infirmitate deſiderauerint ſibi manus impooi, ſi fuerit eorum ex aliqua parte honeſta vita, placuit eis manus impooi & fieri Chriſtianos.

42. Eos qui ad primam credulitatis fidem accedunt, ſi bonæ fuerint conuerſationis intra biennium placuit ad Baptiſmum admitti debere, niſi infirmitate compellente coëgerit ratio velocius ſubuenire periclitanti.

44. Meretrix quæ aliquando fuerit, & poſtea habuerit maritum, ſi poſtmodum ad credulitatem venerit incunctanter placuit eſſe recipiendam.

48. Pedes eorum qui baptizantur noo ſunt lauandi à Sacerdotibus vel Clericis.

Ex Concil. Arelatenſi 1. ſub Silueſtro I. ann. 314.

6. De his qui in infirmitate credere volunt, placuit debere his manum impoui.

Ex Concil. Laodiceno ſub Silueſtro I. anno 320.

45. Non oportet poſt duas hebdomadas quadrageſimæ quemquam ad illuminationem (ſeu Baptiſmum) admitti.

46 Oportet eos qui ad Baptiſma veniunt fidem diſcere, & 5. Feria ſeptimanæ maioris, Epiſcopo aut Presbiteris reddere.

47. Oportet eos qui in ægritudine percipiunt Baptiſma, poſtquam conualuerint fidem perdiſcere, & ſcire cuius muneris participes facti ſunt.

48. Oportet eos qui baptizantur, poſt lauacrum, Chriſma Eccleſiæ accipere, & Regni Chriſti participes inueniri.

Ex Conc. Niceno generali 1. ſub Silueſtro I. an. 325. Editionis Arabicæ.

22. Viri non teneant in Baptiſmo puellas, neque mulieres teneant maſculos, ſed potius mulieres teneant puellas, & viri maſculos.

30. Fideles nomina Gentilium filiis ſuis non imponant, ſed potius omnis notio ſuis nominibus vtantur, vt Gentilis ſuis vtuntur, imponanturqoe nomina Chriſtianorum in Baptiſmo.

Ex Concil. Carthaginenſi ſub Iulio I. anno 348.

1. Illicitas eſſe ſancimus rebaptizationes, & ſatis eſſe alienum à ſyncera fide, & Catholica diſciplina.

Ex Concil. Arelatenſi 2. ſub Siricio, anno 389.

16. Photinianos ſiue Paulianiſtas ſecund. Patrum ſtatuta baptizari oportet.

Ex Concil. Hipponenſi ſub Siricio, anno 393.

40. De his qui io nullo teſtimonio ſe baptizatos nouerunt, vt baptizentur.

Ex Concil. Carthaginenſi 3. ſub Siricio, anno 397.

5. Placuit vt etiam per ſolemniſſimos Paſchales dies Sacramentum Catechumenis non detur, niſi ſolitum ſal.

6. Cauendum eſt ne mortuos baptizari poſſe fratrum ioſirmitas credat.

34. Vt ægrotantes ſi per ſe reſpondere non poſſunt, cum voluntatis eorum teſtimonium hi qui ſui ſunt, periculo proprio dixerint, baptizentur.

38. Non liceat fieri rebaptizationes & reordinationes & tranſlationes Epiſcoporum.

Ex Concil. Carthaginenſi 4. ſub Anaſtaſio, anno 398.

6. Placuit de infantibus quoties non inueniuntur certiſſimi teſtes qui eos baptizatos eſſe ſine dubitatione teſtentur, abſque vllo ſcrupulo eos eſſe baptizandos.

Ex Concil. Toletano 1. ſub Anaſtaſio, anno 400.

20. Placuit ex hac die nullum alium niſi Epiſcopū Chriſma facere, & per Diœceſim deſtinare, ita vt de ſingulis Eccleſiis ad Epiſcopum ante diem Paſchæ Diaconi deſtinentur aut Sobdiaconi, vt confectum Chriſma ab Epiſcopo deſtinatum ad diem Paſchæ poſſint occurrere; ſtatutum eſt Diacoum non chriſmare, ſed Presbyterum abſente Epiſcopo, præſente vero ſi ab ipſo fuerit præceptum.

Ex Concil. Arauſicano 1. ſub Leone I. anno 441.

1. Inter nos placuit ſemel in Baptiſmate Chriſmari.

12. Subito obmuteſcens prout ſtatutum eſt baptizari, aut pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu.

13. Amentibus quæcunque ſuntpietatis conferenda ſunt.

Ex Concil. Vaſionenſi 2. ſub Leone I. anno 442.

3. Per ſingula territoria Presbyteri vel Miniſtri ab Epiſcopis, non prout libitum fuerit à viciniotibus, ſed à ſuis propriis per annos ſingulos petant Chriſma, à propinquante ſolemnitate Paſchali, nec per quemcumque Eccleſiaſticum, ſed ſi qua neceſſitas aut Miniſtrorum occupatio eſt, per Subdiaconum, quia inhonorum eſt inferioribus ſumma committi, optimū eſt autem vt ipſe ſuſcipiat, qui in tradendo vſurus eſt,

ſi quid

si quid autem obstat, saltem is cuius officium est, faciatium deponere, & Sacramenta suscipere.

Ex Concil. Aurelianensi 1. sub Symmacho, anno 507.

14. Si Diaconus vel Presbyter pro reatu suo se ab Altaris communione sub pœnitentis professione submouerit, sic quoque si alij defuerint, & causa certæ necessitatis exoritur, poscentem Baptisma liceat baptizare.

Ex Conc. Gerundensi sub Hormisda, anno 517.

5. De paruulis qui nuper è materno vtero editi sunt, placuit constitui, vt si infirmi fuerint, & lac maternum non appetant, etiam eadem die qua nati sunt si oblati fuerint baptizentur. Vide Confirmatio.

Ex Concil. Ilerdensi sub Ioanne I. anno 524.

14. Cum rebaptizatis fideles Religiosi, nec in cibo participent.

Ex eod. Conc. Ilerdensi s. eund. Burchardum.

Omnis Presbyter qui fontem lapideum habere nequiuerit, vas conueniens solummodo ad baptizandi officium habeat, quod extra Ecclesiam non deportetur.

Ex Concilio Braccarensi 1. sub Ioanne III. anno 563.

5. Placuit vt nullus eum baptizandi ordinem prætermittat, quem & antea tenuit Metropolitana Braccalensis Ecclesia.

Ex Concilio Braccarensi 2. sub Ioanne III. anno 572.

7. Placuit vt vnusquisque Episcopus per Ecclesias suas hoc præcipiat, vt hi qui infantes suos ad Baptismum afferunt, si qui voluntariè pro suo offerunt voto suscipiatur ab eis, si vero per necessitatem paupertatis, aliquid non habent quod offerant, nullum illis pignus violenter tollatur à Clericis.

Ex Concilio Matisconensi 2. sub Pelagio II. anno 588.

3. Omnes omnino à die quadragesima eorum infantibus suis ad Ecclesiam obseruare præcipimus, vt impositionem manus certis diebus adepti, & sacri olei liquore peruncti, legitimi diei Paschæ festiuitate fruantur, & sacro Baptismate regenerentur.

Ex Concilio Antisiodorensi sub Gregor. I. anno 590.

18. Non licet absque Paschæ solemnitate vllo tempore baptizare, nisi illos quibus mors vicina est quos grabatarios dicunt.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

5. Propter vitandum schismatis scandalum vel hæretici dogmatis vsum, simplam teneamus Baptismi mersionem, ne videantur apud nos qui tertio mergunt, hæreticorum approbare assertionem, dum sequuntur & morem.

Ex Concil. Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

9. Presbyteri qui sanctum Dei Baptisma infantibus tradunt, nihil pro tali gratia à parentibus eorum auferre præsumant, quod si quid aliquis affetat per bonam voluntatem accipiat gratè, &c. Si quis hoc transgredi præsumpserit, tribus mensibus sub pœnitentia excommunicatus manebit.

Ex Concil. Toletano 17. sub Sergio, anno 644.

2. In initio Quadragesimæ ostia Baptisterij Pontificali manu assignata claudantur, & vsque in Cœna Domini solemnitatem nullatenus reserentur.

Ex Conc. in Palatio Vernis sub Stephano III. anno 756.

7. Vt publicum Baptisterium in nulla Parochia esse debeat, nisi vbi Episcopus constituerit cuius Parochia est, nisi tantum si necessitas euenerit pro infirmitate, aut pro aliqua necessitate, illi Presbyteri quos Episcopus in sua Parochia constituerit, in qualicunque loco euenerit, licentiam habeant baptizandi.

Ex Concil. Compendiensi sub Paulo I. anno 757.

9. De eo qui à Presbytero non baptizato baptizatus est.

Ex Conc. Moguntino sub Leone III. anno 813.

4. Sacramenta Baptismatis volumus, vt ita conformitet atque vniformiter in singulis Parochiis secund. Roman. ordinem inter nos celebrentur iugiter, atque conseruentur, id est scrutinium Baptismatis, &c. Duo tempora, id est Pascha & Pentecoste ad baptizandum à R. Pontifice legitima præfixa sunt, quolibet tamen tempore periclitantibus in Baptismo tribuendo subuenitur.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

6. In primordio sanctæ Dei Ecclesiæ, nemo ad perceptionem sacrosancti Baptismatis admittebatur, nisi prius & fidei & Baptismatis Sacramento fuisset instructus, &c. Verum quoniã fides Christi vbique pollet, & paruuli de Christianis parẽtibus nati antequam ad intelligibilem ætatem veniant, Baptismatis Sacramenta percipiunt, necesse est vt quod imbecillis ætas nequiuit, intelligibilis discere satagat.

7. Quicunque viri, quæcunque mulieres de sacro fonte filios spirituales susceperunt, cognoscant se pro eis fideiussores extitisse apud Deum, & ideo necesse est vt semper illis sollicitudinem veræ charitatis impendant, admoneant & castigent, atque corripiant, vt castitatem custodiant, virginitatem vsque ad nuptias seruent, & cæteris bonis operibus dediti sint.

8. In ægritudine baptizatus quos vulgaris sermo grabatarios vocat canonica authoritas à gradibus Ecclesiasticis

clesiasticis parenter repellit, quod si hi à gradibus arcentur Ecclesiasticis, multo magis illi arcendi sunt qui aut per cupiditatem, aut per temeritatem contempta Canonica authoritate baptizantur, & postea similiter ad gradus Ecclesiasticos prouehuntur.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio. II. anno 845.

48. Vt nemo Presbyterorum baptizare præsumat nisi in vicis & Ecclesiis Baptismalibus atque temporibus constitutis, nisi causa ægritudinis vel certæ necessitatis, sicut sacra Canonum docet authoritas, & vici authoritatem & priuilegia debita, & antiqua retineant.

Ex Concil. Moguntino 2. sub Leone IV. ann. 847.

3. Hæc duo tempora, id est Pascha & Pentecoste ad baptizandum à Rom. Pontifice legitima sunt præfixa, &c. In qualibet necessitate fuerit opus sacri vnda Baptismatis, omni volumus celeritate succurri, debent igitur Episcopi cum magna diligentia, Presbyteris suis tradere Baptismi Sacramentum, & quid in eod. renunciandum quidve credendum sit.

Ex Concil. VVormatiensi sub Adriano II. ann. 868.

1. Sacrosancti Baptismi Sacramentum non nisi in Paschali festiuitate & Pentecoste, vnusquisque fidelium nouerit esse præbendum, exceptis his quibus mortis vrgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis subueniri.

5. In trina seu simpla mersione baptizati (vtrumque irreprehensibile in sancta Dei Ecclesia habeatur) Mors & Resurrectio Christi significatur, nam in aquis mersio, quasi in infernum descensio est, & rursum ab aquis emersio, Resurrectio est.

Ex Concil. Metensi sub Stephano VI. ann. 888.

3. Nullus alteri suscipiat à fonte infantem, nisi qui apprimè signaculum, id est abrenunciationem Diaboli, & professionem Catholicæ fidei tenuerit, & infantem nequaquam duo vel plures, sed vnus à fonte Baptismatis suscipiat; quia in huiusmodi secta, Diabolo datur locus, & tanti ministerij reuerenna vilescit, nam vnus Deus, vnum Babtisma, vnus qui à fonte suscipit, debet esse pater vel mater infantis.

Ex Concil. Tiburiensi sub Formoso, anno 895.

11. Sacrosanctum Baptismi mysterium, sciant omnes in Christo regenerati, non nisi præfixis & legitimis in anno celebrari temporibus cùm hoc sibi priuilegium & apud nos, & apud omnes Ecclesias specialiter cum Pentecoste sua, Dominicum Pascha defendit, &c. Si tamen valida infirmitate occupati, desperati ad Ecclesiam prouehi non possint, loco mundo perspecto Baptisma celebretur, & procuratione Presbyteri cautè obseruetur & collocetur.

Ex Concil. Londinensi 1. sub Honorio ann. 1125.

2. Vide Simoniaci.

Ex Concil. Casselano in Hybernia sub Alex. III. anno 1171.

1. Pueri ad Ecclesiam deferantur, & ibi baptizentur in aqua munda sub trina mersione, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & hoc à Sacerdotibus fiat, nisi metu mortis impediente, ab alio & aliàs oportuerit fieri, & tunc à quolibet fiat sine exceptione sexus & ordinis.

Ex Concil. Eboracensi sub Celestino III. anno 1194.

6. Ne in Baptismate plures quam tres suscipiant puerum de sacro fonte, masculum duo mares & vna mulier fœminam duæ fœminæ & vnus mas, vbi autem puer, cuius Baptisma ignoratur, reperitur expositus, siue cum sale, siue sine sale reperiatur, baptizetur, &c.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

3. Baptizentur expositi de quorum Baptismo dubitatur, &c. Si in necessitate puer baptizetur à Laico, (quod fieri potest à patre vel à matre absque matrimonij præiudicio) sequentia immersionem non præcedentia per Sacerdotem explicantur.

Ex Concil. Ozeniensi sub Honorio III. anno 1222.

3. Vide Archidiaconus.

Ex Concil. Londinensi sub Gregorio IX. anno 1237.

3. Ad Baptismum solemniter celebrandum, duo scilicet Sabbatum ante Resurrectionem Domini, & Sabbatum ante Pentecostem sunt à sanctis Canonibus propter mysterium deputata, sed quidam in partibus istis diabolica fraude decepti, periculum suspicantur si præfatis diebus pueri baptizentur, &c. Statuimus vt à tanto errore prædicatione frequenti, populus euertatur.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

11. Forma Baptismi hæc est; Petre vel Maria, ego baptizo te, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti sub trina aspersione, vel immersione, nihil interposito vel detracto, quæ forma ab omnibus baptizantibus irrefragabiliter obseruetur, & ne de ipsius ignorantia quis valeat excusari, ter in anno scilicet in die Epiphaniæ Domini, vel eius Octaua, in die Resurrectionis, & in die Pentecostes per Episcopos per se vel alios in Ecclesiis Cathedralibus per Archipresbyterum in baptismalibus, & per Rectores in Parochialibus in Missarum solemniis, vel prædicationibus publicè & districtè præcipimus diuulgari.

Ex Concil. Rauennat. 2. tempore Interregni, anno 1314.

14. Baptismi substantialia verba sunt; Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Quilibet Rector seu Sacerdos suum populum teneatur ter saltem in anno instruere in prædictis, videlicet

delicet in Octaua Epiph. Domini, in Sabbato sancto Paschæ, in Sabbato Pentecostes.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

32. Baptismus celebretur his verbis; Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Doceant igitur Sacerdotes tam mares quam fœminas io necessitate debere illos paruulos baptizare eadem forma in suo idiomate, & quod patres & matres proprios infantes, si summa necessitas exigat, poterunt baptizare, Sacerdotes tamen suppleant, quoad vnctionem olei in pectore & io scapulis, & Chrismatis in vertice quod à Laicis est omissum, &c.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

22. Baptismus cum summa reuerentia his verbis &c. Vide Conc. Salisburg. 1420. C. 32.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. ann. 1528.

10. Vide Confessiones fidei Catholicæ.

Ex Concil. Coloniensi sub Paulo III. anno 1536. Parte 7.

3. Docendus est Populus quod illic aboleatur vetus homo, remisso omni peccato atque nouus exoriatur, ab omni labe purgatus per fidem io Christum, &c.

4. Susceptores infantis (qui Patrini dicuntur) meritò admonentur, quod ipsi sint qui Ecclesiæ nomine & in Ecclesiæ fide Christo paruulos offerant per Baptismum, ac se pro paruulo fideiussores constituant, quem etiam postquam adoleuerit, symbolum simul & orationem Domini edocere non omittant, &c.

6. Conueniatur inter Patrinos de nomine infantis, vt potius in Baptismo ipso cogitetur de lucranda anima Christo, quam de retinendo nomine.

7. Baptismus in conspectu Ecclesiæ, in loco sacro recipiatur, nisi tamen imminens necessitas fieri aliud suaserit.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

16. Solemnes ceremoniæ, & orationes circa Baptismum hactenus in Eccl. Catholica vsitatæ, nisi necessitas illud cogat non omittantur; Susceptores seu sponsores paruulorum ætatis prouectæ sint, atque in fide probè catechizati & instructi.

Ex Concil. Colonien. 2. sub Paulo III. an. 1549. Censura contra abusus.

14. Nullum fontem seu aquam Collegio post hac consecrent, cui nullus est vsus, sed cæremoniis & benedictionibus vtantur apud illum fontem Parochiæ suæ quem intra Collegij septa, aut in proxima vicinia habent, paruuli nati instante festo Paschæ, seruentur baptizandi in vigiliam Paschæ, & nati festo Pentec. instante ad festum Pentecostes vsque seruentur, si tamen nullum immineat vitæ periculum.

15. Nemo alibi quam in Ecclesia, quocunque loco natus sit, debet baptizari, exceptis Regum filiis, quibus valeat secund. Conc. Viennense deferri, Pastores qui secus fecerint, ab officio sint suspensi, donec absolutionem ab Episcopo obtineant, &c. Prohibemus paruulos tempore pomeridiano baptizari, sed quando ieiuni & sobrij sunt homines, &c. Vetamus Ethnicorum more ab hoc Sacramento, magna conuiuia instruere, epulari, & ebrietate omnia miscere.

16. Abbatibus Prioribus & Religiosis quibuscunque susceptionem paruulorum in Baptismo, & nuptiarum conuiuia planè interdicimus, quantauis necessitudine vel paruulis, vel desponsatis iungantur.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

14. Parochi & alij Ecclesiæ Ministri, non aliter quàm adhibitis exorcismis, & ex sufflationibus, vnctionibus, & cæteris ritibus per Catholicam Eccl. ab antiquo obseruare solitis, & in aqua non prophana, sed solemni benedictione, & sacri Chrismatis vnctione sanctificata, extra casum necessitatis Baptismum administrare præsumant.

15. Vnctiones in baptizatis paruulis ex necessitate, vel ex contemptu omissæ expleri debent per Sacerdotem Catholicum.

16. Parochi & Ecclesiarum Ministri ante meridiem cum multa sobrietate & accurata deuotione baptismũ administrent, nisi necessitas accelerare exposcat.

19. Ne cuiquam siue ex sacro Fonte leuando, siue ad sacram Confirmationem tenendo plures quam vnum Patrinum liceat adhibere.

83. Vide Ordines sacri.

Ex Concilio Trident. generali 18. sub Pio IV. Anno 1565. Sess. 23. De Reformat.

2. Vnus tantum siue vir siue mulier iuxta sacrorum Canonum instituta, vel ad summum vnus & vna, baptizatum de Baptismo suscipiant, inter quos ac baptizatum ipsum, & illius patrem ac matrem, necnon inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur, &c. Quod si alij vltra designatos, & à Parocho admissos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem, nullo pacto contrahant, &c. Ea quoque cognatio quæ ex confirmatione contrahitur inter confirmantem, & confirmatum illiusque ad patrem & matrem ac tenentem non egrediatur.

Ex Concil. Mediolanensi I. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

2. Nemini liceat quemquam intra domesticos parietes baptizare, sed natum infantem, ij quorum est ea cura, ante nonum diem, ad suscipiendum Baptismum io Ecclesiam deferendum curent, quod si neglexerint excommunicatione subeant, &c. Caueant Parochi ne excommunicatos, vel eos, qui eo anno Paschæ tempore peccata confessi non fuerint, & sanctissimam Eucharistiam non sumpserint, admittant ad leuandum baptizatum de sacro Fonte, &c. Detestabilem consuetudinem baptizatos infantes in Altare collocandi, vt muneribus Compaterni inde redimantur Episcopi seueriùs vindicabunt, Compatres & Commatres nihil infantibus quos susceperunt, aut eorum parentibus Baptismi tempore largiantur.

Singulæ Parochiales Ecclesiæ singulos Fontes habeant, in quibus diligenter toto anno seruetur aqua Baptismalis solemni ritu benedicta.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 1.

10. Parochi quos Compatres ita imperitos nouerint vt symbolum fidei siue ea quæ in symbolo continetur, ignorent, illos eo officio suscipiendi de Baptismo infantes fungi ne patiantur.

Ex Concil. Mediolan. 3. sub Gregorio XIII. ann. 1573.

6. Infans expositus licet appensum collo scriptum habeat, quo ille baptizatus significetur, si tamen re diligenter perquisita, adhuc dubium sit, ea conditione baptizetur, si tu es baptizatus ego te iterum non baptizo, si nondum baptizatus es ego te baptizo.

Ex Concil. Mediolanensi 5. sub Grgorio XIII. anno 1579. Parte 1.

8 In Baptismo Compater & Commater ne sint qui sacro Chrismate confirmati non sunt, nec Compater minor natu sit 14. annis, Parochus, Sacerdosve baptizans, præsentem adesse non patiatur, neque Iudæum, nec alium quempiam à fide Christiana auersum, &c. Obstetrices, tribus post huius decreti promulgationem mensibus pœna arbitratu Episcopi proposita, officiumne præstent, nisi per Vicarium foraneum, si in Diœcesi sunt, si vero in Vrbe, cui Episcopus id curæ dederit, scripto probatæ sint idoneæ, ad Sacramentum Baptismi cum necesse erit ministrandum.

Ex Concil. Mediolanensi 6. sub Gregorio VIII. ann. 1582.

18. In Baptisterij sacello nullum sepulchrum sepulturamve extrui liceat.

Ex Conc. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

5. Vide Conc. Mediol. 1573. C.6. In reliquis vero seruent omnino Curati cæremonias & ritus in libro rituali Baptismorum descriptos sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ, &c. Vetamus ablutionem repeti iis qui à Caluinismo aut aliis hæresibus similiter baptizantibus ad nostras Eccles. transeunt. Custodiantur sacra olea prope fontes Baptismales in loco decenti & tuto, in quo etiam reponantur mantilia oblonga ad vsum Baptismatis, &c. Sabbato S. item Pentecostes frequenti Sacerdotum conuentu cùm in Cathedrali Ecclesia, tùm in Diœcesis etiam locis Ecclesiisve insignioribus fontis Baptismalis benedictio fiat, &c. Curatus ad aquam Baptismalem infundendam, non manum sed vas, quod ob eam causam paratum in fonte Baptismali asseruari debet adhibeat, &c. Baptizandi formulam præcipuè obstetricibus in Ecclesia tamen plenè ostendat ac tradat, &c. Curatus, Sacerdosve extra necessitatis casum, illis pœna excommunicationis proposita, ne ad domum cuiusquam etiam Magnatis, ad Baptismum ministrandum accedat, necessitas autem illa intelligatur, quæ mortem infantis minatur, &c. In Baptismo Compater ne sit qui sacro Chrismate confirmatus non est, Compater ne adhibeatur Regularis aliquis, nec passim Clericus sæcularis sacris initiatus, aut beneficium Ecclesiasticum obtinens, nec minor natu 14. annis. Vide Concil. Mediolan. 5. anno 1579. C.18. &c. Parentes ne Baptismum filiorum suorum vltra octanum diem differant, sub pœna excommunicationis, iis qui terminum huiusmodi excesserint, &c. Obstetrices, Vide Conc. Mediolan. 1579. C.8. Vnus tantum siue vir, &c. Vide Conc. Trid. an. 1563. C.2.

Ex Concil. Aueniomensi sub Clemente VIII. anno 1595.

12 Cum infanti vitæ periculum imminet, hic ordo seruetur vt ex præsentibus, Sacerdos Clerico, Clericus Laico, virque mulieri præferatur, dummodo formam & baptizandi modum rectè nouerint, Baptismus nonnisi ad tertium diem protrahatur, nisi aliter Episcopo visum fuerit.

14. Baptismalis aqua singulis annis Sabbato sancto, atque etiam in vigilia Pentecostes renouetur, infra annum præterea nunquam nisi necessitate vrgente, ad aquam Baptismalem infundendam, ne manus, sed vas argenteum alteriusve decentis materiæ adhibeatur.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

14. Vltra tres dies ab infantium Natiuitate, vel ad summum vltra 8. Baptismus nullo pacto differatur, at si aliquando recens natis infantibus immineat vitæ periculum curent parentes omni adhibita diligentia, domi, vel à Presbytero, vel à Laico (absente Sacerdote) vel non existente ibi Laico viro, à fœmina eos baptizari, cum intentione faciendi quod iussit Christus, & intendit Ecclesia, cum aqua elementari, simplici, & verbis Domini nostri Iesu Christi Ego te baptizo in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti, Amen, quæ si Latinè nesciant, vulgari idiomate per baptizantem proferri poterunt, &c. Curatis, &c. Vide Conc. Aquense 1585. C. 5: neque prætetea aliquis sit qui cæremonias & ritus S.R. Ecclesiæ negligat, sed post eorum conualescentiam, & quam citissime fieri poterit, infantes in domo baptizati ad Ecclesiam & Parochum portentur dictarum ceremoniarum causa, &c. Huiusmodi etiam ceremoniæ iis qui ab Hæreticis baptizati ad Ecclesiam reuertentur, erunt obseruandæ; quos iam baptizarint Hæretici, eos rebaptizari prohibemus, nisi fortè institutam à Christo Baptismi formam materiamque eos minimè obseruasse constaret, admoneant interim Parochi susceptores & Patrinos de cognatione spirituali quæ cōtrahitur inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem & matrem, ac inter tenentes siue suscipientes & baptizatum, deque illorum in contrahendis matrimoniis impedimento, & quod ad paruulum edocendum in fide Catholica, hoc negligentibus aut vita functis parentibus sint obligati, &c. Similiter declarent, quod postquam domi fuerit baptizatus puer, & ad Ecclesiam pro dictis cæremoniis defertur, qui eundem leuant, non fiunt Compatres neque cognationem aliquam contrahunt, Obstetrices duobus post huius decreti promulgationem mensibus, &c. Vide Concil. Mediolan. 5. an. 1579. C. 8. quæ autem probata est moneatur, vt curet quod fieri potest cum baptizat duas saltem mulieres, ac matrem præsertim si potest testes adesse, quæ in baptizando verba ab ea distinctè prolata audiant, &c. In Baptismo Sacerdos aut Parochus baptizans præsentem adesse, &c Vid. Conc. Mediol. 5. 1579. C. 8 minusque admittat Cōpatres de fide suspectos, vel nondum confirmatos Sacerdos aut

Parochus

Parochus baptizans caueat ne ad infantem baptizandum alio chrismate vtatur, quam eo quod illo ipso anno consecratum est sub poena suspensionis incurrendæ. In Baptismi susceptione Musicorum conuentum, concomitationem, risus, iocosque effusiores, deambulationes & oscula in Ecclesia omnino prohibemus, &c. Sub pœna excommunicationis statuimus & mandamus tam contra recipientes quam dantes, ne puero vel parentibus pro noua eiusmodi cognatione aliquid vllo modo donetur, exceptis his quibus ob summam egestatem eleemosynam impertiri videbitur necessarium, consuetudinem detestabilem, &c. Vide Conc. Mediolan. 1. an. 1565. C. 2. vnus tantum siue vir, &c. Vide Conc. Trident. 1563. C. 2. Parochus vero antequam ad Baptismum conferendum accedat, diligenter inquirat qui Compatres sint electi, quos tantum admittat, & non alios. Si duo vel plures infantes vno & eodem tempore baptizandi afferuntur, eorum vnicuique Catechismum exorcismum, & reliquas statutas ceremonias Baptismumque Parochus sigillatim ministret atque adhibeat, &c. Curent Parochi vt infantibus proprio nomine in Baptismo appellandis, nomina Patrum veteris testamenti raro imponantur, nunquam autem quæ turpia aut ridicula sunt, sicut nec ea quæ impiorum & impurorum hominum memoriam referant, sed illorum qui Sanctorum numero adscripti sunt, Baptisterium clausum perpetuo sit. Dictum Baptismi Sacramentum nudis infantibus tantummodo dum abluuntur conferant Parochi, nisi aliquod graue inde viderint futurum incommodum, caueantque ne ex nimia infusione aquæ baptizato damnum aliquod inferatur.

BENEDICTIONES.

Ex Concil. Pictauiensi sub Paschali II. anno 1109.

1. Nullus præter Episcopum coronas benedicere præsumat exceptis Abbatibus qui illis tantummodo coronas faciant, quos Regula B. Benedicti militaturos susceperit.

4. Nullus vestimenta Sacerdotalia, vel Altaris vtensilia præter Episcopum benedicere præsumat.

Ex Concil. Rauennat. 2. sub Clemente V. anno. 1311.

8. De cætero campanæ Ecclesiarum quæ fient de nouo, benedicantur ea solemnitate quæ in Pontificali scribitur.

Ex Concil. Coloniensi sub Paulo III. anno 1536. *Parte* 9.

18. Non omnis pollutio reconciliationem templi aut Cœmeterij requirit, sed tantum publica vel per rei euidentiam, vel saltem per formam, quod si occulta sit contaminatio, quæ etiam Baptismi, & pœnitentiæ Sacramenta non remorantur, solemnitas non exigitur.

19. Reconciliationem eiuscemodi gratis fieri, ac tantum itineris sumptus Vicariis in Pontificalibus suppeditari volumus, qui quidem sumptus ex bonis delinquentis desumentur modo tamen tantæ illius facultates sint, sin secus Parochiani.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

23. Prælatis nostræ Diœcesis, Virgines, Ecclesias, Altaria, Cœmeteria consecrari, sacra loca quocunque modo execrata reconciliari, vasa, vestesque sacras, aquam, sal, palmarum Ramos, frutices, herbas, cereos, agnum Paschalem, fructus nouos, & alia suo quæque tempore & loco, suisque ritibus & orationibus per totam nostram Diœcesim benedici volumus.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. *Titulo* 2.

20. Quæ vestes & ornamenta ad vsum sacrum comparata, & Ecclesiæ instituto benedici debent, ante Episcopi benedictionem, in Missæ sacrificio, cæterisque diuinis officiis ea non adhibeantur.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. *Parte* 1.

1. Vide Imagines sacræ.

14. Vide Ritus Ecclesiæ.

18. Antiquus ille benedictionis ædium quæ vel recenter ædificatæ sunt, vel immundis spiritibus allaueratione vexantur ritus vbi in vsu esse desiit, Episcopi cura restituatur.

Ex Conc. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

6. Ne quis Episcopo inferior vestes, indumenta, vasave ad Missæ sacrificium, diuinorumque officiorum cultum, aut ad Altaris ornatum parata, sine Sedis Apostolicæ facultate benedicat, nisi si alioqui de iure talia benedicendi facultas competeret.

BENEFICIORVM COMMENDA.

Verbo Abbas, Conc. Aquen. 1585. C. 41. Trident. 1563. sess. 25. C. 20.

V. Beneficium Ecclesiast. Conc. Lugdun. Gener. 14. an. 1274. C. 14. Latera. 17. an. 1513. C. 34. Trident. 1545. sess. 6. C. 2. sess. 25. C. 21.

V. Electiones, Later. 17. an. 1517. sess. 9. de Reg. C. 1.

V. Episcopi, Trident. 1545. sess. 1. C. 2.

V. Episcoporum officium, Trid. 1563. sess. 21. de Refor. C. 8. Mediola. 3. an. 1573. C. 5. Aquensi 1585. C. 18.

V. Monachi, Trident. 1563. sess. 25. de Regul. C. 20.

BENEFICIORVM PERMVTATIONES.

Verbo Benefic. Ecclesiast. Conc. Turon. an. 1163. C. 1. Colon. 2. an. 1549. C. 7.

BENEFICIORVM PLVRALITAS.

Verbo Benefic. Ecclesiast. Conc. Metensi, an. 888. C. 2. Nannet. 895. C. 8. Londi. 1125. C. 10. Lateran. vniuers. 11. an. 1179. C. 14. Lateran. vniu. 12. an. 1215. C. 29. Viennen. 1267. C. 6. Colonien. 1536. p. 2. C. 32. August. 1548. C. 21. Trident. 1545. sess. 7. C. 4. sess. 24. C. 17.

BENEFICIVM ECCLESIASTICVM.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho, anno 506.

21. STatuimus quod omnes Canones iubent, vt Ciuitatenses siue Diœcesani Presbyteri vel Clerici, saluo iure Ecclesiæ, rem Ecclesiæ sicut permiserunt Episcopi teneant, vendere autem aut donare penitus non præsumant, quod si fecerint vel fecerunt, & facta venditio non valebit, & de facultatibus (si quas habent proprias) indemnem Ecclesiam reddant, & communione priuentur.

59. Clerici quilibet quantacunque diuturnitate temporis de Ecclesiæ remuneratione aliqua possederint, in ius proprium, præscriptione temporis, non vocentur.

Ex Concil. Aurelianensi sub Symmacho, anno 507.

26. Si Episcopus humanitatis intuitu vineolas vel terrulas Clericis vel Monachis præstiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiamsi longa transisse annorum spatia comprobantur, nullum Ecclesia præiudicium patiatur, nec sæcularis legis præscriptio, quæ Ecclesiæ quid impediat, opponatur.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

14. Quisquis Clericus aliquid de munificentia Ecclesiæ, cui seruierat, adeptus, & ad summum Sacerdotium alterius Ciuitatis est, aut fuerit ordinatus, quod dono accepit, vel acceperit reddat, & quod suum est ex propriatate, vel secundum instrumenti seriem probatur emisse, possideat.

18. Quod Clerici etiam sine precatoriis qualibet diuturnitate temporis de Ecclesiæ remuneratione possederint cum authoritate Domini gloriosissimi Principis nostri, in ius proprietatis temporis præscriptione non vocetur, dummodo pareat Ecclesiæ non fuisse, ne videantur etiam Episcopi administrationis prolixæ, aut precatorias eum ordinari sunt facere debuisse, aut diu tantas Ecclesiæ facultates proprietati suæ posse transcribere.

Ex Concil. Toletano sub Bonifacio II. anno 531.

4. Si quis Clericorum agellos, vel vineolas seu ædificia in terris Ecclesiæ sibi fecisse probetur sustentandæ vitæ suæ causa, vsque ad diem obitus sui possideat, post suum vero de hac luce decessum, iuxta priorum Canonum constitutiones, ius suum Ecclesiæ sanctæ restituat, nec testamentario ac successorio iure, cuiquam hæredum aut prohæredum relinquat, nisi forsitan cui Episcopus pro seruitiis, ac præstatione Ecclesiæ, largiri voluerit.

Ex Concil. Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

18. De Clericorum personis quæ de Ciuitatensis Ecclesiæ officio Monasteria, Diœceses vel basilicas in quibuscunque locis positas suscipiunt ordinandas, in potestate sit Episcopi, si de eo quod ante de Ecclesiastico munere habebant, eos aliquid aut nihil habere voluerit, quia vnicuique facultas suscepti Monasterij Diœcesis vel basilicæ debet plena ratione sufficere.

Ex Conc. Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

18. Vt quicunque Clericus aliquid de iure Ecclesiastico, verbo seu scriptura acceperit ad vtendum & postmodum hoc alienare quacunque ratione præsumpserit, non valebit, &c. Sed in Pontificis potestate consistat, qualiter pro conseruando iure Ecclesiastico rem possessam inter clericos debeat communicare.

34. Quisquis agellum Ecclesiæ in diem vitæ pro quacunque misericordia, à Sacerdote cui potestas est acceperit possidendum, quæcunque ibi profecerit alienandi nullam habeat potestatem, nec sibi parentes sui ex ea re aliquid existiment vendicandum.

36. Si quis Episcopus alterius Ecclesiæ Clerico de facultatibus suæ Ecclesiæ aliquid sub titulo quocunque donauerit, post eius obitum, qui acceperit, ad Ecclesiæ ius, de cuius facultate discesserat reuertatur.

Ex Concil. Toletano 3. sub Pelagio II. ann. 589.

3. Si quid Episcopi, quod vtilitatem non grauet Ecclesiæ, pro suffragio Monachorum, vel Ecclesiarum, ad suam Parochiam pertinentium dederint, firmum maneat, peregrinorum vel Clericorum, vel egenorum necessitati, saluo iure Ecclesiæ, præstare permittuntur, pro tempore quæ potuerint.

Ex Concil. Toletano sub Gregorio I. anno 597.

2. Vide Ecclesia.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

1. De rebus Ecclesiæ quæ per precatoriam impetrantur ab Ecclesia, ne diuturnitate temporis ab aliquibus in ius proprium vsurpentur, & Ecclesiæ defraudentur.

Ex Concil. Toletano 6. sub Honorio I. anno 638.

5. Si quis Clericorum stipendium de rebus Ecclesiæ cuiusquam Episcopi percipit largitate, sub precariæ nomine, debet professionem scribere, nec per retentionem diuturnam præiudicium afferat Ecclesiæ, & quæcunque in vsu perceperit debet vtiliter laborare.

Ex Concil Emeritensi sub Vitaliano anno 664.

13. Quemcunque Clericum Episcopus ad bonum perfectum viderit crescere, per bonam intentionem venerandi, amandi & honorandi, atque de rebus Ecclesiæ quæ voluerit illi largiendi habeat potestatem.

potestatem; quidquid ergo bonis largitur per gratiam ita in ius habeant, vt & remedium ex hoc sentiant, & rem Deo dicatam ad augmentum perducant; quod si id quod acceperint per suam tepiditatem ad profectum minime perduxerint, aut detrimentum posuerit, Episcopus habeat licentiam sine vllo præiudicio in iure Ecclesiæ reuocandi rem propriam.

Ex Concilio Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

25. Si quis beneficium de rebus Ecclesiæ habet, ad tecta eiusdem Ecclesiæ restauranda vel ad ipsas Ecclesias omnino adiuuet.

Ex Concilio Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

26. Perlatum ad nos est quod inter hæredes Ecclesiæ in rebus propriis cõstitutæ diuidantur & tanta per eamdem diuisionem simultas oriatur, vt vnius altaris 4. partes fiant, & singulæ partes singulos habeant Presbyteros, &c. Vnde nobis visum est quod huiuscemodi Ecclesiæ inter hæredes diuidi non debeant & si in contẽnonem venerint & simultates inter eos surrexerint, per quas Sacerdos suo ibi officio canonice fungi non possit, præcipiatur ab Episcopo Ciuitatis vt nullo modo ibi Missarum solemnia celebrentur, donec illi ad concordiam redeant, & pari voto atque consilio Ecclesia illa Sacerdotem canonicè habeat, qui libere ibi suum ministerium peragere possit.

42. Vide Litteræ Ecclesiasticæ.

Ex Concilio Moguntino sub Leone III. anno 813.

42. Quicunque benef. Vide Conc. Arelat. 4. anni 813. cap. 25. & nonam & decimam reddant.

Ex Concilio Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

49. Vide Ecclesia.

Ex Concilio Metensi sub Stephano VI. anno 888.

2. Vnusquisque Presbyter vnam solummodo habeat Ecclesiam, nisi fortè antiquitus habuerit Capellam vel membrum aliquod adiacens sibi, quod non expedit separari.

Ex Concilio Nannetensi sub Formoso, anno 895.

8. Nullus Presbyter plures præsumat habere Ecclesias, nisi fortè alios Presbyteros sub se in vnaquaque habeat, qui nocturnum atque diurnum officium solemniter adimpleant, & Missarum celebrationes quotidianis expleant cæremoniis.

16. Vt si quilibet Presbyterorum defunctus fuerit apud sæcularem Seniorem, nulla precatione vel aliquo xenio Ecclesiam illam obtineat, quia titulus per se constans antea extitit, sed neque Capellam sine consultu Episcopi, quod si fecerit, &c. Et illam perdat quam tenuit, & illam nequaquam obtineat quam vsurpare tentauit.

Ex Concilio Romano sub Ioanne IV. anno 904.

10. Vt plebes Ecclesiæ nullatenus aut Comitibus aut Episcoporum vassallis, aut vllis laicis beneficia tribuantur.

Ex Concilio Pictauiensi sub Paschali II. anno 1100.

3. Vide Ecclesiastica bona.

Ex Concilio Londinensi 2. sub Paschali II. anno 1102.

14. Vide Ecclesia.

Ex Concilio Rhemensi sub Calixto II. anno 1119.

4. Nullus Episcopus, nullus Presbyter nullus omnino de Clero, Ecclesiasticas dignitates, vel beneficia, cuilibet, & quasi hæreditario iure derelinquat.

Ex Concil. Lateran 1. Vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1122.

7. Vide Ecclesiastica bona.

22. Nullus Clericus præbendam suam seu aliquod Ecclesiast. beneficium aliquo modo alienare præsumat, quod si præsumptum olim fuit, vel aliquando fuerit, irritum erit, & canonicæ vltioni subiacebit.

Ex Concilio Londinensi 1. sub Honorio II. anno 1125.

5. Ne quis Ecclesiam sibi, siue Præbendam paterna vindicet hæreditate; aut successorem sibi in aliquo Ecclesiastico constituat beneficio, &c. Clerici qui Ecclesias seu beneficia habent Ecclesiarum, & ordinari (quo liberius viuant) subterfugiunt, cum ab Episcopis inuitati fuerint, si ad ordines promoueri contempserint, Ecclesiis simul & beneficiis priuentur.

10. Ne personæ Archidiaconatus, vel diuersi ordinis tribuantur honores.

Ex Concilio Londinensi sub Honorio II. anno 1127.

1. Vide Simoniaci.

9 Nulla persona Ecclesias vel decimas, seu quælibet alia Ecclesiastica beneficia det vel accipiat, sine consensu & auctoritate Episcopali.

Ex Concilio Lateran. III. Vniuers. 10. sub Innocent. II. anno 1139.

16. Ne quis Ecclesias, Præbendas, Præposituras, Capellanias, aut aliqua Ecclesiastica officia hæreditario iure valeat vindicare, aut expostulare præsumat.

Ex Concilio Turonensi sub Alexandro III. anno 1163.

1. Diuisionem præbendarum aut dignitatum permutationem fieri prohibemus.

a. Vide Clericorum mores.
5.6. Vide Simoniaci.

Ex Concilio Londinensi sub Alexandro III. anno 1175.

9. Ne Laici Ecclesiastica Beneficia ad firmas teneant.

Ex Concilio Lateran. 4 Vniuerf. 11. sub Alexandro III. anno 1179.

8. Nulla Ecclesiastica ministeria seu etiam beneficia, vel Ecclesiæ alicui tribuantur seu promittantur antequam vacent, ne desiderare quis mortem proximi videatur in cuius locum & beneficium se crediderit successurum, cùm verò præbendas Ecclesiasticas, seu quælibet officia in aliqua Ecclesia vacare contigerit, non diu maneant in suspenso, sed infra sex menses, personis quæ dignè administrare valeant conferantur, si autem Episcopus vbi ad eum spectauerit, conferre distulerit, per Capitulum ordinetur, quod si ad Capitulum electio pertinuerit, & infra prædictum terminum hoc non fecerit, Episcopus hoc exequatur, aut si omnes fortè neglexerint, Metropolitanus de ipsis disponat.

13. Cùm Ecclesia vel Ecclesiasticum ministerium committi debuerit, talis ad hoc persona quæratur, quæ residere in loco, & curam eius per seipsum valeat exercere, quod si aliter fuerit actum, & qui acceperit amittat, & qui dederit largiendi potestate priuetur.

14. Quidam duas vel tres, sed sex aut plures Ecclesias perhibentur habere per fratres & Coëpiscopos nostros emendari præcipimus, & de multitudine præbendarum Canonibus inimica, eorum qui Ecclesiis dignè valeant deseruire, volumus Ecclesiasticis Beneficiis indigentiam subleuari.

18. Vide Pauperes.

Ex Concilio Londinensi sub Innocent. III. anno 1200.

8. Vide Conc. Lateran. 11. anno 1179. cap. 8.

Ex Concilio Lateran. 5. Vniuerf. 12. sub Innocent. III. anno 1215.

29. Quicunque receperit aliquod beneficium habens curam animarum annexam, si prius tale beneficium obtinebat, eo sit iure ipso priuatus, & si fortè illud retinere contenderit, alio etiam spolietur. Is quoque ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius liberè conferat, &c. Et si vltra tres menses conferre distulerit, non solum ad alium eius collatio deuoluatur, verum etiam tantum de suis cogatur prouentibus in vtilitatem Ecclesiæ, cuius illud est beneficium, assignare, quantum à tempore vacationis ipsius constiterit ex eo esse perceptum, &c. In eadem Ecclesia nullus plures dignitates aut personatus habere præsumat, etiamsi curam non habeant animarum.

Ex Concilio Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

10. Si duo ad vnam eamdemque Ecclesiam fuerint præsentati, neutri eorum pendente lite, custodia committatur, si autem ad Episcopum ius conferendi talem Eccles. authoritate Concilij deuoluatur, &c. neutri eorum qui præsentati fuerint, Ecclesiam illam conferat illa vice, nisi de vtriusque Patroni consensu.

22. Ne quis Ecclesiæ suæ renuncians recipiat ab eo qui sibi substituitur Vicariam, cum possit præsumi quod talia fiant per pactionem cuiam turpem, quod si ab aliquo fuerit acceptatum, & ille Vicaria, & alius personatu priuentur.

23. Ne de nouo aliqua Ecclesia pluribus Rectoribus quorum vterque sit persona committatur agenda; In Ecclesiis autem vbi nunc plures personæ existunt statuimus vt singulis decedentibus accrescat viuentibus portio decedentium donec ad vnum solum illius Ecclesiæ perueniat personatus, nec de cætero plures vicariis in eadem instituantur, illis Ecclesiis exceptis quæ ex antiquis diuisæ fuerint.

24.25.26.27. Vide Presbyteri.

33. Archidiaconatus, vel Decanatus, vel aliud officium, quæ in spiritualibus mere consistunt, nulli dentur ad firmam, si verò redditus huic officio sit annexus ille de superioris licentia dari poterit ad firmam.

51. Ecclesiæ certis personis deputatæ, nulli dentur ad firmam, nisi fortè iusta causa fuerit, & à suo Episcopo approbata, & vt ita de eius consensu alicui personæ honestæ, & ordinatæ detur ad firmam, de quo veri similiter præsumi debeat quod fructus Ecclesiæ in bonos vsus conuertat.

52. Non liceat alicui aliquem assignare in Ecclesia quidquam nomine beneficij quasi hoc ei liceat obtinere cum alio beneficio cui animarum cura fuerit annexa.

Ex Concilio Germanico sub Honorio III. anno 1225.

12. In quibusdam Alemaniæ partibus ponuntur in Ecclesiis conductitij Sacerdotes Vicarij temporales, ne id fiat de cætero prohibemus, sed cum vicarius poni debet & potest, perpetuo instituatur, idque assensu & authoritate Diœcesani & Archidiaconi loci illius, nec Episcopus vel Archidiaconus talem instituat, nisi ei de bonis Ecclesiæ coram eo tantum fuerit assignatum, vnde Iura Episcopi & Archidiaconi possit persoluere, & congruam & sufficientem sustentationem habere.

Ex Concilio Londinensi sub Gregorio IX. anno 1237.

7. Ne dignitates vel officia puta Decanatus vel Archidiaconatus, siue prouentus ex Ecclesiasticæ vel spiritualis Iurisdictionis exercitio, siue ex Pœnitentia vel altari, seu ex aliis Sacramentis quibuslibet venientes, ad firmam de cætero nullatenus concedantur.

8. Nec Laicis vnquam nec personis Ecclesiasticis vltra quinquennium Ecclesiæ ad firmam concedantur, nec finito quinquennio renouentur eisdem, nisi prius ipsas habuerint alij mediatè, præsentibusque Episcopis, vel Archidiaconis firmaria fiat conuentio, ex qua plures litteræ conscribantur, quarum vna remaneat penes ipsos.

9. Ecclesia in tota vel in parte ad firmam alicui sub quocunque colore in beneficium perpetuò non conferatur, cassum & inane fore decernentes si contra fuerit attentatum.

11. Ne prætextu opinionis vel famæ quæ de morte vel de cessione habeatur absentis, eius beneficium aliquatenus conferatur. Sed Prælatus donec plenius de Alterutro instruatur, expectet, alioquin ad resarciendum omne damnum, ex hoc inflictum absenti, eum fore decernimus obligatum, & illum qui se procurauit

cutauit intrudi, præter restitutionem bonorum, officio beneficioque suspensum protinus ipso facto, quod & ad illum extendi volumus qui beneficium Ecclesiasticum altero possidente, auctoritate propria vel potius vi, vel clam, occupare præsumit.

12. Nunquam deinceps, &c. Vide Conc. Oxonien. ann. 1222. cap. 13. Prouideant etiam Diœcesani, vt semper apud Ecclesiam resideat aliquis qui de animarum cura sit sollicitus, ac se in celebratione Diuinorum & collatione Sacramentorum exerceat vtiliter & honestè.

Ex Concilio Viennensi sub Clemente IV. anno 1267.

6. Omnes qui dignitatum, personatuum, seu beneficiorum cum cura pluralitatem detinent, illi qui sunt de Prouincia Saltzburg. super hoc secum dispensatum fuisse coram Episcopo Saltzburg. infra instans festum B. Ioan Bapt. doceant manifestè, alioquin ex tunc vltimo beneficio recepto sint contenti; &c. si vero vtrumque retinere contenderint, nos ipsos & primis & vltimis decreuimus ex tunc manere priuatos.

Ex Concilio Lugdun. Generali 14. sub Gregorio X. anno 1274.

14. Nemo deinceps Parochialem Ecclesiam alicui non constituto in ætate legitima & Sacerdotio commendare præsumat, nec tali etiam nisi vnam & euidenti necessitate vel vtilitate ipsius Ecclesiæ suadente huiusmodi autem commendam ritè factam declarat vltra semestris temporis spatium non durare.

18. Ordinarij locorum subditos suos plures dignitates vel Ecclesias quibus animarum cura imminet, obtinentes, seu personatum aut dignitatem cum alio beneficio cui cura similis est annexa, districtè compellant, dispensationes authoritate quarum, huiusmodi Ecclesias, personatus seu dignitates canonicè tenere se asserunt, infra tempus pro facti qualitate ipsorum ordinariorum moderandum arbitrio exhibere, quod si fortè iusto impedimento cessante, nullam dispensationem exhibuerint, Ecclesiæ, beneficio, personatus seu dignitates quæ sine dispensatione aliqua eo ipso illicitè detineri constabit, per eos ad quos eorumdem collatio pertinet, liberè personis idoneis conferantur. Cæterum si dispensatio exhibita sufficiens euidenter appareat exhibens nequaquam in beneficiis huiusmodi quæ canonicè obtinet molestetur.

21. Statutum Clementis IV. de dignitatibus & beneficiis in Curia Rom. vacantibus nequaquam per alium quàm per Roma Pontificem conferendis, decreuimus taliter mo erandum, vt ii ad quos eorumdem beneficiorum & dignitatum spectat collatio, statuto non obstante prædicto, demum post mensem à die quo dignitates seu beneficia ipsa vacauerint numerandum ea conferre valeant, tantummodo per seipsos vel (ipsa gentibus in remotis) per suos vicarios Generales in eorum Diœcesibus existentes, quibus id canonicè sit commissum.

Ex Concilio Salisburgensi sub Greg. X. anno 1274.

9. Singuli plura benenecficia possidentes, aut recepto vltimo sint contenti aut in ipso proximo Prouinc Conc. seu Episcopali Synodo legitimis documentis edoceant, secum esse, etiam qui de iure hoc facere potuerit, dispensatum.

10. Vide Presbyteri.

Ex Concilio Salisburgensi sub Martino IV. anno 1281.

10. Clerici habentes plura beneficia cum cura animarum, durante tempore præsentis nostri Concilij, litteras suæ dispensationis nobis exhibeant, alioquin huiusmodi benef. tanquam de iure vocantia, personis idoneis conferemus.

11. Institutionem Vicariorum seu locationem Ecclesiarum simul & moderamen Præbendarum (Rectorum Ecclesiarum qui à residentia excusantur) præcisè ad nostram prouidentiam reuocamus, sublata eis omni circa prouisionem huiusmodi potestate.

Ex Concilio Rauennatensi sub Honorio IV. anno 1286.

5. Statuimus vt illi tantum dicantur in Ecclesia residentes, quoad redditus qui distribuuntur, prout quotidie resident, seu sit bladum seu vinum, siue sint pecuniæ vel alia bona, quæ in Ecclesia sua Confratribus aliis horis debitis, pensum seruitutis nostræ, videlicet matutinū, Laudes Primam Tertiā, Sextam, Nonā, Completoriumq; persoluerint, alioquin percipiant ex ipsis redditibus nisi prout seruierint Ecclesiæ, &c. Infra duorum mensium spatium à die publicationis huius Conc. ordinetur quot & quantum habere debeat qui matutino interfuerit, & aliis horis Canonicis ex redditibus, &c. Qui matutino interfuerit, duplum eius habeat quod habebit qui erit in Missa qui Tertiæ, & Sextæ, Medietatē eius habeat quod ei fuerit datum in Missa, & idem in Nona, Seruetur, qui in vesperis & Completorio tantum habeat quantum qui Missæ interfuerit, &c. Is Dicatur matutino interesse qui ad Ecclesiam venerit, antequam *venite* cum hymno cantetur, cum hymnus dicitur; aliàs cum dicetur *venite* cum primo psalmo, ex quo hymnus tunc non cantatur, & steterit quousque Prima completa fuerit, qui Missæ antequam cantetur Kyrie eleison, & steterit quousq; fuerit finita Missa; qui Tertiæ, Sextæ, Nonæ. Vespero & Cōpletorio antequam Psalmi incipiantur, & sterint quousque fueriut dictæ horæ perfectè, aliter nihil percipiant, &c. In aliis Ecclesiis vbi redditus non sunt tales, locorum ordinarij remedium salubre adhibeat, vt ipsis seruiantur Ecclesiis prout decet, & ne per præsentes aliqua fiat fraus, ordinamus quod campanæ horarum in nocte & die tantum pulsentur quod omnes Confratres se possint parare ad intrandum Ecclesiam, nec incipiatur officium antequam campana pulsare cessauerit, &c. Illi etiam residere dicantur, quoad supra scriptos redditus, dato quod non intersint horis diuinis, qui solemnem medicinam receperint, per tres dies proximè subsequentes, & qui minutionem celebrauerint per duos dies & alij etiam qui infirmitate grauari absque læsione graui suæ personæ venire non possunt, illi etiam qui dicta de causa exeunt.

Ex Concilio Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

6. Nullus Clericus Ecclesiam vel præbendam aliquam, vel beneficium Ecclesiast. aut prouentus ipsorum quæ ad eum de iure non pertinent, in alterius præiudicium recipere, ac retinere præsumat, qui contra fecerit, ipso facto excommunicationem incurrat, &

& si per mensem in occupatione, intrusione, seu violentia huiusmodi, animo steterit in durato, beneficiis si quæ habet in aliis Ecclesiis ipso facto sit priuatus, & sit ex tunc inhabilis ad dignitatem aliquam seu Ecclesiam obtinendam, si laicus fuerit excommunicationem incurrat.

11. Ne de cætero Archiepiscopi, Episcopi, Abbates & Abbatissæ, seu alij Ecclesiarum Prælati, ad quos Parochialium Ecclesiarum collatio seu præsentatio pertinet, Parochiales Ecclesias personis quæ 25. annum non attingunt conferant, &c.

12. Ecclesiarum patroni vacantibus Ecclesiis de iure & de facto, in quibus Iuspatronatus obtinent, personam idoneam & ætatis legitimæ, Diœcesanis seu illis ad quos institutio in ipsis Ecclesiis pertinet, infra tempus statutum à iure studeant præsentare, & si per mensem vltra dictum tempus Ecclesias ipsas detinere præsumpserint, ipso facto escommunicationi subiaceant, & ea vice præsentatione huiusmodi priuentur, ac si Superior non Ecclesiam sic vacantem, infra tempus à Canone sibi præfixum conferat, à collatione beneficiorum sit per annum ipso facto priuatus, & si Laici fuerint, & Ordinarium prouidere volentem ipsi Ecclesiæ impediuerint, ipso factu sint excommunicati.

21. Vide Laici.

Ex Concilio Rauennatensi sub Clemente V. anno 1311.

6. Ne Parochialis Eccelesia de cætero conferatur seu detur nisi tali qui competenter sciat legere & cantare Diuinum officium, nec Canonicatus conferatur alicui in Ecclesia Cathedrali, nisi tali qui sciat legere & cantare, & competenter construere, & 15. annum attigererit, nec Canonicatus vel præbenda & Clericatus in Ecclesia Collegiata, vbi tres vel plures fuerint in congregatione, nisi sciat competenter legere & cantare, & 12. compleuerit annum nec aliud rurale, & simplex beneficium alicui prorsus illiterato, sed qui sciat aliqualiter legere, & si contra factum fuerit sit irritum ipso iure.

16. Clericos qui alienum beneficium seu dignitatem vel Ecclesiam occupauerint, vel detinuerint absque auctoritate Iudiciis competentis, seu quemquam spoliauerint eius beneficio vel Præbenda, &c. Ex nunc excommunicationis vinculo innodamus, & omnibus beneficiis quæ intra nostram Prouinciam obtinuerint priuamus perpetuo, & si admoniti non destiterint inhabiles iudicamus ad aliqua beneficia Ecclesiast. obtinenda, & gaudendum immunitate Ecclesiastica, vel priuilegio Clericali, vniuersitatem autem interdicti & maiores de ipsa vniuersitate excommunicationis sententias incurrere volumus ipso facto, si requisita ipsa vniuersitas vel ipsius Rectores, vel Iurati, postquam eis de ipsa violentia manifestum extiterit, non compulerint sine difficultate, aut compellere neglexerint huiusmodi in vasorem, spoliatorem, vel vsurpatorem.

Ex Concilio Rauennat. III. Tempore Interregni anno 1314.

12. Si quis infra ætate 16. annorum constitutus, ex dispensatione Sedis Apost. fuerit beneficium adeptus, quod requirat Sacerdotalem, vel Sacrum ordinem, aut etiam præbendam in Eccles. Cathedrali Prouinciæ Rauennat. nisi cum attigerit 16. annum ætatis, se fecerit ad subdiaconatum promoueri infra annum, & aliàs postea promoueatur secund. ætatem provt requirit onus ipsius beneficij, ex nunc & ipso beneficio seu præbenda huiusmodi sit priuatus, ad vlri vero sub eadem pœna ad idem teneàntur.

18. Nullus Religiosus vel sæcularis Clericus prætextu litterarum, veritate tacita obtentarum, à sede Apost. vel legato ipsius, aut quovis alio titulo non canonico, vel quæsito colore, dignitates, personatus, officia vel beneficia quæcunque Ecclesiast. Prouinc. Rauennat. ad mensam alicuius Episcopi, Monasterij, Capituli vel Ecclesiæ pertinentia, hactenus occupata, aut de cætero occupare & detinere audeat, vel præsumat, quod si monitus non dimiserit & liberè relaxauerit cum effectu cum fructibus inde perceptis, sit escommunicatus.

Ex Concilio Rauennatensi 4. sub Ioanne XXII. anno 1317.

3. Abbates, Decani Achipresbyteri, Presbyteri, Præpositi, seu quocumque alio nomine censeantur, ad ordinem Sacerdotalem se faciant promoueri, Archidiaconi vero ad ordinem Diaconatus, Inferiores autem beneficiati in Ecclesiis nostræ Prouinciæ Rauennat. instituti, ad ordines Sacros, seu quod vnumquodque beneficium requirit, infra annum se faciant promoueri si qui vero prædictorum animo indurato promotionem suam distulerint, ipso iure sint priuati omnibus beneficiis sacros ordines requirentibus, nisi cum eis fuerit dispensatum, vel nisi iusto impedimento detenti fuerint.

7. Vidè Archiepiscopi.

10. Vide Ecclesiastica bona.

Ex Concilio Sabinensi in Hispania sub Ioanne XXII. anno 1322.

9. In qualibet Ecclesia, vni cura ipsius Eccles. principaliter, per eum quem de iure pertinet, committatur, cui per Prouidentiam Prælati, taliter prouideatur, quod de redditibus Ecclesię possit honestè viuere & onera curæ, & alia incumbentia supportare, in Ecclesiis autem, in quibus beneficia in debitè sunt diuisa, cùm pluribus Clericis ipsarum Ecclesiarum, nec sufficiant facultates, quando portiones huiusmodi vacare contigerit vniantur & assignentur Curato, donec prouisionem habeat competentem, &c. Cùm Ecclesiasticorũ beneficiorum collatio fieri debebit, fiat in Capitulo si consuetudo id obtinet vel coram Notario publico, aut testibus fide dignis, vel cum patenti ipsius Prælati littera, præsentibus testibus in littera ipsa collationis insertis, alias collatio ipsa nullius penitus sit momenti.

14. Nulli Ecclesiarum Patroni ad Ecclesias in quibus Iuspatronatus obtinent antequam vacent, cuiquam præsentationis litteras concedant, quas si concesserint eo ipso irritæ sint penitus & inanes. Nonnulli Ecclesiarum Patroni pueros Infantes, & alios in Ecclesiis in quibus Iuspatronatus obtinent, & in aliis violenter intrudunt, nullus deinceps excessus tam damnabiles attentare præsumat, alioquin contrarium facientes, ipso facto excommunicationem incurrant, & quousque Ecclesiæ & Prælato satisfecerint nullatenus absoluantur, &c. filiis ac nepotibus eorum qui in Ecclesiis Ius obtinent patronatus, de iure non licet Rectores Ecclesiarum ipsarum in debitis prandiis & exactionibus aggrauare.

19. Nullus Patronus pro præsentatione ad Ecclesiã, in qua Ius obtinet Patronatus, pecuniam aut quodcumque munus recipiat siue donum, nec Clericus audeat

audeat per se aut per alium, pro præsentatione præmissa, munera promittere vel donare, alioquin & præsentans,illa vice, iure præsentandi sit ipso facto priuatus & præsentato Clerico nihil Iuris ex præsentatione huiusmodi acquiratur nec etiam ab aliis Patronis ea vice ad Ecclesiam illam valeat præsentari, &c. Ne Episcopi vel quivis alius ad quem beneficij collatio pertinet,ratione collationis huiusmodi beneficiis,aut chartæ, seu alio quocunque quæsito colore,aliquid præsumant per se vel per aliom exigere, seu etiam retinere, nec Notarius seu scriptor quidquam nisi moderatum exigat pro collationis littera & sigillo quod si aliquis ad quem collatio beneficiis spectat, contra præmissa fecerit, eo ipso à collatione beneficiorum per sex menses nouerit se suspensum.

Ex Concilio Toletano sub Ioanne XXII. anno 1314.

4. Capellaniæ seu beneficia instituta, habeant iuxta ordinatione statuentium proprios seruitores; qui vero sine licentia Episcopi Diœcesani contra fecerint,& fructus dictarum Capellaniarum sibi appropriauerint, à beneficiis quæ habent in Ecclesiis in quibus hæc commiserint, donec plenè restituerint, quidquid contra præsentem prohibitionem perceperint,sint suspensi.

Ex Concilio Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

4. Nullus Ecclesiam vel beneficium Ecclesiast. dimittere vel recipere præsumat sine sui Superioris authoritate sub pœna excommunicationis vel suspensionis.

8. Ecclesiarum Rectores Vicariis suis sufficientem,& honestam portionem de prouentibus Ecclesiæ assignent, alioquin ipsi Rectores, si moniti non assignauerint, suis poterunt beneficiis spoliari.

11. Nonnunquam contingit quod ad vacantem Episcopatum vel aliud beneficium duo in discordia eligantur, & alter qui minora iure vtitur, vt eum cui maius Ius est acquisitum, per potentiam vel per tædium fatigare & haurire possit,attrahit fauorem potentium Laicorum,quibus vt ei mutuent & assistant, promissiones facit de beneficiis eorum filiis conferendis, & de Iuribus & libertatibus Ecclesiasticis remittendis, huiusmodi attractores volumus ipso iure excommunicatione esse innodatos,& nihilominus eos fore ineligibiles ad huiusmodi dignitates, &c.

12. Quidam fundatores Ecclesiarum,vel hæredes ipsorum, partem decimarum vel aliarum obventionum Ecclesiast. in quibus Ius obtinent patronatus sibi retinent,ex pacto enim præsentant Clericos, &c. ex quo constiterit piuties eos huiusmodi perpetrasse flagitium,anathemate feriantur, & eorum terra ponatur sub Ecclesiast. interdicto, donec Ecclesiam liberam sub suo iure dimittant,saluo Iure patronatus, quod eis de iure reseruamus cum possint per Iuris ignorantiam excusari, taliter autem beneficia recipientes officio beneficioque priuentur,nec ad beneficium vel actus Ecclesiasticos admittantur, nisi per Sedem Apostolicam cum ipsis fuerit dispensatum.

13. Si Clerici (ad beneficia à Patronis præsentati) se portione debita spoliati videntes, ad Episcopum suum querelam non detulerint, sint ipso iure suspensi,& per Episcopum eisdem Ecclesiis spolientur.

Ex Concilio Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

8. Omnes & singuli Clerici nostræ Diœcesis in compatibilia de iure beneficia retinentes, nobis aut Vicario nostro infrà hinc & festum S. Michaëlis, dispensationes super hoc obtentas ostendant.

9. Nullus de cætero recipiatur in Canonicum alicuius Ecclesiæ,nisi vacauerit præbenda, quæ illi qui assumitur in Canonicum assignetur.

Ex Concilio Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

10. Nullus de Parochiali Ecclesia debet prouideri, nisi saltem latinaliter sciat loqui quod ad Canonicos Ecclesiarum extenditur, nisi ex causa multum euidenti & necessaria cum ipsis Canonicis & dignitatibus Prælati viderior dispensandum.

Ex Concilio Lateran. Vniuers. 17. sub Leone X. anno 1513 Sess. 9. De Reformat.

3. Cum Monasteria per obitum Abbatum, qui illis præerant,vacauerint,nullo pacto cuiquam possint commendari, nisi pro conseruatione auctoritatis Apost. Sedis,& ad occurrendum malitiis illam impugnantium pro temporum qualitate,sed de persona idonea eis ita prouideatur, vt illis idonei Abbates prout decet præfuturi sint. Ea vero Monasteria quæ commendata fuerint, cùm per eorum cessum vel decessum quibus erant commendata, commendæ huiusmodi cessauerint, Cardinalibus dumtaxat, ac personis qualificatis & bene meritis commendari possint, ita tamen quod eorum Monasteriorum Commendatarij, quibus ea de cætero commendata fuerint, cuiusvis præeminentiæ existant, si mensam habuerint separatam,ac seorsim à mensa Conuentuali; quartam suæ mensæ partem pro instauratione fabricæ seu pro ornamentis, aut pauperum alimonia, vt maior exiget ac suadebit necessitas, si vero mensa fuerit communis,tertiā omniū fructuum dicti Monasterij sibi commendati partem pro supradictis oneribus supportandis & sustentatione Monachorum, omnibus aliis deductis oneribus in partiri teneantur & super earumdem Ecclesiarum fructibus pensiones minimè reseruentur nisi ex resignationis causa, aut etiam alia quæ in secreto nostro consistorio iusta, probabilis,& honesta habita fuerit.

4. De cætero Parochiales Ecclesiæ ac dignitates maiores & principales, aliaque beneficia Ecclesiast. quarum fructus, redditus, & prouentus 100. ducatorum auri de camera valorem aureum non constituunt,vel attingunt;nec non hospitalia, leprosariæ, xenodochia cuiuscunque valoris quæ ad pauperum vsum,& alimoniam instituta sunt S.R.E.Cardinalibus non commendentur,aut alio quovis titulo conferantur,nisi per obitum familiarium suorum vacauerint quæ illis commendari possit, vt illa ad illarum personarum sibi gratarum & idonearum commodum infra sex menses dimittere teneantur.

5. Ne Ecclesiarum ac quorumcumque Monasteriorum & militarium membra à suo capite absque legitima, & rationabili causa disiungantur vniones perpetuæ præterquam in casibus à iure permissis vel sine rationabili causa nequaquam fiant.

6. Dispensationes ad plura incompassibilia, vltra duo,nisi qualificatis iuxta formam iuris communis non concedantur nisi ex magna & vrgenti causa, & personis

perſonis cuiuſcumque dignitatis Parochiales Eccleſias, & earum perpetuas ac dignitates maiores & principales etiam per viam vnionis vel commendæ ad vitam, vltra 4. obtinentibus, ex nunc terminum duorum annorum præfigimus, vt interim 4. tantum ex eis retentis, reliquas dimittere teneâtur, & beneficia dimittenda huiuſmodi reſignari valeant in manibus ordinariorum ad effectum, vt de illis prouideatur perſonis per eos nominandis quo elapſo termino niſi dimiſerint omnia vacare cenſeantur.

24. Quilibet habens beneficium cum cura, vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio, diuinum Officium non dixerit, legitimo impedimento ceſſante, beneficiorum ſuorum fructus ſuos non faciant, pro rata omiſſionis recitationis officij & temporis, &c. Si vltra dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, legitima monitione præcedente beneficio ipſo priuetur, intelligatur autem officium omittere, quoad hoc vt beneficio priuari poſſit qui per 15. dies illud bis ſaltem non dixerit, &c. Quæ pœna in habentibus plura beneficia reiterabilis toties ſit, quoties contra facere conuincantur.

Ex Eod. Concil. Lateran. Seſſ. 10. De Exemptis.

10. Ne Eccleſiis Cathedralibus bonis temporalibus (ſine quibus ſpiritualia diu eſſe non poſſunt) priuatis, ac Clero & populo Chriſtiano carentibus de aliquibus perſonis præſertim Religioſis prouideatur.

Ex Eodem Concil. Seſſ. 11. De Concordatis.

3. In Regno Franciæ, Delphinatu, & Comitatu Dien. & Valentin. de cætero non dentur aliquæ gratiæ expectatiuæ, ac ſpeciales vel generales reſeruationes ad vacatura beneficia per nos & ſucceſſores noſtros non fiant, & ſi de facto per importunitatem aut aliàs à nobis & ſucceſſoribus noſtris, & Sede Apoſt. prædicta emanauerint illas irritas & inanes eſſe decreuimus.

4. Ordinarius Collator in vnaquaque Cathedrali ac etiam Metropolitana Eccleſ. Canonicatum & Præbendam Theologalem ibi exiſtentem conferre teneatur vni magiſtro ſeu licentiato aut Baccalaureo formato in Theologia, qui per decennium in vniuerſitate ſtudij generalis priuilegiata ſtuduerit, ac onus reſidentiæ, lecturæ & prædicationis actu ſubire voluerit, quique bis aut ſemel ad minus per ſingulas hebdomadas, impedimento ceſſante legitimo, legere debeat, & quoties ipſum in huiuſmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium Capituli per ſubtractionem diſtributionum totius hebdomadæ puniri poſſit, & ſi reſidentiam deſeruerit, de illis alteri prouideri debeat, & vt liberius ſtudio vacare poſſit etiam ſi abſens fuerit à diuinis, habeatur pro præſente, ita vt nihil perdat.

5. Ordinarij Collatores ſeu Patroni Eccleſiaſtici quicumq; fuerint, teneantur tertiã partem omniũ dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum & officiorum cæterorumque beneficiorum Eccleſiaſt. ad eorum collationem, prouiſionem, nominationem ſpectantium, viris litteratis, graduatis, & per vniuerſitates nominatis, hoc modo, videlicet primo menſe poſt præſentium acceptationem, graduatis huiuſmodi qui litteras ſuorum graduum cum tempore ſtudij debitè inſinuauerint, ſimiliter qui quarto, ſeptimo, & 10. menſibus, Beneficia vero quæ in aliis menſibus anni vacauerint, illa iuxta Iuris communis diſpoſitionem perſonis idoneis liberè conferre poſſint.

6. Tam graduati ſimplices quam nominati, beneficia in menſibus eis aſſignatis vacantia petere & cõſequi poſſint ſecund. propriæ perſonæ condecentiam & conformitatem, videlicet ſæculares ſæcularia, & Religioſi Regularia benef. Eccleſiaſtica.

7. Parrochiales Eccleſiæ in Ciuitatibus aut Villis muratis exiſtentes, nonniſi perſonis modo præmiſſo qualificatis, aut ſaltem qui per tres annos in Theologia, vel altero Iurium ſtuduerit, ſeu magiſtris in artibus qui in aliqua vniuerſitate priuilegiata ſtudentes, magiſterij gradum adepti fuerint, conferantur.

8. Si quis graduatorum aut nominatorum menſibus deputatis, a Collatoribus ordinariis, aut perſonis Eccleſiaſticis, beneficium vacans in vim gradus, & nominationis petierit, & Collatorem ordinarium in proceſſu poſuerit, & aliter moleſtauerit illum, vltra expenſarum, damnorum & intereſſe condemnationem a fructibus ſui gradus & nominationis priuandum eſſe decernimus, eodemque vinculo Collatores ordinarios & Patronos Eccleſiaſt. quibus graduati & nominati debite qualificati ſuos gradus & nominationis literas inſinuauerint adſtringimus, vt beneficia ad eorum collationem ſpectantia in menſibus graduatorum ſimplicium & nominatorum vacantia, ſtantibus præfatis graduatis & nominatis debitè qualificatis illa proſequentibus aliis quàm graduatis aut nominatis conferant, ſub pœna ſuſpenſionis poteſtatis conferendi beneficia in 8. menſibus illo anno ad collationem eorum, ac præſentationem liberam ſpectantibus.

9. In prouiſionibus quas perſonis quibuſvis de beneficiis vacantibus ſeu certo modò vacaturis per nos, & Succeſſores noſtros, ac Sedẽ prædictam etiam motu proprio etiam promotis ad Eccleſias Cathedrales & Metropolit. ac Monaſteria, vt obtenta per eos beneficia retineri poſſint, cõtigerit, illorum verus annuus per florenos aut ducatos auri de camera, aut libras turonenſ. ſeu alterius monetæ valor ſecund. communem æſtimationem exprimi debeat alioquin gratiæ ipſæ ſint ipſo iure nullæ.

13. Quicumque dummodo non ſit violentus, ſed habens coloratum titulum, pacificè & ſine lite, Prælaturam, dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem vel officium, ſeu quodcumque beneficium Eccleſiaſt. triénio proximo hactenus poſſidet vel pro tempore poſſidebit, in petitorio vel poſſeſſorio, à quoquam etiam ratione Iuris nouiter reperto, moleſtari nequeat, præterquam prætextu hoſtilitatis, aut alterius legitimi impedimenti, de quo proteſtari & illud iuxta Conc. Viennenſe intimari debeat.

14. Ordinarij diligenter inquirant, nequis ſine titulo beneficium poſſideat, & ſi quem, beneficium ſine titulo, poſſidere repererint, declarent illi Ius non competere, cuiuſvis temporis detentione non obſtante, de ipſoque beneficio poſſit illi, dummodo non ſit intruſus vel violentus, aut aliàs indignus, vel alteri idoneo prouideri.

Ex Concilio Ratiſponenſi ſub Clemente VII. anno 1524.

11. Domos fundoſque dotales beneficiorum collapſos inſtaurent poſſeſſores quorum neceſſitas poſtulauerit, reparataque in debita ſtructura conſeruent, & per Archidiaconos & Decanos rurales, ad alios ad quos, de iure vel conſuetudine, ſpectat, vbi negligentes fuerint, per ſubtractionem prouentuum, authoritate noſtra arctius compellantur.

Ex

Ex Concilio Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

9. Præcipimus omnibus & singulis Collatorib. beneficiorum, vt idoneos assumant qui Deo & Ecclesiis gratum valeant impendere famulatum fiatque iuxta latera. Conc. in Prouinciali Conc. diligens inquisitio, vt qui post primam & secundam correptionem fuerit repertus culpabilis, à beneficiis conferendis suspendatur.

Ex Concilio Coloniensi sub Paulo III. anno 1536. Parte 1.

5. Beneficia Ecclesiast. priusquam vacent, nemini sunt promittenda.

6. Dignis tantum beneficia sunt conferenda.

12. 13. Vide Archidiaconus.

14. Omnes qui de Sacerdotij seu beneficiis Ecclesiast. quamcunque disponendi potestatem habent, hisce Synodalicis Canonibus per omnia obtemperent.

15. Patroni Laici, si Archidiaconi præsentatos ab eis, quod in idonei sint, instituere recusent, liceat ipsis, inutilium loco, alios iterum infrà tempus legitimum præsentare, modo dolus absit.

32. Odiosa beneficiorum pluralitas in vna eademque persona, &c. qui vero dispensatione Apostolica aduers. hæc se tueri velint, causam dispensationis obtentæ Deo comprobent.

33. Cunctis qui dispensationibus Apostolicis sibi blandiuntur, necessitatem imponimus litteras suas nobis exhibendi, visuri num ritè impetrauerint, ac rectè impetratis vtantur.

34. 35. In resignationibus permutationibusque beneficiorum Iuramenta fieri solita, de nulla simonia, aut alia illicita interueniente corruptela, maiori cura diligentiorique per vestigatione præuia recipiantur, melius est enim Episcopo paucos habere Sacerdotes ac Ecclesiæ ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quam multos inutiles qui onus graue ordinatori adducant.

Ex eodem Concilio Parte 3.

12. Quorum fundationes personalem residentiam requirunt, aut resideant aut prouentuum perceptione suspendanmt, & fructus illi in alios prios vsus conuertantur, nisi qui reipublicæ causa ex authoritate Episcopi abfuerint.

13. Inter visitandum moderandi sunt anni qui expectantiæ appellantur non est diutius ferendus mos ille irrationabilis, quo ad vnam præbendam receptus, ob suos in eadem præbenda antecessores non receptos (à quibus ius non habet, sed potius à conferente vel instituente) pecuniam statutariam sæpius exoluere compellitur.

Ex Concilio Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

4. Ad Ecclesiastica dignitates, animarum Curas, aliaque beneficia, nullus posthac Coadiutor vel Resignatarius, nisi examinationis testimonio sub nixus fuerit, admittetur.

11. Quicunque vel cupiditate vel quouis etiam honesto colore impellente plura beneficia Ecclesiast. obtinent, retento quod ex illis maluerint vnico beneficio cætera intra annum resignent, aut nobis vel deputatis ad hoc, dispensationum suarum priuilegia ostendant. Prælati Monasteriorum, Collegia aut alij, vnitas Ecclesias habentes, Vicarios aut Sacerdotes idoneos constituant, &c. Religiosos vero beneficiorum huiusmodi Curæ, à suis Prælatis præfectos non obstante eorum qualicumque exemptione, volumus nobis tanquam ordinario esse subiectos.

26. Academiis incorruptis, & in Catholica doctrina vitaque perseuerantibus potestatem facimus nobis viros litteratos ad regendum Ecclesias idoneos significandi, quorum in collatione beneficiorum patorhialiumque Eccles. apud quas residare voluerint, honestissimam rationem nos habituros pollicemur.

Ex Concilio Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549. Medio 2.

7. In permutationibus & resignationibus beneficiorum ab Episcopo vel Archidiacono examinetur, is in cuius fauorem permutatio vel resignatio concepta est, & præsertim diligens fiat inquisitio, etiam per diserta iuramenta, num permutatio sit, ad consegendum simoniæ vitium, fraudulenter excogitata, ac simulata.

10. De sæcularibus habentibus Iuspræsentandi aliquem ad beneficium Eccles. qui contra regulas Canonicas admituntur plenè conferre absque institutione Canonica aut præsentatum via facti intrudere, decernimus tales conatus irritos ac nullos esse, & præsumentes hoc facere, ipso facto iure præsentandi pro vice illa priuatos esse.

Ex eodem Concil. Medio 3.

9. Beneficiatus quisque si beneficia habet à curis libera, aut vnum Curatum, aliud simplex, satisfaciat officio cuius gratia beneficium accipit secundum fundatorum intentionem, sacros Canones & Patrum decreta, & ab Ecclesia vbi beneficium negligit non participet, si quis qualificatus iam impetrauit à Sede Apostol. facultatem plura quam vnum beneficium retinendi, hanc Episcopo suo, aut eius visitatoribus exhibeat, quæ si appareat sufficiens, curet Episcopus vt beneficia debitis obsequiis non fraudentur, alioquin beneficiatus, vno (quod maluerit) retento reliqua liberè resinet, aut dimittat viris idoneis.

Ex Concilio Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

68. Ne quis Prælatus seu officialis eius ad quem munus inuestiendi pertinet ad beneficium cui animarum cura annexa est, quemquam inuestire præsumat, nisi qui annum 25. ætatis attigerit, & qui in cæteris idoneus, etiam ordines quos cura Ecclesiæ cui præfici vult requirit, aut habeat, aut infrà tempus à iure statutum se suscepturum sub amissione benficij promiserit, & qui censum istius Ecclesiæ ad suam sustentationem sufficientem esse, eumque sibi à Patrono integrum relinqui docuerit, &c.

69. Vniuersis Archipresbyteris aut aliis Commissariis nostris inhibemus, ne quem ad alicuius beneficij possessionem, vel ad regimen, aut ad officiaturam alicuius Ecclesiæ admittant, nisi qui inuestituram seu prouisionem & institutionem suam canonicam litteris earumdem sigillatis ostenderit, beneficium vero quod quis legitimè tenuit, non aliter quam in manus nostras, aut Vicarij seu officialis nostri, siue alterius

Collatoris superioris ad hoc potestatem habentis resignare aut dimittere præsumat.

93. Vniuersi Ecclesiarum Prælati, Canonici & capitula, omnesque Regulares Prælati & Conuentus, qui Ecclesias Parochiales suis Ecclesiis vnitas, & incorporatas habent, intra trimestre tempus, Ecclesiarum sibi incorporatarum Rectoribus talem fructuum portionem ordinent, qua pro loci conditione honestè sustentari, ac insuper Episcopalia & Archidiaconalia iura soluere, hospitalitatem exercere, & alia necessaria onera sustinere queant.

Ex Concilio Trident. Generali 18. sub Paulo III. anno 1545. Sess. 5. De Reformat.

1. Vide Prædicatio.

Sess. 6. De Reformat.

2. Episcopis Inferiores quævis beneficia Ecclesiast. personalem residentiam de iure siue consuetudine exigentia, in titulum siue commendam obtinentes ab eorum ordinariis residere cogantur, &c. Indulgentiis vero & dispensationibus temporalibus ex veris & rationabilibus causis tantum concessis, & coram ordinario legitimè probandis in suo robore permansuris, quibus casibus nihilominus officium sit Episcoporum, tanquam in hac parte à Sede Apost. delegatorum, prouidere vt per deputationem idoneorum Vicariorum, & congruæ portionis fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur, &c.

Sess. 7. De Reformat.

3. Inferiora beneficia Ecclesiast. præsertim curam animarum habentia, personis dignis & habilibus & quæ in loco residere, ac per se ipsos curam ipsarum exercere valeant, conferantur.

4. Quicumque de cætero plura Curata aut aliàs incompatibilia beneficia Ecclesiast. siue per viam vnionis ad vitam, seu commendæ perpetuæ, aut alio quocumque nomine & titulo contra formam sacrorum Canonum recipere ac simul retinere præsumpserint, beneficiis ipsis, iuxta Constitutionis Innocent. III. dispositionem, ipso iure priuatus existat.

5. Ordinarij locorum, quoscunque plura Curata aut aliàs incompatibilia beneficia Ecclesiast. obtinentes, dispensationes suas exhibere districtè compellant, &c. aliàs ipsi ordinarij per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum assignationem prouideant.

6. Vniones perpetuæ à 40. annis citra factæ, examinari ab Ordinariis tanquam à Sede Apost. deputatis, possint, & quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur, illæ vero quæ à dicto tempore citra concessæ, nondum in toto vel in parte sortitæ sunt effectum, & quæ deinceps ad cuiusvis instantiam fient, nisi eas ex legitimis aut aliàs reuocabilibus causis coram loci ordinario factas fuisse constiterit, per subreptionem obtentæ, præsumantur.

7. Beneficia Ecclesiast. Curata quæ Cathedralibus Collegiatis, seu aliis Ecclesiis vel Monasteriis beneficiis seu Collegiis aut piis locis quibuscumque perpetuo vnita & annexa reperiuntur, ab ordinario locorum annis singulis suis visitentur, qui sollicitè prouidere procurent, vt per idoneos Vicarios etiam perpetuos ab eis, cum tertia partis fructuum portione deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur.

13. Præsentati seu electi vel nominati à quibusvis Ecclesiasticis personis etiam Sedis Apost. nunciis ad quævis Ecclesiast. beneficia non instituantur, nisi fuerint prius à locorum Ordinariis examinati, & idonei reperti.

Sess. 14. sub Iulio III. anno 1551.

9. Beneficia vnius Diœcesis etiamsi Parochiales Ecclesiæ, Vicariæ perpetuæ aut simplicia beneficia seu præstimonia, aut præstimoniales portiones fuerint, etiam ratione augendi cultum diuinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quacumque de causa, alterius Diœcesis beneficio, aut Monasterio, seu Collegio, vel loco etiam pio, perpetuo non vniantur.

10. Regularia beneficia, in titulum Regularibus professis prouideri consueta, cum per obitum aut resignationem, vel aliàs illa in titulum obtinentis vacare contigerit, Religiosis tantum illius ord. vel iis qui habitum omnino suscipere & professionem emittere teneantur, conferantur, &c.

12. Nemo cuiusvis dignitatis Ecclesiasticæ vel secularis, quacumque ratione, nisi Ecclesiam, beneficium, aut Capellam de nouo fundauerit, & construxerit seu iam erectam, quæ tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis propriis & patrimonialibus bonis competenter dotauerit, Iuspatronatus impetrare aut obtinere possit, In casu autem fundationis aut dotationis, huiusmodi institutio Episcopo tantum reseruetur.

13. Non liceat Patrono cuiusvis priuilegij prætextu, aliquem ad beneficia sui Iurispatronatus, nisi Episcopo loci, ad quem prouisio seu Institutio ipsius benefici cessante priuilegio, iure pertineret, quoquomodo præsentare, aliàs præsentatio ac Institutio nullæ sint.

Sess. 23. sub Pio IV. anno 1563. De Reformat.

6. Nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, ante 14. annum beneficium possit obtinere, is etiam fori priuilegio non gaudeat, nisi beneficium Ecclesiast. habeat aut Clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, vel in seminario Clericorum, aut in aliqua schola vel vniuersitate, de licentia Episcopi versetur.

16. Nullus in posterum ordinetur qui illi Ecclesiæ aut pio loco, pro cuius necessitate aut vtilitate assumitur, non ascribatur, vbi suis fungatur muneribus nec incertis vagetur sedibus quod si locum inconsulto Episcopo deseruerit, ei sacrorum exercitium interdicatur.

Sess. 24. De Reformat.

13. In Parochialibus Ecclesiis quarum fructus æquè adeò exigui sunt, vt debitis nequeant oneribus satisfacere, curabit Episcopus, si per beneficiorũ vnionem, non tamen Regularium id fieri non possit, vt primitiarum vel decimarum assignatione, aut per Parochianorum Symbola, aut collectas aut qua commodiori ei videbitur ratione, tantum redigatur quod pro Rectoris aut Parochiæ necessitate decenter sufficiat. In vnionibus vero quibuslibet, Ecclesiæ Parochiales Monasteriis quibuscumque aut Abbatiis seu dignitatibus siue præbendis Ecclesiæ Cathedralis vel Collegiatæ, siue aliis beneficiis simplicibus aut hospitalibus militiisve non vniantur

vniantur, & quæ vnitæ sunt reuideantur ab ordinariis, &c. Impostetum omnes Cathedrales Ecclesiæ quarum redditus summam ducatorum mille, & Parochiales quæ summam centum, secundum verum annuum valorem non excedent, nullis pensionibus aut reseruationibus fructuum grauentur.

15. In Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis insignibus vbi frequentes adeoque tenues sunt Præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo decenti Canonicorum gradui, pro loci & personarum qualitate non sufficiat, liceat Episcopis cum consensu Capituli, vel aliquot simplicia beneficia non tamen Regularia vnire, vel si hac ratione prouideri non possit, aliquibus ex iis suppressis cum Patronorum consensu, quorum fructus & prouentus reliquarum Præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eos ad pauciorem numerum reducere.

17. In posterum vnum tantum beneficium Ecclesiast. Singulis conferatur quod quidem si ad vitam eius cui confertur honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferre. Illi verò qui in præsenti plures Parochiales Ecclesias aut vnam Cathedralem, & aliam Parochialem obtinent, cogantur omnino vna tantum Parochiali, vel sola Cathedrali retenta, alias Parochiales infra spatium sex mensium dimittere, alioquin tam Parochiales, quàm beneficia omnia quæ obtinent ipso iure vacare censeantur, ac tanquam vacantia liberè aliis idoneis conferantur, nec ipsi antea illa obtinentes tuta conscientia fructus, post dictum tempus, retineant.

18. Cum Parochialis Ecclesiæ vacatio per obitum vel resignationem etiam in Curia seu aliter quomodocumque contigerit, etiamsi ipsa Parochialis Ecclesia reseruata vel affecta fuerit generaliter vel specialiter, etiam vigore indulti seu priuilegij S. R. E. Cardinalium seu Abbatum, vel Capitulorum, debeat Episcopus statim habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua, eius arbitrio, fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore prouideatur; porro Episcopus, & qui Iuspatronatus habent intra 10. dies vel aliud tempus ab Episcopo præscriptum, idoneos aliquot Clericos ad regendum Ecclesiam coram deputandis examinatoribus nominet, liberum sit tamen etiam aliis qui aliquos ad id aptos nouerint, eorum nomina deferre; transacto constituto tempore, omnes qui descripti fuerint examinentur ab Episcopo, siue, eo impedito, ab eius Vicario gener. atque ab aliis examinatoribus non paucioribus quàm tribus quorum votis si pares aut singulares fuerint accedere possit Episcopus vel Vicarius quibus magis videbitur.

19. Mandata de prouidendo, & gratiæ quæ expectatiuæ dicuntur, nemini amplius etiam Collegiis, Vniuersitatibus, Senatibus & aliis singularibus personis etiam sub nomine indulti, aut ad certam firmam, vel alio quouis colore concedantur, nec hactenus concessis cuiquam vti liceat, &c.

Sess. 25. De Regularib.

21. Quoad Monasteria quæ capita ac Primates sunt ordinum siue Abbatiæ, siue Prioratus, filiæ illorum capitulum nuncupantur, teneantur illi qui in præsenti ea in commendam obtinent, nisi sit eis de Regulari Successore prouisum, infrà sex menses Religionem illorum ordinum propriam solemniter profiteri, aut iis cedere, aliàs commendæ prædictæ ipso iure vacare censeantur.

Ex Eadem Sess. de Reform.

5. Quando ex Beneficiorum quorumcumque erectione seu fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illius onera sunt iniuncta in beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione eis non derogetur. Idem in Præbendis Theologalibus Magistralibus Doctoralibus aut Presbyteralibus Diaconalibus ac Subdiaconalibus obseruetur.

7. Cum in Beneficiis Ecclesiast. ea quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt, sacris constitutionibus sint odiosa, & Patrum decretis contraria, nemini imposterum accessus aut regressus, etiam de consensu ad beneficium Ecclesiast. cuiuscumque qualitatis concedatur, nec hactenus concessi suspendantur extendantur aut transferantur, &c. In coadiutoriis quoque cum futuras successione idem posthac obseruetur, vt nemini in quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis permittantur.

9. Titulus Iurispatronatus sit ex fundatione vel dotatione, qui ex authentico documento, & aliis iure requisitis ostendatur, siue etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum qui hominum memoriam excedat, &c. In iis vero personis seu communitatibus vel vniuersitatibus in quibus id ius plerumque ex vsurpatione potius quæsitum præsumi solet, plenior & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur, &c.

16. Ecclesiastica beneficia sæcularia quocumque nomine appellentur quæ curam animarum ex primæua eorum institutione aut aliter quomodocumque retinent, illa deinceps in simplex beneficium etiam assignata Vicario perpetuo congrua portione non conuertantur.

Ex Concilio Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte. 2.

11. Qui ius habent conferendi quæcumque beneficia Ecclesiast. seu eis prouidendi aut ad ea eligendi & præsentandi, eorumque Ministri, ne quidquam per quamvis causam eius rei gratia ab aliquo cui Ecclesiastic. beneficium quavis ratione tribuitur, nec spontè datum accipiant, neue ita detur beneficium cuiquam vt is ad nutum eius qui dederit postea cedat, neue in eo dando vlla fructuum pars ab Episcopis & inferioribus quavis pietatis specie reseruetur, qui secus fecerit, iure ac facultate eligendi, nominandi vel præsentandi deinceps vti non possit, qui vero beneficium sub conditionibus eiusmodi acceperit, sciat nullum in eo Ius adeptum esse, &c. Omnes ij cæteras pœnas dent, Simoniacis à sacris Canonibus & constitutione Pij IV. constitutas, eamdem Pij constitutionem, Episcopi semper in Diœcesana Synodo, ac bis quotannis in celebrioribus suæ Diœcesis oppidis publicè recitari iubeant, &c. Notariis, scriptoribus aliisque Episcopi Ministris, pro omnium opera, sumptu ac labore in conficiendis litteris, quibus beneficij collatio, confirmatio, institutio, prouisio continetur, non plus duobus aureis ad summum persoluatur, &c. Non solum authores Simoniæ, sed eius internuncij & interpretes, Notarij etiam qui Simoniaca instrumenta

confitiunt, iisdem pœnis teneantur. Iisdem pœnis comprehendi volumus eos, qui scientes inter eos qui contrahunt simoniacam pactionem intercedere in eorum gratiam sua beneficia obligant, &c. qui beneficium Ecclesiast. vacans multis & ambitiosis precibus per se vel per alios petierit, eo facto ita reddatur indignus vt per biennium in eum, neque illud, neque aliud beneficium conferri possit.

11. Cùm primum Episcopus Parochialem Ecclesiam vacare cognouerit, intra triduum ad Cathedralis & vacantis Ecclesiæ ianuam publicum edictum per totos decem dies vel aliud longius tempus, eiusdem Episcopi arbitrio, propositum esse iubeat, quo omnes inuitentur qui volent examinari, vel alios examinandos nominare.

Ex Concilio Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 3.

1. Qui deinceps Ecclesiast. beneficij possessionem adipiscetur, eius beneficij titulum is etiam ante non monitus ad mensem ordinario suo ostendat, quod si secus fecerit dimidia parte fructuum & prouentuum vnius anni beneficij mulctetur.

2. Caueant Episcopi ne passim atque in distinctè omnes beneficiorum Ecclesiasticorum cessiones admittant, sed in iis solum casibus qui Pij V. litteris expressi sunt.

3. In alicuius Ecclesiæ Canonicorum Capitulum, aliudve Ecclesiasticum Collegium cooptatus, cum admissus comprobatusque erit, ad muneris sui functiones, is statim particeps sit residentiæ fructuum, quotidianarumque distributionum.

4. Quibus in Ecclesiis ea consuetudo est vt Canonicus nuper creatus, quos fructus Præbendæ suæ primo anno percipiet, eos omnes vel aliquam eorum partem fabricæ Ecclesiæ aut Sacristiæ, aliòve pio loco soluat, impostetum illa ita soluatur, vt si ei Præbendæ onus pensionis seu reseruationis fructuum omnium aliciusve partis eorum impositum est, is pro rata solum fructuum quos liberè percipiet soluat.

5. Ne Ecclesiasticorum beneficiorum bona, Patronis, neue item eis quotum cessione ea beneficia obtinentur, neque illis præterea qui primo secundove consanguinitatis gradu cum eisdem iuncti sunt, ne per suppositas quidem personas, ac ne ad breue sanè tempus locari liceat, idque nisi cognita prius Ecclesiæ vtilitate, Episcopus data scriptis facultate concesserit.

Ex Concilio Mediolan. 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 2.

8. Episcopus si idoneos non compererit à Patronis etiam quibuscumque præsentatos non probet admittatve, Ecclesia Parochialis ne deinceps cuipiam per sex menses commendetur, sed vel titulo conferatur, vel si Iurispatronatus est præsentatus idoneus repertus instituatur, &c. ne Clericus quispiam minori ætate beneficium Ecclesiast. obtinens, cuiquam, etiam quocumque sanguinis cognationisve vinculo vel arctissimo sibi coniuncto, illius beneficij bonorum administrationem, procurationemve, nisi Episcopi concessu litteris exarato committat.

12. Parochus qui Canonicatum dignitatemve, ac simul Ecclesiam Parochialem legitimè obtinens, residentiæ Parochialis munus obit, illius vel dignitatis, vel Canonicalis Præbendæ fructus redditusve capiat, & 3. eius partis particeps ne fiat quæ Tridentinæ sanctionis authoritate in distributiones conuersa sibi absenti obuenire non potest nec debet, sed aliis præsentibus chorique officia obeuntibus accrescat.

Ex Concilio Mediolanensi 5. sub Gregor. XIII. anno 1579. Parte 1.

1. Vide Confessiones fidei Catholicæ.

Parte 3.

5. Cum aliquis examinatur ad aliquod beneficium Ecclesiast. de eo experimentum fiat examine, non solum in litterarum scientia, sed etiam in eantus peritia, ad illius beneficij functiones ritè obeundas, tum præterea in vsu ac notitia quam in recitandis Diuini officij horariis precibus habeat.

8. A personali residentia non excusetur, neque qui beneficium Ecclesiamve habet de cuius titulo adhuc eis & controuersia pendet, nec item qui nondum sacerdotio, aut eo ordine quem beneficium illud requirit, initiatus est, nec qui iusta aliqua causa impedimentove distinetur, &c.

Ex Concilio Mediolanensi 6. sub Gregor. XIII. anno 1582.

24. Beneficia quæcumque sint etiam Parochialia quæ per cessionem vacant Episcopus ne suo aut cedentis consanguineo, nec vero item suo familiari conferat prouideatve vt Pij V. sanctione vetitum est, nec alij familiari propinquove suo, ad illius beneficij concursum, aditum patefieri permittat.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XII. anno 1585.

21. Vide Clerici.

37. Nemini beneficium Ecclesiast. cuiuscumque qualitatis illud existat, & quomodocumque vacet, conferatur, aut præsentatus ad illud admittatur & instituatur aut prouisus de illo à Sede Rom. vel ab Illustriss. Legato Auenion. ad professionem fidei vel possessionē recipiatur, nisi forte ab Episcopo vel eius Vicario ac tribus saltem examinatoribus in Synodo Diœcesana deputatis, fuerit examinatus de fide, & Religione, de anteacta vita de sufficienti doctrina, & de legitima ætate iuxta decreta Conc. Trid. &c. Quicumque de aliquo beneficio etiam per litteras Apost. fuerit prouisus, teneatur intra tres menses à die adeptæ possessionis, Inuentarium omnium bonorum, iurium & onerum illius beneficij Episcopo exhibere, &c. Ne Episcopus deinceps etiam Patronorum accedente consensu permittat, concedatve vt quisquam sine Sedis Apost. dispensatione illud beneficium quod ordinem aliquem requirit, assequatur, qui verè eo ordine non sit initiatus, &c. omnes tam Parochialium, quam quotumcumque beneficiorum possessores, intra sex menses exhibeant suis Episcopis, suas prouisiones & suos titulos, & procedatur contra contumaces per censuras Ecclesiasticas, &c.

39. Vide Forum Ecclesiasticum.

Ex Concilio Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

6. Vide Confessiones fidei Catholicæ.

36. Quo

36. Quæcumque sancita sunt à Conc. Trid. & Bulla Pij V. in beneficiorum collationibus diligentes volumus custodiri, ne autem cui beneficium qualecunque prius ab Episcopis seu inferioribus collatoribus conferatur quàm sanctè iurauerit vt infrà. Ego N. tibi Reuerendissimo Domino promitto, spondeo ac iuro fidelitatem & obedientiam iuxta formam sacrorum Canonum, neque iura & libertates Ecclesiæ conseruaturum, bona & res Ecclesiast. non alienaturum, quin potius alienata recuperaturum, nihilque pro hac Ecclesia adipiscenda, illicitè aut simoniace per me vel per alios dedisse, aliamve illicitam pactionem interuenisse sic me Deus adiuuet.

Ecclesiæ Parochiales non nisi præuio examine in concursu iuxta decreta Conc. Trid. & Sanctiones Apost. conferantur.

37. Vide Conc. Trid. Sess. 7. c. 4. 5.

38. Vide Simoniaci.

39. Vide Conc. Trid. Sess. 6. c. 1.

40. Vide Conc. Trid. Sess. 25. c. 9.

Ex Concilio Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

5. Obtinentes in Cathedralibus Ecclesiis aut Collegiatis dignitates, Canonicatus Præbendas, aut portiones, cuiuslibet statuti aut consuetudinis vigore, nullo modo vltra 3. menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno absint, saluis ipsarum constitutionibus.

11. Dignitates & Personatus, quibus nulla subest animarum cura, Clericis idoneis non minoribus annis 22. conferantur, &c. Beneficiorum etiam simplicium sub eodem tecto obtinendorum prohibitionem iure communi latam, omnibus Episcopis seruandam, & exequendam intimamus.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

28. Vide Episcoporum officium.

30. In Ecclesiis tam Cathedralibus, &c. Vide Chorus Conc. Trid. Sess. 21. c. 3.

31. Conferentes beneficia si ea residentiam requirant, ab iis quibus conferent Iuramentum de residendo recipient. Iurent recipientes, collationes beneficiorum, quod bona eorum conseruabunt, non alienabunt, alienata diligenter perquirent, & restitui omnia, via iuris procurabunt, quod si non fecerint, expensis eorum fieri per deputandum ab Episcopo ipso facto consentient, &c. Omnes resignationes factas, aut imposterum faciendas à Clericis nihil aliud sufficienter ad victum præter beneficium possidentibus nullas & nullius effectus, irritasque declaramus.

32. Quocumque modo de aliquo prouisus beneficio, si in eodem possessorem inuenerit, munus aliquod in Ecclesia non exerceat, quovis prætextu, donec per Iudicem competentem super credentia, aut per Episcopum, seu per eius in spiritualibus Vicarium, fuerit super hoc ordinatum, &c.

36. Iniungimus, Capellanias in præsenti aut in futurum possidentibus vt titulos dictarum Capellaniarum quocumque modo à quibuslibet obtentos, Episcopis infrà duos menses exhibeant, alioquin nulli sint, & easdem iure deuoluto, conferre Episcopo licere, præsenti capite planum facimus.

BIGAMIA.

Ex Concilio Neocæsariensi sub Siluestro I. ann. 314. & Epitome Adriani I. anno 773.

8. NE Presbyteri nuptiis Bigami intersint, quia Bigamia eget Pœnitentia.

Ex Concilio Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

1. Oportet eos qui liberè & legitimè secundo Matrimonio coniuncti sunt, & clam vxores duxerunt, cùm exiguum tempus præterierit, & orationibus & ieiuniis vacauerint, eis ex venia dari communionem.

Ex Concilio Valentino in Gallia sub Damaso anno 374.

1. Digami aut internuptarum mariti, Clerici non ordinentur.

Ex Concilio Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

46. Vide Clericorum cœlibatus.

Ex Concilio Constatinopolitano sub Leone I. anno 495.

2. Cauendum est ne ad Sacratos gradus, sicut gestis prioribus ante præscriptum est, quisquam qui vxorem non Virginem duxerit, adspiret: repellendus est etiam quisque qui in 2. vxoris nuptias contra Apostolica præcepta conuenit.

Ex Concilio Turonico sub Simplicio, anno 482.

4. Clericus cui datur nubendi licentia, internuptam non accipiat vxorem quod si fecerit, vltimum in officio Clericali teneat locum.

Ex Concilio Agathensi sub Simmacho, anno 506.

1. Placuit de Digamis aut internuptarum maritis, vt qui huc vsque ordinati sunt habita miseratione, Presbyteri vel Diaconi nomen tantum obtineant, officium vero consecrandi Presbyteri, & ministrandi huiusmodi Diacones non præsumant.

Ex Concilio Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

2. Ne secundæ Vxoris aut renuptæ maritus Presbyter aut Diaconus ordinetur.

Ex Concilio Aurelianensi III. sub Vigilio, anno 540.

6. Vide Ordines sacri.

Ex Concilio Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

10. Si quis Episcoporum sciens aut bigamum, aut interruptæ maritum, ad officium leuiticæ dignitatis, siue Presbyterij, contra Ius Canonicum promouere præsumpserit, nouerit se vnius anni spatio ab omni officio Sacerdotij esse suspensum ; illi vero qui illicitè promoti sunt regradentur.

Ex Concilio Romano sub Zacharia, anno 743.

11. Vide Ordines sacri.

Ex Concilio Ludunensi Gener. 14. sub Gregorio X. anno 1274.

16 Bigamos omni priuilegio Clericali declaramus esse nudatos & cuërtioni fori sæcularis addictos, &c. Ipsis quoque sub anathemate prohibemus deferre tonsuram vel habitum Clericalem.

Ex Concil. Tridentino Generali 18. sub Pio IV. anno 1563. Sess. 23.

17. Vide Clericorum officium.

BLASPHEMIÆ.

VOce Iuramentum, Conc. Lateran. Vniuers. 17. ann. 1517. De Reform. cap. 19 20.

CANONICI.

Vide Clerum.

VOce Ecclesia, Conc. Mogunt. 1549. cap. 88.

CANONICI LIBRI.

Ex Concilio Laodiceno sub Syluestro I. anno 320.

HÆc sunt quæ legi oportet & veteri testamento, Genesis, Exodus id est exitus ex Ægyptò, Leuiticum, Numeri, Deuteronomium, Iesu nauo, Iudices, Ruth, Esther, Regum 1. 2. 3. & 4. Paralipom. 1. & 2. Esdræ 1. 2. liber Psalmorum 150. Prouerbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica Cant. Iob, 12. Prophetæ, Esaias, Ieremias, Baruch, lamentationes, & Epistolæ, Ezechiel, Daniel; noui autem testamenti hæc, Euangelica 4. Secund. Matth. Sec. Marc. Secund. Luc. Sec. Ioannem Actus Apostolorum, Epist. Catholicæ, Iacobi vna, Petri duæ Ioannis tres, Pauli 14. ad Rom. vna, ad Philppenses vna, ad Corinthios duæ, ad Galatas vna, ad Ephesios vna, ad Collossenses vna, ad Thessalonicens. duę, ad hebræos vna, ad Timotheum duæ, ad Titum vna, ad Philemonem vna.

Ex Concilio Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

47. Placuit vt præter scripturas Canonicas, nihil in Ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum, sunt autem Canonicæ scripturæ, Genes. Exod. Leuitic. numerj, Deuteronom. Iesu naue, Iudicum, Ruth, Regnorum libri 4. Paralip. lib. 2. Iob, Psalterium Dauidicum, Salomonis libri 5. liber 12. Prophetarum, Esaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Esther, Esdræ libri duo, Machabæorum libri duo noui autem testamenti, Euangel. libri. 4. Actuum Apost. lib. vnus, Pauli Apost. Epistolæ 13. eiusdem ad hæbræos vna Petri Apost duæ, Ioannis Apost. 3. Iudæ Apost. vna, & Iacobi vna, Apocalypsis Ioannis liber vnus.

Ex Concilio Romano 1. sub Gelasio, anno 494.

1. Genes. lib vnus, Exodi lib. vnus, leuit. lib. vnus, numeri lib. vnus Deuteron. lib. vnus, Iesu naue lib. vnus, Iudicum lib. vnus Ruth. lib. vnus, Regnorum libri 4. Paralip. lib. duo, Psalmorum 150. lib. vnus, Salomnnis libri tres prouerbia, Ecclesiastes, & Cantica Cant. Item sapientiæ lib. vnus, Ecclesiasticus lib. vnus, Item ordo Prophetarum, Esaiæ lib. vnus, Ierem. lib. vnus, Cinoth id est de lamentationibus suis, Ezechiel lib. vnus, Daniel. lib. vnus, Oseæ lib. vnus, Amos lib. vnus, Michæas lib. vnus, Iobel lib. vnus, Abdiæ lib. vnus, Ionæ lib. vnus, Naum lib. vnus, Abacuc lib. vnus, Sophoniæ lib. vnus, Aggæi lib. vnus, Zachariæ lib. vnus, Malachiæ lib. vnus. Item ordo Historiarum Iob lib. vnus, Tobiæ lib. vnus, Esdræ lib. vnus; Hester lib. vnus, Machabæor. lib vous, Item ordo scripturarum noui & æterni testam. Euangelior. lib. 4. Secund. Matth. lib. vnus, sec. Marc. lib. vnus, sec. Lucam lib. vnus, secund. Ioan. lib. vnus, Actuum Apost. lib. vnus, Epistolæ Pauli Apost. 14. ad Rom. Epist. vna, ad Corinth. duæ, ad Ephes. vna, ad Philippens. vna, ad Colosseus. vna, ad Galatas vna, ad Thessalonicens. duæ, ad Timoth. duæ, ad Titum vna, ad Philemonem vna, ad Hebræos vna, item Apocal. Ioan. lib. vnus, Item Canonicæ Epistolæ 7. Iacobi Ap. vna; Petri duæ, Ioan. tres, Iudæ Zelotis Epistola vna.

Ex Concilio Toletano sub Honorio I. anno 633.

16. Si quis Apocalypsim librum, aut non receperit, aut à Pascha vsque ad Pentecostem Missarum tempore in Ecclesia non prædicauerit excommunicationis sententiam habebit.

Ex Concilio Senononensi sub Clemente VII. anno 1528. De Fide.

4. Vide Confessiones fidei Catholicæ.

Ex Concilio Tridentino Generali 18. sub Paulo III. anno 1545. Sess. 4.

Sacri libri sunt infrascripti Testamenti veteris 5. id est, Genes. Exod. Leuit. num. Deuteron. Iosue, Iudicum, Ruth, 4. Regum 2 Paralip. Esdræ 1. & 2. qui dicitur Nehemias, Tobias, Iudith, Esther, Iob,

Psalterium David. 150. Psalmor. Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum Cant. sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Hierem. cum Baruch, Ezechiel, Daniel, 12 Prophetæ minores, id est Osea, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæor. 1. & 2. Testamenti noui 4. Euang. secund. Matth. Marc. Luc & Ioan. Actus Apost. à Luca Euangelista conscripti, 14. Epist. Pauli ad Rom. Duæ ad Corinthios, ad Galat. ad Ephes. ad Philippens. ad Colloссens. Duæ ad Thessalonicens. Duæ ad Timoth. ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræ. Petri Apost. duæ, Ioan. Apost. tres, Iacobi vna, Iudæ Apost. vna, & Apocalyps. Ioan. Apost. Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata editione habentur pro Sacris & Canonicis non susceperit, & traditiones prædictas sciens & prudens contempserit anathema sit. Ipsa vetus & vulgata editio, quæ longo tot sæculorum vsu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus & expositionibus, pro authentica habeatur, & nemo illam reiicere quouis prætextu audeat, nemo suæ prudentiæ innixus in rebus fidei & morum ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentium sacram Scripturam, ad suos sensus contorquens, contra eum sensum quem tenet sancta Mater Ecclesia, aut etiam contra vnanimem consensum Patrum ipsam sacram Scripturam interpretari audeat, etiamsi huiusmodi interpretationes nullo vnquam tempore edendæ forent; qui contrauenerint, per Ordinarios declarentur, & pœnis à iure statutis puniantur.

CANONVM NVMERVS.

Apostolorum					84
Ex Epitome Adriani 1.					45

Horum 50. Priores tantum ab antiquis Pontificibus Conciliis & Patribus velut authentici recipiuntur, reliqui posteriores, à Gelasio 1. inter Apochrypha recensentur, tum quod eorum Author ignoretur, tum etiam quod ex illis quosdam à Græcis dolosè suppositos, & superadditos, quosdam ab hæreticis corruptos ex Can. 65. & vltimo euidenter constet.

Antiocheni sub D. Petro.	anno	57	9		
Romani sede vacante:	anno	253	1		
Romani sub Cornelio.	annn	254	1		
Affricani sub Stephano I.	anno	257	3	Episcoporum	66
Eliberitani sub Marcello I.	anno	305	81	Episc.	19
Ancyrani sub Siluestro I.	anno	314	25	Episc.	18
Ex Epitome Adriani I.			24		
Arelatensis sub Siluestro I.	anno	314	23	Episc.	200
Neocæsariensis sub Siluestro I.	anno	314	14	Episc.	17
Laodiceni sub Siluestro I.	anno	320	59	Episc.	32
Romani 1. sub Siluestro I.	anno	324	20	Episc.	280
Nicæni Gener. 1. sub Siluestro I.	anno	325	20	Episc.	318
Secundum Iulium I:			24		
Editionis Arabicæ.			80		
Romani 3. sub Siluestro I.	anno	325	5	Episc.	275
Gangrensis sub Siluestro I.	anno	325	20		
Antiocheni sub Iulio I.	anno	341	25	Episc.	97
Ex Epitome Adriani I.			24		
Sardicens. gener. sub Iulio I.	anno	347	20	Episc.	370
Ex Epitome Adriani.			21		
Carthaginensis 1. sub Iulio I.	anno	348	14		
Vasionensis 1. sub Iulio I.	anno	351	3		
Alexandrini sub Liberio.	anno	362	4		
Parisiensis sub Liberio.	anno	362	1		
Valentini in Gallia sub Damaso I.	anno	374	4	Episc.	30
Constantinop. Gen. 2. sub Damaso I.	anno	381	7	Episc.	150
Hos Canones Ecclesia Romana non recipit.					
Cæsaraugustani sub Damaso I.	anno	381	7	Episc.	12
Secundum Garsiam.			8		
Romani 4. sub Damaso I.	anno	382	6		
Arelatensis 2. sub Siricio.	anno	389	37		
Capuani sub Siricio	anno	389	1		
Taurinatensis sub Siricio.	anno	397	7		
Carthagin. 2. sub Siricio.	anno	397	13		
Seu sub Celestino I.	anno	425			
Carthaginensis 3. sub Siricio.	anno	397	50		
Carthaginensis 4. sub Anastasio.	anno	398	104	Episc.	214
Carthaginensis 5. sub Anastasio.	anno	398	15	Episc.	73
Toletani 1. sub Anastasio.	anno	400	21	Episc.	39
Diospolitani sub Innocentio I.	anno	415		Episc.	14
Mileuitani 2. sub Innocentio I.	anno	416	27	Episc.	60

Concilij

Carthaginenſis 6. ſub Bonifacio I.	anno	419	10		
Carthaginenſis 7. ſub Bonifacio I.	anno	419	5	Epiſcoporum	22
Epheſini Gener. 3. ſub Celeſtino I.	anno	431	6	Epiſc.	200
Regienſis ſub Sixto III.	anno	439	7	Epiſc.	13
Arauſicani ſub Leone I.	anno	441	29	Epiſc.	17
Vaſionenſis 2. ſub Leone I.	anno	442	10	Epiſc.	18
Chalcedonenſ. Gener. 4. ſub Leone I.	anno	451	27	Epiſc.	630

In hoc Conc. Anatolij Conſtantinop. Epiſcopi circumuentione ac fraude cum Apoſt. Sedis Legati è Synodo egreſſi eſſent Patribus Concilij propoſiti ſunt tres alij Canones, atque ab eis ſubſcripti fuerunt, ex quorum 1. qui eſt 28. duorum Patriarcharum Alexandrini, & Antiocheni priuilegia a Conc. Nicæno eis data infringebantur, & Primatus eius in Eccleſia poſt Rom. Pontificem ſtatuebatur, quod B. Leo indignè ferens, eoſdem reiecit & infirmauit, vt apparet ex ipſius Epiſt. 61. ad Epiſcopos eiuſdem Synodi,& Epiſt. 62. ad Maximum Antiochenum & aliis.

Concilij.

Andegauenſis ſub Leone I.	anno	453	13	Epiſcoporum	7
Venetici in Gallia ſub Leone I.	anno	453	16	Epiſc.	6
Arelatenſis ſub Leone I.	anno	455	2	Epiſc.	13
Conſtantinopolit. ſub Leone I.	anno	459	1	Epiſc.	73
Romani, ſub Hilaro.	anno	467	5	Epiſc.	48
Turonici 1. ſub Simplicio.	anno	482	13	Epiſc.	9
Romani ſub Felice III.	anno	483	12		
Conſtantinopolit. ſub Felice III.	anno	483	8		
Romani 3. ſub Felice III.	anno	487	5	Epiſc.	38
Rumani 1. ſub Gelaſio I.	anno	494	3	Epiſc.	70
Romani 1. ſub Symmacho.	anno	499	5	Epiſc.	72
Rom. 4. dicti Palmaris ſub Symmacho.	anno	502	5	Epiſc.	80
Romani 6. ſub Symmacho.	anno	504	1	Epiſc.	103
Agathenſis ſub Symmacho.	anno	506	71	Epiſc.	35
Aurelianenſis 1. ſub Symmacho.	anno	507	31	Epiſc.	33
Epaunenſis ſub Symmacho.	anno	509	40	Epiſc.	24
Lugdunenſis ſub Hormiſda.	anno	517	6		
Tarraconenſis ſub Hormiſda.	anno	517	13	Epiſc.	10
Gerundenſis ſub Hormiſda.	anno	517	10	Epiſc.	7
Ilerdenſis ſub Ioanne I.	anno	524	16	Epiſc.	8
Valentini in Hiſpania ſub Ioanne I.	anno	524	6	Epiſc.	6
Arelatenſis 3. ſub Ioanne I.	anno	524	4	Epiſc.	11
Arauſicani 2. ſub Felice IV.	anno	529	25	Epiſcoporum	12
Vaſionenſis 3. ſub Felice IV.	anno	529	5	Epiſcoporum	10
Carpentoractenſis ſub Felice IV.	anno	529	1	Epiſc.	16
Toletani 2. ſub Bonifacio II.	anno	531	5	Epiſc.	8
Aurelianenſis 2. ſub Siluerio.	anno	536	21	Epiſc.	30
Aurelianenſis 3. ſub Vigilio.	anno	540	32	Epiſc.	25
Barcinonenſis ſub Vigilio.	anno	540	10	Epiſcoporum	7
Aruernenſis ſub Vigilio.	anno	541	16	Epiſcoporum	15
Aurelianenſis 4. ſub Vigilio.	anno	545	38	Epiſcoporum	23
Aurelianenſis 5. ſub Vigilio.	anno	552	23	Epiſcoporum	50
Conſtantinop. 2. Gener. 5. ſub Vigilio.	anno	553		Epiſcoporum	155
Arelatenſis ſub Pelagio I.	anno	554	7		
Pariſienſis 3. ſub Ioanne III.	anno	559	9	Epiſcoporum	15
Braccarenſis 1. ſub Ioanne III.	anno	563	40	Epiſcoporum	8
Turonenſis 2. ſub Ioanne III.	anno	570	28	Epiſcoporum	8
Lugdunenſis 1. ſub Ioanne III.	anno	570	6	Epiſc.	14
Braccarenſis 2. ſub Ioanne III.	anno	572	10	Epiſc.	12
Matiſconenſis 1. ſub Pelagio II.	aono	582	19	Epiſcoporum	21
Lugdunenſis 2. ſub Pelagio II.	anno	587	6	Epiſcoporum	8
Matiſconenſis 2. ſub Pelagio II.	anno	588	20	Epiſcoporum	62
Toletani 3. ſub Pelagio II.	anno	589	23	Epiſcoporum	63
Narbonenſis ſub Pelagio II.	anno	589	15	Epiſcoporum	8
Hiſpalenſis 1. ſub Gregorio I.	anno	590	3	Epiſcoporum	8
Antiſiodorenſis ſub Gregorio I.	anno	590	45		
Cæſaraugustani 2. ſub Gregorio I.	anno	592	3	Epiſcoporum	14
Romani 1. ſub Gregorio I.	anno	595	6	Epiſcoporum	23
Toletani ſub Gregorio I.	anno	597	2	Epiſcoporum	16
Oſcenſis ſub Gregorio I.	anno	598	2		
Barcinonenſis ſub Gregorio I.	anno	599	4	Epiſcoporum	12
Romani 3. ſub Gregorio I.	anno	601	3	Epiſcoporum	20
Toletani ſub Bonifacio IV.	anno	610	1	Epiſcoporum	15
Pariſienſis 6. ſub Deuſdedit.	anno	615	15	Epiſcoporum	79
Hiſpalenſis ſub Bonifacio V.	anno	619	13	Epiſcoporum	7
Rhemenſis ſub Honorio I.	anno	630	31	Epiſcoporum	41
Toletani 4. ſub Honorio I.	anno	633	74	Epiſcoporum	70

Toletani

Toletani 5. sub Honorio I.	anno 636	9	Episcoporum	20
Toletani 6. sub Honorio I.	anno 638	9	Episcoporum	52
Toletani 7. sub Theodoro.	anno 646	6	Episc.	38
Lateranensis sub Martino I.	anno 649		Episc.	105
Toletani 8. sub Martino. I.	anno 653	12	Episc.	52
Toletani 9. sub Vitaliano.	anno 655	17	Episc.	16
Toletani 10. sub Vitaliano.	anno 656	7	Episc.	20
Cabilonensis sub Vitaliano.	anno 663	19	Episc.	38
Emeritensis sub Vitaliano.	anno 664	23	Episcoporum	12
Augustodunensis sub Adeodato.	anno 670	15		
Toletani 11. sub Adeodato.	anno 675	16	Episcoporum	19
Braccarensis 3. sub Adeodato.	anno 675	8	Episcoporum	8
Anglicani sub Agathone.	anno 679	1		
Constantinopol. 3. Gener. 6. sub Agathone.	anno 680		Episcoporum	125
Toletani 12. sub Agathone.	anno 681	13	Episcoporum	35
Toletani 13. sub Leone II.	anno 683	13	Episc.	48
Toletani 14. sub Benedicto II.	anno 684	12	Episc.	17
Cæsaraugustani 3. sub Sergio I.	anno 691	5		
Toletani 16. sub Sergio I	anno 693	13	Episcoporum	59
Toletani 17. sub Sergio I.	anno 694	8		
Ex Garsia.		23		
Romani 1. sub Gregorio II.	anno 721	17	Episcoporum	22
Ratisponensis sub Zacharia.	anno 742	19	Episc.	6
Leptinensis sub Zacharia.	anno 743	19	Episc.	6
Romani sub Zacharia.	anno 743	14	Episcoporum	41
Vermeriensis sub Stephano II.	anno 752	21		
Metensis sub Stephano II.	anno 753	8		
In Palatio Verni sub Stephano III.	anno 756	26		
Compendiensis sub Paulo I.	anno 757	18		
Bauarici sub Adriano I.	anno 772	13	Episcoporum	6
Nicæni 2. Gener. 7. sub Adriano I.	anno 787	22	Episcoporum	350
Foroiuliensis sub Adriano I.	anno 791	14		
Arelatensis 4. sub Leone III.	anno 813	26		
Turonensis 3. sub Leone III.	anno 813	51		
Cabilonensis 2. sub Leone III.	anno 813	67		
Moguntini sub Leone III.	anno 813	56	Episcoporum	30
Rhemensis 1. sub Leone III.	anno 813	44		
Apud Theodonis villam sub Leone XIII.	anno 814	5	Episc.	32
Aquisgranensis 1. sub Stephano V.	anno 816	144		
Aquisgranensis 2. sub Paschali I.	anno 817	80	Episc.	10
Romani sub Eugenio II.	anno 826	38	Episc.	63
Parisiensis sub Gregorio IV.	anno 829	81		
Aquisgranensis sub Gregorio IV.	anno 836	52		
Vernensis sub Sergio II.	anno 844	12		
Meldensis sub Sergio II.	anno 845	83		
Moguntini sub Leone IV.	anno 847	31		
Carisiacensis sub Leone IV.	anno 848	4		
Ticinensis sub Leone IV.	anno 850	25		
Valentini in Gallia sub Leone IV.	anno 855	23	Episcoporum	13
Ticinensis sub Leone IV.	anno 855	17		
Tullensis sub Nicolao I.	anno 859	14	Episcoporum	38
Confluentini sub Nicolao I.	anno 860	10	Episc.	10
Tullensis 2. sub Nicolao I.	anno 860	5	Episc.	57
Romani 2. sub Nicolao I.	anno 862			
Romani 3. sub Nicolao I.	anno 863	5		
Vormatiensis sub Adriano II.	anno 868	80		
Constantinopol. 4. Gener. 8. sub Adriano II.	anno 869	14	Episcoporum	102
Secundum Anastasium.		27		
Apud S. Macram sub Ioanne VIII.	anno 881	8		
Coloniensis sub Stephano VI.	anno 887	6	Episc.	7
Moguntini sub Stephano VI.	anno 888	26		
Metensis sub Stephano VI.	anno 888	9	Episc.	4
Viennensis sub Formoso.	anno 892	4		
Triburiensis sub Formoso.	anno 895	58	Episcoporum	22
Nannetensis sub Formoso.	anno 895	20		
Romani sub Ioanne IX.	anno 904	12		
Rauennatensis sub Ioanne IX.	anno 904	10	Episcoporum	74
Suessionensis sub Sergio III.	anno 909	1	Episc.	15
Confluentini sub Ioanne X.	anno 922	1	Episcoporum	8
Erpfordiensis sub Ioanne XI.	anno 932	5	Episcoporum	12

Concilij

Concilij.

Englenheimenſis ſub Agapeto I I.	anno	948	10	Epiſcoporum	32
Auguſtani ſub Ioanne X I I.	anno	952	11	Epiſc.	24
Romani ſub Ioanne X I I.	anno	964	1	Epiſc.	17
Anglicani ſub Ioanne X I I I.	anno	970	1		
Legionenſis ſub Benedicto V I I I.	anno	1012	7		
Aurelianenſis ſub Benedicto V I I I.	anno	1017			
Salegunſtadienſis ſub Benedicto V I I I.	anno	1022	20	Epiſcoporum	6
Romani ſub Clemente I I.	anno	1047	1		
Romani 1. ſub Leone I X.	anno	1049	2		
Rhemenſis ſub Leone I X.	anno	1049	13	Epiſcoporum	20
Coyacenſis ſub Leone I X.	anno	1050	13	Epiſcoporum	9
Romani 3. ſub Leone I X.	anno	1051	1		
Toloſani ſub Victore I I.	anno	1056	13	Epiſcoporum	18
Compoſtellani ſub Victore I I.	anno	1056	2		
Romani ſub Nicolao I I.	anno	1059	13	Epiſcoporum	113
Romani 1. ſub Alexandro I I.	anno	1063	12	Epiſcoporum	100
Romani 1. ſub Gregorio V I I.	anno	1074	1		
Anglicani ſub Gregorio V I I.	anno	1075	9	Epiſcoporum	14
Romani 5. ſub Gregorio V I I.	anno	1078	13		
Romani 6. ſub Gregorio V I I.	anno	1079			
Romani 7. ſub Gregorio V I I.	anno	1080	6		
Quintilineburgenſis ſub Gregorio V I I.	anno	1085	13		
Beneuentani ſub Victore I I I.	anno	1087	4		
Trojani 1. ſub Vrbano I I.	anno	1089	1	Epiſcoporum	75
Melfitani ſub Vrbano I I.	anno	1090	16		
Conſtantienſis ſub Vrbano I I.	anno	1094	3		
Oſtionenſis ſub Vrbano I I.	anno	1094	3		
Placentini ſub Vrbano I I.	anno	1095	9		
Claramontani ſub Vrbano I I.	anno	1095	32		
Romani 3. ſub Vrbano I I.	anno	1099	17	Epiſcoporum	150
Pictauienſis ſub Paſchali I I.	anno	1100	11		
Lateranenſis ſub Paſchali I I.	anno	1102	1		
Londinenſis ſub Paſchali I I.	anno	1102	28		
Guaſtalienſis ſub Paſchali I I.	anno	1106	2		
Londinenſis ſub Paſchali I I.	anno	1108	2		
Beneuentani ſub Paſchali I I.	anno	1108	1		
Pictauienſis ſub Paſchali I I.	anno	1109	16		
Lateranenſis 2. ſub Paſchali I I.	anno	1112			
Viennenſis ſub Paſchali I I.	anno	1112	3		
Rhemenſis ſub Calixto I I.	anno	1119	5		
Lateranenſis 2. Gener. 9. ſub Calixto I I.	anno	1122	22	Epiſcoporum	426
Londinenſis ſub Honorio I I.	anno	1125	14	Epiſcoporum	20
Trecenſis ſub Honorio I I.	anno	1127	72	Epiſcoporum	13
Londinenſis 2. ſub Honorio I I.	anno	1127	10	Epiſcoporum	15
Sueſſionenſis ſub Innocentio I I.	anno	1135			
Lateran. Gener. 10. ſub Innocentio I I.	anno	1139	30	Epiſcoporum	1000
Senonenſis ſub Innocentio I I.	anno	1140			
Londinenſis ſub Celeſtino I I.	anno	1143	3		
Pariſienſis ſub Eugenio I I I.	anno	1147			
Rhemenſis ſub Eugenio I I I.	anno	1148	16		
Turonenſis ſub Alexandro I I I.	anno	1163	9	Epiſcoporum	124
Caſſelani in Hibernia ſub Alexandro I I I.	anno	1171	3	Epiſcoporum	24
Abrincenſis in Normannia ſub Alexandro I I I.	anno	1172	2		
Londinenſis ſub Alexandro I I I.	anno	1175	18		
Lateran. Gener. 11. ſub Alexandro I I I.	anno	1179	27	Epiſcoporum	300
Eboracenſis ſub Celeſtino I I I.	anno	1194	19		
In Dalmatiæ & Diocliæ Regnis ſub Innoc. I I I.	anno	1199	12	Epiſcoporum	10
Londinenſis ſub Innocentio I I I.	anno	1200	14		
Lateran. Gener. 12. ſub Innocentio I I I.	anno	1215	70	Epiſcoporum	400
Oxonienſis ſub Honorio I I I.	anno	1222	60		
Germanici ſub Honorio I I I.	anno	1225	14	Epiſcoporum	109
Londinenſis ſub Gregorio I X.	anno	1237	32		
Tarraconenſis ſub Celeſtino I V.	anno	1242			
Lugdun. Gener. 13. ſub Innocentio I V.	anno	1245	17	Epiſcoporum	140
Viennenſis ſub Clemente I V.	anno	1267	27	Epiſcoporum	6
Lugdun. Gener. 14. ſub Gregorio X.	anno	1274	31	Epiſcoporum	700
Salisburgenſis ſub Gregorio X.	anno	1274	25		
Salisburgenſis ſub Martino I V.	anno	1281	18	Epiſcoporum	7
Rauennatenſis 2. ſub Honorio I V.	anno	1286	9		
Herbipolenſis ſub Honorio I V.	anno	1287	42		
Mediolanenſis ſub Nicolao I V.	anno	1287	10		

Salisburgensi sub Nicolao I V.	anno	1291	3		
Lugdunensis sub Bonifacio V I I I.	anno	1197	1		
Salisburgensis sub Clemente V.	anno	1310	5	Episcoporum	7
Vieunens. Generalis 15. sub Clemente V.	anno	1311		Episcoporum	300
Rauennatensis 2. sub Clemente V.	anno	1311	32		
Rauennatensis 3. tempore Interregni.	anno	1314	20	Episcoporum	5
Rauenoatensis 4. sub Ioanne X X I I.	anno	1317	24	Episcoporum	9
Sabinensis in Hispania sub Ioanne X X I I.	anno	1322	27		
Toletani sub Ioanne X X I I.	anno	1324	9		
Toletani sub Benedicto X I I.	anno	1559	5	Episcoporum	8
Toletani sub Clemente V I.	anno	1347	4	Episcoporum	4
Toletani sub Innocentio V I.	anno	1355	2		
Salzburgensis sub Vrbano V I.	anno	1386	17	Episcoporum	4
Constantiensis sub Martino V.	anno	1414		Episcoporum	250
Salisburgensis sub Martino V.	anno	1420	40	Episcoporum	6
Florentini Gener. 16. sub Eugenio I V.	anno	1438		Episcoporum	141
Frisingensis sub Eugenio I V.	anno	1440	32		
Turooensis sub Nicolao V.	anno	1448	17	Episcoporum	5
Toletani sub Sixto I V.	anno	1475	25	Episcoporum	6
Concilij Lateran. 5. Generalis 17. sub Iulio I I.	anno	1512	85	Episcoporum	114
Leone X.	anno	1517			
Ratisponensis sub Clemente V I I.	anno	1524	33	Episcoporum	13
Senonensis sub Clemente V I I.	anno	1528	58		
Coloniensis 1. sub Paulo I I I.	anno	1536	294		
Augustensis sub Paulo I I I.	anno	1548	33		
Treuirensis sub Paulo I I I.	anno	1548	14		
Coloniensis 2. sub Paulo I I I.	anno	1549	83		
Moguntini sub Paulo I I I.	anno	1349	104		
Treuirensis 2. sub Paulo I I I.	anno	1549	20		
Tridentini Generalis 18. sub Paulo I I I.	anno	1545	23	Episcoporum	260
Iulio I I I.	anno	1551	52		
Pio I V.	anno	1363	165		
Mediolanensis 1. sub Pio I V.	anno	1565	96		
Mediolanensis 2. sub Pio V.	anno	1569	94		
Mediolanensis 3. sub Gregorio X I I I.	anno	1575	21		
Mediolanensis 4. sub Gregorio X I I I.	anno	1576	53	Episcoporum	15
Mediolanensis 5. sub Gregorio X I I I.	anno	1579	61	Episcoporum	16
Mediolanensis 6. sub Gregorio X I I I.	anno	1582	50	Episcoporum	15
Aquensis sub Gregorio X I I I.	anno	1585	45	Episcoporum	6
Aueniooeusis sub Clemente V I I I.	anno	1594	65		
Aquileiensis sub Clemente V I I I.	anno	1596	20	Episcoporum	15
Narbonensis sub Paulo V.	anno	1609	48	Episcoporum	10

CANTORIS OFFICIVM.

VOce Chorus, Concilio Carthagioensi 4. anno 398. C. 10.

CARDINALES.

Ex Concilio Romano 2. sub Silvestro I. anno 324.

3. DIaconus constructus vrbis, nisi in 36. testimoniis non condemnabitur.

7. A Subdiacono vsque ad Lectorem, omnes subditi sint Diacono Cardinali vrbis Romæ in Ecclesia repræsentans tantum

11. Vide Ordines sacri.

Ex Concil. Lateranensi Gener. 17. sub Leone X. anno 1517. Sess. 9. De Reformat.

3. 4. Vide Beneficium Ecclesiasticum.

7. Sint omnes Cardinales vigiles, ac diuinis Officiis, Missarumque celebrationibus intenti habeantur, Capellas suas in loco honesto, sitque eorum domus, familia, mensa supellexque noo fastu aut pompa, neque superfluis rebus, neque alio mudo reprehensibilis, &c. Prælatos & quoscunque alios insignes viros ad Rom. Curiam venientes benignè honorificéque tam publicè quàm priuatim tractent, &c. Præterea Ministerium indecorum Episcoporum, Prælatorumque in domibus non habeant, eosque quos vel nunc habent, vel imposterum sint habituri, honorificè vt fratres tractent, &c. Cum Roman. Pontifici communi omnium Christi fidelium Patri assistant partialitatem aliquam non suscipiant, neque Principum, aut Communitatum, vel quorumcumque aliorum contra quemquam, nisi quantum iustitia & æquitas postulat promorores aut defensores fiant, præsertim pauperum & Religiosorum, &c.

8. Tituli sui loca, si præsentes in Curia fuerint, personaliter, si vero absentes per Vicarium idoneum semel saltem singulis annis visitent, Clericos & populos Ecclesiarum titulo suo subjectarum, cum diligentia inquirant, &c.

9. Quilibet Cardinalis vel in vita donet, vel in mortis articulo relinquat sub titulo quantumuis sit satis ad Presbyterum vnum commodè ibi sustentandum, vel si Ecclesia indigeat reparatione, vel alia subuentione, tantum illi relinquat vel donet, quantum conscientiæ suæ videbitur, &c. Ecclesiarum bona

Ex Concil. Niceno Generali 1. sub Siluestro I. anno 325.

14. De Catechumenis lapsis placuit vt tribus annis inter audientes verbum, sint tantummodo, post hæc vero cum Catechumenis orent.

Ex Concil. Hipponensi sub Siricio, anno 393.

4. Sacramenta Catechumenis non dentur.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

85. Baptizandi nomen suum dent, & diu sub abstinentia vini & carnium ac manus impositione crebra examinati, Baptismum percipiant.

86. Neophyti aliquamdiu à lautioribus epulis & spectaculis & coniugibus abstineant.

Ex Concil. Arausicano 1. sub Leone I. ann. 441.

18. Placuit Catechumenis non legi Euangelium in Ecclesia, aliàs, Euangelia placuit deinceps Catechumenis legi, apud omnes Prouinciarum nostrarum Ecclesias.

19. Catechumeni nonnumquam admittendi sunt inter domesticas orationes alias, ad Baptisterium Catechumeni numquam admittendi.

20. Segregandi, informandique sunt Catechumeni vt se reuocent, & signandos, vel benedicendos offerant eos fideles, aliàs, ad fidelium benedictionem etiam inter domesticas orationes in quantum caueri potest segregandi, informandique sunt vt se reuocent, ad signandos vel benedicendos se semotim offerant.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

13. Symbolum placuit ab omnibus Ecclesiis vna die, id est ante octo dies Dominicæ Resurrectionis publicè in Ecclesia competentibus prædicari.

Ex Concil. Gerundensi sub Hormisda, anno 517.

4. De Catechumenis baptizandis id statutum est, vt in Paschæ solemnitate, vel Pentecostes ad baptizandum veniant, cæteris solemnitatibus infirmi tantantummodo debeant baptizari, quibus quocumque tempore, conuenit Baptismum non negari.

Ex Concil. Bracarensi 2. sub Ioanne III. anno 563.

17. Placuit vt Catechumenis sine redemptione Baptismi defunctis, neque oblationis commemoratio, neque psallendi impendatur Officium.

Ex Concil. Bracarensi 2. sub Ioanne III. anno 572.

1. Sicut antiqui Canones iubent, ante dies 20. Baptismi, ad purgationem exorcismi concurrant Catechumeni, in quibus 20 diebus omnes Catechumeni symbolum (*Credo in Deum*) specialiter doceantur.

CHOREPISCOPI.

Ex Conc. Ancyrano sub Syluestro I. an. 314. & Epitome Adriani 1. anno 773.

13. Chorepiscopos non licere Presbyteros vel Diaconos ordinare, sed neque Vrbis Presbyteros, nisi cum litteris ab Episcopo permissum fuerit in aliena Parochia.

Ex Conc. Neocæsariensi sub Siluestro I. an. 314. & Epitome Adriani I. anno 773.

14. Chorepiscopi seu Vicarij Episcoporum, ad exemplum quidem & formam septuaginta, videntur esse, Comministri autem propter studium quod erga pauperes exhibent honorentur.

Ex Concil. Niceno Generali 1. sub Siluestro I. anno 325. Editionis Arabicæ.

54. Eligat Episcopus ex bonis Religiosis qui habitant in deserto aliquem qui sit doctus, & optimis moribus, qui nihil de electione sua cognouerit; & qui sunt illius congregationis debent adducere eum, & vnus ex Diaconis congregationis dicat alta voce; nos eligimus talem in Chorepiscopum, qui habeat totam potestatem in nos, vt sciant omnes electum eum esse in eo gradu, & debet Episcopus recitare super electum orationem consuetam, & benedicere illi, detque ei nomina omnium Ecclesiarum, & Monasteriorum quæ sub potestate eius sunt, vt eligat ipse idoneos quos Ecclesiis & Monasteriis præficiat, &c. Et eat postea ad visitandas Ecclesias & Monasteria, &c. Et si fuerint pauci Sacerdotes debet augere numerum ex illis qui sunt illius loci, & si inter eos non fuerit aliquis illius Castelli idoneus vt ordinetur, debet sumere aliquem ex Monasteriis, vel Ecclesiis; & curet vt fiat Sacerdos: ad Chorepiscopum pertinet vt fiat eleemosynas pauperibus & peregrinis, & recreet Sacerdotes egentes vt maneat inter eos charitas.

55. Chorepiscopus cùm visitat Ecclesias, & Monasteria quæ sub potestate sua sunt, vt videat an deficiant fratres & sorores; debet congregare seniores Castelli, & prædicare ac legere iis Scripturas sacras, eosque de omnibus præceptis sanctis admonere, item debet interrogare, an habeant filios aut fillas, & facere vt ad se adducantur, & signet eos signo Crucis, & oret super eos & imponat manus ac benedicat & instituat eos Ministros in Ecclesiis ac Monasteriis, debetque distribuere eos per Ecclesias & Monasteria, & prouidere vt discant, vt fiant instrumenta apta ad ædificandum Ministerio suo Ecclesias & Monasteria, ac loca alia, &c.

56. Vt Chorepiscopus bis per annum congreget Presbyteros ad salutandum Episcopum & tradendum se ei, & ad communionem cum eo bibendam, & prandeant cum eo, fiatque hoc in principio anni, & in festo Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi. Religiosi tamen semel per annum cum eo congregabuntur quando ei videbitur.

58. Vide Archidiaconus.

60. Non licet vt vllus è Clero ministret in Ecclesia sine licentia Chorepiscopi quandoquidē ipse est caput

istorum, &c. Nec Episcopus, nec vllus alius Sacerdotem ordinare debet, neque Religiosum facere nisi præsente Chorepiscopo.

73. Non audeant Laici eligere sibi Sacerdotem, neque Monachi Superiorem sine authoritate Chorepiscopi.

Ex Concil. Antiocheno sub Iulio I. anno 340. & Epitome Adriani I. anno 773.

10. Quod Chorepiscopi, Ordines inferiores vsque ad Subdiaconatum tantum dare possunt.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

27. Episcopi locum Apostolorum, Chorepiscopi autem exemplum & formam tenent 70. Discipulorum, vnde quia hactenus quidam Chorepiscopi secus quàm authoritas Canonica doceat, in officiis Ecclesiast. minus cautè egerunt, prouidendum summopere Episcopis est, vt nihil eis aliud agendum permittant, nisi quod ad eorum Officium propriè pertinet, & in sacris Canonibus præfixum habetur.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

44. Chorepiscopus modum suum iuxta Canonicam institutionem teneat, & nec sanctum Chrisma, nec sanctum Paracletum Spiritum (solis Episcopis iuxta decreta Innocentij tribuere debitum) tradere tentet, nec Ecclesias consecret, neque Ordines Ecclesiast. qui per impositionem manus tribuuntur, id est nonnisi vsque ad Subdiaconatum, & hoc iubente Episcopo & in locis quibus Canones designant, agere præsumat. Impositioni autem pœnitentiæ, aut pœnitentium reconciliationi per Parochiam, secund. mandatum Episcopi sui inseruiat, si vero Ciuitatis Episcopus obierit, nihil ex Episcopali ministerio specialiter Episcopis debito, attentet, &c.

Ex Concil. Metensi sub Stephano VI. anno 888.

5. Vt basilicæ à Chorepiscopis consecratæ, ab Episcopis consecrentur, roboratum est, vacuum enim est atque inane, quidquid in summi Sacerdotij Chorepiscopi egerunt ministerio, & quod ipsi iidem sint qui & Presbyteri, sufficienter inuenitur.

CHORVS.

Ex Concilio Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

15. NOn oportet amplius, præter eos qui regulariter Cantores existunt, qui & de Codice canunt, alios in pulpitum conscendere, & in Ecclesia psallere.

16. Euangelium cum aliis scripturis in Sabbato legatur.

17. Non oportet Psalmos in Conuentibus seu processionibus contexere, sed in vnoquoque Psalmo, interiecto spatio lectionem fieri.

18. Idem precum ministerium omnino debet fieri in Nonis & in Vesperis.

59. Non oportet plebeios, seu vulgatos Psalmos in Ecclesia cantare, nec libros præter Canonem legi, sed solum sacra volumina Noui & Veteris Testamenti.

Ex Concilio Vasionensi 1. sub Iulio I. anno 351.

3. Quia non solum in Sede Apost. sed etiam per totum Orientem, & totam Affricam, vel Italiam, propter hæreticorum astutiam, qua Dei Filium, non semper cum Patre fuisse, sed à tempore fuisse blasphemant, in omnibus clausulis post *Gloria Patri. Sicut erat in principio, &c.* dicitur; etiam & nos in vniuersis Ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decreuimus.

Ex Conc. Carthaginensi 4. sub Anastasio. ann. 398.

10. Psalmista, id est Cantor potest absque scientia Episcopi, sola iussione Presbyteri Officium suscipere cantandi, dicente sibi Presbytero, vide vt quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes.

Ex Concil. Toletano 1. sub Anastasio, anno 400.

9. Lucernarium nisi in Ecclesia non legatur, aut si legatur in villa, præsente Episcopo vel Presbytero vel Diacono legatur.

Ex Conc. Venetico in Gallia sub Leone I. anno 453.

15. Rectum duximus, vt vel intra Prouinciam nostram, sacrorum & ordo psallendi vna sit consuetudo, vt sicut vnam cum Trinitatis confessione fidem tenemus, vnam & Officiorum regulam teneamus.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

30. Studendum est sicut vbique fit, vt post Antiphonas, collectiones per ordinem ab Episcopis vel Presbyteris dicantur, & Hymni matutini vel vespertini decantentur diebus omnibus, & in conclusione Matutinarum vel Vespertinarum & Missarum, post Hymnos capitella de psalmis dicantur, & plebs collecta oratione ad Vesperam ab Episcoporum benedictione mittatur.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

25. Vide Reliquiæ Sanctorum.

27. Ad celebrandum diuina Officia ordinem quem Metropolitani tenent Prouinciales obseruare debebunt.

Ex Concil. Tarraconensi sub Hormisda, anno 517.

7. Presbyteri vel Diaconi qui in Diœcesanis Ecclesiis constituti sunt, cum Clericis septimanas obseruent, id est, vt Presbyter vnam faciat hebdomadam, qua expleta succedat Diaconus ei similiter, ea scilicet conditione seruata vt omnis Clerus die Sabbati ad

ad Vesperam sit paratus, quo facilius die Dominico solemnitas cum omnium præsentia celebretur, ita tamen vt omnibus diebus Vesperas & Matutinas celebrent.

Ex Concil. Vasionensi 3. sub Felice IV. anno 529.

5. Quia non solum, &c. Vide Conc. Vasionen. 2. an. 551. C. 3.

Ex Concil. Barcinonensi sub Vigilio, anno 540.

1. Psalmus quadragesimus ante Canticum dicatur.

2. Benedictio in matutinis fidelibus sicut in vespera tribuatur.

Ex Concil. Braccarensi sub Ioanne III. anno 563.

1. Placuit omnibus vt vnus atque idem psallendi ordo in matutinis vel vespertinis Officiis teneatur, & non diuersæ ac priuatæ, neque Monasteriorum consuetudines cum Ecclesiastica regula sint permixtæ.

11. Placuit vt Lectores in Ecclesia in habitu sæculari ornati non psallant, neque granos gentili ritu dimittant.

12. Placuit vt extra Psalmos vel Canonicarum scripturarum Noui & Veteris Testamenti, nihil poëticè compositum in Ecclesia psallatur.

Ex Concil. Turonensi 2. sub Ioanne III. anno 570.

19. In diebus festis ad Matutinum sex Antiphonæ binis Psalmis explicentur, toto Augusto manicationes (id est matutinæ conuentiones) fiant, quia festiuitates sunt & Missæ Sanctorum, Septembri septem Antiphonæ explicentur binis Psalmis, Octobri 8. ternis Psalmis, Nouembri 9. ternis Psalmis, Decembri 10. ternis Psalmis, Ianuario & Februario itidem vsque ad Pascha. Quicumque minus quam duodecim Psalmos ad matutinum dixerit, ieiunet vsque ad vesperam, panem cum aqua manducet, & qui hoc facere contempserit vna hebdomada panem cum aqua manducet, & ieiunet omni die vsque ad vesperam.

24. Licet Hymnos Ambrosianos habeamus in Canone, tamen reliquorum sunt aliqui qui digni sunt forma cantari, volumus libenter amplecti eos, præterea quorum authorum nomina non fuerint in limine prænotata.

Ex Concil. Narbonensi sub Pelagio II. anno 589.

2. In psallendis ordinibus per quemcumque Psalmum, gloria dicatur omnipotenti Deo, per maiores vero Psalmos, prout fuerit prolixius, pausationes fiant, & per quamcumque pausationem, gloria Trinitatis Domino decantetur.

Ex Concil. Autisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

9. Non liceat in Ecclesia Choros sæcularium, vel puellarum Cantica exercere.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

10. In omnibus Quadragesimæ diebus, *Alleluya* non decantetur quousque veniat tempus Resurrectionis Christi, quando oporteat; *Alleluya* in lætitia canere. In temporibus reliquis, id est Kal. Ianuar. quæ propter errorem Gentilitatis aguntur, omnino *Alleluya* non decantabitur, in quibus etiam præter pisces & olus, sicut & in illis 40. diebus cæteris carnibus abstinetur, & à quibusdam etiam nec vinum bibitur.

11. In quibusdam Hispaniarum Ecclesiis laudes post Apostolum decantantur priusquam Euangelium prædicetur, dum Canones præcipiant, post Apostolum non laudes sed Euangelium annunciari; nam laudes Euangelium sequuntur propter gloriam Christi quæ per idem Euangelium prædicatur.

12. Sicut orationes ita & Hymnos in laudem Dei compositos, nullus nostrum vlterius improbet, sed pari modo in Gallicia Hispaniaque celebrent, excommunicatione plectendi qui Hymnos reiicere fuerint ausi.

14. In fine Psalmorum non sicut à quibusdam hucvsque *Gloria Patri*, sed *Gloria & honor Patri.*

15. Sunt quidam qui in fine Responsoriorum *Gloria* non dicunt, propter quod interdum inconuenienter resonat, sed hæc est discretio vt in lætis sequatur *Gloria*, in tristioribus repetatur principium.

Ex Concil. Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

2. Oportet vt sicut in aliis Ecclesiis vespertino tempore post lumen oblatum prius dicitur vespertinum quam sonus in diebus festis, ita & à nobis custodiatur in Ecclesiis nostris.

Ex Concil. Toletano 11. sub Adeodato, anno 675.

2. Vniuscuiusque Prouinciæ Pontifices Rectoresque Ecclesiarum, vnum eundemque in psallendo teneant modum, quem in Metropolitana Sede cognouerint institutum.

3. Vide Abbas.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Stephano III. anno 816.

131. Studendum summoperè Canonicas horas vigilantissima cura custodire, & in his diuinum Officium humiliter ac deuotè persoluere, mox enim vt datum fuerit signum, festinantò omnes ad Ecclesiam conueniant quam non pompaticè vel inhonestè vel incomposité sed cum reuerentia & Dei timore ingrediantur, nec cum baculis in Choro, exceptis debilibus, sed religiosissimè illis standum & psallendum est, &c. Qui segniter aut tardè ad matutinum aut aliud quodlibet diuinum obsequium peragendum occurrerit, dignum est vt non cum aliis in Choro, sed omnium vltimos in loco, huiuscemodi negligentibus à Prælatis constituto stet, &c.

133. Tales ad legendum, cantandum & psallendum in Ecclesia constituantur, qui non superbè sed humiliter debitas Domino laudes persoluant, qui vero hæc doctè peragere nequeunt, studiantur prius à Magistris, &c.

17. Studendum summoperè Cantoribus est ne donū sibi diuinitus collatum vitiis fœdent, sed potius illud humilitate, castitate, & sobrietate, & cæteris sanctarum virtutum ornamentis exornent, &c. Et prouidendum est illis quando temperatè, quandove submissè diuinum agatur Officium, scilicet vt secundum ominctum Clericorum, & Officij qualitatem, cantum protendant, & voces moderentur cæterarum.

Ex Concil. Saltzburgensi sub Vrbano VI. anno 1386.

1. Ab omnibus & singulis Clericis sæcularibus in psallendo idem modus, & ordo in diuinis Officiis, & horis Canonicis obseruetur, ita quod vnusquisque in hoc suæ Cathedrali Ecclesiæ, siue fuerit regularis, siue sæcularis rationabiliter se conformet, &c. Religiosos vero in suis rationabilibus obseruantiis volumus remanere.

Ex Concil. Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

2. 3. Vide Clericorum Officium.

4. Præsentes horis Canonicis silentium teneant, lectionibus diligenter intendant orationes deuotè audiant, nec bini & bini in Choro horas ipsas dicere præsumant.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. *De Moribus.*

10. Diœcesani in suis Diœcesibus Ecclesiarum Canonicos per iuris remedia, etiam suarum præbendarum priuationem ad suas Ecclesias reuocent, grossosque fructus pro maiori parte in quotidianas distributiones conuertant, & residentes & diuino Officio actualiter interessentes, secund. mensuram laborum plus minusve capiant emolumenti, iuxta iura antiqua sacrorum Conciliorum & Patrum Decreta.

17. In Ecclesiis sint Musicicantus distincti ac discreti mouentes cor ad deuotionem compunctionemque, Organorum vsum Ecclesia à Patribus ad cultum seruitiumque diuinum recepit.

18. In Cathedralibus & Collegiatis ac Conuentualibus Ecclesiis, horis debitis signis congrua pulsatione præmissis, laudes diuinæ per singulas horas, non cursim, ac festinanter, sed tractim cum pausa decenti reuerenter ab omnibus persoluantur, horas Canonicas dicturi, cum tunica talari ac superpelliceis mundis & cappis iuxta temporum diuersitatem ingrediantur Ecclesias, caputia, almutias vel birreta tenentes in capite, &c. Cum dicitur *Gloria Patri* omnes consurgant, nemo ibidem cùm horæ in communi cantantur, legat vel dicat priuatim Officium.

19. Quicumque in Ecclesia Beneficiatus præsertim de maioribus diuinorum tempore per Ecclesiam, vel foris circa eam deambulando, aut cum aliis colloquendo visus fuerit, non solum illius horæ, sed totius diei distributiones ipso facto amittat, & si semel correptus, non destiterit per mensem distributionibus careat. Regulares qui in Conuentualibus Ecclesiis circa prædicta excesserint, Superiorum arbitrio castigentur.

20 Constituatur tabula in Choro, in qua quid per vnomquemque ex Canonicis vel beneficiatis in singulis horis per hebdomadam, aut maius tempus cantandum legendumque sit describatur, qui autem secund. quod ibi perscriptum fuerit per se, vel per alium facere neglexerit, pro qualibet hora distributiones vnius diei amittat, qui in Matutinis & Vesperis ante *Gloria Patri* primi Psalmi, consimiliter in aliis horis, in Missa ante finem Epistolæ vsque in finem, diuino Officio (sine necessitate, ac licentia obtenta) non interfuerit, pro illa hora absens censeatur, idem obseruetur in iis qui a principio vsque in finem in processionibus non permanserint. In illis Ecclesiis quibus singulis horis certæ distributiones statutæ non sunt, omnino etiam de grossis fructibus deputentur, vt iuxta mensuram laboris plus minúsve quisque capiat emolumenti, tollentes prorsus abusum illum quo in vna duntaxat hora præsens, totius diei distributiones vsurpat, & illum quo Præpositi vel Decani, & alij Officiales ex hoc solo quod Officiales sint, licet actualiter pro vtilitate Ecclesiæ non absint, quotidianas distributiones percipiant.

Ex Concilio Coloniensi sub Paulo III. anno 1536. *Parte* 2.

6. Deo authore, deque consilio Capituli nostri, ac Theologorum, aliorumque piorum virorum reformationem Breuiariorum meditabimur.

Parte 3.

5. Statis ac debitis horis laudes diuinæ non cursim ac festinanter, sed tractim non truncatè, sed integrè, distinctè, deuotè, reuerenterque ab omnibus decantentur, nemo tùm cùm publicè vel Preces horariæ, vel Missæ sacrificium cantando peraguntur, legat vel dicat priuatim Officium, quem tamen aliud Officium Ecclesiast. aut publicum aliò statim rapiet, vt nisi legens Preces horarias tempestiuè absoluere haud possit, hac lege teneri nolumus.

10. Qui ab Epistolæ lectione exinde toti Missæ & à primo Psalmo singulis horis Canonicis integris ac minimè interpellatim, nisi forsitan necessitate auocante, petitaque ac obtenta licentia non interfuerit, illius horæ aut Officij stipendio in totum careat.

11. Vicarij sic dicuntur quia Canonicis Adiutores accedunt horum nimirum vice, qui vel aduersa valetudine detenti, vel negotiis necessariis aduocati interesse non possunt, superpelliceis vtantur vt Chori sacris se mancipatos agnoscant.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

14. Diuinus cultus obseruetur, peragaturque his modis & ritibus qui per manus sanctorum Patrum nobis traditus, & per maiores nostros in sacrificio Altaris Officiis defunctorum, Canonicis horis, cæterisque diuinis laudibus atque cæremoniis obseruatus fuit.

18. Organa ad populi aures, nullum alium sonitum aut numerum defferant, quam qui religiosus ac pius ab omnibus habeatur.

Ex Concil. Coloniensi 2. *sub Paulo III. anno* 1549. *Medio* 3.

12. Ecclesiarum Collegiatarum Vicarij quos aliqui vocant Capellanos, aut Chori socios nomini suo respon

respondeant; nec tempore diuinorum aliis psallentibus ipsi extra Chorum spatientur, desideant, confabulentur, sed Canonicis in persoluendis horis Canonicis & Diuinis sint adiumento, &c.

Ex eod. Concil. Censura contra abusus.

34. Illi soli qui horis diuinis aut defunctorum exequiis seu memoriis a principio ad finem vsque interfuint, idque in habitu qualem temporis & personæ conditio requirit, distributiones percipiant.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. ann. 1549.

53. Nemo in Choro aliis psallentibus seorsim legere aliquid, aut suas horas Canonicas orare, aut fabulari, aut aliis leuitatibus intendere permittatur, negligentes verò legere horas Canonicas, per Prælatos subtractione portionis fructuum in eleemosynas pauperum, aut alios pios vsus conuertendæ puniantur.

61. Qui peculiaria singularum Dominicarum Officia, propter Cantorum paucitatem obseruare non valent, poterunt si voluerint Officia de Trinitate, de Spiritu sancto aut de Resurrectione Domini diebus Dominicis seruare.

62. Libros Missales, Antiphonarios, agendas, & Breuiaria ab Episcopis per viros doctos & pios repurgandos censemus.

70. In quibusdam Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis, potissima prouentuum portio, Canonicis etiam apud Ecclesias non residentibus distribuitur, Vicarius qui diurna & nocturna fatigatione, omnes Ecclesiæ functiones sustinent, vix tenui censu relicto, &c. Capitula & Canonicos exhortamur, vt æquitatis memores his qui functiones gerunt, de fructibus Ecclesiarum sufficientem & honestum victum deputent.

Ex Concil. Treuirensis sub Paulo III. anno 1549.

5. Clerici omnes pariter conuenienti modulatione, consona denique voce, debitum Deo cultum nocturnum, & diurnum deuotè & religiosè exhibeant & exequantur, his ritibus & cæremoniis quibus hactenus vsa est Ecclesia, & vt à sanctis Patribus est traditum, &c.

6. Laudes diuinæ per singulas horas non cursim ac festinanter, sed tractim seruatis interuallis decentibus ratione dierum festorum, à profestis intermediis secernendorum; habitæ reuerenter & alacriter absoluantur, &c. Nullus dum Canonicæ preces in templo publicè cantantur aut leguntur, audeat priuatim ibidem aliquid legere, ac ne horas quidem Canonicas absoluere, sed concinat.

7. Quicumque, tempore quo diuina peraguntur, spatian in Ecclesia vel circa eam deambulare simul & ociosis fabulis vacare comperti fuerit, tanquam absens pro die illo habeatur.

8. In omnibus Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis habeantur duæ tabulæ, quarum vna habeatur aut ponatur in, aut circa Chorum, in qua disciplina obseruanda descripta sit, ex cuius tenore satis liquear, quando & qualiter quis horis Canonicis interesse debeat, &c. Secunda tabula ponetur in Sacrario, aut alio loco conuenienti, in qua quid ab vnoquoque Canonico vel alio beneficiato legendum, cantandumque sit singulis diebus & horis per hebdomadam, scribatur; deinceps Capitula, Actus, & Tractus Capitulares tantum profestis seu ferialibus diebus teneantur; sed nec in iis sub Missa, Vesperis & Completorio indicantur, aut teneantur, quinimo vt omnes Missæ intersint districtè mandamus, &c.

Ex Concil. Tridentino Gener. 18. sub Pio IV. an. 1562. Sess. 21. De Reformat.

3. In Ecclesiis tam Cathedralibus quàm Collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt verisimiliter negligantur, tertia pars fructuum, & quorumcumque prouentuum & obuentionum, tam dignitatum quam Canonicatuum, portionum & Officiorum separari debet, & in distributiones quotidianas conuerti, quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros diuinis interessentes, proportionaliter iuxta diuisionem ab Episcopo, etiam tanquam Apostol. Sed Delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciendam, diuidantur, &c.

Ex Concil. Mediolanensi I. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

36. Archidiaconi, Archipresbyteri, aliique in dignitate Ecclesiast. constituti, Canonici & reliqui Ecclesiarum Ministri, in sacris Ecclesiæ Officiis munus suum ipsi obeant, non per alios exerceant, &c. Canonici & qui præterea Choro vel Ecclesiæ addicti sunt, quo tempore eis à iure communi, vel à Concil. Trident. permissum est, vt ab Ecclesia abesse possint, à Præsidente Chori si triduo reuersuri sunt, si diutius absuturi, ab Ordinario facultatem discedendi petant, nemini autem ita profit absentia licentia, vt eo tempore distributiones quotidianas percipiat, &c. Declaramus autem in his excipi eos qui ob infirmitatem vel aliam necessitatem, aut manifestam Ecclesiæ vtilitatem excusantur.

37. In Cathedralibus & Collegiatis Eccl. qui Choro præsidet vigilet diligenter, ne quid prætermittatur, in diuini Officij institutione, vel progressione, vel in reliquis quæ ad probatam Chori rationem pertinent, &c. Si quæ autem Ecclesia non habeat, qui huic muneri nominatim præpositus sit, vel si absit, præsidentis Officio fungatur qui primo Chori loco tunc sedet, ex iis qui dignitates aut Canonicatus in ea Ecclesia obtinent.

38. Canonici quo tempore diuina Officia celebrantur, non habeant Capitula, nisi fortasse aliter euidens necessitas postularit, qui contra fecerint distributionem ne capiant eius horæ in qua id commiserint, neque etiam diebus festis Capitula habeantur, nisi probabilis causa intercesserit.

39. Chori vel cæremoniarum Magister qui diuinis Officiis celebrandis tanquam Magister est, denunciet Officium simplex vel solemne celebrandum, &c. Adolescentes vel rudes quibus Euangelium, Epistola, vel aliquid eius generis publicè recitandum sit, prius in Sacristia audiat & erudiat.

40. Sacrista habeat custodiam sacrorum Vasorum, vestimentorum Ecclesiast. & totius thesauri Ecclesiastici, eiusd. curæ sint lumina, cera, & oleum, &c. Hora congrua ipse vel alius eius vice, campanæ sono det signum matutini, Missæ, & aliarum horarum Canonicarum. Eiusdem Officium erit operam dare vt è Sacristia sermones de inanibus prophanisque rebus multoque magis iurgia, rixæ, turbæ omnes

omnes arceantur, Laicos ibidem versari ne patiantur.

41. Mansionarij qui Chori sunt quasi quædam columnæ, totum fere Horatum, ac diuinorum officiorum pondus sustinentes, cum oportuerit, ad lectorile accedant, vt Antiphonas, Responsoria, Gradualia, & alia id generis canant, solemnibus festis diebus, & quoties opus erit, pluuialia induant.

42. Punctator in mensem, vel in aliud certum tempus constitutus, in libro punctationum studiosè notet omnes qui sacras Horas & diuina Officia non obierint, si aliquem iniuria notarit, de suo ei satisfaciet, si vero notandum prætermiserit, de suo item tantumdem det, quod in Ecclesiæ vsum conuertatur, & integras vnius hebdomadæ distributiones amittat libros punctationum diligenter custodiat, & Episcopo & Capitulo singulis mensibus exhibeat, & quoties id Episcopus vel Capitulum postularit.

50. Ne quid apocryphum legatur in diuinis Officiis & quoad eius fieri possit à communi Romanæ Ecclesiæ Officio ne discedatur, &c. In vrbibus oppidis, aut vicis nullum signum communium Officiorum campana detur, ante signum Cathedralis, vel cuiusque loci Matricis Ecclesiæ. Chorus ita sepiatur, vel constituatur vt tempore diuini Officij, Laicis aditus in eum esse non possit, vel saltem à Clericis seiuncti sint, in Choro vel omnino in Ecclesia nemo ministret sine superpelliceo; superpellicea latis sint manicis non angustis instar Rocheti, &c. Episcopi ne patiantur Circulatores, Circumforaneos & id fallax hominum genus tempore diuinorum Officiorum in foris & plateis Ecclesiarum versari.

51. In diuinis Officiis aut omnino in Ecclesiis ne prophana cantica sonive, nec lasciua vlla canendi ratio adhibeatur, &c. Et si in Hymnis, Psalmis, & Canticis suis vicibus Organo canatur, omnes tamen eorum versiculi in Choro distinctè pronuncientur.

52. Cum in Ecclesiam ad diuina Officia diurna vel nocturna conueniendum erit, id campanæ sono significetur, ea interposita mora qua omnes facilè possint conuenire, &c. Paulo post vltimum campanæ signum, ad rem diuinam faciendam, vniuersis in Sacristia paratis, pulsetur paruula campana, postea omnes de Sacristia ordine procedentes exeant, & vbi se ad Altare humiliter inclinarint, suum quique locum in Choro adeant, &c. Si quis non venerit ad Matutinum ante finem Psalmi *Venite exultemus* in aliis horis ante finem primi Psalmi pro absente habeatur; in Missa ante finem vltimi *Kyrie eleison*.

53. In Choro etiam in matutino Officio, Clericali birreto non pileo vtantur, &c. dum communi officio opera datur, priuatim officium non dicant, neve litteras, libros, aliave scripta legant, ne exeant nisi diuino officio confecto.

54. Post diurnum officium surgente vel signum dante hebdomadario consurgant omnes, & inter se consalutantes eod. ordine ad Sacristiam progrediantur, vbi modestè & quietè superpelliceum exuant, non in Ecclesia.

55. Matutinum Officium vel media nocte, vel saltem eo tempore instituantur, vt sub ortu Solis absolutum sit, &c. Prima, oriente Sole dicatur, vel paulo post pro consuetudine Ecclesiæ.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 2.

11. Episcopi curent in sua quisque Diœcesi, vt Officia diuina quæ singulis Canonicis horis præstari debent, & publice in Ecclesia & priuatim à singulis Sacerdotibus Clericisve inferioris ordinis celebrentur, & peragantur ad præscriptam Breuiarij Romani nuper editi rationem, &c.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 2.

12. Vide Beneficium Ecclesiasticum.

Ex Conc. Mediolanensi 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 3.

7. Pœnitentiarius tanquam in Choro præsens distributionum particeps sit, quo tempore in audiendis confessionibus [illegible]ur, &c. Distributiones illi quicumque sint non percipiant, qui infirmitate, necessitate, aut manifesta Ecclesiæ vtilitate occupati, impeditive non adsunt in Choro, si antea nullo legitimo impedimento distenti personale Canonicatus sui munus obire non consueuerant, &c. Qui peregrinationis causa absunt, ne iure quidem facultateve statutorum Ecclesiæ cui personalem residentiam ministeriumve debent, distributionum participes sint, imo etiamsi trium mensium spatio diutius absint, non propterea excusantur, quo minus fructuum præbendæ amissione mulctentur, &c.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

10. Statuit hæc Synodus ac omnibus ad quos spectat, præcipit & mandat sub pœna excommunicationis, vt vsum Breuiarij Romani, & Missalis ex Decreto Conc. restituti & editi in omnibus huius Prouinciæ Ecclesiis, intra illud tempus quod hinc ad principium mensis Ianuar. anni proximi 1586. interiectum est omnino introducant.

21. Nulla Canonicorum aut aliorum pactio, remissio, vel collusio fiat, aut facta vim habeat, nullumve statutum aut consuetudo quæcumque illa sit, valeat quibus aut absenti quauis de causa eius vel sacræ horæ in qua muneri suo defuerit, aut omnino cuiquam iure communi, & eiusd. Trident. definitum sit distributiones quotidianæ dari possunt, quod si datæ fuerint qui acceperit, nec in conscientia, nec alio modo suas faciat, &c. Volumus autem ab hoc Decreto excipi eos qui infirmitate detinentur, vel alia iusta causa, à sacris Canonibus permissa, &c. Omnes de Capitulo alternatim Dominicis & festis diebus per hebdomadam, Missam maiorem celebrent, cui adsistant duo ex Canonicis in sacris ordin. Subdiaconatus & Diaconatus constituti, &c. Dignitates vero scilicet Præpositi, Archidiaconi, Sacristæ & Præcentores Missam maiorem canant festis solemnibus anni.

22. Vide Clericorum Officium.

27. Laici homines dum diuina celebrantur intra cancellos Chori nequaquam sint admittendi, his tantum (præter Cantores & alios huiusmodi Chori Ministros) in eum locum ingressuris qui Ecclesiastici sunt, & honesto ac decenti habitu induti, Laici vero nobiliores, & qui Christianissimi Regis Consiliarij & Officiales aut ex militaribus ordinibus

dinibus, aut communitatum magistratibus fuerint, poterunt intra Chorum admitti, si eo in loco diuinis Officiis interesse velint, ita tamen vt post Clericos sedeant, nec inter Clericos ipsis sedere liceat, fœminæ vero cuiuscunque conditionis & status sint, nullo vnquam tempore, nullaue ex causa dum diuina Officia celebrantur aut verbum Dei prædicatur, intra eumdem Chorum admittantur, si quæ præsumpserint, & monitæ statim non recesserint, sint eo ipso excommunicatæ qui verò Choro præsunt, & hoc permiserint, præter excommunicationem in quam eo ipso incurrant, sint ab officio & beneficio per 6. menses ipso itidem facto suspensi.

Ex Concilio Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

33. Semel per hebdomadam in loco consueto Capitulum congregetur, die à Canonicis statuendo qui tamen certus sit, antè vel post Missam, ne Chori seruitium impediatur, curabit Capitulum, Inuentarium confici Præbendarum; & quorumcumque beneficiorum distributionumque quotidianarum, quod in visitatione, Episcopo exhibebitur. Administratores teneantur rationem reddere Capitulo, pœna proposita ad Episcopi arbitrium, &c. Canonicis præcipimus vt Episcopo assistant dum Pontificalia exercet, inter quæ locum habet Verbi Dei prædicatio, &c. Episcopi in Ecclesiis tam Cathedralibus, Vide Conc. Trid. 1562. Sess. 21.c.8.

34. Punctatores duo eligantur qui annis singulis mutentur, quique iuramentum præstent in Capitulo se fideliter quæ sui muneris sunt ad notaturos, ambo punctatores libros conficiant eorum, qui non intersunt, & singulis hebdomadis libros punctuationum inter se conferant, omnibus horis Choro intersint, vel saltem eorum alter, nec possint alterum substituere, &c

35. Non ad modulos prophanarum cantionum tùm psalmi, tùm cætera Ecclesiastica occinantur, quod si carmina quædam vernacula lingua in natali Dom. permittenda sint in Eccl. concini, ea primum ab Episcopo legantur & examinentur.

Ex Concilio Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

5. Si quis, dum diuina peraguntur officia in Choro, Canonicus seu mansionarius, aut alius quocumque censeatur nomine Clericus, quacumque sit præditus dignitate cum superpelliceo, aut etiam sine per Ecclesiam diuagari colloqui, litteras legere, aut alia tractare nõ omiserit, eum decernimus (licet postea in Chorum ascenderit) omnino absentem reputari qui in matutinis in Chorum ascenderint, post finitum primum Hymnum, in horis Diurnis item post Hymnum, in Missa post confessionem, in Vesperis post completum Psalmum pro interessentibus, non habeantur.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

30. In Choro colloquia non permittantur, non dormiat aliquis non augetur, Officium priuatim non recitet, per Chorum non vagetur aut indecorè sedeat.

CHRISMA.

Ex Concilio Romano sub Siluestro I. anno 324.

5. NEmo Presbyter Chrisma conficiat, quoniam Christus à Chrismate vocatur.

Ex Concilio Toletano 1. sub Anastasio, anno 400.

20. Vide Baptismus.

Ex Concilio Vasionensi 2. sub Leone I. anno 442.

3. Vide Baptismus.

Ex Concilio Braccarensi 1. sub Ioanne III. anno 563.

19. Placuit vt si quis Presbyter post hoc interdictum ausus fuerit Chrisma benedicere, aut Ecclesiam, aut altarium consecrare à suo officio deponatur.

Ex Concilio Antisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

5. Vt à media quadragesima Presbyteri Chrisma petant, & si quis infirmitate detentus venire non poterit, ad Archidiaconum suum vel Archisubdiaconum transmittat, sed cum Chrismario & linteo sicut reliquiæ sanctorum deportari solent.

Ex Concilio Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

9. Quisquis ab Episcopo sanctum in potestate Presbyteris ad distribuendum tempore opportuno acceperit Chrisma, nihil ab ei beneficij causa tollere aut petere præsumat.

Ex Concilio Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

18. Vide Presbyteri.

Ex Concilio Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

26. Vide Presbyteri.

Ex Concilio Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

48. Secundum B. Apostoli Iacobi documentum, Infirmi oleo quod ab Episcopis benedicitur à Presbyteris vngi debent.

Ex Concilio Moguntino sub Leone III. anno 813.

27. Vide Presbyteri.

Ex Concilio Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

8. Vt semel in anno, id est, in 5. feria quæ est in cœna Domini vnctio sancti olei in quo saluatio infirmorum creditur per omnes Ciuitates ab Episcopis non negligatur.

Ex Concilio Meldensi sub Sergio II. anno 845.

45. Nemo Episcoporum vel quilibet minister Ecclesiast. propter sanctum Chrisma aliquid muneris accipiat neque denarios, vel quælibet munuscula, quæ per ministros Episcoporum à Presbyteris inordinabiliter exigantur.

46. Nemo sanctum Chrisma nisi in 5. feria maioris septimanæ, id est, in Cœna quæ specialiter appellatur dominica conficere præsumat.

Ex Concilio Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

7. Vide Episcoporum officium.

8. Illud salutare Sacramentum quod commendat Iacob. Apost. dicens Infirmatur quis in vobis inducat Presbyteros & orent super eum vngentes eum oleo in nomine Dom. &c. Solerti prædicatione populis innotescendum est, &c. Si autem is qui infirmatur Pœnitentiæ mancipatus est, non potest huius mysterij consequi medicinam nisi prius reconciliatione percepta, communionem corporis & sanguinis Christi meruerit.

Ex Concilio VVormatiensi sub Adriano II. anno 868.

1. Chrisma conficere nullus præter Episcopum præsumat.

Ex Concilio Londinensi 1. *sub Honorio II. anno* 1125.

1. Vide Simoniaci.

Ex Concilio Lateran. Generali 12. *sub Innocentio III. anno* 1215.

20. Vide Eucharistia.

Ex Concilio Rauennatensi 2. *sub Clemente V. anno* 1311.

7. Vide Eucharistia.

Ex Concilio Sabinensi in Hispania sub Ioanne XXII. anno 1322.

15. Clerici Religiosi, & alij exempti, & non exempti annis singulis Chrisma nouum à suo Diœcesano Episcopo vel ab eo qui ex officio suo tenetur illud distribuere postulent, & tequirant, alioquin vtentes veteri Chrismate in Baptismo, ipso facto per sex menses à perceptione beneficij, negligentes vero in petendo, per tres menses ab officio sint suspensi, exemptorum priuilegiis, quæ circa hoc obtinent semper saluis.

Ex Concilio Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

32. In cunctis Ecclesiis Baptismus Chrisma, Oleum & Eucharistia, sub fideli custodia clauibus adhibitis asseruetur.

Ex Concilio Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

23. Vide Eucharistia.

Ex Concil. Coloniensi sub Paulo III. ann. 1549. *Censura contra abusus.*

38. Vide Infirmi.

Ex Concilio Mediolanensi 1. *sub Pio IV. anno* 1565. *Parte* 2.

1. Cum Oleum Chrismatis consecratur omnino intersint & qui dignitates, seu personatus obtinent, & Canonici, ac reliqui Cathedralis Ecclesiæ Clerici, & quos ex aliis Ecclesiis suæ Ciuitatis & Diœcesis Episcopus vocandos duxerit; caueant Parochi ne sacrum Chrisma in Baptismo à Laicis attingatur, neue linteola quibus in Baptizatis sacri Chrismatis vnctio extergitur ad hoc asseruent, vt iis tangenda tradant, quos parentes Baptisati sibi Compattes, & Commatres fieri cupiunt.

Ex Concilio Mediolanensi 2. *sub Pio V. anno* 1569. *Titulo* 1.

9. Cui in Ecclesia Cathedrali id muneris datum est vt Oleum, aut Chrisma factum plebanis aliisve distribuat, is in librum eo nomine confectum illarum Ecclesiarum nominà referat quibus dederit, nec illa aliis deferenda dent, nisi iis qui sacris Ordinibus initiati sunt.

Ex Concilio Mediolanensi 3. *sub Gregor. XIII. anno* 1573.

5. Sancti Chrismatis & sacri Catechumenorum Olei vascula, ne alibi sed in Ecclesia religiosè asseruentur.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

6. Parochi Laicos homines aut Clericos sacris Ordinibus non initiatos ne mittant quibus sancta Olea ad se deferenda dentur.

Ex Concilio Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

13. Parochi omnes post Feriam 5. in Cœna Dom. quando scil. noua olea sunt consecrata antiquis amplius non vtantur, sed ante Pascha quot annis Sacerdos aliquis mittatur qui noua accipiat & vetera comburantur, &c. Cùm Oleum Chrismatis consecratur omnino intersint cooperatores & qui dignitates seu personatus obtinent & Canonici & reliqui Cathedralis Ecclesiæ Clerici, & quos ex aliis Ecclesiis suæ Ciuitatis & Diœcesis Episcopus vocandos duxerit.

CLERICI.

Ex Canone Apostolorum Clementis I. ann. 93. & Epitome Adriani I. anno 773.

2. Presbyter & reliqui Clerici ab vno Episcopo ordinentur.

19. Qui duas in coniugium Sorores acceperit, aut filiam fratris Clericus esse non poterit.

23. Si quis cum Clericus fuerit absciderit semetipsum omnino damnetur quia suus est homicida.

Ex Concilio Romano 3. sub Siluestro I. anno 325.

3. Si quis Clericatum promereri desiderat, hoc iustum est vt sit Ostiarius annum vnum, lector an. 20. Exorcista ann. 10. acolythus ann. 5. Subdiacono ann. 5. Diaconus ann. 5. & sic ad honorem Presbyterij accedat, & faciens in eo ordine ann. 6. si fuerit omnium votiua gratia, sic ab omni Ecclesia eligatur consecrandus Episcopus omni Ecclesia conueniente.

Ex Concilio Taurinatensi sub Siricio, anno 397.

6. Clericum alterius, secund. statuta Canonum, nemo suscipiat, neque suæ Ecclesiæ in alio gradu audeat ordinare, neque abiectum recipiat in communionem.

Ex Concilio Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

21. Clericorum nomen etiam lectores & psalmistæ, & ostiarij retinent.

44. Clericum alienum nullus sibi præripiat Episcopus præter eius arbitrium cuius fuerit Clericus.

Ex Concilio Charthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

5. Subdiaconus cùm ordinatur quia manus impositionem non accipit patenam de Episcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum, de manu vero Archidiaconi vrceolum cum aqua, & aquamanilem & manutergium.

Ex Concilio Ephesino 1. Gener. 3. sub Cœlestino I. anno 431.

3. Si qui Clerici in singulis Vrbibus aut regionibus à nestorio, & cum eo conspirantibus Sacerdotio prohibiti sunt, quod rectè sentirent, iustum putauimus hos quoque proprium gradum recipere, in summa autem Clericos orthodoxæ & œcumenicæ Synodo consentientes, iubemus eis qui defecerunt, aut defecturi sunt Episcopis, nullo pacto aut ratione subiectos esse debere.

Ex Concil. Chalcedonensi Gener. 4. sub Leone I. anno 451.

8. Clerici in Ptochiis aut in Monasteriis aut Martyriis constituti sub potestate sint eius qui in ea est Ciuitate Episcopum secundum traditionem SS. Patrum, nec per præsumptionem recedant à suo Episcopo.

23. Peruenit ad aures S. Synodi quia Clerici quidam & Monachi nihil habentes sibi iniũctum à proprio Episcopo, interdum vero etiam illi qui ab eo fuerant excommunicati, veniant ad Regiam Ciuitatem Constantinopolit. & multis temporibus in ea consistentes, perturbationes tranquillitati Ecclesiasticæ inferant, & diuersorum domos corrumpant, statuit igitur S. Synodus hos quidem primum commoneri per defensorem Constantinop. S. Ecclesiæ vt exeant de Regia Ciuitate, si autem in eodem proposito improbè perdurauerint, etiam inuitos eos expellat ipse Defensor, vt ad sua loca redeant.

Ex Concil. Valentino in Hispania sub Ioanne I. anno 524.

6. Nullus alienum Clericum, secundum Decreta Canonum, sine consensu Episcopi sui audeat ordinare, sed nec vllum Sanctorum Sacerdotum quispiam ordinet, qui localem se futurum primitus non spoponderit, vt per hoc nullus à Regula vel disciplina Ecclesiastica deuiare permittatur.

Ex Concilio Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

1. Nullus deinceps ad promerendos honores Ecclesiast. contra vetita Canonum, adspiret indignus.

8. Clericos ex familia fisci nullus audeat à Principe donatos expetere, sed tradito capitis sui tributo Ecclesiæ Dei cui sunt alligati vsque dum viuunt Regulariter administrent.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

19. Viginti quinque annorum ætatis Leuitæ consecrentur, & 30. Presbyteri ordinentur ita vt, secund. præceptum Apostolicum, probentur primum & sic ministrent nullum crimen habentes.

72. Quicumque libertatem à dominis suis ita percipiunt vt nullum sibi in eis obsequium patronus retentet, isti si sine crimine sunt ad Clericatus ordinem liberi suscipiantur, &c. Qui verò retento obsequio manumissi sunt pro eo quod adhuc à Patrono tenentur obnoxij, nullatenus sunt ad Ecclesiasticum ordinem promouendi, ne, quando voluerint eorum Domini, fiant ex Clericis serui.

Ex Concilio Toletano 13. sub Leone II. anno 683.

11. Vide Episcoporum officium.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

22. De Clericis vagis seu de acephalis, id est, de his qui sunt sine capite, neque in seruitio Domini nostri, neque sub Episcopo, neque sub Abbate, sed sine Canonica vel regulari vita de gentes, &c. Tales omnino vbicumque inuenti fuerint, præcipimus vt Episcopi sine vlla mora, eos sub custodia constringant Canonica & nullatenus eos amplius ita errabundos & vagos, secund. desideria voluptatum suarum, viuere permittant, sin autem Episcopis suis canonicè obedire voluerint excommunicentur, vsque

ad iudicium Archiepiscopi Regionis illius, si autem, nec ille corrigere valuerit, tunc omnino sub vinculis constringantur vsque ad Synodum.

23. Clerici qui hactenus inuenti sunt, siue in Canonico, siue in Monachico ordine tonsurati sine eorum voluntate, si liberi sunt ita permaneant, & deinceps cauendum vt nullus tondeatur sine legitima ætate, & spontanea voluntate, vel cum licentia Domini sui.

24. De Clericis adeuntibus Imperatorem, &c. Vide Conc. Chalcedon. 451. c. 23.

Ex Concilio Meldensi sub Sergio II. anno 845.

58. Canonicorum qui in Parochiis tonsurantur & erudiuntur interdum etiam & ordinantur sine authoritate, dignitas Regalis in suum periculum non dignetur recipere præsertim cum eos salubriter & authoritatiuè possit habere, quapropter cum quilibet Canonicorum ad Regiam venerit maiestatem, & suo se voluerit mancipare seruitio, consensu Episcopi, ad cuius Diœcesim pertinere dignoscitur, cum recipiat.

64. Vide Furtum.

Ex Concil. Triburiensi sub Formoso, anno 895.

27. Statuimus vt Clericus Ecclesiasticè nutritus in Ecclesia coram populo, vel legens vel cantans, si postmodum relicto Clericatus habitu à castris Dominicis quibus adscriptus est, profugus & apostata elabitur, & ad sæculum egreditur ab Episcopo canonicè coerceatur vt ad sinum matris Ecclesiæ reuertatur, quod si in hac indisciplinatione perdurat vt comam nutriat, constringatur vt iterum detondeatur, & postea nec vxorem accipiat, nec sacrum ord attingat, si vero reluctauerit Anathematizetur.

28. Alienum Clericum inuito Episcopo ipsius nemo suscipiat, nemo sollicitet, nisi ex placito charitatis id inter dantem accipientemque conuenerit.

Ex Concil. Lateran. Gener. 11. sub Alexand. III. anno 1170.

18. Vide Pauperes.

Ex Concil. in Dalmatia, & Dioclia Regnis sub Innocentio III. ann. 1199.

7. Clerici Rasuram & Tonturam teneant Clericalem.

Ex Concilio Lateranensi Gener. 12. sub Innocentio III. anno 1215.

11. Non solum in Cathedrali Ecclesia, sed etiam quarum sufficere possunt facultates, constituatur Magister idoneus à Prælato cum Capitulo seu maiori ac saniori parte Capituli eligendus, qui Clericos Ecclesiarum ipsarum & aliarum gratis in Grammaticæ facultate ac aliis instruat; Metropolitana Ecclesia Theologum nihilominus habeat qui Sacerdotes alios in sacra pagina doceat, &c. Assignetur autem cuilibet Magistrorum à Capitulo vnius Præbendæ Prouentus, & pro Theologo à Metropolitano tantumdem, non propter hoc efficiatur Canonicus, sed tamdiu redditus ipsius percipiat, quamdiu perstiterit in docendo.

31. Canonicorum filij maximè spurij non fiant Canonici in sæcularibus Ecclesiis in quibus instituti sunt Patres, & si fuerit contra præsumptum decernimus non valere.

32. Ne quis in fraudem de prouentibus Ecclesiæ quæ curam proprij Sacerdotis debet habere, pensionem alij quasi pro beneficio conferre præsumat.

Ex Concilio Salisburgensi sub Gregorio X. anno 1274.

6. Vide Abbas.

Ex Concil. Rauennatensi 3. Tempore Interregni anno 1314.

1. Solum modo constituti in sacris ordinibus, & non alij ad Capitula vocentur & vocem habeant in Capitulo, & hæc intelligimus de sæcularium Clericorum Capitulis non de Conuentibus Religiosorum.

Ex Concilio Sabinensi in Hispania sub Ioan. XXII. anno 1322.

20. In qualibet Ciuitate, &c. Vide Conc. Lateran. 12 ann. 1215. c. 11.

Ex Concil. Toletano sub Benedicto XII. anno 1339.

3. In qualibet Cathedrali vel Collegiata Ecclesia, aliqui Clerici ea beneficiis apti & docibiles iudicio Episcopi vel Prælati, & Capituli, saltem vnus ex 10. de residentibus assumantur, qui ad studia generalia Theologiæ, & Iuris Canonici ac liberalium artium accedere compellantur.

Ex Concilio Coloniensi sub Paulo III. anno 1536. Parte 2.

2. Clerici à κλῆρος quod sortem sonat dicuntur quia de sorte Domini sunt vel quia ipse Dominus sors, id est, pars eorum est.

5. Nunquam à manibus Clericorum liber legis hoc est Biblia deponatur.

Ex Concilio Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

94. Clerici aliunde aduenientes, nec in iis ordinibus quos iactant ministrare permittantur, nec ad vlteriores ordines promoueantur, nisi fide digno testimonio docuerint se eos ordines quos habere se asseuerant, ritè & legitimè suscepisse. Peregrini Sacerdotes ad Missarum celebrationes non admittantur, nec vltra mensem in aliquo Presbyterorum consortio foueantur nisi testimoniales litteras super vita, moribus, & recessu ab eo Episcopo à quo discesserunt, similiter admissionis testimonium eius Episcopi ad cuius Diœcesim se contulerunt ostendant.

Ex Concilio Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 3.

15. Sub excommunicatione latæ sententiæ vetamus ne Clerici mortui, qui dum viueret Ecclesiasticum beneficium obtinebat, bona ad Ecclesiam eiusve ministros pertinentia quisquam temerè inuadat.

Ex

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

10. Spurij filijque Presbyterorum non deseruiant, aut beneficium quodcumque obtineant in Ecclesiis in quibus Patres eorum Præbendam aut beneficium aliquod habeant aut habuerint.

CLERICI HONORANDI.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

75. SI quis Episcopum, Presbyterum velDiaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine danda est ei communio.

Ex Concilio Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

20. Non oportet Diaconum sedere præsente Presbytero, sed ex iussione Presbyteri sedeat, similiter autem honorificetur & Diaconus à ministris inferioribus & omnibus Clericis.

Ex Concilio Nicæno Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325.

14. Non licet sedere Diaconos in medio Presbyterorum extra regulam enim est vt hoc fiat.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

33. Episcopi vel Presbyteri si causa visitandæ Ecclesiæ ad alterius Ecclesiam venerint, in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum quam ad verbum faciendum quam ad oblationem consecrandam inuitentur.

34. Episcopus quolibet loco sedens, stare Presbyterum non patiatur.

83. Pauperes & senes Ecclesiæ plus cæteris honorandi sunt.

Ex Concilio Andegauensi sub Leone I. anno 453.

3. Diaconi Presbyteris nouerint omni humilitate deferendum esse.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho, anno 506.

65. Quoniam non oportet, &c. Vide Conc. Laodicenum ann. 320. c. 20.

Ex Concilio Barcinonensi sub Vigilo, ann. 540.

4. Diaconus in consessu Presbyteri, nullatenus sedeat.

Ex Concilio Aurelianensi 4. sub Vigilio, ann. 545.

13. Si quis Iudicum Clericos de quolibet corpore venientes atque altario mancipatos, vel quorum nomina in matricula Ecclesiæ tenentur inscripta publicis actionibus applicare præsumpserit, si à Sacerdote admonitus emendare noluerit, cognoscat se pacem Ecclesiæ non habere, similiter & ad vllam administrationem Pontificis, Presbyteros atque Diaconos ideo excusatos esse decreuimus, quia quod lex sæculi etiam Paganis Sacerdotibus & ministris anteà præstiterat, iustum est vt erga Christianos specialiter conseruetur.

Ex Concil. Turonensi 2. Sub Ioanne III. anno 570.

4. Laicis secus altare quo sancta Mysteria celebrantur inter Clericos tam ad Vigilias quam ad Missas stare penitus non præsumant, sed pars illa quæ à Cancellis versus altare diuiditur, Choris tantum psallentium pateat Clericorum.

Ex Concil. Lugdunensi 1. sub Ioanne III. anno 570.

5. Quascumque munificentias Clericis aut seruientibus siue de rebus Ecclesiæ in vsum aut de propriis in proprietatem præcedentes dederint Sacerdotes, subsequentes Pontifices nullatenus auferre præsumant.

Ex Concil. Braccarensi 2. Ioannes III. anno 572.

2. Parochiales Clerici seruili more in aliquibus operibus Episcopi seruire non cogantur.

Ex Concil. Matisconensi 2. sub Pelagio II. anno 588.

15. Statuimus vt si quis sæcularium quempiam Clericorum honoratorum in itinere obuium habuerit vsque ad inferiorem gradum honoris venerantei illi colla subdat, per cuius officia & obsequia fidelissima Christianitatis iura promeruit, & si quidem ille sæcularis equo vehitur, Clericusque similiter, sæcularis galerum de capite auferat, & Clerico Syncera salutationis munus adhibeat, si vero Clericus pedes graditur, & sæcularis vehitur equo sublimis, illico ad terram defluat, & debitum honorem prædicto Clerico Synceræ charitatis exhibeat, &c.

Ex Concil. Autisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

43. Vide Magistratus.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

38. Nonnulli Diaconi intantam erumpunt superbiam, vt sese Presbyteris anteponant, atque in primo Choro ipsi priores stare præsumant Presbyteris in 2. Choro constitutis, ergo vt sublimiores sibi Presbyteros agnoscant, tam hi quam illi in vtroque Choro consistant.

46. Præcipiente Sisenado Rege omnes ingenui Clerici pro officio Religionis ab publica indictione atque labore habeantur immunes, vt liberi Deo seruiant nullaque prædicta necessitate ab Ecclesiasticis officiis retrahantur.

Ex

Ex Concilio Toletano 17. sub Sergio, an. 694. secundum Garsiam.

18. Non oportet Diaconum, &c. Vide Conc. Laodicen, ann. 320. c. 20.

Ex Concil. Arelatensi IV. sub Leone III. ann. 813.

13. Vide Obedientia.

Ex Concil. apud Theodonisuillam sub Leone III. anno 814.

1. Canonica feriantur sententia hi qui timorem Domini postponentes in Ministros suos grassari præsumunt.

2. Si quis Subdiaconum calumniatus fuerit, vulnerauerit, vel debilitauerit & conualuerit, 5. quadragesimas sine subditis annis pœniteat & 300. solidos cum sua compositione, & Episcopalibus bannis componat, si autem mortuus fuerit singulas supradictas quadragesi. cum sequentibus annis pœniteat, & 400. solidos cum tripla sua compositione & Episcopalibus bannis Episcopo componat.

3. Si Diaconum calumniatus fuerit & conualuerit, 6. quadragesimas sine subditis annis pœniteat & 400. solidos cum compositione sua & Episcopalibus bannis componat, si autem mortuus fuerit 6. quadragesimas cum sequentibus annis pœniteat & 600. solidos cum tripla sua compositione, & Episcopalibus bannis Episcopo componat.

4. Si quis Presbyterum calumniatus fuerit & spassauerit, 7. quadragesi. sine subditis annis pœniteat & 600. solidos cum triplici sua compositione & Episcopalibus bannis triplicibus Episcopo componat, si autem mortuus fuerit 12. annorum pœnitentia secund. Canones ei imponatur, & 900. solidos cum triplici compositione sua & Episcopalibus bannis triplicibus Episcopo componat.

5. Si quis Episcopo insidias posuerit, comprehenderit, vel in aliquo de honestauerit, 10. quadragesi. sine subditis annis, & Presbyteri nō occisi triplicem compositionem componat, si autem casu & non sponte occiditur, cum Comprouincialium Episcoporum cō. silio homicida pœniteat, si quis autem spontè eum occiderit, carnem non comedat, vinum non bibat cunctis diebus vitæ suæ cingulum militare deponat, absque spe coniugij in perpetuo maneat.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

9. Necessarium in quibusdam reperimus Ecclesiis vt Clericorum ordo maiori adstringatur disciplina & custodia, ampliorique foueatur stipendiorum copia, vt occasione temporalium subsidiorum, sanctarum non depereat institutio rerum.

Ex Concilio Vuormatiensi sub Adriano II. anno 868.

24. Si quis sæcularium per calumniam Ecclesiam, aut Clericum fatigare tentauerit, & conuictus fuerit, ab Ecclesiæ liminibus, & Catholicorum communione, nisi dignè pœnituerit, arceatur.

Ex Concilio Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

7. Relatum est sanctæ Synodo quod à malis Christianis plurimæ vexationes Sacerdotibus Christi seu cæteris Clericis inferioris gradus sæpissimè inferantur, si quis Clerico aliquam iniuriam seu calumniam iniecerit, à liminibus S. Ecclesiæ arceatur, vsque ad condignam satisfactionem.

Ex Concil. Viennensi sub Formoso, anno 892.

2. Sæculares qui Clericum aliquem occiderint, vel de honestarint, nisi Ecclesiæ satisfaciant, excommunicentur.

3. Qui ægrotantis seu defuncti Episcopi vel Presbyteri eleemosynam fraudat excommunicetur.

Ex Concil. Rhemensi sub Leone IX. anno 1049.

10. Ne quis cum aliquibus sacri Ordinis iter agentibus violentiam vllam inferre audeat.

Ex Concil. Lateran. Gener. 10. sub Innoc. II. anno 1139.

15. Si quis suadente Diabolo in Clericum vel Monachum violentas manus iniecerit, anathemati subiaceat, & nullus Episcoporum illum præsumat absoluere, nisi mortis vrgente periculo, donec Apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat.

Ex Concil. Londinensi sub Celestino II. anno 1143.

1. 2. Vide Peccata reseruata.

Ex Concil. Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

13. Vide Conc. Lateran. 1139. c. 15.

Ex Concil. Lateranensi Gener. 11. sub Alexandro III. ann. 1179.

19. Vide Magistratus.

Ex Concil. in Dalmatia & Dioclia Regnis sub Innocent. III. ann. 1199.

5. Ne aliquis in personam Episcopi, Sacerdotis vel cuiuslibet Clerici, vel Religiosi viri, violentas manus iniicere præsumat, quicumque hoc attentauerit tamdiu excommunicatus maneat donec de tanta præsumptione satisfacturus Apostolico se conspectui repræsentet, &c. Ne aliquis Laicus sub excommunicatione Clericum ad peregrina Iudicia trahere præsumat.

Ex Concil. Lateran. Gener. 12. sub Innocent III. anno 1215.

43. Ne Clerici nihil temporale detinentes, personis sæcularibus præstare cogantur fidelitatis Iuramentum.

45. Si Ecclesiarum Patroni vel Aduocati aut

feudat arij,

feudatarij, seu vice Domini seu alij beneficiati alicuius Ecclesiæ Rectorem, vel Clericum alium ipsius Ecclesiæ per se vel per alios occidere vel mutilare ausu nefando præsumpserint, Patroni Iuspatronatum, Aduocati aduocatiam, feudatarij, feudum Vicedomini, Vicedominatum, Beneficiati beneficium, prorsus amittant; & non solum de præmissis nihil perueniat ad hæredes, sed etiam vsque ad quartam generationem, posteritates talium in Clericorum Collegium nullatenus admittantur, nec in Regularibus domibus alicuius Prælationis assequantur honorem.

46. Consules ac Rectores Ciuitatem & alios qui Ecclesias, & viros Ecclesiast. tallus seu collectis, & exactionibus aliis aggrauare nituntur, excommunicationi subiacere præcipimus, si tamen Episcopus simul cum Clericis tantam necessitatem, vel vtilitatem prospexerint, vt absque vlla coactione subsidia per Ecclesias duxerint conferenda, prædicti Laici humiliter recipiant cum actionibus gratiarum, propter imprudentiam tamen quorumdam, Romanum prius consulant Pontificem cuius interest communibus vtilitatibus prouidere.

Ex Concil. Viennensi sub Clemente IV. anno 1267.

5. Singulis annis in Synodo, illi qui Clericos capiunt, verberant vel occidunt aut aliàs in ipsos manus iniiciunt violentas, excommunicati denuncientur quicumque vero personam Ecclesiast. enormiter violauerit, mutilauerit, vel occiderit, aut captiuauerit, nonnisi per Sedem Apost. absoluatur, & illo facto si quid tenebat ab Ecclesia, illud perdat, & in vtilitatem Ecclesiæ conuertatur. In Diœcesi in qua aliquem Canonicum Cathedralis Ecclesiæ, vel in dignitate Ecclesiast. constitutum capi contigerit, vel captum detineri, vsque ad liberationem ipsius, & exhibitionem debitæ satisfactionis cessetur generaliter à Diuinis, similiter & in illa Parochia in qua res violenter ablatas capi vel detineri contigerit vsque ad restaurationem congruam à diuinis cessetur.

Ex Concil. Lugdunensi Gener. 14. sub Greg. X. anno 1274.

18. Pignorationes quas vulgaris è locutio represalias nominat, in quibus alius pro alio prægrauatur, eas concedi contra personas Ecclesiast. seu bona ipsorum aut quantumcumque generaliter prætextu cuiusvis consuetudinis ad illas extendi, præsenti decreto districtius inhibemus, qui contra fecerint aduersus personas easdem represalias concedendo vel extendendo, nisi reuocauerint infra mensem, si personæ singulares fuerint, excommunicationem incurrant, si vero vniuersitas, Ecclesiastico subiaceant interdicto.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino IV. anno 1281.

3. Cùm hi qui violentas manus mittunt in Clericos incidant ipso facto in Canonem legitimè promulgatum in Parochia in qua tale delictum commissum fuerit, vel talis malefactor domicilium habuerit, Rectores illarum Ecclesiarum ipsum excommunicatum deuitent, & denuncient singulis diebus Dominicis & festiuis, &c.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

24. Prælati vel Rectores Ecclesiarum in quibus captiuantes Clericos, & detinentes degunt, & captiuati Clerici capiuntur, & captiui detinentur, ipsos captiuantes & captiuos detinentes excommunicatos denuntient publicè singulis diebus Dominicis & festiuis, nisi postquam requisiti fuerint eos infra 8. dies dimiserint, & in locis vbi capti Clerici & personæ Ecclesiast. tenentur, tamdiu scientes cessent à Diuinis, quamdiu in locis ipsis fuerint sic captiui, si contra fecerint ipso facto sint excommunicati.

25. Si quis nuncios legatorum Sedis Apost. seu Archiepiscoporum aut Episcoporum, aut Delegatorum capere vel verberare, ac eos spoliare, seu litteras auferre aut eos in Iurisdictione impedire præsumpserit, ipso facto sit excommunicatus eamdem pœnam incurrant qui venientes ad Curiam eorumdem, & ab inde redeuntes in personis offenderint, vel bonis quæ secum habuerint spoliauerint.

Ex Concil. Lugdunensi sub Bonifacio VIII. anno 1297.

1. Ne post hac Principes noua vectigalia Sacerdotibus imponant, neue Sacerdotes iniussu Rom. Pontificis illa imposita conferant.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

16. Quælibet persona cuiuscumque dignitatis vel status extiterit, quæ intra nostram Rauennat. Prouinciam in aliquem Archipresulem siue Episcopum per se vel per alium ad sanguinis effusionem, vel aliàs cum gladio vel fuste manus iniecerit temere violentas, aut ceperit seu capi fecerit vel captum detineri iusserit, siue expressè consenserit, non solum incurrat excommunicationem ipso iure, sed in obitu, (ad aliorum metum) careat Ecclesiast. sepultura, & eius familiares qui habitauerint cum eodem quousque plenè satisfecerint, non participantes (in pœnam illius ad diuina & Ecclesiast. subiaceant interdicto; & ipsum transgressorem, eiusque filios & nepotes decernimus inhabiles ad Ecclesiast. honorem, & beneficiũ Ecclesiast. honorem, & beneficium Ecclesiast. obtinendum. Ex nunc priuantes eosdem omni Iurepatronatus, feudis, priuilegiis, beneficiis Ecclesiast. & honore; Electiones, prouisiones, & collationes factas in tales, irritas decernentes, Electores, præsentatores & prouisores alicuius ex prædictis, eligendi, prouidendi, & conferendi potestate ex nunc illa vice priuamus. Illum autem qui Prælatum inferiorem videlicet Abbatem, vel Clericum alium in dignitate vel personatu constitutum, Clericaliter viuentem per se vel per alium interfecerit vel mutilauerit, seu aliàs inhabilem vel deformem reddiderit, ad missarum solemnia vel diuina Officia celebranda, vel carceratum detinuerit, per Diœcesanum vel eius Vicarium super relaxatione ipsius requisitus, si beneficiatus extiterit, ex nunc omni beneficio priuamus perpetuo, & ipsum inhabilem reddimus ad aliud obtinendum si vero Laicus fuerit priuamus in obitu Ecclesiast. sepultura, & ipsum eiusque filios & nepotes non posse ad Ecclesiast. beneficium eligi, vel assumi.

Ex Concil. Rauennatensi 4. sub Ioan. XXII. anno 1317.

18. Vide Magistratus.

Ex Concil. Toletano sub Clemente V I. anno 1347.

2. Vide Ecclesiæ Iurisdictio.

Ex Concil. Salzburgensi sub Vrbano VI. anno 1386.

11. Constitutiones Bonifacij 8. contra eos qui ab Ecclesiis & Ecclesiast. personis pro earum rebus propriis quas non negotiandi causa deferunt vel deferri faciunt, vel transmittunt suo vel alieno nomine, pedagia vel quidagia exigunt, & in his culpabiles, si personæ sint singulares excommunicationis si verò Collegium, Ciuitatem, vel locum alterius concernit, interdicti sententiæ subiacere, per locorum ordinarios, Prælatos & Archidiaconos, ac Parochialium Ecclesiarum Rectores præcipimus solemniter publicari.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

27. In illa Parochia in qua Canonici cum Ecclesiæ Cathedralis capi contigerit vel detineri, vel alium in dignitate vel personatu, seu Clericatu constitutum donec liberetur, cessetur generaliter à diuinis salua satisfactione eidem debita impendenda.

Ex Concil. Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

25. Nullus sæcularis Dominus temporalis cuiuscumque status aut dignitatis existat, vel quivis Clericus expellat, vel banniat Clericos in Metropolitanis, Cathedralibus, & aliis Ecclesiis dignitates & beneficia obtinentes, vel venientibus aditum liberum deneget, quominus in suis Ecclesiis possint deseruire, si contrà attentatum fuerit, Ciuitas & villa in qua contrà factum fuerit, ipso facto sit interdicta, donec expulsus vel bannitus, fuerit restitutus, & veniens admissus, & de iniuria, & damnis læso plenè fuerit satisfactum.

Ex Concil. Lateranensi Gener. 17. sub Leone X. anno 1513. Sess. 9. De Reformat.

26. Cum à Iure tàm diuino quàm humanò, Laicis potestas nulla in Ecclesiasticas personas attributa sit, innouamus omnes & singulas Constit. Bonifac. 8. quæ incipit felicis, &c. Et Clement. 5. si quis suadente, &c.

27. Cum in Lateran. pariter ac Conciliis Gen. sub excommunicatione prohibitum fuerit ne Reges, Principes, &c. Collectas decimas & alia huiusmodi onera Clericis, Prælatis, & aliis quibuscunque personis Ecclesiast. imponant, exigantve, &c. De cætero talia præsumentes vltrà supradictas pœnas, volumus quod ad omnes actus legitimos, inhabiles & intestabiles habeantur.

Ex Eodem Conc. Sess. 10. De Exemptis.

8. Omnes & singulas constitutiones quæ super decimarum solutione, & contra violatores & raptores Ecclesiarum, & incendiarios, agrorum de populatores & tàm S. R. E. Cardinales, quàm Episcopos & alias personas Ecclesiast. sæculares & Regulares capientes, detinentes, & eorum Iurisdictionem, & iura quomodolibet indebitè occupantes, aut eos in eorum Iurisdictionis exercitio perturbantes, &c. Hactenus emanarunt, innouamus.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

28. Laici Clerum nostrum, Parochos, aliosque ordines Ecclesiast. venerentur eorum facta non temerè iudicent, aduers. Presbyteros suos præfractè non contendant, sed morigeros se præbeant, atque obsequentes.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

85. Inferioris dignitatis Clericus seu Vicarius, siue Canonicus, Prælato suo reuerentiam in assurgendu, siue in aliis prærogatiuis, iuxta consuetudinem illius Ecclesiæ debitam subtrahens, fructuum præbendæ subtractione ad tempus puniatur, in contemptu perseuerans, à reliquis fratribus velut inobediens à consortio Ecclesiæ & omni fructuum perceptione amoueatur.

Ex Concil. Treuirensi sub Paulo III. anno 1549.

17. Nullus à personis Ecclesiast. seu eorum bonis contra libertatem Ecclesiast. pedagia, telonia, angarias, perangarias, collectas aut exactiones, extorquere, aut imponere præsumat.

18. Cassamus & irritamus omnia statuta & consuetudines quæ & quas, Ciuitates, Communitates & loca, Præsides, Potestates, Rectores & Consules, & quæcumque aliæ personæ contra libertatem Ecclesiæ edere, vel statuere præsumpserint.

Ex Concil. Tridentino Gener. 18. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 23. De Reformat.

6. Vide Beneficium Ecclesiast.

Sess. 25. De Reformat.

20. Sancta Synodus sæculares Principes officij sui admonendos esse censuit confidens eos vt Catholicos quos Deus sanctæ Fidei, Ecclesiæque protectores esse voluit, Ius suum Ecclesiæ restitui, non tantum esse concessuros, sed etiam Subditos suos omnes ad debitam erga Clerum, Parochum, & Superiores ordines reuerentiam reuocaturos, nec permissuros vt Officiales, aut Inferiores magistratus, Ecclesiæ & personarum Ecclesiast. immunitatem Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus constitutam aliquo cupiditatis studio, sed in consideratione aliqua violent, &c. Decernit itaque & præcipit, sacros Canones & Concilia gener. omnia, necnon aliàs Apostolicas sanctiones in fauorem Ecclesiast. personarum, libertatis Ecclesiast. & contra eius violatores editus, quæ omnia præsenti etiam decreto innouat, exactè ab omnibus obseruari debere.

CLERICI CIRCA REOS.

VErbo Clericorum mores, Conc. antiſiodot. 590. c. 33. 34. Londin. 1102. c. 8. Abrincenſ. 1172. c. 12. Londin. 1175. c. 3. Lateran. vniu. 12. ann. 2179. c. 12 Lateran. vniu. 12. ann. 1215. cap. 18. Oxonien. 1222. cap. 14.

V. Clericorum Officium, Conc. Matiſcon. 589. cap. 10.

CLERICI SÆCVLARES.

VErbo Benefic. Eccleſiaſt. Conc. Rauen. 1314. c. 18. Lateran. 1513. de concordat. c. 6.

V. Clerici, Conc. Lateran. 1215. c. 31. Rauennat. 1314. c. 1.

V. Clerici honorandi Conc. Lateran. 1513. Seſſ. 10. cap. 8.

V. Clericorum Cœlibat. Conc. Salisburg. 1420. cap. 18.

V. Clericorum officium, Conc. Vien. 1267. c 9. Herbipol. 1287. c. 13. Salisb. 1291. cap. 2. Lateran. 1513. c. 2. Trident. 1562. Seſſ. 22. c. 4.

V. Clerus Cooc. Mogunt. 1549. c. 66.

V. Confeſſio, Conc. Oxonien. 1221. c. 29. Aquen. 1585. c. 11. Auenion. 1594. c. 18. Narbon. 1609. cap. 16.

V. Decimæ, Conc. Lateran. 1215. c. 56. Friſingen. 1440. c. 14.

V. Eccleſiaſt. booa Conc. Viennen. 1267. cap. 4. Herbipol. 1287. c. 31.

V. Energumeni, Conc. Mediolan. 1576. c. 1.

V. Epiſcopi, Conc. in Palat. Vernis. 756. c. 3. Mediolan. 1565. c. 61.

V. Epiſcoporum officium, Conc. Rauen. 1317. c. 2. Later. 1517. Seſſ. 11. de Relig. Trid. Seſſ. 6. cap. 3. Seſſ. 19. c. 4. Seſſ. 21. cap. 8. Seſſ. 24. cap 9. Seſſ. 25. c. 13. Aquenſ. 1585 c. 18.

V. Hæretici Conc. Colon. 1549. c. 8.

V. Litteræ Eccleſiaſt. Cooc. Narbon. 1609. cap. 20.

V. Matrimon. Conc. Turonen. 1448. c. 12.

V. Miſſa Conc. Braccar. 675. c. 2. Rauen. 1314. c. 13. Mediolan. 1565. c. 5.

V. Monachi, Conc. Aquiſgran. 817. c. 42. Rauen. 1311. c. 22. Later. 1517. c. 2. 12. Colon. 1536. p. 4. cap. 18. Trident. 1562. Seſſ. 25. c. 1. 11. 13. Mediolan. 1565. cap. 12.

V. Moniales, Conc. Senon. 1528. cap. 27. Colon. 1536. c. 13. Aquileien. 1596. c. 20.

V. Obedientia Conc. Rauen. 1311. c. 21.

V. Oratio. Conc. Auguſt. 1548. c. 31.

V. Ord. ſacri, Conc. Rauen. 1311. c. 24. Salisburg. 1420. c. 6. Trident. 1562. Seſſ. 21. cap. 2. Mediol. 1579. cap. 23.

V. Peccata reſeruata, Conc. Friſing. 1440. c. 28.

V. Prædicatio, Conc. Lateran. Vniu. 1517. Seſſ. 11. c. 1. Trid. 1545. Seſſ. 5. c. 2.

Clerici à Tributis exempti.

Verbo Clerici honorandi, Conc. Lugdun. 1297. c. 1. Saltzburg 1386. c. 11. Lateran. 1513. De Reform. c. 26. 27. Treuir. 1549. c. 17.

CLERICORVM COELIBATVS.

Ex Canon. Apoſtolorum Clement. I. an. 93. & Epitome Adriani I. ann. 773.

6. EPiſcopus Presbyter aut vxorem ſuam à gubernatione ſua non abiiciat, ſed caſtè regat.

27. Lectoribus tantum & cantoribus liceat matrimonium contrahere.

Ex Concil. Eliberitano ſub Marcello I. anno 305.

27. Epiſcopus aut ſorntem aut filiam Virginem Deo dicatam tantum ſecum habeat, extraneam verò oequaquam ſecum habeat.

33. Placuit in totum prohibere Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus & Subdiaconibus poſitis in Miniſterio abſtinere ſe à coniugibus ſuis & non generare filios quod quicumque fecerit ab honore Clericatus exterminetur.

Ex Concil. Ancyrano ſub Silueſtro I. ann. 314. & Epiſt. Adriani I. ann. 773.

9. Diaconi quicumque ordinantur ſi in ipſa ordinatione proteſtao ſunt velle ſe coniugio copulari, quia ſic manere oon poſſunt, hi ſi poſtmodum vxores duxerint in miniſterio maneaot, propterea quod eis Epiſcopus licentiam dederit, quicumque ſanè tacuerint, & ſuſceperint maous impoſiöonem profeſſi continentiam, & poſtea ouptiis obligati ſuot, à Miniſterio ceſſare debebunt.

Ex Conc. Neocaſarienſi ſub Silueſtro I. an. 314. & Epitome Adriani I. ann. 773.

1. Presbyter ſi vxorem duxerit deponatur, ſi verò in fornicatione vel adulterio peccauerit, extra Eccleſiam abiiciatur, & Pœnitentiam inter Laicos redactus agat.

Ex Concil. Romano ſub Silueſtro I. anno 314.

8. Nullum Subdiaconorum ad nuptias tranſire præcipimus ne aliqua præuaricatione præſumpſerit.

19. Nemo Presbyter à die onus Presbyterij ſumat coniugium, ſeu mulieris ſuſpectæ cootubernium, vt ſi quis neglecto exierit, duodecim eum dicimus priuari honore quod ſi quis contra hunc citographum egerit, condemnetur in perpetuum.

Ex Concil. Arelatenſi 2. ſub Siricio, anno 389.

2. Aſſumi aliquem in Sacerdotio non poſſe in vinculo coniugij conſtitutum niſi fuerit promiſſa conuerſio.

3. Si quis Clericus à gradu Diaconatus io ſolatio ſuo mulierem præter auiam, matrem, ſororem filiam neptem, vel conuerſam ſecum vxorem habere præſumpſerit, à communione alienus habeatur, par quoque mulierem, ſi ſe ſeparare noluerit, pœna percellat.

4. Nullus Diaconus vel Presbyter vel Epiſcopus ad Cellarij ſecretum intromittat puellam, vel iogenuam vel ancillam.

26. De his Clericatui ipſa vitæ gratia ſuggeſſit, ſi fortè internupta, & duplicata matrimonia

inciderint, non vltrà Subdiaconatum Ecclesiasticas capiant dignitates quod si facti forsitan sunt ab Ecclesiastico remoueantur officio.

Ex Concilio Taurinatensi sub Siricio, anno 397.

7. Qui contra interdictum sunt ordinati, vel in Ministerio genuerunt filios, ne ad maiores gradus ordinom permittantur, Synodi decreuit authoritas.

Ex Concilio Cathagin. 2. sub Sirscio an. 397. seu sub Celestino anno 425.

2. Omnibus lacet vt Episcopi, Presbyteri & Diaconi, vel qui Sacramenta contrectant pudicitiæ custodes etiam ab vxoribus se obstineant, iuxta Apostolorum doctrinam.

Ex Concilio Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

17. Vt cum omnibus omnino Clericis extraneæ feminæ non cohabitent, sed solæ matres auiæ, materteræ, amitæ, sorores, & filiæ fratrum aut sororum, & quæcumque ex familia, domesticâ necessitate, etiam antequam ordinarentur iam cum eis habitabant, vel si filij eorum, iam ordinatis parentibus vxores acceperint aut seruis non habentibus in domo quas ducant, alium ducere necessitas fuerit.

19. Placuit vt lectores cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut vxores ducere aut continentiam profiteri.

25. Vt Clerici vel continentes ad viduas vel virgines nisi iussu vel permissu Episcoporum aut Presbyterorum non accedant, & hoc non soli faciant, sed cum Clericis vel cum his quibus Episcopus iusserit vel Presbyter, nec ipsi Episcopi aut Presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi fœminas, nisi aut Clerici præsentes sint, aut graues aliqui Christiani.

Ex Codice Canonum Ecclesiæ Affricanæ & Epitome Adriani I. an. 773.

25. Vt Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, Episcopi, secundum priora statuta, etiam ab vxoribus se contineant, quod nisi fecerint deponantur cæteros autem Clericos ad hoc non cogi, nisi maturiori ætate.

Ex Concilio Carthagin. 4 sub Anastasio, anna 398.

46. Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

69 Episcopus si sciens ordinauerit Clericum eum qui viduam aut repudiatam vxorem habuit, aut secundam etiam, ab Episcopatus sui ordinandi dumtaxat potestate priuetur.

Ex Concil. Carthaginensi 5. sub Anastasio, anno 398.

3. Placuit Episcopos, &c. Vide Cod. Can. Eccl. Affric. c. 25. sed secund. vniuscuiusque Ecclesiæ consuetudinem, obseruari debere.

Ex Conci'. Toletano 1. sub Anastasio, anno 400.

1. Placuit vt Diaconi, si vel integri, vel casti sint, vel continentis vitæ, etiamsi vxores habeant, in ministerio constituantur, ita tamen vt si qui etiam antè interdictum quod per Lusitanos Episcopos constitutum est, incontinenter cum vxoribus suis vixerint, Presbyterij honore non cumulentur si quis verò ex Presbyteris ante interdictum filios susceperit, de Presbyterio ad Episcopatum non permittatur.

3. Lector fidelis si viduam alterius vxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper lector habeatur, aut fortè Subdiaconus.

4. Subdiaconus defuncta vxore si aliam duxerit, ab officio in quo ordinatus fuerat remoueatur & habeatur inter ostiarios, vel inter lectores ita vt Euangelium & Apostolum non legat, propterea ne qui Ecclesiæ seruierit publicis officiis seruire videatur, qui verò tertiam quod nec dicendum, nec audiendum est acceperit, abstentus biennio, postea inter Laicos reconciliatus per Pœnitentiam communicet.

7. Placuit vt si quorumcunque Clericorum vxores peccauerint, accipiant mariti earum hanc potestatem, præter necem, custodiendi ac ligandi in domo sua ad ieiunia salutaria, non mortifera, eas cogentes, ita vt inuicem sibi Clerici pauperes auxilium ferant, si seruitia fortè non habeant, cum vxoribus autem ipsis quæ peccauerint, nec cibos sumant nisi fortè ob timorem Dei acta Pœnitentia reuertantur.

19. Episcopi siue Presbyteri, siue Diaconi filia, si Deo deuota fuerit, & peccauerit & maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni, pater verò causas in Concilio se nouerit præstaturum, mulier verò non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit pœnitentiam, si autem viuente eo secesserit, & pœnituerit, vel petierit communionem, in vltimo vitæ deficiens accipiat communionem.

Ex Concil. Arausicano sub Leone I. anno 441.

22. Deinceps ne ordinentur Diaconi coniugati, nisi qui priùs Conuersionis proposito, professi fuerint castitatem.

23. Si quis post acceptam benedictionem leuiticam, cum vxore sua incontinens inuenitur, ab officio abiiciatur.

24. De his qui priusquam ordinati fuerint in hoc ipsum inciderint, Taurinatis Synodi sequendam esse sententiam, qua iubentur non vlterius promoueri.

25. De his idoneis, &c. Vide Conc. Arelat. a anno 389. c. 26.

Ex Concil. Andegauensi sub Leone I. anno 453.

5. Clerici familiaritatem extranearum feminarum nouerint esse vitandam, sed qui sunt debiles, non nisi à sororibus, aut à mitis suis, aut à matribus consolentur quia sicut bonum est homini solum esse, ita familiares esse Clericos feminis non oportet extraneis, si quis autem

post

post hoc interdictum, à prædictis familiaritatibus se reuocare noluerit, nequaquam gradu altiori donabitur; & si iam ordinatus fuerit non ministret.

Ex Concilio Turonico sub Simplicio, anno 482.

1. Sacerdotes vel ministri Ecclesiæ, ita in omni sancta conuersatione à Dei timore actus suos dirigant, vt & Diuinæ possint placere clementiæ, & bonum fidelibus præbeant exemplum, &c. Si enim vniuersis fidelibus secundum Apost. doctrinam castitas custodienda indicitur, vt qui habent vxores ita sint quasi non habentes, quanto magis Sacerdotes Dei ac Leuitæ, diuino mácipati altari custodire debent, vt nó solum cordis verum etiam corporis puritatem seruantes pro plebe supplicaturi, preces illorum ad diuinum mereantur introire auditum, cùm ergo Laico abstinentia imperatur vt possit orationi vacans, & Deum deprecans exaudiri, quantò magis Sacerdotibus vel Leuitis qui omni momento parati esse debent, in omni mundicia & puritate securi, ne aut sacrificium offerre aut Baptizare, si id temporis necessitas poposcerit cogantur imparati aut immundi.

2. Licet à Patribus nostris è commissa authoritate id fuerit constitutum, vt quicumque Sacerdos vel Leuita, filiorum procreationi operam dare fuisset conuictus, à communione dominica abstineret, nos tamen huic districtioni moderationem adhibentes, & iusta constitutione mollientes, id decreuimus vt Sacerdos vel Leuita coniugali concupiscentiæ inhærens, vel à filiorum procreatione non desinens, ad altiorem gradum non conscendat, neque sacrificia Deo offerre vel plebi ministrare præsumat, sufficiat his tantum vt à communione non efficiantur alieni.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho, anno 506.

9. Placuit vt si Presbyteri vel Diaconi coniugati ad thorum vxorum suarum redire voluerint, Papæ Innocent. ordinatio vel Siricij authoritas seruetur quod si ad aliquos formula illa Ecclesiasticæ vitæ à Siricio ad Prouincias non probabitur peruenisse, eis ignorationis venia remittitur, ita vt de cætero penitus incipiant abstinere, & ita gradus suos in quibus inuenti fuerint, sic retineant, vt ad potiora eis non liceat ascendere, si qui autem scisse formam viuendi deteguntur, neque statim cupiditates libidinis abiecisse, illi sunt modis omnibus submouendi.

16. Si coniugati Iuuenes consenserint ordinari, etiam vxorum voluntas ita requirenda est, vt sequestrato mansionis cubiculo, religione promisse, postea qui pariter conuersi fuerint ordinentur.

39. Presbyteri, Diacones, Subdiacones, vel deinceps quibus ducendi vxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum euitent conuiuia, nec his cœtibus misceantur, vbi amatoria cantantur & turpia, aut obscœni motus corporum Choreis & saltationibus efferuntur.

Ex Concilio Tarraconensi sub Hormisda, anno 517.

9. Si quis lector adulteræ mulieri voluerit misceri, vel adhærere consortio, aut relinquat ad vltetam, aut à Clero habeatur extraneus, simili sententia ostiariorum lasciuia puniatur.

Ex Concilio Gerundensi sub Hormisda, anno 517.

6. De conuersione vitæ id statuere placuit, à Pontifice vsque Subdiaconatum post suscepti honoris officium, si qui ex coniunctis fuerint ordinati, vt sine coniuge habitent, quod si habitare noluerit, alterius fratris vtatur auxilio, cuius testimonio vita eius debeat clarior apparere.

7. De his vero qui sine coniugibus ordinantur, & familias domi habent, habito secum pro vitæ conuersatione fratre in testimonium, non per quamcunque feminei sexus personam eius substantia gubernetur, nisi aut per amicum suam domum debet ordinare, si vero matrem in domo habuerit, aut sororem, per earum personas eius debet contutari substantia.

Ex Concilio Arelat. 3. sub Ioanne I. an. 524. secundum Gratianum.

Placuit vt deinceps non ordinentur Diaconi coniugati, nisi prius conuersionis proposito confessi fuerint castitatem.

Ex Concilio Toletano sub Bonifacio II. anno 531.

1. De his quos voluntas parentum à primis Infantiæ annis in Clericatus officio vel Monachali posuit, statuimus obseruandum, vt mox cum detonsi, vel ministerio electorum contraditi fuerint, in domo Ecclesiæ sub Episcopali præsentia, à proposito sibi debeant erudiri, at vbi 18. ætatis suæ compleuerint annum, coram totius Cleri plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab Episcopo perscrutetur, quibus si gratia castitatis (Deo inspirante) placuerit; & promissione castimoniæ suæ absque coniugali necessitate responderint seruaturos, hi tanquam appetitores arctissimæ vitæ, leuissimo Domini iugo subdantur, ac primo Subdiaconatus ministerium probatione habita professionis suæ à 20. anno suscipiant, & Diaconatus officium anno 25. Cauendum tamen est his ne quando suæ sponsionis immemores ad terrenas nuptias aut aborsiuos concubitus vltra recurrant, quod si fortè fecerint, vt sacrilegij rei ab Ecclesia habeantur extranei, his autem quibus voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab Apostolo sententiam auferre non possumus, ita vt cum pro vectæ ætatis in coniugio positi renunciaturos se pari consensu operibus carnis spoponderint, ad sacros Ordines adspirent.

Ex Concil. Aurelianensi 2. sub Siluerio, anno 536.

8. Si quis Diaconus in captiuitate redactus, vxore fuerit copulatus, reuersus ab officij omnino remouendus est ministerio, cui sufficere debet pro actus sui

sui leuitate (impleta Pœnitentia pro satisfactione) communio.

Ex Concilio Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

2. Vt nullus Clericorum à Subdiacono & suprà, & quos vxores in proposito suo accipere inhibetur, propriæ (si fortè iam habent) misceatur vxori, quod si fecerit Laica communione contentus ab officio deponatur, quem si sciens Episcopus suus in hac vilitate permixtionis viuentem, ad officium postea admiserit & ipse Episcopus ad agendam Pœnitentiam tribus mensibus sit ab officio sequestratus.

7. Clerici qui cum vxores non haberent, benedictione suscepta, coniugia crediderint eligenda, qui volentes absque vlla reclamatione in ætate fuerint legitima ordinati, cum ipsis mulieribus quas acceperint, excommunicatione percellantur, quod si inuitus vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur sed non à communione pellatur, Episcopus autem qui inuitum aut reclamantem præsumpserit ordinare, annuali pœnitentiæ subditus Missas facere non præsumat.

9. Qui ex concubinis filios habent & vxores legitimas habuerunt, & defunctis vxoribus sibi concubinas publicè crediderint sociandas, sicut eos qui sunt Clerici per ignorantiam ordinati non remouemus, ita statuimus ne vlterius ordinentur.

Ex Concilio Aruernensi sub Vigilio, anno 541.

12. Cum Presbyteri atque Diaconi sublimi dignitatis apice prærogentur, actibus omnino sæculi renuncient, & ad sacrum Ministerium electi repudient, & qui est Presbyter atque Diaconus Diuino munere benedictione percepta, vxoris suæ priùs frater illicò efficiatur ex coniuge, attamen quosdam reperimus, ardore libidinis inflammatos, abiecto miliciæ cingulo, vomitum pristinum, & inhibita rursus coniugia repetisse atque incesti quodammodo crimine, clarum decus Sacerdotij violasse, quod quisquis fecisse cognoscitur, omni in perpetuum dignitate priuabitur.

Ex Concilio Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

17. Sacerdotes siue Diaconi cum coniugibus suis non habeant communem lectum & cellulam, &c. Quod qui fecerint iuxta priscos Canones ab officio regradentur.

Ex Concilio Aurelianensi 5. sub Vigilio, anno 552.

3. Vt nullus Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum, extraneatum mulierum intra domum præsumat habere solatium, quibus etiam pro vtilitate sua aliqua familiarius regenda committat, &c.

4. Si quis Clericus post acceptam benedictionem cuiuslibet loci vel ordinis ad coniugalem thorum iam sibi illicitum, denuo redire præsumpserit, vsque in diem vitæ ab honore accepti ordinis, & (sicut habent antiquorum Patrum Canones) ab officio deponatur, tantummodo communione concessa.

Ex Concilio Turonensi 2. sub Ioanne III. anno 570.

20. Presbyteri & Diaconi, ac Subdiaconi Vicani, hoc studiosè custodiant, vt mancipiola sua ibi maneant, vbi vxores suæ, illi tamen segregatim solitarij in cella iaceant, & orent & dormiant, &c. Nam si inuentus fuerit Presbyter cum sua Presbytera, aut Diaconus cum sua Diaconissa, aut Subdiaconus cum sua Subdiaconissa, annum integrum excommunicatus habeatur & depositus ab omni officio Clericali inter Laicos se obseruare cognoscat, eo tamen permisso vt inter lectores in psallentium Choro colligatur, &c. Nulli Clericorum iuxta sententiam Canonum cum coniuge sua manere permittitur.

Ex Concilio Matisconensi sub Pelagio II. anno 582.

11. Episcopi, Presbyteri, &c. Vide Conc. Aruern. anno 541. c. 12.

Ex Concilio Lugdunensi 2. sub Pelagio II. anno 587.

1. Sancimus vt nullum Clericum ab ordine sancto Antistitis vsque ad Subdiaconi gradum, mulierem, præter matrem, amitam & sororem in hospitio suo habere liceat, placuit etiam vt si quicumque vxoribus iuncti ad Diaconatus, aut Presbyteratus ordinem quoquomodo peruenerint, non solum lecto sed etiam frequentatione quotidiana debeant de vxoribus suis sequestrari.

Ex Concilio Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

5. Non liceat Episcopis, Presbyteris & Diaconis venientibus ex hæresi, carnali adhuc desiderio vxoribus copulari, sed manente inter eos fide coniugali communem vtilitatem habeant, & non sub vno conclaui maneant, si quis verò post hanc conuentionem obscœnè cum vxore elegerit viuere, vt lector habeatur, qui verò semper sub Canone Ecclesiast. iacuerunt si contrà veterum imperata, in suis cellulis, mulierum quæ infamiæ suspicionem possunt generare, consortium habuerint, illi Canonicè quidem distringantur, mulieres verò ab Episcopis venundentur & precium ipsum pauperibus erogetur.

Ex Concilio Antisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

20. Vide Archypresbyter.

21. Non licet Presbytero in vno lecto post acceptam benedictionem cum Presbytera sua dormire, nec in peccato carnali misceri, nec Diacono, nec Subdiacono.

Ex Concilio Toletano sub Gregorio I. anno 597.

1. Sanctam & amicam Dei obseruantes castitatem non solum retinendam Pontifices suo corpore censeant, sed & Presbyteris & Diaconis ministrantibus modis omnibus obseruandam constituant, vt ex his qui castitatis voluerit patientiam violare, tali sorte coerceatur, vt vltimus à quo est gradu deiectus Deo ampliùs non ministret, sed Sacerdotis sui

ſui ſit tali clauſtro conſeptus, vt cæteros ſuo exemplo corrigat, &c.

Ex Concil. Oſcenſi ſub Gregorio I. anno 598.

1. Solicitum vnumquemque noſtrum eſſe conuenit, vt curioſa indagine perquiramus, ſi Presbyteris & Diaconis, atque Subdiaconis & Clericis pudica & caſta ſit vita.

Ex Concil. Hiſpalenſi 2. ſub Bonifacio V. anno 619.

4. Quidam viduarum mariti Leuitarum Miniſterio ſunt ſacrati, quos conuenit à gradu ſuſcepto in irritum deuocari, nec vltra prouehi ad Diaconij miniſterium.

Ex Conc. Toletano 4. ſub Honorio I. anno 633.

41. Quidam Clerici legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum, vel ancillarum ſuarum interdicta ſibi conſortia appetunt, ideo quæ cum Clericis taliter coniunctæ ſunt, ab Epiſcopo auferantur, & venundentur illis pro tempore relegatis ad pœnitentiam.

43. Clerici qui ſine conſultu Epiſcopi ſui vxores duxerint, aut viduam, aut repudiatam, vel meretricem in coniugium acceperint, ſeparari eos à proprio Epiſcopo oportebit.

Ex Concil. Toletano 8. ſub Martino I. anno 653.

5. Quidam Sacerdotes & Miniſtri, aut vxorum, aut quarumcumque fœminarum immunda ſocietate, & execrabili contagione turpantur, qui ſi omnino ab Epiſcopis coërceri nequiuerint, vſque ad exitum vitæ ſuæ Monaſteriis deputati, diſciplinis Monaſticis maneant omnino ſubiecti, mulieres vero ſeu liberæ ſint, ſeu ancillæ, hac illis turpitudine ſociatæ, omnimodè ſeparentur aut vendantur.

6. Cùm Subdiaconi ordinantur, cum vaſis miniſterij benedictio eis ab Epiſcopo detur omni penitus ab illis ſorde mulierum, ac familiaritate remota, quod ſi hoc vulnere deinceps fuerint ſauciati, mox erunt ſub pœnitentiæ oneribus vſque ad extremum vitæ Monaſteriis religandi.

7. Quoſdam aut euentu neceſſitatum, aut metu periculorum adeptos fuiſſe nouimus Eccleſiarum officia dignitatum, & quoniam cum illis hæc imponerentur id ſibi fieri voluiſſe teſtati ſunt, idcirco hæc ſpernere atque ad priſtina perrentant coniugia moreſque redire, &c. Qui hæc attentauerit mox omni Eccleſiaſt. Ordinis dignitate priuetur, & vt Apoſtata à S. Eccleſiæ liminibus & ſocietate fidelium habeatur prorſus excluſus, Monaſterij Clauſtris donec aduixerit ſub pœnit. retrudendus.

Ex Concil. Toletano 9. ſub Vitaliano, anno 655.

10. Quilibet ab Epiſcopo vſque ad Subdiaconum deinceps qui vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ deteſtando connubio, in honore conſtituti, filios procreatint, illi quidem ex quibus geniti probantur, Canonica cenſura damnentur, proles autem tali pollutione nata, non ſolum hæreditatem parentum nunquam accipiant, ſed etiam in ſeruitutem eius Eccleſiæ de cuius Sacerdotis vel Miniſtri ignominia nati ſunt, iure perenni manebunt.

Ex Conc. Emeritenſi ſub Vitaliano, anno 604.

4. Tempore quo Metropolitanus in Eccleſia Dei fuerit ordinatus Epiſcopus, placitum in nomine ſuorum Comprouincialium Epiſcoporum faciat, vt caſtè, ſobriè, iuſtéque viuat, ſimiliter & quando finitimi Epiſcopi in Eccleſiis quibus præeſſe potuerint, fuerint ordinati, placitum faciant in nomine Epiſcopi ſui Metropolitani, vt caſtè, rectè & ſobrie viuant.

Ex Concil. Braccarenſi 3. ſub Adeodato, anno 675.

4. Nullus Sacerdotum, ſiue quiſquis ille de Clero abſque honeſto & competenti teſtimonio, excepta ſola matre, cum quibuſlibet feminis ſecretò ſe præſumat adiungere, & non ſolum cum extraneis mulieribus, ſed nec cum ipſis etiam ſororibus & propinquis, ne licentia ſororum vel propinquorum mulierum quiſquis ille ſolutus familiarior habeatur ad perpetrandum ſcelus; huius præſumptionis tranſgreſſor ſex menſibus ſe nouerit pœnitentiæ legibus ſubiacere.

Ex Concil. Ratiſponenſi ſub Zacharia, anno 742.

17. Nullus Presbyterorum vel Diaconorum in domo ſua mulieres habitare permittat.

Ex Concil. Romano ſub Zacharia, anno 743.

2. Vt Presbyteri vel Diaconi ſubintroductas mulieres nullo modo ſecum audeant habere, niſi forſitan matrem ſuam aut proximitatem generationis ſibi habentes, quæ ſuſpiciones effugiant.

Ex Concil. Nicæno vniuerſ. 2. ſub Adriano I. anno 787.

18. Si quis ancillam vel liberam in Epiſcopio poſſidere deprehenſus fuerit vel in Monaſterio ad miniſterium aliquod obeundum, puniatur. Sin autem perſeuerет deponatur, ſi verò etiam in ſuburbanis mulieres eſſe contigerit, & voluerit Epiſcopus vel Monaſterij Præfectus illic iter facere, præſente Epiſcopo vel Monaſterij Præfecto, mulier eo tempore, nullo modo miniſterium obeat, ſed alio in loco ſeorſum verſetur, donec receſſerit Epiſcopus aut Hegumenus, vt omnis reprehenſionis occaſio vitetur.

Ex Concil. Moguntino ſub Leone III. anno 813.

49. Omnibus Clericis feminas ſecum in domibus ſuis habere vltra licentiam Canonum firmiter ſit contradictum.

Ex Concil. Rhemenſi ſub Leone III. anno 813.

21. Vt à Sacerdotibus omnis ſuſpicio mulierum funditus eradicetur, cum quibus etiam nulla habitatio eis concedatur, præter illam quæ in Nicæna

Synodo permittitur, id est matrem aut sororem, vel eas tantum personas a quibus omnes suspiciones effugiant.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

7. 11. Vide Presbyteri.

Ex Concil. VVormatiensi sub Adriano II. anno 868.

9. Placuit vt Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi abstineant se à coniugibus, & non generent filios, quod si hoc decretum violauerint, ab honore Clericatus pellantur.

Ex Concil. Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

10. Nullus Presbyter vllam feminam secum in domo propria permittat, quatenus occasio malæ suspicionis vel facti iniqui penitus auferatur.

19. Subdiaconi qui sacra mysteria contrectant, & Diaconi & Presbyteri, sed & Episcopi, secund. priorum statuta, etiam ab vxoribus se abstineant, quod nisi fecerint ab Ecclesiast. remoueantur officio, cæteros autem Clericos ad hoc non cogi nisi maturiori ætate.

Ex Concil. Metensi sub Stephano VI. anno 888.

3. Sacerdotes nequaquam in sua domo secum aliquam feminam habeant nec matrem, nec sororem, sed auferentes omnem occasionem Sathanæ, angelicam vitam ducant, & Domino Deo casto corpore & mundo corde sine tenus seruiant.

Ex Concil. Nannetensi sub Formoso, anno 895.

5. Nullus Sacerdos eas personas feminarum de quibus suspicio esse potest, in domo sua habeat, sed neque illas quas Canones concedunt (quia instigante Diabolo etiam illis scelus frequenter perpetratum reperitur, aut etiam in pedisequis illarum) scilicet matrem, amitam, sororem, sed si quis de his habuerit talem necessitatem patientem, cui sit necessaria sustentatio Presbyteri, habeat in vico aut in villa domum longè a Presbyteri conuersatione, & ibi eis subministret quæ necessaria sunt.

Ex Concil. Augustano sub Ioanne XII. anno 952.

1. Si quis Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiac. vxorem accepit, à sibi iniuncto officio deponendus est.

4. Nullus in Clericatus officio manens, mulierem subintroductam, secum habitare permittat, si verò aliqua suspicionum maculis adspersa, contra hæc agere tentauerit, ab Episcopo vel eius misso, virgis cæsa detondeatur.

11. Episcopus, Presbyter, Diaconus Subdiac. vt in multis Conciliis firmatum est, quia diuina Ministeria contrectant, ab vxoribus abstineant, cæteri autem Clerici quando ad maturiorem peruenerint, licet nolentes, ad continentiam cogantur.

Ex Concil. Anglicano sub Ioanne XIII. anno 970.

1. Canonici omnes, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi aut castè viuant, aut Ecclesias quas tenebant dimittant.

Ex Concil. Romano 3. sub Leone IX. anno 1051.

1. Vnusquisque Episcopus Ecclesiæ vendicet famulas, quas in sua Parochia deprehenderit sacrilega Presbyteris admixtione prostratas.

Ex Concil. Tolosano sub Victore II. anno 1056.

7. Placuit Presbyteros, Diaconos, & reliquos Clericos, qui Ecclesiasticos teuuerint honores, abstinere omnimodis ab vxoribus vel reliquis mulieribus.

Ex Concil. Romano sub Nicolao II. ann. 1059.

3. Quicumque Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, Missam non cantet, neque Euangelium, vel Epistolam ac Missam legat, neque in Presbyterio ad diuina officia, cum iis qui præfatæ constitutionis obedientes fuerint, maneat, neque partem ab Ecclesia suscipiat.

Ex Concil. Romano 1. sub Gregorio VII. anno 1074.

1. Presbyteri vxores non habeant, habentes aut dimittant aut deponantur, nec quisquam omnino ad Sacerdotium admittatur, qui non in perpetuum continentiam, vitamque cœlibem profiteatur.

Ex Concil. Quintilineburgensi sub Greg. VII. ann. 1085.

4. Presbyteris, Diaconibus, Subdiacon. perpetua (iuxta Decreta SS. Patrum) indicitur continentia.

Ex Concil. Melfitano sub Vrbano II. ann. 1090.

2. A tempore Subdiaconatus, nulli liceat carnale commercium exercere.

12. Eos qui in Subdiaconatu vxoribus vacare voluerint ab omni sacro ordine remouemus officio, atque beneficio Ecclesiæ, quod si ab Episcopo commoniti, non se correxerint, Principibus licentiam indulgemus, vt eorum feminas mancipent seruituti, si vero Episcopi consenserint eorum prauitatibus ipsi officij interdictione mulctentur.

Ex Concil. Constantiensi sub Vrbano II. anno 1094.

1. Incontinentia Clericorum damnatur.

Ex Conc. Ostiensi in Gallia sub Vrbano II. anno 1094.

3. Incontinentia Sacerdotum sub excommunicatione damnatur.

Ex

Ex Concil. Placentino sub Vrbano II. anno 1095.

5. Subdiaconi, Diaconi, præcipuè Sacerdotes incontinentes, qui in hæresi Nicolaitarum manere non formidant, deinceps de officio non se intromittant, nec populus eorum officia vllo modo recipiat.

Ex Conc. Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

9. Nullus Sacerdos aut Diaconus, aut Subdiac. sed & nullus qui Canonicam habet, fornicationis sibi copulam adiungat, quod si fecerit à Canonica omnino arceatur.

10. In domibus Clericorum nullas liceat habitare mulieres, nisi quas sancti Canones permittunt.

11. Nulli filij concubinarum ad ordines vel aliquos honores Ecclesiast. promoueantur, nisi monachaliter vel canonicè vixeriot in Ecclesia.

Ex Concil. Romano 3. sub Vrbano II. ann. 1099.

12. A Subdiaconatus tempore nulli liceat carnale commercium exercere, quod qui deprehensus fuerit, Ordinis sui periculum sustinebit.

13. Nemo præterea ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi virgo aut probatæ sit castitatis, & qui vsque ad Subdiaconatum vnicam & virginem vxorem habuerit.

Ex Concil. Pictauiensi sub Paschali II. anno 1100.

10. Nullus Presbyter, Diaconus aut Subdiac. concubinam habeat, sed nec aliam feminam vnde magna suspicio habeatur, in vna domo secum teneat. Vide Missa.

Ex Concil. Londinensi 2. sub Paschali II. anno 1102.

4. Nullus Archidiaconus, Presbyter, Diacon. Canonicus vxorem ducat, aut ductam retineat; Subdiacon. verò quilibet qui Canonicus non est, si post professionem castitatis, vxorem duxerit, eadem regula constringatur.

Ex Concil. Londinensi 3. sub Paschali II. anno 1108.

1. Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi castè viuant, & feminas in domibus suis non habeant, præter proximas consanguinitates sibi iunctas, qui vero post interdictum Conc. Londin 2. feminas suas tenuerunt, vel alias duxerunt, si amplius Missas celebrare voluerint, eas omnino à se sic faciant alienas, vt nec illæ in domos earum ingrediantur, sed nec in aliqua domo scienter conueniant, neque huiusmodi feminæ in territorio Ecclesiæ habitent. Illi autem Presbyteri qui diuini Altaris & sacrorum Ordinum contemptores, prælegerunt cum mulieribus habitare, à diuino officio remoti, omnique Ecclesiast. beneficio priuati, extra Chorum ponantur infames pronuntiati, &c. Presbyteri vero qui relictis mulieribus Deo & sacris Altaribus seruire elegerint, 40. diebus ab officio cessantes, pro se interim Vicarios habebunt iniuncta eis pœnitentia secund. hoc quod Episcopis eorum visum fuerit.

Ex Concil. Rhemensi sub Calixto II. anno 1119.

5. Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, concubinarum & vxorum contubernia penitus interdicimus, si qui autem huiusmodi reperti fuerint, Ecclesiasticis officiis priuentur, & beneficiis, sanè si nequa sic immunditiam suam correxerint, communione careant Christiana.

Ex Conc. Lateran. 1. vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1122.

3. Presbyteris, Diaconibus vel Subdiaconibus, concubinarum & vxorum contubernia penitus interdicimus, & aliarum mulierum cohabitationem præter quas Synodus Nicæna per solas necessitudinum causas habitare permisit, videlicet matrem, sororem, amitam, vel materteram, aut alias huiusmodi de quibus nulla valeat iustè suspicio oriri.

21. Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus & Monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere penitus interdicimus, contracta iungi iudicamus.

Ex Conc. Londinensi 1. sub Honorio II. anno 1125.

10. Presbyteris, Diaconibus, Subdiacon. Canonicis, &c. Vide Conc. Lateran. 1122. C. 3.

Ex Concil. Londinensi 2. sub Honorio II. anno 1127.

5. Presbyteris, &c. vt suprà. Quod si concubinis vel coniugibus adhæserint Ecclesiastico priuentur honore simul & beneficio, Presbyteros verò Parochiales (si qui tales fuerint) extra Chorum eiicimus, & infames esse decernimus, concubinæ verò Presbyterorum & Canonicorum nisi ibi legitimè nupserint, extrà Parochiam expellantur, quod si postea culpabiles inuentæ fuerint, in cuiuscumque territorio sint, à Ministris Ecclesiæ capiantur & Ecclesiasticæ disciplinæ vel seruituti (Episcopali iudicio) mancipentur.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 10. sub Innoc. II. anno 1139.

6. Qui in Ordine Subdiaconatus & suprà, vxores duxerint aut concubinas habuerint officio, atque Ecclesiastico beneficio careant.

7. Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Regulares Canonici, Monachi atque Conuersi Professi qui vxores sibi copulare præsumpserint separentur, &c. Vide Missa.

Ex Concil Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

3. Qui in ordine, &c. Vide Concil. Lateran. an. 1139. C. 6.

7. Episcopi, &c. Vide ibid. C. 7. qui etiam ab inuicem separati pro tantis excessibus condignam pœnitentiam agant, idipsum quoque de sanctimonialibus, si (quod absit) nubere tentauerint, obseruari præcipimus.

Ex Concil. Londinenſi ſub Alexandro III. anno 1175.

1. Si quis Sacerdos, vel Clericus in ſacris Ordinibus conſtitutus, Eccleſiam, vel Eccleſiaſticum beneficium habens, publice fornicariam habeat, & tertiò Commonitus non dimiſerit, omni officio & beneficio Eccleſiaſt. ſpolietur, ſi qui verò infrà Subdiaconatum conſtituti matrimonia contraxerint ab vxoribus ſuis, niſi de communi conſenſu ad Religionem tranſire voluerint, nullatenus ſeparentur, ſed cum vxoribus viuentes, Eccleſiaſt. beneficia nullatenus percipiant.

Ex Conc. Lateran. vniuerſ. 11. ſub Alexand. III. anno 1179.

11. Clerici in ſacris Ordinibus conſtituti, qui mulierculas ſuas in domibus ſuis incontinentiæ nota tenuerint, aut abiiciant eas, aut continenter viuant, aut ab officio & beneficio Eccleſiaſtico fiant alieni.

Ex Concil. Eboracenſi ſub Celeſtino III. anno 1194.

18. Sacerdotes non habeant focarias in domibus ſuis, nec ad eiectas (in noſtræ conſtitutionis fraudem) acceſſum in domibus alienis, ſi verò in turpitudine ſua perſtiterint, & hoc Decani diſſimulantes ad notitiam Prælatorum ſuorum non detulerint, ab officio ſuſpendantur, pœna autem eorum qui publicè focarias tenent, hæc erit, vt tanquam infames ab aliorum accuſatione, & à teſtimonio repellantur, ſi non reſipuerint, ab officio & beneficio ſuſpendantur.

Ex Concil. in Dalmatiæ & Diocliæ Regnis, ſub Innocentio III. an. 1199.

1. Sacerdotes & Diaconi ante ſuſceptum officium niſi eorum Coniuges in manu Epiſcopi votum fecerint continentiæ, vxores habentes, cum ipſis maneant, & Eccleſias dimittant, &c. Qui verò poſt ſuſceptum Sacerdotij vel Diaconatus honorem, adulteras potius quàm vxores accepiſſe probantur niſi eas dimiſerint, & dignam egerint pœnitentiam, ab officio & beneficio Eccleſiaſtico fiant penitus alieni.

Ex Concil. Londinenſi ſub Innocentio III. anno 1200.

10. Vide Conc. Lateran. an. 1179 C. 11.

Ex Conc. Lateran. vniuerſ. 12. ſub Innoc. III. anno 1215.

12. Clerici qui deprehenſi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis aut minus peccauerint; puniantur ſecund. Canonicas ſanctiones, &c. Qui autem ſecund. regionis ſuæ morem non abdicarunt copulam coniugalem ſi lapſi fuerint grauius puniantur cum legitimo matrimonio poſſint vti.

Ex Concil. Oxonienſi ſub Honorio III. anno 1222.

45. Ne Clerici beneficiati, vel in ſacris Ordin. conſtituti, in hoſpitiis ſuis tenere publicè concubinam præſumant, nec alibi cum ſcandalo acceſſum habeant ad eaſdem.

46. Si fortè concubinæ eorum, poſt monitionem ab eis non receſſerint, ab Eccleſiis Dei expellantur, & ſi nec ſic duxerint abſtinendum excommunicentur, & tunc demum contra eos inuocetur brachium ſæculare, ipſos autem Clericos per ſubtractionem officij & beneficij, Canonica admonitione præmiſſa, volumus coërceri. Si concubinis ſuis aliquid relinquant in teſtamento ſuo, illud arbitrio Epiſcopi conuertatur in vſum Eccleſiæ in qua rexit defunctus.

Ex Concil. Germanico ſub Honorio III. anno 1225.

1. Clerici continenter & caſtè viuere ſtudeant vniuerſi, & maximè in Ordinibus ſacris conſtituti.

2. Si quis Clericorum deinceps fuerit deprehenſus incontinentiæ vitio laborare detinendo concubinam, niſi poſt admonitionem Canonicam illam à ſe prorſus expulerit, ex tunc tam beneficio quàm & officio ſpolietur, ſi verò nec ſic emendauerit, anathemate feriatur; qui verò concubinas vſque ad hæc tempora publicè tenuerunt, ſi Canonici fuerint, 40. diebus in Clauſtris ſuis in Quadrageſimali cibo ieiunent, &c. Qui verò remotas reſumere præſumpſerint, decreuimus eos beneficiis eſſe priuatos, &c.

3. De Clericis ruralibus concubinariis expreſſus rigor ſuperius obſeruetur, quorum Archidiaconi ſi eos in iniquitatibus voluerint confouere, aut eorum diſſimulare exceſſus, ſciant ab officio ſe ſuſpenſos.

5. Sub anathemate prohibemus ne de cætero Clerici gratia teſtandi abutentes, cùm de rebus Eccleſiæ nullum poſſint condere teſtamentum, fructus beneficiorum Eccleſiaſt. ſpuriis ſuis vel concubinis ſuis dimittant.

Ex Concil. Londinenſi ſub Gregorio IX. anno 1237.

15. Multi matrimoniis contractis clandeſtinè retinere cum vxoribus Eccleſias & Eccleſiaſt. beneficia adipiſci, de nouo promoueri ad ſacros Ordines contra ſtatuta ſacrorum Canonum, non formidant, &c. Si repertum fuerit aliquos taliter contraxiſſe, & ab Eccleſiis, & Eccleſiaſt. beneficiis, quibus tàm eos quàm quoſlibet vxoratos fore decernimus ipſo iure priuatos remoueantur omnino; & ſi quæ bona poſt huiuſmodi matrimonium, qualitercumque quæſita fuerint, per ipſos vel ſubmiſſas perſonas, de bonis eorum, ea nequaquam filiis vel vxoribus huiuſmodi, ſed Eccleſiis quas tenuerunt, vel in quibus habuerunt beneficia protinus applicentur, ipſi quoque filij ad Eccleſias & Eccleſiaſtica beneficia, & Eccleſiaſt. Ordines inhabiles, nullatenus admittantur, niſi cum eis, exigentibus eorum meritis, fuerit canonicè diſpenſatum.

16. Niſi Clerici & maximè in ſacris Ordin. conſtituti, qui in domibus ſuis vel alienis, publicè detinent concubinas, eas à ſe prorſus remoueant infrà menſem ipſas vel alias nullatenus detenturi, ab officio ſint ſuſpenſi, & vſquequo ſatisfecerint, de beneficiis Eccleſiaſt. nullatenus ſe intromittant, &c. Eccleſiarum Prælati de nefario coitu procreatus, in beneficiis quæ Patres eorum quocumque titulo tenuerunt, in totum vel in partem quocumque colore vel fraude inſtituere, vel vtcumque admittere immediatè de cæterò non præſumant. Illos verò qui beneficia huiuſmodi ſunt iam illicitè adepti, eis decernimus fore priuatos.

Ex

Ex Concil. Viennensi sub Clemente IV. anno 1267.

3. Si qui de cætero deprehensi fuerint detinere publicè concubinas, nisi infra mensem se ab eis, & ab eorum consortio separauerint ita quod domibus ipsorum, aut propriis, aut aliis quibuscumque non cohabitent, nec ad illas accedant, ex tunc beneficio Ecclesiastico sint priuati.

Ex Conc. Sabinensi in Hispania sub Ioan. XXII. anno 1322.

7. Quicumque Clerici post duos menses à publicatione constitutionis & monitione huiusmodi in suis Ecclesiis per Archiepiscopos & Episcopos vel eorum Vicarios in Synodis faciendis, concubinas detinuerint, vel dimissas aut alias admiserint, si beneficiati existant, tertia parte fructuum beneficiorum omnium quæ pro illo obtinuerint tempore, ipso facto penitus sint priuati, si verò per alios duos menses sequentes in eodem crimine continuauerint, alia tertia parte fructuum sint priuati, quòd si per alios duos immediatè sequentes menses, in eodem peccato perstiterint reliqua tertia parte fructuum ipsos priuamus, &c. Clerici non beneficiati tam Sacerdotes quàm Diaconi vel Subdiaconi, vel inferiores Cleri i non promoti, qui non erubescunt concubinas publicè tenere, si Sacerdos fuerit Capellaniam amittat, aut temporalem tenere vel habere non possit, & vsque ad vnum annum, postquam se à prædicto peccato plenè correxerit, ad obtinendum Ecclesiast. beneficium sit inhabilis & indignus; Diaconi & Subdiaconi, ac inferiores Clerici vsque ad annum post correctionem iam dictam, sint ad superiores Ordines inhabiles & ad quæcumque Ecclesiast. beneficia obtinenda; Concubinæ verò publicæ Clericorum careant Ecclesiast. sepultura, &c. Excommunicationi ipso facto decernimus subiacere quemlibet cuiuscumque status aut conditionis existat, necnon vniuersitatem seu communitatem quamlibet interdicto, quæ personam quantuis Ecclesiasticam duxerit compellendam ad recipiendum in concubinam mulierem quamcumque.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

18 Deinceps omnes in sacris Ordinibus existentes, vel etiam in minoribus beneficiati, vel ad Religionem aliquam Deo spontè oblati, tenentes notoriè concubinas, pœnis infrà scriptis ipso facto subiaceant, vt videlicet si habuerint beneficia sæcularia, vel regularia Officia, aut administrationes vel dignitates nisi infrà duos menses penitus à se remouerint, ipso iure intelligantur suis beneficiis & officiis priuati, si verò beneficiati non fuerint, sint ipso iure inhabiles ad quæcumque beneficia Ecclesiastica assequenda.

Ex Concilio Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

9. Quicumque Clerici in sacris constituti seu beneficiati, si post duos menses postquam super hoc moniti fuerint concubinam, &c. Vide Conc. Sabin. 1322. C. 7.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. ann. 1528. De Fide.

8. Vide Confessiones fidei Catholicæ.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

15. Sacerdotes castè continenterque viuant, Sacerdotes concubinatij incontinenterque vitam agentes, Canonum pœnis in ordinem redigantur.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

10. Sacerdos, Diaconus, & Subdiac. fornicationis, adulterij aut familiaritatis conuictus; remota prorsus concubina ab officio suspendatur, & beneficij fructibus ad certum tempus pro scandali grauitate priuetur, incorrigibilis factus beneficium amittat, concubinæ autem Clericorum excommunicentur, cæteris verò Clericis infrà Subdiaconatum constitutis, & Ecclesiastico beneficio præditis eadem priuationis fructuum pœna infligatur, & à ministerio si quod in Ecclesia habuerint repellantur, & cum his omnibus nullas feminas, nisi aut sanguinis necessitudine iunctas, aut annorum quadragenario numero maiores, aut saltem suspicione carentes liceat cohabitare.

Ex Concilio Treuirensi sub Paulo III. anno 1548.

2. 3. In concubinatu deprehensi illicò mandati contra concubinarios editi vigore omnibus Ecclesiæ bonis spolientur, scorta verò ab eorum ædibus longissimè pellantur.

4. Si qua verò abiectarum in ead. Parochia in qua Ministro Altaris adglutinata fuit, hæreditariam domum habeat, cum Synodi authoritate ad suos parentes commigret, & de priore conuersatione pœniteat.

5. Si qui autem relegatas concubinas euidentibus indiciis, & fide dignis testimoniis clàm seu palàm reuisisse, adusque conuicti fuerint, illos Synodi sententia, ipso facto officiis & beneficiis priuatos esse decernimus, præuaricatrices verò extra hæreditarias ædes exterminandas edicimus.

11. Clericis concubinariis præcipimus, nullo Ecclesiastici Ordinis gradu aut statu excepto, vt infrà 9. dies se ab omni concubinatu, imò concubitus atque incontinentiæ suspicione omninò abdicent. &c. Erunt autem ij nouem dies in singulas triades peremptorias, atque Canonica admonitione illis indulti, quo sint mouendi exuendique spatium.

Ex Concil. Colonien. 2 sub Paulo III. an. 1549. Censura contra abusus.

3. Sacerdotes & Clerici beneficiati qui concubinas vel feminas de incontinentia suspectas apud se detinent, suspensionem ab officio & benefic. incurrant.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. Anno 1549.

101. Ordinarij locorum Clericos concubinarios corrigant atque emendent, easque mulieres quæ citra scandalum atque offendiculum retineri non possunt

possint extra viciniam, ne commercij facultas aut suspicio remaneat, amoueri procurent.

Ex Concil. Tridentino Generali 18. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 23. De Reform.

13. Subdiaconi, & Diaconi ordinentur qui sperent Deo authore se continere posse.

CLERICORVM MORES.

Vide Vsura.

Ex Canon. Apost. Clementis I. an. 93. & Epitome Adriani I. anno 773.

7. Episcopus, aut Presbyter aut Diacon. nequaquam sæculares curas assumat sin aliter deiiciatur.
20. Clericus fideiussor abiiciatur.
26. Clerici in fornicatione periurio vel furto cepti deponantur, non tamen excommunicentur.
37. Clerici si populum non erudierint vt legitimè Episcopo obediant, si ad illos venire noluerint excommunicentur.
43. Subdiaconus aut Lector aut Cantor, aleæ atque ebrietati deseruiens aut desinat, aut communione priuetur.

Ex Concil. Affricano I. sub Stephano I. anno 257.

1. Diaconus ille quem Rogatianus de proteruiis & conuitiis sibi illatis coram Patribus Concilij denunciauit, aut abstineatur aut nisi peccatum emendauerit omnino deponatur, idem de reliquis proteruis & contumeliosis Clericis constitutum esse volens.

Ex Concil. Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

19. Vide Episcoporum mores.
27. Quilibet Clericus aut sororem aut filiam virginem dicatam Deo tantum secum habeat, extraneam nequaquam.

Ex Conc. Neocæsariensi sub Siluestro I. an. 314. & Epitome Adriani I. anno 773.

9. Clericus cum adultera vxore viuens deiiciatur.

Ex Concil. Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

36. Vide superstitiosi.
54. Non oportet Ministros Altaris in nuptiis vel conuiuiis aliqua spectacula contemplari, sed priusquam ingrediantur thymelici, surgere & secedere.
55. Non oportet Ministros Altaris vel quoslibet Clericos, vel etiam Laicos Christianos ex Symbolis (quæ vulgus commensalia appellat) conuiuia celebrare.

Ex Concil. Romano 2. sub Siluestro I. anno 324.

4. Si quis de Clero vel Presbyteris vniuersi loci transeat de hoc mundo si neminem de sua generositate habeat consortem, quidquid paupertas eius habeat, conferat Ecclesiæ & exinde 4. partes fiant. Vide Ecclesiast. bona.

16. Nemo Clericus vel Diaconus aut Presbyter propter causam, suam quamlibet intret in Curiam, quoniam omnis Curia à cruore dicitur, & immolatio simulachrorum est, quod si quis Clericus in Curia introierit, anathema suscipiat, nunquam rediens ad Matrem Ecclesiam, à communione autem non priuetur propter tempus turbidum.

Ex Concil. Niceno Generali I. sub Siluestro I. anno 325. Editionis Arabica.

26. Nullus Clericus pro aliquo spondeat, neque testimonium contra illum in causa criminali dicat, neque de ea coram Rege agat, nec ad ea se ingerat quæ ad se non pertinent, neque seminet dissidia inter fideles, qui hoc commiserit eiiciatur ex Clericatu, & prohibeatur communione fidelium.

Ex Concil. Romano 3. sub Siluestro I. anno 325.

2. Nulli omnino Clerico licet causam quamlibet in publico examinare, nec vllum Clericum ante Iudicem Laicum stare.

Ex Concil. Carthaginensi sub Iulio I. anno 348.

6. Qui seruiunt Deo, & annexi sunt Clero non accedant ad actus seu administrationem, vel procurationem domorum.

Ex Concil. Carthaginensi 3. sub Siricio; anno 397.

14. Vt Episcopi vel Clerici suos filios à sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint & ætate securi, vt possint ad eos iam propria pertinere peccata.
15. Ne Clerici sint conductores vel procuratores, nec vllo turpi negotio victum quærant.
27. Vt Clerici edendi vel bibendi causa, tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

Ex Concil. Carthaginensi secund Gratianum.

4. Si quis Clericus aut Monachus verba scurrilia, ioculatoria, risumque mouentia loquitur, acerrimè corripiatur.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, ann. 398.

44. Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat.
45. Clericus professionem suam, & in habitu, & in incessu probet, & nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat.
47. Clericus per plateas & andronas, nisi certa & maxima officij sui necessitate non ambulet.
48. Clericus qui non pro emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur.
51. Clericus quantumlibet verbo Dei eruditus, artificio honesto victum & vestitum quærat.
52. Clericus victum & vestimentum sibi artificiolo vel agricultura absque officij sui detrimento paret.
53. Omnes Clerici qui ad operandum validiores sunt & artificiola & litteras discant.
54. Clericus inuidens fratrum profectibus donec in vitio est, non promoueatur.

56. Clericus

56. Clericus qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenditur ab officio degradetur.

57. Clericus maledicus maximè io Sacerdotibus cogatur ad postulandum veniam, si noluerit degradetur, nec vnquam ad officium absque satisfactione reuocetur.

59. Discordaotes Clericos Episcopus vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat, inobedientes Synodus per audientiam damnet.

60. Clericum scurrilem & verbis turpibus ioculatem ab officio retrahendum.

62. Clericum inter epulas cantantem, excommunicationis sententia coërcendum.

Ex Concil. Andegauensi sub Leone I. anno 453.

5. Si qui Clerici in tradendis vel capiendis Ciuitatibus interfuisse fuerint defecti, non solum à commuoione habeantur alieni, sed oe cooiuiuiorum quidem admittantur esse participes.

8. Clerici qui relicto Clero se ad secularem militiam, & ad Laicos contulerint, non iniustè ab Ecclesia quam reliquerant amouentur.

Ex Concil. Venetico sub Leone I. anno 453.

11. Presbyteri, Diaconi atque Subdiaconi, vel deinceps quibus ducendi vxores licentia oon est, etiam alienarum nuptiarum euitent conuiuia, ne his cœtibus misceantur, vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obscœni motus corporis choreis & saltibus efferuntur; ne auditus & obtutus sacris mysteriis deputaó, turpium spectaculorum atque verborum contagio polluantur.

13. Ante omnia à Clericis vitetur, ebrietas quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix est, eum autem quem ebrium esse constiterit, aut 30. dierum aut corporali subdendum supplicio.

Ex Concil. Turonico sub Simplicio, anno 482.

2. Si quis lo omni officio Clericali Deo mutilans ab ebrietate se non abstinet secund. status sui ordinem, competens in eum vindicta tribuatur.

3. Si quis Clericus post ioterdictum Episcopi sui illicitis familiariiaóbus extranearum feminarum voluerit inhærere, à communione habeatur alienus.

5. Si quis Clericus relicto officij sui ordine Laicam voluerit agere vitam, vel se militiæ tradiderit, excommunicaóonis pœna feriatur.

13. Ne quis Clericus qui negotiandi studium habere voluerit vsuras accipiat.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

2. Cootumaces Clerici ab Episcopis corrigantur, & si qni prioris gradus elati superbia, communionem fortasse contempserint, aut Ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, peregrioa eis communio tribuatur, ita vt cùm eos pœnitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum, dignitatemque suscipiant.

5. Si quis Clericus furtum Ecclesiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur.

10. Nullus Clericorum extraneæ molieri qualibet collatione aut familiaritate coniungatur, & non solum in domo illius extranea mulier non accedat; sed nec ipse frequentandi extraneam mulierem habeat potestatem, sed cum matre tantum sorore, filia aut nepte si habuerit aut voluerit, viuendi liberam habeat potestatem.

11. Ancillas vel libertas à cellario vel à secreto ministerio, & ab eadem mansione io qua Clericus maoet placuit remoueri.

12. Placuit etiam vt omnes Ecclesiæ filij (exceptis diebus Dominicis) in quadragesima, etiam die Sabbato sacerdotali ordinatione, & distinctionis comminatione ieiunent.

20. Clerici qui comam nutriunt ab Archidiacono (etiam si noluerint) inuiti detondeantur, vestimenta etiam vel calceamenta eis, nisi quæ religionem deceant, vó aot habere non liceat.

41. Ante omnia Clericis vitetur ebrietas, & eum quem ebrium fuisse constiterit, aut 30. dierum spatio communione statuimus submouendum, aut corporali subdendum supplicio.

55. Vide Episcoporum mores.

70. Clericum scurrilem & verbis turpibus ioculatorem ab officio retrahendum.

Ex Concil. Aurelianensi sub Symmacho, anno 507.

31. Vide Episcoporum mores.

Ex Concil. Epannensi sub Symmacho, anno 509.

3. Vide Episcoporum mores.

13. Si quis Clericus in falso testimonio conuictus fuerit, reus capitalis criminis censeatur.

20. Episcopo, Presbytero, & Diacono, vel diuersis Clericis, horis indebitis, id est meridianis vel vespertinis, ad feminas prohibemus accessum, qui tamen si causa fuerit, cum Presbytero aut Clericorum testimonio videantur.

22. Si Diaconos aut Presbyter crimen capitale commiserit, ab Officij bonore depositus, in Monasterium retrudatur, ibi tantummodo quamdiu vixerit communionem sumendo.

Ex Concil. Tarraconensi sub Hormisda, anno 517.

1. Vide mulieres.

2. Quicumque in Clero esse voluerit emendi vilius, vel vendendi carius studio non vtatur.

3. Si quis Clericus solidum in necessitate præstiterit, hoc de vino vel frumento accipiat, quod mercandi causa tempore statuto decretum fuerit venundari, cæterum si speciem non habuerit necessariam, ipsum quod dedit sine vllo augmento recipiat.

10. Ne quis Sacerdotum, vel Clericorum, more secularium ludicum audeat accipere pro impensis patrociniis munera, nisi fortè in Ecclesia oblata gratuita, quæ non fauore muneris videantur accepta, sed collatione deuotionis illata.

Ex Concil. Ilerdensi sub Ioanne, anno 524.

1. Qoi Altario ministrant, & Christi Corpus & Sanguioem tradunt, vel vasa sacro officio deputata contrectant, vt ab omni humano sanguine, etiam hostili se abstineant, quod si io hoc inciderint, duobus annis tàm officio quàm communione Corporis Domini

mini priuentur, ita vt his duobus annis, vigiliis, ieiunus, orationibus, & eleemosynis pro viribus quas Dominus donauerit expientur, & ita demum officio vel communioni reddantur, ea tamen ratione ne vlterius ad officia potiora prouchantur.

2. Vide Adulterium.

5. Hi qui Altario Dei deseruiunt, si subitò in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente dignè pœnituerint, &c. Maneat in potestate Pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab Ecclesiæ corpore segregare, ita tamen vt sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia vlterius promoueri, quod si iteratò velut canes ad vomitum reuersi fuerint non solum dignitate officij careant, sed etiam sanctam communionem nisi in exitu non percipiant.

15. Familiaritatem extranearum feminarum licet ex toto SS. Patres antiquis monitionibus præceperint Ecclesiis euitandam, id nunc tamen nobis visum est, vt qui talis probabitur, si post primam & secundam commonitionem se emendare neglexerit, donec in vitio perseuerat, officij sui dignitate priuetur.

Ex eod. Concil. secund. Burchardum.

10. Clerici qui deprehensi vel capti fuerint publicè in periurio, furto, atque fornicatione & cæteris huiusmodi criminibus secundum sacrorum Canonum instituta, à gradu proprio deponantur. Qui autem de prædictis viris per occultam confessionem, mala à se absconsè commissa coram oculis Dei, præsente etiam Sacerdote qui eis indicturus est pœnitentiam confitentur, & semetipsos grauiter deliquisse accusant, si veraciter pœnituerint, & se per ieiunia & eleemosynas, vigiliasque, atque sacras orationes cum lachrymis purgare certauerint, his etiam gradu seruato spes veniæ de misericordia Dei promittenda est.

Ex Concil. Toletano sub Bonifacio II. anno 531.

2. A pueris in domo Ecclesiæ educatus, qualibet occasione propriam relinquens Ecclesiam, ad aliam transire non præsumat, &c.

3. Nullus Clericorum à gradu Subdiaconatus & suprà, in consortia familiaritatis habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam, sed si sint ei eiusmodi seruitia, matri vel sorori, vel alij propinquæ contradat, & quidquid suis manibus perfecerit, proprio Domino deferatur, aut si propinquitas memorata deest, alterius domus adhærentis habitaculum requiratur, dummodo nulla occasio introeundi domum Clerici feminæ permittatur; quisquis deinceps eorum consortio frui voluerit, nouerit se non solum à Clericatus officio retrahi vel Ecclesiæ foribus expelli, sed etiam omnium Catholicorum vel Laicorum communione priuari nulla prorsus vel colloquij consolatione relicta.

Ex Concil. Aurelianensi 2. sub Siluerio, anno 536.

9. Nullus Clericorum sine permissione Episcopi sui cum sæcularibus habitare præsumat, quod si fecerit ab officij communione pellatur.

Ex Concil. Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

4. Ne quis Antistitum, Clericorumque omnium licentiam habeat intra domum suam, vllam absque his propinquis mulieribus quas priores Canones eloquuntur, habere personam, quibus etiam his specialiter inhibetur, vt si quis Clericorum suspicionem aduersam ad obloquutionem populi de muliere quacumque fortassis incurrerit, eam statim si intra domum habet abiiciat, &c. Quod si vitare noluerit, triennis excommunicatione mulctetur, quod si adulterij permixtio fuerit approbata, in regradatione honorum priorum Canonum statuta seruentur.

7. Si quis Clericus adulterasse aut confessus fuerit aut conuictus, depositus ab officio communione concessa, in Monasterio toto vitæ suæ tempore retrudatur.

8. Si quis Clericus furtum aut falsitatem admiserit, communione concessa ab ordine regradetur, &c. Si quis Clericus in causisque sub iureiurando finiendæ sunt, præbuerit iuramenta, & post rebus euidentibus detegitur peierasse, biennium temporis excommunicatione pellatur.

Ex Concil. Barcinonensi sub Vigilio, anno 540.

3. Vt nullus Clericorum comam nutriat aut barbam radat.

Ex Concil. Aruernensi sub Vigilio, anno 541.

15. Episcopus, Presbyter, atque Diaconus tàm sancta conscientia resplendeant, vt effugiant probitate actuum maledicorum obloquia, &c. *Sic luceat lumen vestrum*, &c.

16. Auctoritate Canonica sanximus vt fugiatur ab his extranea mulierum culpanda libertas, & tantùm cum auia, matre, sorore, vel nepte, si necessitas compulerit, habitent.

Ex Concilio Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

23. Vt seruis Ecclesiæ vel Sacerdotum prædas & captiuitates exercere non liceat.

Ex Concilio Turonensi 2. sub Ioanne III. ann. 570.

10. Nullus deinceps Clericorum pro occasione necessitatis faciendæ vestis, aut causa ordinandæ domus extraneam mulierem in domo sua habere præsumat.

11. Nullus Clericorum non Episcopus, non Presbyter, non Diaconus, non Subdiaconus quasi sanctimonialem aut viduam, vel ancillam propriam pro confirmatione rerum in domo sua stabilire præsumat, quæ & ipsa extranea est dum non est mater, aut soror, aut filia.

15. Nullus Sacerdotum aut Monachorum colligere alium in lecto suo præsumat.

Ex Concil. Matisconensi 1. sub Pelagio II. anno 582.

1. Sancimus vt ab Episcopis, Presbyteris atque Diaconis fugiatur extranearum mulierum, &c.

Vide

Vide Concilium Aruernenense, 541. C. 16.

5. Nullus Clericus sagum aut vestimenta, aut calceamenta, nisi quod religionem deceat, induere præsumat, quod si post hanc definitionem Clericus, aut cum indecenti veste aut cum armis inuentus fuerit, à Seniore ita coerceatur, vt 30. dierum inclusione detentus, aqua tantum & modico pane diebus singulis sustentetur.

Ex Concil. Narbonensi sub Pelagio II. anno 589.

1. Nullus Clericorum vestimenta purpurea induat, quæ ad iactantiam pertinent mundialem; non ad religiosam dignitatem.

3. Nullus Clericus, Subdiac Diaconus vel Presbyter in plateis resideat, quod si quis facere præsumpserit, repellendum omnino ab officio, si non emendauerit, & à communione & ab officio priuetur.

5. Concinnabula (seu Conciliabula) vel coniurationes, (seu Conniuationes) non fiant Clericorum, quæ sub patrocinio solebant fieri Laicorum, nec vnusquisque de inferiore gradu, seniorem sibi, elatus aut increpet aut iniuriet; quod si quis ausus fuerit facere, districtione sæuissima corrigatur, vt anno vno in monasterio sciat abiicere superbiam, vnde inflatur, quod est Diabolus.

7. Quicumque Clericorum à maximo vsque ad infrà contra S. Ecclesiæ vtilitatem agere, tractare; vel conari fuerit repertus, meritò deiiciatur, &c.

Ex Concil. Hispalensi sub Gregorio I. anno 590.

3. Si Presbyter, Diaconi vel Clerici consortia extranearum feminarum, vel ancillarum familiaritatem per Sacerdotij sui admonitionem à se minus remouerint, sæculi Iudices easdem mulieres cum voluntate & permissu Episcopi comprehensas in suis lucris vsurpent, dato tamen ab eisdem Iudicibus Sacramento Episcopo, vt eas Clericis nulla arte restituant, quod si restituerint ipsi Iudices sententia excommunicationis feriantur.

Ex Concil. Antisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

33. Non licet Presbitero nec Diacono ad trepalium vbi rei torquentur stare.

34. Non licet Presbytero in Iudicio illo sedere, vnde homo ad mortem tradatur.

40. Non licet Presbytero inter epulas cantare vel saltare.

41. Non licet Presbytero nec Diacono quemquam inscribere, sed in vice sua, si causam habuerit, aut fratrem, aut quemcumque sæcularem roget.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

2. Si qui Clerici rebellionis ausu Sacramentis se aut Scripturæ coniuratione constrinxerint, atque insidias Episcopo sua callida allegatione confecerint, si admoniti emendare contempserint gradu proprio omnino priuentur.

Ex Conc. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

20. Inoffensos & immaculatos Dei existere Sacerdotes, nec vllo eos fornicationis contagio pollui, sed castè viuentes semetipsos celebrandis exhibeant Sacramentis.

22. Placuit vt quemadmodum Antistites ita Presbyteri atque Leuitæ quos fortè infirmitas aut ætatis grauitas in conclaui Episcopi manere non sinit; vt iidem in cellulis suis testes vitæ habeant.

23. Si qui in Clero puberes aut adolescentes existunt, omnes in vno conclaui atrij commorentur, vt lubricæ ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis Ecclesiast. agant, deputati probatissimo Seniori, quem & magistrum disciplinæ & testem vitæ habeant, &c. Qui autem his præceptis resultauerint, Monasteriis deputentur, vt vagantes animi & superbi, seueriori regula distringantur.

41. Cum Clericis extraneæ feminæ nullatenus habitent, nisi tantum mater, soror, &c.

44. Clerici qui in quacumque seditione arma volentes sumpserint, vel sumpserint, reperti, amisso Ordinis sui gradu in Monasterium pœnitentiæ contradantur.

45. Si quis Clericus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus, opottet canonibus in tali scelere proditum à Clericatus Ordines submoueri, & pœnitentiæ triennio deputari.

Ex Concil. Toletano 7. sub Theodoro, anno 646.

1. Quisquis in Ordine Clericatus à maximo gradu vsque ad minimum constitutus, in alienæ gentis Regionem se quocumque occasione transduxerit, vt exinde superbiendo, vel creditum suum, vel quodlibet aliud videatur expetere, siue etiam quo genti Gottorum vel Patriæ vel Regno specialiter sub hac occasione possit nocere, vel fieri disposuerit, vel aliquatenus fecerit, quisquis hoc fecisse dignoscitur; iste ita indubitanter omni honoris sui gradu priuetur, vt locum eius in quo ministrauerat, alter continuò regendum accipiat, ipse verò transgressor sub pœnitentia constitutus si reminiscens aliquod fecerat, vsque in diem mortis suæ rectissimè pœnituerit, in solo tantum fine communio ei danda est.

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

3. Si quis Episcopus, Presbyter aut Diaconus, vel quicumque ex Sacerdotum Cathologo præter personas quæ in ipsis Canonibus continentur, cum qualicumque extranea muliere familiaritatem habere præsumpserit; quæ dedecoris vel adulterij possit afferre suspicionem, ab ordine regradetur.

Ex Concil. Toletano 17. sub Sergio, anno 694. secund. Garsiam.

3. 8. Vide Episcoporum mores.

21. Non oportet Ministros Altaris aut Clericos, magos aut incantatores esse, aut facere quæ dicuntur phylacteria, hos autem qui talibus vtuntur proiici ab Ecclesia iussimus.

22. Seditionarios nunquam ordinandos Clericos, sicut nec vsurarios vel iniuriarum suarum vltores.

24. Clericum scurrilem & verbis turpibus ioculatorem ab officio retrahendum.

Ex Concil. Romano sub Gregorio II. anno 721.

17. Si quis ex Clericis relaxauerit comam anathema sit.

Ex Concil. Ratisponensi sub Zacharia. anno 742.

4. Falsos Presbyteros & adulteros vel fornicatores, Diaconos & Clericos de pecuniis Ecclesiarum abstulimus & degradauimus, & ad pœnitentiam coëgimus.

5. Seruos Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare, aut in exercitum, vel hostem pergere prohibuimus omnino, nisi illos tantum qui propter diuinum Mysterium, Missarum scilicet solemnia adimplenda, & Sanctorum patrocinia ad hoc electi sunt.

6. Venationes & syluaticas vagationes cum canibus omnibus seruis Dei interdiximus, & vt accipitres & falcones non habeant.

13. Vide Luxuria.

14. Decreuimus vt Presbyteri vel Diaconi, non sagis Laicorum more sed casulis vtantur ritu seruorum Dei.

Ex Concil. Romano sub Zacharia, anno 743.

3. Vt Episcopus, Presbyter & Diaconus sæculari indumento minimè vtantur, nisi vt condecet tunica Sacerdotali, sed nec dum ambulauerit in Ciuitate, aut in via, aut in plateis, sine operimento præsumat ambulare, præter si in itinere longo ambulauerit, quia sicut mulier orans in Ecclesia non velato capite deturpat caput suum, ita Sacerdos sine operimento deturpat suum Sacerdotium.

8. Si quis Clericus aut Monachus comam laxare præsumpserit, anathema sit.

Ex Concil. Vermeriensi sub Stephano II. anno 752.

16. Ne Clerici arma gerant.

Ex Concil. Metensi sub Stephano II. anno 753.

8. De Ecclesiasticis viris qui se reclamare ad Palatium veniunt.

Ex Concil. Nicæno 2. vniuers. 7 sub Adriano I. anno 787.

10. Omnis luxus & ornatus corporeus est à Sacerdotali statu alienus. Episcopus Ergo vel Clericus qui se splendidis & insignibus vestibus exornant, corrigere oportet, sin autem permaneant supplicio tradi, similiter & eos qui sunt vnguento delibuti.

Ex Concil. Foroiuliensi sub Adriano I. anno 791.

3. Placuit vt sobriè, piè, castéque iuxta Apostolum viuentes, fugiamus turpis lucri gratiam, vt in Ecclesiast. Canone sententialiter constat decisum, aut cessare ab huiusmodi vitij ingurgitatione, aut certè perseuerantes honoris iactura periclitari debere.

4. Nullus patiatur subintroductas mulieres secum in domo propria habere, vel priuatè cum eis cohabitantes conuersari, & quamquam de quibusdam inhonesta carentibus suspicione, Clementius aliquo modo in Concil. Nicæno legatur indultum, nos tamen omnes omnino nunc necessarium vetare prospeximus, eo quod experimento didicerimus, illarum velamento, aliàs licentius ad eos aditum veniendi perditionis causam habuisse, non autem vetamus quempiam, sed potius adhortamur pauperibus personis iure sibi cognationis coniunctis benefacere, sed ab eis segregatæ in suis degentes domiciliis perseuerent.

5. Vt sæcularia vltra modum mensuræ nulli liceat exercere, ait enim Apost. nemo militans Deo implicet se negotiis sæcularibus vt ei placeat cui se probauit.

6. Placuit vt eas prorsus mundanas dignitates quas sæculares viri, vel Principes terræ exercere solent, in venationibus scilic. vel in Canticis sæcularibus aut in resoluta & immoderata lætitia, in lyris, & tibiis, & his similibus lusibus, nullus sub Ecclesiast. Canone constitutus audeat abuti, nisi fortè si in Hymnis & spiritualibus Canticis delectatur, de sacris videlicet Scripturarum voluminibus dignè honestéque compositis vtatur.

Ex Concil. Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

9. Presbyteri & Diacones in omnibus sui Episcopi vestigia sectentur, & in bonorum morum probitate, quæ Episcopo sunt obseruanda, eadem & sibi obseruanda esse cognoscant.

23. Canonici & Clerici Ciuitatum qui in Episcopiis conuersantur, in Claustris habitantes, simul omnes in vno dormitorio dormiant, simulque in vno reficiantur refectorio, quo facilius possint ad horas Canonicas celebrandas occurrere, ac de vita & conuersatione sua admoneri & doceri, victum & vestimentum iuxta facultatem Episcopi accipiant.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

9. Canonici Clerici canonicè viuant, obseruantes diuinæ Scripturæ doctrinam, & documenta sanctorum Patrum, & nihil sine licentia Episcopi sui vel Magistri eorum agere præsumant, in vnoquoque Episcopatu, & vt simul manducent & dormiant, &c. Et in suo claustro maneant, & singulis diebus manè primò ad lectionem veniant, & audiant quid eis imperetur, ad mensam verò lectionem similiter audiant.

10. Clerici à vulgari vita seclusi, à mundi voluptatibus sese abstineant non spectaculis, non pompis intersint, conuiuia inhonesta & turpia fugiant, &c. Vsuris nequaquam incumbant amorem pecuniæ quasi materiam cunctorum criminum fugiant, sæcularia officia negotiaque abiiciant, odium, æmulationem, obtrectationem atque inuidiam fugiant, non vagis oculis, non infreni lingua aut petulanti, tumidoque gestu incedant, sed pudorem ac verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant, obscœnitatem verborum sicut & operum execrentur viduarum ac virginum visitationes frequentissimas fugiant, contubernia feminarum

minarum nullatenus appeant, postremò in doctrina, in Lectionibus, Psalmis, Hymnis, & Canticis exercitio iugi incumbant.

14. Ministri Altaris Domini, vel Monachi, à sæcularibus negotiis omnino abstineant, cuiusmodi sunt turpe lucrum, munera iniusta accipere, vel etiam dare, contentiones & lites, vel rixas amare, in placitis sæcularibus disputare, (excepta defensione orphanorum aut viduarum) conductores aut procuratores esse sæcularium rerum, turpis verbi vel facti ioculatorem esse, vel iocum sæcularem diligere, aleas amare, ornamentum inconueniens proposito suo quærere, in deliriis viuere velle, gulam & ebrietatem sequi, pondera iniusta vel mensuram habere, negotium iniustum exercere (non tamen iustum negotium est contradicendum propter necessitates diuersas) canes & aues sequi ad venandum, in omnibus quibuslibet sit causis, superfluum est.

17. Nos qui relinquimus sæculum id modis omnibus obseruare volumus, vt arma spiritualia habeamus, sæcularia dimittamus, Laicis verò qui apud nos sunt arma portare non præiudicemus, quia antiquus mos est & ad nos vsque peruenit.

Ex Concil. Romano sub Eugenio II. anno 826.

11. Ne Sacerdos aliquo ludo delectetur.

12. Vt Sacerdotes fœnoris aliquid aut rustica ministeria non exerceant.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

8. Vide Presbyteri.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

37. Vt quicumque ex Clero esse videntur arma militaria non sumant, nec armati incedant, sed professionis suæ vocabulum religiosis moribus & religioso habitu præbeant, quod si contempserint, tanquam sacrorum Canonum contemptores, & Ecclesiasticæ sanctitatis prophanatores, proprij gradus amissione mulctentur.

Ex Concil. Moguntino sub Leone IV. anno 847.

13. Prouidendum necessariò est vnicuique Episcopo qualiter Canonici viuere debeant necnon & Monachi vt secund. Ordinem Regularem viuere studeant, & vt à negotiis sæcularibus omnino abstineant ad quæ pertinet omnis libido, non solum in immunditia carnis, sed etiam in omni carnali concupiscentia, quidquid plus iusto appetit homo, turpe lucrum, munera iniusta accipere, vel etiam dare pro aliquo sæculari cum quæstu pretio aliquem conducere, contentiones & lites, vel rixas amare, in placitis sæcularibus disputare, &c. Vide Concil. Mogunt. 813. C. 14.

In comessationibus & vinolentiis nimiis incumbere, superfluitatem in quibuslibet rebus nolle fugere, quæ omnia Ministris Altaris interdicimus, ante se iocasæcularia vel turpia fieri non permittere, sed pauperes & indigentes secum ad mensam habere, & lectionem diuinam ibidem audire, & sumere cibum cum benedictione & laude Domini.

15. Si quis ex Clericis laxauerit comam anathema sit.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

10. Vide furtum.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. ann. 855.

1. Presbyteros & Clericos ita viuere oportet, vt subditæ plebi, exemplo suæ conuersationis, proficiant.

Ex Concil. VVormatiensi sub Adriano II. anno 868.

11. 12. Vide forum Ecclesiasticum.

17. Vide Episcoporum mores.

Ex Concil. Metensi sub Stephano VI. anno 888.

3. Nemo Clericorum arma portet vel indumenta Laicalia induat, id est Cottos vel Mantellos sine Cappa non portet, & Laici Cappas non portent.

Ex Concilio Triburiensi sub Formoso, anno 895.

11. Vide Homicidium.

Ex Concilio Augustano sub Ioanne XII. anno 952.

2. 3. Vide Episcoporum mores.

Ex Concilio Rhemensi sub Leone IX. anno 1049.

7. Ne quis Clericorum arma militaria gestaret aut mundanæ militiæ deseruiret.

8. Ne quis Clericus vel Laicus vsuras exerceret.

9. Ne quis Monachus vel Clericus à suo gradu apostataret.

Ex Concil. Coyacensi sub Leone IX. ann. 1050.

3. Presbyteri & Diacones qui ministerio funguntur Ecclesiæ, arma belli non deferant, semper coronas apertas habeant, barbas radant, mulieres secum in domo non habeant nisi matrem aut sororem aut amitam aut nouercam, vestimentum vnius coloris & competens habeant, infrà dextros Ecclesiæ Laici vxorati non habitent, nec iura possideant, &c. Si quis Laicus huius nostræ institutionis violator extiterit anathema sit. Presbyter verò & Diaconus huius institutionis destructor, 60. solidos Episcopo persoluat, & gradu Ecclesiastico careat.

5. Presbyteri ad nuptias causa edendi non eant, nisi ad benedicendum.

Ex Concil Melfitano sub Vrbano II. anno 1090.

3. Nemo ad sacrum Ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo aut probatæ sit castitatis, & qui vsque ad

ad Subdiaconatum vnicam & virginem vxorem habuerit.

13. Sciſſis veſtibus Clericos abuti vlterius prohibemus, & ne pompoſis induantur exuuiis admonemus.

14. Presbyterorum filios à ſacri Altaris miniſteriis remouendos decernimus, niſi aut in Cœnobiis, aut in Canonicis religiosè probati fuerint conuerſi.

Ex Concil. Claramontano ſub Vrbano II. anno 1095.

9. Ne aliquis Clericus arma deferat.

Ex Concil. Pictauienſi ſub Paſchali II. anno 1100.

11. Clerici arma portantes vel vſurarij excommunicentur.

Ex Concil. Londinenſi 2. ſub Paſchali II. ann. 1102.

8. Quilibet Clerici non ſint ſæcularium Præpoſiti vel Procuratores aut Iudices ſanguinis.

10. Veſtes Clericorum ſint vnius coloris, & calceamenta ordinata.

11. Monachi vel Clerici qui ordinem ſuum abiecerunt, aut redeant, aut excommunicentur.

12. Clerici patentes coronas habeant.

Ex Concil. Beneuentano ſub Paſchali II. anno 1108.

2. Clerici veſtimentis ſæcularibus, & pretioſis non vtantur.

Ex Concil. Londinenſi 1. ſub Honorio II. anno 1125.

11. Vſura & turpe lucrum Clericis omnimodis prohibemus.

Ex Concil. Lateran. vniuerſ. 10. ſub Innocent. II. anno 1139.

4. Tam Epiſcopi quàm Clerici in ſtatu mentis, in habitu corporis, Deo & hominibus placere ſtudeant, & nec in ſuperfluitate, ſciſſura aut colore veſtium nec in tonſura, intuentium, quorum forma & exemplum eſſe debent, offendant aſpectum, quod ſi moniti ab Epiſcopis emendari noluerint, Eccleſiaſticis careant beneficiis.

Ex Concil. Rhemenſi ſub Eugenio III. anno 1148.

2. Tam Epiſcopi quàm Clerici neque in ſuperfluitate, ſeu inhoneſta varietate colorum, aut ſciſſura veſtium neque in tonſura intuentium oſtendant aſpectum, quod ſi moniti infra 11. dies non obtemperauerint, Eccleſiaſt. beneficiis priuentur. Epiſcopi verò ſi præfixam pœnam irrogare neglexerint, tamdiu ab Epiſcopali officio abſtineant, donec pœnam conſtitutam Clericis ſibi ſubiectis imponant.

Ex Concil. Turonenſi ſub Alexandro III. anno 1163.

2. Plures Clericorum, commodata pecunia indigentibus poſſeſſionem eorum in pignus accipiunt vſſa ſortem, nullus amodo conſtitutus in Clero, vel hoc vel aliud vſuræ genus exercere præſumat, &c. Qui præſumpſerit Eccleſiaſtici officij periculum patiatur, niſi forte beneficium Eccleſiæ fuerit quod redimendum ei hoc modo de manu Laica videatur.

Ex Concilio Abrincenſi in Normannia ſub Alexandro III. anno 1172.

12. Clerici Iudices non ponantur ad iuriſdictiones ſæcularium poteſtatum adminiſtrandas, qui autem hoc præſumpſerint à beneficiis Eccleſiaſt. arceantur.

Ex Concil. Londinenſi ſub Alexandro III. ann. 1175.

2. Clerici in ſacris Ordinibus conſtituti, edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, nec publicis potationibus interſint, niſi peregrinationis neceſſitate compulſi.

3. His qui in ſacris Ordinibus conſtituti ſunt, iudicium ſanguinis agitare non licet; ſi quis tale fecerit, conceſſi ordinis priuetur officio & loco, &c. Ne quis Sacerdos (ſub anathemate) habeat Vicecomitatum aut præpoſiti ſecularis officium.

4. Clerici qui comam nutriunt, ab Archidiacono etiam inuiti tondeantur, veſtimentis etiam vel calceamentis niſi quæ honeſtatem & religionem deceant eos vti non liceat, qui præſumpſerit excommunicationi ſubiaceat.

10. Quicumque ex Clero, &c. Vide Conc. Melden. an. 845. C. 37.

Ex Concil. Lateran. vniuerſ. 11. ſub Alexandro III. anno 1179.

12. Clerici in Subdiaconatu & ſuprà, & in minoribus quoque ordinibus ſtipendiis Eccleſiaſt. ſuſtententur; coram iudice ſæculari Aduocati in forenſibus negotiis fieri non præſumant, niſi propriam vel Eccleſiæ ſuæ cauſam fuerint proſequuti, aut pro miſerabilibus fortè perſonis quæ proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt, ſed nec procurationes villarum, aut iuriſdictiones etiam ſæculares ſub aliquibus Principibus vel ſæcularibus viris vt Iuſtitiarij eorum fiant, Clericorum quiſquam exercere præſumat, qui præſumpſerit ab Eccleſiaſt. fiat miniſterio alienus, diſtrictius autem decreuimus puniendum ſi Religioſorum quiſquam aliquid prædictorum audeat attentare.

Ex Concil. Eboracenſi ſub Celeſtino III. anno 1194.

10. Clerici qui ab Epiſcopo coronam ſuſceperunt, tonſuram habeant, & coronam quam ſi habere contempſerint, ad hoc, beneficiorum ſi qui habeant, priuatione cogantur, qui verò beneficia non habent per Archidiac. vel Decanos tondeantur inuiti.

19. Suſpectus de crimine per famam communem vel veriſimilia indicia, per Decanum loci admoneatur familiariter tertiò vt ſe corrigat, quod ſi non fecerit, Decanus adiunctis ſibi duobus vel tribus penes quos eius fama laborat, eum corripiat, ſi nec ſic videatur corrigi, dicatur Eccleſiæ, ſcilicet arguatur in Capitulo vt conuictus vel confeſſus canonicè puniatur; Iñcianti ſi conuinci non poterit Canonica purgatio indicatur, ita quod numerum duodenarium non excedat, infra numerum plures paucioreſque poterunt recipi, ſecund. ſtatum perſonæ & quantitatem & qualitatem infamiæ, pro arbitrio iudicantis, &

ſtatim

ſtatim primo die quo paratus eſt, is qui infamia laborat, ſe purgare, purgatio admittatur ne metu vexationis ex dilationibus contingentis, pecunia extorqueatur.

Ex Concil. Londinenſi ſub Innocentio III. anno 1200.

10. Clerici non interſint tabernis & publicis potationibus habeant etiam habitum Clericalem & tonſuram Canonicam Vide Archidiaconus.

Ex Concil. Lateran. Vniuerſ. 12. *ſub Innoc. III. anno* 1215.

15. A crapula & ebrietate omnes Clerici diligenter abſtineant, &c. Vnde illum ab vſum decernimus penitus abolendum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores, & ille iudicio talium plus laudatur qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit, &c. Venationem & aucupationem vniuerſis Clericis interdicimus, vnde nec canes nec aues ad aucupandum habere præſumant, &c.

16. Clerici officia vel commercia ſæcularia non exerceant, maximè in honeſta; mimis, Ioculatoribus, & hiſtrionibus non intendant, & tabernas prorſus euitet niſi fortè in itinere cōſtituti, ad aleas vel taxillos non ludant, nec huiuſmodi ludis interſint, coronā & tonſuram habeant congruentem, & ſe in officiis Diuinis, & aliis bonis exerceant ſtudiis diligenter, clauſa deferant de ſuper indumenta nimia breuitate vel longitudine non notanda, pannis rubeis, aut viridibus necnon manicis, aut ſotularibus cōſutitiis ſeu roſtratis, frænis, ſellis, pectoralibus, & calcaribus de auratis non vtantur, cappas manicatas ad diuinum officium intra Eccleſiam non gerant, ſed nec alibi qui ſunt in Sacerdotio vel perſonatibus conſtituti, niſi iuſti cauſa timoris exegerit habitum transformari, fibulas omnino non ferant, neque corrigias auri vel argenti ornatum habentes, ſed nec annulos niſi quibus competit ex officio dignitatis.

18. Sententiam ſanguinis nullus Clericus dictet aut proferat, ſed nec ſanguinis vindictam exerceat, aut vbi exercetur interſit, nec litteras ſeribat aut dictet pro vindicta ſanguinis deſtinandas, &c. Nullus Clericus Rottaris aut baliſtariis aut huiuſmodi viris ſanguinum præponatur, nec illam chirurgiæ artem Subdiaconus, Diaconus vel Sacerdos exerceant, quæ aduſtionem, vel inciſionem inducit; nec quiſquam purgationi aquæ feruentis vel frigidæ, ſeu ferri candentis ritum cuiuſlibet benedictionis aut conſecrationis impendat.

28. Quidam licentiam cedendi cum inſtantia poſtulantes, ea obtenta cedere prætermittunt, ſed cùm in poſtulatione ceſſionis huiuſmodi, aut Eccleſiarum commodo quibus præſunt, aut ſalutem videantur propriam attendiſſe, ad cedendum eos decernimus compellendos.

42. Ne quis Clericus prætextu Eccleſiaſticæ libertatis ſuam de cætero Iuriſdictionem extendat in præiudicium Iuſtitiæ ſæcularis, ſed contentus exiſtat conſtitutionibus ſcriptis, & conſuetudinibus hactenus approbatis.

56. Vide Decimo.

Ex Concilio Oxonienſi ſub Honorio III. anno 1222.

14. Ne Clerici beneficiati aut in ſacris ordinibus conſtituti, Villarum procurationes admittant, videlicet vt non ſint Seneſcalli, aut Balliui talium adminiſtrationum occaſione quarum, Laicis in reddendis rationibus obligentur, &c Ne etiam litteras Vide Conc. Lateran. vniu. 12. an. 1215. c. 18.

34. Archidiaconi quàm Decani & omnes alij in perſonatibus & dignitatibus conſtituti & omnes Decani Rurales, & Presbyteri decenter incedant, in habitu Clericali, & cappis clauſis vtantur. Idem obſeruent Officiales Epiſcoporum & Archidiaconorum dum fuerint in conſiſtorio.

44. Nec ipſi nec alij Clerici comam nutriant, ſed honeſtè tonſi & coronati incedant, niſi fortè iuſta cauſa exegerit habitum transformare, à crapula quoque & ebrietate & aliis quibus honeſtas eorum deformatur, omnino Clerici ſe abſtineant vigilanter.

Ex Conc. Londinenſi ſub Gregorio IX. anno 1237.

14. In menſura decenti veſtes habeant, & cappis clauſis vtantur in ſacris Ordinibus conſtituti maximè in Eccleſia & coram Prælatis ſuis, & in Conuentibus Clericorum, & vbique in Parochiis ſuis, qui eum animarum cura Eccleſias ſuſceperunt.

Ex Concilio Viennenſi ſub Clemente IV. anno 1267.

1. Miniſtri Eccleſiæ in conuiuiis ſuis modeſtiam & mediocritatem obſeruent, ſuperfluitatem indebitam reſecantes, ebrietatem omnium vitiorum fomitem & nutricem deuitent.

8. Clerici qui vſuras & contractus vſurarios exercere præſumunt, ipſi ſupra hoc in ſacro Conc. præmoniti, à talibus abſtineant, alioquin nos, ipſos excommunicamus in ſcriptis, &c. In anno videl. in Cœna Domini, Aſſumpt. B. V. & in Natiuitate Domini præcipimus per plebanos & maiores ſuos in locis excommunicatos publicè denunciari, Clerici vero beneficiati qui per tempus trium menſium ſententiam excommunicationis ſuſtinere præſumpſerint animo indurato, per ſuos Diœceſanos ſuis beneficiis ſpolientur ſaluis aliis pœnis contra vſurarios editis.

Ex Concilio Saltzburgenſi ſub Gregorio X. anno 1274.

11. Ne Clerici comam nutriant maximè Sacerdotes qui taliter tondeantur, vt pateant eis aures cæteri inferioris ord. Clerici in tonſura non multum diſcrepent ab eiſdem coronam & de ſuper congruentem habeant.

12. Veſtes non deferant niſi clauſas, quas omnimodò prohibemus à latere aperiri, argentatis autem, aut quocunque metallo ordinatis cingulis, fibulis, nodulis in manicis & capiciis non vtantur, ſed nec procedant in publicum niſi circumcincti veſte ſuprema; In pileis ſuffuraturas non habeant, niſi fortè de nigro cendato, vel panno, aut nigra pelle agnina, caudata pilea diſtrictiſſimè prohibemus.

33. Clericus non viator in ſacris Ordinibus conſtitutus, aut Monachus vel Canonicus Regularis, ſi tabernam intrauerit ſine cauſa euidenti, rationabili & honeſta, ibique bibens aut comedens aut in vicino loco ſeruienti tabernæ, vel aliàs publicò aliquantulum moram traxerit, ab officio ſit ſuſpenſus, donec vnum diem in pane & aqua ieiunet, ſi ibidem luſerit ad aleas vel taxillos, ab officio ſit ſuſpenſus donec

 duos

duos dies in pane & aqua ieiunet, sed si his tertio deprebensus aut si suspensus inicceritse diuinis, per sententiam Episcopi priuetur beneficio si quod habet, si non habet pro Episcopi arbitria puniatur.

14. Sacerdos excommunicatione, aut officij suspensione ligatus, si animo indurato præsumpserit prophanare diuina, Episcupali carceri mancipetur, vsque ad expiationem tanti criminis puniendus, & hoc idem in Clerico seu Religioso, in furto vel aliàs in enormi crimine deprehenso ob'eruetur.

15. Qui Clericum vel Monachum pro excessibus suis à Prælato suo rationabiliter captiuatum, præsumpserit fracto carcere liberare, ipso facto excommunicatione sit ligatus, & si possibile fuerit, qui non liberandum liberat, pœnam patiatur & carcerero.

Ex Concil. Rauennatensi sub Honorio IV. anno 1286.

1. Nullus Clericorum nostræ Prouinciæ, quocunque fungatur honore vel statu à Laicis (cùm decorantur cingulo militari, seu nuptias contrahunt) Ioculatores vel histriones transmissos recipiat, seu prouideat aliquid propter victum etiam transeundo, si quis contra fecerit, duplum eius quod dederit Ioculatori vel histrioni, restituere Ecclesiæ a qua beneficium habet, teneatur, per ipsum in vsus pauperum conuertendum.

3. Si quis Clericus de cætero post publicationem huius Conc. inuentus fuerit publicè arma portare absque iusta & manifesta causa, ac licentia sui Diœcesani pro quolibet armorum à suo Prælato Iurisdictionem habente condemnetur in solidos 40. ad minus, &c. Qui autem compertus fuerit habitum, coronam vel tonsuram incongruentem portare notabiliter, pro vice qualibet in 50. solidos condemnetur.

Ex Concilio Herbipolensi sub honorio IV. anno 1287.

4. Vsus tabernarum præterquam in itinere constitutis, & ludos omnibus Clericis & personis Ecclesiasticis præsertim in prælaturis & sacris Ord. constitutis omnino prohibemus, qui contra fecerint in publico, vel alibi laicis præsentibus arbitrio Ordinarij puniantur.

4. Nulla persona Ecclesiast. in dignitate, seu personatu, & in sacris Ordinibus constituta, cum armis vel sine armis hastiludia & torneamenta exerceat sub excommunicatione ipso facto.

5. Si Clerici publicè retinere præsumpserint concubinas vel nouas focarias acquirere earum loco, sint ipsa facto beneficiis priuati.

Ex Concil. Medsolanensi sub Nicolao IV. anno 1287.

4. Aucupium & venatio vniuerso Clero lata excommunicatione interdicitur.

Ex Concil. Saltzburgensi sub Clemente V. anno 1310.

1. Si Clericus non viator in sacris constitutusa,ut Religiosus tabernam intrauerit ad honorandum quempiam amicum, dominum aut quamcumque honorabilem personã, vel impræmeditatè intret oblitus constitutionis seu ex quacumque necessaria vel vtili causa non voluptuosa, ibique biberit, vel comederit, pœna statuti præhabiti non ligetur, hæc tamen moderatio ad lusores non extendatur.

3. Clerici habitum & vitam ioculatorum seu galiardorum aut busonum non assumant, & assumptam deponant infra tres menses, quorum vnum pro 1. alterum pro 2. & 3. pro 3. termino peremptorio assignamus, aliquin careant omni priuilegio Clericali.

Ex Concilio Rauennat. 3. Tempore Interregni anno 1314.

10. Nullus Religiosus vel Clericus portet arma, nec vestimenta alterius coloris quam iure permissi, quæ de super clausa sint, atque talaria; Coronam etiã condecentem portent, quæ scilicet sit rotunda, & ita tonsi sint inferius quod aures pateant, ita quod si in sacris fuerit, aut beneficiatus in Ecclesia Cathedrali vel Collegiata venerabili, secund. condecentiam sui status portet latiorem, alij verò mediocrem vel minorem suis statibus condecentem, capita cooperiant pileo vel birreto vel almutia oblonga ad aures, Laicorum conuiuia non frequentent, in domib. Ecclesiarum studeant habitare Prælati Sacerdotes & alij in dignitatibus, & personatibus constituti, ac Canonici Cathedralium Ecclesiarum in sacris constituti, Sacerdotes & Rectores Ecclesiarum Ciuitatum & suburbiorum, per Ciuitates incedentes decentem habitum portent videl. cappas vel chlamydes. Sacerdotes vero extra Ciuitates & suburbia & aliis in sacris constituti, saltem tabardos talares portent. In Ecclesia vero vtantur cappis nigris, vel saltem coctis albis, loca turpia nullo modo ingrediantur nec tabernas, nisi fortè in necessitate in itinere constituti, pro cibo vel potu vel pro hospitio compellantur intrare tabernas vel merces illicitas aut personas suspectas in Ecclesiis vel domibus Ecclesiarum quæ sint intra claustrum vel ad vsum Clericorum & Ministrorum deputatæ, nullo modo permittant teneri vel commorari, si quis contra aliquod præmissorum fecerit pœnam 10. solidorum Rauennat. incurrat ipso facto, quàm si non soluerit intra mensem, postquam semel monitus fuerit & ipse excommunicatus existat, si verò fuerit Religiosus per mensem ieiunet bis in hebdomada in pane & aqua coràm fratribus, quam pœnam si non inchoauerit infrà mensem vel inchoatam non compleuerit, postquam semel monitus fuerit ipso facto excommunicatus existat.

Ex Concil. Rauennatensi IV. sub Ioanne XXII. anno 1317.

4. Vide Conc. Rauennat. 3. ann. 1314. c. 10.

Ex Concil. Sabinensi in Hispania, sub Ioanne XXII. anno 1322.

6. Nullus Clericus sæcularis vel Religiosus in quacumque dignitate vel officio constitutus, etiamsi Pontificali præfulgeat dignitate sponsalibus baptismo aut nuptiis filiorum suorum aut filiarum aut nepotum rectè descendentiũ siue legitimi siue illegitimi fuerint, audeat interesse, alioquin si Clericus beneficiatus fuerit, ipso facto mediata fructuum beneficiorum illo anno sit priuatus in vsum fabricę Ecclesiæ conuertenda, si vero Clericus non beneficiatus fuerit vsque ad annum eo ipso sit inhabilis ab beneficium obtinendum, qui verò de bonis Ecclesiast. filiis aut nepotibus supradictis dotem aut donationem propter nuptias assignauerit, assignatio ipso iure non valeat,

valeat, & nihilominus assignans ipso facto in pœnam subtractionis beneficij incidat, idem in Religiosis, in militaribus exemptus penitus obseruetur. Prælati vero qui præmissa commiserint per sex menses à collatione beneficiorum sint suspensi.

Ex Concilio Toletano sub Ioanne XXII. anno 1324.

2. Nullus Clericus super tunicale, seu tabardum post mensem à tempore publicationis præsentis constitutionis deferat ita longum, quod si ad pedes contingat nullatenus tamen per terram trahatur, qui contra fecerit super tunicale seu tabardum ipso facto amittat per proprium seu eius Vicarium seu Officialem pauperibus erogandum, &c. Caueant etiam ne mantellos seu chlamydes nimia longitudine vocandos nec cum chordis, & nimis longis, nec tunicarum manicas nimis breues, ita quod brachia nuda appareant sub eadem pœna. Quilibet Clericus barbam faciat sibi radi quolibet saltem mense, nec crines deferat notabiliter infrà aures.

Ex Concil. Saltzburgensi sub Vrbano VI. anno 1386.

5. Ne aliqui Clerici sine caputio capitis, birreto, capello vel pileo cooperto in Ecclesia seu aliàs in publico præsumant incedere.

6. Ne Clerici in publico vtantur vario, vel illud deferre præsumant, nisi in dignitatibus fuerint, vel Canonici Ecclesiarum Cathedralium vel in gradu magisterij sic entiæ litteratum fuerint constituti, nec ipsi Clerici maximè non beneficiati tincturis corrigiis, aut peris auri vel argenti ornatum habentibus vtantur, &c.

Ex Concilio Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

17. Quicumque Clericus in sacris Ord. constitutus vel in minoribus & beneficiatus tantum, portauerit habitum à sacris Canonibus, vel à nostris Antecessoribus prohibitum, si monitus fuerit, eo ipso amissionem illius habitus incurrat ipso iure, in aliquod opus pium conuertendum.

Ex Concilio Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

5. Clerici beneficiati & in sacris constituti à crapula & ebrietate abstineant, mitras caudatas penitus dimittant, cingulos & monilia auro & argento splendentia abiiciant, vestes non rubri nec vindis coloris deferant de super clausas, birretum capiti superpositum cum caputio humeris imposito portent in publico deambulantes, contra facientes suspendantur à perceptione fructuum beneficiorum suorum fabricæ applicandorum, &c. Ne in publico vel alibi præsentibus Laicis tabernas intrent nisi in itinere constituti, vel alia ex causa rationabili, nec ludos inhonestos maxime taxillorum exerceant, nec talibus intersint, &c. Nullus Clericorum maximè beneficiatorum cauponem vel tabernarium hospitem sibi constituat continuum in domo habitationis suæ aut potum venalem negotiationis causa exponat publicè aut vendat, permittimus tamen domos Prælatis & Monasteriis pro hospitalitate rationabiliter introducta, &c. Ne Clerici mimis, ioculatoribus histrionibus buffonibus galiardis seu hominibus artis lubricæ (prætextu nuptiarum, militiæ) largiantur.

6. Volumus Concubinatum euitari.

Ex Concilio Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

5. Ludos noxios & scandalosos omnibus quidem, sed Clericis præsertim prohibemus.

Ex Concilio Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

6. Ne Clerici in sacris constituti, aut beneficiati, sericum præterquam ab interiori futura chlamydis aut capuciolorum, quæ vulgariter, forratæ appellantur, nec rubeas, claras, virides vestes induere, aut caligas eiusdem coloris seu sotulares albos, vel borsegnos albos vel rubeos nisi cum nigris de super sotularibus dumtaxat calciare de cætero præsumant, Clerici contrarium facientes si in Metropolitanis aut Cathedralibus Ecclesiis beneficiati fuerint, per 10. dies qualibet vice eo ipso portione sua mulctentur, alij Clerici extra prædictas Ecclesias beneficiati, duorum florenorum pœnam qualibet vice incurrant, si beneficiati non fuerint vnius floreni, pro teste Synodali, pœna puniantur; Decani & alij ad quos id pertinet si mulctationem prædictam remiserint, quoquomodo, ipso facto à diuinis per mensem qualibet vice sint suspensi.

8. Vlterius luctuosas vestes Clerici in sacris constituti vel beneficiati induere non audeant, contrarium facientes eo ipso à perceptione fructuum suorum beneficiorum per 3. menses qualibet vice sint suspensi, Episcopi & alij Prælati contra facientes 20. florenorum pœnam pro qualibet vice eo ipso incurrant.

11. Ludum taxillorum publicè vel occultè vniuersis Clericis in sacris Constitutis seu beneficiatis prohibemus, contrarium facientes 30. Regalium qualibet vice pœnam incurrant, medietate fabricæ suarum Ecclesiarum medietate verò expensis sequentis Concilij applicanda.

15. De cætero Clerici tàm coniugati quàm non coniugati tonsuram quantitatis vnius Regalis & vestem superiorem non virgatam neque partitam ad medietatem obiæ vel ferè declinantem deferant congruentem, non autem deferentes huiusmodi habitum, si coniugati fuerint, eo ipso, si verò non coniugati & excessiuis & enormibus se iniecerint & ea frequentauerint, priuilegium omnino amittant Clericale, Prælati verò nostræ Prouinc. infrà 3. menses à die præsentis publicationis teneantur facere coram se præsentari litteras minorum ordinum Clericorum, nihil exigentes pro præsentatione ipsarum præterquam vnum more petinum pro Notario, pro cuiuslibet tituli præsentatione.

16. Episcopi cæterique Ecclesiæ in sacris constituti aut beneficiati, cum Dominis sæcularibus cuiuscumque gradus, status, ordinis seu conditionis existant, exceptis Regia maiestate & Regiis personis, vitam militarem ducere non audeant dissolutam, seu ab eis stipendia & salaria vel pecunias quascunque vt armis per se vel alios deseruiant, cum equitum seu peditum gentibus quomodolibet exigere præsumant, qui si secus egerint tamdiu ab officio & beneficio sint suspensi, donec absque omni simulatione & fictione à prædictis realiter cessauerint.

17. Ad tollendas ambiguitates declaramus pœnas contra beneficiatos indictas locum sibi etiam vindicare in obtinentibus Parochiales Ecclesias & dignitates

dignitates quascumque etiam maiores post Pontificales.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 17. sub Leone X. anno 1513. Sess. 9. De Reform.

12. Vide Cardinales.
28. Vide Superstitiosi.

Ex Eod. Conc. Lateran. Sess. 11. De Concordatis.

15. Quicumque Clericus cuiuscumque conditionis vel præeminentiæ fuerit qui post habitam præsentium notitiam (quam habere præsumatur post duos menses præsentium publicatione in Ecclesiis Cathedralibus facta) publicus concubinarius à perceptione fructuum omnium beneficiorum suorum, trium mensium, spatio sit ipso facto suspensus, &c. Necnon huiusmodi publicum concubinatum vt primùm talem esse nouerit mox suus superior, monere teneatur, vt infrà breuissimum terminum concubinam dimittat, & si illam nôn dimiserit vel dimissam seu aliam publicè resumpserit, iubemus vt ipsum omnibus suis beneficiis omnino priuet, & nihilominus hi publici concubinarij vsquequo per suos Superiores post manifestam vitæ emendationem fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcumque honorum, dignitatum, beneficiorum, officiorumve sint inhabiles, qui si post dispensationem ad concubinatum redierint, sine spe alicuius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant, &c. Publici concubinarij intelligendi sunt non solum hi quorum concubinatus per sententiam aut confessionem in iure factam, sed per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari, notorius est, sed etiam qui mulierem de incontinentia suspectam & diffamatam tenent, & per suum Superiorem admoniti, ipsam cum effectu non dimittunt.

Ex Concilio Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

1. In sacris Ord. constituti vestes varij coloris velut virgatas & fimbriatas ne deferāt, sed longis atque talaribus vtantur, nulla arma induant nisi itinerantes, barbam & comam non nutriant, coronam & tonsuram deferentes.

3. Insuper tabernas publicas euitent, nisi eas peregrè proficiscentes ingredi oporteat, & tàm inibi quàm domi, & alibi à crapula & ebrietatibus omnique ludo à iure prohibito, blasphemiis, rixis ac aliis quibuscumque excessibus, & offensionibus penitùs abstineant, choreas, spectaculaque & conuiuia publica vitent.

4. Nemini liceat Domi suæ tabernam compotandique locum aperire Laicis, præterea negotiationibus mercimonis more mercatorum abstineant.

29. Vide Iuramentum.
31. Vide Superstitiosi.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

23. Vestitus Clericorum maximè in sacris constitutorum non sit expectoratus sed à collo de super vndique clausus, à manicis, lateribus & retro, &c. Vestimentis exterioribus, & sagis oblongis sericeis in publico aut domesticè non vtantur non tamen intendimus Ecclesiasticis è sanguine Regio aut Ducali ortis huiusmodi vestimentorum sericeorum delationem prohibere.

24. Vestes sint talares non fronciatæ, aut partitæ, nec nimia amplitudine superfluæ, nec plus æquo constrictæ, non etiam camisias gestent fronciatas; non pannosi sint Clerici aut in vestibus laceri, non caligas partitas, aut scacatas assumant, neque circa penu dissutas, non lunatis seu cornutis ac nimis fenestratis calceis vtantur, non annulos in digitis deferant, nisi fortè huiusmodi sint quibus id ad decorem suarum dignitatum permittatur. Ipsi quoque Clerici in sacris præsertim constituti & eorū Commensales, neque comam relaxent aut barbam nutriant, & iuxta Conc. Lateran. pannis rubeis aut viridibus non vtantur.

25. In publico non ludant pila aut aliis ludis maximè cum Laicis, à ludo alearum aliisque qui à sorte pendent abstineant, neque ludentium fautores, spectatores aut testes existant, non se admisceant choreis publicis, tripudiationibus aut saltationibus non turpes, amatorias aut lasciuas depromant cantilenas, seu cantantibus faueant aut adsint non in scenam velut histriones prodeant, non comœdias vernaculas agant, non spectaculum corporis sui faciant in publico priuatove loco.

26. Incontinentes Sacerdotes, & Concubinarios Clericos Episcopi per se vel suos officiales ad continentiam & Ecclesiæ regulam, remediis conuenientibus reuocabunt, &c. Contra Clericos venatores vel negotiis sæcularibus implicitos, si non desistant ad pœnam Aurelian. Conc. & Lateran. procedatur.

Ex Concil. Coloniensi sub Paulo III. anno 1536. Parte 2.

22. Præcipuæ causæ omnis mali sunt fastus, luxus & auaritia, à quibus Clerici potissimum malè audiunt.

25. Posthac non solum nullus ex clero sordidissimum Cauponem, aut tabernarium agat, sed ne tabernas quidem nisi necessitatis causa diuertat.

26. Clerici præter inductam tonsuram vestes quoque suo ordini congruentes deferant; Suspectam mulierem cohabitantem prohibemus.

30. Quibus non suppetit ex sacerdotio honesto, artificiolo victum quærant, sic tamen, ne sordidam aliquam artem Sacerdotio ignominiosam exerceant.

32. Repetiuntur qui superstitioni, diuinationibusque ac sortibus dediti sunt, quos damnamus, sunt qui scurras in conuiuiis diuitum ac potentum agunt, qui digni non sunt vt Clerici appellentur, sunt curiosi & leuiculi, qui in foris incompitis in plateis, in vicis obambulant, vagis oculis, effreni lingua, petulanti, fluidoque incessu, & leuitatem animi impudentiamque mentis ostendunt quos auersamur.

Parte 3.

8. Sit chorum ingredientibus vestis talaris, sint pilei (quæ birreta vocamus) sint camisiæ, sint denique calcei pariter & caligæ tales in quibus Clericalis honestas & modestia deprehendantur, Clericos qui habitu minus decenti vtuntur, monemus, vt intra 3. menses (quorum singulos pro singulis dilationibus tertium verò vti peremptorium terminum præfigimus) habitum qui Clericos deceat reassumant, alioquin ipso facto in censuras constitutionum Canonicarum incursuri.

Ex

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

10. Clerus in habitu, coronæ tonsura, & incessu decorum seruet, superiori veste talari indutus, atque pietate magis venerabilis, quàm aut famulorum multitudine, aut vano armorum terrore contemptibilis incedat, mensa vtatur frugali, à ludis à iure prohibitis atque omni ludicra leuitate abstineat luxum omnem fugiat, & ab vsuris, mercaturæ,& cauponario exercitio,auaritiæ sordibus sorti legiis,diuinationibus clamosis, omnibusque prophanis negotiis alienis existat, bospitia publica, tabernas aut œnopolia, compotandi causa non ingrediatur, qui secus fecerit florenos 4.dependet,pœnam festus dies, grauiorem efficiet. Vide Ieiunium.

Ex Concil. Treuirensi sub Paulo III. anno 1548.

5. Clerici qui turpiter temulentiæ indulgent ab officiis & beneficiis, Ecclesiastica censura & Synodi authoritate sint suspensi.

6. Vide Superstitiosi.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

74. Clerici torques aureos publicè in Ecclesia, aut vestes varij coloris, &c. Vide Conc. Ratispon. 1524. c.2.3.4.

100. Quicumque Clericus alium Clericum probris, maledictis aut conuiciis incesserit, sub duorum aut trium testimonio ab omni prouentuum Ecclesiast. perceptione per vnum mensem suspendatur quod si manus alteri Clerico violentas, citra tamen vulnus,attulerit,iam dictam pœnam sustineat duplicem si vulnus inflixerit vltra excommunicationem in quam ipso facto incidit,ad 4. menses tali fructuum priuatione mulctetur, si membrum aliquod mutilauerit aut inutile reddiderit omni beneficio Ecclesiast. sit ipso facto priuatus si linguæ petulantiam aut violentas manus in Prælatum intorserit, in tribus prioribus casibus suprà memoratis, vbique pœnæ duplicentur,saluo tamen iure quod vim vi repellere permittit.

101. Vide Superstitiosi.

Ex Concil. Trident. Generali 18. *sub Iulio III. anno* 1551. *Sess.* 14.

6. Omnes Ecclesiast. personæ quantumcumque exemptæ quę aut in sacris fuerint aut dignitates, personatus, officia aut beneficia qualiacumque Ecclesiastica obtinuerint, si postquam ab Episcopo suo moniti fuerint honestum habitum Clericalem illorum ordini & dignitati congruentem non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, officio & beneficio, nec non si semel correpti denuo in hoc deliquerint,etiam per priuationem officiorum & beneficiorum huiusmodi coërceantur.

7. Vide Homicidium.

Sess. 22. *sub Pio IV. anno* 1562. *De Reform.*

1. Quæ aliàs à summis Pontificibus & à sacris Conciliis de Clericorum vita & honestate cultu, doctrinaque retinenda,ac simul de luxu comessationibus choreis, aleis, lusibus, ac quibuscumque criminibus nec non sæcularibus negotiis fugiendis copiosè ac salubriter sancita fuerunt, eadem imposterum iisdem pœnis vel maioribus, arbitrio ordinarij imponendis obseruentur.

Sess. 24. *De Reform.*

12. Vide Clericorum officium.

Sess. 25. *De Reform.*

14. Prohibet Sancta Synodus quibuscumque Clericis,ne Concubinas aut alias mulieres de quibus possit haberi suspicio, in domo vel extrà detinere,aut cum iis vllam consuetudinem habere audeant; alioquin pœnis à sacris Canonibus vel statutis Ecclesiarum impositis puniantur,quòd si à Superioribus moniti, ab iis se non abstinuerint, tertia parte fructuum, obuentionum ac prouentuum beneficiorum suorum quorumcumque & pensionum ipso facto sint priuati,quæ fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicetur:Sin verò in delicto eodem cum eadem vel alia femina perseuerantes secundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes ac prouentus suorum beneficiorum & pensiones eo ipso amittant,qui prædictis locis applicentur, sed etiam à beneficiorum ipsorum administratione,quoad Ordinarius etiam vti Sedis Apost. delegatus arbitrabitur, suspendantur,& si ita suspensi nihilominus non expellant, aut cum iis etiam versentur, tunc beneficiis portionibus,ac officiis & pensionibus quibuscumque Ecclesiast. perpetuò priuentur atque inhabiles ac indigni quibuscumque honoribus dignitatibus,beneficiis ac officiis imposterum reddantur, donec post manifestam vitæ emendationem ab eorum Superioribus cum iis ex causa visum fuerit dispensandum.

Ex Concilio Mediolanensi 1. *sub Pio IV. anno* 1565. *Parte* 2.

21. Clerici postquam 14. annum attigerint, habeant testamentum vetus & nouum, Catechismum Romæ edendum,constitutiones has nostras, &c. Parochi verò sibi etiam comparent homiliarium ab Episcopo eligendum, summam Antoninam & in lectione pastorali S. Gregor. & S. Ioan. Chrisost. de Sacerdotio assiduè versentur.

23. Clerici habitum Clericalem deferant sub pœna priuationis officiorum ac beneficiorum Ecclesiast. Clericali tonsura sint insigniti ad eam formam quam ratio vniuscuiusque Ord. Episcopi arbitrio postulabit, ita sint ab raso capillo vt tonsura conspicua sit omnibus, comam & barbam ne studiosè nutriant, in omni vestitu color tantum niger adhibeatur, ne serico vestimento aut ornamento domi aut foris vtantur, Reticulum aut subbirretum ne ferant,nisi valetudinis causa,& sine redimiculis, externa vestis simplex ac talaris erit, toga verò quod mantelletum vocant, aut æquetur cum tunicæ longitudine,aut nemini permittatur,nisi sit ex numero Prælatorum,&c. Pallium quod ferrarolum appellant ne sumant nisi per pluuias, neque eo sine talari toga vel tunica vtantur, &c. Annulum ne induant,nisi quibus propter officij munus, aut honoris gradum, sit iure concessus.

24. In ædibus ad Canonicorum, aliorumve Clericorum domicilium ædificatis aut aliis in quibus ipsi habitant, feminas quascumque etiam quouis sanguinis

ſaoguinis aut affinitatis vinculo coniunctas habitare prohibemus, &c. Ne Parochi aut omnino Clerici quavis etiam dignitate prædiri Ecclesiæ ædes, aut earū partes in vrbe aut in oppidis positas in quibus ipsi habitare soleant aut debeant, vllo modo laico locent, &c. Canooici Cathedralium & Collegiatarum Ecclesiarum, habitent in Canonicalibus ædibus quarum ædium atrium vbi claudi potest vna claue concludatur quæ à Decano, vel alio, Episcopi & Capituli arbitratu asseruetur, Clerici ne de nocte post primam horam nisi ex iusta causa, & cum lumine domo exeant.

25. Ne Clerici arma cuiusvis generis ad offensionem vel etiam ad defensionem ferant, exceptis cultellis ad domesticum vitæ vsum accommodatis, nisi fortè extra Ciuitatem suspectis locis iter ei faciendum sit, omnioo balista, hastis & sclopeto, telis aliisque huius generis instrumentis ipsis interdicimus; Clerici personati non incedant, eboreas priuatas aut publicas non agent, nec spectabunt, à venatione abstinebunt, fabulis, comœdiis & hastiludiis aliisve prophanis, & inanibus spectaculis oon intererunt, illis prohibemus omnes ludos præsertim verò aleæ & tesserarum ac talorum, item globos qui malleis ligneis impelluntur item follis ludum, id est pilæ maioris, nec solum ludere vetamus, sed eos ludorum spectatores esse nolumus, aut quemqam ludentem io ædibus suis permittere, si autem valetudinis causa parua pila, aut alio non indecoro huiusmodi exercitationis genere vti contigerit, nec publicè id faciant, nec pecunia intercedat in ludo, &c. Minus honestis conuiuiis ne intersint, neque ad bibendum quemquam incitent, &c. Cauponarum aditu & vsu eis omnino interdicimus, nisi io itinere, necessitatis causa, quo loco cum mulieribus ne discumbant.

26. Ne Clericus sacris initiatus aut Ecclesiast. beoeficio præditus coram Iudice sæculari, aut Aduocati Procuratoris nomine causam agat, nisi ab aliis in Iudicium vocatus, suam vel Ecclesiæ suæ, propinquorum etiam, si necesse erit, & miserabilium personarum causas (ab Episcopo facultate prius scripto concessa) tueatur. Ne io prophanis negotiis officium tabellionatus exerceat, ne artem medendi faciat, negotiationem omnis generis omnino prohibemus, artes vero honestas concedimus vt aliquid manibus suis lucretur, quo sibi, quæ ad victum necessaria, comparare possit, &c. Ne sit io famulatu laicorum etiam Principum, &c. Neue præcursor aut assecla feminarum, aut eis discumbentibus adsistat aut ancilletur.

64. Quicumque beneficia Ecclesiast. obtinent hospitalitatem benignè exerceant.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 2.

31. Ne quivis alij nisi Abbates, Referendarij aut Protooootarij mantellero breuiori vtantur, quàm tunica talaris interior sit, Metropolitanæ autem nostræ & aliarum huius Prouinciæ Cathedralium Ecclesiarum Canonicis Præpositis aliisque Clericis, Ecclesiastica, aut Doctoratus dignitate præditis, exterioris tunicæ seu mantelli vsuo concedimus, quod tamen interiorem tunicam talarem longitudine adæquet.

32. Clerici in eo officio ne se exerceant, vt vllas mulieres etiā quavis dignitate illustres doceant legere, scribereve aut canere, aliove cuiusvis generis musico instrumento sonare, nisi ij sint quibus ætate moribus & vita probatis Episcopi iudicio id permissum est.

33. Quo tempore vel sacrorum vel fuoeris, exequiarumue causa in vnum Clerici coouenient, liberum sit Parocho tot conuiuas habere, quot sanè in mensa adhibere par esse iudicarit, &c.

34. In quibus Ecclesiarum ædibus ad Rectoris vsum & domicilium constitutis, & laici præterea facultate impetrata habitant, in iis ne propter nuptias quidem saltetur neue comœdiæ aut spectacula agantur.

Ex Concilio Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 2.

2 Vestes quas domi priuatim Clericalis Ordinis homines induent, eiusmodi sint quæ non colore, oon vlla habitus specie à Clericali modestia discrepent, &c. Nulli Sacerdoti, Clericove anoulum, nisi ea dignitate prædito in qua conferenda ille sibi traditur, gestare liceat, tuncque vnum solum & digito dexteræ manus quarto, eum verò dum Missæ sacrificium facit Sacerdos deponat.

Parte 3.

4. Sacerdotalis tonsuræ forma in orbem ducta, latè & amplè pateat, vnciis 4. Diaconalis, vocia vna mioor, Subdiaconalis aliquanto angustior quàm Diaconalis, minorum ordinum corona lata sit vndique vnciis duabus, &c. Clericus qui amictu Clericali indutus incedit, ne in propinquorum ne parentum quidem obitu vestes lugubres more laicorum induat gestetque, neque vestis formam aut panni genus, quo Clerum vniuersum vti, moris est, commutet.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

16. Omnes Ecclesiast. personæ quæ aut sacris initiatæ sunt, aut dignitates, personatus, officia, beneficiave qualiacumque Ecclesiast. etiam simplicia obtinent, Clericalem habitum sumant ordini suo & dignitati coogruentem, hac constituta pœna, vt qui non paruerint, si in sacris sunt ab omni ordinum suorum munere sint suspensi, & beneficiorum suorum omnibus anni vnius fructibus iure ipso priuati sint, &c. Vestes coloris tantum oigri ac simplices, sericis omnibus ornamentis exclusis adhibeant, exteriorem quidem talarem, interiore autem saltem vsque ad tibiæ medium, &c. Caligis oon turgidis oeque dissectis, calceis quoqoe non incisis vtantur, neque camisiis ad collum siue ad manu crispis aut laboratis, neque item pileis nisi valetudinis causa, iisqoe simplicibus birretum autem semper gerant in crucis modum consoetum, annolos oe deferant oisi quibus ex dignitatis officio conuenit, arma oe feraot, nisi itineris longioris causa atque ea tantum breuiora ac facultate ab ordinario impetrata ne personati vnquam incedant, neue comœdiarum aut thorearum aut prophani vllius spectaculi actores sint vel spectatores, ne pagellis pictis, aut alea aliove huiusmodi ludi genere ludant, aut ludentes spectent, neue vllum venationis genus exerceant, aut canes accipitresve, aut aliud alant venaticum animal, tabernas oe frequentent adeantve, nisi itineris causa, ne tutelam curamve, nisi ioruitu pietatis idque facultate scriptis ab ordinario impetrata, suscipiant, ab omni genere mercaturæ, aut à laicorum negotiis tractandis omnino astineant, &c. Ne cum mulieribus cuiusvis generis & conditionis

cohabitent

cohabitent, præterquam cum matribus, & sororibus sine Ordinarij licentia scriptis concessa, feminas autem ancillas eis habere non liceat, nisi quæ 50. ætatis annum excegerint, & vitam non suspectam duxerint, illegitimos filios Clerici secum domi nullo modo retineant.

18. Si Clerici concubinas, &c. Vide Conc. Trid. 1562. Sess. 25. De Reform. c. 14.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

32. Sacerdotes omnes, hos libros penes se habeant, testamentum vetus & nouum Latinum editionis vulgatæ, Catechismum Rom. Concilium Trid. compendium summæ Nauarri aut alterius, constitutiones Synodales proprij Episcopi & Prouinciales, libri autem obscœni inutiles & vani apud eos nullo pacto reperiantur habitus Clericorum sit decens & honestus, qui ipsorum vocationi & statui respondeat, totus nigri coloris, non vanus, non effeminatus, non militaris; Clerici omnes beneficiati vel in sacris constituti, duas talares vestes gestabunt, vel saltem tunicam vsque ad genua de Missam, sub alteto indumento quod talos contingat. Presbyteri Diaconi, Subdiac. & quicumque beneficia etiam simplicia obtinent, coronā clericalē gestent, quæ octauo quoque die renouetur, &c. Obtinentes pensionem aureorum 60. teneātur incedere in habitu Clericali sub pœnis cōtentis in Bulla Sixti V. Nō permittātur mulieres, &c. Vid. Conc. Aquense anno 1585. c. 16. Caueant Clerici ne pariem domus, &c. Vide ibid. c. 24. Clericos cauponar adita & vsu omnino interdicimus, nisi in itinere necessitatis causa, abstineant Clerici ab illicita venatione, choreis, comœdiis, aliis prophanis spectaculis non intersint, cum musicis nunquam obscœna canant, ludos prohibito, non exerceant taxillorum videlicet & pagellarum Nullus Clericorum aliam forensium, laicis dominis inseruiat, nisi fortè eorum pueros instituat, quod etiam cum dignitate facere curabit, Clericos procurationem, &c. Vide Conc. Mediol. I. ann. 1565. p. 2. c. 26.

Ex Concil. Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

12. Nullus fori priuilegio ex Conc. Trid. decreto gaudeat nisi beneficium Ecclesiast. habeat, aut Clericalem habitum & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ & mandato Episcopi seruiat, vel in seminario Clericorum, aut in aliqua schola vel vniuersitate de licentia Episcopi quasi in via ad maiores Ord. suscipiendos versetur, &c. Omnibus & singulis quacumque sint dignitate, officio ac beneficio præditi, quibus diuinis in Choro interessendi munus est adiunctum, sub pœna suspensionis à diuinis interdicimus & inhibemus, ne in Chorum ad Diuinarum interessentiam ascendant, sine veste coloris nigri vsque ad talos demissa & ad collum constricta & super pelliceo decenti &c. Nulla ratione tolerandum, vt extra itineris necessitatem, in tabernas Clerici diuertant, alearum & taxillorum vsum illis inhibemus, mulierum suspectarum contubernium & familiaritatem declinent & fugiant Clerici.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

41. Vide Conc. Trid. Sess. 14. c. 6. Sess. 25. c. 14. Vestes non sericas aut serico foderatas, aut quocumque modo dissectas, vel Bombicino limbo ornatas nec caligas tumentes gestent, non sordidas sed decentes, &c. Clericos districtè choreas quacumque ex causa ducere aut illis interesse prohibemus; vitent tripudia, ludos publicos, laruas non gestent aut laruatos sequantur, comœdias, fabulas aut ludicra & quæ ab histrionibus exhibentur, non agant, ad histriones non accedant, contra agentes pœna carceris, & alia ad arbitrium ordinarij comprimantur, non ludant aleis, tesseris, chartis aut alio ludo prohibito vel indecoro præsertim publicè, &c. Noctu per vrbem post horam nonam, nisi maxima vrgente necessitate non incedant deprehensi incarcerentur, enses aut alia quæcumque offensiua arma, nisi pro necessitate itineris non deferant, tabernas non ingrediantur nisi iter agentes. Noctu incedentes ex causa rationabili togas talares deferant, aliàs in eos ordinarij animaduertant, &c. Caueant Clerici ne pincernarum, Coquorum, Stabulariorum, cæterisque huiusmodi sordidis officiis fungantur, imò nec rei domesticæ, vel familiaris administrationem suscipiant Laicorum, ne causis litibusque persequendis eorum quibus seruiunt dent operam, &c. Non sint propolæ empta ex professo vendentes, prouentus aut prædia sæcularia non conducant vt ex illis quæstum faciant, non sint publicani aut fœneratores, coram Iudice sæculari, &c. Vide Conc. Mediol. I. ann. 1565. p. 2. c. 6.

CLERICORVM OFFICIVM.

Ex Canon. Apost. Clement. I. anno 93. *& Epist. Adriani I. ann.* 773.

15. NE Clerici suam Ecclesiam relinquant præter Episcopi licentiam.

Ex Concil. Affricano 1. *sub Stephano I. anno* 257.

2. Vide Testamentum.

Ex Concil. Arelatensi 1. *sub Siluestro I. anno* 314.

3. Qui in quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseuerent.

15. De Diaconibus quos cognouimus multis locis offerre, placuit minimè fieri debere.

18. De Diaconibus Vrbicis, vt non aliquid per se præsumant sed honor Presbyteris reseruetur.

22. De Presbyteris aut Diaconibus qui solent dimittere loca sua in quibus ordinati sunt, & ad alia loca se transferunt, placuit vt his locis ministrent quibus præfixi sunt, qui si relictis locis suis ad alium locum se transferre voluerint, deponantur.

Ex Concil. Neocæsariens. sub Silu. I. ann. 314. *& Epist. Adriani I. ann.* 773.

10. Presbyter confessus se ante ordinem crimen perpetrasse, oblata non consecret in reliquis manens officiis, similiter & Diaconus si in idem peccatum inciderit ministri ordinem habeat, id est hypodiaconi vel lectoris.

13. Presbyteri ruris (seu Contegionales seu Vicani) in Ecclesia Ciuitatis Episcopi præsente vel Presbyteris vrbis ipsius offerre non possunt, nec panem sanctificatum dare, calicemque porrigere, si vero absentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocentur, soli poterunt dare.

15. Diaconi 7. esse debent secund. Regulam quamvis magna sit Ciuitas.

Ex Concil. Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

21. Non oportet Subdiaconus habere locum in Diaconico,& Dominica vasa contingere.
22. Non portet Subdiaconum vti orario, nec ostia derelinquere.
23. Non oportet lectores aut Cantores vti orariis & ita legere vel psallere.
25. Non oportet Subdiaconos panem dare vel calicem accipere.
43. Non oportet ministros vel breui tempore fores relinquere,& orationi vacare.

Ex Synodo Romana sub Siluestro I. anno 324.

14. Testimonium Clerici aduersus laicum nemo recipiat.
15. Nemo enim Clericum quemlibet examinet nisi in Ecclesia.

Ex Concil. Niceno Generali 1. sub Siluestro I. anno 325.

14. Peruenit ad S. Concilium quod in locis quibusdam & Ciuitatibus,Presbyteris Sacramenta Diaconi porrigant, hoc neque regula,neque consuetudo tradidit vt hi qui offerendi Sacrificij non habent potestatem, his qui offerunt Corpus Christi porrigant, quidam etiam Diaconi ante Episcopos Sacramenta sumunt,hæc omnia amputentur,& maneant Diaconi intra suam propriam mensuram scientes quia Episcoporum quidem ministri sunt, Presbyteris autem inferiores;accipiant ergo secund. ordinem post Presbyteros ab Episcopo, vel à Presbytero sacram communionem, quod si non fuerit in præsenti vel Episcopus vel Presbyter tunc ipsi proferant & edant.
16. Si qui recesserint ab Ecclesia sua siue Presbyter siue Diaconus, vel in quocumque Ecclesiast. ordine positi fuerint, non debent suscipi in alia Ecclesia, sed cum omni necessitate cogantur vt redeant ad Ecclesiam suam, quod si permanserint, excommunicare eos oportet.

Ex Eodem Conc. Editionis Arabicæ.

31. Si (conuersus ab hæreticis) fuerit Episcopus, manebit post conuersionem suam in gradu Presbyteri,si Presbyter in gradu Diaconi,Diaconus in gradu Hypodiaconi,& similiter in reliquis deinceps, vt ad gradum inferiorem descendat.
59. Describat Episcopus & exponat omnes gradus Clericorum,& ministeria eorum,ne vlla sit inter eos dissensio,& ne Catholici misceantur quando venerint Clerici aliarum Ecclesiarum, & aliorum monasteriorum.
60. Cùm erunt ordinati Diaconi, debet Archidiaconus adducere eos ad Chorepiscopum vt moneat eos ne ministrent ministerio Sacerdotali, id est sacrificij,sed tantum orationis, donec omnes leges Sacerdotis didicerint.

Ex Concil. Romano 2. sub Siluestro I. anno 329.

9. Nullus lector vel Ostiarius vasa sacrata contingat, nullus acolythus rem sacratam à Presbytero iam aliò porrigat, nisi tantum supportet quod ei Sacerdos imponet suo ore benedictum.

Ex Concil. Antiocheno sub Iulio I. anno 340. & Epist. Adriani I. ann. 773.

3. Clericus qui ad propriam Parochiam redire contempserit degradetur.

Ex Concil. Cæsaraugustano sub Damaso I. anno 381.

6. Si quis de Clericis propter luxum vanitatemque præsumptam de officio sponte discesserit,ac velut obseruatorem legis Monachum videri voluerit esse quàm Cleric,itaú de Ecclesia repellendum,ac nisi rogando atque obsecrando plurimis temporibus satisfecerit non recipiatur. *Hic canon contra eam sanctitatem quàm Priscillianistæ affectabant.*

Ex Concil. Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

13. Nullus cuiusque Ord. Clericus, non Diaconus,non Presbyter non Episcopus quacumque occasione propriam relinquat Ecclesiam, sed omnimodè aut excommunicetur aut redire cogatur.
15. In secretario, Diacono inter Presbyteros sedere non liceat, vel corpus Christi præsente Presbytero tradere non præsumat, si fecerit ab officio Diaconatus abscedat.

Ex Concil. Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

4. Lectores populum non salutent.
37. Vt Clerici in aliena Ciuitate non immorentur nisi causas eorum iustas Episcopus loci vel Presbyteri locorum peruiderint.

Ex Eod. Conc. secund. Codicem Canonum Eccl. Affricanæ.

31. Quicumque Clerici vel Diaconi pro necessitatibus Ecclesiarum non obtemperauerint Episcopis volentibus eos ad honorem ampliorem in sua Ecclesia promouere nec illic ministrent in gradu suo vnde recedere voluerunt.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

41. Clericum inter tentationes officio suo incubantem gradibus suis sublimandum.
50. Clericum inter tentationes ab officio suo declinantem vel negligentius agentem ab officio suo remouendum.

Ex Concil. Toletano 1. sub Anastasio, anno 400.

12. Vt liberum nulli Clerico sit discedere ab Episcopo suo & alteri Episcopo communicare, nisi fortè ei quem Episcopus alius libenter habeat, de hæreticorum schismate discedentem, & ad fidem Catholicam reuertentem.

Ex Fragmentis Conc. Toletanorum secund. Burchard.

Vt sciat se Sacrista subiectum Archidianono,& ad eius curam pertinere custodiam sacrorum Vasorum, vestimentorum Ecclesiast. seu totius thesauri Ecclesiastici, necnon quæ ad luminaria pertinent siue in cera,siue in oleo.

Custos

Custos sollicitus esse debet de omni ornamento Ecclesiæ & luminariis siue incenso, nec non & panem & vinum omni tempore præparatum ad Missam habere debet, & per singulas horas Canonicas signum ex consensu Archidiaconi sonare, vt oblationes omnes seu eleemosynas seu decimas (cum eiusdem tamen consensu absente Episcopo) inter fratres diuidat; In his tribus Ecclesiæ columnis (vt sanxit sancta Synodus) consistere debet alma mater Ecclesia, &c. Hi tres Archidiaconus, Archipresbyter, custos simul iuncti vno animo prouidè peragant & perfectè, & non sit inuidia neque zelus inter illos.

Ex Concilio Regiensi sub Sixto III. anno 439.

4. Visum est omni Presbytero, per familias, per agros, per priuatas domos, pro desiderio fidelium habere facultatem benedictiones aperire.

Ex Concil. Arausicano 1. sub Leone I. anno 441.

1. Nullus Ministrorum qui Baptizandi recipit officium sine chrismate vsquam debet progredi, quia inter nos placuit semel in Baptismate chrismari.

Ex Concilio Chalcedonensi Generali IV. sub Leone I. anno 451.

3. Decreuit sancta & magna Synodus neminem siue Episcopum siue Clericum aut Monachum conducere possessiones aut misceri sæcularibus procurationibus nisi fortè qui legibus ad minorum tutelas ætatum siue curationes inexcusabiles attrahuntur, aut cui ipsius Ciuitatis Episcopus Ecclesiastic. rerum commiserit gubernacula, vel orphanorum ac viduarum, quæ indefensæ sunt, & earum personarum quæ maximè Ecclesiastico indigent adminiculo propter timorem Dei; si quis verò transgressus fuerit statuta, correctioni Ecclesiasticæ subiaceat.

10. Non licere Clericum in Ecclesiis duarum Ciuitatum ordinari, sed in ea in qua ab initio ordinatus est, & cuius expetitio erat ante profugium, & si propter vanæ gloriæ desiderium contigerit vt post ad maiorem Ecclesiam confugerit eum indubitanter reuocari debere eam in qua ab exordio ordinatus est & ibi tantummodo ministrare; Si quis verò iam translatus est ab alia in aliam Ecclesiam, nihil habeat commune cum Priore Ecclesia siue sub hac Ecclesia constitutis martyriis, siue in ptochiis vel xenodochiis, aut eorum negotiis.

20. Clericos in suis Ecclesiis constitutos, sicut iam definiuimus non licere in alterius Ciuitatis Ecclesiis ordinari, sed acquiescere in ea in qua ab initio ministrare meruerunt, & ex necessitate ad aliàs Ecclesias migrauerunt.

Ex Concilio Venetico sub Leone I. anno 453.

14. Clericus quem intra muros Ciuitatis suæ manere constiterit & matutinis Hymnis sine probabili excusatione ægritudinis inuentus fuerit de fuisse 7. diebus à communione habeatur extraneus.

Ex Concil. Turonico sub Simplicio, anno 481.

11. Si quis Clericus absque Episcopi sui permissu, derelicta Ecclesia sua ad alium se transferre voluerit locum, alienus a communione habeatur.

12. Et vt Clerici non absque Sacerdotum suorum commendatione ad aliàs prouincias siue Ciuitates ambulare disponant.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

36. Clerici omnes qui Ecclesiæ fideliter vigilanterque deseruiunt, stipendia sanctis laboribus debita; secund. seruitij sui meritum, vel ordinationem Canonum, à Sacerdotibus consequantur.

64. Si quis in Clero constitutus ab Ecclesia sua diebus solemnibus defuerit, id est, in Natiuit. Domini, Epiphania Pascha vel Pentecoste, triennio à communione suspendatur, similiter Diaconus vel Presbyter si per tres hebdomadas ab Ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat.

66. Quoniam non oportet in sacratos ministros licentiam habere in sacrarium ingredi, & contingere vasa Dominica.

Ex Concil. Aurelianensi sub Symmacho, ann. 507.

9. Vide Abbas.

30. Clerici qui ad opus sanctum adesse contempserint, secund. arbitrium Episcopi Ecclesiasticam suscipiant disciplinam.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

6. Presbytero vel Diacono sine Antistitis sui Epistolis ambulanti communionem nullus impendat.

Ex Concil. Arelatensi 3. sub Ioanne I. anno 524.

4. Si fortè aliquis Clericorum regulam disciplinæ Ecclesiast. Subterfugiens fuerit euagatus, quicumque eum susceperit, & non solum Pontifici suo non reconciliauerit, sed magis defensare præsumpserit, Ecclesiæ communione priuetur.

Ex Eod. Conc. iuxta Decret lib. M. S.

De his qui in quibusdam locis ordinati fuerint ministri in ipsis locis perseuerent.

Ex Concil.. Valentino Hispaniæ sub Ioan. I. anno 524.

5. Vagus atque instabilis Clericus si Episcopi (à quo ordinatus) præceptis non obedierit, vt in delegata sibi Ecclesia officium dependat assiduum, quousque in vitio permanserit & communione & honore priuetur.

Ex Concil. Toletano sub Bonifacio II. anno 531.

2. A pueris in domo Ecclesiæ educatus, qualibet occasione propriam relinquens Ecclesiam, ad aliam transire non præsumat, Episcopus verò qui eum suscipere absque conscientia proprij Sacerdotis fortasse præsumpserit, reius fraternitatis se reum esse nouerit.

Ex Concil. Aurelianensi 2. sub Silverio, anno 536.

14. Clerici qui officium suum implere despiciunt, aut vice sua ad Ecclesiam venire detrectant, loci sui dignitate priuentur.

Ex Concilio Aurelianensi 3. sub Vigilio, ann. 540.

11. Si qui Clerici ministerias susceptа,quacumque occasione agere sicut alij detrectant & excusationem de patrociniis quorumcumque,ne officium impleant, prætendunt inter reliquos Clericos Canonicos nullatenus habeantur, neque ex rebus Ecclesiast. stipendia aut munera vlla percipiant.

15. De Clericis qui sub qualibet occasione aut conditione in aliorum Ciuitatibus vel territoriis crediderint immorandum,nec ad vllum Clericatus honorem absque sui Episcopi scripto atque consensu debeant promoueri.

19. Si quis officium suum indignatione quacumque implere noluerit, laica communione contentus, ab ordine depositus tamdiu habeatur,quamdiu digna Pœnitentia satisfecerit Præsidenti Pontifici,tamen illis regulariter & charitatem integram. & quæcumque illis stipendiorum iuxta consuetudinem debentur pro qualitate temporis ministranti.

Ex Concilio Arnernensi sub Vigilo, anno 541.

3. Ne à potentibus sæculi,Clerici contra Episcopos suos vllo modo erigantur.

Ex Concil. Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

6. Parochiani Clerici à Pontificibus suis necessaria sibi statuta Canonum legenda percipiant.

26. Si quæ Parochiæ in potentum domibus constitutæ sunt, vbi obseruãtes Clerici ab Archidiacono Ciuitatis admoniti, quod Ecclesiæ debent sub specie Domini domus implere neglexerint, corrigantur secund. Ecclesiast. disciplinam,& si ab agentibus potentum,vel ab ipsis rei Dominis, de agendo Officio Ecclesiæ ab aliquo prohibentur, authores nequitiæ à Sacris cæremoniis arceantur, donec subsequuta emendatione in pace Ecclesiastica reuocentur.

Ex Concil. Arelatensi sub Pelagio I. anno 554.

6. Clericis facultates quas ab Episcopo acciplunt deteriorare non liceat.

Ex Concil. Matisconensi 1. sub Pelagio II. anno 582.

10. Vt Presbyteri, Diaconi, vel quolibet ordine Clerici ita Episcopo suo obedientiæ deuotione subaceant, vt non alibi dies feriatos nisi in obsequio llius liceat tenere, aut celebrare.

Ex Concil. Matiscon 2. sub Pelagio II. anno 588.

10. Ad locum examinationis reorum, nullus Clericorum accedat, neque intersit atrio sauciolo, vbi pro reatus sui qualitate quispiam interficiendus est.

Ex Concil. Narbonensi sub Pelagio II. anno 589.

10. Nullus audeat Clericorum ordinationem sui Episcopi contemnere sed vbi ordinatus fuerit,ambulare debeat cum gratia & obedientia,& quæ iniuncta fuerint agere,qui neglexerit à stipendio, & vno anno à communione priuetur.

11. Diaconus aut Presbyter qui fuerit litteris ineruditus & desidiosè legere vel implere officium distulerit,& in Ecclesia ad omnia vtilis non fuerit, abstipendio reiiciendum, &c. Et si perseuerauerit desidiosè & non vult proficere, mittatur in Monasterium quia non potest ædificare populum.

13. Tam Subdiaconus quam ostiarius & reliqui seruitium sanctæ Ecclesiæ consuetum absque vlla desidia impleant, & senioribus vel ad osteos subleuent, &c. *Locus deprauatus.*

Ex Concil. Hispalensi 2. sub Bonifacio V. anno 619.

3. Si quis Clericus ministeriis Ecclesiæ propriæ destitutis ad aliam transitum fecerit, compellente ad quem confugerit Sacerdote, ad Ecclesiam quàm prius incoluerat remittatur,qui vero eum susceperit, nec statim sine vllo nisu exceptionis ad propriam Ecclesiam remittendum elegerit, quamdiu eum restituat communione se priuatum agnoscat, desertorem autem Clericum cingulo honoris atque ordinis sui exutum aliquo tempore Monasterio religari conuenit sicque postea in Ministerio Ecclesiastici Ordinis reuocari.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

25. Vt Clerici cuiuslibet ordinis, neque pro propriis, neque pro Ecclesiasticis causis aliter adire debeant forum, nec causas dicere audeant nisi quas cum permissu & consilio Episcopi agere eis fuerit, omnino permissum.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

39. Vnum orarium oportet leuitam (Diaconum) gestare in sinistro humero propter quod orat,id est, prædicat, dexteram autem partem oportet habere liberam, vt expeditus ad ministerium Sacerdotale discurrat, caueant ergo à modo leuitæ gemino vti orario, sed vno tantum & puro, nec vllis coloribus aut auro ornato.

40. Omnes Clerici vel lectores sicut leuitæ & Sacerdotes detonso superius capite toto inferius solam circuli coronam relinquant, non sicut hucusque in Galliciæ partibus facere lectores videntur,qui prolixis vt laici comis in solo capitis apice modicum circulum tondent, ritus enim in Hispaniis hucusque hæreticorum fuit.

Ex Concil. Toletano 7. sub Theodoro, anno 645.

3. Presbyteri siue cæteri Clerici quibus maior honoris locus apud eandem Ecclesiam fuerit, cuius Sacerdos obierit, si omni sollicitudine pro exequiis aut iam mortui aut continuò morituri Antistitis ad commouendum Episcopum tardi inueniantur aut per quamcumque molestiam anni id negligere comprobentur,totius anni spatio ad Pœnitentiam in Monasteriis deputentur.

Ex

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

5. Vide Laici.

Ex Concil. Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

11. Nulli Presbytero vel Diacono sine voluntate Episcopi sui licentia sit sæculares peragere causas, aut iniunctiones expedire publicas.

Ex Concilio Toletano 17. sub Sergio, anno 694. Secund. Garsian.

17. Diaconus vel Presbyter si tres hebdomadas ab Ecclesia sua defuerit, triennio à communione suspendatur.

19. Non oportet ministros licentiam habere in Secretario quod græci Diaconœcon appellant ingredi & contingere vasa Dominica.

Ex Concil. In Palatio Vernis sub Stephano III. anno 756.

15. Clericos in Ecclesia militantes (sicut iam constitutum est) non licere in alterius Ciuitatis Ecclesia vel in potestate laicorum militare, sed ibidem permanere, in qua Principio ministrare meruerunt, extra eos qui amissa patria ad aliam Ecclesiam pro necessitate venerunt, qui vero Episcoporum aut laicorum, alterius Ecclesiæ Clericum susceperit, nisi ad excusandum rationabiliter, placuit à communione suspendi, & eum qui suscipit, & qui susceptus est.

16. Vt Clerici conductores non sint, hoc est vt non habeant actiones sæculares nisi pro causa Ecclesiarum, orphanorum, vel viduarum, ordinante Episcopo suo.

Ex Concil. Nicano 2. Vniuers. 7. sub Adriano I. anno 787.

10. Nonnulli Clerici sua relicta parœcia, in alias parœcias excurrunt, vt plurimum autem in vrbem Constantinop. & apud Principes assident, & in eorum oratoriis diuina Ministeria faciunt, eos sine proprio Episcopo & Constantinopolitano non licet in quavis æde vel Ecclesia recipi, si quis hoc fecerit, si perseueret deponatur, quicumque autem cùm prædictorum Sacerdotum consensu hoc faciunt non licet eis curas sæculares & mundanas suscipere.

15. Clericus ab hoc deinceps tempore in duabus Ecclesiis non collocetur, hoc est enim negotiationis & turpis lucri proprium, & ab Ecclesiast. consuetudine alienum.

Ex Concil. Foroiuliensi sub Adriano I. anno 791.

2. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concilio Rhemensi 1. sub Leone III. anno 813.

4. Subdiaconi ministerium est Apostolum legere.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

28. Vide Episcoporum Officium.

36. Multi Ecclesiasticæ regulæ subiecti, propositi & loci sui desertores effecti, passim quocumque eis voluntas suaserit, post habita authoritate Canonica, pergunt & non solùm ab aliis Episcopis & Abbatibus verùm etiam à Comitibus & nonnullis aliis nobilibus viris recipiuntur, quod ne vlterius fiat & ab Episcopi & à cæteris Ecclesiasticis Prælatis obnixè est obseruandum, & à celsitudine Imperiali humiliter petendum, vt potestate Regali prohibeatur, &c.

Ex Concil. Vernensi sub Sergio II. anno 844.

4. De Clericis Ecclesiarum suarum desertoribus.

Ex Concilio Meldensi sub Sergio II. anno 845.

5. Criminati Clerici ab omnibus excludantur & reiiciantur à Parochiis in quibus cupiunt immorari vsquequo ad eum reuertantur Episcopum à quo aufugisse noscuntur.

Ex Concilio Ticinensi sub Leone IV. ann. 855.

18. Nulla ratione Clerici aut Sacerdotes habendi sunt qui sub nullius Episcopi disciplina & prouidentia gubernantur, &c. Docendi sunt igitur sæculares viri vt si in domibus suis mysteria Diuina iugiter exerceri debeant, ab his tamen tractentur qui ab Episcopis examinati fuerint, & abordinatoribus suis commendatitiis litteris com itati probantur, cùm ad peregrina fortè migrare est, &c.

19. Quidam sæculares, viri Presbyteros aut alios Clericos Conductores vel Procuratores siue Exactores fiscalium rerum, vel redditurum aut vectigalium constituunt, si quis igitur deinceps huius exorbitationis reus inuentus fuerit vterque excommunicetur, tàm ipse qui constituit, quàm ille qui indignè paruit.

23. Quidam Clericorum vel Monachorum peregrinantes per diuersas vagando Prouincias & Ciuitates, multiplices spargunt errores & inutiles quæstiones disseminant, decipientes corda simplicium, de his decreuit S. Synodus, vt ab Episcopo loci detineantur, & ad Metropolitanum deducti, discussione Ecclesiast. examinentur, & si vanitatis atque iactantiæ, non autem vtilitatis aut doctrinæ causa has inquietudines serere reperiuntur in populis, velut Ecclesiasticæ pacis perturbatores, cōgruenti disciplina macerentur.

Ex Concil. Vvormatiensi sub Adriano II. anno 868.

19. Placuit vt siue in ministerio Diaconij vel Presbyterij officio aliquis constitutus existat, Episcopi à quo ordinatus est præceptis non obedierit, vt in delegata sibi Ecclesia Officium dependat assiduum, quousque in vitio permanserit & communione & honore priuetur.

Ex Concilio Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

3. Doceant Clerici filios Ecclesiæ & Infantes vt Symbolum & orationem Dom. memoriter teneant.

Ex Concilio Compostellano sub Victore II. anno 1056.

2. Clerici tempore Ieiunij & litaniarum quoties publica delictorum expiatio indicitur cilicio induantur.

Ex Concil. Romano sub Nicolao II. anno 1059.

6. Per Laicos nullo modo,quilibet Clericus aut Presbyter obtineat Ecclesiam, nec gratis nec pretio.

Ex Concil. Romano sub Alexandro II. anno 1063.

6. Vide Conc. Roman. 1059.c.6.

Ex Concil. Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

12. Nulli Clericorum liceat deinceps in duabus Ciuitatibus duas Præbendas obtinere cùm duos titulos non possit habere.

13. Omnis Clericus ad eum titulum ad quem primum ordinatus est ordinetur.

14. Nullus deinceps in vna Ecclesia geminos honores habeat.

Ex Concil. Londinensi sub Honorio II. anno 1125.

5. Vide Beneficium Ecclesiast.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

10. In Ecclesia cuius redditus annuus quantitatem trium marcarum non excedit, nullus instituatur, nisi qui in propria persona ibidem voluerit deseruire.

Ex Concil. Londinensi sub Gregorio IX. anno 1237.

13. De residentia in Ecclesiis à Rectoribus facienda, videtur nobis consulendum facto potius quam statuto.

Ex Concilio Viennensi sub Clemente IV. anno 1267.

9. Clerici, & Ecclesiasticæ personæ tàm sæculares quàm Regulares, Prælatorum suorum correctiones legitimas cum debita humilitate suscipiant, & si qui ex eis hac occasione contra suos correctores auxilium brachij sæcularis inuocauerint, &c.à suis beneficiis deponantur.

Ex Concil. Lugdun.Gener.14. sub Gregorio X. anno 1274.

17. Vide Forum Ecclesiasticum.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

13. Clerici tàm sæculares quàm Religiosi qui constituti erunt in Ciuitate vel in aliquo loco qui subiaceat interdicto, in obsequiis mortuorum seu processionibus non debent cantare, aut publicè celebrare, aut campanas ad horas pulsare, nisi ex priuilegio vel indulto.

Ex Concil. Saltsburgensi sub Nicolao IV. anno 1291.

2. Ne Clerici Religiosi vel sæculares cuiuscunque ordinis vel Prælaturæ, Procurationes sæculares sub quibuscumque Principibus vel aliis laicis assumant, seu antè assumptas retinere præsumant, sub nomine pignoris vel quocumque colore quæsito, sint actores, Procuratores, Conductores, Iusticiarij, Vicecomites, Præpositi, Administratores, Officiales quocumque vocentur nomine in Ciuilibus vel ministri, transgressores autem ipso iure excommunicationem incurrant, & si per mensem animo indurato in dicta excommunicatione perstiterint,ex tunc à beneficiis, dignitatibus,personatibus & administrationibus Ecclesiast. quibuscumque ac omni priuilegio Clericali sint ipso facto exuti & priuati.

Ex Concilio Rauennatensi 2.sub Clemente V. anno 1311.

21. Vide Obedientia.

Ex Concil. Rauennatensi 4. sub Ioanne XXII. anno 1317.

9. Monemus omnes Clericos nostræ Prouinciæ cuiuscumque status & conditionis existant, quatenus infrà 6. menses, à die præsentis monitionis numerandos quorum duos pro 1. duos pro 2. duos reliquos pro 3. peremptorio eis assignamus, redire debeant ad continuam residentiam faciendam in eorum Ecclesiis, quod si qui Clerici absentes hanc nostram monitionem contempserint, vel in futurum se absentauerint ab eorum Ecclesiis vltra 15. dies sine speciali petita licentia & obtenta ab Ordinario loci,vel eius Vicario,ipso Ordinario extra Ciuitatem agente,ipso iure sint priuati beneficiis omnibus quæ in nostra Prouincia obtinent.

Ex Concil.Sabinensi in Hisp. sub Ioann. XXII. anno 1322.

8. Nullus à Præbendarum suarum perceptione audeat impedire Canonicos, aut Ecclesiarum socios suis Episcopis personaliter assistentes.

Ex Concil. Saltzburgensi sub Vrbano VI. anno 1386.

7. Ecclesiarum Rectoribus præcipimus quatenus omnia vestimenta,ornamenta & Vasa per ipsos munda & nitida, & præcipuè Ecclesiast.Sacramenta sub clausura & fida custodia conseruentur.

Ex Concilio Salsburgensi sub Martino V. anno 1420.

11. Nulli Clerici nobilium Capellani, in Capellis Castrorum Dominorum suorum celebrare præsumant, nisi antè Episcopo, vel loci Archidiacono obedientiam faciant manualem, vt ad Synodos veniant,& Capitula certis temporibus & statutis mandata Ecclesiast. recepturi, & suis Dominis ac eorum Castrensibus, secund. quod fuerit opportunum, relaturi.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

1. Ne de cætero Prælati,Decani,Ecclesiarum Rectores,Plebani & Viceplebani aliquem alienæ Diocesis seu ignotum etiam peregrinum,se pro Presbytero,seu in sacris constituto gerentem,ad ipsorum consortium Sacramentorum, & Sacramentalium administrationem admittant,nisi de super litteris Episcopi aut Vicarij eius patentibus & aliis legitimis documentis,fuerint certificati.

7. Omnes habentes Ecclesias quibus animarum cura est annexa, personaliter in eisdem residcant,aut infrà hinc & festum S. Michaëlis proximè futurum nos

nos aut Vicarium nostrum legitimè doceant, quare in eisdem personaliter residere non debeant nec teneantur. Quicumque Canonicus Ecclesiæ nostræ Cathedralis vel alterius collegiatæ nostræ Diœcesis per se vel alium, officium suum quod adhibere debet in ordine quocumque per vnam septimanam continuam neglexerit, 10. libras denariorum vsualis monetæ; ad fabricam eiusdem Ecclesiæ soluere teneatur, si per secundam septimanam neglexerit, à perceptione fructuum & redditUum præbendæ quam obtinet in Ecclesia penitus sit suspensus, qui per tertiam septimanam neglexerit, ad nullum actum capitularem, nec ad aliquod stipendium præbendale admittatur, donec de pœna satisfecerit memorata.

17. Vniuersis Prælatis & Clericis nostræ Diœcesis sub excommunicatione inhibemus, ne nouam steuram, aut quamuis aliam exactionem laicis soluere præsumant, non habita super hoc Superioris sui licentia speciali. Item inhibemus omnibus Clericis sub dicta pœna, ne aliquis eorum Decano aut Archidiacono sine nostro aut Vicarij nostri mandato collectam vel exactionem soluere præsumat.

Ex Concil. Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

2. Distributiones quotidianæ & anniuersariæ in Ecclesiis Metropolitanis, Cathedralibus & Collegiatis pro interessentibus personaliter horis & anniuersariis non dentur absentibus.

3. Nullus Canonicus aut alia persona Ecclesiastica in diuersis Ecclesiis pro eadem hora distributiones recipiat.

4. Vide Chorus.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 17. sub Leone X. anno 1513 Sess. 8. De Fide.

2. Ne quisquam de cætero in sacris constitutus sæcularis vel regularis, aut alias ad illos à iure arctatus, in studiis generalibus vel alibi audiendo Philosophiæ aut Poësis studiis vltra quinquennium post Grammaticam & Dialecticam sine aliquo studio Theologiæ, aut iuris Pontificij incumbat, verum dicto exacto quinquennio, si illis studiis insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul, aut seorsim aut Theologiæ, aut sacris Canonibus operam nauauerit.

Ex eod. Concil. sess. 11. De Concordatis.

4. Vide Beneficium Ecclesiasticum.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. ann. 1524.

17. Locorum Ordinarij per Archidiaconos & Decanos de Sacerdotibus horas Canonicas negligentibus sese diligenter edoceant, & secundum vniuscuiusque negligentiam atque desidiam fructus perceptos vel in vtilitatem Ecclesiæ vel in vsum pauperum vertant, post legitimas autem monitiones & simul primam correctionem relapsus, beneficio etiam Ecclesiast. priuetur.

32. Prohibemus tàm Clericis quàm Laicis de sacrosancta fide temere, præcipuè inter pocula atque conuiuia, disceptare; iniungentes Sacerdotibus vt omni modestia vtantur, & peculiariter operam impendant nouo veterique testamento legendo vt par est.

34. Sunt pleraque à summis Pontificibus sacris Conciliis, Prouincialibusque & Synodalibus constitutionibus prodita quæ mirè decent & adornant candorem vitæ Clericalis, quæ velut sancta teneri, & obseruari mandamus, &c.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 1.

31. Peregrini Clerici Romæ aut alibi ordinati priusquam de ordinatione sua ritè adepta, deque vita moribus eruditione ac titulo fidem fecerint, ac commendatitias suorum Episcoporum suæque ordinationis litteras exhibuerint, repellantur.

Parte 3.

2. Decanis curæ erit vt Clericos suos ad obseruationem piorum rituum prouocent ac reducant, vt ad agendam vitam Clericis dignam perpetuò cohortentur ac impellant.

3. Sunt in Ecclesiis diuersi ministrantium gradus, nempè Præpositi, Decani, Archidiaconi, Scholastici, Cantores, qui & Chorepiscopi, Thesaurarij, qui & Sacristæ seu Custodes, Canonici, Vicarij atque id genus alij, interpretetur quisque vocabulum suum, & curet esse quod dicitur secund. veterem Patrum institutionem ac regulam.

4. Canonici sint reipsa, vt sunt nomine, Canonici, id est Regulares, neque enim clam est primam eorum originem Monasticæ disciplinæ fuisse.

7. Decani personas Ecclesiast. ex aliis collegiatis Ecclesiis interuum magis curiositate rerum nouarum, quàm deuotionis causa ad templum summum se recipientes, ac inibi præter omne decorum sæpè etiam Ecclesiastico habitu non amictas, inter Laicos sursum ac deorsum inambulantes pœna Canonica nimirum suspensionis temporariæ coërceant.

15. Si quis Decanus rebelles cernat, si diuini cultus atque sui officij negligentiores coram omnibus arguat, tùm si resipiscere nolint, arceat à sacris, prohibeat participare fructus donec corrigantur.

17. Decanus vbi viderit intercedere inter fratres dissentionis materiam, pro pace sarcienda conseruandaque, Capituli sui consilium atque auxilium imploret.

18. Quotidiani Capitulorum Conuentus aut maturius sub summam Missam aut statim post illam seruandi sunt, ne ob illos diuinum officium vel suspendatur vel præcipitetur, vel denique ab ipsis Canonicis negligatur.

19. Statutorum volumina Cathedralium ac Collegiatarum Ecclesiarum ab Episcopis inter visitandum excutienda sunt.

20. Coërcenda est illa immoderata in Capitulis iuramentorum exactio, per quam necesse est vt multi in ancipitia periuria corruant.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

10. Clerici nostræ Diœcesis domos fundosque dotales beneficiorum collapsos instaurent quantum necessitas postulauerit, reparataque in debita structura conseruent.

Ex Concil. Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549. Medio 3.

6. Decani apud suas Ecclesias personaliter resideant & officio suo per se ipsos strenuè perfungantur, excessusque subditorum quoties opus erit castigent sub pœna priuationis fructuum Decanalium, pro rata temporis quo absque causa rationabili moniti non resederint.

Ex eod. Concil. Cens. contra abusus.

15. Non liceat campanariis seu matriculariis nutrire barbam, aut in veste Laica in Ecclesiis circumcursitare, sed ministeria sua in superpelliceis exhibeantur, linteaque Ecclesiæ & Sacrarij, vt munda sint diligenter asseruent.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

17. Post hac omnes qui vel Præpositorum, vel Decanorum, vel Scholasticorum, vel Custodum vel Cantorum dignitatibus iam præfulgent, aut ornandierunt, præsentes suis Ecclesiis vultem & nomine dignam operam præstent.

72. Ne post hac in Metropolitana, Cathedralibus Collegiatis, aliisque Ecclesiis quotidianæ distributiones ad breuissima quædam momenta, puta ad lectionem Epistolæ seu vnius Psalmi aut Responsorij, sed integris ac totis officiis & horis assignentur, &c. Simili modo distributiones quæ de processionibus percipiuntur, his modo dari volumus qui eisdem ab initio ad finem præsentes interesse perseuerauerint; omnibus beneficiorum possessoribus sub amissione beneficiorum iniungimus, vt ordines quos eorum beneficia requirunt, si nondum habent proximis temporibus à iure statutis, recipiant.

73. Eos verò qui interim dum diuina peraguntur in Ecclesia in qua Beneficiati sunt aut foris circa eam ociosi inambulant, illius non solum horæ sed totius diei emolumento priuandos volumus.

Ex Conc. Tridentino generali 18. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 22 De Reformat.

4. Quicumque in Cathedrali vel Collegiata sæculari vel Regulari Ecclesia diuinis mancipatus Officiis in Subdiaconatus ordine saltem constitutus non sit, vocem in huiusmodi Ecclesiis in Capitulo non habeat, etiam si hoc sibi ab aliis liberè fuerit concessum, ij verò qui Dignitates, Personatus, Officia, Præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia in dictis Ecclesiis obtinent, aut in posterum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa, videlicet vt alij Missas, alij Euangelia dicant & cantent, quocumque ij priuilegio, exemptione, prærogatiua, generis nobilitate sint insigniti, teneantur iusto impedimento cessante, infrà annum ordines recipere requisitos, alioquin pœnas incurrant.

Sess. 23. De Reformat.

13. Vide Clericorum Cœlibatus.

17. Inposterum sanctorum ordinum à Diaconatu ad Ostiariatum ministeria non nisi per constitutos in dictis ordinibus exerceantur, &c. Quod si ministeriis quatuor minorum Ordinum exercendis Clerici cœlibes præstò non erunt, suffici possint etiam coniugati vitæ probatæ, dummodo non bigami ad ea munia obeunda idonei, & qui tonsuram & habitum Clericalem in Ecclesia gestent.

Sess. 24. De Reformat.

12. Ad dignitates vel personatus quibus animarum cura nulla subest, Clerici alioquin idonei 22. annis non minores asciscantur, prouisi de beneficiis quibuscumque curam animarum habentibus teneantur à die adeptæ possessionis ad minos intra duos menses in manibus ipsius Episcopi vel eo impedito coram generali eius Vicario seu Officiali, Orthodoxæ suæ fidei publicam facere professionem, &c. Prouisi autem de Canonicatibus & Dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus non solum coram Episcopo seu eius Officiali, sed etiam in Capitulo idem facere teneantur alioquin prædicti omnes prouisi, fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur, &c. In omnibus Ecclesiis Cathedralibus omnes Canonicatus ac portiones habeant annexum ordinem Presbyterij Diaconatus vel Subdiaconatus; Episcopus autem cum consilio Capituli designet ac distribuat prout viderit expedire, quibus quisque ordo ex sacris annexus inposterum esse debeat, ita tamen vt dimidia saltem pars Presbyteri sint. cæteri verò Diaconi aut Subdiaconi, &c. Obtinentibus in iisdem Cathedralibus aut Collegiatis, Dignitates, Canonicatus, Præbendas aut portiones, non liceat vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis vltra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse, &c. Vestitu decenti tàm in Ecclesia quam extrà assiduè vtantur, ab illicitis venationibus aucupiis, choreis tabernis, lusibusque abstineant, atque ea morum integritate polleant, vt meritò Ecclesiæ Senatus dici possit.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

15. Sacerdotes cuiuscumque grados, conditionis & dignitatis sint, Dominicis & reliquis festis diebus Missam celebrare non omittant, Curati verò prætere ter in hebdomada, aut eo etiam sæpius, cæteri Clerici singulis mensibus, Diaconi quidem & Subdiac. bis saltem, qui verò in minoribus aut etiam Clerici tantum sunt, semel sacram Eocharistiam sumant.

21. Clericus quicumque Curatum, vel sine cura Ecclesiast. obtinens beneficium, si post sex menses ab eo die quo illud obtinuit, sine iusti impedimenti causa diuinum officium non dixerit, beneficiorum fructus non faciat suos si verò canonicè admonitus in eadem negligentia ac malitia persliterit beneficio priuetur; officium autem omittere (vt beneficio priuari possit) is iure dicatur, qui 15. dierum spatio bis illud omiserit.

27. Si qui Curati post confirmationem Concil. Trident. abfuerunt sine licentia ab Ordinario scripto permissa, vel non probarint se eos fructus quos pro rata temporis absentiæ, suos non fecerunt, iis quibus ex eiusdem Conc. decreto debebantur, soluisse eos omnes, iam nunc reficiendis & ornandis eorum Ecclesiis attributos esse decernimus.

43. Thesaurarius Capituli qui quotidianas distributiones curat, ipsas vnicuique distribuendas pro rata parte laboris & officij, ex ordine librorum punctatoris, distributiones eorum qui absentiæ vel errati causa notati fuerint ne persoluat, si id fecerit tantumdem de suo det, quod in Ecclesiæ vsum conferatur, & ob eam causam vnius mensis distributiones amittat.

44. Custodes Ecclesiæ obseruent diligentissimè & Clericos & Laicos contra decorum & honestatem Ecclesiæ delinquentes, eosque offici; sui moneant, ac si non resipuerint ad Chori Præfectum vel Episcopum deferant.

45. Episcopi in Cathedralibus saltem Ecclesiis 6. mensium spatio singulis minoribus ordinibus instituant aliquos quibus stipendium attribuant, vt in eisdem Ecclesiis munera expleant, quæ, sacris antiquorum Canonum decretis, ad eos pertinere Episcopi cognouerint.

46. Ostiarius

46. Ostiarius fores Ecclesiæ custodiat, Ecclesiam suo tempore claudat, & aperia-, infideles, hæreticos; excommunicatos ab Ecclesia arceat & eiiciat, campanas pulset, in Ecclesia dormientes, vendentes, ementes, deambulantes, colloquentes, diuina officia perturbantes moneat, pertinaces expellat, aut ad Superiorem deferat, mendicantes excludat, Ecclesiam verrendam curet, bruta denique canesque expellat.

47. Lector in Ecclesia Prophetias quæ in Missa legendæ sunt, & lectiones in matutinis pronunciet, pueros si ita Episcopo videatur prima fidei rudimenta doceat.

48. Nemo energumenis manus imponere, aut causa eiiciendi dæmones, exorcismos legere audeat, nisi Exorcistæ ordine sit initiatus idque ne agat, nisi consulto & consentiente Episcopo.

49. Acoluthus, Subdiaconos & Diaconos ad Altaris obsequium affectans eis inseruiat.

Ex Concilio Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 2.

1. Parochus vbi primum cognouerit in Parochia sua Ecclesiast. hominem alienæ Diœcesis vel domicilium constituisse, vel apud aliquem diuertisse, vel in caupona hospitio exceptum esse, vt aliquod dies commoretur, quàm citissimè poterit, 8. ad summum dierum spatio eius nomen & patriam si in vrbe est Episcopo eiusve Vicario, sin autem in Diœcesi, foraneo Vicario illius regionis denuociet, eorum autem cuiusque cura sit illum ad se accersere, mandareque litteras commendatitias sibi ab eodem ostendi, quas tamen Vicarius foraneus non comprobabit nisi consulto Episcopo.

9. Nullus cuiusuis ordinis Clericus, aut Sacerdos in Ecclesia deambulet, nec in confabulationibus & congressibus eo loco indignis versetur.

12. In vnaquaque plebe Episcopus duos, vnumve saltem Sacerdotem Ecclesiasticorum rituum vsu peritum constituere curet, qui alios Sacerdotes & Clericos cæremoniarum quæ in Missa & in diuinis officiis ritè obeundis requiruntur, disciplina instruant diligenter.

13. In singulas hebdomadas Canonici cuiusuis Ecclesiæ Capitulum habeant.

14. Canonici mortui funus, eiusve qui eiusdem Ecclesiæ in eave dignitatem obtineat, Capituli sumptibus a reliquis Canonicis fiat.

26. Diaconi, Subdiac. & reliqui Clerici inferioris ordinis confessionem & communionem frequentent.

27. Canonici Cathedralium & Collegiatarum Eccles. & reliqui Clerici si tempore à superiori Conc. præscripto. non interfuerint concionibus aut ad eas sacrarum litterarum interpretationes lectionesve non accesserint, quas ipsis Episcopus præscripserit, mulctentur eiusdem Episcopi arbitratu.

28. Qui Clerici certæ Ecclesiæ ministerio adscripti non sunt, iis Dominicis festisque singulis diebus in Parochiali Ecclesia, in cuius finibus eorum quisque habitat, Ecclesiast. beneficium obtinet quod residentiam non requirit, aut in ea quæ Episcopo videbitur, Rectori operam atque adiumentum nauent ad diuina officia celebranda.

29. Episcopus Sacerdotes aliquot vitæ integritate & scientia probatos in vrbe deligat, à quibus Clerici inferioris ordinis sæpè conuocati, vitæ Ecclesiast. moribus instituantur.

30. Ne Sacerdotum conuentus festis iis diebus habeantur, quos coli Ecclesiæ præcepto institutum est, nec illis diebus quorum præcipua celebritas in locis agitur, vbi is conuentus, iis ipsis diebus futurus esset, &c. in qua Parochia quinque saltem Sacerdotes erũt, eos in singulas hebdomadas bis ad priuatas inter se studiorum disceptationes Parochus conuocet, ad has priuatas Sacerdotalis studij exercitationes Clericos etiam qui intra illius Parochiæ fines habitant, adhibeant, &c.

36. Qui impetrata ab Ecclesia discedendi facultate, aliquamdiu abfuerit, mensis saltem spatio postquam redierit, Episcopum de suo ad Ecclesiam reditu certiorem faciat, quod si neglexerit perinde censeatur, ac si non legitimè abfuerit.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII. ann. 1573.

10. Ne cuiquam, antequam prima tonsura is initiatur, Clericalem habitum sumere liceat sine Episcopi concessu eoque scripto dato, &c. Ne Sacerdos neve Clericus cuiusuis ordinis pro foribus Ecclesiæ stet, aut officinas obeat, aut via incedat aut extra Ecclesiam exeat superpelliceo indutus, nisi cum processione, aut aliud Ecclesiasticum munus & officium obit quod superpelliceum requirat, &c. Qui in ædibus Canonicalibus habitat si foris pernoctauerit non probata causa, ab Episcopo aut ab eo cui is id curæ dederit, vnius diei distributione mulctetur, præter pœnam qua pro culpæ ratione ab ipso Episcopo afficietur, &c. Ne à Diœcesi Clerico cuipiam, neque ab Ecclesiæ residentia, Ecclesiast. beneficium obtinenti, quod quacumque ratione personalem residentiam requirat, studij causa abesse liceat, nisi eius rei facultate litteris ab Episcopo permissa; ac dimissorias eiusmodi litteras, 10. post diebus, quam ad Gymnasij locum venit eiusdem loci Episcopo exhibeat.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

1. Vide Confess. fidei Catholicæ.

5. Curati ter in hebdomada sacrum faciant, aut eo etiam sæpiùs, si vel loci consuetudo vel necessitas crebriorem diuini sacrificij vsum postulabit cæteris etiam, &c. Vide Conc. Mediol. 1. an. 1565. C. 15.

16. Qui horas Canonicas legitimo cessante impedimento intermiserint, quicumque eas recitare tenentur, sciant ex Bulla Pij V. ea de re condita, omnes etiam beneficiorum suorum fructus qui in singulos dies eis obtingerent, si quotidie in singulas horas diuiderentur, amittere, neque à Confessario vlla ratione absolui posse, etiam iubilæi cuiuscumque suffragante gratia, nisi fructuum quos indebitè perceperint, facta prius ad dictæ Bullæ præscriptum restitutione, &c. Superpellicea illa quæ manicis carent, & quæ non superpelliceorum sed mantilium potius nomine digna sunt, omnino prohibemus Canonici verò Cathedralium, & Collegiatarum quo tempore cappa induuntur ij rocheto induantur sub cappa.

21. Vide Chorus. Qui verò non fuerint Sacerdotes diebus Dominicis & festis solemnioribus in Missa maiori sacram Eucharistiam de manu celebrantis sumant, Canonici omnes in Presbyteratus ordin. constituti, etiam non hebdomadarij ac etiam dignitates obtinentes omnibus Dominicis & festis diebus atque etiam frequentius celebrent, nisi iustum ab Episcopo & Capitulo probandum interueniat impedimentum.

22. Capitula cum fiunt ne fiant manè, sed tantum post officium Vesperarum, ne diuina officia perturbentur. Statuta omnia Cathedralium & Collegiat.

Ecclesiarum

Ecclesiarum huius prou. ad formam statutorum Metropol. Ecclesiæ, postquam illa à Reuerendiss. Archiepiscopo cum duobus de Capitulo reuisa & correcta fuerint, reducantur.

23. Beneficiati (seu mansionarij) ab eorum Ecclesia & Ciuitate recedere non audeant, sine licentia Capituli ex legitima causa dumtaxat concedenda, pœna priuationis distributionum vnius hebdomadæ pro qualibet vice & die quo abfuerint, & alia, &c. Nec quisquam eorum cùm diuina celebrantur à Choro recedat, nec sine causa & licentia maioris dignitatis & antiquioris de Capitulo in Choro existentis, sub eadem pœna, &c.

25. In singulis Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis singulis tribus mensibus, tres primi ex Capitulo præsentes, absentium Canonicorum & aliorum, beneficia in dictis Eccles. obtinentium nomina ad Episcopum deferant, &c. Quisquis beneficio personalem residentiam requirente, & eius fructibus gaudet, aut resideat, aut fructus non percipiat, &c. Si quis à residentia, ex legitima causa ab Episcopo prius cognita & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbatum cum debita mercedis assignatione relinquat, quod si quis diutius ab ead. residentia excusari poterit, visitet tamen Parochiam de bimestri in bimestre, ne prorsus sine officio beneficium possideat.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

32. Presbyteri teneantur, &c. Vide Conc. Mediol. 1. an. 1565. C. 15. Omnes interim quotidie Missam audiant si poterunt.

34. Clerici in prima tonsura aut in minoribus constituti habentes pensionem super beneficio recitent Horas B. M. Virginis, iuxta Bullam Pij V.

39. Vide Episcoporum Officium, Conc. Trident. sess. 6. c. 1. sess. 23. c. 1.

Ex Concil. Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

12. Pensionarios seriò monitos esse volumus eos ad Officium Beatæ Mariæ Virginis quotidie recitandum teneri, præter peccatum mortale quod committunt si omiserint, restitutionis onere obstrictos declaramus.

19. De congregatione casuum conscientiæ singulis mensibus habenda, Vicarij foranei præcipuè agant vt numquam prætermittatur, mense ante futura in congregationem exhibeant Clero suæ regionis, duos aut tres casus in congregatione excutiendos & decidendos.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

1. Vide Confess. fidei Catholicæ.

30. Præcedentia Clericorum in Ecclesiis aut actionibus quibuscumque si controuertatur, coram Episcopo aut eius Officiali & non alibi tractetur, contra actorem si reum coram alio in eus vocauerit, si monitus non destiterit, excommunicationem ferat Episcopus. In sacris Ordinibus constituti, aut beneficia obtinentes, singulis diebus officium recitent, ni fructibus priuari velint, vti eos priuatos declaramus, quos pauperibus aut fabricis applicandos ordinamus, &c. Ad sacrum Presbyteratus Ordinem promoti post tres menses celebrent, aliàs instante promotore pro non obito munere puniendi citentur. Annulos etiam in quibus repræsentantur imagines sacræ in digitis non portent Clerici, exceptis iis quibus propter dignitatem id à iure est expresse concessum, & hi annulos tantum habeant dignitati congruentes.

CLERVS.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

24 OMnes qui peregrè fuerint baptizati, eo quod eorum minimè sit cognita vita, placuit ad Clerum non esse promouendos in alienis Prouinciis.

Ex Concilio Ancyrano sub Silu. I. anno 314. & Epitome Adriani 1. anno 773.

11. Hi qui in Clero sunt Presbyteri & Diaconi, & à carnibus abstinent, placuit eas quidem contingere, & ita si voluerint continere, quod si in tantum eas abominantur, vt nec olera quæ cum eis coquuntur existiment comedenda tanquam non consentientes regulæ, ab ordine cessare debebunt.

Ex Concil. Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

24. Non oportet sacro ministerio deditos à Presbyteris vsque ad Diaconos & reliquum Ecclesiast. ordinem, id est vsque ad Subdiaconos, Lectores, Cantores Exorcistas & Ostiarios, & ex numero continentium & Monachorum, ingredi tabernas.

26. Non oportet exorcizare eos qui necdum ab Episcopis sunt prouecti, neque in Ecclesiis neque intra domos.

30. Non oportet sacris officiis deditos aut Clericos aut continentes, vel omnem Laicum Christianum, lauacra cum mulieribus habere communia.

Ex Concil. Romano 2. sub Siluestro I. anno 324.

13. Nemo nisi velamen cœleste acceperit primum coniugij per manus Sacerdotis ad Clericatus honorem accedat.

Ex Concil. Nicæno generali 1. sub Siluestro I. anno 325.

1. Si quis in ægritudine à Medicis sectus est, vel à barbaris castratus, placuit vt iste permaneat in Clero, si quis autem sanus seipsum abscidit, etiamsi est in Clero cessare debet, & ex hoc nullum talem oportet ordinari.

3. Interdixit per omnia magna Synodus, non Episcopo, non Presbytero, non Diacono nec alicui omnino qui in Clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi fortè aut matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas tantum personas quæ omnem suspicionem effugiunt.

10. Quicumque de lapsis ad ord. Cleri promoti, per ignorantiam, vel per ordinantium dissimulationem fuerint, hoc Ecclesiasticæ non præiudicat regulæ cogniti namque deponuntur.

Ex Concil. Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

7. Si qui se, carnali vitio repugnare nescientes, abscindunt, ad Clerum peruenire non possunt.

Ex

Ex Concilio Toletano 1. sub Anastasio, anno 400.

8. Si quis post Baptismum militauerit, & chlamydem sumpserit aut cingulum, ad necandos fideles, etiamsi grauia non admiserit, si ad Clerum admissus fuerit, Diaconij non accipiat dignitatem.

Ex Concil. Mileuitano sub Innocentio I. anno 416.

15. Quicumque in Ecclesia vel semel legerit ab Ecclesia ad Clericatum non teneatur, id est vbi semel electus fuerit ad aliam Ecclesiam non eligatur.

Ex Conc. Chalcedonensi gener. 4. sub Leone I. anno 451.

7. Eos qui semel in Clero taxati fuerint siue in Monasteriis, decreuimus neque ad militiam neque ad honores sæculares venire; eos autem qui hoc ausi fuerint facere, & non eius rei pœnitere maluerint vt ad hoc idem reuertantur, quod ante obtentu Dei proposuerunt sibi, anathematizari.

Ex Concilio Romano 3. sub Felice III. anno 487.

4 Qui in qualibet ætate alibi quam in Ecclesia Catholica aut baptizati, aut rebaptizati sunt ad Ecclesiast. militiam prorsus non permittantur accedere, quibus satis esse debet quod in Catholicorum numero sunt recepti.

Ex Concilio Aurelianensi sub Symmacho, anno 507.

6. Nullus sæcularium ad Clericatus officium præsumat accedere, nisi aut enim Regis iussione, aut cum Iudicis voluntate, ita vt filij Clericorum; id est Patrum Auorum ac Proauorum quos in supradicto ordine parentum constat obseruationi subiunctos, in Episcoporum potestate, & districtione consistant.

Ex Concilio Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

4. Pœnitentiam professi, ad Clericatum penitus non vocentur.

Ex Concilio Gerundensi sub Hormisda, anno 517.

8. Si quis de Laicis post vxorem, aliam cuiuscumque conditionis cognouerit mulierem, in Clero nullatenus admittatur.

9. Vide Pœnitentia.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

53. Hi qui in discrimine constanti pœnitentiam accipiunt, nulla manifesta scelera confitentes, sed tantum se peccatores esse prædicantes, huiusmodi si reualuerint, possunt etiam pro morum probitate ad gradus Ecclesiasticos peruenire; qui verò ita pœnitentiam accipiunt, vt aliquod mortale peccatum se perpetrasse publicè fateantur, ad Clerum vel honores Ecclesiast. peruenire nullatenus poterunt.

Ex Concil. Nicæno 2. Gener. 7. sub Adriano I. anno 787.

14. Nonnulli à pueris Cleri tonsuram accipientes, nondum verò accepta manuum impositione, in congregatione, in suggestu legunt, & id non Canonici faciunt, hoc à præsenti Canone fieri non permittimus, hoc ipsum autem etiam in Monacho seruari, Lectoris autem manuum impositionem licet in proprio Monasterio tantum; vnicuique Monasterij Præfecto facere, si ipsi Præfecto ab Episcopo manus est imposita ad Præfecturam hegumeni, dum sit & ipse Presbyter; similiter & ex antiqua consuetudine Chorepiscopos, Episcopi permissu oportet Lectores ordinare.

Ex Concil. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

7. Vide Episcoporum mores.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Stephano V. anno 816.

117. Præpositorum officij est vt Claustra in quibus Clero sibi commisso canonicè viuendum est, firmis vndique circumdent munitionibus, vt nulli omnino intrandi aut exeundi nisi per portam pateat aditus, sicut etiam interius Dormitoria, Refectoria, Cellaria, & cæteræ habitationes vsibus fratrum in vna societate viuentium necessariæ.

118. Cauendum summoperè Præpositis Ecclesiarum est vt in Ecclesiis sibi commissis non plures admittat Clericos quàm ratio sinit, & facultas Ecclesiæ suppetit, ne si indiscretè & extraordinariè plures aggregauerint, nec ipsos gubernare, nec cæteris Ecclesiæ necessitatibus vt oportet, valeant adminiculari.

119. Sunt nonnulli qui tantum ex familia Ecclesiast. Clericos in sibi commissis congregant Ecclesiis, & hoc ideo facere videntur, vt si quando eis aliquod incommodum fecerint, aut stipendia opportuna subtraxerint, nihil querimoniæ contra se obiicere præsumant, timentes scilicet, ne aut seuerissimis verberibus afficiantur, aut humanæ seruituti denuò crudeliter addicantur, &c. Nullus ergo Prælatorum (seclusis nobilibus) viles tantum in sua congregatione admittant personas.

120. Clerici qui & suas & Ecclesiæ habent facultates & vtilitatem Ecclesiæ aut interius aut exterius conferunt, accipiant in congregatione cibum & potum, & partes eleemosynarum, & his contenti sint, ne plus accipientes pauperes grauari videantur, porrò si tales fuerint qui nec suas nec Ecclesiæ velint habere possessiones, horum necessitatibus prouidentissima gubernatione de facultatibus Ecclesiæ debent subuenire Prælati, &c. Sed & illorum curam nihilominus gerere debent, quos aut infirmitas aut senectus aggrauat, quos etiam constat olim in necessitatibus Ecclesiæ desudasse.

121. In vnaquaque Canonica congregatione à minimo vsque ad maximum cibum & potum omnes æqualiter accipiant, hi etiam videlicet qui propter aliquam vtilitatem in numero Canonicorum fuerint admissi; quamquam enim plerique subditorum à Prælatis, rebus quibuslibet aliis plus cæteris meritò soleant honorari, in hac tamen societate, seclusa personarum acceptione, vna debet cibi & potus æqualitas esse.

122. Omnibus locis maioribus scilicet & minoribus accipiant singuli Canonici per singulos dies 4. libras panis, in locis verò vbi maiores facultates sunt

sunt Ecclesiæ, v. g. tria aut 4. aut certè 8. & eo ampliùs millia mansi, si eadem Regio vini ferax fuerit, accipiant per singulos dies 5. libras vini, si verò vini ferax plenè non fuerit, 3. libras vini, & 3. ceruisiæ; si penitùs vini ferax non fuerit, accipiant libram vini, & 5. libras ceruisiæ. In mediocribus enim locis 1000. aut 1500. aut 2000. mansos habentibus si regio vini ferax fuerit 4. libras vini, & si plenè vini ferax non fuerit 2. libras vini & 3. potus ex diuersis materiis confectos, &c. prospicere sibi debent Canonici vt vinum aut quemlibet alium potum in eleemosyna datum in communi recondant cellario quatenus imminente sterilitatis tempore suffragentur communiter necessitatibus.

123. Studeat vnusquisque Prælatus vt familiæ Christi annonam spiritualem carnalemque fideliter subministret.

124. Canonicis totis vitibus elaborandum est, vt & indumenta virtutum habeant, interiùs, & per immoderatum cultum caueant dehonestare Religionis dignitatem exteriùs.

125. Plerique Canonici contra morem Ecclesiasticum cucullas quibus solis Monachis vtendum est induunt, cùm vtique illorum habitum penitùs vsurpare non debeant a quorum proposito quodammodo distant, quod prohibendum est.

134. Si quis frater in congregatione Canonica constitutus, horas Canonicas frequentare neglexerit, ad collationem venire distulerit, obedientiam sibi à Magistris iniunctam, agere recusauerit, in legendo vel cantando, vel in cæteris Ecclesiast. disciplinis, iuxta vires studium non exhibuerit, ad Missam non necessitate sed vitio tardè occurrerit, è Claustris sine licentia exierit, in plateis ire aut in biuiis residere tentauerit, in Dormitorio aliquid indecens aut inhonestum verbis aut actibus perpetrauerit, alicubi nisi in dormitorio cum cæteris absque causa ineuitabili dormire præsumpserit discordiam inter fratres seminauerit, & huic institutioni contumax aut superbus, aut murmurans, seu in aliquo contrarius extiterit, cæteraque huiusmodi agere tentauerit, hic primò crebriùs admoneatur, & si his admonitionibus non cesserit, publica obiurgatione corripiatur, quod si & his renisus fuerit, cæteris sibi alimentis interdictis, pane tantum vsque ad dignam satisfactionem vtatur & aqua, si verò nec sic se correxerit, separetur à mensa & societate fratrum in Choro psallentium remoueatur, deinde si his modis correptus incorrigibilis extiterit, & ætas permiserit, congrua ei verberum adhibeatur castigatio, &c. Cæterum si talis fuerit quem aut ætas, aut qualitas personæ verberari non siuerit, & adhuc incorrigibilis extiterit, sit locus intra Claustra Canonicorum quo ad tempus retrudatur, & secund. mndum culpæ castigetur.

135. Solerter Rectores Ecclesiarum vigilare oportet, vt pueri & adolescentes qui in congregatione sibi commissa nutriuntur vel erudiuntur ita iugibus & Ecclesiast. disciplinis corrigantur vt eorum lasciua ætas nullum possit reperire locum, in quo peccati facinus proruat, &c. Oportet autem vt probatissimo Seniori pueri ad custodiendum, licet ab alio erudiantur, deputentur.

136. Expletis, religiosissimo obsequio, horis competentibus, diurnis officiis ab omnibus Canonicis, dato signo, deuotissimè ad Completorium celebrandum veniendum est, quo completo, oportet vt non epulis, non potationibus, vanisque inseruiant loquelis, sed his penitùs postpositis, humiliter & honestè dormitorium petant, & nequaquam duo in vno, sed singuli in singulis lectis quiescant, lucerna quoque in eodem dormitorio noctis tempore iugiter ardeat.

138. Vide Episcoporum Officium.

139. Quamuis omnes qui præsunt, Præpositi ritè dicantur, vsus tamen obtinuit eos vocari Præpositos qui quamdam Prioratus curam sub aliis Prælatis gerant; hi tamen qui iuxta hunc morem Præpositi vocantur, tales & tam strenui à Prælatis sunt constituendi, qui & vitæ probabilis sint, & ea quæ sibi iniuncta sunt fideliter, humiliter expleant, &c.

140. Debet procurare Prælatus vt fratribus Cellarium non vinolentum, vel violentum, non superbum, non tardum, non prodigum, sed moribus honestum ac Deum timentem constituat, qui & stipendia fratrum seruet, & diligenti cura administret, &c. Cui etiam pistrinum fratrum committendum est vt illud ita vigilantissima cura custodiat ne Ministri ibidem deputati, annonam fratrum aut furtim surripiendo, aut alio quolibet modo negligenter viuendo dissipent, hi verò famuli eligantur de fidelissima Ecclesiæ familia, &c. Eadem quoque forma pro cocis seruanda est.

142. Quamuis Canonicis proprias licitum sit habere mansiunes, debet tamen à Prælato mansio infirmorum & senum intra claustra Canonicorum fieri vt qui suam fortè non habent, in ea suam possint aptissimè tolerare imbecillitatem, quatenus ibidem, & subsidiis Ecclesiasticis quibus indigent, & fratrum adminiculis misericorditer sustententur.

143. Eligatur à Prælato ex congregatione sibi commissa frater probabilis vitæ, cuius officij sit portam Canonicorum cum summa obedientia & humilitate, competenti tempore claudere ac reserare, nulli per eam nisi per licentiam aditus pateat intrandi aut exeundi, &c. Debet præterea aduenientes quisque cum charitate suscipere, & Priori aduentum eorum, causamque nunciare, expleto vespertino & completorio officio, obseratisque portis, claues earum idem portarius ei qui vicem Prælati tenet, ferat, vt nulli horis incompetentibus intrandi aut exeundi maneat facultas, &c.

144. Feminis non solum in mansionibus & claustris Canonicorum, prandendum aut requiescendum non est, quin potius nec in ea intrandi, excepto in Ecclesia vltra tribuenda facultas, &c. Si quid verò charitatis officio illis attribuendum est, extra Claustra constituatur locus in quo id accipiant.

Ex Concil. Romano sub Eugenio II. anno 826.

7. Iuxta Ecclesiam Claustra constituantur in quibus Clerici disciplinis Ecclesiasticis vacent, itaque omnibus vnum sit Refectorium ac Dormitorium, seu cæteræ officinæ ad vsus Clericorum necessariæ. Ministri verò post Episcopum super eos tales eligantur quorum vita atque doctrina illos potius exornent, quàm dehonestent.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

3. Ab omnibus Episcopis diligentior in educandis & erudiendis militibus Christi &c. vigilantior adhibeatur diligentia, & quando ad Prouinciale Episcoporum Concilium ventum fuerit, vnusquisque Rectorum Scholasticos suos eid. Concilio adesse faciat,

faciat, vt suum solers studium circa diuinum cultum omnibus manifestum fiat.

Ex Concil Meldensi sub Sergio II. anno 845.

37. Vide Clericorum mores.

55. Vt Canonici in Ciuitate & Monasteriis in dormitorio dormiant, & in Refectorio comedant, & in domo infirmorum necessariò subleuentur, & tàm sani, quàm infirmi canonicè vestiantur, atque in Claustris, horis congruis degant, & sub custodia Canonica, lectionibus & cæteris diuinæ institutionis insistant officiis.

Ex Concil. Romano sub Nicolao II. anno 1059.

4. Sacerdotes, Diaconi, & Subdiac. qui obedientes castitatem seruauerunt, iuxta Ecclesias quibus ordinati sunt, sicut oportet Religiosos Clericos, simul manducent & dormiant, & quidquid ab Ecclesiis venit communiter habeant.

Ex Concil. Romano sub Alexandro II. anno 1063.

4. Vide sup Conc. Rom. 1059. C. 4.

Ex Concil. Melfitano sub Vrbano II. ann. 1090.

11. Nullum Ius Laicis in Clericos esse censemus, vnde cauendum est ne seruilis conditionis aut Curialium officiorum obnoxij, ab Episcopis promoueantur in Clerum.

Ex Concil. Rauennatensi 4. sub Ioanne XXII. anno 1317.

5. Nullus instituatur vel recipiatur in fratrem, & Canonicum alicuius Cathedralis Ecclesiæ vel Collegiatæ, vel in Monachū alicuius Monasterij vel Canonicum regularem sine speciali Ordinarij loci, ac Metropolitani, si videatur opportunum, ordinari, &c. Hoc autem statutum durare volumus vsque ad triennium seu sequens Concilium infra quod æstimationes bonorum & redditiuum fient, ita quod pro earum facultatibus competens numerus Ministrantium poterit taxari & statui prout iura requirunt.

8. Vbicumque in Cathedralibus vel Collegiatis Ecclesiis determinatus est numerus Canonicorum vel Clericorum, statu vel consuetudine, ille seruetur nec augeatur quocumque quæsito colore, nisi iusta de causa & de licentia Ordinariorū suorum, vbi autem numerus certus determinatus non est, præcipimus statui & firmari iuxta facultatem Ecclesiarum, & hoc infra sex menses à publicatione constitutionis præsentis numerandos, &c. Si aliquæ Ecclesiæ Collegiatæ vel Cathedrales inueniantur antiquo statuto numero in præsenti rationabiliter prægrauari, volumus quod Canonici ipsarum Ecclesiarum de licentia suorum Ordinariorum, seu ipsi Ordinarij (vbi ad eos solos spectat) reducant, statuant talem numerum iuxta facultatem ipsarum Ecclesiarum, ita quod cedentibus vel decedentibus Canonicis, nullus de nouo, loco cedentis vel decedentis instituatur, quousque peruenerit ad numerum sic ab antiquo statutum, vel de nouo statuendum.

Ex Concil. Lateran. gener. 17. sub Leone X. anno 1513. *Sess. 9. De Reformat.*

18. Magistri Scholarum & Præceptores, pueros suos siue adolescentes nedum in Grammatica & Rhetorica, ac cæteris huiusmodi audire & instruere debeant, verum etiam docere teneantur ea quæ ad Religionem pertinent, vt sunt præcepta diuina, articuli fidei, &c. Diebusque festiuis nihil aliud eos docere possint, quam in rebus ad Religionem & bonos mores pertinentibus, eosque in illis instituere hortari & cogere, in quantum possint, teneantur, vt nedum ad Missas, sed etiam ad Vesperas diuinaque Officia audienda ad Ecclesias accedant, & similiter ad Prædicationes audiendas impellant, nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat eos, legere possint.

Ex Concilio Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. *De Moribus.*

21. Omnes & singuli Canonici Ecclesiarum Cathedral. & Colegiat. nostræ Prouinciæ lucrentur & percipiant, post eorum receptionem & admissionem infra tres grossos fructus & alios quoscumque suarum præbendarum, personaliter residendo & deseruiendo suis beneficiis, æqualiter inter se distribuendo, nisi ex fundatione eorumdem locorum speciali & legitima sufficienter probata, prædicti grossi fructus, pro certo tempore aliis Ecclesiis aut piis vsibus expresse pertineant & deputentur.

22. Canonici Regulares de cætero super veste exteriori, togam lineam, tàm intra quàm extra Monasterium ferre omnino teneantur, nisi fortè super huiusmodi toga non deferenda priuilegium habeant.

Ex Concil. Coloniensi sub Paulo III. anno 1536. *Parte XII.*

3. Apud singulas Ecclesias habendus vir eruditus, qui Clericos eius Ecclesiæ instituat, singulis autem Magistris, vnius præbendæ prouentus tantisper, quoad in docendo perstiterint. assignentur.

5. Clericos illos conuenit Ecclesiasticis stipendiis sustentari, quibus parentum & propinquorum nulla bona suffragantur.

7. Honorij III. Decretalis seruetur nempe vt Canonici Ecclesiarum dociles ad studia, potissimum Theologiæ, per Capitula transmittantur percepturi toto quinquennio beneficiorum suorum fructus.

8. In Academiis optimi quique libri in singulis professionibus ac disciplinis per doctissimos Professores statis diebus ac horis vigilantissimè perlegantur, enarrenturque, deinde Scholasticis viuendi Regulæ præscribantur.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

9. Decanus Collegij Clericos & familiam in officio quemque suo contineat, exemplo alios præcedat, &c. Scholasticus Ecclesiæ nostræ, dignitate aut titulo eminens iuuentutem Ecclesiæ ministeriis destinatam, doctrina, pietate & morum honestate imbuat, &c. Canonici Diacono suo obediant, diuinis omnibus intersint, qua decet modestia grauitate & pietate, eleemosynas pauperibus distribuant, &c. Cæterum horas Canonicas, residentes Canonici decenti modulatione persoluant, & hanc curam ad conductitios tantùm Succentores minimè reiiciant, &c. Canonici iuniores Theologum, lectionem suæ professioni & institutioni congruentem prælegentem, audiant.

Quæcumque Canonicorum Collegia scholas pro cuiusque Collegij magnitudine sicubi aut desitæ sint, aut nouis opinionibus infectæ, erigant & restituant

tuant, &c. Apud singula frequentioraque Canonicorum Collegia singuli Theologi honestis stipendiis conducti habeantur, qui certis diebus & horis interpretentur Biblia, ac de re Theologica iuniores Canonicos, Vicarios & alia Collegij membra doceant, &c. Doctori vnius Præbendæ prouentus, donec in docendo perstiterit, assignetur.

Ex Concil. Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549. Medio 1.

1. Nemo præceptioni triuialium studiorum admittatur, nisi qui sit de fide & religione sua, de vita item & motibus probè examinatus,& constiterit vbinam gentium & apud quos sit ipse institutus.

2. In triuialibus nonnisi Grammatica, Poëtica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, & quæ huius generis sunt triuiales & liberales artes, Dominicis verò & festis diebus litteralis Euangeliorum & Epistolarum, Hymnorum, Psalmorum, Parabolarum Salomonis & eiusmodi sacrorum Librorum expositio, pro ætatis illius & ingenij captu, &c. Reliqua autem, Philosophia, Physica item & ars medica, Iurisprudentia, & Theologia, seu Scriptura sacra, nonnisi in probatis Academiis & Catholicis doceantur.

5. Dent Collegia vni, duobus vel tribus, vt multus vel exiguus fuerit personarum numerus in Collegio, bonæ spei ac studiosis adolescentibus non minus quàm triennij tempus quo possint in studio potissimum Theologico versari, in quo si laudis aliquid obtineant, tempus eis prorogetur, atque interim percipiant integros Præbendæ suæ fructus quotidianis distributionibus exceptis, aut saltem quantum ad victum & libros necessarios sufficiat.

6. Canonici nondum in maioribus ordinibus constituti, poscentes hoc nomine aut fructus integros, aut decreta subsidia à Collegiis quæ pro more habent, vt de fructibus participent, etiam in minoribus constituti ordinibus prius dent cautionem sufficientem se non velle ordinem & institutum Ecclesiast. deserere, &c.

7. Studiosi dent operam litteris bonis in ipsa vniuersitate vbi ad studia & mores ipsorum potest haberi respectus, nisi Decanus & Collegium causam habeant cur censeant eos ad exteras vniuersitates mittendas, quod si qui fugientes disciplinam velint omnino non ad eam quæ cis à suo Decano & Capitulo designatur sed ad aliam quæ ipsismet videbitur vniuersitatem proficisci, non tenebitur Collegium illis dare subsidium decretum.

8. Nulli nisi ad studia litterarum idonei,& illarum præcipuè gratia se ad vniuersitatem conferentes in membra seu supposita, atque ad vsum priuilegiorum huiusmodi vniuersitatis recipiantur, aut suorum beneficiorum fructibus eo prætextu gaudeant nec recepti ipsis priuilegiis & beneficiorum fructibus vti sinantur, nisi quamdiu causa studij permanserint.

9. Eiusmodi Collegia singula, aut si vicina sunt, inuicem duo aut plura simul alant Theologum aliquem docentem, vel binos qui hanc operam inter se partiantur concessione fructuum vnius Præbendæ authoritate Apostol. in hunc vsum supprimendæ,&c.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

65. Episcopi omni cura & ope & industria vbique per vniuersam Prouinciæ nostræ studia præcipuè generalia instaurare, promouere & conseruare satagant, nec minorem curam & sollicitudinem circa scholas per suas Diœceses in Ciuitatibus & pagis constitutas impendere debent, &c. Curent etiam vt aliquot adolescentes felicioris ingenij & melioris spei (quibus alioquin ad studiorum suorum sustentationem à parentibus & propinquis facultates non suppetunt) publicis Ecclesiarum & Monasteriorum sumptibus in studiis alantur, qui ad Theologiæ studium operam suam applicent in quasi operæ pretium fecerint, deinde Ecclesiis & Parochiis per Diœceses præficiantur.

66. Capitula quarumlibet Ecclesiarum ex Clericis sæcularibus beneficiatis iuxta cuiusque Collegij facultates & personarum numerum, Adolescentes aliquot ad priuilegiatas vniuersitates pro studio potissimum Theologico mittant, & iis ad quinquennium fructus beneficij omnes, exceptis quotidianis distributionibus concedant, &c. Eos verò qui sic mittuntur Capitulis suis sufficientem cautionem præstare volumus, sese in ordine Clericali permansuros, quod si mutato proposito ab ordine Ecclesiast. resilierint,&c. Ad restitutionem omnium fructuum ac sumptuum Ecclesiast. quos sic perceperunt eos teneri, & omnino compelli volumus.

67. Collegia Ecclesiarum, Doctores qui Theologiam profiteantur pro cuiusque Ecclesiæ facultate & conditione conducant.

86. Prælati Capitulorum imposterum non quoslibet Canonicos sed idoneos tantum, & dignos ad Capitula admittant, prauis verò moribus deditos & ignauos tantisper à Capitulari dignitate & emolumento arceant.

96. Prælati, Capitula siue Communitates aut locorum Præfecti, ad quos ea cura pertinet, imposterum scholis sibi commissis Didascalos præfecturi easdem ad Vicarios nostros in spiritualibus seu locorum Commissarios ablegent, qui eruditionem, mores & fidei sinceritatem in eis accurato examine explorent.

Ex Concil. Treuirensi sub Paulo III. anno 1549.

15. Singula Collegia scholas instaurare, vel erectas conseruare debent, & Prælati Ecclesiarum, ac alij quibus id muneris ex officio incumbit, solerter prouidere vt Pædagogi & Magistri idonei sint & probi atque vitæ omnino incurpatæ qui ea prælegant quæ puerorum seu adolescentum ætati conueniunt dummodo non sint obscœna, suspecta aut contagiosa.

Ex Concil. Tridentino generali 18. sub Pio IV. ann. 1562. Sess. 23. De Reform.

18. Singulæ Cathedrales Metropolitanæ atque his maiores Ecclesiæ pro modo facultatum & Diœcesis amplitudine, certum puerorum ipsius Ciuitatis & Diœcesis vel eius Prouinciæ si ibi non reperiantur, numerum in Collegio ad hoc prope ipsas Ecclesias vel alio in loco conuenienti ab Episcopo eligendo, alere aut religiosè educare, & Ecclesiast. disciplinis instituere teneantur, in hoc verò Collegio recipiantur qui ad minimum 12. annos & ex legitimo matrimonio nati sint, ac legere & scribere competenter nouerint,& quorum indoles & voluntas spem afferat eos Ecclesiasticis ministeriis perpetuò inseruituros, pauperum autem filij præcipuè eligantur, nec tamen ditiorum excludantur, modo suo sumptu alantur, & studium præ se ferant Deo & Ecclesiæ inseruiendi, hos pueros Episcopus in tot classes quot ei videbitur diuisos iuxta eorum numerum ætatem ac in disciplina Ecclesiastica progressum, partim cum ei opportunum videbitur Ecclesiasti ministerio addicet, partim,

partim in Collegio erudiendos retinebit, aliosque in locum eductorum sufficiet, ita vt hoc Collegium Dei Ministrorum perpetuum seminarium sit, &c. Tonsura statim atque habitu Clericali semper vtentur, Grammatices, cantus, computi Ecclesiast. aliarumque bonarum artium disciplinam discent, sacram Scripturam, libros Ecclesiast. Homilias Sanctorum atque Sacramentorum tradendorum, maximè quæ ad confessiones audiendas videbuntur opportuna, & rituum ac cæremoniarum formas ediscent; & quia ad Collegij fabricam instituendam, & ad mercedem Præceptoribus & Ministris soluendam, & ad alios sumptus certi redditus erunt necessarij, vltra ea quæ ad instituendos vel alendos pueros sunt in aliquibus Ecclesiis & locis destinata, quæ eo ipso huic seminario sub eadem Episcopi cura applicari censeantur; iidem Episcopi consilio duorum de Capitulo quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso Capitulo eligatur, itemque duorum de Clero Ciuitatis quorum quidem alterius electio similiter ad Episcopum, alterius verò ad Clerum pertineat, ex fructibus integris mensæ Episcopalis & Capituli, & quarumcumque Dignitatum, Personatuum, Officiorum, Præbendarum, Portionum, Abbatiarum, & Prioratuum cuiuscumque ordinis, &c. Rationes autem redditnum huius Seminarij, Episcopus annis singulis accipiat, præsentibus duobus à Capitulo, & totidem à Clero Ciuitatis deputatis, &c. In Ecclesiis amplas Diœceses habentibus possit Episcopus vnum vel plura in Diœcesi prout sibi opportunum videbitur, habere Seminaria, quæ tamen ab illo vno quod in Ciuitate erectum & constitutum fuerit in omnibus dependeant, &c. Si vel pro vnionibus seu pro portionum taxatione vel assignatione & incorporatione, aut qualibet alia ratione, difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam huius Seminarij institutio vel conseruatio impediretur, aut perturbaretur, Episcopus cum supra deputatis, vel Synodus Prouincialis pro Regionis more, pro Ecclesiarum & beneficiorum qualitate, etiam suprascripta si opus fuerit moderando aut augendo, omnia & singula quæ ad felicem huius Seminarij profectum necessaria & opportuna videbuntur, decernere ac prouidere valeat.

Sess. 24. De Reformat.

16. Capitulum Sede vacante vbi fructuum percipiendorum ei munus incumbit Oeconomum vnum vel plures fideles ac diligentes decernat qui rerum Ecclesiast. & prouentuum curam gerant, quorum rationem ei ad quem pertinebit sint reddituri, item Officialem seu Vicarium infra 8. dies post mortem Episcopi constituere teneantur.

Sess. 25. de Reformat.

6. Vide Episcopi.

Ex Concilio Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

10. Ad Seminarium Clerum constituendum detrahimus decimam partem fructuum cuiuslibet mensæ Episcopalis & Capituli, quarumcumque Dignitatum, Personatuum, Officiorum, Præbendarum, Portionum, Abbatiarum, & Prioratuum cuiuscumque Ordinis etiam Regularis vel conditionis fuerint, etiam hospitalium, eamque decimam sic detractam Seminariis singulis Prouinciæ nostræ Diœcesibus erigendis seu iam erectis applicamus & incorporamus, &c. Episcopi ex authoritate Concil. Trident. intra 6. menses Ecclesiast. aliquot simplicia beneficia, etiam nondum vacantia huic Seminario applicent & incorporent, sine tamen cultus diuini detrimento, & beneficia obtinentium præiudicio.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 2.

25. Episcopus ipse 3. quoque mense saltem, nisi iusta causa impeditus sit Seminarium visitet.

Ex Concil. Mediolanensi 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 3.

1. Quæ decimarum fructuum exactio, Tridentino, Prouincialique Decreto iampridem Seminarij nomine instituta est, de ea nihil planè quidquam per Episcopos remitti liceat.

Ex Concil. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

11. Capitulum Sede Episcopali vacante Vicarium constituat confirmetve, qui omnino Iuris Canonici Doctor sit.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

38. Quamprimum Episcopi cum consilio duorum de Capitulo & duorum de Clero Ciuitatis ad erectionem & dotationem Seminariorum procedant iuxta Decreta SS. Conc. Trident. & Christianiss. Regis cōstitutiones. In omni Seminario Catechismus Rom. pueris atque adeo adolescētibus prælegatur & explicetur, &c. Studium etiam sacrorum rituum, & cæremoniarum historiæque omnis Ecclesiast. tum cantus certis diebus & horis instituatur. Præbenda insuper præceptorialis scholis attributa vel attribuenda, & si qua alia sunt ad instituendos & alendos pueros, Ecclesiis & locis destinata in quibus Seminaria instituētur, ipsis debent applicari, ea tamen lege vt Seminarij Præceptores, non solum Clericos & alios in Seminario manentes, sed & aliunde aduenientem iuuentutem docere teneantur.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

49. Qui in Seminario recipientur non sint minores 12. annis ex legitimo matrimonio procreati, & idonei ad litteras addiscendas reperiantur sint verè pauperes & ex patre & matre pauperc, & ex Diœcesi assumantur. Diuitum filij admitti poterunt, dummodo propriis sumptibus alantur, ac eundem habitum gestent quicunque recipiendi sunt polliceantur se nunquam Clericalem ordinem deserturos, admissi iam, habitu honesto & vniformi coloris violacei vtentur. Vide Conc. Aquens. 1585. c. 38. beneficia aliquot simplicia iuxta formam à Conc. præscriptam vniantur Seminario.

Ex Concil. Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

8. Canonicis, seu beneficia sine cura obtinentibus quæ residentiam personalem requirunt, si ætate maiores 30. annis fuerint, licentia vt proficiscantur ad studia in Gymnasiis publicis obeunda, denegetur, nisi studia iam cepta perficere continuato cursu perseuerarent, huiusmodi autem licentia non vltra quinquennium concedatur, studia verò debent esse sacræ Theologiæ aut sacrorum Canonum.

13. Statuimus in tota Istria pro illius Regionis Episcopis vnicum ac illud quidem commune Semi-narium

narium institui, pro communi Regionis commodo ad Cleri Propagationem, & Ecclesiasticæ disciplinæ restitutionem.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

26. Capitulis Matropolitanis & Cathedralium Eccles. præcipimus vt statim post mortem Prælati, Metropolitanum & Coepiscopos nostros commonefaciant, qui omnes solemni cæteremunia Missam pro defuncto celebrari curabunt, tùm in dictis publicis supplicationibus Deum deprecabuntur, vt orbato gregi velit iuxta cor suum Pastorē maturè concedere.

30. Non habeant vocem in Capitulo, nec locum in subselliis superioribus, Canonici qui non sunt in sacris Ordinibus constituti.

COEMETERIA.

VErbo Ecclesia, Conc. Sabinen. 1322. c. 17. Mediol. 1. 1565. par. 2. c. 58. Mediol. 4. 1576. p. 1. c. 16.
V. Ecclesia asylum, Later. vniu. 10 an. 1139. c. 15.
V. Ecclesiastica bona, Conc. Tolet. ex fragmentis.

COMMVNIO.

Ex Canon. Apostolorum Clementis I. an. 93. & Epitome Adriani I. an. 773.

9. MInistri Altaris facta oblatione cōmunicent.
10. Laici Ecclesiam ingressi communicent.

Ex fragmentis Concilij Eliberitani an. 305. à Gratiano citatis.

3. Omnis homo ante sacram communionem à propria vxore abstinere debet 3. aut 4. aut aliàs 5. aut 7. aut 8. diebus nec inter Catholicos connumerabitur qui in Pascha, Penteçoste & Natali Domini non communicauerit.

Ex Concil. Nicano generali 1. sub Siluestro I. anno 325. Editionis Arabicæ.

25. Nullus Sacerdos vllum fidelem à communione sacta arceat, neque propter odium, neque propter aliam causam quamcumque mundanam, & qui hoc commiserit deponatur & excommunicetur.

Ex Concilio Antiocheno sub Iulio I. an. 340. & Epitome Adriani I. anno 773.

2. Quicumque se à sancta communione pro quadam intemperantia suspenderit, vel qui excommunicato communicauerit, excommunicetur.

Ex Concil. Arelatensi 2. sub Siricio, ann. 389.

12. De his qui in pœnitentia positi vitam excesserunt, placuit nullum communione vacuum debere dimitti, sed pro eo quod honorauit pœnitentiam, oblatio illius recipiatur.

Ex Conc. Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

7. Accusator Episcopi si nunquam diebus causæ dicendæ defuerit à communione non remoueatur, si verò aliquando defuerit, subtrahens se restituto in communionem Episcopo, ipse remoueatur.

Ex Concil. Toletano 1. sub Anastasio, anno 400.

13. De his qui intrant in Ecclesiam, & deprehenduntur nunquam communicare admoneantur, quod si non communicant, ad pœnitentiam accedant, si communicant, non semper abstineantur, si non fecerint, abstineantur.

15. Si quis Laicus abstinetur, ad hunc vel ad domum eius, vel Clericorum, vel Religiosorum nullus accedat, similiter & Clericus si abstineatur, à Clericis deuitetur, si quis cum illo colloqui aut conuiuari deprehensus fuerit, etiam ipse abstineatur, sed hoc pertineat ad eos Clericos qui eius sunt Episcopi, & ad omnes qui commoniti fuerint de eo qui abstinetur siue Laico siue Clerico.

Ex Conc. Mileuitano 2. sub Innocentio, anno 416.

17. Placuit vt quicumque non communicat in Prouincia propria & in aliis Prouinciis vel transmarinis partibus ad communicandum obrepserit, iactu ram communionis vel Clericatus excipiat.

Ex Conc. Arausicano 1. sub Leone I. anno 441.

3. Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eos communicare, quòd morientis sufficit consolationi, secundum definitiones Patrum qui huiusmodi communionem congruenter viaticum nominauerunt, quod si superuixerint stent in ordine pœnitentium, vt ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiant.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

18. Sæculares qui in Natali Domini, Pascha & Pentecoste non communicauerint, Catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

36. Si quis pœnitentium ægrorum accepto viatico reualere fortasse contigit, statuti temporis spacia obseruare conueniet.

Ex Concil. Braccarensi 1. sub Ioanne III. anno 563.

13. Placuit vt intra Sanctuarium Altaris ingredi ad communicandum non liceat laicis viris vel mulieribus nisi tantum Clericis.

Ex Concil. Turonensi 2. sub Ioanne III. anno 570.

4. Ad orandum & communicandum Laicis, & feminis sicut mos est pateant sancta Sanctorum.

Ex Concil. Matisconensi 2. sub Pelagio II. anno 588.

6. Quæcumque reliquiæ sacrificiorum post peractam Missam in Sacrario superfederint quarta vel sexta feria innocentes ab illo cuius interest ad Ecclesiam Adducantur, & indicto eis ieiunio, easdem reliquias conspersas vino percipiant.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

17. Sacerdos & Leuita ante Altare communicent, in Choro Clerus, extra Chorum populus.

Ex

Ex Concilio Toletano 12. sub Agathone, anno 681.

3. Quia remissio eorum qui contra Regem, gentem vel patriam agunt per definitiones Canonum antiquorum in potestate solum Regis ponitur, cui & peccasse noscuntur, quos Regia potestas in gratiam benignitatis receperit, aut participes mensæ suæ effecerit, hos etiam Sacerdotum & populorum conuentus suscipere in Ecclesiasticam communionem debebit.

Ex Concil. Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

19. Presbyteri omnino admonendi sunt, vt cùm sacra Missarum solemnia peregerint, atque communicauerint, pueris aut aliis quibuslibet personis adstantibus Corpus Domini indiscretè non tribuant.

Ex Concil. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

46. In perceptione corporis & sanguinis Domini magna discretio adhibenda est cauendum est, enim, ne si nimium in longum differatur, ad perniciem animæ pertineat, dicente Domino, *nisi manducaueritis carnem, fil. hom. non habebitis vitam in vobis*, si verè discretè accipiatur timendum est illud quod ait Apost. *Qui manducat & bibit indignè iudicium sibi manducat & bibit.* Probare ergo se debet homo, & sic de pane illo manducare, & de Calice bibere, vt videlicet abstinens aliquot diebus ab operibus carnis & purificans corpus animamque suam præparet ad percipiendum tantum Sacramentum.

47. In Cœna Domini à quibusdam perceptio Eucharistiæ negligitur, quæ quoniam in eodem die ab omnibus fidelibus, exceptis his quibus pro grauibus criminibus inhibitum est, percipienda sit, Ecclesiasticus vsus demonstrat, cum etiam pœnitentes eadem die ad percipiendo corporis & sanguinis Dominici Sacramenta, reconciliat.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

22. Communicatio Corporis Domini omni die Dominico debet celebrari.

Ex Concil. Moguntino sub Leone IV. anno 847.

26. Vide Infirmi.

Ex Concil. Wormatiensi sub Adriano II. anno 868.

31. Leptosi si fideles Christiani fuerint, Dominici corporis & sanguinis participatio tribuatur cum sanis autem eis conuiuia celebrare non permittatur.

Ex Concil. Romano sub Nicolao II. anno 1059.

12. Vide Laici.

Ex Concil. Beneuentano sub Victore III. anno 1087.

4. Pœnitentia omnino à nemine nisi à Catholico suscipiatur, quòd si nullus adsit Catholicus Presbyter, rectiùs est sine visibili commonione persistere & inuisibiliter Domino communicare quam eam ab hæreticis sumendo, à Deo separari.

Ex Concil. Placentino sub Vrbano II. anno 1095.

3. Quibuslibet ritè ad confessionem venientibus Eucharistiam non denegemus quos solo corpore non mente inter excommunicatos manere, nec tamen eorum Sacramentis communicare cognoscimus.

Ex Concilio Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

2. Non detur communio Eucharistiæ impetenti, sed publicè & instanter petenti, danda est, nisi publicum sit eius delictum.

Ex Concilio Sabinensi in Hispania, sub Ioanne XXII. anno 1322.

27. Vide Confessio.

Ex Concil. Toletano sub Ioanne XXII. anno 1324.

8. Clerici vt ostendant se ad plus teneri quàm Laici ad minus communicent ter in anno, nisi de consensu proprij Confessoris duxerint abstinendum.

Ex Concil. Toletano sub Benedicto XII. anno 1339.

5. Quilibet Rectorum in sua Parochia, nomina suorum Parochorum qui ad annos discretionis peruenerint, annuatim in scriptis redigant, & illos qui sibi vel alteri potestatem habenti de quo constet ei, confessi fuerint, consignet, eosque ad recipiendum Eucharistiam excitet, quod si eam non receperint, nisi de consensu proprij Sacerdotis abstineant, nec non & reliqui non confessi post lapsum anni ab Ecclesia donec confessi fuerint expellantur, & si sic decesserint Ecclesiast. careant sepultura.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

18. Quisquis non confessus nec Eucharistiæ, Paschali tempore, communionem sumpserit Ecclesiast. sepultura priuetur.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 7.

19. Nemo admittendus est nisi eius conscientia Parocho sit, aut cui potestas super hac te legitimè facta est per exomologesim explorata.

20. Qui alteri quàm suo Parocho confessus est, is si non factæ confessionis suspectus habeatur testimonium adferet se confessum esse.

21. Saltem toto anno semel ab omnibus qui ad discretionis annos peruenerint confessis & contritis Eucharistia summa cum reuerentia suscipiatur.

24. Vide Missa.

Ex Conc. Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549. Cens. contra abusus.

7. Præcipimus & mandamus omnibus Prouinciæ nostræ incolis qui Christiano nomine censentur vt corporis & sang. Christi veritatem sub vna Sacramenti specie percepisse contenti, vt circulum pacis cum gratiarum actione seruent.

34. Quicunq; Christiano nomine volūt censeri, semel vt minimum in anno accipiant à suo Parocho sacram communionem secund. Catholicæ Eccles. ritum sub vna tātum specie, & vel eid. prius confiteantur, vel fide

ectum confessione probabilis est dubitatio, testimonium adferant quod alibi sint confessi & absoluti alioquin viuentes ab Ecclesiæ ingressu arceantur,& mortui Ecclesiast. careant sepultura.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

27. Vide Monachi.

28. Ne post hac Parochi quemquam Parochianum qui non suo Parocho confessionem fecerit sine testimonio eius cui confessionem fecit, ad sacrosanctam Eucharistiam admittere præsumant.

33. Parochi & Ministri Ecclesiarum, nulli extra casum infirmitatis aut necessitatis sacrosanctam Eucharistiam nisi ieiuno & confesso porrigere præsumant.

Ex Conc. Trident. sub Pio IV. anno 1562. sess. 22. super petitione concessionis Calicis.

Sacrosancta Synodus decreuit integrum negotium ad Sanctiss. Dominum nostrum esse referendum prout præsenti decreto refert, qui pro sua singulari prudentia id efficiet quod vtile Reipub. Christianæ & salutare petentibus vsum Calicis fore indicauerit.

Sess. 23. De Reformat.

13. Vide Clericorum Cœlibatus.

Ex Concilio Mediolanensi 1. sub Pio IV. ann. 1565. Parte 2.

4. Nemo Paschæ tempore Eucharistiæ sumptionem vlla de causa differat, si quis necessitate vel alia iusta causa ab Episcopo vel proprio Parocho comprobanda, extra Parochiam dicto tempore Eucharistiam sumpserit, Parocho suo de eo fidem faciat, sin minus in eum agatur ac si non communicasset, publici concubinarij fœneratores, ac blasphemi & alij eiusmodi facinorosi homines semel ad pœnitentiam & communionem admissi, si postea in eodem luto hærere cognitum fuerit ampliùs ad sacram communionem ne recipiantur, nisi postea eos vitam & mores reipsa emendasse perspexerint, Eucharistiæ Sacramentum vbi pro Ecclesiarum amplitudine commodè fieri poterit, maribus seorsum & feminis ministretur.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 1.

11. Parochi Paschæ tempore, sanctissimæ Euch. Sacramentum habitantibus tantum tunc in Parochiæ suæ finibus, iisque qui maiorem anni partem aut sex saltem menses in ea habitarint, nisi sint qui paucioribus ante diebus illuc habitatum venerint eo animo vt in ea domicilium habeant, nisi item qui ab Episcopo propriove Parocho facultatem scripto concessam exhibuerint, nisi etiam peregrini sint & aduenæ homines, idque in aliqua Parochia Diœcesis.

13. Qui Paschæ tempore, Euchar. Sacramentum non sumpserint, si postquam ter aut vnica monitione, quæ vna pro tribus satis sit, etiam generatim moniti, in contumacia perseuerarint, iubeat Episcopus eos ipso Ecclesiæ ingressu, & Ecclesiastica sepultura interdictos, in propria Parochiali Ecclesia denunciari.

14. Episcopus de vita & moribus mendicorum vagantium diligenter inquirat,& curet omnino vt sacro Paschæ tempore illi communicent.

Ex Concil. Mediolan. 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 1.

10. Laici famuli quicunque Regularium Monasteriis operam nauant, tametsi in illis habitent, stato Paschæ tempore in sua quique Eccles. Parochiali sacram communionem sumant.

Ex Concil. Mediolan. 6. sub Gregorio XIII. ann. 1582.

8. Si Parochus Parochialem habet qui ex morbo laborans, aliave necessitate verè impeditus, non potest sacro Paschæ tempore ad Ecclesiam conuenire, vbi sanctissimam communionem cum cæteris fidelibus percipiat, ad illum ipse illo Paschali tempore deferat.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

17. Qui ad communionem accedere volent, nomen & cognomen suum, & locum in quo habitant scriptum in schedula præbebunt Sacerdoti ad id deputato, vbi sine scandalo id præstari possit, ne quis Curatus aut Sacerdos ad communionem recipiat aliquem extra Parochiam suam tempore Paschali.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

18. Tempore Paschatis semel à proprio Parocho recipiet augustiss. Euchar. Sacramentum quilibet fidelis sub excommunicatione, Parochus autem reiiciet à susceptione tàm tremendi Sacramenti excommunicatos, vsurarios manifestos, adulteros, concubinarios, blasphematores notorios, meretrices, & alios infames peccatores vt par est non pœnitentes, quilibet Parochus deferet ad Synodum & in scriptis tradet nomina & cognomina eorum qui non communicarunt illo anno, quos monendos tertiò curabit Episcopus, aliàs non obedientes à communicatione fidelium vt excommunicatos arcendos iubebit, &c. Non vtatur Parochus Calice ad dandam purificationem, sed habeat cyathum mundum in quo sit vinum aut aqua, quem deferat Minister cum mantili, &c. Sub excommunicatione prohibemus Sacerdotibus sacram Eucharistiam ministrantibus quoquomodo à suscipientibus Sacramentum, aliquid quæritare.

CONCILIA.

Ex Canon Apost. Clementis I. ann. 93. & Epit. Adriani I. an. 773.

38. Bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur semel quidem quarta septimana Pentecost. secunda verò duodecima die mensis hyperberetæ, id est Octobris.

Ex Concil. Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

40. Non oportet Episcopos vocatos ad Synodum negligere, sed abire & docere, vel doceri ad correctionem Ecclesiæ & reliquorum, si quis neglexerit seipsum accusabit, nisi fortè per infirmitatem ire non possit.

Ex Concil. Nicæno generali 1. sub Siluestro I. anno 325.

5. Placuit annis singulis per vnamquamque Prouinciam bis in anno Concilia celebrari, vnum quidem ante Quadragesimam Paschæ, vt omni dissensione

tione sublata, munus offeratur Deo purissimum, secundum verò circa tempus autumni.

Ex Eod. Conc. Editionis Arabicæ.

7. Statuimus vt omnes Episcopi Prouinciæ bis singulis annis Concilium habeant, Archiepiscopo aut Patriarcha præsente, semel ante quadragesimam secunda hebdomada post festum Epiphaniæ, & iterum mense septembri vt in eo Concilio omnia quæ ad eorum Episcopatus pertinent considerentur.

40. Vt omnes Episcopi singulis annis apud Archiepiscopum suum conueniant, vbi omnia quæ in locis suis acciderint considerent, cognoscantque omnia & consentiant inter se ad expellendum procul malum, & operandum Iustitiam.

41. Similiter statuimus vt omnes Archiepiscopi semel per annum apud Patriarcham suum conueniant, & in eo Conc. faciant ad eumd. modum in omnibus rebus.

Ex Concil. Romano 3. sub Syluestro I. anno 325.

1. Omnes qui ausi fuerint dissoluere deffinitionem sancti & magni Conc. quod apud Nicæam congregatum est sub præsentia piissimi & venerandi Principis Constantini Augusti, anathematizamus.

Ex Concil. Antiocheno sub Iulio I. ann. 340. Et Epit. Adriani I. anno 773.

Vt in Prouincia, Episcoporum Concilia bis in anno fiant, semel quidem post 3. septimanam festi Paschalis, 2. Synodus fiat, Idib. Octob. id est, 15. Octobris.

Ex Concil. Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

18. Ad Arelatensis Episcopi arbitrium Synodum congregandam, ad quam vrbem ex omnibus mundi partibus præcipuè Gallicanis sub S. Marini tempore legimus celebratum fuisse Concilium atque Conuentum, si quis commonitus infirmitatis causa defuerit personam vice sua dirigat.

19. Si quis autem ad esse neglexerit, aut cœtum fratrum, antequam dissoluatur Concilium, crediderit deferendum (seu deserendum) alienum se à fratrum communione cognoscat, nec eum recipi liceat, nisi in sequenti Synodo fuerit absolutus.

29. Si quis Episcopi sui sententiæ non acquieuerit Synodi legibus audiendum secundum instituta Seniorum.

37. Hoc etiam placuit custodiri vt nihil contra magnam Synodum, Metropolitanis existiment vindicandum.

Ex Concil. Hipponensi sub Siricio, anno 393.

6. Vt per singulos Concilium conuocetur.

Ex Concil. Carthagin. 2. sub Siricio anno 397. seu sub Celestino anno 425.

1. Vt statuta Nicæni Concilij omnimodis conferuentur.

Ex Concil. Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

2. Placuit vt propter causas Ecclesiast. quæ ad perniciem plebium sæpè veterascunt, singulis quibusque annis Concilium conuocetur, ad quod omnes Prouinciæ quæ primas Sedes habent de Conciliis suis ternos legatos mittant, vt & minus innidiosi, minusque hospitibus sumptuosi Conuentus, plena possit esse authoritas, de Tripoli autem propter inopiam Episcoporum vnus Episcopus veniat.

28. Hinc dirigendæ sunt litteræ Concilij ad transmarinos Episcopos.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

21. Vt Episcopus ad Synodum ire non sine satis graui necessitate inhibeatur, sic tamen vt in sua persona legatum mittat, suscepturus (salua fidei veritate) quidquid Synodus statuerit.

25. Dissidentes Episcopos, si non timor Dei, Synodus reconciliet.

28. Irritam esse iniustam Episcoporum damnationem & idcirco à Synodo retractandam.

29. Episcopus si Clerico vel laico crimen impegerit, deducatur ad probationem in Synodo.

66. Clericus qui Episcopi circa se districtionem iniustam putat, recurrat ad Synodum.

Ex Concil. Carthaginensi 5. sub Anastasio, anno 398.

7. Placuit vt dies Concilij 11. Kalend. nouembseruetur, & scribendum ad singularum quarumcumque Prouinciarum Primates, vt quandu apud se Concilium congregant, istum diem non impediant.

10. Placuit vt quotiescumque congregandum est Concilium, Episcopi qui neque ætate neque ægritudine, neque alia grauiori necessitate impediuntur, competenter occurrant, Primatibusque suarum quarumcũque Prouinc. intimetur vt de vniuersis Episcopis vel duæ vel tres fiãt turmæ, ac de singulis turmis vicissim quotquot electi fuerint ad diem Concilij instantissimè occurrant, quod si non potuerint occurrere, excusationes suas in tractatoria sub scribant, vel si post aduentum tractatoriæ, aliquæ necessitates repentè forsitan ortæ fuerint, nisi rationem impedimenti sui apud suum Primatem reddiderint, ab Ecclesiæ communione debere esse contemptos.

Ex Concil. Mileuitano 2. sub Innocent. I. anno 461.

9. Placuit vt non sit vltra fatigandis fratribus anniuersaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis, id est totius Affricæ, vndecumque ad hanc Sedem pro Concilio datæ litteræ fuerint, congregandam in ea Prouincia vbi opportunitas persuaserit, causæ autem quæ communes non sunt in suis Prouinciis iudicentur.

27. Placuit ne diutius vniuersi Episcopi qui ad Concilium congregati sunt teneantur ab vniuerso Concilio ternos Iudices de singulis Prouinciis eligi, &c. Qui omnes cum sancto sene Aurelio, vniuersa cognoscant.

Ex Concil. Ephesino Gener. 3. sub Celestino I. anno 431.

6. Si qui velint ea quæ de singulis per sanctam Synod. Ephesin gesta sunt quocumque modo mouere S. Synodus ipsa decreuit, siquidem Episcopi an Clerici fuerint eos omnino à proprio cadere gradu, si verò laici excommunicandos esse.

Ex Concilio Regiensi sub Sixto III. anno 439.

7. Secundi antiquam consuetudinem bis in anno Conuentus agatur.

Ex Concil. Arausicano 1. sub Leone I. anno 441.

29. Nullus Conuentus sine alterius Conuentus denunciatione soluatur, itaque sequenti anno si Domino ac Deo N.I.C. permittente conceditur die 15. Kal. Nou. in Arausico territorio Conuentum habeamus.

Ex Concil. Chalcedonensi Gener. 4. sub Leone I. anno 451.

1. Regulas SS. Patrum per singula nunc vsque Concilia constitutas, proprium robur obtinere decreuimus.

19. Statui S. Synod. secundum Patrum, Regulas bis in anno in vnum conuenire per singulas Prouinc. Episcopos, vbi singula quæ emerserint corrigantur qui vero noluerint conuenire Episcopi constituti in suis Ciuitatibus, & cum hoc maximè in sui corporis sanitate consistentes, etiam omnibus alijs vrgentibus & in excusabilibus negotiis liberi sunt, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi.

Ex Concilio Romano sub Hilaro, anno 467.

1. Nulli fas sit sine status sui periculo, vel diuinas constitutiones vel Apost. Sedis decreta temerare.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, ann. 506.

3. Si Episcopus Metropolit. ad Comprouinciales Episcopos Epistolas direxerit in quibus eos aut ad ordinem summi Pont. aut ad Synod. inuitet, postpositis omnibus (excepta graui infirmitate corporis aut præceptione Regia) ad constitutum diem adesse non differant, quod si de fuerint vsque ad proximam Synod. charitate fratrum & Ecclesiæ communione priuentur.

71. Synodum secund. constituta Patrum, annis singulis placuit congregari.

Ex Concil. Tarraconensi sub Hormisda, anno 517.

6. Si quis Episcoporum commonitus à Metropolit. ad Synod. nulla graui intercedente necessitate corporali, venire contempserit, vsque ad, &c. Vide Conc. Agath. 506. c. 3.

13. Epistolæ tales per fratres à Metropolitano sunt dirigendæ, vt non solum à Cathedralis Ecclesiæ Presbyteris, verum etiam de Diœcesanis ad Conc. trahant aliquos de filiis Ecclesiæ sæcularibus secum adducere debeant.

Ex Concil. Aurelianensi 2. sub Siluerio, anno 536.

1. Nullus Episcoporum admonente Metropolitano Episcopo, nisi certa tædij causa detentus ad Conc. vel ordinationem Consacerdotis venire penitus vlla excusatione detrectet.

2. Vt Metropolitani singulis annis Comprouinciales suos ad Conc. euocent.

Ex Concilio Aurelianensi 3. sub. Vigilio, anno 540.

1. Vnusquisque Metropolit. in Prouinc. sua cum Comprouincialibus suis singulis annis Synodale debeat opportuno tempore habere Concilium, &c. Quod si intra biennium admonitis Comprouincialibus à Metropolitano Synodus indicta non fuerit, Metropolitanus ipse pro euocationis tarditate anno integro Missas facere non præsumat, quod si euocati, non corporali infirmitate detenti adesse despexerint, simili sententiæ subiacebunt.

Ex Concil. Aruernensi sub Vigilio, anno 541.

1. Placuit vt quoties secund. statuta Patrum S. Synodus congregatur, nullus Episcoporum aliquam prius causam suggerere audeat, quàm ea quæ ad emendationem vitæ, ad serenitatem Regulæ, ad animæ remedium pertinent, finiantur.

Ex Concilio Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 552.

18. Si quis de Comprouincialibus Episcopis à Metropol. suo ad Conc. intra suam Prouinciam fuerit euocatus & præter euidentem infirmitatem ad Conc. venire distulerit, atque de Synodali conuentu antequam cuncta conueniant sine commeatu Concilij ipsius discedere fortasse præsumpserit, 6. mensibus a Missarum officij suspendatur.

22. Sancimus vt intra anni circulum, &c. Vide Conc. Aurelian. 3. a. d. 540. c. 1.

Ex Concilio Braccarensi 1. sub Ioanne III. anno 563.

22. Placuit vt præcepta antiquorum Canonum quæ modò in Conc recitata sunt nullus audeat præterire, si quis autem contumax transgreditur illa, necesse est vt de suo degradetur officio.

Ex Concil. Turonensi sub Ioanne III. anno 570.

1. Placuit vt bis ad Synod. singulis annis Metropolitan. & Comprouinciales sui in locum quem deliberatio Metropolitani elegerit, conueniant, aut necessitas ineuitabilis præpedierit, vel semel in anno sine cuiuslibet excusationem personæ, id est Regiæ vel priuatæ.

Ex Concil. Matisconensi 2. sub Pelagio II. anno 588.

20. Placuit vt antiquorum Patrum iuribus in omnibus custoditis ad Synod. post triennij tempus omnes conueniant.

Ex Concil. Toletano III. sub Pelagio II. anno 589.

18. Auctoritas priorum Canonum bis in anno præcepit congregari Concilia sed consulta itineris longitudine & paupertate Ecclesiarum Hispaniæ, semel in anno, in loco quem Metropolit. elegerit, Episcopi congregentur, Iudices vero locorum, aut actores fiscalium patrimoniorum, simul Sacerdotali Concilio autumnali tempore die Kal. Nou. in vnú conueniant, vt

vt discant quàm piè & iustè cum populis agere debeant, nec in angariis aut in operationibus superfluis siue priuatum onerent, siue fiscalem grauent; sunt enim prospectores Episcopi secund. Regiam admonitionem, qualiter Iudices cum populis agant, vt ipsos præmonitos corrigant, aut insolentias eorum, Principum auribus innotescant, quod si correptos emendare nequiuerint, & ab Ecclesia & à communione suspendant, à Sacerdote verò & Senioribus deliberetur, quid per Prouincias in suo detrimento præstare debeant Iudices si ad Conc. non venerint, Concilium verò non soluatur, nisi prius locum elegerint quo succedente tempore iterum ad Conc. veniantur.

Ex Concilio Antisiodorensi Sub Gregor. I. anno 590.

7. Vt medio maio omnes Presbyteri ad Synod. in Ciuitatem veniant, & kal. Nou. omnes Abbates ad Concilium conueniant.

Ex Concilio Oscensi sub Gregorio I. anno 598.

1. Annuis vicibus vnusquisque nostrum omnes Abbates Monasteriorum vel Presbyteros vel Diaconos suæ Diœcesis ad locum vbi Episcopus elegerit congregare præcipiat, & omnibus Regulam demonstret ducendi vitas, cunctosque sub Ecclesiasticis regulis adesse præmoneat.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

3. Quia iuxta Patrum antiqua decreta bis in anno difficultas temporis fieri Concilium non finit, saltem vel semel à nobis celebratur, ita tamen vt si fidei causa est, aut quælibet alia Ecclesiæ communis, generalis totius Hispaniæ & Galliciæ Synodus conuocetur, si verò nec de fide, nec de communi Ecclesiæ vtilitate tractabitur speciale erit Conc. vniuscuiusque Prouinc. vbi Metropolitan. elegerit peragendum; omnes autem qui causas aduers. Episcopos ac Iudices ac potentes, aut contra quoslibet alios habere noscuntur, ad idem Conc. concurrant, & quæcumque examine Synodali à quibuslibet prauè vsurpata inueniuntur, Regij executoris instantia iustissimè his quibus cura sunt reformentur, ita vt pro compellendis Iudicibus, vel sæcularibus viris, ad Synodum Metropolitani studio, quidam Executor postuletur, 15. autem Kal. Iun congreganda est in vnaquaque Prouinc. Synod. hora itaque diei 1. mane ante Solis ortum, eiiciantur omnes ab Ecclesia, obseratisque foribus cunctis, ad vnam Ianuam per quam Sacerdotes ingredi oportet ostiarij stent, & conuenientes omnes Episcopi pariter introeant, & secund. ordinationis suæ tempora resideant, post ingressum omnium Episcoporum atque consessum, vocentur deinde Presbyteri, quos causa probauerit introire, nullus se inter eos ingerat Diaconorum, post hos ingrediantur Diaconi probabiles, quos ordo poposcerit interesse & corona facta de sedibus Episcoporum, Presbyteri à tergo eorum resideant, Diaconi in conspectu Episcoporum stent, deinde ingrediantur laici qui electioni Concilij interesse meruerint, ingrediantur quoque & Notarij quos ad recitandum, vel excipiendum ordo requirit & obserentur ianuæ, sedentibusque in diuturno silentio Sacerdotibus & cor tantum habentibus ad Deum, dicat Archidiaconus *Orate*, statimque omnes in terram prosternantur, & orantibus diutius tacitè cum fletibus atque gemitibus vnus ex Episcopis senioribus surgens, orationem palàm ad Dominum fundat, cunctis adhuc in terra iacentibus, finita oratione, & responso ab omnibus Amen, rursus Archidiac. dicat *Erigite vos*, & confestim omnes surgant & cum omni timore Dei & disciplina tàm Episcopi quàm Presbyteri sedeant, sic omnibus in suis locis cum silentio considentibus Diaconus alba indutus Codicem Canonum in medio proferens, Capitula de Conciliis agendis pronunciet, finitisque titulis, Metropolitan. Episcopus Concilium alloquatur, &c. Nullus autem Episcoporum à cœtu communi secedat, antequam hora generalis secessionis adueniat, Concilium quoque nullus soluere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita vt quæcumque deliberatione communi finiuntur, Episcoporum singulorum manibus subscribantur.

Ex Concil. Toletano 8. sub Martino I. anno 653.

11. Quæcumque pro fidei causis Ecclesiasticisque negotiis, aut in præteritis gestis, aut in præsentibus constitutis, aut in futuris etiam decretis, vel sint, vel fuerint definitiones conscriptæ, vniuersali authoritate, nullus deinceps contradicere audeat, &c. Cùm verò aut quælibet S. Synodus agitur, aut pacificè inter Pontifices quipiam definitur, si pauciores per nescientiam vel contentionem fortè dissentiant, aut commoniti plurimorum sententiæ cedant, aut ab eorum cœtu cum de decore confusionis abscedant, aut excommunicationis annuæ sententiam luant.

Ex Concil. Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

5. Tempore quo Concilium per Metropolitani voluntatem electum fuerit agere, omnes Confinitimos Episcopos in vnum oportet ad esse, &c. Quod si contigerit aliquem de fratribus retineri ab infirmitate aut per Regiam iussionem iniunctum acceperit aliquid agere, vt sit per quod non possit Concilio interesse, quicquid tale acciderit, Metropolitano suo fideliter intimet cuncta per suam Epist. manu sua subscriptam, &c. ad suam autem personam non aliter nisi aut Archipresbyterum suum diriget, aut si Archipresbytero impossibilitas fuerit, Presbyterum vtilem cuius dignitas cum prudentia pateat, à tergo Episcoporum inter Presbyteros sedere & quæque in eo Conc. fuerint acta scire & subscribere; Iniustum enim hoc accipit cœtus noster, vt quisquam Episcoporum Diaconum ad suam personam dirigat.

7. Quisquis ille Episcopus ad Conc. venire distulerit admonitus, illic excommunicationis agat tempus, vbi cum his qui præsentes fuerint elegerit Metropolitanus, Cella verò & res ad eum pertinentes, quousque ille sub Pœnitentia fuerit, instantia & sollicitudine regantur Metropolitani.

22. Quisquis huius Canonicæ Regulæ instituta seruare distulerit, à Metropolitano Episcopo cum suis confinitimis excommunicatum se euidentissimè nouerit.

Ex Concilio Toletano 11. sub Adeodato, ann. 675.

1. Quicumque in conuentu Concilij, aut tumultu aut contumeliis vel risibus Concilium conturbauerit, à communi cœtu secedat, & 3. dierum excommunicationis sententiam perferat.

11. Omni

11. Omni anno ad peragendum celebritatem Conc. in Metropolitana sede, tempore quo Princeps vel Metropolitani electio definierit, consueuamus, quisquis autem Episcoporum excepta ineuitabili causa vel necessitate de peragendo Concilio se absentauerit, vnius anni erit excommunicatione plectendus, quod si deinceps absque celebratione Concilij, anni vnius meta pertransierit, omnes in commune Pontifices Carthaginensis Prouinciæ, superioris Censuræ sententia obnoxios retinebit.

Ex Concil. Toletano 12. sub Agathone, anno 681.

12. Annis singulis in vnaquaque. Prou. Kal. Nou. Concilium celebraturi conueniant, quisquis autem venire distulerit excommunicationi debitæ subiacebit.

Ex Concil. Toletano 16. sub Sergio, anno 693.

7. Dùm in qualibet Prou. Concilium agitatur vnusquisque Episcoporum admonitionibus suis infrà 6. mensium spatium, omnes Abbates, Presbyteros, Diaconos, atque Clericos seu etiam omnem conuentum Ciuitatis ipsius vbi præesse dignoscitur, necnon & cunctam Diœcesis suæ plebem aggregare nequaquam moretur, quatenus coram eis publicè omnia reserata de his quæ eodem anno in Concilio acta vel definita extiterint, plenissimè notiores efficiantur.

Ex Concil. Toletano 17. sub Sergio, anno 694.

1. In initio totius aduocationis, trium dierum spatiis percurrente ieiunio, de mysterio S. Trinitatis aliisque spiritualibus siue pro moribus Sacerdotum corrigendis nullo sæcularium assistente inter eos habeatur collatio.

Ex Concilio Ratisponensi sub Zacharia, anno 742.

2. Statuimus per annos singulos Synodum congregari.

Ex Concil. In Palatio Vernis sub Stephano III. anno 756.

4. Vt bis in anno Synodus fiat, 1. Synodus mense 1. quod est mart. Kal. vbicumque Dominus Rex iusserit in eius præsentia, 2. Synod. Kal. Octob. inter ipsos Episcopos & illi Episcopi ibidem conueniant, quomodo vice Metropolitanorum constituimus & alij Episcopi vel Abbates seu Presbyteri quos ipsi Metropolitani apud se venire iusserint, ibidem in ipsa 2. Synodo conuenire faciant.

Ex Concilio Nicano 2. Vniuers. 7. sub Adriano I. anno 787.

6. Statuerunt SS. 6. Synodi Patres Congregationes Episcoporum, quacunque postposita causa, semel in anno fieri, & delicta corrigi, hunc ergo Canonem nos quoque renouamus & si quis Magistratus hoc prohibere inuentus fuerit, &c. Ne liceat autem Metropolitano ex his quæ secum ad fert Episcopus vel iumentum vel aliquam rem aliam petere, si enim hoc fecisse deprehensus fuerit reddet quadruplum.

Ex Concil. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

37. Omnia Concilia Canonum qui recipiuntur sunt à Sacerdotibus legenda & intelligenda, & per ea est eis viuendum & prædicandum, &c.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

26. Si aliqua præpediente necessitate, Concilia bis fieri nequeunt, saltem in anno semel fiant, & in ipsis Conciliis adsint Presbyteri & Diaconi, & omnes qui se læsos existimant, & Synodi expetiantur examen, adsint etiam vniuscuiusque Episcopi eruditi viri, quos ad Christi militiam eiusque Ecclesiæ honorem vtilitatemque præparat, quatenus & cæteris Ecclesiis noti sint, & studium ac Prouidentiam Episcopi ad aliorum exempla manifesta fiant.

Ex Concil. Meldendi sub Sergio II. anno 845.

32. Vt Principes iuxta decreta Canonum per singulas Prouinc. saltem bis aut semel in anno, à Metropolitanis & Diœcesanis Episcopis Synodicè conueniri concedant, quia quælibet confusio rerum temporalium, dissoluere non debet Collegium & studium Sacerdotum.

33. Vt si quilibet Episcopus ad Synodum vocatus quacumque occasione venire distulerit, &c. Salua censura ex hoc Patrum authoritate decreta, cesset ab officio donec satisfaciat fratribus.

Ex Concilio Tullensi sub Nicolao I. anno 859.

2. Vide Episcoporum officium.

Ex Concil. Vvormatiensi sub Adriano II. anno 868.

16. Vide Episcoporum officium.

Ex Concil. Constantinopolitano Generali VIII. sub Adriano II. anno 869.

2. Perlatum est ad nos non posse sine Principum præsentia Concilium agi, atque nusquam sacri Canones sanciunt, vt ad Synodos, sæculares Principes cogantur sed soli dumtaxat Episcopi, quare nec alias reperimus eos in aliis nisi in œcumenicis Conciliis interfuisse, neque enim fas est vt sæculares rerum quæ Dei Sacerdotibus contingunt spectatores fiant.

17. Vide Patriarchæ.

Ex Concil. Engilenheimensi sub Agapeto II. anno 948.

9. Vt Decimæ si Ecclesiis Dei non fuerint redditæ, sed à sæcularibus fuerint retentæ sæcularia super hoc non exerceantur iudicia, nec in forensibus discutiantur causis sed in Synodo ab ipsis Sacerdotibus quorum deputatæ sunt vsibus quid ex inde debeat agitari, certis definiatur promulgationibus.

Ex Concilio Legionensi sub Benedicto VIII. anno 1012.

1. In omnibus Conciliis quæ deinceps celebrabuntur

bantur causæ Ecclesiæ prius Iudicentur, Iudiciumque rectum absque falsitate consequantur.

6. Iudicato ergo Ecclesiæ Iudicio, adeptaque Iustitia, agatur causa Regis, deinde populorum.

Ex Concil. Anglicano sub Gregorio VII. anno 1075.

5. Ne quis in Concilio loquatur præter licentiam à Metropolita acceptam, exceptis Episcopis & Abbatibus.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 12. sub Innoc. III. anno 1215.

6. Metropolitani singulis annis cum suis Suffraganeis Prouincialia non omittant Concilia celebrare, &c. Per singulas autem Diœceses statuant idoneas personas prouidas videlicet & honestas quæ per totum annum simpliciter & de plano absque vlla iurisdictione sollicitè inuestigent, quæ correctione & reformatione sint digna & ea fideliter perferant ad Metropolitan. & Suffraganeos, & alios in Conc. subsequenti.

30. Vide Episcoporum officium.

Ex Concilio Germanico sub Honorio III. anno 1225.

14. Archiepiscopi; Episcopi Archidiaconi & Decani in suo singuli Concilio singulis annis celebrando, has constitutiones publicari faciant & seruari, pœnam transgressoribus infligendo.

Ex Concil. Viennensi sub Clemente IV. anno 1267.

27. Dominus electus Saltzburgensis eiusque Suffraganei necnon & Episcopus Pragensis has constitutiones singulis annis in Synodis Episcopalibus & in Prouinc. Concilio faciant recitari & diligentius obseruari, & ea quæ tangunt laicos faciant per Parochiales Ecclesias suarum Diœcesium publicare.

Ex Concil. Salisburgensi sub Gregorio X. anno 1274.

1. Episcopi, Abbates, Archidiaconi & alij Ecclesiarum Prælati statuta sacri generalis Conc. celebrati proximè in Lugduno, in Ecclesiis & subditis suis clericis & laicis secund. quod eadem statura illis & istis conueniunt, & quantum eos tangunt sic sollicitè & frequenter studeant publicare, vt ipsorum Prouincialium & subditorum memoriæ & obseruannæ imprimantur, &c.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino IV. anno 1281.

18. Vt salutaria nostra monita moribus vteritium approbentur, in 4. temporibus anni in singulis Cathedralibus & Conuentualibus recitentur.

Ex Concil. Rauennatensi sub Honorio IV. anno 1286.

6. Locorum Ordinarij in Episcopalibus Synodis annuatim per singulas Diœceses celebrandis, per se vel per aliam personam sufficientem, Concilium Lugdunense Gener. 14. suo Clero exponant & aperiant Clare.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

41. Has nostras constitutiones in hoc sacro Conc. promulgatas in singulis Cathedralibus Eccl. in nostræ legationis termino constitutis sub sigillo nostro haberi volumus & publicari omni anno.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

In qualibet Ciuitate vel Diœcesi vbi Diœcesanus commodius & vtilius viderit expedire semel conuocet Synodum, & faciat annuatim.

Ex Concil. Rauennat. 3. tempore Interregni, anno 1354.

16. Quotiescumque Prouinciale Conc. conuocari contigerit, omnes & singuli ad prædictum Conc. conuocati per tres dies ante ipsius inceptionem, seu primam sessionem plus tunc solito orationibus & eleemosynis insistentes omnibus diebus debent ieiunare cæteros vero Clericos & Laicos de Prouincia nostra ad prædictas orationes, eleemosynas & ieiunia sicut possumus exhortamur in Dom. N. I. C.

Ex Conc. Rauennatensi 4. sub Ioanne XXII. anno 1317.

3. Quilibet Episcopus S. Rauennat. Ecclesiæ suffraganeus teneatur infra 6. menses Synodum celebrare.

19. Si qua alia pœna statuta esset in constitutionibus Synodalibus nostris vel Suffraganeorum nostrorum, quam in nostris constitutionibus Prouinc. vel prædecessorum nostrorum statutum circa idem factum reperiatur, quod altera ipsarum sit contentus sit loci ordinarius, & vna electa vel imposita per ipsum seu eius Vicarium, alteram infligere seu inflictam exigere non possit.

Ex Conc. Sabinensi in Hispan. sub Ioanne XXII. anno 1322.

1. Si Archiepiscopi saltem in biennio semel loco & tempore opportunis per se vel per alios quatenus de iure conceditur, ipsis legitimè impeditis celebrare Concilia Prouinc. omiserint, eo ipso tamdiu ab ingressu Ecclesiæ sint suspensi, donec negligentiam suam purgauerint, Prouincialia Conc. celebrando; Episcopi etiam Synodos in suis Diœcesibus celebrent annuatim sub eadem pœna; quicumque venientes ad dicta Conc. & Synodos vel in eis morando, aut etiam redeundo cœperint, aut in personis vel rebus eis damna notabilia intulerint, in excommunicationem incidant ipso facto.

Ex Concilio Toletano sub Ioanne XXII. anno 1324.

1. Episcopi vocati ad Conc. personaliter veniant, nisi fuerint impedimento legitimo, de quo nobis fidem facere teneantur, præpediti, quod nisi fecerint, pœnas contra eos statutas a iure, publicari & seruari faciemus.

Ex Concil. Toletano sub Benedicto XII. anno 1339.

4. Episcopi legitimè impediti, Procuratores alios ab illis

illis qui per eorum Capitula fuerint constituti, mittere teneantur.

Ex Concil. Toletano sub Innocentio VI. anno 1355.

1. Constitutiones Prouinciales Prædecessorum nostrorum, & quæ in futurum condentur, nisi aliter in condendis expressè fuerit ordinatum, non ad culpam sed ad pœnam tantum eorumdem obligent transgressores.

Ex Concil. Saltzburgensi sub Vrbano VI. ann. 1386.

17. Omnes & singuli Ecclesiarum Prælati, Archidiaconi ac Parochi, Ecclesiarum Rectores, tam Legatorum Sedis Apost. quàm nostras & Prædecessorum nostrorum Constitutiones scriptas habeant.

Ex Concil. Salizburgensi sub Martino V. anno 1420.

2. Singuli Suffraganei nostræ Prouinciæ qui per annum, per seipsos vel alium in casu quo legitimè non fuerint impediti, omiserint celebrare Synodos Episcopales à Pontificali officio, necnon ab omni exercitio iurisdictionis Ecclesiast. per se vel per alium sint ipso iure suspensi, eorumque iurisdictio Ecclesiast. & illius liberum exercitium ad Capitulum seu Ecclesiam deuoluatur, & deuoluta persistat, omniaque & singula emolumenta iurisdictionis ad ipsum Capitulum pertineant, in publicam ipsius Ecclesiæ, non singularium personarum, vel Officiorum vtilitatem, donec huiusmodi Synodos aggregauerint, conuertenda, &c. Si verò dicto tempore suspensionis durante, Suffraganei nostri, vel alter eorumdem, exercitio dictæ iurisdictionis Ecclesiast. per se vel per alium se immiscuerit, aut Capitulum circa prædicta impedierit, ipso facto excommunicationem incurrat, &c. Durentque Concilia Prouincialia per 12. & Episcopales Synodi per três dies, &c. Omnes & singuli nostri Suffraganei in proximis ipsorum Synodis per singulas Diœceses sub pœnas suspensionis à Pontificali officio, studeant personas idoneas, probas videlicet & honestas in testes publicos siue Synodales ordinare, qui per totum annum simpliciter & de plano absque vlla iurisdictione sollicitè inuestigent, quæ correctione & reformatione sint digna, & ea fideliter referant ad Prouinciale Concil. aut Synodum Episcopalem.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

31. Transcriptionem horum statutorum, & ea his in anno de verbo ad verbum Abbates & Præpositi conuocatis omnibus Monachis & Canonicis Regularibus, & Præpositi seu Decani Cathedralis & Collegiatarum Eccl. Canonicis suis in vnum collectis, Decani verò singuli in Conuentu, Collegio seu Capitulo suis Confratribus omnibus etiam non Curatis accersitis, publicent aut perlegant.

Ex Concil. Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

1. Metropolitani cum Suffraganeis suis per se vel per alios, quatenus de iure conceditur, ipsis legitimè impeditis, Conc. Prouinciale loco & tempore opportunis saltem in biennio, & Episcopi nostri in suis Diœcesibus Synodale annuatim celebrent, & si hoc negligenter omiserint, tamdiu ab ingressu Eccl. sint suspensi donec negligentiam suam, Archiepiscopus Prouincialia, & Episcopi Synodalia Concilia celebrando, purgauerint. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concilio Lateran. vniuers. 17. sub Leone X. anno 1513. Sess. 10. De Exemptis.

9. Concilium Prouinc. de cætero singulis trienniis fieri mandamus, ad illudque etiam exemptos accedere debere decernimus.

Sess. 11. De Pragmatica sanctione.

1. Pragmaticam sanctionem seu corruptelam eiusque approbationem quomodolibet emanatam, omniaque & singula Decreta, Capitula, Statuta, Constitutiones siue Ordinationes in ead. quomodolibet contentas, seu etiam insertas, ac ab aliis prius editas, necnon consuetudines, stylum, vsum siue potius abusum, ex ea in hanc vsque diem quomodolibet emanatos seu obseruatos, nullius roboris, vel momenti fuisse & esse decernimus & declaramus.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

26. Singulo triennio post Pascha Prouinciale Concilium celebretur.

35. Singulo anno saltem, Synodus Diœcesana opportuno tempore, à singulis Episcopis celebretur, cum potioribus Prælatis, Decanis ruralibus virisque dignis; in quibus per quartas designentur Iudices qui diligenter intendant si Statuta prædicta ac alia per Synodos de scitu Episcopi statuenda obseruentur, in vocato ad hoc si opus fuerit brachio sæculari.

Ex Concilio Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Fide.

§. Vide Confessiones fidei Catholicæ.

Ex Concilio Coloniensi sub Paulo III. anno 1536. Parte 14.

17. Bis per singulos annos in singulis Prouinciis Concilia fiant, primum ante dies Quadragesimæ habeatur, secundum verò agatur ante tempus Autumni.

21. In Conc. ab Episcopo habito primitus iurare debent de villis singulis fidelissimi quique liberi, serui tres vel quatuor, seu etiam plures vt rei veritas omnino inquiratur.

24. His qui Synodo præficiendi sunt, sumptus necessarios (quam procurationem Canones vocant) per Parochianos suppeditari iustum atque æquum est.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

2. Statuimus vt præsens libellus Synodalium Constitut. in Ecclesia nostra Cathedrali aliisque Collegiatis & Monasteriis, quam primum typis excussus fuerit habeatur, & in Choro vt cuilibet accessus ad aures pateat, seruetur, &c. Abbates & Præpositi conuocatis omnibus Monachis & Canonicis Regularibus, necnon Decani Collegiatarum Ecclesiarum Canonicis, Decani verò rurales in Capitulo suis Confratribus accersitis eadem statuta bis in anno ad verbum prælegant aut prælegi faciant.

33. Synodo

33. Synodos Diœcesanas anniuersarias, & quoties necessitas Ecclesiæ nostræ postulauerit, esse & habere volumus atque decernimus,&c. Qui ex nostra Diœcesi in Synodalem con'essum recipiuntur, singuli Iurati Ecclesiarum suarum, Prælatorum atque etiam Officialium nostrorum, & populi detrimenta, defectus, vitia grauia, aut sæcularium tyrannidem in Ecclesias, populum, viduas vel orphanos sæuientem proferant in medium, appellationes eorum qui ad Synodum prouocarunt, absentiumque grauamina, aut desideria, per Epistolas aut libellos supplices explicata audientur, laicis suas querelas, modo res, aut causas Ecclesiast concernant, aut ad iudicium Synodi pertineant, in scriptis proponendi potestas fiet. Deputabimus tres aut plures ex Synodo Commissarios auditores apud quos vniuersi & singuli tàm Clerici quàm laici quæ volunt tutò deponere possint, sciantque omnia sub silentio tegenda.

Ex Concil. Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549. Medio 5.

1. Synodus Diœcesana quotannis bis pro veteri quidem more, sed iuxta reformationis formulam religiosius & meliori cum fructu celebretur.

2. Pro numero dierum quibus Concilium durat, conferant Decanis suis Collegia & Parochi subsidia in sumptus quos necessariò facere debent, absque omni tergiuersatione. In Synodis, communibus consiliis decernatur de tollendis abusibus & moribus corruptis quos contigerit ad Synodi iudicium referri, disciplina Ecclesiastica castigandis, & si opus sit Canones veteres renouentur, aut noui in nouis casibus iuxta sacram Scripturam, & atrum sanctiones, & rectæ rationis iudicium condantur.

Ex Concilio Treuirensi sub Paulo III. anno 1549.

20 Per Prouinciam nostram horum statutorum legitima fiat publicatio, & omnium & singulorum Monasteriorum, Collegiorum Prælati & Rectores, necnon Christianitatis Decani & Plebani locorum, copiam statutorum præsentium & aliorum prædecessorum nostrorum semper & continuò penes se habeant & teneant, & in iis statuta & ordinata in quantum quemlibet concernunt inuiolabiliter obseruent.

Ex Concil. Trid. Generali 18. sub Paulo III. anno 1546. Sess. 2.

Ipsa Synodus hortatur omnes Catholicos hic congregatos, congregandos, atque eos præsertim qui sacrarum litterarum peritiam habent, vt sedula meditatione diligenter secum ipsi cogitent, quibus potissimum viis & modis ipsius Synodi intentio dirigi, optatum effectum sortiri possit. In sententiis vero dicendis iuxta Toletani Conc. 11. statutum, in loco benedictionis, considentibus Dominis Sacerdotibus, nullus debeat aut immodestis vocibus perstrepere, aut tu multibus perturbare, nullis etiam falsis vanisve aut obstinatis disceptationibus contendere. Quod si forte contigerit aliquos debito in loco non sedere & sententiam etiam sub verbo placet, proferre, congregationibus interesse, & alios quoscunque actus facere Concilio durante, nulli propterea præiudicium generetur, nullique nouum ius acquiratur.

Sess. 18. sub Pio IV. ann. 1562. De Librorum delectu.

Si quis autem ad se pertinere aliquo modo putauerit quæ vel de librorum & censurarum negotio vel de aliis quæ in hoc gener. Conc. tractanda prædixit non dubitet à S. Synodo se benignè audinum iri, &c. Insuper ead. S. Synod. decreuit fidem publicam in congregatione generali concedi posse & eamd. vim habituram eiusdemque roboris & momenti futuram ac si in publica sessione data & decreta fuisset.

Ex Eod. Conc. Trid. Sess. 22. De Obser. in Celeb. Miss. Sess. 24. De Reform.

Vide Communio.

2. Metropolitani per seipsos seu illis legitimè impeditis, Coepiscopus antiquior intra annum ad minus à fine præsentis Conc. & deinde quolibet saltem triennio post octauam Paschæ, seu alio commodiori tempore pro more Prouinciæ, non prætermittant Synodum in Prouincia sua cogere, quo Episcopi omnes & alij qui de iure vel consuetudine interesse debent, exceptis iis quibus cum imminenti periculo transfretandum esset, conuenire omnino teneantur. Episcopi qui nulli Archiepiscopo subiiciuntur aliquem vicinum Metropolitanum semel eligant, in cuius Synodo Prouinciali cum aliis interesse debeant, & quæ ibi ordinata fuerint obseruent ac obseruari faciant, &c. Synodi quoque Diœcesanæ quot annis celebrentur.

Sess. 25. De Reformat.

2. Vide Episcoporum officium.

18. Sciant vniuersi sacratissimos Canones exactè ab omnibus & quoad eius fieri poterit indistinctè obseruando, quod si vrgens iustaque ratio, & maior quandoque vtilitas postulauerint, cum aliquibus dispensandum esse id causa cognita ac summa maturitate atque gratis à quibuscunque ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum, aliterque facta dispensatio sub repticia censeatur.

Declarat S. Synodus ex loco assignato Oratoribus tàm Ecclesiast. quàm sæcularibus in sedendo, incedendo, aut quibuscunque aliis actibus nullum cuiquam eorum factum fuisse præiudicium, sed omnia illorum & Imperatoris Regum & Rerumpublicarum ac Principum suorum iura & prærogatiuas illæsas & saluas esse, in eodemque statu permanere, prout ante præsens Conc. reperiebantur.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 2.

8. Cum primùm Metropolitani litteris Concilij Prouincialis, dies Episcopis significata fuerit, illud ipsi curent, vt in omnibus, & vrbis & Diœcesis Parochialibus Ecclesiis quinta quoque feria in singulas hebdomadas, quoad illud de more absolutum ac dimissum erit, Missa de Spiritu S. celebretur, in Cathedrali autem & Collegiatis Ecclesiis processionum præterea munus singulis diebus dominicis obeatur.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 3.

4. Prouincialia Concilia 3. quoque anno conuocentur, in Ecclesia vero vbi Concilium celebrabitur, ipsis proximis ante Concilij initium diebus oratio 40. horarum instituatur.

5. Episcop. singulis annis ac item semper 6. post Prouinciale Conc. mensibus Diœcesanam Synod. habeat

6. Viri Ecclesiast. ætate moribusque graues, prudentes in Conc. Prouinciali à Metropolitano ex vnaquaque Diœcesi duo saltem, in Synodo Diœcesana ab Episcopo è Diœcesi sua 7. pluresve provt expedite viderit testes Synodales deligantur, qui à Metropolitano delecti in eodem Prouinc. Concilio, qui ab Episcopo in ipsa Diœcesana Synodo iurati, allatis Sanctorum pignoribus sanctè spondeant muneris sui partes se executuros esse, qui testes Synodales personas discretas interrogando simpliciter & de plano absque vlla iurisdictione sollicité inuestigabunt, idque singuli aut in vniuersitate & Diœcesi aut in Regione, de Parochis, Canonicis, virisque Ecclesiast. de Sacramentis administrandis, de Ecclesiis ornamentisque earum, de ieiuniis, de decimis. Qui Prouinciali Conc. à Metropolitano nominati & constituti sunt testes Synodales, ij tribus ante mensibus quàm Concilij proximè futuri stata dies venerit, quæcunque in vrbe Diœcesiue vbi id officium præstare debent, animaduerterint, quæ reformationem aut correctionem requirant ea inscriptum relata ad Metropolitanum mittant, testes vero Diœcesanæ Synodi, mensem saltem, antequam dies Synodalis venerit, id ipsum Episcopo præstent.

Ex Concil. Mediolanensi 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 3.

10. Si quando Episcopus iusta eaque Metropolitano probata causa ad Conc. Prouinciale non accesserit, virum Ecclesiast. mittat, qui rationem diligenter rectéque reddat omnium quæ ad eius Ecclesiæ rationem attinent, &c. Synodo Diœcesanæ vniuersi & singuli Sacerdotes & Clerici cuiuscunque Ord. intersint, quicunque Canonum iure, vel Ecclesiasticis sanctionibus vel Trident. decreto, vel consuetudine aliave ratione interesse possunt aut planè debent, &c. Regulares quicunque sint qui in quavis Ecclesia Parochiali, etiam quæ in suo Monasterio existit, quæve eidem adiuncta est curam animarum gerunt, Synodo Diœcesanæ intersint.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

39. Episcopus ad Trid. Conc. præscriptum, singulis annis Diœcesanam Synodum habeat, post Dominicam (Ego, sum Pastor bonus) certum autem hunc diem provt causa postulabit, Episcopo mutare liceat arbitratu suo, &c. Ad Synod. Diœces. accedere teneantur omnes Ecclesiastica beneficia obtinentes, exempti etiam qui alias cessante exemptione interesse deberent, necnon qui curam gerunt Parochialium & aliarum Ecclesiarũ, Capitulis & aliis piis locis annexarum; non alium in Synodo Diœces. præsidere oportet quam Vicarium Episcopi, eo absente, nisi sede vacante, tunc enim ad Capitulum Ecclesiæ Cathedral. redit Diœcesis administratio; qui Synodo interesse debent, ne intersint sine superpelliceo integro & mundo, &c. à Synodo pœna excommunicationis proposita, nullus discedat nisi ea finita, & de more benedictione ab Episcopo data; qui in sessione Synodali defuerint, molctentur aureis sex.

43. Quæcunque his nostris constitutionibus decretisve sancita sunt, ea omnia in sua quisque Episcopus Diœcesi diligenter obseruet, & ab aliis seruanda curet, omnibus Iuris remediis, &c. Quo primum autem die, hæc decreta in lucem emissa, ad nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ valvas affixa erunt, tunc duorum mensium spatio, omnes se & his decretis, & si contra quicquam admiserint pœnis ac mulctis quæ in eis cõstitutæ sunt, obstrictos esse sciãt.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

3. Omnes ac singuli qui de iure vel consuetudine tenentur, ad Synod. Diœcesanam conuenire teneantur tempore à iure statuto, & ab Episcopo indicto, pœna proposita iis qui absque legitima causa non paruerint. Quisquis ad Synod. venerit, decenti ac honesto habitu incedat, in sessionibus superpelliceo mundo & integro vtatur.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

28. Episcopi ad Synodum Diœces. conuenire compellant omnes & singulos qui iure vel consuetudine ad hoc tenentur, comparentes in habitu ordini suo proprio & decenti intersint, alias non recipiantur in Synodo post annum in qualibet Diœcesi habenda, deferat quisque Archipresbyter inscriptis nomina omnium in suo Archipresbyteratu beneficia obtinentium qui non residentes fuerint, aut curam animarum habentes se ad sacrum Presbyteratus Ord. promoueri non fecerint; beneficia obtinentes, & in Synodo comparentes beneficiorum suorum titulos demonstrabunt, alias pro absentibus & contumacibus censeantur, &c.

29. Tertio quoque anno Prouincialis Synod. conuocetur cui interesse tenebuntur omnes Domini Episcopi suffraganei vel eorum Vicarij Gener. Abbates cuiuscunque ord. omnes primæ post Episcopum dignitates Ecclesiarum, Metropolitanæ, Cathedraliũ, & earum Capitula, sicut & Collegiatarum per deputatos, Priores claustrales Iurisdictionem in suos Monachos & Monasteria sine vllo Abbate & dependẽtia habentes & hoc sub excommunicatione, Capitula vero Monasteriorum Regularium per eorum deputatos, Regulares ad id etiam inuitentur saluis semper eorum immunitatibus de quibus tunc fidem faciant, &c. Norint Ecclesiarum Cathedralium Procuratores, Abbates & alij quicunque deputati, consultiuam non autem deliberatiuam in ead. Synodo se vocẽ habere.

30. Vide Episcoporum officium in Conc. Trid. Sess. 7. c. 8.

48. Contra decreta nostra agentibus pœnæ in eisd. contentæ, & aliæ ab œcumenicis Conciliis & sacris Constitutionibus institutæ infligantur, quod si in aliquibus pœna particularis non est expressa, hoc perinde actum, vt qui talia decreta violauerint, arbitrio Ordinarij pro rei qualitate & consideratis circũstantiis provt fieri statuimus, puniantur, &c. Ad ea quæ in hac nostra Prouinciali Synodo ordinata & constituta sunt, post 6. menses à die huius præsentis finiti Conc. omnes & quoscumque nostros & Suffraganeorum nostrorum subditos obligari statuimus & mandamus, ac si quilibet in persona significata & intimata fuissent.

CONCLAVE EPISCOPI.

VErbo Clericorum mores, Conc. Tolet. 4. ann. 633. c. 22. 23. Turon. 3. ann. 813. c. 23. Moguntı, 813. c. 9.

V. Clerus, Conc. aquisgran. 816. c. 121. 123. Rom. 826. c. 7. Rom. 1059. c. 4. Trid. Ge. 18. 1562. Sess. 23. c. 18. Mediol. 1. ann. 1565. p. 2. c. 10. Mediol. 1569. tit. 2. c. 25. Mediol. 159. p. 3. c. 1. Aquileien. 1596. c. 13.

CONCVBINARII QVI DICANTVR.

VErbo Clericorum mores, Conc. Lateran. 1517. cap. 25.

CONFESSIO.

Ex Concilio Turonico sub Symplicio, anno 482.

7. Vide Homicidium.

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

8. De Pœnitentia peccatorum quæ est medela animæ vtilem omnibus hominibus esse censemus, & vt Pœnitentibus sacerdotibus (facta confessione indicatur Pœnitentia.

Ex Concilio Ratisponensi sub Zacharia, anno 742.

5. Vide Principes.
7. Vide Presbyteri.

Ex Concil. Turonensi 3. *sub Leone III. anno* 813.

22. Episcopis & Presbyteris diligenti cautela per tractandum est, qualiter hominibus sua sibi delicta confitentibus tempus abstinendi adscribant, vt iuxta modum peccati pœnitentibus abstinentia indicatur.

Ex Concil. Cabilonensi 2. *sub Leone, anno* 813.

32. Quidam dum confitentur peccata sua Sacerdotibus non plenè id faciunt, quia ergo constat hominem ex duabus esse substantiis anima videl.& corpore,& interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur, solerti indagatione debent inquiri ipsa peccata, vt ex vtrisque plena fit confessio, scil.vt ea confiteantur quæ per corpus gesta sunt, & ea quibus in sola cogitatione delinquitur.

33. Quidam solummodo Deo confiteri debere dicunt peccata, quidam vero Sacerdotibus confitenda esse per censent, quod vtrumque non sine magno fructu intra sanctam fit Ecclesiam, ita dumtaxat, vt & Deo qui remissor est peccatorum confiteamur peccata nostra, & secund. institutionem Apostoli confiteamur alterutrum peccata nostra.

34. Nullus Sacerdotum vnquam aut gratia aut odio alicuius personæ secus iudicet quam quod in Canonibus sacris inuenerit, aut quod illi secund. sanctarum Scripturarum authoritatem & Ecclesiast. consuetudinem rectius visum fuerit, &c. Neque pensanda est Pœnitentia qualitate temporis sed ardore mentis, & mortificatione corporis.

38. Modus Pœnitentiæ peccata sua confitentibus aut per antiquorum Canonum institutionem, aut per sanctarum Scripturarum authoritatem, aut per Ecclesiast. consuetudinem imponi debet, repudiatis ac penitus eliminatis libellis quos Pœnitentiales vocant, quorum sunt certi errores, incerti authores, &c.

Ex Concil. Rhemensi 1. *sub Leone III. anno* 813.

16. Vt Episcopi & Presbyteri examinent qualiter confitentibus peccata diiudicent & tempus Pœnitentiæ constituant.

31. Vide Pœnitentia.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

32. Presbyteri imperiti solerti studio ab Episcopis instruendi sunt, qualiter & confitentium peccata discretè inquirere eisque coogruum modum secund. Canonicam authoritatem Pœnitentiam nouerint imponere, Vide Pœnitentia.

46. Nullo modo videtur nobis conuenire, vt Monachus relicto Monasterio suo, idcirco sanctimonialium Monasteria adeat, vt confitentibus peccata sua, modum Pœnitentiæ imponat, nec etiam illud nobis videtur congruum, vt Clerici & laici Episcoporum & Presbyterorum Canonicorum iudicia declinantes, Monasteria Monachorum expetant, vt ibi Monachis Sacerdotibus confessionem peccatorum suorum faciant, præsertim cùm eisdem Sacerdotibus Monachus id facere fas non sit, exceptis his dumtaxat qui sub Monastico ordine secum in Monasteriis degunt, Vide Moniales.

Ex Concilio Moguntino sub Leone IV. anno 847.

26. Vide Infirmi.
31. Vide Pœnitentia.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

6. Vide Archipresbyter.

Ex Concil. Vuormatiensi sub Adriano II. anno 868.

25. Vide Pœnitentia.

Ex Concil. Nannetensi sub Formoso, anno 895.

4. 5. Vide Infirmi.

Ex Concil. Romano 7. *sub Gregorio VII. anno* 1080.

5. Qui se aliquod crimen commisisse cognoscit, animam suam prudentibus & religiosis viris committat, vt per veram Pœnitentiam, certam peccatorum suorum veniam consequatur.

Ex Concilio Beneuentano sub Victore III. anno 1087.

4. Vide Communio.

Ex Concil. Placentino sub Vrbano II. anno 1095.

3. Vide Communio.

Ex Concil. In Dalmatia & Dioclia Regnis sub Innocentio III. anno 1199.

4. Ne aliquis Sacerdos filij sui vel filiæ spiritualis priuatam confessionem alicui reuelare præsumat, quod si facere conuictus fuerit officio & beneficio Ecclesiastico perpetuò spolietur.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

4. Vide Missa.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 12. sub Innocentio III. anno 1215.

21. Omnis vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno, proprio Sacerdoti, &c. Suscipiens reuerenter ad minus in Pascha Eucharist. sacramentum, &c. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit, iusta de causa, sua confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat à proprio Sacerdote, cùm aliter ille ipse non possit soluere vel ligare, &c. Caueat autem omnino ne verbo vel signo, vel alio quovis modò prodat aliquatenus peccatorem, quoniam qui peccatum in Pœnitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solum à Sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam Pœnitentiam in arctum Monasterium detrudendum.

Ex Concil. Oxonensi sub Honorio III. anno 1222.

29. Certi Confessores prudentes & discreti per singulos Archidiaconatus ab Episcopo loci constituantur, vt Decanorum ruralium, Presbyterorum, & personarum confessiones recipiant, in Cathedralibus Eccles. vbi sunt Canonici sæculares, confiteantur ipsi Canonici Episcopo vel Decano, vel certis personis, ad hoc per Episcopum, Decanum & Capitulum constitutis.

Ex Concilio Londinensi sub Gregorio IX. anno 1237.

5. Per quoslibet Decanatus, prudentes viri & fideles constituantur per Episcopum Confessores, quibus personæ & minores Clerici confiteri valeant, in Ecclesiis vero Cathedralibus, Confessores institui præcipimus generales.

Ex Concil. Lugdunensi Gener. 14. sub Gregorio X. anno 1274.

23. Vide Monachi.

Ex Concil. Rauennatensi 1. sub Honorio IV. anno 1286.

8. Vide Peccata reseruata.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

15. Omnes & singuli Sacerdotes, Parochiales maximè, Decretalem extr. de Pœnit. *Omnis vtriusque sexus*, &c, In suis Parochialibus Ecclesiis intra Missarum solemnia suis Parochianis studeant publicare & exponere in vulgari, in aduentu do, & in quadrages. dicendo quod peccant mortaliter non confitendo, & Corpus Chr. saltem in anno semel non suscipiendo, nisi, de consilio Sacerdotis, abstinuerint à communione sacramenti.

Ex Concil. Rauennat. 3. Tempore Interregni, anno 1314.

15. In introitu Missæ confessiones sub hac forma fiant, Confiteor Deo omnipotenti B. M. Virg. B. Michaëli Archang. B. Ioan Bapt. SS. Apostolis Petro & Paulo, & omnibus SS.

Ex Concilio Sabinensi in Hispania sub Ioanne XXII. anno 1322.

27. Ecclesiarum Rectores sub excommunicatione singulis dominicis diebus, à septuagesima saltem vsque ad Pascha, in suis Ecclesiis publicent constitutionem Gener. Concilij, quæ incipit, *Omnis vtriusque sexus*, maximè quoad pœnas non confitentium aut non communicantium, quæ sunt, vt viuentes ab ingressu Eccl. arceantur, & morientes careant Ecclesiastica sepultura.

Ex Concilio Toletano sub Benedicto XII. anno 1339.

5. Vide Communio.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

20. Vide Hæretici.

28. Omnes Confessores absoluentes vtantur ad minus istis verbis, *Ego absoluo te à peccatis tuis & restituo te sacramentis Ecclesiæ. In nomine Patris & filij & Spiritus sancti*, omnes Abbates, Præpositi, Decani, Archidiaconi nostræ Diœcesis, specialiter non exempti, nobis aut Vicario, Sacerdotes vero inferiores suis Decanis, Monachi suis Abbatibus, vel Præpositis, peccata confiteantur.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 17. sub Leone X. anno 1513. Sess. 11. De Religiosis.

3. Vide Monachi.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

9. Deinceps quilibet Confessor absoluere possit, laicos contritos & confessos à quibuscunque peccatis occultis, quantumcunque grauibus & enormibus, quæ Ordinarij suæ authoritati reseruauerant, exceptis dumtaxat homicidis, hæreticis & excommunicatis ad Episcopum vel eius Vicarium mittendis, quo autem ad Clericos, nihil quoad hoc statutum intelligatur innouatum, pro condonatione autem & remissione peccatorum, quam absolutionem vocant, nihil omnino ab inuito exigatur.

28. Vide Communio.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Fide.

10. Vide Confessiones fidei Catholicæ.

Ex Concil. Coloniensi sub Paulo III. anno 1536. Parte 7.

19. 20. Vide Communio.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

19. A confitentibus pro confessionis auscultatione, aut absolutione nihil exigatur.

Ex Concil. Coloniensi 2. sub Paulo III. ann. 1549. Cens. cont. abus.

34. Vide Communio.

35. Vide Monachi.

36. Ordinamus nostros in Diœcesi Pœnitentiarios, qui facultatem habeant sibi confessos ab omnibus casibus nobis de iure, vel per statuta Synodalia reseruatis, in foro conscientiæ absoluendi.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

24. Sacerdotes qui cõfessionibus audiendis dant operam, absolutionis formam non intricent pluribus membris aut conditionibus appositis, sed planis & simplicibus verbis depromant, Ego absoluo te à peccatis tuis in nomine Patris & filij & Spiritus sancti.

25. Omnes superiores fratrum mendicantium, fratres suos quos ad audiendas confessiones admittere destinauerint, prius Commissariis nostris exhibeant, qui eos aut per examen; aut fide digno suorum testimonio diiudicent, num idonei sint.

27. Parochi alienum Parochianum sine consensu sui Parochi extra necessitatem siue ad confessionem, siue ad vllius sacramenti perceptionem non recipiant, si tamen subditus rationabilem causam allegans, alij Sacerdoti confessionem faciendi consensum à suo Parocho petiuerit; talem ei consensum volumus non denegari.

29. Caueant Confessarij ne confitentis peccatum, sermone vel signo, vel aliqua vlla ratione prodant, qui quovis modò reuelauerit, à beneficio Ecclesiast. remotus ad arctum Monasterium ad agendam pœnitentiam retrudatur, &c. Nec Confessarius à quoquam sibi confitente de peccatis alterius expressò nomine vllo modo inquirere præsumat.

30. Sacerdotes Confessarij in vsura, furtò, rapinâ aut fraude absolutionem confitenti non impertiantur, nisi ea quæ iniustè abstulit, quatenus eius facultates permittunt, se restituturum promiserit.

Ex Concil. Treuirensi sub Paulo III. anno 1549.

12. De casibus nobis reseruatis ne quis eorum decisionem sibi arroget, nisi à nobis specialiter sibi commissum fuerit, in casibus vero non reseruatis, nullus Parochianum alterius Parochiæ absoluere præsumat, nisi de licentia Ordinariorum loci, vel ex permissione proprij Parochialis Sacerdotis, &c. Si quis neglexerit semel in anno proprio Sacerdoti confiteri, & in Paschate saciam Euchar. accipere recusauerit sic decedens careat Ecclesiast. sepult. & viuus ab ingressu Ecclesiæ arceatur.

Ex Concil. Tridentino Gener. 18. sub Iulio III. anno 1551. Sess. 13.

7. Vide Missa.

Sess. 23. sub Pio IV. anno 1562. De Reform.

15. Nullus Regularis possit Confessiones sæcularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneus reputetur, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem quæ gratis detur obtineat.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

6. Fideles saltem semel in anno proprio Parochò peccata sua confiteantur, &c. Medici ad ægros in lecto iacentes adducti, antequam illorum curam suscipiant, eos moneant vt idoneo Confessori de eorum peccatis confiteantur, quibus etiam denuncient se nisi id qua tridui spatio ad summum præstiterint, eorum curationi de futuros, medici autem ipso factò post quatriduum ab illorum curatione abstineant, nisi certo cognouerint eos esse confessos, &c. Episcopi in suis Cathedralibus Eccles. Pœnitentiarium intra 3. menses instituant communione Præbendæ, quæ primo quoque tempore vacauerit, &c. Qui Parochialem Ecclesiam non obtinent, etiamsi Regulares fuerint confessiones ne audiant nisi Episcopi scripto approbati fuerint, qui contra fecerit excommunicationem subeat. In foribus Sacristiæ cuiusvis Ecclesiæ vbi confessiones audiri, & Confessores plures esse solent, affigatur tabella in qua nomina & cognomina Confessorum approbatorum descripta sint.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII. ann. 1573.

8. Qui ad Confessarium etiam Regularem in aliena Diœcesi commorantem dedita opera se conferens peccata sua fuerit confessus, nisi Confessarius ille, & ab Episcopo loci, & à confitentis ordinario ad confessiones audiendas probatus erit, ei tanquam inconfesso, Parochus Eucharistiæ sacramentum ne præbeat.

Ex Concil. Mediolanensi 6 sub Gregorio XIII. anno 1582.

9. Ne in Monasteriis quidem, & locis vbi Regulares spiritualem temporalemque iurisdictionem habent, quisquam Sacerdos etiam Regularis & exemptus confessionis audiat, nisi primum ab Episcopo intra cuius Diœcesis fines ea Monasteria locave sunt, ad id probatus fuerit.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

11. Sacerdotes quicunque illi sint aut sæculares aut Regulares, qui extra confessionalia vel in iis quidem, sed non forma præfinita constructis, vel asseres saltem, & laminam qua Confessarius à femina rectè diuidatur non habentibus, mulierum confessiones 6. mensium spatio transacto audierint, ab audiendæ confessionis officio, ministrationeve, tùm etiam si Episcopo videbitur, ab ordinum suorum munere suspensi sint, in tabulæ diuidentis medio fenestella fiat, latitudine cubiti dimidiati, & altitudine paulo minori, cui fenestellæ lamina affixa sit, minutis foraminibus plena, & tela tenui præterea nigri coloris à parte Confessari apposita, vt nequaquam confitentis faciem aspicere Confessarius possit. Excommunicationis pœnam Sacerdotes sine approbationis facultate ab Episcopo in scriptis data (quæ tamen gratis concedatur) Pœnitentiæ sacramentum ministrantes, ipso facto subire decernimus & declaram, &c. Confessarius Sacerdos quicunque sit etiam Regularis; ne auditæ confessionis testimonium scriptum aut impressum, manu sua, suoque sigillo signatum sibi peccata confessis dare recuset, tùm in Paschate vt Parochis, tùm ægrotationis tempore vt medicis quod debent, eos præstitisse planè constet, &c. Episcopus Presbyteros Confessarios etiam qui alicuius Congregationis Clericorum Regularium alteriusve societatis Regulares sint, ad audiendæ confessionis officium ne admittat, neve illam audire etiam in suis Ecclesiis, sine superpelliceo & stola patiatur, &c Confessarius quicunque siue sæcularis siue Regul. ille sit, non stando neque procumbendo, sed in sede tanquam pro Tribunali Iudex sedendo sacram confessionem audiat Pœnitentium, &c. Innoc. III. Constitutionem in gener. Conc. editam qua sancitum est vt fideles saltem semel in anno proprio Parocho peccata sua confiteantur, inuiolatè omnes obseruent.

21. In omnibus Ecclesiis Cathedral. & Collegiatis, maximè vbi iam instituta est Præbenda Theologalis, Præbēda alia quæ aliàs quàm per resignationē primo vacabit cuique aliud onus incompatibile non sit annexum, pro Pœnitentiario affecta & reseruata sit, & esse intelligatur, ita vt adueniente illius vacatione alteri non conferatur, quam Sacerdoti vitæ sanctitate & doctrinæ integritate insigni, qui ætatis annum 40. saltem agat, quique item in Theologia aut in Canonum iure Doctor seu licentiatus sit, &c. Qui dum in Ecclesia audiendis confessionibus vacabit ita distributiones quotidianas assequatur, ac si in Choro diuinis Officiis præsens adesse, &c. Pœnitentiarius qui in Ecclesia hanc adeptus fuerit Præbendam, pensionem annuam 120. aureorum Præceptori Iuuentutis persoluere teneatur, cùm ipse ex reliquis fructibus seu quotidianis distributionibusque ad similem summam & vltra ascendunt commode viuere possit.

Ex Concilio Auenionensi sub Clemente XIII. anno 1594.

18. Episcopi lectionem casuum conscientiæ vbi id commode fieri poterit instituant ad quam Parochos cæterosque sacramenti Pœnitentiæ ministros ire procurent, aut saltem Confessariorum conferentiam, quam vocant, fieri curent, bis in hebdomada; approbati habeant bullam in cœna Domini & casus Episcopis reseruatos. Vbicumque Vicarij perpetui haud satis idonei ad audiendas confessiones constituti sunt; ingruente Paschate aliave solemnitate, qua frequenter confluit populus ad confessiones, eo mittantur Sacerdotes tàm sæculares quam Religiosi ab Episcopis Capitulorum sumptibus quibus vnita beneficia fuerint.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

16. Ad fidelium confessiones audiendas, nullus siue sæcularis sine Regul. sit aut quacumque dignitate vel authoritate fulgens admittatur, nisi qui per Episcopum præuio super litteratura examine fuerit approbatus, & in scriptis obtinuerit facultatem quæ gratis detur, & sine qua nemini omnino liceat audire confessiones sub excommunicatione ipso facto incurrenda, excepto mortis periculo, in quo quilibet Sacerdos verè pœnitentem pote ab omnibus peccatis absoluere, &c. Examinati moneantur vt non alia vtantur absolutionis formula, quam quæ inferius est inserta, videl. post preces Misereatur tui, &c. Indulgent. absolut. &c. Postea subdant. Dom. N. I. C. qui est summus Pont. te absoluat, & ego authoritate ipsius te absoluo ab omni vinculo excommunicationis in quantum possum & indiges, deinde absoluo te ab omnibus peccatis tuis In nomine Patris & Filij & Spir. S. amen. Passio Dom ni N. I. C. & merita B. V. M. &c. fideles omnes si fieri possit quater in anno peccata sua confiteantur, quod facere poterunt quilibet Sacerdoti approbato, in Paschate tamen testificationem in chartula aut nota aliqua confitentibus dare tenebuntur Confessarij delegati, quam illi ad Parochum deferent, qui eorum nomina in libro descripta diligenter custodiet. Iudex constitutus cum sit Sacerdos vt soluat aut liget, pœnitentes non audiat nisi pro tribunali sedendo pœnitente genua flectente, palàm & intrà Ecclesiam, hora diurna, nullisque subiectis puluinaribus excepta ægrotantium necessitate. In qualibet Eccles. tot constituantur Confessionalia in loco patenti, quot probandi erunt Sacerdotes necessarij ad audiendas confessiones, & ita disponantur vt confessarius à pœnitente rectè diuidatur per asseres in quibus sit craticula; sordidum quæstum nutu aut voce, à pœnitentibus ne petant Confessarij, sed tantum recipiant eleemosynas quas liberè sibi ab ipsis dari videbunt, nec confessiones audiant nisi decenti habitu.

CONFESSIONES FIDEI CATHOL.

Ex Concilio Ierosolymitano sub Petro, anno 44.

Symbolum Apostolorum, Credo in Deum Patrem, &c.

Ex Concilio Antiocheno sub Dionysio, anno 266.

Credimus esse vnum Deum ingenitum sine principio, inuisibilem, immutabilem quem nullus hominum vidit, neque videre potest, cuius gloriam, vel amplitudinem intelligere aut enarrare pro dignitate, vt in re & veritate est, humana natura non potest, notionem verò eius vtcumque mediocrem si habemus (reuelante filio eius sicut ait nemo nouit patrem nisi filius, & cui fil. reuelauerit) contenti esse debemus, hunc autem filium genitum, Imaginem Dei inuisibilis, primogenitum omnis creaturæ, sapientiam & verbum, ac virtutem Dei ante sæcula, non præcognitione, sed substantia & hypostasi Deum, Dei filium cum inueteri & nouo testamento cognouerimus, confitemur & prædicamus: qui autem contra dicit filium Dei non esse ante constitutionem mundi, dicitque credere & confiteri esse Deum, non esse aliud quàm duos Deos prædicare, qui filium Dei non esse Deum prædicat, hunc alienum esse ab Ecclesiastica regula arbitramur, & omnes Ecclesiæ Catholicæ nobiscum consentiunt, hunc filium qui semper cum Patre, credimus impleuisse voluntatem paternam in creatione vniuersi, ipse enim dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt, qui autem mandat alteri mandat, quem non alium esse persuasum habemus quàm vnigenitum filium Dei, Deum cui dixit faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostram, & in summa dictum sit secundum Euangelium, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, filium verò qui est apud Patrem, Deum quidem & Dominum omnium creaturarum dicimus, à Patre autem missum de cœlis, & carne assumpta factum esse hominem quamobrem corpus eius ex virgine sumptum, in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitauit, diuinitati immutabiliter vnitum & Deificatum est, &c.

Ex Concil. Nicæno Generali I. sub Siluestro P. anno 325.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem omnium visibilium & inuisibilium factorem, & in vnum D. I. C. filium Dei ex Patre natum vnigenitum, id est ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero natum non factū, consubstantialē Patri, per quem omnia facta sunt, & quæ in cœlo & quæ in terra, qui propter nostram salutem descendit & incarnatus, & homo factus est, passus est & resurrexit tertia die, & ascendit in cœlo, & iterum venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum S. eos autem qui dicunt & erat aliquando quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex iis quæ non sunt factus est, aut ex alia substantia, vel essentia dicunt esse, vel creatum

vel

vel mutabilem, vel conuertibilem Filium Dei anathemarizat Catholica & Apostolica Ecclesia.

Ex Concilio Romano 2. sub Iulio I. anno 340.

Symbolum S. Athanasij Romæ editum, quicumque vult saluus esse, &c.

Ex Concil. Ariminensi sub Liberio, anno 359.

Damnamus & anathematizamus eos qui dicunt Filium nullis extantibus, & de alia substantia, & non de Deo Patre natum, Deum verum de Deo vero.

Et si quis Patrem & Filium duos Deos, hoc est nota duo principia dixerit, & non Patris & Filij vnam deitatem profiteatur, anathema sit.

Si quis Filium Dei creaturam vel facturam dixerit, anathema sit.

Si quis Deum Patrem ipsum de Maria natum, eumdemque Patrem & Filium dixerit, anathema sit.

Si quis Filium Dei de Maria initium sumpsisse dixerit vel fuisse tempus quando non erat Filius, anathema sit.

Si quis Filium Dei non verè inenarrabiliter de Deo Patre natum sed adoptiuum Filium dixerit, anathema sit.

Si quis Filium Dei aut temporalem aut hominem solum, & non ante omnia sæcula de Deo Patre natum profiteatur, anathema sit.

Si quis Patris & Filij & Spiritus Sancti vnam personam, aut tres substantias diuisas dixerit, & non perfectæ Trinitatis vnam Deitatem profiteatur, anathema sit.

Si quis Filium Dei esse ante omnia quidem sæcula & non ante omne omnino tempus dixerit, vt ei tempus assignet, anathema sit.

Si quis creata omnia non per verbum sed sine eo vel ante eum facta dixerit, anathema sit.

Ex Concil. Parisiensi sub Liberio, anno 362.

Homosiu sermonem ad veram & legitimam ex Deo Patre Vnigeniti Dei Natiuitatem sumus amplexi, detestantes, secund. Sabellij blasphemias, ipsam vnionem, neque aliquam partem Patris esse Filium intelligentes, sed ex toto atque perfecto innascibili Deo, totum atque perfectum vnigenitum Deum natum, vnius à nobis idcircò vel vsiæ vel substantiæ cum Deo Patre confessum, ne creatura potius aut adoptio, aut adpellatio videretur, & quia ex ipso esset, vt ex Patre Filius, vt ex Deo Deus, vt ex virtute virtus, vt ex spiritu spiritus, vt lumen ex lumine, similitudinem quoque eius ad Deum Patrem non inuiti audientes quippe cum imago inuisibilis Dei sit, sed eam solam similitudinem dignam ad Patrem intelligentes, quæ veri Dei sit ad Deum verum, ita vt non vnio diuinitatis sed vnitas intelligatur, quia vnio sit singularis, vnitas verò secund Natiuitatis veritatem plenitudo nascentis sit, maximè cùm Dominus ipse Iesus Christus ad discipulos suos sit professus dicens, Ego & Pater vnum sumus, quo non solum charitatem quæ ad Patrem est, sed & Diuinitatem quæ Dei ex Deo est significat secundum illud qui me vidit, vidit & Patrem, & si mihi non vultis credere, vel operibus meis credite quia Pater in me est, & ego in Patre.

Ex Concil. Romano 3. sub Damaso, anno 373.

Anathematismi aduers. Apollinaris, Arij, Sabellij, Macedonij, Eunomij, & Punomy, & Photini hæreses.

1. Si quis non dixerit semper Patrem semper Filium, semper Spiritum sanctum esse, anathema sit.

2. Si quis non dixerit Filium natum de Patre, id est de substantia diuina ipsius, anathema sit.

3. Si quis non dixerit, Deum verum Filium Dei, sicut Deum verum Patrem eius & omnia posse & omnia nosse & Patri æqualem, anathema sit.

4. Si quis dixerit quod in carne constitutus Filius Dei cùm esset in Terra in Cœlis cum Patre non erat, anathema sit.

5. Si quis dixerit, quod in Passione Crucis dolorem sustinuit Filius Dei Deus, & non caro cum anima, quam induerat in forma serui quam sibi acceperat sicut ait Scriptura, anathema sit.

6. Si quis non dixerit excruciatum carne Dei Filium, & carne mortem gustasse fuisseque primogenitum ex mortuis, quatenus vita est viuificans Deus, anathema sit.

7. Si quis non dixerit quod in carne quam assumpsit, sedet ad dexteram Patris in qua venturus est iudicare viuos & mortuos, anathema sit.

8. Si quis non dixerit Spiritum Sanctum de Patre esse verè ac propriè, sicut & Filium de diuina substantia, & Deum Dei Verbum, anathema sit.

9. Si quis non dixerit omnia posse Spiritum S. omnia nosse & vbique esse sicut Patrem & Filium, anathema sit.

10. Si quis dixerit Spiritum S. facturam, aut per Filium factum, anathema sit.

11. Si quis non dixerit omnia per Filium postea incarnatum, Spiritum S. Patrem fecisse, id est visibilia, & inuisibilia, anath. sit.

12. Si quis non dixerit Patris, & Filij, & Spiritus sancti vnam Diuinitatem, potestatem, maiestatem, potentiam, vnam gloriam, dominationem, vnum regnum atque vnam voluntatem ac veritatem, anathema sit.

13. Si quis tres personas non dixerit veras Patris, & Filij, & Spiritus sancti æquales semper viuentes, omnia continentes visibilia & inuisibilia, omnipotentes omnia iudicantes, anathema sit.

14. Si quis non dixerit Spiritum sanctum adorandum ab omni creatura, sicut & Filium & Patrem, anathema sit.

15. Si quis de Patre & Filio bene senserit, de Spiritu autem sancto non rectè habuerit, hæreticus est, quia omnes hæretici de Filio Dei, & de Spiritu sancto malè sentientes in Iudæorum atque Gentilium perfidia inueniuntur. Quod si quis partiatur, Deum Patrem dicens, & Deum Filium eius, & Deum Spiritum sanctum, Deos dici & non Deum, propter vnam Diuinitatem & Potentiam, quam credimus esse & scimus Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Deum verum, subtrahens autem Filium & Spiritum sanctum, ita solum existimet Deum Patrem dici aut credi vnum Deum, anathema sit.

Nomen enim Deorum, & Angelis, & Sanctis omnibus à Deo est impositum & donatum. De Patre autem & Filio & Spiritu sancto, propter vnam & æqualem Diuinitatem, non nomen Deorum, sed Dei nobis ostenditur, atque indicatur vt credamus quia in Patre & Filio & Spiritu sancto solum baptizamur, & non in Archangelorum nominibus & Angelorum, quomodo hæretici aut Iudæi, aut etiam Gentiles dementes.

Ex Concil. Constantinopolit. generali 2. sub Damaso I. anno 381.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem Cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium Conditorem, & in vnum D. I. C. Filium Dei Vnigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero natum non factum, Homoousion Patri; hoc est eiusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sũt quæ in Cœlo & quæ in terra, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cœlis, & incarnatus est ex Spiritu sancto ex Maria Virgine & homo factus est; Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus & sepultus est, & tertia die resurrexit secundum Scripturas ascendit in Cœlos, sedet ad dexteram Patris inde venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius Regni non erit finis. Credimus in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem ex Patre procedentem, & cum Patre & Filio adorandum & conglorificandum, qui locutus est per Prophetas, & vnam sanctam Catholicam & Apost. Ecclesiam. Confitemur vnum Baptisma in remissionem peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri sæculi. Amen.

Ex Concil. Toletano 1. sub Anastasio, anno 400.

Credimus in vnum Deum Patrem & Filium & Spiritum sanctum visibilium, & inuisibilium factorem, per quem creata sunt omnia in Cœlo & in terra, hunc vnum Deum & hanc vnam esse diuinæ substantiæ Trinitatem, Patrem autem non esse ipsum Filium, sed habere Filium qui Pater non sit, Filium non esse Patrem, sed Filium Dei de Patris esse natura; Spiritum quoque Paracletum esse, qui nec Pater sit ipse, nec filius, sed à Patre Filioque procedens, est ergo ingenitus Pater genitus Filius, non genitus Paracletus, sed à Patre Filioque procedens, hanc Trinitatem personis distinctam substantia vnitam, virtute & potestate, & maiestate indiuisibilem, indifferentem, præter hanc nullam credimus diuinam esse naturam vel Angeli vel Spiritus vel virtutis alicuius quæ Deus esse credatur; hunc igitur Filium Dei, Deum natum à Patre ante omne omnino principium sanctificasse vterum Mariæ Virginis, atque ex ea verum hominem sine virili generatum semine suscepisse, duabus dumtaxat naturis, id est Deitatis & carnis in vnam conuenientibus omnino personam, idest Dominum N. I. C. nec imaginarium corpus aut phantasmatis alicuius in eo fuisse, sed solidum atque verum, hunc & esuriisse & sitisse & doluisse & fleuisse, & omnes corporis iniurias pertulisse, posttemò à Iudæis crucifixum & sepultum, tertia die resurrexisse, conuersatum postmodum cum discipulis suis, & Quadragesima post Resurrectionem die ad Cœlum ascendisse, hunc Filium hominis etiam Filium Dei dici, Filium autem Dei Dominum Filium appellamus. Resurrectionem verò futuram humanæ credimus carnis, animam autem hominis non diuinam esse substantiam aut Deiparam, sed creaturam dicimus diuina voluntate creatam, &c.

5. Si quis dixerit vel crediderit carnem tantum sine anima à Filio Dei fuisse susceptam, anathema sit.

6. Si quis dixerit Christum innascibilem esse, anathema sit.

7. Si quis dixerit Deitatem Christi conuertibilem esse vel passibilem, anathema sit.

8. Si quis dixerit alterum Deum esse priscæ legis, alterum Euangeliorum, anath. sit.

11. Si quis dixerit animam humanam Dei portionem vel Dei esse substantiam, anath. sit.

12. Si quis dixerit alias scripturas præter quas Ecclesia Catholica recipit, in auctoritate habendas vel esse venerandas, anath. sit.

13. Si quis dixerit Deitatis & carnis vnam esse in Christo naturam, anath. sit.

14. Si quis dixerit esse aliquid quod se extra diuinam Trinitatem possit extendere, anath. sit.

15. Si quis Astrologiæ vel Mathesi existimat esse credendum, anath. sit.

16. Si quis dixerit coniugia hominum quæ secundum legem diuinam licita habentur execrabilia esse, anathema sit.

17. Si quis dixerit carnes auium quæ ad escam datæ sunt, non tantum pro castigatione corporis abstinendas sed execrandas esse, anath. sit.

18. Si quis in his erroribus Priscilliani sectam sequitur vel profitetur, aut aliud in salubri Baptismo contra Sedem S. Petri faciat, anath. sit.

Ex Concil. Diospolitano sub Innocentio I. anno 415.

Pelagius post anathema dictum suis erroribus confessus est.

1. Quòd Adam nisi peccasset non fuisset moriturus.

2. Quòd peccatum eius non ipsum solum læserit, sed & genus humanum.

3. Quòd infantes nuper nati non sint in illo statu in quo Adam fuit ante præuaricationem.

4. Vt ad ipsos etiam pertineat quod breuiter ait Apost. per vnum hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum, & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.

5. Quòd infantes non baptizati, non solum Regnum Cœlorum, verum etiam vitam æternam non habere possint.

6. Diuites baptizatos, etiam si diuitiis suis non careant, & diuites sint in operibus bonis, facilè tribuant, communicent, thezaurisent sibi fundamentum boni in futurum, vt apprehendant vitam æternam, non eos à Regno Dei posse priuari.

7. Gratiam Dei & adiutorium etiam ad singulos actus dari, eamque non dari secundum merita nostra:

8. Vt reuera sit gratia, idest gratis data, per eius misericordiam qui dixit miserebor cuius misertus ero, & misericordiam præstabo, cuius misertus fuero;

9. Filios Dei vocari posse illos qui quotidie dicunt *dimitte nobis debita nostra*, quod vtique non veraciter dicerent, si essent omnino absque peccato.

10. Esse liberum arbitrium etiam si diuino indigeat adiutorio.

11. Quando contra tentationes, concupiscentiasque illicitas dimicamus, non ex propria voluntate, sed ex adiutorio Dei prouenire victoriam.

Secundum gratiam & misericordiam Dei veniam peccatorum dari, non secundum merita eorum.

Ex Concil. Mileuitano 2. sub Innocentio I. anno 416.

1. Quicumque dicit Adam mortalem factum, ita vt siue peccaret, siue non, moreretur in corpore, anathema sit.

2. Quicumque paruulos baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari

zari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur, anathema sit.

3. Quicunque dixerit gratiam Dei in qua iustificamur per I. C. D. N. ad solam remissionem peccatorum valere quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium vt non committantur, anathema sit.

4. Quisquis dixerit eandem gratiam Dei per I. C. D. N. propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt sciamus quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema sit.

5. Quicunque dixerit ideo nobis gratiam iustificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium facilius possimus implere, gratiam tanquam etiamsi gratia non daretur, non quidem facilè, sed tamen possimus etiam sine illa implere diuina mandata, anathema sit.

6. Si dixerit quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, quisquis sic accipiendum putauerit vt dicat, propter humilitatem oportere dici nos habere peccatum, non quia verè ita est, anath. sit.

7. Quicunque dixerit in oratione Dominica ideo dicere sanctos. *dimitte nobis debita nostra*, vt non pro seipsis hoc dicant, quia non est eis necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores, & ideo non dicere vnumquemque Sanctorum dimitte mihi debita mea, sed *dimitte nobis debita nostra*, vt hoc pro aliis potius quam pro se iustus petere intelligatur, anath. sit.

8. Quicumque quinque verba ipsa Dominicæ orationis vbi dicimus, *dimitte nobis debita nostra*, ita volunt à Sanctis dici vt humiliter non veraciter hoc dicatur, anathema sit.

Libellus Pelagij ad Innocent. I. transmissus, an. 416.

Credimus in Deum Patrem omnipotentem cunctorum visibilium & inuisibilium Conditorem; Credimus in D. N. I. C. per quem creata sunt omnia, verum Deum vnigenitum & verum Dei Filium. non factum aut adoptiuum, sed genitum & vnius cum Patre substantiæ, quod Græci dicunt ὁμοούσιον, itaque ita per omnia æqualem Deo Patri, vt nec tempore nec gradu, nec potestate possit esse inferior, tantumque confitemur esse illum qui est genitus, quantus est ille qui genuit, non autem quia dicimus genitum à Patre Filium diuina & ineffabili generatione, aliquod ei tempus adscribimus; sed nec Patrem aliquando cœpisse nec Filium, &c. Credimus & in Spiritum sanctum verum Deum ex Patre procedentem, æqualem per omnia Patri & Filio, voluntate, potestate, æternitate, substantia, nec est prorsus aliquis in Trinitate gradus, nihil quod inferius superiusque dici possit, sed tota Deitas sui perfectione æqualis est vt exceptis vocabulis quæ proprietatem personarum indicant, quidquid de vna persona dicitur, de tribus dignissimè possit intelligi, atque vt confutantes Arium vnam eamdemque dicimus Trinitatis esse substantiam, & vnum in tribus personis confitemur Deum, ita impietatem Sabellij declinantes distinguimus, non ipsum sibi Patrem, ipsum sibi Filium, ipsum sibi Spiritum S. esse dicentes, sed aliam Patris, aliam Filij, aliam Spiritus sancti esse personam, non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est personas velut Græci exprimunt ὑποστάσεις hoc est subsistentias confitemur, ipsum autem Dei Filium qui absque initio æternitatem cum Patre & Spiritu sancto possedit, dicimus in fine sæculorum perfectum nostræ naturæ hominem suscepisse ex Maria semper Virgine, & Verbum carnem esse factum, assumendo hominem, non permutando Deitatem, nec (vt quidam sceleratissimè opinantur) Spiritum sanctum dicimus fuisse pro semine, sed potentia ac virtute Creatoris operatum, sic autem confitemur in Christo vnam Filij esse personam, vt dicamus duas esse perfectas, atque integras substantias, id est Deitatis & Humanitatis, &c. Et quamuis propria persona Filij, id est Dei Verbum suscepit passibilem hominem, ita tamen eius habitatione secundum suam substantiam Deitas nihil passus est, vt tota Trinitas quam impassibilem confiteri necesse est: mortuus est ergo Dei Filius secundum id quod mori poterat, resurrexit tertia die, ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Dei Patris, manente ea natura carnis in qua natus & passus est, in qua etiam resurrexit, &c. Accepta ergo à Patre omnium potestate quæ in Cœlo sunt & in terra, venturus est ad iudicium viuorum ac mortuorum, vt & iustos remuneret, & puniat peccatores, &c. Resurrectionem etiam carnis confitemur & credimus, vt dicamus nos in eadem in qua nunc sumus veritate membrorum esse reparandos, qualesque semel post resurrectionem fuerimus affecti, in perpetuum permansuros, vnam esse vitam Sanctorum omnium sed præmia pro labore diuersa, è contrariò pro modo delictorum, peccatorum quoque esse supplicia; Baptismum tenemus quod iisdem Sacramenti verbis in infantibus quibus etiam in maioribus asserimus esse celebrandum, hominem si post baptismum lapsus fuerit. per pœnitentiam credimus posse saluari; nouum & vetus Testamentum recipimus, animas à Deo dari credimus, quas ab ipso factas dicimus, eorum condemnamus errorem qui eas antè peccasse, vel in Cœlis conuersatas fuisse dicunt, execramur etiam eorum blasphemiam qui dicunt impossibile aliquid homini a Deo præceptum esse, & mandata Dei non a singulis sed ab omnibus in communi posse seruari, anathematizamus etiam illos qui Dei Filium necessitate carnis mentitum esse dicunt, & eum propter assumptum hominem non omnia facere potuisse quæ voluit, liberum sic esse confitemur arbitrium vt dicamus nos semper Dei indigere auxilio.

Ex Concilio Carthagin. 2. sub Siricio, an. 397. seu sub Celestino, anno 425.

2. Vt Trinitatis quam nostris in sensibus consecratam retinemus Patris, & Filij, & Spiritus sancti vnitatem quæ nullam noscatur habere differentiam, sicut didicimus ita Dei populos instruamus.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

43. Christianum Catholicum qui pro Catholica fide, & pro Ecclesiastica re, & Christiana Religione persecutiones patitur, honore omni à Sacerdotibus honorandum, etiam per Diaconum ei victus administretur.

Ex Concilio Ephesino generali 3. sub Celestino, anno 431.

1. Si quis non confitetur Emmanuelem, verum Deum esse, & ob id sanctam Virginem Deiparam (genuit enim illa incarnatum Dei Verbum secundum carnem) anathema sit.

2. Si

2. Si quis non confitetur Dei Patris Verbum secundum hypostasim unitum, & vnum tantum vna cum sua carne esse Christum, eundem nimirum Deum similiter & hominem, anath. sit.

3. Si quis in vno Christo post vnionem diuidit hypostases, eaque duntaxat coniunctione easdem inter se nectit, quæ est secund. dignitatem, vel authoritatem, vel potestatem, & non ea potius quæ est secund naturalem vnionem, anathema sit.

4. Si quis duabus personis vel hypostasibus eas voces attribuit quæ in Euangelicis & Apostolicis Scripturis passim occurrunt, quæve à Sanctis de Christo aut ab ipso quoque Christo de seipso dictæ sunt, & aliâs quidem seorsum à Dei Verbo considerato adscribit, alias verò tanquam in diuinam maiestatem conuenientes soli Verbo quod ex Deo Patre est accommodat, anathema sit.

5. Si quis dicere audet Christum non esse verum Deum sed hominem tantum Deiferum, vtpote vnum naturalemque Filium, quatenus nimirum Verbum caro factum, carni & sanguini perinde ac nos communicauit, anath. sit.

6. Si quis Dei Patris Verbum Christi Deum ac Dominum esse dixerit, neque post Verbum secund. Scripturas incarnatum vnum eundemque Deum simul & hominem esse confessus fuerit, anath. sit.

7. Si quis Iesum Christum hominem tantum diuini Verbi vi actum esse dixerit aut illustrem illam Vnigeniti gloriam illi ipsi homini veluti alteri cuipiam ab ipso Verbo aduenisse commentus fuerit, anathema sit.

8. Si quis hominem assumptum vnà cum ipso Dei Verbo adorandum, vnà cum illo glorificandum, vnà cum illo tanquam alterum in altero existentem Deum appellandum esse dicere ausus fuerit (hunc enim intellectum particula, Cùm, adiecta perpetuò & necessariò afferre consueuit) & non vna potiùs adoratione Emmanuelem honorat, vnamque illi glorificationem attribuit, quatenus Verbum factum est caro, anathema sit.

9. Si quis vnum D. N. I. C. à Spiritu sancto tanquam virtute à se aliena glorificatum dixerit, efficaciamque qua contra immundos spiritus vteretur, & diuina inter homines miracula operaretur ab ipso eodem accepisse prædicauerit, & non proprium naturalemque illius esse Spiritum per quem diuina signa edidit, anath. sit.

10. Si quis dixerit Pontificem & Apostolum nostrum non esse ipsum Dei Verbum postea quam caro, & homo nobis similis factum est, sed hominem illum qui ex muliere natus est quasi alterum quempiam ab ipso diuersum, aut si quis Christum pro seipso quoque & non potiùs pro nobis solis sacrificium obtulisse affirmauerit, anath. sit.

11. Si quis ipsam Domini carnem viuificam, ipsiusque Verbi quod ex Patre est propriam esse negauerit, sed alterius cuiuspiam ipsi Verbo secundum dignitatem tantum coniuncti, aut diuinam tantum habitationem sortiti esse dixerit, neque verò potiùs viuificam confessus fuerit, eo quòd Verbi quod omnia viuificat facta sit propria, anathema sit.

12. Si quis non confitetur Dei Verbum secundum carnem passum, secundum carnem crucifixum, mortemque secundum carnem gustasse, & primogenitum tandem ex mortuis factum esse, quatenus videlicet vita est & viuificum vt Deus, anathema sit.

Confeßio fidei Charisij Presbyteri.

Ex eod. Concilio Ephesino.

Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem Creatorem omnium, visibilium & inuisibilium factorem, & in vnum D. I. C. Filium eius vnigenitum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, consubstantialem Patri qui propter nos & propter nostram salutem descendit de Cœlis & incarnatus est, & ex sancta Virgine natus est, & homo factus est, crucifixus pro nobis mortuus est, resurrexit tertia die, ascendit in Cœlos, & iterum venturus est iudicare viuos & mortuos, & in Spiritum veritatis Paracletum Patri & Filio consubstantialem & in sanctam Catholicam Ecclesiam, in mortuorum resurrectionem, in vitam æternam.

De Incarnatione Verbi Dei Filij Patris.

Deffinitio Episcoporum qui in Nicæa Synodo conuenerunt, & Expositio eiusdem Synodi aduers. Paulum Samosatenum.

Ex eod. Conc. p. 3. fol. 254.

Confitemur D. N. I. C. ex Patre quidem secund. Spiritum ante sæcula genitum, nouissimis verò diebus ex Virgine secund. carnem natum, vnam personam compositam, ex cœlesti Diuinitate & humana carne, secund. quod Homo est, vnum, & totum Deum & totum Hominem, totum Deum etiam cum corpore, sed non secund. corpus Deum, totum etiam Hominem cum Diuinitate, sed non secund. Diuinitatem Hominem, sic totum adorabilem etiam cum corpore, sed non secund. corpus adorabilem, totum adorantem etiam cum Diuinitate, sed non secund. Diuinitatem adorantem, totum increatum etiam cum corpore, sed non secund. corpus increatum, totum formatum etiam cum Diuinitate, sed non secund. Diuinitatem formatum, totum Deo consubstantialem etiam cum corpore, sed non secund. corpus consubstantialem Deo, quemadmodum neque secund. Diuinitatem hominibus coessentialis, est, quamuis nobis secund. carnem coessentialis etiam cum Diuinitate existens. Etenim cùm illum secund. spiritum Deo consubstantialem dicimus, non dicimus hominibus secund. spiritum coessentialem; contrà autem cùm illum secund. carnem hominibus coessentialem prædicamus, non prædicamus illum secund. carnem Deo consubstantialem, sicut enim secund. spiritum nobis coessentialis non est, quia secund. hunc Deo consubstantialis est, ita neque Deo secund. carnem consubstantialis est, quia secund. hanc nobis est coessentialis quemadmodum autem hæc distincta & declarata sunt, non ad inducendam vnius indiuisæ personæ diuisionem, sed ad denotandam proprietatem Verbi & carnis minimè confusam distinctionem, ita & illa quæ ad indiuisam vnionem compositionemve pertinent prædicamus.

Ex Conc. Chalced. gener, 4. sub Leone I. an. 451.
Epistola Synodica Leonis I. contra Eutychetis hæresim.

Parte 2. actione 2. fol. 214.

Nesciens (Eutyches) quid deberet de Verbi Dei incarnatione sentire, nec valens ad promerendum intelligentiæ lumen, in sanctarum Scripturarum latitudine laborare, illam saltem communem & indis-

cretam confessionem sollicito apprehendisset auditu, qua fidelium vniuersitas profitetur credere se in Deum Patrem omnipotentem & in I. C. Filium eius vnicum D. N. qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, quibus tribus sententiis omnium ferè hæreticorum machinæ destruuntur. Cùm enim Deus & omnipotens & æternus Pater creditur consempiternus eidem Filius demonstratur in nullo à Patre differens, quia de Deo Deus, de omnipotente omnipotens, de æterno natus est coæternus, non posterior tempore non inferior potestate, non dissimilis gloria, non diuisus essèntia. Idem verò sempiterni genitoris vnigenitus sempiternus, natus est de Spiritu S. ex Maria Virgine, quæ Natiuitas temporalis, illi Natiuitati Diuinæ & sempiternæ nihil contulit, sed totam se reparando homini qui erat deceptus impendit, vt & mortem vinceret & Diabolum, qui mortis habebat imperium sua virtute destrueret, non enim superare nos possemus peccati & mortis auctorem, nisi naturam nostram ille susciperet & suam faceret quem nec peccatum contaminare, nec mors potuit detinere, conceptus quippe est de Spiritu sancto intra vterum Matris V. quæ ita illum salua virginitate edidit, quemadmodum salua virginitate concepit, sed si de hoc Christianæ fidei fonte purissimè sincerum intellectum haurire non poterat, quia splendorem perspicuæ veritatis obcæcatione sibi propria tenebrarat, doctrinæ se Euangelicæ subdidisset dicente Matthæo, libet generationis I. C. filij Dauid, filij Abraham, &c. Nec frustratoriè loquens ita Verbum diceret carnem factum, vt editus vtero Virginis Christus haberet formam hominis, & non haberet materni corporis veritatem, an fortè ideò putauit Dominum N. I. C. non nostræ esse naturæ quia missus ad B. Mariam Angelus ait, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei, vt quia conceptus Virginis diuini fuit operis, non de natura concipientis fuit caro concepti, sed non ita intelligenda est illa generatio singulariter mirabilis & mirabiliter singularis, vt per nouitatem creationis proprietas remota sit generis, fœcunditatem enim Virgini dedit Spiritus sanctus, veritas autem corporis sumpta de corpore est & ædificante sibi sapientia domum, Verbum caro factum est & habitauit in nobis, hoc est in ea carne quā sumpsit ex homine, & quam spiritu vitæ rationis animauit. Salua igitur proprietate vtriusque naturæ & in vnam coeunte personam suscepta est à maiestate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, & ad resoluendum conditionis nostræ debitum, natura inuiolabilis naturæ est vnita passibili, vt quod nostris remediis congruebat, vnus atque idem Mediator Dei & hominum Homo Christus Iesus & mori posset ea vno & mori non posset ex altero; in integra ergo veri Hominis perfectaque natura, verus natus est Deus totus in suis, & totus in nostris; nostra autem dicimus quæ in nobis ab initio Creator condidit, & quæ reparanda suscepit; nam illa quæ deceptor intulit, & homo deceptus admisit, nullum habuere in Saluatore vestigium, nec quia communionem humanarum subiit infirmitatum ideo nostrorum fuit particeps delictorum, assumpsit formam serui sine sorde peccati, humana augens, diuina non minuens, quia exinanitio illa qua se inuisibilis visibilem præbuit, & Creator ac Dominus omnium rerum, vnus voluit esse mortalium, inclinatio miserationis non defectio potestatis, proinde qui manens in forma Dei fecit hominem, idem in forma serui factus est homo, tenet enim sine defectu proprietatem suam vtraque natura, & sicut formam serui forma Dei non adimit, ita formam Dei forma serui non minuit, nam quia gloriabatur Diabolus hominem sua fraude deceptum diuinis caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatum duram mortis subiisse sententiam, seque in malis suis quoddam de præuaricatoris consortio inuenisse solatium, Deum quoque iustitiæ exigente ratione erga hominem, quem in tanto honore condiderat, propriam mutasse sententiam, opus fuit secreti dispensatione consilij, vt incommutabilis Deus cuius voluntas non potest sua benignitate priuari, primam erga nos pietatis suæ dispositionem Sacramento occultiore compleret, & homo diabolicæ iniquitatis versutia actus in culpam, contra Dei propositum non periret. Ingreditur ergo hæc mundi infirma Filius Dei, de cœlesti sede descendens, & à paterna gloria non recedens, nouo ordine, noua natiuitate generatus, nouo ordine quia inuisibilis in suis, visibilis factus est in nostris incomprehensibilis voluit comprehendi, ante tempora manens, esse cœpit ex tempore, vniuersitatis Dominus seruilem formam obumbrata maiestatis suæ immensitate suscepit, impassibilis Deus non dedignatus esse homo passibilis, & immortalis mortis legibus subiacere, noua autem natiuitate generatus, quia inuiolata virginitas concupiscentiam nesciuit, carnis materiam ministrauit, assumpta est igitur de Matre Domini natura non culpa, nec in Domino Iesu Christo ex vtero Virginis genito quia natiuitas est mirabilis, ideo natura est dissimilis, qui enim verus est Deus, idem verus est homo, &c. Sicut Deus non mutatur miseratione, ita homo non consumitur dignitate, agit enim vtraque forma cum alterius communione quod proprium est, Verbo scilicet operante quod Verbi est, & carne exequente quod carnis est, vnum horum coruscat miraculis, aliud succumbit iniuriis, & sicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recessit, ita caro naturam nostri generis non reliquit.

Exemplum fidei Flauiani Episcopi Constantinopolitani manu propria ab ipso scripta, & Imperatori Theodosio poscenti exhibita.

Ex eod. Concil. p. 1. f. 4.

Nihil ita conuenit Sacerdoti Dei, dogmatibus erudito diuinis, quam paratum esse ad satisfactionem omni poscenti eum rationem de spe quæ in nobis est, & gratia, non enim erubesco Euangelium Dei, virtus enim Dei est ad salutem omni credenti, quia igitur & nos misericordia Regis omnium Christi Dei Sacerdotium Euangelij sortiti sumus, sapimus rectè atque inculpabiliter, semper Scripturas diuinas sequentes, & expositiones sanctorum Patrum qui in Nicæa conuenerunt, & 150. qui hic congregati sunt (Constantinopoli) & qui in Epheso sub sanctæ memoriæ Cyrillo qui fuit Alexandrinus Episcopus, & prædicamus vnum Dominum nostrum Iesum Christum ante sæcula quidem ex Deo Patre sine principio natum, secundum Diuinitatem, in nouissimis autem diebus eumdem propter nos, & propter nostram salutem ex Maria Virgine secundum humanitatem, Deum perfectum & hominem perfectum, eumdem in assumptione animæ rationalis & corporis consubstantialem Patri secundum Diuinitatem & consubstantialem Matri eumdem secundum humanitatem, in duabus vtique naturis confitentes Christum post incarnationem ex sancta Virgine

&

& inhumanationem in vna subsistentia, & in vna persona, vnum Christum, vnum Filium, vnum Dominum confitemur, & vnam quidem Verbi Dei naturam, incarnatam tamen & inhumanatam dicere non negamus, eo quòd ex ambobus vnus atque idem sit Dominus noster Iesus Christus. Eos verò qui aut duos filios, aut duas subsistentias, aut duas personas annunciant, & non vnum & eumdem Dominum Iesum Christum Filium Dei viui prædicant anathematizamus & alienos esse ab Ecclesia iudicamus, & ante omnes Nestorium impium anathematizamus & sapientes quæ eius sunt ac loquentes ea, & abscindantur huiusmodi à filiorum adoptione promissa rectè credentibus.

(Et post hæc adiecit, & in annotationibus scripsit.)

Domine Iesu Christe adiuua nos, (& iterum) hæc scripsi mea manu ad satisfactionem vestræ potestatis, & vt confundantur calumniam facientes nostræ bonæ, & simplici in Christo conuersationi.

Ex eod. Conc. Chalcedonensi.

fol. 251.

Sufficeret quidem ad plenam cognitionem & confirmationem pietatis hoc sapiens & salutare diuinæ gratiæ Symbolum (Nicænum) de Patre enim & Filio, & Spiritu sancto perfectionem docet, ac Domini nostri inhumanationem fideliter accipientibus repræsentat, sed quoniam hi qui veritatis reprobare prædicationem conantur per proprias hæreses nouas voces genuerunt, alij quidem mysterium dispensationis Domini quæ propter nos facta est corrumpere præsumentes, & vocem *Theotocos* de Virgine dici denegantes, alij autem confusionem & mixtionem introducentes, & vnam naturam esse carnis & Diuinitatis stultè confingentes, & passibilem Vnigeniti diuinam naturam per confusionem prodigiosè dicentes, propter hoc illis omnem machinationem contra veritatem volens claudere, præsens nunc magna & vniuersalis Synodus prædicationem hanc ab initio immobilem docens, decreuit ante omnia fidem integram & intemeratam permanere 318. sanctorum Patrum, & confirmat doctrinam quæ de substantia Spiritus sancti à Patribus 150. postea congregatis in Regia Ciuitate (Constantinopol.) tradita est propter illos qui Spiritui sancto repugnabant, &c. Propter illos autem qui dispensationis mysterium corrumpere conantur, & purum hominem esse genitum ex sancta Virgine Maria impudenter delirant, Epistolas Synodicas Beatiss. Cyrilli Alexandr. Ecclesiæ Præsulis ad Nestorium, & ad Orientales congruenter habentes amplexa est ad conuincendas Nestorij vesanias, & ad interpretationem eorum qui salutaris Symboli pio zelo nosce desiderant intellectum, quibus etiam & Epistolam magnæ & Senioris Vrbis Romæ Præsulis beatissimi & sanctissimi Archiepiscopi Leonis, quæ scripta est ad sanctæ memoriæ Archiepiscopum Flauianum, ad perimendam Eutychis malam intelligentiam, vtpote & magni illius Petri confessioni congruentem & communem quamdam columnam existentem, aduersus peruersè sentientes, ad confirmationem rectorum dogmatum congruenter aptauit; his namque qui in duos filios dispensationis diuinæ mysterium discerpere nituntur repugnat, & illos qui possibilem Deitatem Vnigeniti ausi sunt dicere à sacro cœtu expellit, & his qui in duabus Christi naturis temperamentum aut confusionem opinantur resistit, & eos qui cœlestem aut alterius alicuius esse substantiæ quam ex nobis assumpsit serui formam delirantes dicunt, abigit, & qui duas quidem ante vnitionem naturas Domini fabulantur, vnam verò post vnitionem confingunt condemnat. Sequentes igitur sanctos Patres, vnum eumdemque confiteri Filium, & Domin. nostrum Iesum Christum consonanter omnes docemus, eumdem perfectum in Deitate, & eumdem perfectum in Humanitate Deum verum & Hominem verum, eumdem ex anima rationali & corpore consubstantialem Patri secund. Deitatem, consubstantialem nobis eumdem secund. Humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato, ante sæcula quidem de Patre genitum secund. Deitatem, in nouissimis autem diebus eumdem propter nos & propter nostram salutem ex Maria Virgine Dei genitrice secundum Humanitatem vnum eumdemque Christum Filium Dominum vnigenitum ex duabus naturis, inconfusè, immutabiliter indiuisè, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter vnitionem, magisque salua proprietate vtriusque naturæ, & in vnam personam atque subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum aut diuisum, sed vnum eumdemque Filium & Vnigenitum Deum, Verbum, Dominum Iesum Christum, sicut antè Prophetæ de eo & ipse nos Iesus Christus erudiuit, & Patrum nobis Symbolum tradidit; his igitur cum omni vndique exacta cura & diligentia à nobis dispositis, definiuit sancta & vniuersalis Synodus alteram fidem nulli licere proferre, aut conscribere, vel componere aut sentire, aut alios docere. Eos autem qui audent componere fidem alteram, aut proferre, aut docere, alterum Symbolum, volentibus ad agnitionem veritatis conuerti vel ex gentilitate, vel ex Iudaismo vel ex hæresi quacunque, hos si Episcopi fuerint aut Clerici, alienos esse Episcopos ab Episcopatu, & Clericos à Clero, si verò Monachi aut Laici fuerint, anathematizari eos.

Ex Concil. Romano sub Felice III. anno 483.

Anathematismi 12. *contra Petrum Fullonem.*

1. Omnis qui dicit vnam naturam Dei Verbi & carnis non duas vnitas indiuisasque, damnetur.

2. Si quis confundit duas Christi naturas dicens Deum passum carne, & non passum Christum carne secund. Apostolum, damnetur.

3. Si quis impassibilem & immortalem Deum Verbum dicit conuersum in passionem & mortem, & non hoc reddit eius carni, damnetur.

4. Si quis nomen *Trisagion*, hoc est ter sanctum dicit propter nos crucifixum, & non Dominum Iesum Christum Filium Dei Vnigenitum, damnetur.

5. Si quis per vocem ter sanctam Deum dicit crucifixum propter nos, & non potiùs vnum filium cui in medio ter sanctæ vocis Hymnus dicitur, damnetur.

6. Si quis hominem dicit qui pro nobis crucifixus est, siue Deum, diuidendo naturas & non eas copulando in crucifixione eius, damnetur.

7. Si quis dicit duas personas seu subsistentias, & non potiùs duas naturas in vnam personam, & vnam subsistentiam concurrentes, damnetur.

8. Si quis alterius substantiæ dixerit carnem Domini à carne nostra, & non potiùs nobis consubstantialem

substantialem absque peccato, damnetur.

9. Si quis Deum Hominem & non magis Deum & hominem dicit, damnetur.

10. Si quis dicit creatum Patris Verbum, & non magis eius carnem, damnetur.

11. Si quis dicit consubstantialem carnem Domini, Deo & Patri, & non potiùs Deum Verbum, damnetur.

12. Si quis dicit sine mente & sine anima Dominum N. I. C. & pro ea habuisse Diuinitatem, & ex hoc dicendum passum carne Deum, & non magis mentem cum anima rationali humanatum Deum Verbum & impassibilem dicendum eumdem Diuinitate, Humanitate verò passibilem, damnetur.

Ex Conc. Constantinop. sub Felice III. an. 483. contra Petrum Fullonem.

1. Si quis apponit In Trisagio Crucem præter Filium Dei, anath. sit.

2. Si quis quaternitatem inducit in trisagio, apponens post Trinitatem Christum crucifixum, anath. sit.

3. Si quis confundit Trinitatem eumdem dicens esse Patrem & Fil. & Spir. S. anath. sit.

4. Si quis distinguat vnam essentiam Trinitatis in duas, anath. sit.

5. Si quis vnum Filium secat in dualitatem filiorum, anath. sit.

6. Si quis Dei Verbum & carnem dicit vnam naturam, ignorans naturarum differentiam, anathema sit.

7. Si quis naturam diuinam Filij confundit passionibus carnis eius, & non confitetur eum spiritu impassibilem, carne verò passum, anath. sit.

8. Si quis dicit Deum passibilitatem aut mortem gustasse tanquam ad hæc cum bona voluntate venisse cùm conuersus esset, & non confitetur eum tanquam Deum, non fuisse sub damnatione mortis, mortem verò mortificasse per carnem suam mortalem quam assumpsit, anath. sit.

Credimus enim quia vita est, & non recedit in mortem, tu autem cognosce & abscide in quibus iniquè locutus es.

Ex Conc. Arelatensi 3. sub Ioanne I. an. 524. Fausti Epistola ad Lucidum.

1. Anathema illi qui inter reliquas Pelagij impietates hominem sine peccato nasci & per solum laborem posse saluari, & sine gratia Dei liberari posse crediderit.

2. Anathema illi qui hominem cum fideli confessione solemniter baptizatum & asserentem Catholicam fidem & postmodum per diuersa huiusmodi oblectamenta prolapsum, in Adam & originale peccatum periisse asseruerit.

3. Anathema illi qui per Dei præscientiam in mortem deprimi hominem dixerit.

4. Anathema illi qui dixerit illum qui perit, non accepisse vt saluus esse posset, id est de baptizato, vel de illius ætatis Pagano, qui credere potuit & noluit.

5. Anathema illi qui dixerit quod vas contumeliæ non possit assurgere, vt sit vas in honorem.

6. Anathema illi qui dixerit quod Christus non pro omnibus mortuus sit, nec omnes homines saluos esse velit.

Nos autem per illuminationem Christi veraciter & confidenter asserimus & eum qui periit per culpam, saluum esse potuisset per gratiam, si gratiæ ipsius famulatui laboris obedientiam non negasset, & eum qui per gratiam ad bonæ consummationis metas seruitio obsequente peruenit, cadere per desidiam & perire potuisse per culpam.

Nos ergo per medium, Christo duce, gradientes, per gratiam sine qua nihil sumus, laborem laboriosæ seruitutis asserimus, sed omnimodo arrogantiam & præsumptionem laboris excludimus, vt totis viribus desudantes, ne gratia in nobis euacuetur, quicquid de manu Domini suscepimus, donum pronunciemus esse non pretium, scientes laboris ipsius fructum ocij rem esse non metiri cum Euangelista dicentes, serui inutiles sumus quod debuimus facere fecimus.

Epistola Lucidi.
Ex eod. Concil.

1. Iuxta statuta Concilij damno sensum illum qui dicit humanæ obedientiæ laborem, diuinæ gratiæ non esse iungendum.

2. Qui dicit post primi hominis lapsum, ex toto arbitrium voluntatis extinctum.

3. Qui dicit quod Christus & Saluator noster mortem non pro omnium salute susceperit.

4. Qui dicit quod præscientia Dei, hominem violenter compellat ad mortem, vel quod cum Dei pereant voluntate, qui pereunt.

5. Qui dicit quod post acceptum legitimè Baptismum, in Adam moriatur quicunque deliquerit.

6. Qui dicit alios deputatos ad mortem, alios ad vitam prædestinatos.

7. Qui dicit ab Adam vsque ad Christum, nullum ex gentibus per primam Dei gratiam, id est per legem naturæ in aduentum Christi fuisse saluatos, eo quod liberum arbitrium in primo parente perdiderint.

8. Qui dicit Patriarchas & Prophetas, vel summos quosque Sanctorum, etiam ante Redemptionis tempora intra Paradisum deguisse.

Hæc omnia quasi impia & sacrilegiis repleta condemno, ita autem assero gratiam Dei vt annisum hominis & conatum gratiæ semper adiungam, & libertatem voluntatis humanæ non extinctam, sed attenuatam & infirmatam esse pronunciem, & periclitari eum qui saluus est, & eum qui periit potuisse saluari, Christum etiam Dominum & Saluatorem nostrum quantum pertinet ad diuitias bonitatis suæ pretium mortis pro omnibus obtulisse, & quia nullum perire velit, qui est Saluator omnium maximè fidelium, diues in omnibus qui inuocant illum. Assero etiam per rationem & ordinem sæculorum, alios lege gratiæ, alios lege Moysi, alios lege naturæ quam Deus in omnium cordibus scripsit, in spe aduentus Christi fuisse saluatos, tamen ex initio mundi ab originali nexu, nisi intercessione sacri sanguinis non absolutos. Profiteor etiam æternos ignes & infernales flammas factis capitalibus præparatas, quia perseuerantes humanas culpas meritò sequitur diuina sententia, quam iustè incurrunt, qui hæc non toto corde crediderint.

Ex Concil. Arausicano 2. sub Felice IV. anno 529.

1. Si quis per offensam præuaricationis Adæ non totum (id est secundum corpus & animam) in deterius dicit hominem commutatum, sed animæ libertate illæsa durante, corpus tantummodo corruptioni credi obnoxium, Pelagij errore deceptus aduersatur

aduersatur scripturæ, Ezech. 18. Rom. 6. secunda Petri 2.

2. Si quis soli Adæ præuaricationem suam, non & eius propagini asserit nocuisse aut certè mortem tantum corporis, quæ pœna peccati est, non autem & peccatum quod mors est animæ, per vnum hominem in omne genus humanum transisse testatur, iniustitiam Deo dabit, &c. Rom. 5.

3. Si quis ad inuocationem humanam, gratiam Dei dicit conferri, non autem ipsam gratiam facere vt inuocetur à nobis, contradicit Isai. 65. & Apostolo ad Rom. 10.

4. Si quis vt à peccato purgemur voluntatem nostram Deum expectare contendit, non autem vt etiam purgari velimus, per sancti Spiritus infusionem & operationem in nos fieri confitetur, resistit ipsi spiritui sancto per Salomonem discenti, Prou. 19. & Apost. Philip. 2.

5. Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipsum incredulitatis affectum, quo in eum credimus qui iustificat impium, & ad regenerationem Baptismatis peruenimus, non per gratiæ donum, id est per inspirationem Spiritus sancti corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, & naturaliter nobis inesse dicit, Apostolicis dogmatibus aduersarius approbatur, beato Apostolo dicente, confidimus quia qui cœpit in nobis bonum opus perficiet, &c. Philip 1. Ephes. 2. qui enim fidem qua in Deum credimus dicunt esse naturalem, omnes eos qui ab Ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo fideles esse definiunt.

6. Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quærentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri, non autem diuinitus, vt credamus, velimus vel hæc omnia sicut oportet agere valeamus per infusionem & inspirationem sancti spiritus in nobis fieri confitetur, aut humilitati, aut obedientiæ humanæ subiungit gratiæ adiutorium, nec vt obediens & humiliimus ipsius gratiæ donum esse consentit, resistit Apostolo dicenti, *Quid habes quod non accepisti?* 1. Cor. 4. 15.

7. Si quis per naturæ vigorem bonum aliquod quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare, aut eligere, siue salutari (id est Euangelizanti) prædicationi consentire posse; confirmat absque illuminatione & inspiratione Spiritus sancti qui dat omnibus suauitatem, in consentiendo & credendo veritati, hæretico fallitur spiritu non intelligens vocem Dei, *sine me nihil potestis facere.*

8. Si quis constanti sententia hominem ad gratiam Baptismi posse venire contendit à recta fide probatur alienus, is enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum, aut certè ita læsum putat, vt tamen quidam valeant sine reuelatione Dei mysterium salutis æternæ per semetipsos posse conquirere, &c.

9. De adiutorio Dei diuini est muneris cum rectè cogitamus, & pedes nostros à falsitate & iniustitia tenemus, quoties enim bona agimus, Deus in nobis & nobiscum vt operemur, operatur.

10. Adiutorium Dei etiam renatis ac sanctis semper est implorandum, vt ad finem bonum peruenire, vel in bono possit opere perdurare.

11. De obligatione votorum, nemo quicquam Domino rectè vouerit, nisi ab ipso acceperit.

12. Tales nos amat Deus quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito.

13. Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam Baptismi non potest reparari, quod amissum nisi à quo potuit dari, non potest reddi.

14. Nullus miser de quacunque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia præuenitur, psalm. 78 58. Ioan. 8.

15. Ab eo quod formauit Deus, mutatur Adam, sed in peius per iniquitatem suam, ab eo quod operata est iniquitas, mutatur fidelis, sed in melius per gratiam, &c.

16. Nemo ex eo quod videtur habere, glorietur tanquam non acceperit, aut ideo se putet accepisse, &c.

17. Fortitudinem gentilium mundana cupiditas, fortitudinem Christianorum Dei charitas facit, non per voluntatis arbitrium, sed per Spir. sanctum qui datus est nobis.

18. Debetur merces de bonis operibus si fiant, sed gratia quæ non debetur præcedit vt fiant.

19. Natura humana etiamsi in illa integritate in qua est cõdita permaneret, nullo modo seipsam Creatore suo non adiuuante seruaret.

20. Multa in homine bona fiunt quæ non facit homo, nulla verò facit homo bona quæ non Deus præstet, vt faciat homo.

21. Sicut eis qui volentes in lege iustificari, & à gratia exciderunt, verissimè dicit Apostol. si ex lege iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est, iam hic enim erat lex & non iustificabat, iam hic erat & natura, & non iustificabat, ideo Christus non gratis mortuus est, vt & lex per illum impleretur, qui dixit, non veni legem soluere sed adimplere, & natura per Adam perdita, per illum repararetur qui dixit venisse se quærere & saluare quod perierat.

22. Nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum, si quis autem habet homo veritatem atque iustitiam, non ab illo fonte est quem debemus sitire in hac Eremo.

23. Suam voluntatem homines faciunt non Dei, quando id agunt quod Deo displicet, quando autem ita faciunt quod volunt vt diuinæ seruiant voluntati, quamuis volentes agant quod agunt, illorum tamen voluntas est à quo præparatur & obitur quod volunt.

24. Ita sunt in vite palmites, vt viti nihil conferant, sed inde accipiant vnde viuant, sic quippe vitis est in palmitibus, vt vitale subministret eis, non sumat ab eis, ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo discipulis prodest, & non Christo.

25. Prorsus donum Dei est diligere Deum, ipse vt diligeretur dedit, qui non dilectos diligit, displicentes amati sumus, vt fieret in nobis vnde placeremus, ac sic secund. supra scriptas sanctarum Scripturarum sententias, vel antiquorum Patrum definitiones, hoc Deo propitiante & prædicare debemus & credere, quod per peccatum primi hominis ita inclinatum & attenuatum fuerit liberum arbitrium, vt nullus postea aut diligere Deum sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum quod bonum est, possit, nisi gratia eum & misericordia diuina præuenerit, &c.

Ex Epistola Iustiniani Imperat. ad Ioannem II. anno 533.

Omnes Sacerdotes S. Catholicæ & Apostol. Ecclesiæ, & Reuerendiss. Archimandritæ SS. Monasteriorum sequentes sanctitatem vestram, & custodientes statum

statum & vnitatem SS. Dei Ecclesiarum quam habent ab Apostolica vestræ Sanctitatis Sede, nihil penitùs immutantes de Ecclesiast. statu quem hactenus obtinuit atque obtinet, vno consensu confitentur & glorificant, prædicantes Dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum Filium & Verbum Dei & D. N. ante sæcula, & sine tempore de Patre natum, in vltimis diebus descendisse de Cœlis; & incarnatum de Spiritu S. & S. atque gloriosa Virg. & Dei genitrice Maria natum, & hominem factum & crucifixum, vnum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, & coadorandum & glorificandum S. Spiritui; nec enim alium Deum Verbum, & alium Christum cognoscimus, sed vnum atque eumdem ipsum consubstantialem Patri, secund. Diuinitatem, & consubstantialem nobis eumdem ipsum, secund humanitatem, passibilem carne, eundem ipsum impassibilem Deitate, vt enim est in Diuinitate perfectus, ita idem ipse & in humanitate perfectus est, in vna enim substantia Deitatem suscipimus & confitemur, quod Græci dicunt ὑπόστασιν, & quoniam vnigenitus Filius & Verbum Dei ante sæcula & sine tempore de Patre natus, idem ipse & in vltimis diebus descendit de Cœlis, incarnatus de Spiritu sancto, & ex sancta atque gloriosa semper Virg. & Dei genitrice Maria homo factus D. N. I. C. propriè & verè Deus est, ideo & sanctam atque gloriosam Virg. Mariam propriè & verè Dei Matrem esse dicimus, non quia Deus Verbum, principium ex ipsa sumpserit, sed quia in vltimis diebus descendit de Cœlis, & ex ipsa incarnatus & Homo factus, & natus est, quem confitemur & credimus, sicut dictum est, &c. Eiusdem miracula & passiones quas spontè in carne sustinuit agnoscentes. Suscipimus autem sancta quatuor Concilia, id est 318. SS. Patr. qui in Nicæa Vrbe congregati sunt, & 150. Patrum qui in hac Regia Vrbe conuenerunt, & SS. Patrum qui in Epheso primo congregati sunt, & sanctorum Patrum qui in Chalcedone conuenerunt, sicut vestra Apostol. Sedes docet atque prædicat.

Ex Concil. Constantinop. Gener. 5. sub Vigilio, anno 553.

Confessio recta fidei Iustiniani Imperatoris aduersus tria Capitula.

Confitemur credere in Patrem, & Fil. & Spir. S. Trinitatem consubstantialem, vnam Deitatem siue naturam, & substantiam, & virtutem, & potestatem in tribus subsistentiis siue personis adorantes, in quibus baptizati sumus in quos credimus, & quibus confessionem dedimus, proprietates quidem separantes, Deitatem autem vnientes, vnitatem enim in Trinitate, & Trinitatem in vnitate adoramus. Confitemur ipsum vnigenitum Filium Dei, Deum Verbum ante sæcula & sine tempore ex Patre natum non factum, in vltimis diebus propter nos & propter nostram salutem descendisse de Cœlis & incarnatum esse ex Spir. sancto & sancta gloriosa Dei genitrice semper Virg. Maria, & natum ex ipsa qui est D. I. C. vnus de sancta Trinitate, consubstantialis Deo Patri secund. Deitatem & consubstantialis nobis idem ipse secund, humanitatem, passibilis carne, impassibilis idem ipse Deitate.

1. Si quis non confitetur Patrem & Filium & Spiritum sanctum Trinitatem consubstantialem vnam Deitatem seu naturam & substantiam, & vnam virtutem & potestatem in tribus subsistentiis seu personis adorandam, anath. sit.

2. Si quis non confitetur eum qui ante sæcula & sine tempore ex Patre natus est Deum Verbum id vltimis diebus descendisse de Cœlis & incarnatum esse de sancta gloriosa Dei genitrice & semper Virg. Maria & Hominem factum natum esse ex ipsa & propter hoc eiusdem Dei Verbi duas esse Natiuitates quæ est ante sæcula incorporaliter, & quæ est in vltimis diebus, secund. carnem, talis anath. sit.

3. Si quis dicit alium esse Deum Verbum qui miracula operatus est, & alium Christum qui passus est, aut dicit, Deum Verbum cum Christo esse, nascente ex muliere vel in ipso esse tanquam alterum in altero, sed non vnum eumdemque Dominum nostrum Iesum Christum Verbum incarnatum, & Hominem factum, & eiusdem ipsius miracula & passiones quas carne spontè sustinuit, anath. sit.

4. Si quis dicit secund. gratiam & secund. operationem, vel secund. dignitatem, vel secund. æqualitatem honoris, vel secund. authoritatem vel affectum, vel virtutem, vnitionem Dei Verbi ad hominem factam esse, vel secund homonymiam, per quam Nestoriani & Deum Verbum vocantes Christum, & Hominem separatim Christum nominantes, solo vocabulo vnum Christum dicunt; aut si quis per bonam voluntatem dicit vnitionem factam esse, sicut Theodorus hæreticus ipsis verbis dicit, quasi quod placuit Deo Verbo, Homo, eo quòd bene visum est ei de ipso sed non secund. subsistentiam Dei Verbi ad carnem animatam anima rationali & intellectuali vnitionem confitetur, & ideo vnam eius subsistentiam compositam esse, talis anath. sit.

5. Si quis per relationem aut abusionem Dei genitricem dicit factam gloriosam semper Virginem Mariam, aut hominis genitricem, aut Christotocon, tanquam Christo Deo non existente, sed non propriè & verè Dei genitricem ipsam confitetur, eo quòd ipse qui ante sæcula, ex Patre natus est Deus Verbum, in vltimis diebus ex ipsa incarnatus & natus est, anath. sit.

6. Si quis non confitetur Dominum Nostrum Iesum Christum, qui carne crucifixus est, Deum esse verum & Dominum gloriæ, & vnum de sancta Trinitate, anath. sit.

7. Si quis in duabus naturis dicens, non tanquam in Deitate & humanitate vnum Dominum nostrum Iesum Christum Deum Verbum incarnatum confitetur, nec ad significandam differentiam naturarum ex quibus compositus est, sed pro diuisione per partem, talem excipit vocem in mysterio Christi, quasi separatim vnaquaque natura, suam habente subsistentiam, &c. anath. sit.

8. Si quis in vno Domino Iesu Christo hoc est Deo Verbo incarnato, numerum confitens naturarum, non intellectu differentiam earum ex quibus & compositus est, excipit, vtpotè non interemptam propter vnitatem, sed pro diuisione per partem, numero vtitur, anath. sit.

9. Si quis dicens vnam naturam Dei Verbi incarnatam, non sic hoc intelligit quod ex diuina natura & humana vnus Christus effectus est, consubstantialis Patri, secund. Deitatem, & consubstantialis nobis idem ipse, secund. humanitatem, sed quod Deitatis & carnis Christi vna natura siue substantia affecta est, secundum Apollinarij & Eutychetis perfidiam, anathema sit.

10. Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, Eutychem & eos qui similia eis sapuerunt vel sapiunt, anathema sit.

11. Si quis defendit Theodorum Mopsuestenum, qui dixit alium esse Deum Verbum & alium Christu

à passionibus animæ & desideriis carnis molestias patientem & ex profectu operum meliotatum, & baptizatum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & per Baptisma gratiam S. Spiritus accepisse & affiliationem meruisse, & ad similitudinem imperialis imaginis in personam Dei Verbi adorari, & post resurrectionem immutabilem cogitationibus & impeccabilem omnino factum, anath. sit.

Si quis defendit conscripta Theodoreti quæ exposuit pro Nestorio hæretico aduers. rectam fidem & Ephesinam 1. S. Synodum & S. Cyrillum & 12. eius Capitula, &c. anathema sit.

13. Si quis deffendit impiam Epist. quam ad Marim Persam hæreticam Ibas scripsisse dicitur quæ abnegat Deum Verbum hominem factum esse, & dicit non Deum Verbum ex Virg. incarnatum natum esse, sed purum ex ipsa natum, quem templum vocat vt alius sit Deus Verbum, & alius Homo, anath. sit.

Ex Concil. Braccarensi 1. sub Ioanne III. anno 563.

1. Si quis Patrem & Fil. & Spiritum sanctum non confitetur tres personas vnius substantiæ & virtutis ac potestatis sicut Catholica & Apost. Ecclesia docet, sed vnam tantum ac solitariam dicit esse personam, ita vt ipse sit Pater qui Filius, ipse etiam sit Paracletus Spiritus, anathema sit.

2. Si quis extra sanctam Trinitatem alia Diuinitatis nomina introducit dicens, quòd ipsa Diuinitas sit Trinitas sicut Gnostici & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

3. Si quis dicit Filium Dei D.N. antequam ex Virgine nasceretur non fuisse, sicut Paulus Samosatenus & Priscillianus dixerunt, anath. sit.

4. Si quis natalem Christi secund. carnem non verè honorat, sed honorare se simulat, ieiunans in eod. die & in Dominico, quia Christum in hominis natura natum esse non credit, sicut Cerdon, Marcion, Manichæus, & Priscillian. dixerunt, anath. sit.

5. Si quis animas humanas vel Angelos ex Dei credidit substantia extitisse, sicut Manichæus & Priscillianus, anath. sit.

6. Si quis animas humanas dicit priùs in cœlesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in terram deiectas, anath. sit.

7. Si quis dicit Diabolum non fuisse priùs Angelum bonum à Deo factum, nec Dei opificium fuisse naturam eius, sed dicit eum ex tenebris emersisse, nec aliquem sui habere authorem, sed ipsum esse principium atque substantiam mali, sicut Manichæus & Priscillianus, anathema sit.

8. Si quis credit quod aliquantas in mundo creaturas Diabolus fecerit, & tonitrua & fulgura & tempestates & siccitates ipse Diabolus sua authoritate faciat, sicut Priscillianus dixit, anath. sit.

9. Si quis animas & corpora humana fatalibus stellis credit astringi, sicut Pagani & Priscillian. anathema sit.

10. Si qui duodecim signa quæ Mathematici obseruare solent, per singula animæ vel corporis membra dissipata credunt, & nominibus Patriarcharum ascripta dicunt, sicut Priscillianus, anath. sit.

11. Si quis coniugia humana damnat, & procreatione nascentium perhorrescit, sicut Manichæus & Priscillianus, anathema sit.

12. Si quis plasmationem humani corporis, Diaboli dicit esse figmentum, & conceptiones in vteris matrum, operibus dicit Dæmonum figurari propter quod resurrectionem carnis non credit, sicut Manichæus & Priscillian. anathema sit.

13. Si quis dicit creationem vniuersæ carnis non opificium Dei, sed malorum esse Angelorum, sicut Manich. & Priscillian. anath. sit.

14. Si quis immundos putat cibos carnium quos Deus in vsus hominum dedit, & non propter afflictionem corporis, sed quasi immunditiam putans ita abstineat ab eis vt nec olera cocta cum carnibus prægustet, sicut Manich. & Priscill. anath. sit.

15. Si qui Clericorum præter matrem aut germanam vel etiamque proxima consanguinitate iunguntur, alias aliquas quasi adoptiuas feminas secum retinent & cum ipsis habitant, sicut Priscilliani secta docuit, anath. sit.

16. Si quis quinta feria Paschali quæ vocatur Cœna Domini hora legitima post nonam ieiunus in Ecclesia Missas non tenet, sed secund. sectam Priscilliani festiuitatem ipsius diei ab hora tertia per Missas defunctorum soluto ieiunio colit, anath. sit.

17. Si quis scripturas quas Priscillianus secund. suum deprauauit errorem vel tractatus Dictinij (quos ipse Dictinius antequam conuerteretur scripsit, sub nomine Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolorum, & suo errori consona confixit) legit & impia eorum figmenta sequitur aut deffendit, anath. sit.

Ex Concil. Toletano 3. sub Pelagio II. an. 589. Confeßio Reccaredi Regis Sueuorum in Hispan.

2. Confitemur esse Patrem qui genuerit ex substantia sua Filium sibi & coæqualem & coæternum, non tamen vt idem ipse sit natus & genitor, sed persona. Alius sit Pater qui genuit, alius sit Filius qui fuerit generatus, vnius tamen vterque substantiæ in Diuinitate subsistat. Pater ex quo sit Filius, ipse verò ex nullo sit alio, Filius qui habeat Patrem sed sine initio & sine diminutione in ea qua Patri coæqualis & coæternus est, Diuinitate subsistat, Spiritus sanctus confitendus à nobis est & prædicandus à Patre & Filio procedere & cum Patre & Filio vnius esse substantiæ, tertiam verò in Trinitate Spiritus S. esse personam, qui tamen communem habeat cum Patre & Filio Diuinitatis essentiam, hæc enim S. Trinitas vnus Deus est Pater & Filius & Spiritus S. cuius bonitate omnis licet bona sit condita creatura, per assumptam tamen à Filio humani habitus formam à damnata progenie reformamur ad beatitudinem pristinam, sed sicut veræ salutis indicium, Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate sentire, ita erit consummata iustitia si eamdem fidem intra vniuersalem Ecclesiam teneamus, & Apostolicam vnitatem in Apostolico positi fundamento seruemus, &c.

Confeßio fidei Episcoporum.

1. Omnis qui fidem & communionem ab Arrio venientem, & hucusque à nobis retentam adhuc tenere desiderat, & de tota cordis intentione non damnat, anath. sit.

2. Quicunque Filium Dei Domin. N. Iesum Christum negauerit à Paterna substantia sine initio genitum & æqualem Patri esse vel consubstantialem, anathema sit.

3. Quicunque Spiritum sanctum non credit, aut crediderit à Patre & Filio procedere, eumque non dixerit coæternum esse Patri & Filio, & coæqualem, anathema sit.

4. Quicunque in Patre & Filio & Spiritu S. & personas non distinguit, & vnius Diuinitatis substantiam non agnoscit, anath. sit.

5 Quicunque

5. Quicunque Filium Dei D.N. I. C. & Spiritum sanctum esse Patre minorem asseruerit & gradibus separauerit, creaturamque esse dixerit, anathema sit.

6. Quicunque Patrem & Filium & Spiritum sanctum vnius substantiæ, omnipotentiæ & æternitatis esse non crediderit, anath. sit.

7. Quicunque nescire Filium Dei quòd Deus Pater sciat dixerit, anath. sit.

8. Quicunque initium Filio Dei & Spiritui sancto deputauerit, anath. sit.

9. Quicunque Filium Dei secund. Diuinitatem suam visibilem aut passibilem ausus fuerit proferre, anathema sit.

10. Quicunque Spiritum sanctum sicut Patrem & Filium verum Deum & omnipotentem esse non credit, anath. sit.

11. Quicunque alibi fidem & communionem Catholicam præterquam in Ecclesia vniuersali quæ Nicæni & Constantinop. & 1. Ephesini & Chalcedonensis Concilij decreta tenet pariter & honorat, anathema sit.

12. Quicunque Patrem & Fil. & Spir. S. honore, & gloria & Diuinitate separat & disiungit, anathema sit.

13. Quicunque Fil. Dei & Spir. S. cum Patre non crediderit esse glorificandum & honorandum, anathema sit.

14. Quicunque non dixerit *Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto*, anathema sit.

15. Quicunque rebaptizandi sacrilegum opus, bonum esse credit aut crediderit, agit aut egerit, anathema sit.

16. Quicunque libellum detestabilem 12. anno Leobigildi Regis à nobis editum, in quo continetur Romanorum ad Arianam hæresim traductio, & in quo *Gloria Patri* per Filium in Spiritu sancto malè à nobis instituta continetur, hunc libellum si quis pro vero habuerit, anath. sit. in æternum.

17. Quicunque Ariminense Conc. ex toto corde non respuerit & damnauerit, anath. sit.

18. Confitemur enim nos ex hæresi Ariana toto corde, tota anima, & tota mente nostra, ad Ecclesiam Catholicam fuisse conuersos, &c.

19. Qui fidem spernit Nicæni Concilij, anath. sit.

20. Qui fidem Conc. Constantinop. 150. Episcoporum veram esse non dixerit, anath. sit.

21. Qui fidem Ephesinæ Synodi primæ & Chalcedonensis non tenet, anath. sit.

22. Qui Concilio omnium Orthodoxorum Episcoporum consona Conciliis Nicæno Constantinop. 1. Ephesino, & Chalcedonensi non recipit, anath. sit.

23. Proinde & damnationem hanc perfidiæ communionis Arianæ, & omnium Conciliorum hæresim Arianam fauentium cum anathemate eorum propria manu subscripsimus.

24. Qui vnquam hanc fidem S. deprauare, corrumpere, mutare, tentauerit aut ab eadem fide, communione Catholica (quam nuper sumus Deo miserante adepti) egredi, separari, vel dissociari voluerit, sit Deo & vniuerso mundo, criminis infidelitatis in æternum obnoxius.

Ex Concil. Hispalensi 2. sub Bonifacio V. anno 619.

13. Confitemur Dominum N. I. C. intemporaliter ex Patre Deo natum, temporaliter ex vtero gloriosæ Virginis Mariæ hominem editum, & ob hoc in vna subsistente persona duas naturas habentem, Deitatis qua ante sæcula genitus est, Humanitatis in qua diebus vltimis editus est, in illa secund. formam Dei, in ista secund. formam serui consistens, in illa Patri manens æqualis, in ista sine peccato similis nostræ conditionis, in illa inuisibilis, in ista visibilis, in illa inuiolabilis, in ista passibilis, in illa ex qua mori non potuit, in ista in qua mortem suscepit, cuius geminæ naturæ distinctio, primum ex litteris legis deinde ex Propheticis & Euangelicis atque Apostolicis depromenda est paginis, &c.

Ex Concilio Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

1. Secund. diuinas Scripturas & doctrinam quam à SS. Patribus accepimus Patrem & Filium & Spiritum S. vnius Deitatis atque substantiæ confitemur, in personarum diuersitate Trinitatem credentes, in diuinitate vnitatem prædicantes, nec personas confundimus, nec substantiam separamus. Patrem à nullo factum vel genitum dicimus, Filium à Patre non factum sed genitum asserimus, Spiritum verò S. nec creatum nec genitum, sed procedentem ex Patre & Filio profitemur. Ipsum autem D. N. I. C. Dei Filium, & Creatorem omnium ex substantia Patris ante sæcula genitum, descendisse vltimo tempore pro Redemptione mundi à Patre qui nunquam desinit esse cum Patre, incarnatus est enim ex Spiritu S. & S. gloriosa Dei genitrice V. M. & natus ex ipsa, &c.

Ex Concil. Toletano 6. sub Honorio I. anno 638.

1. Credimus & profitemur sacratissimam & omnipotentissimam Trinitatem Patrem & Fil. & Spir. S. vnum Deum non solitarium, vnius essentiæ, virtutis, potestatis, maiestatis vniusque naturæ, discretam inseparabiliter personis, indiscretam essentialiter substantia Deitatis, Creatricem omnium creaturarum, Patrem ingenitum, increatum, fontem & originem totius Diuinitatis, Filium à Patre intemporaliter ante omnem creaturam sine initio genitum non creatum, nam nec pater vnquam sine Filio, nec Filius extitit sine Patre, sed tamen Filius Deus de Patre Deo, non Pater Deus de Filio Deo, Pater Filij, non Deus de Filio, ille autem Filius Patris, & Deus de Patre per omnia coæqualis Patri, Deus verus de Deo vero, Spiritum verò sanctum non genitum neque creatum sed de Patre Filioque procedentem, vtriusque esse Spiritum, ac per hoc substantialiter vnum sunt, qui & vnus ab vtroque procedit. In hac autem Trinitate tanta est vnitas substantiæ, vt pluralitate careat, & æqualitatem teneat, nec minor in singulis quàm in omnibus, nec maior in omnibus quàm in singulis personis manet. Ex his igitur tribus Diuinitatis personis solum Filium fatemur ad redemptionem humani generis propter culparum debita quæ per inobedientiam Adæ originaliter & nostro libero arbitrio contraxeramus, resoluenda, à secreto Patris arcanoque prodiisse, & Humanitatem sine peccato de S. semper V. Maria assumpsisse, vt idem Filius Dei Patris, esset Filius Hominis, Deus perfectus & Homo perfectus, vt Homo perfectus & Deus esset vnus Christus, naturis in duabus vna persona, ne quaternitas Trinitati accederet, si in Christo geminata persona esset, ergo à Patre & Spiritu sancto inseparabiliter discretus persona, ab homine autem assumpto natura, idem cum eodem homine vnus extat persona, cum Patre & Spiritu sancto natura, ac ex duabus naturis & vna persona vnus est D. N. I. in forma Diuinitatis æqualis Patri, in forma serui minor Patre,

natus à Deo sine Matre, natus à Virgine sine Patre, solum *Verbum caro factum est & habitauit in nobis*, &c. Hic ergo D. N. I. C. missus à Patre, suscipiens quod non erat, nec amittens quod erat, inuiolabilis de suo, mortalis de nostro, venit in hunc mundum peccatores saluos facere, & credentes iustificare, faciensque mirabilia, traditus est propter delicta nostra, cuius liuore sanati sumus, cuius morte Deo Patri reconciliati, cuius resurrectione sumus ressuscitati, quem etiam venturum in fine expectamus sæculorum, & cum resurrectione omnium æquissimo iudicio redditurum iustis præmia, & impiis pœnas; Ecclesiam quoque Catholicam credimus sine macula in opere. & sine ruga in fide corpus eius esse, Regnumque habiturum cum capite suo omnipotenti Christo Iesu, postquam hoc corruptibile induerit incorruptionem, & mortale immortalitatem, vt sit Deus omnia in omnibus, &c.

Ex Concilio Lateranensi sub Martino I. anno 649.

1. Si quis non confitetur propriè & veraciter Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate, hoc est vnum Deum in tribus subsistentiis consubstantialibus, & æqualis gloriæ, vnam eamdemque trium Deitatem, naturam, substantiam, virtutem, potentiam, Regnum, Imperium, voluntatem, operationem inconditam, sine initio, incomprehensibilem, immutabilem, Creatricem omnium & Protectricem, condemnatus sit.

2. Si quis non confitetur ipsum vnum sanctæ, & consubstantialis, & venerandæ Trinitatis Deum Verbum è Cœlo descendisse, & incarnatum ex Spiritu sancto, & Maria semper Virgine, & Hominem factum, crucifixum carne, propter nos sponte passum, sepultumque & resurrexisse tertia die, & ascendisse in Cœlos, atque sedentem in dextera Patris, & venturum iterum cum gloria paterna, cum assumpta ab eo atque animata intellectualiter carne eius, iudicare viuos & mortuos, condemnatus sit.

3. Si quis non confitetur Dei genitricem sanctam semperque Virginem, & immacolatam Mariam vtpote ipsum Deum Verbum specialiter & veraciter, qui à Deo Patre ante omnia sæcula natus est in vltimis sæculorum absque semine concepisse ex Spiritu sancto, & incorruptibiliter genuisse, indissolubili permanente, & post partum eiusdem virginitate, condemnatus sit.

4. Si quis non confitetur ipsius & vnius Domini nostri, & Dei Iesu Christi duas Natiuitates tàm ante sæcula ex Deo & Patre incorporaliter & sempiternaliter, quamque de sancta Virgine semper Dei genitrice Maria corporaliter in vltimis sæculorum, atque vnum eumdemque Dominum N. & Deum Iesum Christum consubstantialem Deo & Patri secundum Deitatem, & consubstantialem Homini & Matri secund. humanitatem, atque eumdem passibilem carne, & impassibilem Deitate, circumscriptum corpore, incircumscriptum Deitate, &c. condemnatus sit.

5. Si quis non confitetur vnam naturam Dei Verbi incarnatam per hoc quod incarnata dicitur nostra substantia perfectè in Christo Deo & indiminutè absque tantummodò peccato significata, condemnatus sit.

6. Si quis non confitetur duabus & in duabus naturis substantialiter vnitis, inconfusè & indiuisè vnum eumdemque esse Dominum & Deum I. C. condemnatus sit.

7. Si quis non confitetur substantialem differentiam naturarum inconfusè & indiuisè in eo saluatam, condemnatus sit.

8. Si quis non confitetur naturarum substantialem vnitionem indiuisè & inconfusè in eo cognitam, condemnatus sit.

9. Si quis non confitetur naturales proprietates Deitatis eius & Humanitatis indiminutè in eo, & sine deminoratione saluatas, condemnatus sit.

10. Si quis non confitetur duas vnius eiusdemque Christi Dei voluntates cohærenter vnitas, diuinam & humanam, ex hoc quod per vtramque eius naturam voluntarius naturaliter idem consistit nostræ salutis, condemnatus sit.

11. Si quis non confitetur duas vnius eiusdemque Christi Dei nostri operationes cohærenter vnitas diuinam & humanam ab eo quod per vtramque eius naturam Operator naturaliter idem existit nostræ salutis, condemnatus sit.

12. Si quis secund. scelerosos hæreticos vnam Christi Dei nostri voluntatem confitetur & vnam operationem in peremptionem SS. Patrum confessionis, & abnegationem eiusdem Saluatoris nostri dispensationis, condemnatus sit.

13. Si quis secund. scelerosos hæreticos in Christo Deo in vnitate substantialiter saluatis, & à SS. Patrib. nostris piè prædicatis duabus voluntatibus & duabus operationibus diuinam & humanam contra doctrinam Patrum & vnam voluntatem atque vnam operationem confitetur, condemnatus sit.

14. Si quis cum vna voluntate & vna operatione quæ ab hæreticis impiè confitetur, & duas voluntates pariterque & operationes hoc est diuinam & humanam quæ in ipso Christo Deo in vnitate saluantur, & à SS. orthodoxè in ipso prædicantur, denegat & respuit, condemnatus sit.

15. Si quis Dei virilem operationem quod Græc dicunt θεανδρικὴν vnam operationem insipiente suscipit, non autem duplicem esse confitetur secund SS. Patres. hoc est diuinam & humanam, aut ipsam Dei virilis quæ posita est nouam vocabuli dictionem vnius esse designatiuam, sed non vtriusque mirificæ & gloriosæ vnitionis demonstratiuam, condemnetur.

16. Si quis in Christo Deo essentialiter in vnitione & SS. Patribus piè prædicatis duabus voluntatibus & duabus operationibus. hoc est diuina & humana, dissentiones & diuisiones insipienter mysterio dispensationis eius innectit, & propterea Euangelicas & Apostolicas de eodem Saluatore voces non vni eidemque personæ & essentialiter tribuit eidem ipsi Domino & Deo nostro Iesu Christo secund. B. Cyryllom vt ostendatur Deus esse & Homo idem naturaliter, condemnatus sit.

17. Si quis non confitetur omnia quæ tradita sunt & prædicata S. Catholicæ & Apostolicæ Dei Ecclesiæ, perindeque à SS. Patribus & venerandis vniuersalibus Conciliis vsque ad vnum apicem verbo & mente, condemnatus sit.

18. Si quis secund. SS. Patres consonanter nobis pari fide non respuit, & anathematizat anima & corpore, omnes quos respuit & anathematizat nefandissimos hæreticos cum omnibus impiis eorum conscriptis vsque ad vnum apicem S. Dei Ecclesia Cathol. & Apostol. hoc est sanctæ & vniuersales quinque Synodi, & consonantes omnes probabiles Ecclesiæ Patres, id est Sabellium, Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Polemonem, Eutychem, Dioscorum, Timoth. Ælurum, Seuerum, Theodosium, Colluthū, Themistium, Paul. Samosatenum, Diodorum, Theodorum, Nestorium, Theodulum Persam, Origenem, Didymum, Euagrium & compendiosè omnes

reliquos

reliquos hæreticos quia à Cathol. Ecclesia reprobati atque abiecti sunt, &c. Theodorum quondam Episcopum pharanitam, Cyrum Alexandrinum, Sergium Constantinop. vel eius successores Pyrrhum & Paulum, super hæc impiissimam Ecthesim quæ persuasione eiusd. Sergij facta est ab heraclio quondam Imperat. aduers. orthodoxam fidem, scelerosum typum qui ex suasione prædicti Pauli nuper factus est à Constantino Imperatore contra Catholicam Ecclesiam, &c. Huiusmodi condemnatus sit.

19. Si quis ea quæ scelerosi hæretici sapiunt, indubitanter professus atque intelligens per inanem proteruiam dicit hæc pietatis esse dogmata, &c. condemnatus sit.

20. Si quis quocumque modo aut verbo aut tempore aut loco terminos remouens illicitè quos posuerunt firmius SS. Catholicæ Eccl. Patres, id est S. & Vniuersales quinq; Synodi nouitates temerè exquirere & fidei alterius expositiones aut typos vel leges aut definitiones, aut libellos, &c. Et si quid aliud impiissimis hæreticis consuetum est agere per Diabolicam operationem tortuosè & callidè addit contra pios orthodoxorum Catholicæ Eccl. prædicationes, &c. Huiusmodi in sæcula sæculorum condemnatus sit, & dicat omnis populus fiat fiat.

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

1. Fidei normâ sicut in Nicæno Conc. pia est professione firmata, vel à SS. Patribus tradita atque ab ipsis exposita, vel in postmodum à S. etiam Chalcedonensi Conc. formata, in omnibus & ab omnibus conseruetur.

Ex Concilio Toletano 11. sub Adeodato, anno 675.

Confitemur & credimus S. atque ineffabilem Trinitatem Patrem & Fil. & Spiritum S. vnum Deum naturaliter esse vnius substantiæ, vnius naturæ, vnius quoque maiestatis atque virtutis, & Patrem quidem non genitum, non creatum, sed ingenitum profitemur; Ipse enim à nullo originem ducit ex quo & filius natiuitatem & Spiritus S. processionem accepit, Fons ergo ipse est & origo totius diuinitatis, ipse quoque Pater essentia quidem & ineffabilis substantiæ suæ filium ineffabiliter genuit, nec tamen aliud quam quod ipse est genuit, Deus Deum, lux lucem, ab ipso ergo est omnis Paternitas in cœlo & in terra, &c. Ille autem filius Patris & Deus de Patre, æqualis Deus per omnia Deo Patri, quia nec nasci cœpit aliquando, nec desiit; hic etiam vnius cum Patre substantiæ creditur propter quod & *Homousios* Patri dicitur, hoc est eiusd. cum Patre substantiæ; *homo* enim Græcè vnum, *usia* vero substantia dicitur, &c. Spiritum quoq; S. qui est tertia in Trinitate persona, vnû atque æqualem cum Deo Patre & Filio credimus esse Deum, vnius substantiæ, vnius quoque naturæ, non tamen genitum vel creatum, sed ab vtrisque procedentem amborum esse Spiritum hæc est S. Trinitatis relata narratio, quæ non triplex sed Trinitas & dici & credi debet, nec rectè dici potest vt in vno Deo sit Trinitas, sed vnus Deus Trinitas, &c. De his tribus personis solam Filij personam pro liberatione humani generis, hominem verum sine peccato de S. & Immaculata Maria V. credimus assumpsisse, de qua noua ordine, nouaque natiuitate est genitus, &c.

Ex Concil. Anglicanô sub Agathone, anno 679.

Credimus consonanter & confitemur secund. SS Patres propriè & veraciter Patrem & Fil. & Spir. S. Trinitatem, & in vnitate consubstantialem, & vnitatem in Trinitate, hoc est vnum Deum in tribus subsistentiis vel personis consubstantialibus æqualis gloriæ & honoris, &c. Suscepimus SS. & vniuersales 5. Synodos Beatorum & Deo acceptabilium Patrum, id est qui in Nicæa congregati fuerunt 318. contra Arrium, &c. Et in Constantinopoli 150. contra vesaniam Macedonij & Eudoxij, & eorum Dogmata; & in Ephes. 1. 200. contra Nestorium & in Chalcedone 630. cotra Euthychem & Nestorium & iterum in Constantinop. 5. congregati sunt Concilio in tempore Iustiniani Iunioris contra Theodorum & Theodoretum & eorum Dogmata contra Cyrillum, &c. Et Synodum quæ facta est in Vrbe Roma in tempore Martini Papæ, indictione octaua imperante Constantino Piissimo ann. 9. Suscipimus & glorificamus Dominum N. I. C. sicut isti glorificauerunt nihil addentes vel subtrahentes, & anathematizamus corde & ore quos anathematizauerunt, & quos susceperunt suscipimus, glorificamus Deum Patrem sine initio, & Fil. eius vnigenitum ex Patre generatum ante sæcula, & Spiritum S. procedentem ex Patre & Filio ineuarrabiliter sicut prædicauerunt hi quos memorauimus, supradicti SS. Apostoli, & Prophetæ & Doctores.

Ex Concil. Constantinop. 3. Generali VI. Sub Agathone anno 681.

Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, &c. Trinitatem consubstantialem vnam Deitatem, & essentiam, virtutemque & potestatem, & dominationem Deum trinum quem cùm singulariter contemplatur sensu diuidente quæ indiuisa sunt, vnitatem in Trinitate in vnitate adorandam, vnitatem quidem secund. essentiæ seu Deitatis rationem, Trinitatem vero secundum subsistentias siue personas; Confiteor quoque vnum eiusdem sanctæ & consubstantialis & viuificæ Trinitatis D. N. I. C. Filium Dei vnigenitum qui ax Patre natus ante omnia sæcula, eumd. in vltimis diebus propter nos & propter nostram salutem descendisse de Cœlo, & incarnatum esse ex Spiritu S. & sancta gloriosa D. N. Dei genitrice semperque V. Maria quam *Θεοτόκον*, id est Dei genitricem propiè & veraciter Confiteor, vtpote quæ ipsum Dei Filium & Verbum in nouissimis temporibus secund. carnem generauit, consubstantialem Deo & Patri secund. Deitatem, & consubstantialem nobis eumd. secund. humanitatem per omnia similem nobis absque peccato, passibilem carne, impassibilem Deitate Perfectum in Deitate, & perfectum eumd. in humanitate Deum verum & hominem verè ex anima rationali & corpore, ex duabus naturis Deitate & humanitate, & in duabus naturis perfectis nec quartæ personæ S. Trinitas augmentum suscipit, etiam incarnato vno ax ipsa, Dei Verbo, sed in Virginali vtero inuiolabilis Dei genitricis semperque V. Mariæ inhabitans incognoscibiliter, ex ea in propria substantia carnem sibi formauit animatam anima rationali & intellectuali, quapropter & eiusd. duas natiuitates confiteor, tam quæ ante sæcula ex Deo & Patre secund. Deitatem, quam illam quæ ex ead. S. Virg. & Deigenitricæ Maria secund. carnem & recentem, &c. suscipio & amplector S. & vniuersalia 5. Concilia, &c.

Ex Concil. Toletano 14. ſub Benedicto II. anno 684.

8. Omnibus ad æternæ vitæ portum feſtinantibus prædicamus breui admodum definitione collectas, vt in vna enim Chriſti filij Dei perſona duarum naturarum indiuiduas proprietates agnoſcant, ſicut indiuiſas, atque inſeparabiles ita inconfuſas & inconuertibiles permanere, vnam Deitatis alteram hominis, vnam qua ex Deo Patre eſt genitus, alteram qua ex Maria V. generatus, vtraque ergo ei generatio plena, vtraque perfecta, nihil minus ex Deitate habens, nihil imperfectum ex humanitate ſuſcipiens, non naturarum geminatione diuiſus, non perſona geminatus, ſed plenus Deus plenuſque homo abſque omni peccato, in ſingularitate perſonæ vnus eſt Chriſtus, vnus igitur in vtraque natura conſiſtens, & Diuinitatis ſignis effulget, & humanitatis paſſionibus ſubiacet, nec enim alter ex Patre, alter ex matre eſt genitus, cùm tamen aliter de Patre aliter de matre ſit natus, ipſe tamen in vtroque naturarum genere non diuiſus, ſed vnus idemque & Dei & hominis filius, ipſe viuit moriens, ipſe moritur viuens, ipſe impaſſibilis patiens, ipſe paſſioni non ſubiacens, nec Deitati ſuccumbens, nec humanitate paſſioni ſe ſubtrahens, habens ex Deitatis natura non poſſe mori habens ex humanitatis ſubſtantia, & nolle poſſe mori, &c.

Ex Concil. Nicano 2. Gener. 7. ſub Adriano I. anno 787. Act. 1

Credo & Confiteor in Deum Patr. omnipotentem & in vnicum D.C. filium eius vnigenitum, & in S. Spir. Dom. viuificantem, Trinitatem conſubſtantialem, in throno eod. conſedentem, in vna Deitate, poteſtate & auctoritate adoratam & glorificatam, in vnius S. Trinitatis & Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti œconomia, quemadmodum ſex ſacræ Oecumenicæ Synodus tradiderunt, vniuerſam autem hæreticorum linguæ incontinentiam abiiciens, execror. Interpellans etiam Intemeratæ Virg. noſtræ Deiparæ, ſanctarum cœleſtium poteſtatum omniumque SS. interceſſionem, horum etiam ſanctas reliquias, cum omni honore ſuſcipiens & amplectens, honorificè veneror, firmiter credens me illorum Sanctitatis fieri poſſe participem eod. modo venerandas Imagines, quo Oeconomiam I.C.D. & Dei N. qui propter ſalutem noſtram homo factus eſt, & inuiolatæ Virg. D. N. Deiparæ SS. Apoſtolorum, Prophetarum, Martyrum & omnium SS. ſuſcipio & amplector, eiſque honorem debitum exhibeo.

1. Chriſtianorum accuſatores & calumniatores ſiue Iconoclaſtas hoc eſt Imaginum demolitores execror.

2. Qui ſacræ Scripturæ verba de Idolis & gentilium ſtatuis ad venerandas Chriſtianorum Imagines exponentes trahunt, execratio.

3. Qui venerandas & SS. Imagines non amplectitur execratio.

4. Qui aſſerunt Chriſtianos vt Deum, Imagines adorare execratio.

5. Qui fauent ex animo violatoribus & ignominia afficientibus S. Imagines execratio.

6. Qui præter Chriſtum Deum noſtrum dicunt alios eſſe qui nos liberarunt à cultu Idolorum execratio.

7. Qui doctrinas SS. Patrum & traditionem Catholicæ Eccl. contemnunt, quique cauſantur & voces Arrij, Neſtorij, Eutychis, & Dioſcori iactant, dicentes quod niſi ſatis instructi eſſemus ex veteri & nouo teſtam. SS. Patrum ſacrarum ſex Synodorum Doctrinas & Catholicæ Eccleſiæ traditiones ſequeremur, execratio.

8. Qui audent dicere Catholicam Eccleſiam aliquando Idola ſuſcepiſſe execratio.

9. Qui inquirunt diabolicarum inſidiarum inuentum, ſacrarum Imaginum culturam, & ædificationem, nequaquam autem SS. Patrum noſtrorum traditionem execratio.

1. Qui venerandas Imagines non veneratur, anathema.

2. Qui in ſanctas & venerabiles Imagines blaſphemias congerunt, anathema.

3. Qui traducere & maledicis verbis inceſſere audent venerand. Imag. aut eaſd. reiicere, anath.

4. Qui ex animo Chriſtianum populum non docent venerationem SS. & honorabilium Imaginum omnium SS. qui ab initio Deo placuerunt, anathema.

5. Chriſtianorum accuſatoribus, aut Iconoclaſtis hoc eſt Imaginum de molitoribus anath.

Ex Eod. Conc. Act. 4.

Credimus vnum Deum Patr. omnipotentem omnium viſibilium, &c. Salutamus etiam ſanctas Dominicas, Apoſtolicas & Propheticas item SS. præcipue autem Dominæ noſtræ Deiparæ Imagines quæ nobis veluti exemplaria ſunt & inſtructiones bonorum operum, Imitationis & fidei erga Chriſtum, omnem Idololatriam execrantes & latriam ſolam Chriſto tribuentes, & Deo Patri & Spiritui S. tanquam vni Deo cui honor & laus in ſæcula.

Ex Concil. Foroiulienſi ſub Adriano I. anno 791.

Credo in vnum Deum, &c. *Vt in Conc. Conſtantinop.* Sanctam autem perfectam & inſeparabilem, & ineffabilem veramque Trinitatem, id eſt, Patrem & Fil. & Spiritum S. indiuiduam Confiteor in vnitate naturæ quia trinus & vnus eſt Deus trinus nimirum per diſtinctionem perſonarum, vnus vero per ſubſtantiam inſeparabilem Deitatis. Has igitur tres perſonas Patris & Fil. & Spir. S. non putatiuas vel quaſi ſuſpicabiles tantum, ſed veras ſubſiſtentias, coæternas, coæquales credimus & conſubſtantiales, nunquam fuit Pater ſine filio, nec filius ſine Patre, Pater enim ſẽper Pater eſt, erat & erit, & nunquã non fuit Pater quia nunquam non fuit filius, ſemper enim Pater qui genuit ſibi æqualem filium, ſemper quidẽ filius qui genitus eſt æqualis Patri, Spiritus namque S. verus Deus verè & propriè Spir. S. eſt non genitus nec creatus ſed ex Patre filioque intẽporaliter & inſeparabiliter procedens, conſubſtantialis, coæternus, & æqualis Patri filioq, ſemper eſt, erat, & erit, & nunquã fuit Pater aut filius ſine Spir. S. nec Spiritus S. ſine Patre & filio, & idcirco inſeparabilia ſunt ſemper opera Trinitatis, & nihil eſt in S. Trinitate diuerſum aliquid aut diſſimile vel inæquale, non diuiſum naturaliter, non confuſum perſonaliter, nihil maius aut minus, &c. Omnipotens S. Trinitas inuiſibilis, incorporalis, impalpabilis, incomprehenſibilis, incircumſcripta infinita, immenſa & ſempiterna, omnia nutu & imperio ſuo gubernat, nam etſi legitur oculus Domini, vel brachium ſiue dextera, &c. Non membrorum poſitionem, vel molem corporis, ſed effectum ſummæ & inenarrabilis Diuinæ potentiæ, integra rectæ fidei credulitate debemus intelligere, &c.

Ex Concil. Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

1. Secund. diuinas Sripturas & doctrinam quam à SS. Patribus accepimus Patrem & fil. & Spir. S. vnius Deitatis atque substantiæ confitemur in personarum diuersitate Trinitatem credentes, diuinitate vnitatem prædicantes, nec personas confundimus, nec substantiam separantes, Patrem à nullo factum vel genitum dicimus, filium à Patre non factum sed genitum, adserimus, Spir. S. nec creatum nec genitum sed procedentem ex Patre & filio profitemur, ipsum autem D. I. C. Dei filium & creatorem omnium ex substantia Patris ante sæcula genitum, descendisse vltimo tempore pro redemptione mundi à Patre qui nunquam desiit esse cum Patre, incarnatus est enim ex Spir. S. & S. gloriosa Deigenitrice V. Maria, & natus ex ipsa solus idem D. I. C. verus de S. Trinitate animam & carnem, perfectum sine peccato suscipiens hominem, manens quod erat, assumens quod non erat, &c. naturæ in illo duæ Deus & homo, non enim duo filij & Dij duo, sed idem vna persona in vtraque natura, perferens passionem & mortem pro nostra salute, non in virtute diuinitatis sed in infirmitate humanitatis descendit ad inferos, &c.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

1. De vera fide omnes omnino Christianos alterutrum inter se iugiter admonere, & docere oportet, maximè tamen Domini Sacerdotes in eo certamine laborare decet vt firmiter ab omnibus teneatur.

2. Spes in Deum firmiter à cunctis Christianis tenenda est dicente Apost. ad Rom. 8. spe enim salui facti sumus.

3. Charitas Deus est quam qui habet omnia bona habet.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

1. Constat quod fundamentum Christianæ Religionis fides sit Catholica, hoc est credere in Patrem D. fil. & Spir. S. vnum Deum & verum Deum Trinum in personis & vnum in substantia, credere etiam quod sola persona filij pro salute nostra carnem assumpserit, in qua & passus est & resurrexit, & in cœlos ascendit, cum qua etiam ad Iudicium venturus est, & credere quod per Spirit. S. remissio peccatorum in baptismate conferatur & quod fidelibus in Ecclesia Christi, eiusd. S. Spirit. dono per ministerium Sacerdotale ac per Pœnitentiam remissio peccatorum indubitanter attribuatur, & quod generalis omnium in vera carne, in aduentu Christi Resurrectio futura sit, & quod nosce vnumquemque fidelem oporteat, quia hæc fides vera, & fructuosa esse non potest nisi bonis operibus exornetur, id est fide, spe, & charitate, humilitate, castitate, continentia, sobrietate, vnanimitate, concordia, iustitia, pietate, misericordia.

Ex Concil. Moguntino sub Leone IV. anno 847.

1. Vide Supra Conc. mogunt. an. 813. c. 1. 2. 3.

Ex Concil. Carisiacensi sub Leone IV. anno 848.

1. Quod vna tantum sit prædestinatio.
2. Quod liberum arbitrium per gratiam sanetur.
3. Quod Deus omnes homines velit saluos fieri.
4. Quod Christus pro omnibus sit passus.

Ex Concil. Valentino in Gallia sub Leone IV. anno 855.

1. Nouitates vocum & præsumptiuas garrulitates, vnde potius inter fratres contentionum & scandalorum fomes excitari potest, quam ædificatio vlla timoris Dei succrescere, cum studio omni deuitamus, indubitanter autem Doctoribus piè & rectè tractantibus verbum veritatis, ipsisque sacræ Scripturæ lucidissimis Expositoribus, id est Cypriano, Hilario, Ambrosio, Hieronymo, Augustino cæterisque in Catholica pietate quiescentibus reuerenter auditum & obtemperanter intellectũ submittimus, & pro viribus quæ ad salutem nostram scripserunt amplectimur, nam de præsentia Dei & de prædestinatione & de quæstionibus aliis in quibus fratrum animi non parum scandalizati probantur, illud tantum firmissimè tenendum credimus quod ex maternis Ecclesiæ visceribus nos hausisse gaudemus, &c.

Ex Concil. Romano 2. sub Nicolao I. anno 862.

1. Veraciter quidem credendum est, & omnimodis profitendum, quia Redemptor N. I. C Deus & Dei filius passionem Crucis tantummodo secund. carnem sustinuit, Deitate autem impassibilis vt Apostolica docet authoritas & SS. Patrum lucidissima doctrina ostendit, hi autem qui aiunt quia Redemptor N. & D. I. C. Deus & Dei filius passionem Crucis secund. Deitatem sustinuit (quod impium est & Catholicis mentibus execrabile) anathema sint.

Ex Concil. Constantinop. Gener. 8. sub Adriano II. anno 869.

3. Quicumque Christi Saluatoris Imaginem non adorat, is in secundo Christi aduentu non videat ipsius faciem, eadem ratione intemeratæ genitricis illius effigiem Sanctorumque Angelorum quemadmodum illos sacrarum Litterarum paginæ describunt, ac sanctorum omnium veneramur & colimus, qui aliter sentiunt, anathema sunto.

10. Sunt qui duas homini esse animas asserant, & quibusdam vitiosis ratiocinatiunculis suam hæresim stabiliant, itaque S. hæc & œcumenica Synod. huius impietatis conditores cum tota secta sua, magna voce anathematizat.

Ex Concil. Romano sub Nicolao II. anno 1059.

Iusiurandum Berengarij.

Ego Berengarius indignus Diacon. Eccl. S. Mauritij Andegauensis, cognoscens veram & Apostolicam fidem, anathematizo omnem hæresim, præcipuè eam de qua hactenus infamatus sum, quæ astruere conatur panem & vinum quæ in altari ponuntur post consecrationem solummodo sacramentum, & non verum Corpus & sanguinem D. N. I. C. esse, nec posse

posse sensualiter, nisi in solo Sacramento manibus Sacerdotum tractari vel frangi, vel fidelium dentibus atteri,consentio autem S. Ro.Ecclesiæ, & Apostolicæ Sedi & ore & corde profiteor,de sacramento Dominicæ mensæ eam fidem me tenere,quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus,& hæc S. Synodus authoritate Euangelica & Apost.tenendam tradidit,mihique firmauit scil. panem & vinum quæ in altari ponuntur,post consecrationem,non solum sacramentum,sed etiam verum Corpus & sang. D. N. I. C. esse & sensualiter non solum sacramento,sed in veritate, manibus Sacerdotum tractari & frangi & fidelium dentibus atteri,iurans per sanctam & *Homousion* Trinitatem,& per hæc Sacrosancta Christi Euangelia. Eos vero qui contra hanc fidem venerint,cum dogmatibus & sectatoribus suis, æterno anathemate dignos esse pronuncio. Quod si ego ipse aliquando, aliquid contra hæc sentire & prædicare præsumsero, subiaceam Canonum seueritati, lecto & perlecto sponte subscripsi.

Ex Concil. Roman. 6. sub Gregorio VII. anno 1079.

Iusiurãdum Berengarij Turonensis Presbyteri.

Ego Berengar. corde Credo & ore Confiteor,panem & vinum quæ ponuntur in altari per mysterium Sacræ orationis, & verba nostri Redemptoris, substantialiter conuerti in veram & propriam ac viuificatricem carnem & sanguinem I. C. D. N. & post consecrationem,esse verum Christi corpus quod natum est de Virgine & quod pro salute mundi oblatum in cruce pependit, & quod sedet ad dexteram Patris,& verum sanguinem Christi qui de latere eius effusus est, non tantum per signum & virtutem sacramenti, sed in proprietate naturæ & veritate substantiæ, sicut in hoc breui continetur, & ego legi & vos intelligitis sic credo nec contra hanc fidem vlterius docebo. Sic me Deus adiuuet,& hæc Sancta Dei Euangelia. Tunc Dom.Papa præcepit Berengario ex auctoritate Dei omnipotentis & SS. Apost. Petri & Pauli, vt de corpore & sanguine D. numquam vlterius disputare, vel aliquem docere præsumeret,&c.

Ex Concil. Placentino sub Vrbano II. anno 1095.

6. Sententia Catholicæ fidei,contra hæresim Berengarianam,firmatur,videlicet quod panis & vinum cum in altari consecratur, non solum figuratè, sed etiam verè & essentialiter in corpus & sanguinem Domini conuertantur.

Ex Concil. Lateranensi sub Paschali II. anno 1102.

Forma Anathematismi.

Anathematizo omnem hæresim,& præcipuè eam quæ statum præsentis Ecclesiæ perturbat, quæ docet & astruit anathema contemnendum, & Ecclesiæ ligamenta spernenda esse, promitto autem obedientiam Apost. Sedis Pontifici Dom. Paschali eiusque successoribus sub testimonio Christi & Ecclesiæ affirmans quod affirmat, & damnans quod damnat S. & vniuersalis Ecclesia.

Ex Concil. Lateran. 2. sub Paschali II. anno 1112.

Professio Paschalis 2. Papæ.

Amplector omnem diuinam Scripturam scil. veteris & noui testam.legem scriptam à Moyse & à SS. Prophetis, amplector 4. Euangelia, 7. Canonicas Epist. & Epist. gloriosi Doctoris B. Pauli Apost. SS. Canones Apostolorum, 4. vniuersalia Conc. sicut 4. Enang. Nicænum, Constantinop. Ephesinum & Chalcedonense,Decreta SS. Patrum Rom. Pontificum,& præcipuè decreta D. mei Papæ Gregorij & Beatæ memoriæ Papæ Vrbani, quæ ipsi laudauerunt laudo, quæ ipsi tenuerunt teneo, quæ confirmauerunt confirmo,quæ damnauerunt damno, quæ repulerunt repello,quæ interdixerunt interdico,quæ prohibuerunt prohibeo,in omnibus & per omnia & in his semper perseuerabo.

Ex Concil.Lateran.2.Vniuers.9 sub Calixto II. anno 1122.

Restitutio Inuestiturarum ab Henrico Imper.

Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus,pro amore Dei & S.Romanæ Ecclesiæ, & Domini Papæ Calisti & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo & SS. eius Apostolis Petro & Paulo, & Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, omnem inuestituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis fieri electionem & liberam consecrationem,possessiones & Regalia Beati, quæ à principio huius discordiæ vsque ad hodiernam diem siue tempore patris mei,siue etiam meo ablata sunt, quæ habeo eidem S.Rom.Ecclesiæ restituo,quæ autem non habeo vt restituantur fideliter adiuuabo, possessiones etiam omnium aliarum Ecclesiarum, & Principum, & aliorum tàm Clericorum quàm laicorum, consilio Principum & iustitia quas habeo, vt reddantur fideliter iuuabo,& do veram pacem D. Papæ Callisto S. R. Ecclesiæ, & omnibus qui in parte ipsius sunt vel fuerunt,& in quibus S.Ro. Ecclesia auxilium postulauerit, fideliter iuuabo,& in quibus mihi querimoniam fecerit,debitam sibi iustitiam faciam.

Ex Concil. Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

Contra errores Gilberti porretani.

Credimus & confitemur simplicem naturam Diuinitatis esse Deum,nec aliquo sensu Catholico posse negari,quin Diuinitas sit Deus, & Deus Diuinitas, sicubi vero dicitur Domini sapientia sapientem, magnitudine magnum, Diuinitate Deum esse, & alia huiusm. credimus,nonnisi ea sapientia quæ est ipse Deus sapientem esse,nonnisi ea magnitudine quæ est ipse Deus magnum esse, nonnisi ea æternitate quæ est ipse Deus æternum esse, nonnisi ea vnitate vnum quæ est ipse,nonnisi ea Diuinitate Deum quæ est ipse,id est seipso sapientem,magnum,æternum, vnum Deum.

Cùm de tribus personis loquimur Patre & Filio & Spirit.S. ipsas vnum Deum, vnam diuinam substantiam esse fatemur,& è conuerso cùm de vno Deo, vna diuina substantia loquimur, ipsum vnum Deum, vnam diuinam substantiam esse tres personas confitemur.

Credimus

Credimus & confitemur solum Deum Patrem & Fil. & Spirit. S. æternum esse nec aliquos omnino res siue relationes, siue proprietates, siue singularitates vel vnitates dicantur vel alia huiusm. adesse Deo quæ sint ab æterno & non sint Deus.

Credimus & confitemur ipsam diuinitatem siue substantiam Diuinam, siue naturam Diuinam dicas; incarnatam esse sed in filio.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 12. sub Innocent III. anno 1215.

1. Firmiter credimus & simpliciter confitemur quod vnus solus est verus Deus æternus & immensus, omnipotens, incommutabilis, incomprehensibilis & ineffabilis Pater & Fil. & Spir. S. tres quidem personæ sed vna essentia, substantia, seu natura simplex omnino, Pater à nullo, Filius autem à solo Patre, ac Spir. S. ab vtroque pariter absque initio semper & fine; Pater generans, Filius nascens, & Spiritus sanctus procedens, consubstantiales & coæquales, coomnipotentes, & coæterni, vnum vniuersorum principium, creator omnium inuisibilium & visibilium, spiritualium & corporalium, qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit Creaturam spiritualem & corporalem, Angelicam videlicet & mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu & corpore constitutam, diabolus enim & dæmones alij, à Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali, homo vero diaboli suggestione peccauit. Hæc S. Trinitas secund communem essentiam indiuidua, & secundum personales proprietates discreta, per mosem & SS Prophetas aliosque famulos suos, iuxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem. Et tandem vnigenitus Dei Filius I. C. à tota Trinitate communiter incarnatus ex Maria semper Virg. Spiritus sancti cooperatione conceptus, verus homo factus ex anima rationali & humana carne compositus, vna in duabus naturis persona. viam vitæ manifestius demonstrauit, qui cum secund. Diuinitatem sit immortalis & impassibilis, idem ipse secund. humanitatem factus est passibilis & mortalis, quin etiam pro salute humani generis in ligno Crucis passus & mortuus descendit ad inferos, resurrexit à mortuis & ascendit in cœlum, sed descendit in anima resurrexit in carne, ascéditque, pariter in vtroque venturus in fine sæculi iudicare viuos & mortuos, & redditurus singulis secundū opera sua, tàm reprobis quàm electis, qui omnes cum suis propriis corporibus resurgent, quæ nunc gestant, vt recipiant secund. merita sua. Vna vero est fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur in qua idem ipse Sacerdos & sacrificium I. C. cuius corpus & sanguis in Sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transubstantiatis pane in corpus & vino in sanguinem potestate Diuina, vt ad perficiendum mysterium vnitatis accipiamus ipsi de suo quod accepit ipse de nostro, & hoc vtique Sacramentum nemo potest conficere nisi Sacerdos qui fuerit ritè ordinatus secund. claues Ecclesiæ quas ipse concessit Apostolis & eorum successoribus Iesus Christus. Sacramentum vero baptismi quod ad inuocationem indiuiduæ Trinitatis videl. Patris & Fil. & Spir. S. consecratur in aqua tàm paruulis quàm adultis in forma Ecclesiæ à quocumque ritè collatum proficit ad salutem, & si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram Pœnitentiam semper potest reparari; non solum autem virgines & continentes, verum etiam coniugati per fidem rectam & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.

2. Credimus & confitemur cum Petro, quod vna quædam summa res est, incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter est Pater & Fil. & Spir. S. tres simul personæ, ac sigillatim quælibet earumdem; & ideo in Deo Trinitas est solummodo non quaternitas, quia quælibet trium personarum est illa res videl. substantia, essentia, siue natura Diuina, quæ sola est vniuersorum principium, præter quod, aliud inueniri non potest; & illa res non est generans, neque genita nec procedens, sed est Pater qui generat, Filius qui gignitur, Spir. sanctus qui procedit vt distinctiones sint in personis, & vnitas in natura; licet igitur alius sit Pater, alius sit Filius, alius Spir. S. non tamen aliud, sed id quod est Pater, est Fil. & Spir. S. idem omnino vt, secund. Orthodoxam & Catholicam fidem, consubstantiales esse credantur, &c.

Ex Concil. Lugdunensi Generali 14. sub Gregorio X. ann. 1274.

Fideli ac deuota professione fatemur quod Spirit. S. æternaliter ex Patre & Filio non tanquam ex duobus principiis sed tanquam ex vno principio non duabus spirationibus, sed vnica spiratione procedit, hoc professa est hactenus prædicauit & docuit, hoc firmiter tenet prædicat, profitetur & docet Sacrosancta Rom. Eccl. mater omnium fidelium & Magistra, hoc habet Orthodoxorum Patrum, & Doctorum Latinorum pariter & Græcorum incommutabilis & vera sententia, &c. Damnam. & reprobam. omnes qui negare præsumpserint æternaliter Spirit. S. ex Patre & Filio procedere, siue etiam temerario ausu asserere quod Spirit. Ex Patre & Filio tanquam ex duobus principiis & non tanquam ex vno procedere.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

1. Nihil aliud est credendum, tenendum & docendum nisi quod Romana credit, tenet & docet Ecclesia piissima, sanctissima & prudentissima mater nostra, ita tamen vt omnes Prælati articulos fidei principales fideliter suos subditos laicos doceant simpliciter credere sicut Ecclesia, Ecclesiasticos vero explicitè & distinctè. Item statuimus vt si aliquis Clericus vel laicus ausus sit publicè prædicare aut occultè docere, credere vel tenere quod Sacerdos in mortali peccato existens non possit conficere corpus Christi, seu sic ligatus non possit soluere, vel ligare suos subditos à peccatis, pro hæretico & incredulo habeatur, &c.

Damnatione simili reprobamus quorumdam opinioné erroneam asserentem Episcopum Presbyterum seu Sacerdotem curatum non posse absoluere Presbyteros fornicarios à fornicationis reatu propter votum Castitatis.

Ex Conc Florenti. Gener. 16. sub Eugenio IV. anno 1438.

Definitio Sanctæ Oecumenicæ Synodi.

In nomine S. Trinitatis Patris & Fil. & Spir. S. hoc Sacro vniuersali approbante florentino Conc. diffinimus vt hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur & suscipiatur, sicque omnes profiteantur quod spiritus sanctus ex Patre & Filio æternaliter est &

& essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex Patre simul & filio & ex vtroque æternaliter tanquam ab vno principio,& vnica spiratione procedit, declarantes quod id quod SS. Doctores & Patres dicunt ex Patre per filium procedere Spiritum S. ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc significetur filium quoque esse secund. Græcos quidem causam, secund. Latinos vero principium subsistentiæ Spiritus S. sicut & Patrem, & quoniam omnia quæ Patris sunt, Pater ipse vnigenito filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem,hoc ipsum quod Spiritus S. procedit ex filio ipse filius à Patre æternaliter habet, à quo etiam æternaliter genitus est.Diffinimus insuper explicationem verborum illorum, filioque, veritatis declarandæ gratia,& imminente tunc necessitate licitè & rationabiliter fuisse appositam;Item in azimo sine fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, Sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, vnumquemque scil. iuxta suæ Ecclesiæ siue Occidentalis, siue Orientalis consuetudinem. Item si verè pœnitentes in Dei charitate decesserint antequam dignis Pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint & omissis, eorum animas pœnis Purgatoriis post mortem purgari. & vt à pœnis huiusmodi releuentur prodesse eis fidelium viuorum suffragia,Missarum scil Sacrificia, orationes & eleemosynas,& alia pietatis officia,quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueuerunt secund. Ecclesiæ instituta; Illorum animas qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus vel eisd. exutæ corporibus sunt purgatæ,in cœlum mox recipi, & intueri clarè ipsum Deum trinum & vnum sicuti est, pro meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius, illorum autem animas quæ in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere,pœnis tamen disparibus puniendas. Item diffinimus S. Apostol. Sedem,& Romanum Pont. in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Pont. Rom. successorem esse B Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Eccl. caput & omnium Christianorum Patrem ac Doctorem existere,& ipsi in B.Petro, pascendi, regendi ac gubernandi vniuersalem Ecclesiam à D. N.I. C. plenam potestatem traditam esse,quemadmodum etiam in gestis œcumenicorum Conciliorum & in sacris Canonibus continetur.Renouantes insuper ordinem traditum in Canonibus cæterorum venerabilium Patriarcharum, vt Patriarcha Constantinopolitan. secundus sit post sanctissimum Rom.Pont. tertius vero Alexandrin. IV. autem Antiochenus, & 5. Ierosolymitan. saluis videl.Priuilegiis omnibus & iuribus eorum.

Decretum Eugenij 4. pro Armenis.

1. Imprimis damus eis S. Symbolum à 150.Episcopis in œcumenico Constantinop. Conc. editum cum illa additione, (*filioque*) ipsi Symbolo declarandæ veritatis gratia & vrgente necessitate licitè apposita, &c. Hoc autem S. Symbolum sicut apud Latinos mos est, ita decernimus per omnes Armenorum Ecclesias intra Missarum solemnias singulis saltem dominicis diebus & maioribus festiuitatibus decantari vel legi.

2. Tradimus eis diffinitionem 4. Vniuers. Conc. Chalcedonensis in 5. & 6. vniuersalibus Conc.renouatam,de duabus naturis in vna Christi persona, cuius tenor talis est, Sufficeret quidem Vide Conc. Chalcedon. 451.3. & 4. *idem.*

5. Ecclesiasticorum Sacramentorum veritatem pro ipsorum Armenorum faciliori doctrina sub hac breuissima redigimus formula. Nouæ legis 7. sunt Sacramenta,videl. baptismus, confirmatio,Eucharist. Pœnitentia Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium,quæ multum à Sacramentis differunt antiquæ legis. Illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per Passionem Christi dandam esse figurabant. Hæc vero nostra & continent gratiam & ipsam dignè suscipientibus conferunt, horum 5. prima ad spiritualem vniuscuiusque hominis in seipso perfectionem, duo vltima ad totius Ecclesiæ regimen multiplicationemque ordinata sunt, per baptismum enim spiritualiter renascimur, per confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide,renati autem & roborati nutrimur Diuina Eucharist. alimonia, quod si per peccatum ægritudinem incurrimus animæ,per Pœnitentiam spiritualiter sanamur, spiritualiter & corporaliter (prout animæ expedit) per Extremam vnctionem, per Ordinem vero Ecclesia gubernatur & multiplicatur spiritualiter, per Matrimonium corporaliter augetur; hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videl. rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona Ministri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia,quorum si aliquod desit non perficitur Sacramentum: Inter hæc Sacramenta, tria sunt Baptismus,Confirmatio & Ordo, quæ characterem, id est spirituale quoddam signum à cæteris distinctiuum imprimunt,in anima indelebile, vnde in eadem persona non reiterantur, reliqua vero 4. characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt, primum locum tenet sanctum Baptisma quod vitæ spiritualis ianua est, per ipsum enim membra Christi, ac de corpore efficimur Ecclesiæ; materia huius sacramenti est aqua vera & naturalis,nec refert frigida sit an calida,forma autem est, Ego te Baptizo In nomine Patris & Filij & Spiritu sancti,non tamen negamus quin per illa verba baptizetur talis seruus Christi In nomine Patr.& Fil.& Spir. S. vel Baptizatur manibus meis talis In nomine Patr. & Fil. & Spir. S. perficiatur Baptisma, &c Minister huius Sacramenti est Sacerdos cui ex Officio competit Baptizare, in causa autem necessitatis non solum Sacerdos vel Diacon. sed etiam laicus vel mulier,imò etiam paganus & hæreticus Baptizare potest dummodò formam seruet Ecclesiæ, & facere intendat quod facit Ecclesia. Huius Sacramenti effectus est remissio omnis culpæ originalis & actualis, omnis quoque pœnæ quæ pro ipsa culpa debetur.

2. Sacramentum est Confirmatio cuius materia est Chrisma confectum ex oleo quod nitorem significat conscientiæ, & balsamo qui odorem significat bonæ famæ per Episcopum benedicto, forma autem est signo te signo Crucis & confirmo te Chrismate salutis In nomine Patr. & Fil. & Spir. S. ordinarius Minister est Episcopus,& cùm cæteras vnctiones simplex Sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi Episcopus debet conferre,quia de solis Apostolis legitur, quorum vicem tenent Episcopi,quod per manus impositionem Spiritum S. dabant, &c. Legitur tamen aliquando per Apostol. Sedis dispensationem ex rationabi & vrgente admodum causa, simplicem Sacerdotem Chrismate per Episcopum confecto hoc administrasse Confirmationis Sacramentum. Effectus huius sacramenti est quia in eo datur Spiritus S. ad robur, sicut datus est Apostolis in die Pentecost. vt videl. Christianus audacter Christi confiteatur nomen, ideoque in fronte, vbi verecundiæ sedes est, confirmandus inungitur ne Christi no-

men

men confiteri erubescat, præcipuè crucem eius.

3. Est Eucharistiæ sacramentum, cuius materia est panis triticeus,& vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet, Aqua autem ideo admiscetur, quoniam iusta testimonia SS.Patrum ac DoctorumEcclesiæ,pridem in disputatione exhibita, creditur ipsum Dominum in vino aqua permixto hoc instituisse sacramentum, deinde quia hoc cõuenit dominicæ passionis repræsentationi, &c. Forma huius sacramenti sunt verba Saluatoris; quibus hoc conficit sacramentum,nam,ipsorum verborum virtute, substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem conuertuntur, ita tamen quod totus Christus continetur sub specie panis, & totus sub specie vini, sub qualibet quoque parte hostiæ consecratæ,& vini consecrati, separatione facta,totus est Christus,huius sacramenti effectus quem in anima operatur dignè sumentis, est adunatio hominis ad Christum.

4. Sacramentum est Pœnitentia, cuius quasi materia sunt actus pœnitentis qui in tres distinguntur partes,cordis contritio, oris confessio & satisfactio pro peccatis,secund. arbitrium Sacerdotis, quæ quidem præcipuè fit per orationem, ieiunium & eleemosynam, forma huius sacramenti sunt verba absolutionis quæ Sacerdos profert cum dicit ego te absoluo, &c. Minister est Sacerdos habens authoritatem absoluendi, vel ordinariam vel ex commissione Superioris; effectus huius sacram. est absolutio à peccatis.

5. Sacramentum est Extrema-Vnctio,cuius materia est oleum oliuæ per Episcopum benedictum, hoc sacramentum nisi infirmo,de cuius morte timetur, dari non debet,&c. Forma huius sacram. est hæc, per ipsam vnctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, &c. Minister est Sacerdos, effectus vero est mentis sanatio,& in quantum expedit, ipsius etiam corporis.

6. Sacram. est ordinis cuius materia est illud per cuius traditionem confertur Ordo,&c.Forma Sacerdotij, accipe potestatem,&c. Ordinarius minister est Episcopus,effectus augmentum gratiæ.

7. Est Sacram. Matrimonij,quod est signum coniunctionis Christi, & Ecclesiæ,causa efficiens regulariter est mutuus consensus per verba de præsenti expressus, &c. quamvis,ex causa fornicationis liceat thori separationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas, est &c.

6. Sexto compendiosam illam fidei regulam per Beatiss. Athanasium editam ipsis præbemus oratoribus cuius tenor est Quicunque vult saluus, &c.

7. Decretum vnionis cum Græcis consummatæ pridem in hoc Sacro Oecum. flor.Conc.

8. Octauo ne in præcipuis celebrata ubi dispar sit Christianorum ritus,decernimus tanquam veritati & rationi consentaneum; & iuxta totius reliqui orbis obseruantiam,vt ipsi etiam Armeni festum Annunciationis B.Mariæ die 25. Martis,Natiuitatis B. Ioan. Baptistæ 24. Iunij, Natiuitatis vero secund. carnem Saluatoris nostri 25.Decemb.Circuncisionis eiusdem 1. Ianua. Epiphaniæ sexto eiusdem Ianuar. præsentationis Domini in Templo seu Purificationis Dei genitricis 2. Febr. debeant solemniter celebrare,&c.

Ex Concil. Lateran. Vniuersali 17. sub Leone X. anno. 1513. Sess.8. De Fide.

1. Damnamus & reprobamus omnes asserentes animam intellectiuam mortalem esse aut vnicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes, cum illa non solum verè per se & essentialiter humani corporis forma existat, verùm & immortalis & pro corporum quibus infunditur multitudine singulariter multiplicabilis & multiplicata, & multiplicanda sit, aliàs incarnatio & alia Christi mysteria nobis minimè profuissent, nec resurrectio expectanda foret,ac sancti & Iusti miserabiliores essent cunctis hominibus, cúmque verum vero minimè contradicat; omnem assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam,omnino falsam esse,& vt aliter dogmatizare non liceat districtius inhibemus; &c.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De fide.

1. Vna sancta & infallibilis Ecclesia,quæ nec à charitate decidere potest, nec ab Orthodoxa fide deuiare,cuius authoritatem qui in fide & moribus secutus non fuerit, quasi Deum abnegauerit, infideli deteriori habeatur.

2. Quisquis tergiuersandi studio inuisibilem, & incertis sedibus errantem dixerit Ecclesiam, non hæresim tantum dixisse,sed hæresum omnium puteum fodisse iudicetur.

3. Sancta & inuiolabilis est sacrorum Conciliorum vniuersalium authoritas,quisquis pertinacius refragatur, hostis fidei iure optimo censeri debet.

4. In enumerandis canonicæ scripturæ libris, qui præscriptum Eccl. vsum & authoritatem non sequitur sacrum Carthag.Conc.tertiũ Innocent.& Gelasij decreta,& denique definitum à SS.Patribus librorum Cathalogum respuit, is velut schismaticus, & hæresum omnium incentor & fautor à tanta temeritate reprimatur.

5. Oportet nos authoritati Patrum,consuetudinique maiorum vsque ad tantum tempus per tantam annorum seriem protelatæ, etiam non percepta ratione, credere, eamque vt antiquis tradita est iugi obseruantia ac reuerentia custodire, quam si quis eo prætextu pertinacius reiiciat, quod non legitur in scripturis sacris; vt hæreticus & schismaticus habeatur.

6. In omnibus in quibus nihil certi definiuit scriptura, mos populi Dei,& instituta maiorum pro lege habenda sunt, & sicut præuaricatores diuinarum legum,ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi.

7. Si quis quadragesimale ieiunium, non tàm terrena cogitatione initiatum, quàm cœlesti maiestate consecratum, & cætera Ecclesiast. ieiunia, vel præscriptas à Patribus abstinentias non obseruauerit, aut non obseruandas duxerit,sacrorum Conciliorum authoritate, anath. sit.

8. Quisquis contra sacrorum Concil. & Patrum decreta,Sacerdotes, Diaconos aut Subdiaconos legè cœlibatus non teneri docuerit, aut liberas illis concesserit nuptias,inter hæreticos,omni tergiuersatione, reiecta,numeretur.

9. Si quis vota perpetua, & in his potissimum monastica,non vanitatis tantum,sed & impietatis accusauerit,& abiecta cuculla,ad sacrilegas se conuerterit nuptias, aut alias sic facere licitum esse docuerit, is,velut Iuris tùm diuini,tùm naturalis, infractor, nedum Sacrosanctis Conciliis iniurius, condigna per suos Superiores animaduersione plectatur.

10. Cum ablutio peccatorum, ab inquinamentis & spurcitiis emundatio,salus, renouatio, regeneratio Spir.S. cæteraque id genus,infusionem gratiæ palàm insinuent,perspicuum euadit Baptismi sacramentum sua virtute gratiam conferre. Quosdam Christus

Sacerdotes instituit, quibus sui corporis potestatem commisit, veri quidem dùm, instituto sui corporis & sanguinis sacramento, hoc facite (inquit) in meam commemorationem, mystici vero dùm postea quam discipulos in sufflasset, accipite (inquit) Spirit. S. quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt, quibus palàm euadit in susceptione ordinis conferri gratiam.

Constat Sacrosanctum Enchar. sacramentum non solum gratiam conferre, sed & alia pleraque aduersus hæreticos roborari, quæ de ipso Catholica tradit Ecclesia, Baptismo regeneramur ad vitam, post Baptismum, sacramento Confirmationis confirmamur ad pugnam, in Baptismo abluimur, post Baptismum hoc sacramento roboramur, cuius conferendi potestas Episcopis à Christo concessa donum Dei est, quod asseruit Petrus pecunia possideri non posse.

Nemo tantùm de fide sua præsumat, nemo adeò Pœnitentiam, nouam vitam existimet, & non recogitet annos suos in amaritudine animæ suæ; rectè exomologesis legem à Christo institutam, & per Apostolos ad nos vsque deductam, & ab vniuersali Ecclesia inuiolabiliter obseruatam à cunctis Christi fidelibus sectandam esse, contrauenientes authoritate complurium Conciliorum damnatos declaramus.

Extrema vnctio non ægritudinis tantum corporalis medicamentum est, sed etiam cæterorum sacramentorum instar, remissionem peccatorum efficaciter operatur ac proinde nec à Iacobo quidam fuit institutum sed ab eo tantùm cui peculiare, est vt gratiam & gloriam conferre possit.

Qui negat matrimonium esse sacram. aut denique 7. sacram. non admittit inter hæreticos habeatur.

11. Hoc holocaustum, hæc victima pro peccato, hæc hostia pacifica, hoc iuge sacrificium, hæc munda (iuxta Missæ nominis hebraici rationem) oblatio, quam in omni loco Malachias prædixit offerendam, cùm, repudiatis legis antiquæ cæremoniis, ab ortu solis vsque ad occasum, magnum esset nomen Domini in gentibus; nihil igitur in sacrificiis maius esse potest quam corpus & sanguis Christi, nulla potior oblatio, qua in re cum vniuersalis Ecclesiæ ritu, tàm apertè consentiunt Ignatius, Irenæus, Cyprianus Athanasius, Chrysostomus, ac reliqui posteriores & Concilia propè innumera, vt qui contrarium sensisse præsumpserit, manifestam hæreseos labem incurrat.

12. Firmiter tenendum decreuimus culpa per Pœnitentiam abolita, frequenter superesse temporalis pœnæ reatum, velut superstites quasdam peccati reliquias, quæ per dignos Pœnitentiæ fructus, veniant expiandæ, adeo vt iniquitate & culpa peccati dimissa, peccator adhuc pœnæ temporali sit obnoxius, &c. Non ab re ab Apostolis traditum, vt in tremendis & viuificis mysteriis agatur commemoratio defunctorum, sciebant enim illis inde multum contingere lucrum, cùm igitur tàm sanctum Apostolorum institutú ab initio nascentis Ecclesiæ ex sacro Dionysio legamus obseruatum, & in Cabilonensi ac pluribus subinde Conciliis promulgatum, quisquis Catharorum, Armeniorum, Vviclefi, Bohemorum, lutheri aut valdensium exemplo hos errores cum sacro Constantiensi Concilio non damnarit, hæreticæ prauitatis pœnas incurrat.

13. Absit vt tanti sint apud aliquem, hæreticorum præstigiæ, vt cum Manichæis, Catharis, Bohemis & Valdensibus, Beatis illis cœlestis aulæ proceribus cultum exhiberi non sinat, dicata martyribus templa subsannet, dies festos inscribi, & eorum (vt aiunt) passiones palàm in Ecclesia legi, cachinnis infectetur, pluris sit sacrorum Conciliorum authoritas, quibus si quis pertinaciùs obstiterit, hunc pœnis in hæreticos à iure statutis declaramus coercendum.

14. Non ab re Apostoli viuificam Crucem & sacras exercerit Imagines, quas quú ab initio nascentis Eccl. debita semper ab Orthodoxis veneratione colerentur nihil illis à Sacrosanctis 4. vniuers. Conc. derogatum est, &c. quisquis igitur de Christi vel sanctorum Imaginibus aliter senserit, Christo & sanctis iniurius cum Valdensibus pestiferam hæreseos labem se nouerit incurrisse.

15. Hanc hæresim arbitrij libertatem prorsus auferentem, non tàm damnamus quippè quæ iam olim ab Ecclesia & Sacrosanctis Conc. damnata sit, quàm communi hominum conceptioni, & apertis scripturæ testimoniis declaramus esse contrariam.

16. Non Iustificat sola fides, sed magis charitas, nec quævis opera peccata sunt, sed eatenus adultis ad salutem necessaria, vt meritis quoque rationem non respuant.

17. Annotationes aliquot errorum iam olim damnatorum & nunc repullulantium, &c.

18. Authoritate qua fungimur, omnes in nostra Prouincia constitutos, qui iam impia dogmata ausu temerario asserere, docere, scribere præsumpserint, his scriptis sententia excommunicationis innodamus; necnon & eos qui illis auxilium, consilium aut fauorem quovis modo fuerint impartiti, sub eadem quoque pœna, omnibus subditis inhibemus, ne lutheri libros siue lutheranorum quorumcunque retinere præsumant, qui ad pestilentem doctrinam promouendam conscripti sunt.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 7.

1. Ecclesiæ Catholicæ vsus 7. mysteria quæ sacramenta appellantur obseruat, veluti quædam parata remedia per quæ Deo visum est peccatis nostris mederi, ac, nobis gratiæ suæ salutaris medicinam infundere quæ sunt Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema-Vnctio, Ordo, Matrimonium.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

1. Omnibus Prælatis, vniuerso Clero & populo nostræ Diœcesis mandamus, vt in sancta fide Catholica, quàm diuina Clementia per sanctissimorum hominum prædicationem, secund. sanctæ Sedis puritatem, puram & incorruptam traditionem maiores nostri ab initio acceperunt, constantes, firmique permaneant, eamdem credant, obseruent ac doceant.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

1. Pastores, Parochi, Concionatores & Curati, super benedictæ Trinitatis fidem simplici populo non anxia nimis & scrupulosa, sed plana & simplici oratione, iuxta scripturæ Sacræ & trium Symbolorum, Apostolici, Niceni & Athanasij traditionem exponant & eos vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate credere & confiteri edoceant, vnum eumdemque Deum in essentia, & in personis trinum Patrem & filium & Spiritum sanctum.

2. Hunc Deum Conditorem, conseruatorem & gubernatorem esse rerum omnium, in pœnis & vindictis Iustum simul & misericordem, in donis liberalem.

lem, omnis quidem boni sed nequaquam mali culpæ authorem.

3. Deum ab initio hominem ad Imaginem & similitudinem suam condidisse, corporis & animæ viribus rectum, ornatum iustitia & gratia, iotus in anima prauis motibus vacuum, in corpore infirmitatis & omnium ærumnarum expertem, & à moriendi necessitate immunem, in volontate ad bona malaque appetenda ex pari liberum.

4. Qui cùm mandatum Dei Conditoris sui præuaricatus esset, sanctitatem, gratiam & Iustitiam in qua erat constitutus, iustissimo Dei iudicio amisit, iræ Dei ac damnationi obnoxius, & in corpore simul & anima factus deterior, vt in corpore famem, sitim, & innumeras alias miserias & infirmitates, multasque noxias & molestas ærumnas, ac tandem vtriusque videl. corporis & animæ mortem sustineret.

5. Hoc primorum hominum peccatum, propagatione in omnes homines transire ac secum pœnã suam trahere, vt sint natura omnes homines iræ Dei, mortis & damnationis Rei, & io peccatum proni, qui per libertatem arbitrij sui (quæ exigua & infirma in iis residet) nondum adiuti gratia Dei, ea quæ sont spiritus & ad salutem conferunt, non agnoscere, nedum appetere queant.

6. Ab hoc originalis peccati morbo homines sola Dei misericordia per redemptionem quæ est in Christo Iesu liberari, &c.

7. Atque hac ratione Iustificari homines, quum qui immundi & natura iræ filij & damnationis rei sunt, per Christi meritum, peccatorum suorum remissione impetrata, renouantur spiritu Dei per Christum secundum internum hominem, vt iam Iustificati gratia ipsius & reconciliati Deo, & ab æternæ damnationis reatu absoluti, hæredes sint, secund. spem, vitæ æternæ.

8. Charitatem vero sine qua nemo iustus esse potest, iam tùm cùm in Iustificatione hominum accedit, operibus bonis grauidam esse nec otiosam manere in verè Iustificatis.

Ex Concil. Treuirensi sub Paulo III. anno 1549.

1. Quando vera in I. C. fides fundamentum est & petra illa de qua Saluator noster dixit, super eam ædificandam esse Ecclesiam suam, aduersus quam inferorum portæ nunquam præualituræ essent; fateri oportet Ecclesiam, in fide & veritate radicatam & fundatam, errare non posse, &c. Itaque cùm ad nos per Episcoporum Rom. Eccl. successionem perperuò continuatam, ea fides peruenerit, non dubitamus hanc vnam eamdemque esse atque adeo veram fidem, quæ ab Apostolis ipsis in veritate est tradita, & vsque nunc religiosè semper custodita, & in Catholica Ecclesia semper conseruata; nihil proinde aliud credendum, tenendum aut docendum est, nisi quod S. Rom. tenet & docet Ecclesia, omnium consentientium Ecclesiarum mater & magistra; eum vero qui à fide Catholicæ Rom. Ecclesiæ recedit, necesse est à veritate & capite deficere.

Ex Concil. Tridentino Gener. 18. sub Paulo III. anno 1545. Sess. 3.

Credo in vnum Deum Patrem omnipotent. Vide Conc. Constantinop. an. 381.

Sess. 5. Decretum De Peccato Originali.

1. Si quis nón confitetur primum hominem Adam cùm mandatum Dei io paradiso fuisset transgressus statim sanctitatem & Iustitiam in qua constitutus fuerat amisisse, incurrisseque iram & indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem sub eius potestate qui mortis deinde habuit Imperium, hoc est diaboli, totumque Adam per illam præuaricationis offensam, secundum corpus & animam, in deterius commutatum fuisse, anath. sit.

2. Si quis Adæ præuaricationem sibi soli, & non eius propagini, asserit nocuisse & acceptam à Deo sanctitatem & iustitiam quam perdidit, sibi soli & non nobis etiám eam perdidisse, aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum mortem & pœnas corporis tantùm, in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quòd mors est animæ, anathema sit.

3. Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine vnum est, & propagatione & non imitatione transfusum omnibus inest vnicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium asserit tolli, quàm per meritum vnius mediatoris D. N. I. C. qui nos Deo reconciliauit in sanguine suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio, aut negat ipsum Christi I. meritum per Baptismi sacramentum, in forma Ecclesiæ ritè collatum, tàm adultis quàm paruulis applicari, anath. sit.

4. Si quis paruulos recentes, ab vteris matrum baptizádo, negat, etiamsi fuerint à Baptizatis parentibus orti, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos Baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam, vnde fit cõsequens, vt in eis forma Baptismatis io remissionẽ peccatorum nõ vera sed falsa intelligatur, anath. sit.

5. Si quis per Iesu C.D.N. gratiam quæ in Baptismate confertur reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id quod veram & propriam peccati rationem habet, sed illud dicit tantum radi aut non imputari anath. sit. &c. Manere autem in Baptizatis concupiscentiam vel fomitem hæc S. Synod. fatetur & sentit, quæ cùm ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus sed viriliter per Christi Iesu gratiam repugnantibus non valet, si quis contrarium senserit anath. sit. Declarat hæc ipsa S. Synodus non esse suæ intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur B. & immaculatam V. M. Dei genitricem, sed obseruandas constitutiones Sixti IV.

Sess. 6. De Iustificatione.

1. Si quis dix. hominem suis operibus quæ, vel per humanæ naturæ, vel per legis doctrinam, fiant, absque diuina, per I. C. gratia, posse iustificari coram Deo, anathema sit.

Si quis dix. ad hoc solum diuinam gratiam per I. C. dari, vt facilius homo iustè viuere, ac vitam æternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium, sine gratia, vtrumque, sed ægrè tamen & difficulter possit, anath. sit.

3. Si quis dixerit sine præueniente Spir. S. inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse sicut oportet, vt ei Iustificationis gratia conferatur, anathema sit.

4. Si quis dix. liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum, nihil cooperari, assentiendo

Deo excitanti atque vocanti, quoad obtinendam iustificationis gratiam se disponat ac præparet, neque posse dissentire si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, meréque passiuè se habere, anath. sit.

5. Si quis liberum hominis arbitrium post addæ peccatum amissum & extinctum esse dixerit, aut rem, esse de solo titulo, imo titulum sine re, figmentum denique à Sathana inuectum in Ecclesiam, anathema sit.

6. Si quis dix. non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera ita vt bona Deum operari non permissiuè solùm, sed etiam propriè & per se, adeo vt sit proprium eius opus non minus proditio Iudæ quam vocatio Pauli anath. sit.

7. Si quis dixerit opera omnia quæ antè Iustificationem fiunt, quacunque ratione facta sint, verè esse peccata vel odium Dei mereri, aut quantò vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tantò grauius peccare, anath. sit.

8. Si quis dixerit gehennæ metum per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anath. sit.

9. Si quis dix. sola fide impium Iustificari, ita vt intelligat nihil aliud requiri, quod ad Iustificationis gratiam consequendam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse eum suæ voluntatis motu præparari atque disponi, anath. sit.

10. Si quis dixerit homines sine Christi Iustitia, per quam nobis meruit, Iustificari, aut per eam ipsam formaliter Iustos esse, anath. sit.

11. Si quis dix. homines iustificari vel sola imputatione Iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia & charitate, quæ in cordibus eorum per Spir. S. diffundatur, atque in illis inhæreat aut etiam gratiam qua Iustificamur esse tantum fauorem Dei, anath. sit.

12. Si quis dixerit fidem iustificantem nihil aliud esse quam fiduciam diuinæ misericordiæ peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse qua iustificamur, anath. sit.

Si quis dixerit omni homini remissionem peccatorum assequendam, necessarium esse vt credat certò & absque vlla hæsitatione propriæ infirmitatis & dispositionis peccata sibi esse remissa, anathema sit.

14. Si quis dixerit hominem à peccatis absolui ac iustificari ex eo quod se absolui ac iustificari certò credat, aut neminem verè esse iustificatum, nisi qui credat se esse iustificatum, & hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici, anath. sit

15. Si quis dixerit hominem renatum & iustificatum teneri ex fide ad credendum se certo esse in numero prædestinatorum, anath. sit.

16. Si quis magnum illud vsque in finem perseuerantiæ donum se certò habiturum absoluta & ineffabili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali reuelatione didicerit, anath. sit.

17. Si quis Iustificationis gratiam nonnisi prædestinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos vero omnes qui vocantur vocari quidem sed gratiam non accipere, vtpotè diuina potestate prædestinatos ad malum, anath. sit.

18. Si quis dix. Dei præcepta homini etiam Iustificato sub gratia constituto esse ad obseruandum impossibilia, anath. sit.

19. Si quis dixerit nihil præceptum esse in Euangelio præter fidem, cætera esse indifferentia neque præcepta, neque prohibita sed libera, aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos, anathema sit.

20. Si quis hominem iustificatum & quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad obseruantiam mandatorum Dei & Ecclesiæ sed tantum ad credendum, anath. sit.

21. Si quis dixerit Christum Iesum à Deo hominibus datum fuisse, vt Redemptorem cui fidant, non etiam vt legislatorem cui obediant, anathema sit.

22. Si quis dix. Iustificatum vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseuerare posse, vel cum eo non posse anath. sit

23. Si quis hominem semel iustificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideò eum qui labitur & peccat nunquam verè fuisse iustificatum, aut contra, posse in tota vita omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio quemadmodum de B. Virg. tenet Ecclesia, anath. sit.

24. Si quis dixerit Iustitiam acceptam non conseruari atque etiam augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa, fructus solùmmodo & signa esse Iustificationis adeptæ, non autem ipsius augendæ causam, anath. sit.

25. Si quis in quolibet bono opere Iustum saltem venialiter peccare dixerit aut quod intolerabilius est mortaliter, atque ideò pœnas æternas mereri, tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem, anath. sit.

26. Si quis dixerit Iustos non debere pro bonis operibus quæ in Deo fuerint facta expectare & sperare æternam retributionem à Deo per eius misericordiam & I. C. meritum, si benè agendo & diuina mandata custodiendo vsque in finem perseuerauerint anath. sit.

27. Si quis dixerit nullum esse mortalem peccatum nisi infidelitatis, aut nullo alio quantumvis graui & enormi, præterquam Infidelitatis peccato semel acceptam gratiam amitti, anath. sit.

28. Si quis dix. amissa per peccatum gratia, simul & fidem semper amitti, aut fidem quæ remanet non esse veram fidem, licet non sit viua, aut eum qui fidem sine charitate habet non esse verum Christianum, anath. sit.

29. Si quis dix. eum qui post baptismum lapsus est non posse per Dei gratiam resurgere, aut posse quidem, sed sola fide amissam iustitiam recuperare sine sacramento Pœnitentiæ prout S. Rom. & vniuers. Ecclesia à Christo Dom. & eius Apostolis edocta, hucusque professa est, anath. sit.

30. Si quis post acceptam Iustificationis gratiam, cuilibet peccatori Pœnitenti ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dix. vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ vel in hoc sæculo vel in futuro, in purgatorio antequam ad regna cœlorum aditus patere possit, anath. sit.

Si quis dixerit Iustificatum peccare dum intuitu æternæ mercedis bene operatur, anath. sit.

32. Si quis dix. hominis Iustificati bona opera, ita esse dona Dei vt non sint etiam bona ipsius Iustificati merita, aut ipsum Iustificatum bonis operibus quæ ab eo per Dei gratiam & I.C. meritum, cuius viuum membrum est, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum, anath. sit.

33. Si quis dix. per hanc doctrinam Cathol. de Iustificatione à S. Synodo hoc præsenti decreto expressam, aliqua ex parte, gloriæ Dei, vel meritis I.C.D.N. derogari,

derogari, & non potius veritatem fidei nostræ, Dei denique ac C. Iesu gloriam illustrari, anath. sit.

Sess. 7. De Sacramentis.

1. Si quis dix. sacramenta Nouæ legis non fuisse omnia à Iesu C.D.N. aut esse plura vel pauciora quam 7. videl. Baptis. Confirm. Eucharist. Pœnitentiam, Extremam-Vnctionem, Ord. & Matrim. aut etiam aliquod horum 7. non esse verè & propriè sacramentum, anath. sit.

2. Si quis dix. ea ipsa nouæ legis sacramenta à sacramentis antiquæ legis non differre, nisi quia cæremoniæ sunt aliæ, & aliis ritus externi, anathema, sit.

3. Si quis dix. hæc 7. sacramenta ita esse inter se paria vt nulla ratione aliud sit alio dignius anathema sit.

4. Si qui dix. sacram. nouæ legis non esse ad salutem necessaria sed superflua, & sine eis aut eorum voto per solam fidem homines à Deo gratiam iustificationis adipisci, licet omnia singulis necessaria non sint anath sit.

5. Si quis dix. hæc sacram. propter solam fidem nutriendam instituta fuisse, anath. sit.

6. Si quis dix. sacramenta nouæ legis non continere gratiam quam significât, aut gratiam ipsam, non ponentibus obicem, non conferre, quasi signa tantum externa sint acceptæ per fidem gatiæ vel iustitiæ, & notæ quædam Christianæ professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus anathema sit.

7. Si quis dix. non dari gratiam per huiusm. sacram. semper & omnibus quantum est ex parte Dei, etiam si ritè ea suscipiant, sed aliquando & aliquibus anath. sit.

8. Si quis dix. per ipsa nouæ legis sacram. ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem Diuinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anath. sit.

9. Si quis dix. in tribus sacram. Baptismo, Confirm. & ordine non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale & indelebile, vnde ea iterari non possint, anath. sit.

10. Si quis dixerit Christianos omnes in verbo & omnibus sacramentis administrandis habere potestatem, anath. sit.

11. Si quis dix. in Ministris dum sacramenta conficiunt & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia, anath. sit.

12. Si quis dix. ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia quæ ad sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent seruauerit, non conficere, aut conferre sacramentum, anath. sit.

13. Si quis dixerit receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solemni sacramentum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti aut in nouos alios per quemcunque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anath. sit.

De Baptismo.

1. Si quis dixerit Baptismum Ioannis habuisse eamdem vim cum Baptismo Christi, anath. sit.

2. Si quis dixerit aquam veram & naturalem non esse de necessitate Baptismi atque ideò verba illa D. N. I. C. nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spirit. sancto ad metaphoram aliquam detorserit, anathema sit.

3. Si quis dixerit in Rom, quæ omnium Ecclesiarum mater est & magistra non esse veram de Baptismi sacramento doctrinam, anath. sit.

4. Si quis dix. Baptismum qui etiam datur ab hæreticis In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum, anath. sit.

5. Si quis dixerit Baptism. liberum esse hoc est non necessarium ad salutem anath. sit.

6. Si quis dix. Baptizatum non posse, etiamsi velit gratiam amittere quantumcunque peccet, nisi nolit credere, anath. sit.

7. Si quis dix. Baptizatos per Baptismum ipsum, solius tantum fidei debitores fieri, non autem vniuersæ legis Christi seruandæ, anath. sit.

8. Si quis dix. Baptizatos liberos esse ab omnibus S. Eccl. præceptis quæ vel scripta, vel tradita sunt, ita vt ea obseruare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint, anath. sit.

9. Si quis dixerit ita reuocandos esse homines ad Baptismi suscepti memoriam vt vota omnia quæ post baptismum fiunt, vi promissionis in Baptismo ipso iam factæ irrita esse intelligant, quasi per ea & fidei quam professi sunt detrahatur & ipsi Baptismo, anath. sit.

10. Si quis dix. peccata omnia quæ post Baptismum fiunt, sola recordatione & fide suscepti Baptismi, vel dimitti vel venialia fieri, anathema sit.

11. Si quis dix. verum & ritè collatum Baptismum, iterandum esse illi qui apud infideles, fidem Christi negauerit, cum ad Pœnitentiam conuertitur anath. sit.

12. Si quis dix. neminem esse Baptizandum nisi ea ætate qua Christus Baptizatus est, vel in ipso mortis articulo, anath. sit.

13. Si quis dix. paruulos eo quod actum credendi non habent, suscepto Baptismo, inter fideles computandos non esse, ac propterea cùm ad annos discretionis peruenerint esse rebaptisandos, aut præstare omitti eorum Baptisma quam eos non actu proprio credentes Baptizari in sola fide Ecclesiæ, anathema sit.

14. Si quis dix. huiusm. paruulos Baptizatos cùm adoleuerint interrogandos esse, an ratum habere velint quod Patrini eorum nomine dum Baptizarentur polliciti sunt, & vbi se nolle respouderint suo esse arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Christianam vitam cogendos, nisi vt ab Eucharistiæ, aliorumque sacramentorum perceptione arceantur donec resipiscant, anath. sit.

De Confirmatione.

1. Si quis dix. Confirmationem Baptizatorum otiosam cæremoniam esse, & non potius verum & proprium sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse quam Catechesim quamdam qua adolescentiæ proximi, fidei suæ rationem coram Ecclesia exponebant, anath. sit.

2. Si quis iniuriosos esse Spiritui S. eos qui sacro confirmationis Chrismati virtutem aliquam tribuunt, anath. sit

3. Si quis dixerit S. Confirmationis ordinarium ministrum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem, anath. sit.

Ex Eod. Conc. Trid. sub Iulio III. anno 1551.
Seß. 13. De Eucharistiæ Sacramento.

1. Si quis negauerit in sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento contineri verè realiter & substantialiter corpus & sanguinem vnà cum anima, & Diuinitate D.N.I.C.ac proinde totum Christum, sed dixerit tantummodò esse in eo, vt in signo vel figura aut virtute, anathema sit.

Si quis dixerit in SS. Eucharistiæ sacram remonere substantiam panis & vini, vnà cum corpore & sang. D.N.I.C. negaueritque mirabilem illam & singularem conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis & vini, quam quidem conuersionem Catholica Ecclesia aptissimè transubstantiationem appellat, anathema sit.

3. Si quis negauerit in venerabili Euchar sacram. sub vnaquaque specie & sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri, anath. sit.

4. Si quis dix. peracta consecratione in admirabili Euchar. sacramento non esse corpus & sang. D.N. I.C. sed tantum in vsu dum sumitur, non autem antè vel post, & in hostiis seu particulis consecratis quæ post communionem reseruantur vel supersunt, non remanere verum corpus Domini, anathema sit.

5. Si quis dix. vel præcipuum fructum sanctum sanctissimæ Euchar. esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus prouenire, anath. sit.

6. Si quis dix. in SS. Euchar. sacram Christum vnigenitum Dei filium non esse cultu latriæ, etiam externo, adorandum, atque ideò nec festiua peculiari celebritate venerandum, neque in processionibus secund. laudabilem, & vniuersalem Ecclesiæ sanctæ ritum & consuetudinem solemniter circum gestandum, vel non publicè vt adoretur populo proponendum, & eius adoratores esse Idololatras, anath. sit.

7. Si quis dix. non licere sacram Euchar. in sacrario reseruari, sed statim post consecrationem astantibus necessario distribuendam, aut non licere vt illa ad infirmos honorificè deferatur, anath. sit

8. Si quis dix. Christum in Eucharist. exhibitum spiritualiter tantum manducari, & non etiam sacramentaliter & realiter, anath. sit.

9. Si quis negauerit omnes & singulos Christi fideles vtriusque sexus cùm ad annos discretionis peruenerint, teneri singulis annis saltem in Paschate ad communicandum iuxta præceptum sanctæ Matris Ecclesiæ, anath. sit.

10. Si quis dix. non licere Sacerdoti celebranti seipsum communicare, anathema. sit.

11. Si quis dix. solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum SS. Euchar. sacram. anathema, &c. Declarat S.Synodus illis quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcunque etiam se contritos existiment, habita copia Confessoris, necessariò præmittendam esse Confessionem sacramentalem, si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publicè disputando defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus existat.

Seß. 14. De SS. Pœnitentiæ Sacramento.

1. Si quis dix. in Catholica Eccl. Pœnitentiam non esse verè, & propriè sacramentum pro fidelibus quoties post Baptismum in peccata labuntur ipsi Deo reconciliandis, à Christo D.N. institutum, anath. sit.

2. Si quis sacramenta confundens ipsum Baptismum Pœnitentiæ sacram. esse dixerit, quasi hæc duo sacramenta distincta non sint, atque ideo Pœnitentiam non rectè secundam post naufragium tabulam appellari, anath sit.

3. Si quis dix. verba illa Dom. Saluatoris accipite Spir. sanctum quorum remiser. &c. Non esse intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata in sacramento Pœnitentiæ sicut Eccl. Cathol. ab initio semper intellexit, detorserit autem contra institutionem huius sacram. ad authoritatem prædicandi Euangelium, anath. sit.

4. Si quis negauerit ad integram peccatorum remissionem, requiri tres actus in pœnitente, quasi materiam sacram. Pœnitentiæ, contritionem, confessionem & satisfactionem, quæ tres Pœnitentiæ partes dicuntur, aut dix. duas tantum esse Pœnit. partes, terrores scil. in cussos conscientiæ, agnito peccato, & fidem conceptam ex Euangelio vel absolutione qua credit quis, sibi per Christum remissa peccata, anath. sit.

5. Si quis dix. eam contritionem quæ paratur per discussionem, collectionem & detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderandu peccatorum suorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & æternæ dámnationis incursum cum proposito melioris vitæ, non esse verum & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, demum illam esse dolorem coactum & non liberum, anathema sit.

6. Si quis negauerit Confessionem sacramentalem vel institutam, vel ad salutem necessariam esse iure diuino, aut dix. modum secretè confitendi Sacerdoti soli, quem Eccl. Catholica ab initio semper obseruauit & obseruat alienum esse ab institutione, & mandato Christi, & inuentum esse humanum, anathema sit.

7. Si quis dix. in sacram. Pœnit ad remissionem peccatorum, necessarium non esse iure diuino confiteri omnia & singula peccata mórtalia quorum memoria, cum debita & diligenti præmeditatione, habeatur, etiam occulta & quæ sunt contra duo vltima Decalogi præcepta, & circumstantias quæ peccati speciem mutant, sed eam confessionem tantum esse vtilem ad erudiendum, & consolandum pœnitentem, & olim obseruatam fuisse tantùm ad satisfactionem canonicam imponendam, aut dix. eos qui omnia peccata confiteri student, nihil relinquere velle diuinæ misericordiæ ignoscendum, aut demum non licere confiteri peccata venialia, anath. sit.

8. Si quis dix. Confessionem omnium peccatorum qualem Ecclesia seruat, esse impossibilem, & traditionem humanam, à piis abolendam, aut ad eam non teneri omnes fideles, iuxta magni Conc. Lateran. constitutionem semel in anno, & ob id suadendum esse Christi fidelibus, vt non confiteantur tempore quadragesimæ, anath. sit.

9. Si quis dix. absolutionem sacramentalem Sacerdotis, non esse actum iudicialem sed nudum ministerium pronunciandi & declarandi remissa esse peccata confitenti, modo tantum credat se esse absolutum, aut Sacerdos non serio sed ioco absoluat, aut dix. non requiri Confessionem pœnitentis vt Sacerdos eum absoluere possit, anathema sit.

10. Si quis dix. Sacerdotes qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi & soluendi non habere, aut non solos Sacerdotes esse ministros absolutionis,

sed

ſed omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus eſſe dictum, quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in Cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in Cœlo, & quorum remiſeritis peccata remitt. eis, & quorum retinueritis retenta ſunt, quorum verborum virtute quilibet abſoluere poſſit peccata publica quidem, per correptionem dumtaxat ſi correptus acquieuerit, ſecreta verò per ſpontaneam confeſſionem, anath. ſit.

11. Si quis dixerit Epiſcopos non habere ius reſeruandi ſibi caſus, niſi quoad externam politiam, atque ideo caſuum reſeruationem non prohibere quominus Sacerdos verè abſoluat, anath. ſit.

12. Si quis dixerit totam pœnam ſimul cum culpa remitti ſemper à Deo, ſatisfactionemque pœnitentium non eſſe aliam quam fidem qua apprehendunt Chriſtum pro eis ſatisfeciſſe, anath. ſit.

13. Si quis dixerit pro peccatis, quoad pœnam temporalem, minimè Deo per Chriſti merita ſatisfieri pœnis ab eo inflictis & patienter toleratis, vel à Sacerdote iniunctis, ſed neque ſpontè ſuſceptis, vt ieiuniis, orationibus, eleemoſynis, vel aliis etiam pietatis operibus, atque ideo optimam pœnitentiam eſſe tantum nouam vitam, anath. ſit.

14. Si quis dixerit ſatisfactiones, quibus pœnitentes per Chriſtum Ieſum peccata redimunt, non eſſe cultus Dei, ſed traditiones hominum, doctrinam de gratia, & verum Dei cultum atque ipſum beneficium mortis Chriſti obſcurantes, anath. ſit.

15. Si quis dixerit claues Eccleſiæ eſſe datas tantum ad ſoluendum non etiam ad ligandum, & propterea Sacerdotes, dùm imponunt pœnam confitentibus, agere contra finem clauium, & contra inſtitutionem Chriſti; & fictionem eſſe quòd virtute clauium, ſublata pœna æterna, pœna temporalis plerumque exoluenda remaneat, anath. ſit.

De Sacramento Extremæ-Vnctionis.

1. Si quis dixerit Extremam-Vnctionem non eſſe verè & propriè Sacram. à Chr. D. N. inſtitutum, & à B. Iacobo Apoſt. promulgatum, ſed ritum tantum acceptum a Patribus aut figmentum humanum, anathema ſit.

2. Si quis dixerit ſacram infirmorum Vnctionem, non conferre gratiam, nec remittere peccata nec alleuiare infirmos, ſed iam ceſſaſſe quaſi olim tantum fuerit gratia curationum, anath. ſit.

3. Si quis dixerit Extremæ-Vnctionis ritum & vſum quem obſeruat S. R. E. repugnare ſententiæ B. Iacob. Apoſt. ideoque eum mutandum, poſſeque à Chriſtianis abſque peccato contemni, anathema ſit.

4. Si quis dixerit Presbyteros Eccleſ. quos B. Iac. adducendos eſſe ad infirmum inungendum hortatur, non eſſe Sacerdotes ab Epiſcopo ordinatos ſed ætate Seniores in quauis communitate, ob idque proprium Extr. Vnct. Miniſtrum non eſſe ſolum Sacerdotem, anathema ſit.

Ex eod. Concil. Tridentino ſub Pio IV. anno 1562. Seſſ. 21.

De Communione ſub vtraque ſpecie & Paruulorum.

1. Si quis dixerit ex Dei præcepto vel neceſſitate ſalutis omnes & ſingulos Chriſti fideles vtramque ſpeciem SS. Euchariſtiæ Sacramenti ſumere debere, anathema ſit.

2. Si quis dixerit ſanctam Eccleſ. Cathol. non iuſtis cauſis & rationibus adductam fuiſſe, vt Laicos atque etiam Clericos non conficientes, ſub panis tantummodò ſpecie communicaret, aut in eo errafſe, anathema ſit.

3. Si quis negauerit totum & integrum Chriſtum omnium gratiarum fontem & auctorem, ſub vna ſpecie ſumi, quia vt quidam falsò aſſerunt non ſecundum ipſius Chriſti inſtitutionem ſub vtraque ſpecie ſumatur, anath. ſit.

4. Si quis dixerit paruulis, antequam ad annos diſcretionis peruenerint, neceſſariam eſſe Euchariſtiæ communionem, anath. ſit.

Seſſ. 22. De Sacrificio Miſſæ.

1. Si quis dixerit in Miſſa non offerri Deo verum & proprium ſacrificium, aut quod offerri non ſit aliud quam nobis Chriſtum ad manducandum dari, anath. ſit.

2. Si quis dixerit illis verbis, *Hoc facite in meam commemorationem*, Chriſtum non inſtituiſſe Apoſtolos Sacerdotes, aut non ordinaſſe vt ipſi aliique Sacerdotes offerrent corpus & ſanguinem ſuum; anathema ſit.

3. Si quis dixerit Miſſæ ſacrificium tantum eſſe laudis & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem ſacrificij in Cruce peracti, non autem propitiatorium, vel ſoli prodeſſe ſumenti; nec pro viuis & defunctis, pro peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus offerri debere, anath. ſit.

4. Si quis dixerit blaſphemiam irrogari SS. Chriſti ſacrificio in Cruce peracto per Miſſæ ſacrificium, aut illi per hoc derogari, anath. ſit.

5. Si quis dixerit impoſturam eſſe Miſſas celebrare in honorem Sanctorum, & pro illorum interceſſione apud Deum obtinenda, ſicut Eccleſia intendit, anath. ſit.

6. Si quis dixerit Canonem Miſſæ errores continere, ideoque abrogandam eſſe, anath. ſit.

7. Si quis dixerit cæremonias, veſtes & externa ſigna quibus in Miſſarum celebratione Eccleſ. Catholica vtitur, irritabula impietatis eſſe magis quàm officia pietatis, anath. ſit.

8. Si quis dixerit Miſſas in quibus ſolus Sacerdos ſacramentaliter communicat illicitas eſſe, ideoque abrogandas, anath. ſit.

9. Si quis dixerit Eccleſiæ Rom. ritum, quo ſummiſſa voce pars Canonis & verba conſecrationis proferuntur, damnandum eſſe, aut lingua tantum vulgari Miſſam celebrari debere, aut aquam non miſcendam eſſe, vino in Calice offerendo, eo quod ſit contra Chriſti inſtitutionem, anath. ſit.

Seſſ. 23. de Sacramento Ordinis.

1. Si quis dixerit non eſſe in Nouo Teſtamento Sacerdotium viſibile & externum, vel non eſſe poteſtatem aliquam conſecrandi & offerendi verum corpus & ſang. Domini, & peccata remittendi & retinendi, ſed officium tantum & nudum miniſterium prædicandi Euangelium, vel eos qui non prædicant, prorſus non eſſe Sacerdotes, anath. ſit.

2. Si quis dixerit propter Sacerdotium non eſſe in Eccleſia Cathol. alios ord. & maiores & minores per quos, velut per gradus quoſdam, in Sacerdotium tendatur, anath. ſit.

3. Si quis dixerit ordinem, ſiue ſacram ordinationem, non eſſe verè & propriè Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum, vel eſſe figmentum quoddam humanum excogitatum à viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis, aut eſſe tantum ritum quemdam

eligendi Ministros Verbi Dei & Sacramentorum, anathema sit.

4. Si quis dixerit per sacram Ordinationem non dari Spir. S. ac proinde frustra Episcopos dicere, *accipe Spiritum sanctum*, aut per eam non imprimi characterem, vel eum qui Sacerdos semel fuit Laicum rursus fieri posse, anath. sit.

5. Si quis dixerit sacram Vnctionem qua Ecclesia in sancta Ordinatione vtitur non tantum non requiri, sed contemnendam & perniciosam esse, similiter & alias ordinis cæremonias, anath. sit.

6. Si quis dixerit in Eccles. Cathol. non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris & Ministris, anath sit.

7. Si quis dixerit Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & ordinandi, vel eam quam habent illis esse cum Præsbyteris commonem, vel Ordines ab ipsis collatos, sine populi vel potestatis sæcularis consensu aut vocatione, irritos esse, aut eos qui nec ab Ecclesiast. & Canonica potestate ritè ordinati nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi & Sacramentorum Ministros, anath. sit.

8. Si quis dixerit Episcopos qui auctoritate Rom. Pontificis assumuntur non esse legitimos & veros Episcopos, sed figmentum humanum, anath. sit.

Sess. 24. De Sacramento Matrimonij.

1. Si quis dixerit Matrimonium non esse verè & propriè vnum ex septem legis Euangelicæ Sacramentis, à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inuentum, neque gratiam conferre, anathema sit.

2. Si quis dixerit licere Christianis plures simul habere vxores, & hoc nulla lege diuina esse prohibitum, anath. sit.

3. Si quis dixerit eos tantum consanguinitatis & affinitatis gradus qui Leuitico exprimuntur posse impedire Matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere vt plures impediant & dirimant, anath. sit.

4. Si quis dixerit Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta Matrimonium dirimentia, vel in iis constituendis errasse, anath. sit.

5. Si quis dixerit propter hæresim aut molestam cohabitationem aut affectatam absentiam, à coniuge dissolui posse Matrimonij vinculum, anath. sit.

6. Si quis dixerit Matrimonium ratum non consummatum per solemnem Religionis professionem alterius coniugum non dirimi, anath. sit.

7. Si quis dixerit Ecclesiam errare cùm docuit & docet, iuxta Euangelicam & Apostolicam doctrinam propter adulterium alterius coniugum, Matrimonij vinculum non posse dissolui, & vtrumque vel etiam innocentem qui causam adulterio non dedit, non posse, altero coniuge viuente, aliud Matrimonium contrahere, mœcharique eum qui dimissa adultera aliam duxerit, & eam quæ dimisso adultero alij nupserit, anath. sit.

8. Si quis dixerit Eccles. errare quùm ob multas causas separationem inter coniuges quoad thorum, seu quoad cohabitationem ad certum incertumve tempus fieri posse decernit, anath sit.

9. Si quis dixerit Clericos in sacris Ord. constitutos, vel regulares castitatem solemniter professos, posse Matrimonium contrahere, contractumque validum esse non obstante lege Ecclesiast. vel voto, & oppositum nihil aliud esse quam damnare Matrimonium, posseque omnes contrahere Matrim. qui non sentiunt se castitatis, etiamsi eam vouerint, habere donum, anath. sit.

10. Si quis dixerit statum coniugalem anteponendum esse statui virginitatis vel Cœlibatus, & non esse meliùs ac beatiùs manere in virginitate aut Cœlibatu, quàm iungi Matrimonio, anath. sit.

11. Si quis dixerit prohibitionem solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam, ab Ethnicorum superstitione profectam, aut benedictiones & alias cæremonias, quibus Ecclesia in illis vtitur damnauerit, anath. sit.

11. Si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad Iudices Ecclesiasticos, anath. sit.

Sess. 25. De Purgatorio.

Episcopi sanam de Purgatorio doctrinam à sanctis Patribus & sacris Conciliis traditam à Christi fidelibus credi, teneri, doceri, & vbique prædicari diligenter studeant; curent etiam Episcopi vt fidelium viuorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, eleemosynæ, aliaque pietatis opera, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus defunctis fieri consueuerunt secundum Ecclesiæ instituta, piè & deuotè fiant, Episcopi cæterique docendi munus, entmque sustinentes, iuxta Cathol. & Apost. Ecclesiæ vsum à primæuis Christianæ Religionis temporibus receptum, sanctorumque Patrum consensionem & sacrorum Conc. decreta, imprimis de Sanctorum intercessione, inuocatione, reliquiarum honore, & legitimo imaginum vsu, fideles diligenter instruant.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 1.

1. Omnes ij qui beneficia Ecclesiastica obtinent, vel imposterum obtinebunt, & qui in Synodum Diœcesanam conuenire debent, omnia à S. Conc. Trid. definita & statuta palàm recipiant, veram obedientiam summos Rom Pont. spondeant, simulque hæreses omnes publicè detestentur, & anathematizent, fidem profitentes iisdem verbis quibus ex formula à Pio IV. præscripta est.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Greg. XIII. anno 1573.

4. Qui imposterum litteras & liberales artes legendi, interpretandi, docendiue munus suscepturi sunt, fidei professionem aotè præstent quàm id suscipiant.

Ex Concil. Mediolan. 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 1.

1. Quicunque Arithmeticam & Musicam, vel artes cuiusuis generis liberales profitentur, fidei professionem hac formula facere debent.

Ego N. firma fide credo & profiteor omnia & singula quæ continentur in Symbolo fidei quo sancta Rom. Eccl. vtitur, videlicet *Credo in vnum Deum*, Vide Conc. Constantinop. an. 381. Apostolicas traditiones, reliquasque eiusdem Eccl. obseruationes & constitutiones firmissimè admitto & amplector. Item sacram Scripturam, iuxta eum sensum quem tenuit & tenet sancta Mater Ecclesia cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum admitto, nec eam vnquam nisi iuxta vnanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse verè & propriè Sacramenta nouæ legis, à I.C.D. instituta atque ad salutem humani generis,

generis, licèt non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam-Vnctionem, Ordinem & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex iis Baptismum, Confirmationem & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse; receptos quoque & approbatos Eccl. Cathol. ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio & admitto. Omnia & singula quæ de peccato originali, & de iustificatione in sanctissima Trid. Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum & proprium & propitiatorium sacrificium pro viuis & defunctis, atque in sanctissimæ Eucharist. Sacramento esse verè, realiter & substantialiter corpus & animam vnà cum anima & Diuinitate D. N. I. C. fierique conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem. quam conuersionem Cathol. Ecclesia Transsubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum & verum Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuuari, similiter & Sanctos vnà cum Christo regnantes venerandos atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas, firmissimè assero imagines Christi ac Deiparæ semper Virg. nec non aliorum SS. habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam, Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Eccles. relictam fuisse, illarumque vsum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo. S. Cathol. & Apost. Rom. Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem & Magistram agnosco, Romanoque Pont. B. Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu C. Vicario veram obedientiam spondeo ac iuro. Cætera item omnia à sacris Canonibus & Oecumenicis Conciliis ac præcipuè à SS. Trid. Synodo tradita, definita & declarata, indubitanter recipio atque profiteor, simulque contraria omnia atque hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas & reiectas, & anathematizatas ego pariter damno, reiicio & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo eamdem integram & inuiolatam vsque ad extremum vitæ spiritum constantissimè Deo iuuante retinere, & confiteri atque à meis subditis, vel illis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit curaturum, Ego idem N. spondeo, voueo ac iuro, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

Ex Concil. Mediolanensi 5. sub Gregor. XIII. anno 1579. Parte 1.

1. Nemini, etiam regulari ne in sui quidem ord. Ecclesia concionari permittat Episcopus, antequam sibi suoque Vicario fidei professionem à Pio I V. præscriptam præstiterit, vbi verò semel præstiterit, non opus est iterum eidem Episcopo præstare, sed satis professionis semel illo nomine præstitæ testimonium scriptum & obsignatum exhibere, idem sancimus de Confessariis, idem de Medicis, Chirurgis. Qui Ecclesiam Parochialem aut Canonicatum in Eccles. Cathedrali quouis modo obtinuit, nisi is tempore & loco sanctione Trid. præstituto fidei professionem præstiterit, nec Episcopus beneficij Ecclesiast. fructus quos suos non fecit, aliquo pacto remittat, neque ab eod. exigi patiatur.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

1. Imprimis vetera tàm Generalia quàm Prouinc. Conc. imitati, excommunicamus & anathematizamus omnem hæresim extollentem se aduersus Orthodoxam & Catholicam Eccles. vniuersis insuper qui aliter quàm Cathol. Apost. & Rom. credit & prædicat Ecclesia credere, & pertinaciter asseuerare ausi fuerint, velut hæreticos & pertinaces, atque à cōmunione fidelium separatos declaramus, mandamus etiam vt omnes qui beneficia, officia atque onera quæcunque Ecclesiast. obtinent, necnon promouendi ad Ord. sacros & Doctoratus insignia, & alios gradus antequam recipiantur ac scholarum, fabricarum, hospitalium, fraternitatum & quarumcunque Communitatum piarum Magistri, Rectores, Sodales, & Administratores, fidem profiteantur eisdem verbis quibus ex formula à Piu I V. præscripta, nos & Coepiscopi nostri initio huius sanctæ Synodi iurati præstitimus & professi sumus. Vide Concil. Mediolan. 4. 1576. c. 1.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

6. In ipsa prima Synodo Diœcesana Episcopi curabunt, vt qui beneficia curam animarum habentia obtinuerint, intra duos menses post adeptam possessionem iuxta formam decreti Concil. Trid. professionem fidei faciant, id quod seruabitur etiam in prouisis à Rom. Pont. vel à Legatis Idem præstabunt qui permutant beneficia curam animarum habentia, prouisi autem de Canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesiis Cathedral. vel Collegiatis, non solum coram Episcopo seu eius Vicario, sed etiam in Capitulo idem præstare teneantur, alioquin prædicti omnes prouisi fructus suos non faciant, nec illis possessio suffragetur, Doctores præterea, Magistri pædagogi, & quicunque tàm publicè quàm priuatim docent Theologiam, Ius vtrumque, artem Medicam, Philosophiam, cæterasque liberales artes in quibuscunque Ciuitatibus, terris, oppidis quoquomodo profiteri, aut docere ab Episcopis ne permittantur, nisi prius Catholicam fidem professi fuerint, iuxta formam constitutionis Pij I V. quam etiam professionem singulis annis initio studiorum emittere teneantur. Idem de Rectoribus & Cancellariis Vniuersitatis, aut Gymnasij, de scholaribus Doctoratum pretendentibus, item de Prædicatoribus, & curam animarum habentibus.

8. Vide Presbyteri.

Ex Concil. Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

1. Quicunque imposterum ad Cathedrales Ecclesias promoti fuerint, seu etiam translati vel electi aut postulati, in prima Synodo Prouinciali post illorum promotionem & consecrationem futuram ad professionem fidei emittendam teneantur, prouisi de Canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus non solum coram Episcopo, seu illius Officiali, sed etiam in Capitulo profitendæ fidei sint obstricti, & non parentes, fructus non faciant suos, &c. Qui de Ecclesiis Parochialibus seu Curatis quibuscunque prouisi fuerint intra bimestre tempus, fidei professionem in manibus Episcopi vel eius Vicarij facere omnino teneantur, &c. Cæteri omnes siue in præsenti, siue in futurum beneficia Ecclesiast. habituri, & qui in

in Synodo Diœcesana conuenire debent, in eadem Synodo quæ primo quoque tempore celebrabitur, fidei professionem faciant, &c. Qui publicè in Vniuersitatibus aut Academiis docendi munus suscepturi sunt, quamcunque profiteantur scientiæ facultatem, debent omnes fidei professionem antequam ad munus suum exercendum admittantur, emittere, vide Prædicatio. Qui ad Magisterij aut Doctoratus insignia, tàm in sacra pagina quàm in Iure Canonico & Ciuili aut artibus aspirabit, non ante promoueatur quàm in manibus Ordinarij fidem profiteatur.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

1. Ego N. firma fide, &c. Vide Conc. Mediol. 4. an. 1576. p. 1. c. 1.

Hanc fidei professionem omnes qui ad quæcumque aut qualiacumque officia, onera, & beneficia Ecclesiastica regularia aut sæcularia, cùm, vel sine cura imposterum promouebuntur, priusquam fructus eorumdem faciant suos, aut possessio illis suffragetur, in manibus Ordinariorum beneficij sibi collati, siue sæculares sint aut regulares, emittant, & de eadem in collationum libris fidem facere tenebuntur, &c. Et hoc toties quoties nouam prouisionem, aut ordinationem obtinebunt. Eamdem profitebuntur Scholarum Magistri, & qui ad sacros ord. promouebuntur, aut Doctoratus alteriusve gradus insignia recipient, quod idem præstabunt Curati omnes & alij de iure vel consuetudine in Synodis Diœcesanis, & in Conciliis Prouincialibus assistentes priusquam ad alia progrediantur.

CONFESSIONES FIDEI Hæreticæ.

Ex Conciliabulo Antiocheno 1. sub Iulio I. anno 340.

Formula fidei Arrianorum.

Prima, NOs neque sumus Arrij Sectatores (quî namque fieri potest, vt cùm simus Episcopi Arrio Presbytero auscultemus) neque aliam fidem quam quæ ab initio diuulgata sit, recipimus, sed cùm in fidem eius studiosè inquirere, eamque accuratè expendere niteremur, Arrium potiùs ad nos reuertentem admisimus, quàm eius opinioni sumus ipsi obsecuti, idque ex iis quæ dicentur facilè cognoscetis, nam nos ab initio dicimus, in vnum Deum totius vniuersitatis, omnium rerum quæ tùm mente, tùm sensu percipiuntur Opificem & Creatorem credere, & in vnum Fil. Dei vnigenitum, qui fuit ante omnia sæcula, & vnà cum Patre qui eum genuerat extitit, per quem omnia visibilia & inuisibilia facta sunt, qui in nouissimis diebus secundum Patris beneplacitum descendit, & carnem de sancta Virgine assumpsit, qui omnem Patris sui voluntatem expleuit, qui passus est & resurrexit, & ad Cœlos ascendit, & ad dexteram Patris sedet, & venturus est iudicare viuos & mortuos, & Rex ac Deus in sæcula permansurus. Credimus etiam in Spit. sanctum, & si quid amplius adiungendum est, credimus carnis resurrectionem & vitam æternam. *Quæ cum de filij Dei Diuinitate nimis ieiunè scripta esset, adeoque facilè in Arrianæ impietatis suspicionem venire potuisset, aliam quandam in qua suo sensu filium substantiæ Patris imaginem profitentur conscribi curarunt.*

Secunda, Credimus secund. Euangelicam & Apost. traditionem in vnum Deum Patrem omnipotentem rerum vniuersarum Opificem & Fabricatorem, & in vnum D. I. C. Filium eius vnigenitum Deum, per quem omnia facta sunt, genitum ante omnia sæcula ex Patre, Deum de Deo, totum ex toto, solum ex solo, perfectum ex perfecto, Regem ex Rege, Dominum ex Domino, Verbum viuum, sapientiam, vitam, lucem veram, veritatis viam, resurrectionem, pastorem, ostium, eumque nec conuerti, nec mutari posse, expressam Diuinitatis, essentiæ, virtutis, consilij, gloriæ Patris imaginem, primogenitum omnis creaturæ, qui fuit in initio apud Deum, Deus Verbum (sicut in Euangelio dictum est, & Deus erat Verbum) per quem omnia facta sunt, & in quo omnia consistunt, qui in nouissimis diebus, &c. *Sed nec tunc quidem eiusdem fidei formula steterunt; Teophronius Tyanensis Episcopus aliam istiusmodi fidem à se compositam, in omnium præsentia promulgauit, cui omnes, hominis Religione approbata, subscripserunt.*

Tertia, Nouit Dominus quem testem aduersus animam meam inuoco, quod credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, vniuersitatis Conditorem & Auctorem, ex quo omnia, & in Fil. eius vnigenitum, Deum Verbum, potentiam, & sapientiam, D. N. I. C. per quem omnia, eumque genitum esse a Patre ante sæcula, Deum perfectum ex Deo perfecto, & apud Patrem existere in sua persona, & vltimis diebus descendisse genitumque ex Virg. secund. Scripturas, & postquam homo factus esset, passum esse & resurrexisse à mortuis, & in Cœlos ascendisse, & sedere ad dexteram Patris sui, eumdemque iterum venturum esse cum gloria & potentia ad iudicandum viuos & mortuos, eumdemque permanere in sæcula; & in Spiritum sanctum consolatorem, Spiritum veritatis, quem etiam per Prophetam promisit Deus se effusurum super seruos suos, & quem Dominus discipulis suis pollicitus est, & secundum pollicitationem misit vt Acta Apost. testantur; si quis igitur præter hanc fidem docet, aut diuersa in anima retinet, anathema esto.

Tribus præcedentibus, hæretica calliditate & vafricie quartam addiderunt, vt pro temporis atque loci ratione, qua sibi opportuna videretur ex illis vnam ederent.

Quarta, Credimus in vnum Deum Patrem omnipotent. Conditorem & factorem rerum, ex quo omnis Paternitas in Cœlis & in terris nominatur, & in vnigenitum eius Filium D. N. I. C. ante omnia sæcula ex Patre genitum, Deum ex Deo, lumen ex lumine, per quem omnia facta sunt in Cœlis & in terris, siue ea visibilia sint, siue inuisibilia; eumdemque Verbum esse, sapientiam, virtutem, vitam & veram lucem, qui propter nos postremis temporibus Homo factus est, & genitus ex sancta Virg. eumdemque credimus crucifixum, mortuum, sepultumque, tertia die ex mortuis resurrexisse, assumptumque in Cœlum residere ad dexteram Patris, & venturum esse in consummatione vt iudicet viuos & mortuos, reddatque singulis secundum opera sua, cuius Regnum indestructibile permanet per infinitas ætates, sedet enim ad dexteram Patris non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Credimusque in Spir. S. hoc est Paracletum quem pollicitus Apostolis post reditum suum in Cœlos, misit, vt eos erudiret, omniaque illis in memoriam subiiceret, per quem animæ sanctificantur, quæ in illum sinceriter credunt. Eos verò qui dicunt Filium ex non ente aut alia subsistentia, & non ex Deo esse, aut erat quando non erat Filius, alienos à se

à se censet Catholica Ecclesia. *Hac fidei formula Arriana hæresis speciem tenens, condemnatur, nomen tamen consubstantialitatis in Nicana Synod. probatum, impugnatur.*

Ex Concil. Antiochen. 2. Arrianorum sub Iulio I. anno 344.

Credimus in vnum Deum Patrem, &c. *Sicut in præcedenti 4.*

Ex Conciliab. Sardicensi Semiarrianorum sub Iulio I. anno 348.

Credimus in vnum Deum Patrem, &c. *iisdem ferè verbis quibus in præcedentibus duabus, & in fine additur.*

Similiter & eos qui dicunt tres esse Deos, vel Christum non esse Deum & ante sæcula, neque Christum neque Filium esse Dei, vel eum ipsum esse Patrem & Filium & Spir. S. vel innascibilem, vel quod neque consilio neque voluntate Pater genuerit Filium, anathematizat sancta & Catholica Ecclesia.

Ex Conciliab. Sirmiensi Semiarrianorum sub Liberio, anno 357.

Formula fidei à Marco Arethusio Episcopo Græcè conscripta, à Liberio Papa subscripta vbi nomen Consubstantialis ad fidem Nicænam explodendam omissum est.

Prima, Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem Creatorem & factorem omnium ex quo omnis paternitas in Cœlo & in terra nominatur, & in vnigenitum eius Fil. D. N. I. C. ante omnia sæcula ex Patre genitum ex Deo, lumen de lumine per quem omnia in Cœlis & in terra facta sunt, tàm inuisibilia quàm visibilia, eumdemque Verbum esse, & sapientiam, lucem veram & vitam, & vltimis diebus Hominem factum, natumque ex sancta Virgine, crucifixum & mortuum, & sepultum esse & resurrexisse à mortuis tertia die, & assumptum in Cœlos esse, sedereque ad dexteram Patris, venturumque in consummatione sæculi, vt iudicet viuos & mortuos, reddatque vnicuique secund. opera sua, cuius regnum indesinens permanebit, in infinitas ætates, sedet enim ad dexteram Patris non solum in hoc sæculo sed in futuro. Et in Spir. S. hoc est Paracletum, quem, promissum Apostolis post ascensum in Cœlos, misit, vt doceret eos & commonefaceret omnium. Eos porrò qui dicunt ex non ente, aut ex alio subsistente, & non ex Deo Filium, &c.

Alia Formula Sirmiana Arrianorum ab Osio coactè subscripta.

Secunda, Quoniam de fide placuerat disceptationem fieri, cum sedulitate inquisita & examinata fuere Sirmij in præsentia Valentis, Vrsacij & Geminij, cæterorumque omnium. Constitit ergo vnum esse Deum omnipotentem, sicut in vniuerso Orbe prædicatur, & vnum eius vnigenitum Filium D. N. I. C. ex eo ante sæcula genitum. Cæterum quia multos commouet vox Latinè quidem dicta substantia, Græcè autem οὐσία hoc est vt diligentius cognoscatur illud quod ὁμοούσιον, aut ὁμοιούσιον nullam earum vocum mentionem debere fieri, neque de iis sermocinandum in Ecclesia censemus, quod de iis nihil sit scriptum in sacris litteris, & quod illa hominum intellectum & mentem transcendant, & quod nemo possit generationem Filij enarrare, quemadmodum scriptum est generationem eius quis enarrabit, solum enim Patrem scire, quomodo filium suum genuerit; certum est, nulli verò ambiguum Patrem maiorem esse, neque est quod quisquam dubitet Patrem honore, dignitate, Deitate, atque adeò ipso nomine Paterno maiorem esse, attestante præsertim ipso Filio qui misit me Pater maior me est, & hoc ipsum Catholicum est, & nemo ignorat duas esse personas Patris & Filij, ac proinde Patrem maiorem, Filium vero Patri, cum omnibus quæ illi Pater subiecit, subiectum esse, Patremque initium non habere, & inuisibilem & immortalem & liberum passionibus esse, Filium verò ex Patre genitum esse, Deum ex Deo, lumen de lumine, eiusque generationem, quemadmodum superius dictum est, neminem, scire nisi solum Patrem, ipsumque Filium D. N. & Deum, carnem siue corpus hoc est hominem è Maria Virg. assumpsisse, &c. Hominem assumpsit Christus ex Maria Virgine per quem passus est, summa autem totius fidei & firmamentum est, vt Trinitas semper retineatur, &c. Numerus autem Trinitatis integer & perfectus est, Paracletus porrò nimirum Sanctus per Filium Missus, secund. Euangelium, venit, vt Apostolos & omnes credentes erudiret & sanctificaret.

Tertia Sirmiana fidei Confessio Sirmij coram Constantio edita, Arimini à Valente recitata, anno 359.

Tertia, Credimus in vnum solum & verum Deum Patrem omnipotentem Conditorem, Opificemque omnium & in vnigenitum Filij Dei ante omnia sæcula & initia, & ante omne tempus quod in intellectum cadere potest existentem, & ante omnia comprehensibilem substantiam natum impassibiliter ex Deo, solum ex solo Patre; Deum de Deo, similem Patri suo qui ipsum genuit, cuius (secundum Scripturas) generationem nemo nouit, nisi solus qui eum genuit Pater, hunc scimus vnigenitum Dei Filium nutu paterno aduenisse de Cœlis ad demolienda peccata, genitum ex Maria Virgine, versatumque cum Discipulis fuisse, & vbi omne officium dispensationis adimpleuisset, secundum Patris voluntatem crucifixum & mortuum esse, & ad inferos descendisse, atque ibi quod sui officij erat peregisse, quem Ianitores Infernorum conspicati exhorruerunt, eumque tertia die ab Inferis resurrexisse, & versatum cum Discipulis fuisse, eumque vbi negotia sua absoluerat impletis 50. diebus; in Cœlos assumptum esse, & sedere ad dexteram Patris, & vltimis diebus Resurrectionis venturum in gloria paterna, vt tribuat vnicuique secundum opera sua. Et in sanctum Spiritum quem Vnigenitus promisit se missurum humano generi Paracletum, &c. Vocabulum porrò substantiæ quia simplicius à Patribus positum est, & à populis ignoratur, & scandalum affert eo quod in Scripturis non contineatur, placuit vt de medio tolleretur, & nullam post hac de Dei substantia mentionem esse faciendam, eo quod sacræ Scripturæ nunquam meminere substantiæ Patris & Filij. Filium autem Patri per omnia similem dicimus, quemadmodum sacræ Litteræ dicunt & docent.

Ex

Ex Concil. Diospolitano sub Innocentio I. anno 415.

Errores Pelagij ab ipso postea condemnati.

1. Obiectum est cùm diceret Adam mortalem factum, qui siue peccasset, siue non, moriturus esset.

2. Quod peccatum ipsius, ipsum solum læserit, & non genus humanum.

3. Quod infantes nuper nati, in illo statu sint in quo Adam fuit ante præuaricationem.

4. Quod per mortem vel præuaricationem Adæ non omne genus humanum moriatur, & quod non per Resurrectionem Christi omne genus humanum resurgat.

5. Infantes etiamsi non baptizentur, vitam æternam habere possunt.

6. Diuites baptizatos, nisi omnibus abrenuncient, si quid boni nisi fuerint facere non reputari illis, nec eos habere posse Regnum Dei.

7. Gratiam Dei atque adiutorium non ad singulos actus donari; sed de libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina.

8. Gratiam Dei secund. merita nostra dari.

9. Filios Dei non posse vocari nisi omnimodè absque omni peccato fuerint effecti.

10. Non esse liberum arbitrium, si Dei indigeat auxilio, quoniam in propria voluntate habet vnusquisque facere aliquid vel non facere.

11. Victoriam nostram non esse ex Dei adiutorio, sed ex libero arbitrio.

12. Quod petentibus veniam, non detur secund. gratiam & misericordiam Dei, sed secund. merita & laborem eorum qui per pœnitentiam digni fuerint misericordia.

Ex Concilio Ephesino Gen. 3. sub Celestino I. anno 431.

Insani Nestorij anathematismi, Cyrilli anathematismis oppositi.

1. Si quis eum qui est Emmanuel Deum verè dixerit, & non potius nobiscum Deum hoc est inhabitasse eam, quæ secundum nos est, naturam, per id quod vnitus est nostræ, quàm de Maria Virg. suscepit, Matrem etiam Dei Verbi, & non potius eius qui Emmanuel est nuncupauerit, ipsumque Dei Verbum in carnem versum esse quam accepit, ad ostentationem Deitatis vt habitu inueniretur vt homo, anath. sit.

2. Si quis in Verbi Dei coniunctione quæ ad carnem facta est de loco in locum migrationem, diuina sententia dixerit esse factam, eiusque diuinæ naturæ carnem capacem dixerit, ac partialiter vnitam carne, aut rursum in infinitum incircumscriptæ naturæ cùm extenderent carnem, accipiendum Deum, eumdemque ipsum natura, & Deum dicat & hominem, anath.

3. Si quis non secund. coniunctionem vnum dixerit Christum qui est etiam Emmanuel secund. naturam ex vtraque etiam substantia tàm Dei Verbi, quàm etiam ab eo hominis suscepti, in vna Filij connexione, quam etiam nunc inconfusè seruamus, minimè confitetur, anath. sit.

4. Si quis eas voces quæ tàm in Euangelicis, quàm in Epistolis Apostolicis de Christo qui est ex vtraque, scripta sunt, accipiat tanquam de vna natura, ipsique Dei Verbo tentat passiones tribuere, tàm secund. carnem, quàm etiam Deitatem, anath. sit.

5. Si quis vnum esse post assumptionem hominis naturaliter Dei Filium audet dicere cùm sit Emmanuel, anathema sit.

6. Si quis post incarnationem Deum Verbum, alterum quempiam præter Christum nominauerit; serui sanè formam initium non habere cum Deo Verbo, & increatam, vt ipse est dicere tentauerit, & non magis ab ipso creatam confiteatur, quam natura Dominum & Creatorem & Deum; quam & suscitare propria virtute promisit, soluite dicens templum hoc & in triduo suscitabo illud, anath. sit.

7. Si quis hominem, qui in Virgine creatus est, huoc esse vnigenitum dixerit, qui ex vtero Patris ante luciferum natus est, & non magis propter vnionem eum qui est naturaliter Vnigenitus Patris ingeniti appellatione cooftetur participem factum, Iesum quoque alterum quempiam præter Emmanuelem dicat, anathema sit.

8. Si quis serui formam pro seipso, hoc est secund. propriæ naturæ rationem, colendam esse dixerit, & non omnium Dominum, & non potius per societatem qua beatæ & ex se naturaliter Domini vnigeniti naturæ coniuncta est, veneratur, anath. sit.

9. Si quis formam serui consubstantialem esse dixerit, Spiritui sancto, & non potius per illius mediationem quæ est apud Deum Verbum, & ex ipsa conceptione habuisse dixerit coniunctionem, per quas communiones nonnunquam in hominibus mirandas curationes exercuit, & ex hoc curandorum spirituum eueniebat esse potestatem, anathema sit.

10. Si quis illum in principio Verbum, Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse, seque ipsum obtulisse pro nobis dicat, & non Emmanuelis esse Apostolum dixerit, oblationemque secund. eamdem rationem ei tribuat qui vniuit, si quis vnitus ad vnam communitatem Filij, hoc est Deo quæ Dei, & homini quæ sunt hominis deputans, anath. sit.

11. Si quis vnam carnem ex naturæ propriæ possibilitate viuificatricem esse dixerit, ipso Domino & Deo pronunciante, Spiritus est qui viuificat, caro nihil prodest, anath. sit.

12. Si quis ergo Deum Verbum carnaliter secund. substantiam carnem factum esse dicat, hoc autem modo & specialiter custodit, & maximè in Domino Christo post resurrectionem suam discipulis suis dicente, *palpate & videte quia Spir.* &c. anath. sit.

12. Si quis confitens passiones carnis, eas quoque tanquam Verbo Dei tribuit, quas etiam carni in qua factus est, adhibuerit, non discernens dignitatem naturarum, anath. sit.

Ex Concil. Chalcedonensi Gener. 4. sub Leone I. anno 451.

Confessio fidei Eutychis.

Vbi secund. propriam peruersitatem intelligens verba, effugit de Spir. S. & Maria V. vt ne omnino vnionem carnis confiteretur, &c.

Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium Creatorem, & in vnum D. I. C. Filium Dei natum de Patre vnigenitum, &c. Natum non factum *Homoousion* Patri, id est vnius cum Patre essentiæ, &c. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit & incarnatus est, & homo factus est & passus, & resurrexit tertia die.

Ex Concil. Lateran. sub Martino I. anno 649.

Ecthesis Heraclij Imperatoris pro Monothelitis.

Expositio Orthodoxæ fidei facta à Principe Heraclio

Heraclio propter emersam ab aliquibus altercationem pro requisitione operationis, consonans in omnibus sanctis & vniuersalibus quinque Conciliis, quam cùm multa satisfactione exceperunt Patriarchalibus Sedibus Præsules, & gratanter ei consenserunt vtpotè pacem sanctis Dei Ecclesiis inferentem. Credimus Patrem & Fil. & S. Spir. Trinitatem consubstantialem vnam Deitatem siue naturam, & essentiam, virtutemque & potestatem in tribus subsistentiis siue personis; cognoscentes vniuscuiusque subsistentiæ familiaritatem, vnitatem in Trinitate, & Trinitatem in vnitate; vnitatem quidem secund. essentiæ siue Deitatis rationem, Trinitatem autem secund. subsistentias siue personas, &c. Vnam confitemur Deitatem, familiaritates inconfusas seruantem, & non in vnam personam tribus nominibus nuncupatam asserentes hæc tria secund. Sabellium, neque autem in tres essentias vnam Deitatem diuidentes aut extraneantes à Patris essentia Filium, aut Spir. S. secund. insaniam Arrij, &c. Confitemur autem vnum SS. Trinitatis vnigenitum Fil. Dei, Deum Verbum à Patre progenitum ante omnia secula, &c. In extremis diebus propter nos, & propter nostram salutem descendere de Cœlis, dignarique in intacto vtero SS. Dei genitricis, & semper Virg. Mariæ habitare, & ex ea conglomerantem sibi carnem in vna substantia animam habentem rationalem atque intellectualem natum esse ab ea, & semper manentem perfectum Deum, eumdemque fieri perfectum hominem inconfusè atque indiuisè consubstantialem Deo & Patri secund. Deitatem, & consubstantialem nobis eumdem secund. humanitatem, & per omnia similem nobis sine peccato, vnde & duas Natiuitates eiusdem vnigeniti Dei Verbi confitemur; vnam ante secula à Patre sine tempore & incorporaliter, alteram ipsius in extremis temporibus à sancta intactaque Dei genitrice & semper V.M. cum animato intellectuali eius corpore, quapropter S. & nimis laudabilem semper V.M. rectè & veraciter Dei genitricem prædicamus, &c. Compositum autem Christum glorificamus, SS Patrum sequentes doctrinam pro enim mysterio quod in Christo est per compositionem vnitio, & confusionem & diuisionem eiicit; & seruat quidem vtraque natura proprietatem, vnam autem substantiam, & vnam personam Dei Verbi cum animata intellectualiter eius carne ostendit, neque quaternitate nobis pro S. Trinitate introducta, absit, neque etiam quartæ personæ additamentum S. Trinitas suscepit. & incarnato vno ex ea Dei Verbo, neque autem alter erat qui miracula operabatur sicut Deus, alter autem quam ipse qui passiones sustinuit, sed vnum eumdemque Filium confitemur Deum simul & hominem, vnam subsistentiam, vnam personam, passibilem carne, impassibilem Deitate; perfectum Deitate, & perfectum eumdem humanitate, & ipsius miracula & passiones quas spontè sustinuit corpore, vnde ex duabus naturis vnum Christum confitemur, vnum Fil. vnum Dominum, vnam personam, vnam substantiam compositam, & vnam naturam Dei Verbi incarnatam, corpore animato intellectualiter sicut Cyrillus Magnus sapuit & docuit, & in duabus naturis eumdem esse glorificantes, vt in Deitate & humanitate vnum D. N. I. C. verum Deum cognitum esse confitemur, differentiam per hunc modum solum significantes naturarum, pro quibus inconfusè ineffabilis vnitas facta est, nec enim Deitas transmigrauit in carnem, neque caro in Deitatem transmutata est, sed in proprietate naturali, & pro vniuscuiusque subsistentiæ vnitate vtrumque permansit, vnde vnum scimus Fil. D. N. I. C. ex initium non habente Patre, & ex intacta Matre, eumdem ante secula, & in extremis diebus constitutum impassibilem atque passibilem, visibilem atque inuisibilem, vnius eiusdemque miracula & passiones prædicamus, & omnem diuinam & humanam operationem vni eidemque incarnato Deo Verbo tribuimus, & vnam ei offerimus venerationem spontè & veraciter propter nos crucifixo carne, & exurgenti ex mortuis, & in Cœlos ascendenti, & residenti in dextera Patris, & iterum venienti iudicare viuos & mortuos, nullo modo concedentes alicui ex omnibus vnam vel duas dicere operationes in diuina Domini incarnatione, sed magis sicut sanctæ & vniuersales tradiderunt Synodi vnum eumdemque Fil. vnigenitum Dominum nostrum Iesum Christum verum Deum confiteri, operari diuina & humana, & omnem Deo congruam, & homini operationem ex vno eodemque incarnato Deo Verbo indiuisè & inconfusè procedere, & in vnum eumdemque sortiri, eo quod vnius quidem operationis vox licet ab aliquibus Patribus dicta est, tamen turbat extraneas quorumdam aures, arbitrantium in interitum eamdem prolatam esse duarum naturarum, quæ in vna subsistentia vnitæ sunt in Christo Deo nostro similiter autem & duarum operationum vocem multos scandalisare, vtpote à nemine dictam Sanctorum & præcipuorum Patrum, sed & sequi in eo vt duas confiteamur voluntates contrariè ad inuicem venientes, Deo quidem Verbo volente saluberrimam passionem explere, incarnationem autem in eo factam obuiam euntem ipsius voluntati, & oppugnantem, & exinde duo contraria volentes introduci, quod impium est & extraneum Christianici Dogmatis; si enim insanus Nestorius licet diuidens diuinam D. N. humanitatem, & introducens filios duos, voluntates istorum dicere non ausus est, è contrariò autem voluntatem consonantem in eo formatis duabus personis confessus est; quomodo possibile est orthodoxam confitentes fidem & vnum Filium D. nostrum Iesum Christum verum Deum glorificantes, duas & has contrarias voluntates in ea suscipere.

Typus Pauli Constantinopolitani Antistitis.

Consuetudinem habentes de omnibus curam agere & intendere quæ respiciunt ad vtilitatem Christianissimæ nostræ Reip. & præcipuè quæ feruntur ad immaculatam nostram fidem, per quam nobis omnia nobis prospera fieri credimus, cognouimus in multa perturbatione esse nostrum orthodoxum populum, vtpotè dicentibus quibusdam vnam voluntatem in dispensatione magni Dei & Saluatori N.I.C. & eumdem ipsum operari diuina & humana, aliis autem dogmatizantibus duas voluntates & duas operationes in eadem dispensatione incarnati Verbi, & illis quidem in satisfactione propter vnam personam esse D. N. I. C. in duabus naturis inconfuse & indiuisè volentem & operantem diuina & humana, aliis autem propter conuenientes naturas indiuisè in ipsa vna persona, & vt saluetur & maneat earum differentia secundum naturas, eumdem ipsum vnum Christum naturaliter operari diuina & humana, & ex hoc in multam dissensionem & contentionem, nostram Christianissimam Rempub. produci, vt discordantes inuicem non conuenirent, & ex hoc secundum multos modos eam lædi oportere, igitur arbitrati sumus ab omnipotenti Deo inspirari, sicut talem accensam discordiæ flammam extinguere, & non concedere eam vlterius humanas animas depasci, quapropter sancimus nobis subiectos qui consistunt

in orthodoxa & immaculata nostra Christianorum fide, qui sunt Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ non habere licentiam inuicem à præsenti, de vna voluntate aut vna operatione, aut duarum voluntatum, aut duarum operationum qualemcumque proferre altercationem,aut contentionem,aut rixam. Hæc autem sancimus nihil aliquid interficientes penitus de piissimis dogmatibus quæ à Sanctis probabilibus Patribus de dispensatione incarnati Dei Verbi dogmatizati sunt, sed vlterius contentionem quæ gratia propositæ quæstionis orta est cessare præuidentes, & tantummodo de eis sequi, & sufficienter habere diuinas Scripturas & traditiones sanctorum quinque vniuersalium Conciliorum, & simplicibus sine quæstione sanctorum probabilium Patrum vsibus siue vocibus, quorum dogmata, regulæ & leges sanctæ Dei Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ consistunt, nihil eis addentes proprium, neque minuentes, aut per suam intentionem eas interpretantes, sed priùs habitum vbique custodiri, sicuti antequam procederet contentio prædictarum quæstionum, quasi nulla de eis exborta contentio, nulli de omnibus vsque ad præsens vnam voluntatem, aut vnam operationem, aut duas voluntates & duas operationes dogmatizauerunt sub qualemcumque querelam huius gratia, aut accusationem facto, nisi tantummodo qui ex sanctis vniuersalibus Conciliis & cæteris orthodoxis probabilibus Patribus eiecti sunt hæretici, cum impiis eorum dogmatibus, & conscriptis, & vt compendiosè dicamus quod sancta Catholica & Apostolica Ecclesia non accepit sed abiecit, ad perfectam autem vnitatem sanctarum Dei Ecclesiarum, & communionem conceptam, & vt nulla occasio relinquatur eis qui sine fine volunt contendere, & chartas quæ positæ fuerunt in Narthica SS. magnæ Ecclesiæ huius à Deo conseruandæ Regiæ nostræ Vrbis, quæ continent prædictas quæstiones iussimus leuari, qui autem ea præsumpserint præuaricari, primum quidem subiacent iudicio terribilis omnipotentis Dei, deinde autem & non qualemcumque Regalem indignationem verebuntur, per quam siquidem Episcopi aut Clerici sunt, sui Sacerdotij, siue sui Cleri modis omnibus excidant, sin autem Monachi segregentur, & alieni sint de suis locis, sin autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur de eis, &c.

Ex Concil. Moguntino 2. sub Leone IV. anno 848.

Errores Godescalci.

Dicit id quod antiqui Prædestinatiani dicebant, quòd sicuti Deus quosdam prædestinauit ad vitam, sic etiam alios ad mortem æternam prædestinauit, quod Deus non vult omnes homines saluos fieri, sed dumtaxat eos qui saluantur, nam si hi omnes non saluantur, quos Deus vult saluari, non omne fecit quod voluit; quod I. C. D. N. & Saluator non fuit crucifixus neque mortuus est pro redemptione totius mundi, id est pro redemptione & salute omnium hominum, sed tantum pro his qui saluantur. *Insuper affirmat*, absit velim, non solum dicam cogitare, verum etiam semel mussitare quod serpens antiquus ad se rapere possit vnum eorum, pro cuius redemptione Deo Patri suo, Dominus sanguinem suum pretiosum effudit, Amen. *& alloquens Deum dicit*, quare manifestum est nullum eorum perire, qui sanguine tuæ Crucis redemptus est; *non minus perniciose deffendit id quod antiqui Prædestinatiani non dixerunt*, quod Deitas sanctæ Trinitatis triplex sit.

Ex Concil. Aurelianensi sub Benedicto VIII. anno 1017.

Noui Manichæi in Gallia dicebant deliramenta esse quidquid in veteri ac nouo Canone certis signis ac prodigiis, veteribusque testatoribus de trina vnaque Deitate beata confirmat auctoritas, Cœlum pariter ac terram, vt conspiciuntur absque auctore initij semper extitisse asserebant; & cum vniuersarum hæresum, &c. In hoc tantùm Epicureis erant hæreticis similes; quoniam voluptatum flagitiis credebant non recompensari vltionis vindictam, omne Christianorum opus, pietatis dumtaxat & iustitiæ, quod æstimatur pretium remunerationis æternæ, laborem superfluum iudicabant esse.

Ex Concil. Quintilineburgensi sub Gregor. VII. anno 1085.

VVeciliana hæresis à VVecilone Moguntinæ Sedis inuasore, asserebat sæculares suis rebus expoliatos, Ecclesiast. non subiacere iudicio, nec excommunicari posse pro suis excessibus, ac excommunicatos absque reconciliatione recipi posse contendebat.

Ex Concil. Suessionensi sub Innocentio II. ann. 1135.

Petrus Abailardus de sancta Trinitate docens & scribens, tres personas quas sancta Ecclesia non vacua nomina tantum, sed res distinctas, suisque proprietatibus discretas, hactenus & piè credidit & fideliter docuit, nimis attenuans, non bonis vsus exemplis, inter cætera dixit, sicut ead. oratio est propositio, assumptio & conclusio, ita eadem essentia est Pater & Filius & Spiritus sanctus.

Ex Conc. Lateran. vniuersali 10. sub Innoc. II. anno 1139.

23. Eos qui Religiositatis speciem simulantes Dominici corporis & sanguinis Baptisma puerorum, Sacerdotium, & cæteros Ecclesiasticos Ordines, & legitimarum damnant fœdera nuptiarum, tanquam hæreticos ab Ecclesia Dei pellimus, & damnamus, & per potestates exteras coerceri præcipimus, defensores quoque ipsorum eiusdem damnationis vinculo innodamus.

Ex Concil. Senonensi sub Innocentio II. ann. 1140.

Petrus Abailardus docuit quod Pater sit plena potentia, Filius quædam potentia, Spiritus S. nulla potentia, quod Spiritus sanctus non sit de substantia Patris, quod Spiritus sanctus sit anima mundi; quod Christus non assumpsit carnem, vt nos à iugo Diaboli liberaret, quod non peccauerunt qui Christum ignoranter crucifixerunt.

Ex Concil. Parisiensi sub Eugenio III. anno 1147.

Gilbertus Porretanus Episcopus Pictauiens. asserebat diuinam essentiam non esse Deum quod proprietates personarum non essent ipsæ personæ, quod Theologicæ personæ in nulla prædicarentur propositione, quod diuina persona non esset incarnata, nullum mereri dicebat præter Christum, nullum baptizari nisi saluandum.

Ex

Ex Concil. Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

Gilbertus Porretanus asserebat quod diuina natura, quæ Diuinitas, dicitur Deus non sit, sed forma qua Deus est; quemadmodum humanitas homo non est, sed forma qua est homo.

Quod cùm Pater & Fil. & Spir. S. vnum esse dicuntur, nonnisi vna Diuinate esse intelligantur, nec conuerti possit, vt vnus Deus, vna substantia, vel vnum aliquid, Pater & Fil. & Spir. S. esse dicantur.

Quod tres personæ tribus vnitatibus sint tria; & distinctæ proprietatibus tribus quæ non sunt ipsæ personæ, sed sunt tres æternæ & ab inuicem à diuina substantia in numero differentes.

Ex Concil. Lateran. vniuers. 12. sub Innoc. III. anno 1215.

1. Amalricus dicebat corpus Christi non aliter esse pane Altaris, quàm in alio pane, & in qualibet alia re, Transsubstantiationem denegans.

2. Deum sic locutum fuisse in Ouidio sicut in Augustino.

3. Negabat resurrectionem corporum, Paradisum similiter & infernum, sed qui in se Dei cognitionem haberet, illum habere quoque in se Paradisum, qui contrà, peccatum mortale haberet, eumdem Infernum habere in se, non aliter quàm dentem putridum in ore.

4. Altaria Sanctis dicata, & imagines thurificare, Sanctorumque inuocationes idololatriam esse asserebat.

5. Non solum cum Armenis Adam & Euam nunquam carnali copula iungendos, si in statu illo in quo Deus illos condidit permansissent, verum etiam sexuum differentiam nullam, sed hominum multiplicationem æque atque Angelorum futuram affirmabat, &c.

6. Deum non videri in se, sed in creaturis, sicut lumen in aëre.

7. Quod aliàs est peccatum mortale, factum in charitate non esse peccatum, impunitatem peccatorum promittens.

8. Affirmabat Ideas quæ sunt in mente diuina & creare & creari posse.

9. Somniabat mentem contemplatiui vel Beati perdere suum esse in proprio genere, & redire in illud esse ideale quod habuit in mente diuina.

10. Docebat omnes creaturas in fine in Deum redire & in ipsum conuerti, vt sint vnum indiuiduum cum ipso, vnde per consequentiam in resurrectione duplicem fore sexum negabat.

Ex Concil. Viennensi Gener. 15. sub Clemente V. anno 1311.

1. Beguardi & Beguinæ dicebant quod homo in vita præsenti tantum & talem perfectionis gradum potest acquirere, quod reddetur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit, nam (vt dicebant) si quis semper posset proficere, posset aliquis Christo perfectior inueniri.

2. Non oportere hominem ieiunare vel orare, postquam gradum perfectionis huius fuerit assecutus, quia tunc sensualiter ita est perfectè spiritui & rationi subiecta, quod homo potest liberè concedere corpori quidquid placet.

3. Illi qui sunt in illo gradu perfectionis & spiritus libertatis, non sunt humanæ subiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta Ecclesiæ obligantur, quia vt asserebant, vbi spiritus Domini ibi libertas.

4. Homo ita potest finalem beatitudinem secundùm omnem gradum perfectionis in præsenti assequi, sicut eam in vita beata obtinebit.

5. Quælibet intellectualis natura, in seipsa naturaliter est beata, & anima non indiget lumine gloriæ ipsam eleuante ad Deum videndum, & eo beatè fruendum.

6. In virtutum actibus se exercere, esse hominis imperfecti, quia anima perfecti, licentiat à se virtutes.

7. Mulieris osculum (cùm ad hoc non inclinet natura) esse mortale peccatum, actum autem carnalem (cùm ad hoc inclinet natura) non esse peccatum, maximè cùm tentatur exercens.

8. In eleuatione corporis Iesu Christi non debere perfectum exurgere, aut ei reuerentiam exhibere, asserebant enim quod esset imperfectionis eisdem, si à puritate, & altitudine suæ contemplationis tantum descenderent, quod circa Sacramentum Eucharistiæ, aut circa passionem Humanitatis Christi aliqua cogitarent.

Ex Conc. Cõstantiensi. sub Martino V. an. 1414. Errores Ioannis VViclef.

1. Substantia panis materialis & substantia vini materialis remanent in Sacramento Altaris.

2. Accidentia panis non manent sine subiecto in eodem Sacramento.

3. Christus non est in eod. Sacramento identicè & realiter in propria præsentia corporali.

4. Si Episcopus vel Sacerdos existat in peccato mortali non ordinat, non consecrat, non conficit, non baptizat.

5. Non est fundatum in Euangelio quod Christus Missam ordinauerit.

6. Deus debet obedire Diabolo.

7. Si homo fuerit debitè contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua & inutilis.

8 Si Papa sit præscitus & malus, & per consequens membrum Diaboli, non habet potestatem super fideles sibi ab aliquo datam, nisi fortè à Cæsare.

9. Post Vrbanum VI. non est aliquis recipiendus in Papam, sed viuendum est more Græcorum sub legibus propriis.

10. Contra Scripturam sacram est quod viri Ecclesiastici habeant possessiones.

11. Nullus Prælatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum excommunicatum à Deo, & qui sic excommunicat fit ex hoc hæreticus vel excommunicatus.

12. Prælatus excommunicans Clericum qui appellauit ad Regem vel ad Conc. Regni, eo ipso traditor est Regis & Regni.

13. Illi qui dimittunt prædicare, siue audire Verbũ Dei propter excommunicationem hominum, sunt excõmunicati, & in Dei iudicio traditores Ch. habebũtur.

14. Licet alicui Diacono vel Presbytero prædicare Verbum Dei absque auctoritate Sedis Apostolicæ, siue Episcopi Catholici.

15. Nullus est Dominus ciuilis, nullus est Prælatus, nullus est Episcopus dùm est in peccato mortali.

16. Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab Ecclesiæ possessionatis habitualiter delinquentibus, id est, ex habitu, non solum actu delinquentibus.

17. Populares possunt ad suum arbitrium Dominos delinquentes corrigere.

18. Decimæ sunt puræ eleemosynæ, & possunt Parochiani propter peccata suorum Prælatorum ad libitum suum eas auferre.

19. Speciales orationes applicatæ vni personæ per Prælatos vel Religiosos non plus prosunt eidem, quàm generales cæteris paribus.

20. Conferens eleemosynas fratribus est excommunicatus eo facto.

21. Si aliquis ingreditur Religionem priuatam qualemcumque tàm possessionatorum quàm mendicantium redditur ineptior, & inhabilior ad obseruationem mandatoru n Dei.

22. Sancti instituentes Religiones priuatas sic instituendo peccauerunt.

23. Religiosi viuentes in Religionibus priuatis non sunt de Religione Christiana.

24. Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem.

25. Omnes sunt Simoniaci qui se obligant orare pro aliis,eis in temporabilis subuenientibus.

26. Oratio præsciti nulli valet.

27. Omnia de necessitate absoluta eueniunt.

28. Confirmatio iuuenom, Clericorum Ordinatio, locorum consecratio reseruantur Papæ & Episcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.

29. Vniuersitates, Studia, Collegia, Graduationes, & Magisteria in eisdem sunt vana gentilitate introducta,& tantum prosunt Ecclesiæ sicut Diabolus.

30. Excommunicatio Papæ,vel cuiuscumque Prælati non est timenda,quia est censura Antichristi.

31. Peccant fundantes claustra, & ingredientes sunt viri diabolici.

32. Ditare Clerum est contra regulam Christi.

33. Siluester Papa & Constantinus Imperator, errauerunt Ecclesiam dotando.

34. Omnes de ordine mendicantium sunt hæretici, & dantes eis eleemosynas sunt excommunicati.

35. Ingredientes Religionem aut aliquem ord. eo ipso inhabiles sunt ad obseruanda diuina præcepta & per consequens ad perueniendum ad Regnum Cælorum, nisi apostatauerit ab eisdem.

36. Papa cum omnibus Clericis suis possessionem habentibus sunt hæretici, eo quod possessiones habent, & consentientes eis omnes videlicet D mini seculares, & cæteri Laici.

37. Ecclesia Rom. est Synagoga Sathanæ, nec Papa est proximus & immediatus Vicarius Christi & Apostolorum.

38. Decretales Epistolæ sunt apocryphæ, & se ducunt à fide Christi,& Clerici sunt stulti qui studet eas.

39. Imperator & Domini sæculares sunt seducti à Diabolo, vt Ecclesiam dotarent bonis temporalibus.

40. Electio Papæ à Cardinalibus, à Diabolo est introducta.

41. Non esse de necessitate salutis credere Rom. Ecclesiam esse supremam inter alias Ecclesias.

42. Fatuum est credere Indulgentiis Papæ & Episcoporum.

43. Iuramenta illicita sunt quæ fiunt ad corroborandum humanos contractus & commercia ciuilia.

44. Augustin. Benedict. & Bernard. damnati sunt nisi pœnituerint de hoc quod habuerunt possessiones, & instituerunt & intrauerunt Religiones, & sic à Papa ad vltimum Religiosum omnes sunt hæretici.

45. Omnes Religiones indifferenter introductæ sunt à Diabolo.

Errores Ioannis Husz.

1. Vnica est S.Vniuersalis Ecclesia,quæ est prædestinatorum Vniuersitas.

2. Paulus nunquam fuit membrum Diaboli, licet fecit quosdam actus, actibus Ecclesiæ malignantium consimiles.

3. Præsciti non sunt partes Ecclesiæ,cùm nulla pars eius finaliter excidat ob ea, eo quod prædestinationis charitas, quæ ipsam ligat, non excidet.

4. Duæ naturæ diuinitas & humanitas sunt vnus Christus.

5. Præscitus etsi aliquando est in gratia secundum præsentem iustitiam, tamen nunquam est pars sanctæ Ecclesiæ, & prædestinatus semper manet membrum Ecclesiæ, licet aliquando excidat à gratia aduentitia, sed non à gratia prædestinationis.

6. Sumendo Ecclesiam pro conuocatione prædestinatorum, siue fuerint in gratia, siue non, secundum præsentem iustitiã,isto modo Eccl. est articulus fidei.

7. Petrus non est nec fuit caput Eccl. S.Catholicæ.

8. Sacerdotes quomodolibet criminosè viuentes, Sacerdotij polluunt potestatem, & sic vt filij infideles,sentiunt infideliter de septem Sacramentis Ecclesiæ, de clauibus, officiis, censuris, moribus, cæremoniis & sacris rebus Ecclesiæ,veneratione reliquiarum, Indulgentiis & Ordinibus,

9. Papalis dignitas à Cæsare inoleuit,& Papæ perfectio & institutio à Cæsaris potentia emanauit.

10. Nullus sine reuelatione assereret rationabiliter de se vel alio quod esset caput Ecclesiæ particularis nec Rom.Pontifex est caput Rom.Eccl.particularis.

11. Non oportet credere quod iste quicunque est Rom. Pontifex sit caput cuiuscumque particularis Ecclesiæ S. nisi Deus eum prædestinauerit.

12. Nemo gerit vicem Christi vel Petri, nisi sequatur eum in moribus, &c.

13. Papa non est verus & manifestus successor Petri, si viuit moribus contrariis Petro,& si quærit auaritiam, tunc est Vicarius Iudæ Scarioth, & pari euidentia Cardinales non sunt veri & manifesti Successores Collegij aliorum Apostolorum Christi, nisi vixerint more Apostolorum, &c.

14. Doctores ponentes quod aliquis per censuram Ecclesiast. emendandus, si corrigi noluerit, sæculari iudicio est tradendus, pro certo sequuntur in hoc Pontifices Scribas & Pharisæos, & tales sunt homicidæ grauiores quàm Pilatus.

15. Obedientia Ecclesiastica est obedientia secund. adinuentionem Sacerdotum Ecclesiæ, præter auctoritatem Scripturæ.

16. Diuisio immediata humanorum operum est, quòd sunt vel virtuosa vel vitiosa, quia si homo est virtuosus, & agit quicquam, tunc agit virtuosè, & si est vitiosus & agit quicquam, tunc agit vitiosè, quia sicut vitium quod crimen dicitur, seu mortale peccatum inficit vniuersaliter actus hominis vitiosi, sic virtus viuificat omnes actus hominis virtuosi.

17. Sacerdotes Christi viuentes secund. legem eius, & habentes Scripturæ notitiam, & effectum ad ædificandum populum debent prædicare nonobstante prætensa excommunicatione, &c. Quod si Papa vel aliquis Prælatus mandat Sacerdoti sic disposito non Prædicare, non debet subditus obedire.

18. Quilibet prædicantis officium de mandato accipit, qui ad Sacerdotium accedit, &c.

19. Per censuras Ecclesiast. excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ad sui exaltationem Clerus populum laicalem sibi suppeditat,auaritiam multiplicat,malitiã protegit,& viam præparat Antichristi.

20. Si Papa est malus, & præsertim si est præscitus, tunc vt Iudas est Diabolus, fur, & filios perditionis, & non est caput sanctæ Militantis Eccles. cùm nec sit membrum eius.

21. Gratia Prædestinationis est vinculum quo corpus Eccl.

Eccl. & quodlibet eius membrum iungitur Christo Capiti insolubiliter.

22. Papa vel Prælatus malus & præscitus est æquiuocè Pastor, & verè fur & latro.

23. Papa non debet dici sanctissimus etiam secund. officium, quia alias Rex deberet etiam dici sanctissimus secund. officium, & tortores & præcones dicerentur sancti, imo etiam Diabolus deberet dici sanctus, cùm sit Officiarius Dei.

24. Si Papa viuat Christo contrariè, etiamsi ascenderet per titam & legitimam electionem secund. constitutionem humanam vulgatam, tamen aliundè ascenderet quam per Christum, dato etiam quod intraret per electionem à Deo principaliter factam, nam Iudas Scarioth ritè & legitimè est electus à Deo Christo Iesu ad Episcopatum & tamen ascendit aliundè in ouile ouium.

25. Condemnatio 45. artic. Ioan. VViclef. per Doctores facta, est irrationabilis & iniqua, &c.

26. Non eo quod electores, vel maior pars eorum consenserit viua voce secund. ritus hominum in personam aliquam, ex ipso illa persona est legitimè electa vel eo ipso est verus & manifestus successor vel Vicarius Petri Apostol. vel alterius Apostoli in officio Ecclesiast. vnde siue Electores bene siue malè elegerint operibus Electi debemus credere, nam eo ipso quo quis copiosius operatur meritoriè ad profectum Ecclesiæ, habet à Deo ad hoc copiosius potestatem.

27. Non est scintilla apparentiæ quod oporteat esse vnum caput in spiritualibus regens Ecclesiam, quod semper cum ipsa Ecclesia militante conuersetur & conseruetur.

28. Christus sine talibus monstruosis capitibus per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum, melius suam Ecclesiam regularet.

29. Apostoli & fideles Sacerdotes Domini strenuè in necessariis ad salutem regularunt Ecclesiam, antequam Papæ officium foret introductum, sic facerent deficiente per summè possibile, Papa, vsque ad diem Iudicij.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Fide.

17. *Annotationes aliquot errorum iam olim damnatorum & nunc repullulantium.*

Error fauens Arrio.

Nusquam legitur Dei cognomen apertè tribui Christo in Apostolorum & Euangelistarum litteris, præterquam in duobus aut tribus locis.

Error fauens Macedonio.

Andemus Spiritum sanctum appellare Deum, quod veteres ausi non sunt.

Christus suam mortem deplorari non voluit sed adorari, vt quæ spontè pro salute totius mundi suscipiebatur, non enim deflenda est mors innocentis.

Errores Ioan. Husz.

A consortio Ecclesiæ resecatur, quisquis admittit crimen lethale.

Ecclesia non constat nisi ex bonis.

Primatus summi Pontificis non est à Christo, non rectè aut piè ab Eccles. eanuntur illæ orationes, *Salue Regina misericordia, Regina Cœli, Aue maris stella,* nouissima pars Capituli vltimi Euangelij B. Marci ex Apocrypho quopiam Euangelio ascripta apparet à lectore studioso

Errores Bohemorum.

Indecorum & ridiculum videtur quod idiotæ & mulierculæ, Psittaci exemplo, Psalmos suos & precationem Dominicam latinè murmurant, quùm ipsæ quod sonent non intelligant.

Baptizati infantes, cùm veniunt ad annos discretionis sunt rebaptizandi.

Infantes non sunt baptizandi.

Baptizati paruuli postquam ad pubertatis annos peruenerint, vt in communibus fidei articulis fuerint instructi, interrogentur, ratum ne habeant quod susceptores nomine illorum polliciti sunt in Baptismo. Id si non approbent fortassis expediet illos non cogi, sed suo relinqui animo, donec resipiscant, nec ad aliam vocari pœnam, nisi vt ab Euchar. sumenda, reliquisque Sacramentis arceantur. Cæterum nec à Sacris, nec à concionibus excludantur.

Fomes peccati etiamsi nullum adsit actuale peccatum moratur animam ab ingressu Cœli.

Iustus in omni bono opere peccat.

Omne opus bonum optime factum est veniale. Deus obligauit hominem ad impossibile in 9. & 10. præceptis, prohibens non concupiscere quod qui negat pessimè facit, & qui hoc falsum esse dixit plusquam pessimè facit.

Hoc est mortalium mortalissimum non credere sese damnabili & mortali peccato esse obnoxium coram Deo.

Errores Ioan. VViclef, Bohemorum, Arrianorum & Artheritarum, Donatistarum, Acitarum, Apostolicorum.

Modus celebrandi Missam quo vtitur Ecclesia Cathol. non est conueniens.

Missa debet dici lingua vulgari.

Manifestus est error Missam applicare seu offerre pro peccatis, pro satisfactionibus pro defunctis, aut quibuscumque necessitatibus suis aut aliorum.

Non est dubium vniuersos hodie Sacerdotes & Monachos cum Episcopis & omnibus suis maioribus esse idololatras, in statu periculosissimo agentes, ob Missæ seu Sacramenti ignorantiam, abusionem & irrisionem.

Magna est fides cognoscere Christum corporaliter esse, vbi sacramentaliter est, sed maior est cognoscere eum absolutè vbique corporaliter esse.

Nihil conducit ad susceptionem Eucharistiæ se preparare per contritionem, confessionem, satisfactionem & alia bona opera.

Non licet inducere homines ad pœnitentiam per timorem gehennæ, Episcopus non potest quod non possit simplex Sacerdos.

Ecclesia non potuit illegitimare aliquas personas, sic quod non possint contrahere matrimonium, humana instituta si obseruas, vt humana nihil te iuuant, sin vt diuina mendacium committis.

Errores Catharorum, Valdensium, Viclefi, Iouiniani.

Lex Euāgelica quo rutiores sint homines à periurio, damnat omne iusiurandum, vt iam fas non sit iurare neque per Deum, neque per Cœlum, neque per terrā.

Excommunicationes non sunt timendæ, sed optandæ.

Qui venialia peccata docent esse distincta à mortalibus ad insaniam perditissimè nituntur trahere hominum conscientias.

Opera nihil sunt coram Deo, aut omnia sunt æqualia, quantum ad meritum attinet.

Meritum tribuere operibus, propemodum cum eis est sentire qui credunt nos ex operibus iustificari posse, de quo errore damnantur Iudæi plurimùm.

Error Begardorum.

Illi qui habent charitatem nullis præceptis humanis sunt subiecti, habentes charitatem non tenentur ieiunare, orare, vigilare, aut alia consimilia bona opera efficere, sed liberum est illis facere aut omittere huiusmodi.

Errores VViclefi.

Indulgentiæ prorsus sunt abiiciendæ.

Fundationes obituum sunt inuentiones Diaboli. Ecclesiastici non debent gaudere priuilegiis & immunitatibus plusquam Laici.

Non licet Ecclesiasticis habere bona immobilia.

Deus non vult pseudo Apostolos & Hæresiarchas extingui, sed tolerari, si fortè resipiscant, & è zizaniis vertantur in triticum, quod si non resipiscant seruentur suo iudici, cui pœnas dabunt aliquando.

Decimæ sunt puræ eleemosynæ & possunt Parochiani propter peccata suorum Prælatorum, ad libitum suum eas auferre.

In Ecclesia non debent esse varia viuendi genera quæ Religiones appellantur, nulli licet, inuitis parentibus, intrare Religionem.

Si proximum voco in ius, si ei damna procuro; quæ necessariò vocationem illam prætorialem sequuntur, si etiam tanquam Ethnicum omni Sanctorum consortio & participatione totius Ecclesiæ, eum priuatum iri obtineo, quomodo non facio iniuriam qui iustitiam peto, quomodo mandatum Dei non soluo, qui sanctam inter me & fratrem dilectionis necessitudinem violo:

CONFESSOR.

Vide littera Ecclesiastica.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 105.

25. OMnis qui attulerit litteras confessorias, sublato nomine Confessoris (eo quod sub hac nominis gloria passim concutiant simplices) communicatoriæ ei dandæ sunt litteræ.

Ex Concilio Arelatensi 1. sub Siluestro I. anno 314.

9. De his qui Confessorum litteras offerunt, placuit, vt sublatis eis litteris, alias accipiant communicatorias.

CONFIRMATIO.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

38. BAptizatus in necessitate infirmitatis, si superuixerit, ad Episcopum perducatur, vt per manus impositionem perfici possit.

77. Si quis Diaconus regens plebem, sine Episcopo vel Presbytero aliquos baptizauerit, Episcopus eos per benedictionem perficere debebit.

Ex Concilio Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

17. Bonosiaci ex errore Photinianorum venientes (quos sicut Arrianos baptizari in Trinitate manifestum est) dum interrogati fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum Chrismate & manus impositione in Ecclesia recipi sufficit.

Ex Concil. Arausicano 1. sub Leone I. anno 441.

1. De eo qui in Baptismate quacunque necessitate faciente non chrismatus fuerit in confirmatione Sacerdos commonebitur, nam inter nos Chrismatis ipsius, nonnisi vna benedictio est, non vt præiudicans quidquam dico, sed vt necessaria habeatur Chrismatio repetita.

Ex Concil. Tarraconensi sub Hormisda, anno 517. secund. Gratianum.

Dictum est nobis quod quidam de plebe bis vel ter, vel eo ampliùs, Episcopis ignorantibus, tamen ab eisdem Episcopis confirmentur, vnde visum est nobis eamdem confirmationem, sicut nec Baptismum, iterari minimè debere, quia bis vel ter, vel ampliùs baptizatos, aut confirmatos, non sæculo sed soli Deo sub habitu regulari vel Clericali religiosissimè famulari decretum est.

Ex Conc. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

27. Quidam de plebe, &c. Vide Conc. Tarrac. 517.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

33. Sicut Baptismus, excepta infirmorum causa, nonnisi à ieiunis celebratur Sacerdotibus, ita etiam traditio Spiritus S. excepta præmissa causa infirmorum nonnisi à ieiunis celebranda est Pontificibus, &c. Et sicut duobus temporibus Pascha videlicet & Pentecoste Baptismus, ita etiam traditio Spir. S. per impositionem manuum fidelibus tradatur, exceptis infirmis & morte periclitantibus.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

3. Nullus teneatur ad confirmationem à Patre vel Matre, vel vitrico, vel Nouerca.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

27. Vide Episcoporum Officium.

Ex Conc. Florentino Gener. 16. sub Eugenio IV. ann. 1438.

Vide Confess. fidei Catholicæ.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

38. Vide Abbas.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 7.

9. Ieiuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, & moneantur confessionem sacramentalem facere priusquam accesserint.

10. Quemadmodum in Baptismo susceptores sunt, ita qui confirmandum præsentant, ac coram Episcopo sistunt.

Ex

Ex Concilio Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

19. Vide Baptismus.

Ex Concil. Trid. Gener. 18. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 24.

2. Vide Baptismus.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 1.

3. Minori septennio confirmationis sacram. nemini præbeant,&c.Susceptores in sacramento Confirmationis, neque iis quos susceperint, neque eorum parentibus quidquam largiantur,ne cuiquam (quod aliquando commissum est) iterandi hoc sacramentum,quod nefas est, occasionem præbeant. &c. Parochi qua ratione commodius fieri poterit, describant Confirmatos & Compatres.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 2.

2. Qui adulta ætate confirmandi sunt, primò de peccatis confiteantur,& ieiuni illud suscipiant, cum manè ministratur.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

7. Vide Conc. Mediolan.4. ann. 1576. c. 3. Ne Episcopi hoc sacramentum in oribus natu annis 7. ministrent, nisi illis iusta causa aliter videatur, &c. Qui confirmandi sunt & qui Patrini adhibētur,Parochus ante videat, præsertim quos rudiores esse suspicabitur,an orationem Dominicā,salutationē, Angel. Symbol. Apost 10. præcepta norint, &c. Eam rationem adhibeat Episcopus in ministrando hoc sacram. vt prius maribus postea feminis administrent separatim & distinctè: Studebit Episcopus hoc sacram.hora tertia ministrare,quæ hora ex antiquo vsu stata est huius sacramenti, nisi necessitas aliud suadeat;ne sint mares feminis Compatres, nec feminæ viris,nec Iuniores senioribus cum hoc minimè conueniat,à susceptoribus in sacram. Confirmationis neque iis quos,&c.Vide Conc.Mediol.1565.c.3.

Ex Concil. Aueniouensi sub Clemente VIII. anno 1594.

15. Confirmandi ad confessionis & Eucharist. (si tamen id ætas permiserit) sacramenta suscipienda,cohortationibus inducantur, Patrini & Matrinæ nihil,&c. Vide Conc. Mediol ann. 1565.c. 3.tempus autem proprium huius sacramenti administrandi, in Ciuitate quidem est Octaua Pentecost. in Diœcesi vero cum visitatur.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

15. Non admittantur pueri, Vide Conc. Mediol. anno 1565.c.3.& Aquense 1585.c. 7.Caueant Episcopi in huius sacramenti administratione ab omni strepitu, vociferatione & confabulatione, sint quoque compositi qui huiusm.sacram.recipiunt manibus ante pectus iunctis, suo omnes ordine religiosè ac deuotè cum sancto silentio orent, chirographum præ manibus gestantes in quo descriptum sit nomen illius qui confirmandus est & præterea Patrini, &c. Non sit Patrinus aut Matrina in confirmatione qui infantem leuarit,nec Pater aut Mater, vt in rebus fidei confirmati nouum recipiant tutorem. Inhibemus Patrinis & Matrinis sub excommunicatione aliquam pecuniam aut aliud quid Confirmatis dare sed tantum curent eos docere quæ deceat t Christianum.

CONSERVATORES RELIGIOSOR.

VErbo Monachi, Conc. Lateran. vniu. 17. ann. 1517. de Relig. c.5.Mediol, 1579. c. 11. Vide Monasterium Conc.Herbipol 1287.c 39.

CRVCIATA.

Ex Concil. Lateran. 2. Vniuersali 9. sub Calixto II. anno 1122.

11. Vide Peregrinatio.

Ex Concil. Lugdunensi Generali 13. sub Innocent. IV. anno 1245.

14. Medietas omnium prouentuum tàm dignitatum & personatum quàm præbendarum Ecclesiast.aliorumque beneficiorum Ecclesiast. personarum illarum quæ in ipsis residentiam non faciant personalem,per 6. menses ad minus siue vnum habeant siue plura; eis qui nostris & fratrum nostrorum ac suorum Prælatorum immorantur obsequiis,aut sunt in peregrinatione vel scholis, seu Ecclesiarum suarum negotia de ipsorum mandato procurant,aut assumpserunt vel assument Crucis signaculum prædictæ terræ, vel personaliter in eiusdem imperij proficiscentur succursum exceptis,& si aliqui eorumdem exceptorum, præter huiusm,cruce signatos & proficiscētes, de redditibus Ecclesiast.vltra valentiam 100.marcarum argenti percipiunt, annuatim tertia pars residui, ipsius imperij subsidio colligenda,per eos qui ad hoc Apostolica fuerint ordinati prouidentia vsque ad triennium integrè deputentur, & qui super hoc scienter, fraudem commiserint excommunicationem incurrant, omnibus autem eidem imperio succurrentibus suorum peccatorum veniam indulgemus.

15. Rogamus vniuersit.vestram quatenus singuli vestrum fideles populos vestræ curæ commissos in vestris prædicationibus vel quando Pœnitentiam ipsis iniungitis piis monitis inducatis, concessa super hoc prout expedire videritis indulgentia speciali, vt in testamentis quæ pro tempore fecerint, aliquid in terræ sanctæ vel imperij Romaniæ subsidium pro suorum peccaminum remissione relinquant.

16. Suadet etiam munimenta contra Tartaros, Poloniam Russiam & Hungariam iam ingressos.

17. Cruce signati ita se præparent quod opportuno tempore omnes qui disposuerint transfretare, in locis idoneis ad hoc conueniant, de quibus in eiusdem terræ sanctæ subsidium cum diuina & Apostol. benedictione procedant. Sacerdotes autem & alij Clerici qui fuerint in exercitu Christiano tàm subditi quàm Prælati orationi & exhortationi diligenter insistant,docentes eos verbo pariter & exemplo, &c. Prædictis Clericis indulgemus vt beneficia sua integrè percipiant per triennium,ac si essent in Ecclesiis residentes, & si necesse fuerit ea per idem tempus pignori

pignori valeant obligare, &c. Omnes omnino Clerici tàm subditi quàm Prælati vigesimam Ecclesiarum prouentuum vsque ad triennium conferant in subsidium terræ sanctæ per manus eorum qui ad hoc Apostolica fuerint prouidentia ordinati, quibusdam dumtaxat Religiosis exceptis,&c. Nos & fratres nostri S.R.E. Cardinales plenariè decimam persoluemus Cruce signati à collectis vel talliis aliisque grauaminibus sint immune, &c.

Ex Concil. Saltzburgensi sub Gregorio X. anno 1274.

17. Vide Peregrinatio.

CRVX ASYLVM.

VErbo Ecclesia Asylum, Conc. Claramont. 1095.c.29.30.

DECANI.

V Verbo Archidiaconus Conc. Londin. 1237. c. 19.Turon. 1448.c.9. Augusteusi.1548.c.7.

V. Clerus,Conc.August.1548.c.9.

V. Concilia Conc.Frisingen.1440. c. 31. August. 1548.c.2.Treuir.1549. c.20.

V. Matrimonium, Conc.Oxonien. 1222.cap. 30. Trid. Gener. 18. ann. 1562. Sess. 24. De Reform. cap. 20.

V. Ritus Ecclesiæ. Conc.Colon. 1549.c.25.

V. Simoniaci, Conc. Turon. 1163. c. 7. Lateran. vniu. 11. ann.1179.c.15. Oxonien.1222.c.8.

DECIMÆ.

Ex Concilio Romano 4. sub Damaso I. anno 382.

1. VT decimæ atque primitiæ à fidelibus dentur, qui detrectant anathemate feriantur.

Ex Concil. Matisconensi 2. sub Pelagio II. anno 588.

5. Statuimus ac decernimus vt mos antiquus à fidelibus reparetur, & decimas Ecclesiasticis famulantibus cæremoniis populus omnis inferat, quas Sacerdotes aut in pauperum vsum, aut captiuorum redemptionem prærogantes suis orationibus pacem populo, ac salutem impetrent.

Ex Concilio Toletano 16. sub Sergio, anno 693.

5. Decernimus vt tertias quas antiqui Canones de Parochiis habendas Episcopis censuerunt, si eas exigendas crediderint,ab ipsis Episcopis diruptæ Ecclesiæ reparentur,si vero eas maluerint reddere ab earumdem Ecclesiarum cultoribus sub cura & sollicitudine sui Pontificis reparatio eisdem adhibenda est basilicis, quod si omnes Ecclesiæ incolumes aut reparatæ fuerint,tertias sibi debitas vnusquisque Episcopus si voluerit facultas illi omnimoda erit, ita videl. vt citra ipsas tertias, nullus Episcoporum quidpiam pro Regis inquisitionibus à Parochitanis Ecclesiis exigat nihil quæ de prædiis ipsarum cuiquam aliquid causa stipendij dare præsumat.

Ex Concil. Foroiuliensi sub Adriano I. anno 791.

14. De decimis vel primitiis, saluis scil. allegoricarum rerum mysticis sacramentis, dicit. Dom. per Malach. Inferte omnem decimam in horreum meum & sit cibus in domo mea & probate me, &c.

Ex Concil. Arelatensi sub Leone III. anno 813.

9. Vnusquisque de propriis laboribus decimas & primitias offerat.

Ex Concil. Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

16. Decimæ quæ singulis dabuntur Ecclesiis,per consulta Episcoporum à Presbyteris ad vsum Ecclesiæ & pauperum summa diligentia dispensentur.

Ex Concil. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

18. Qui decimas post crebras admonitiones & prædicationes Sacerdotum dare neglexerit excommunicetur,iuramento vero eos constringi nolumus propter periculum periurij.

19. Episcopi & Abbates de agris & vineis quæ ad suum vel fratrum stipendium habent decimas ad Ecclesias deferri faciant,familiæ vero ibi dent decimas suas vbi infantes earum Baptizantur, & vbi per totum anni circulum Missas audiunt.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

38. Decimas Deo omnino dari non negligatis quas Deus ipse dari constituit.

Ex Concil. Rhemensi 1. sub Leone III. anno 813.

38. Vt Decimæ pleniter dentur.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 846.

62. Qui ex rebus Ecclesiast. nonas & decimas persoluere, & sartatecta Ecclesiæ secundum antiquam authoritatem & consuetudinem restaurare debent,& hoc non solum negligunt verum & per contemptum dimittunt,atque Clericos fame & penuria, Ecclesiast. quoque ædificia dissolutione adnullari permittunt,tamdiu ab Ecclesiast. communione separentur vsque dùm diligentia emendare studeant,quod socordia neglexerunt.Quod si iterum iterauerint,post excommunicationis satisfactionem, Regia potestate compulsi,iuxta legale edictum, qui negligit censum perdat agrum.

75. Vide Principes.

Ex Concilio Moguntino sub Leone IV. anno 847.

10. Vide Ecclesiastica bona, & supra Conc. Turon.813. c. 16.

Ex

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

7. Quisquis per ammonitionem Episcopi & Sacerdotum decimas dare contempserit, pro suo arbitrio quibus dandæ non sunt dare præsumpserit tanquam diuinarum sanctionum contemptor & temerator, Sacerdotali est vigore plectendus & sacræ Communionis participatione remouendus.

Ex Concil. Valentino in Gallia Sub Leone IV. anno 855.

10. Decimas suas omnes fideles promptissimè Deo offerant, de omnibus quæ possident, nec vllis oppositionibus quod statutum est permutare audeant.

Ex Concil. Ticinensi 2. sub Leone IV. anno 855.

11. Quidam laici qui vel in propriis, vel in beneficiis suas habent Basilicas contempta Episcopi dispositione, non ad Ecclesias vbi Baptismum & prædicationem & manus impositionem, & alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant, sed vel propriis Basilicis, vel suis Clericis pro suo libitu tribuunt, quod omnimodis diuinis legibus & sacris Canonibus constat esse contrarium.

Ex Concil. Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

13. Ecclesiæ antiquitus constitutæ, nec decimis nec aliis possessionibus priuentur ita vt nouis oratoriis tribuantur.

17. Qui decimas post crebras admonitiones, & prædicationes Sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur.

Ex Concilio Metensi sub Stephano VI. anno 888.

2. Nemo deinceps Seniorum de Ecclesia sua accipiat decimis aliquam portionem sed solummodo Sacerdos, qui in eo loco seruit vbi antiquitus fuerant consecratæ, ipse eas cum integritate accipiat in sui sustentationem, & ad luminaria concinnanda & Basilicæ ædificia, vestimenta quoque Sacerdotalia & cætera vtensilia suo ministerio congrua obtinenda.

Ex Concil. Triburiensi sub Formoso, anno 895.

1. Quatuor fieri partes iuxta Canones Indicamus de decimis & oblationibus fidelium vt vna sit Episcopi, altera Clericorum, tertia pauperum, 4. restaurationi Ecclesiarum seruetur.

14. Placuit vt decimæ sicut & aliæ possessiones, antiquis conseruentur Ecclesiis, &c. Si quis autem in affinitate antiquæ Eccl. noualia rura excolu erit, decima exinde debita antiquæ reddatur Eccl. si vero in qualibet Sylua vel deserto loco vltra milliaria 4. aut 5. vel eo amplius aliquod dirutum conlaborauerit, & illic, consentiente Episcopo, Ecclesiam construxerit & consecratam perpetrauerit, prospiciat Presbyterum ad seruitium Dei idoneum & studiosum, & tunc demum nouam decimam, nouæ reddat Ecclesiæ, salua tamen potestate Episcopi.

Ex Concil. Nannetensi sub Formoso, anno 895.

10. Ex decimis & oblationibus 4. partes fiant, vna ad fabricam Ecclesiæ, altera pauperibus distribuenda, tertia Presbytero cum suis Clericis habenda, quarta, Episcopo reseruanda vt quidquid exinde iusserit, prudenti consilio fiat.

Ex Concil. Romano sub Ioanne IX. ann. 904.

9. Vt omnis decimatio ab Episcopis, vel his qui ab eo substituti sunt præbeatur, nullusque eam ad suam capellam, nisi forte concessione Episcopi conferat; quod si fecisse contigerit, primum legibus subiaceat humanis, postea excommunicatione constrictus, ad vltimum ipsa Capella, quæ magis contentionem quàm vtilitatem aliquam præstat, destruatur.

Ex Concil. Rauennatensi sub Ioanne IX. anno 904.

1. Si quis SS. Patrum regulas contempserit, & quæ de Ecclesiast. decimis in Capitularibus Caroli magni statuta atque sancita sunt non obseruauerit, & qui dat; & qui recipit, excommunicationi subiaceat.

Ex Concilio Engilenheimensi sub Agapito II. anno 948.

9. Vide Concilia.

Ex Concil. Augustano sub Ioanne XII. annò 952.

10. Vt omnis decimatio in potestate Episcopi & si neglecta fuerit, quidquid inde emendandum sit coram Episcopo eiusvè misso corrigatur.

Ex Concil. Tolosano sub Victore II. anno 1056.

10. Ecclesiæ ad Sedem pertinentes quæ soluunt tertium, aut paratam, vel Synodum, solito more persoluant Episcopis vel Clericis, de iis verò Ecclesiis quæ non dant tertium vel paratam, tertia pars decimarum cum primitiis & oblationibus quæ de cœmeteriis & defunctis consequantur, Episcopo & Clericis assignetur, simili modo statuimus de Ecclesiis ad monasteria pertinentibus.

11. De Ecclesiis in alodiis laicorum constitutis, vt tertia pars decimarum cum primitiis, & Presbyterio & cæteris in potestate Presbyteri, ad seruitium ipsius Eccl. sub Episcopi vel Clericorum ditione permaneant, qui autem contrarij S. Matri Ecclesiæ & auferunt & retinent ad suum opus alodia, quæ pertinent ad communitates Canonicorum vel monachorum, anathemati subdantur.

Ex Concil. Romanò sub Nicolao II. anno 1059.

5. Decimæ & primitiæ, seu oblationes viuorum & mortuorum, Ecclesiis Dei fideliter reddantur è laicis & in dispositione Episcoporum sint.

Ex Concil. Romano sub Alexandro II. anno 1063.

5. Vide Conc. Roman. 1059. c. 5.

Ex Concil. Romano 5. sub Gregorio VII. anno 1078.

7. Decimas quas in vsum pietatis concessas esse Canonica auctoritas demonstrat, à laicis possideri Apost. auctoritate prohibemus, siue ab Episcopis vel Regibus, vel quibuslibet personis acceeperit.

9. Nullus Abbas decimas & primitias & reliqua quæ secundum statuta Canonum ad Episcopos pertinent, sine authoritate Rom. Pont. seu Episcopi consensu in cuius Diœcesi habitat, detineat.

Ex Concil. Quintilineburgensi sub Gregor. VII. anno 1085.

6. Ne laici decimas sibi vendicent in proprietatem, nec etiam in beneficium nisi concessione legitimorum possessorum.

Ex Concil. Melfitano sub Vrbano II. anno 1090.

5. Nullus laicus decimas suas, aut Ecclesiã, aut quidquid Ecclesiast. Iuris est, sine consensu Episcopi vel Rom. concessione Pontificis, Monasteriis aut Canonicis offerre præsumat, quod si quis Episcopus improbitatis, aut auaritiæ causa consentire noluerit, Rom. Pontifici nuncietur, & cum eius licentia, quod offerendum est offerat.

Ex Concil. Ramnno 3. sub Vrbano II. anno 1099.

14. Vide Conc. Melfitan. 1090. c. 5.

Ex Concil. Londinensi 2. sub Paschali II. anno 1102.

13. Decimæ nonnisi Ecclesiis dentur.

Ex Concil. Londinensi sub Honorio II. anno 1127.

8. Decimas sicut Dei summi dominicas ex integro reddi præcipimus.

9. Vide Beneficium Ecclesiasticum.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 10. sub Innocent. II. anno 1139.

10. Decimas Ecclesiarum à laicis possideri prohibemus siue enim ab Episcopis vel Regibus vel quibuslibet & personis eas acceperint, nisi Ecclesiæ reddiderint sciant se sacrilegij crimen committere.

Ex Concilio Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

8. Vide Conc. Lateran. 1139. c. 10.

Ex Concil. Turonensi sub Alexnndro III. anno 1163.

3. Si quis alicui laico in sæculo remanenti Ecclesiam decimamque concesserit, à suo statu decidat.

Ex Concil. Casselano in hybernia sub Alexnnd. III. anno 1171.

2. Decimæ dentur Ecclesiis de omnibusque possidedentur.

Ex Concil. Abrincensi in Normannia, sub Alexnndro III. anno 1172.

8. De tertia parte decimarum, nihil Præsbytero qui seruit Ecclesiæ auferatur.

9. His qui decimas hæreditario iure tenent, licentia sit, cui voluerint idoneo Clerico dare, eo quidem tenore, vt posteà ad Ecclesiam, cui de iure competunt, reuertantur.

Ex Concil. Londinensi sub Alexandro III. anno 1175.

11. Decimas dare nolentes admoneantur semel, secundo & tertio vt de grano, de vino, de fructibus arborum, de fœtibus animalium, de lana, de agnis, de butyro & caseo, de lino & cannabe, & de reliquis quę annuatim renouantur, decimas integrè persoluant, quod si commoniti non emendauerint, anathemati se nouerint subiacere.

Ex Concil. Laternn. Vniuers. 11. sub Alexandro III. anno 1179.

14. Nè laici dicimas detinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre, si quis receperit, & Ecclesiæ non reddiderit, Christiana sepultura priuetur.

Ex Concil. Eboracensi sub Celestino III. ann. 1194.

13. De his quæ re nouantur per annum cum omni integritate decimæ debitæ, & consuetæ conferantur, ita vt imprimis decimæ absque vlla diminutione Ecclesiæ dentur, postmodum de 9. partibus mercedes messorum, & aliorum seruientium pro arbitrio soluendis tribuantur.

16. Vide Laici.

Ex Concil. in Dalmatiæ & Diocliæ Regnis, sub Innocentio III. anno 1199.

5. Decimæ seu oblationes fidelium tàm pro viuis quàm pro defunctis in quatuor partes diuidantur quarum vna sit Episcopi, alia Ecclesiarum, tertia pauperum, quarta Clericorum, portionem quidem pauperum Episcopus administret, portionem vero Ecclesiarum Archipresbyter conseruet, & ex mandato Episcopi inusibus Ecclesiæ fideliter expendat.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

9. Decimæ de omnibus quæ per annum renouantur præstandæ sunt, ita quod occasione mercedis seruientium vel messorum decima pars non minuatur, sed potius integrum persoluatur, habeant Presbyteri potestatem antè autumnum excommunicandi omnes fraudatores decimarum suarum, & eosdem secund. formam Ecclesiast. absoluendi, &c. de terris nouiter excultis non aliàs dentur decimæ, quàm Ecclesiis Parochialibus infra quarum limites terræ illæ, de quibus decimæ proueniunt, excoluntur.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 12. sub Innocent. III. ann. 1215.

53. In aliquibus Regionibus quædam permixtæ sunt gentes quæ secundum suos ritus decimas de more

more non ſoluunt, qoamvis cenſeantur nomine Chriſtiano, his nonnulli Domini prædiorum, ea tribuunt excolenda, vt decimis defraudent Eccleſias, &c. Statuimus vt ipſi Domini talibus perſonis, & taliter ſua prædia excolenda committant, quod abſque contradictione decimas Eccleſiis perſoluant.

54. In prærogatiua Dominij generalis, exactionem tributorum & cenſuum, præcedat ſolutio decimarum, vel ſaltem hi ad quos cenſus & tributa indecimata peruenerint, quoniam res cum onere ſuo tranſit, ea per cenſuram Eccleſiaſt. decimare cogantur Eccleſiis, quibus iure debentur.

55. Regulares de alienis terris & amodò acquirendis, etiamſi eas propriis manibus aut ſumptibus deinceps excoluerint, decimas perſoluant Eccleſiis quibus ratione prædiorum antea ſoluebantur, niſi, cùm ipſis Eccleſiis aliter duxerint componendum.

56. Plerique Regulares & Clerici ſæculares interdum cum vel domos locant; vel feuda concedunt, in præiudicium Parochialium Eccl. pactum adiiciunt, vt Conductores & feudatarij decimas eis ſoluant, & apud eoſdem eligant ſepulturam, cùm autem id de auaritiæ radice procèdat, pactum huiuſmodi pènitus reprobamus, ſtatuentes vt quidquid fuerit occaſione huiuſmodi pacti perceptum, Eccleſiæ Parochiali reddatur.

Ex Concil. Viennenſi ſub Clemente IV. anno 1267.

7. Iuxta laudabilem conſuetudinem patriæ, decimæ tàm antiquæ quàm etiam de noualibus maiores & minutæ plenariè perſoluantur, nec liceat alicui laico nobili, vel igoobili, cuiuſcunque dignitatis vel Principatus exiſtat, ſibi decimas maximè de minutis & noualibus vſurpare, alioquin ab ingreſſu, Eccleſiæ vſque ad ſatisfactionem condignam, ſint ſuſpenſi.

Ex Concil. Rauennatenſi 1. ſub Honorio IV. anno 1286.

7. Eccleſiarum Prælati & Clerici vniuerſi noſtræ Prouinciæ, quibus debentur decimæ de conſuetudine vel de Iure, ſint ſolliciti exigere decimas ab iis qui eis tenentur, ac Diœceſani ipſorum ſe pronos exhibeant; &c. Monitione autem præmiſſa Canonica, excommunicent decimas non ſoluentes, quod ſi aliqois contemnens ſoluere decimas, excommunicatione fuerit ligatus, & eam per menſem ſuſtiouerit animo indurato, contra ipſum contumacem, quoties Diœceſanns fuerit requiſitus, teneatur inuocare ſollicitè auxilium brachij ſæcularis.

Ex Concil. Sabinenſi in Hiſpan. ſub Ioan. XXII. anno 1322.

10. In pleriſque locis talis vt accepimus inoleuit abuſus, quod ſi Parochianus vnius Eccleſiæ die Reſurrectionis, ſeu alio ſolemni in alia Parochia ſacram communionem accipiat, vel quia alterius Eccleſiæ Parochianum velle ſe eſſe afferat, extunc quoad decimas reales & perſonales, & alia Iura Parochialia, Parochianus illius cenſeatur. Statuimus vt Ciuitatibus, Caſtris, municipiis in quibus Parochiæ limitatæ non ſunt, per Epiſcopos vel alios prudentes viros quibus hoc Epiſcopi commiſerint, infra annum à die publicationis conſtitutionis huioſmodi per certos terminos limitentur, poſtquam verò ſic Parochiæ, fuerint limitatæ, oc Parochianis de vna Parochia modis præmiſſis ad aliam ſe mutare, oec alteri Parochiali Rectori ipſos ſio recipere liceat; alioquin & ſic ſe transferens, & recipiens, in excommunicationem incurrant, & nihilominus prima Eccleſia decimis & aliis obuentionibus ſibi debitis non priuetur.

11. Poſtquam Religioſi per Diœceſanos requiſiti fuerint ſuper fraudibus in dandis decimis nullatenus adhibendis, Religioſi ipſi qui huiuſmodi fraudes commiſerint in Synodis Epiſcopalibus & in maioribus locis ipſarum Diœceſum, excommunicati publicè denuncientur.

Ex Concil. Friſingenſi ſub Eugenio IV. anno 1440.

14. Cunctis Prædicatoribus & Confeſſoribus Religioſis & ſæcularibus præcipimus quatenus in Prædicationibus, & Confeſſionibus ſubditos ſuos ſtudioſius moneant quod decimas ipſas omnium terræ naſcentium ſine diminutione integrè, perſonales verò ſecund. laudabilem conſuetudinem perſoluant.

Ex Concil. Toletano ſub Sixto IV. anno 1473.

22. De cætero magiſtri ordinum, Duces, Marchiones, Comites, Magnates, Potentes, Communitates, Vniuerſitates, Iuſtitiarij, Caſtellani, Officiales, Rectores, laici vtriuſque ſexos, cuiuſcunque ſtatus vel conditionis exiſtant, tractus, ductus, exitus, redditus, ingreſſus & regreſſus fructuum quorumcunque ad decimas & primitias ſpectantium, de iure ſeu conſuetudine per ſe vel per alios, publicè, vel occultè, directè vel indirectè aut quovis quæſito colore non impediant ſeu impediri faciant, quominus Prælati, Eccleſiæ Decani, Capitula & aliæ Eccleſiaſt. perſonæ, & fructuum prædictorum arrendatores poſſint & valeant de ipſis liberè vti & gaudere, contra facientes excommunicationem ipſo facto incurrant, & loca magnatum, Eccleſiaſt. ſubiaceant ioterdicto.

Ex Concilio Lateran. Vniuerſ. 17. ſub Leone X. anno 1513. Seſſ. 11. de Religioſis.

14. Vide Monachi.

Seſſ. 12. De Decimis.

1. Ad triennium proximè futurum decimas fructuum ex Eccleſiis & Monaſteriis ac aliis beneficiis in vniuerſo orbe conſiſtentibus, imponendi & exigendi ac omnia & ſingula alia quæ ad expeditionem contra Turcas neceſſaria ſunt, & quæ io ſimilibus expeditionibus fieri conſueuerunt faciendi, Sacro approbante Conc. ſumendam faciendam & proſequendam decernimus, dictam ſcil. expeditionem.

Ex Concil. Ratiſponenſi ſub Clemente VII. anno 1524.

24. Quod iam Epiſcoporum quidam de beneficiorum penſionibus, atque abſentiis decimas exigant, eiuſmodi decimas vlterius exigi ſoluique interdicimus, &c.

25. Improbamus ab Epiſcopis medios exigi fructus de beneficiis quæ vnius ſuſtentationi vix ſufficiunt.

Ex Concil. Colonienſi 1. ſub Paulo III. anno 1536. Parte 8.

6. Singuli Parochiani denarium illum conſuetum

ſed

sed duplicatum saltem in anno quater, videl. in natali dominico, Paschate, Pentecoste, Assumptioneq; Virg. gloriosæ, id est singulis festis duos denarios pendant, &c. Qui se vnica solutione (quæ vno albo rotato fiet) liberare volet, id sibi liberum esto, ne vero Parochus aut in contentionem aut suspicionem trahatur, potius hæc pecunia per Ecclesiæ œconomos, aut talios probatæ fidei viros colligetur, ac ipsi Parocho numerabitur.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

75. Decimæ quæ Iur Diuino debentur, tàm maiores quàm minores, sine fraude aut diuiminutione solluantur, etiam personales, in quibus eas soluendi consuetudo est, simili modo debent etiam 4. offertoria & cætera iura Parochialia integrè solui.

Ex Concil. Tridentino Gener. 18. sub Pio IV. anno 1562. Seß. 25.

12. Omnes cuiuscunque gradus & conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, eas ad quos de iure tenentur impostērum Cathedrali, aut quibuscunque aliis Ecclesiis vel personis, quibus legitimè debentur, integrè persoluant, qui verò eas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta absoluantur.

13. Decernit S. Synodus quibuscunque in locis iam antè annos 40. quarta quæ funeralium dicitur, Cathedrali aut Parochiali Ecclesiæ solita esset persolui, ac postea fuerit ex quocunque priuilegio aliis Monasteriis, hospitalibus aut quibuscunque locis piis concessa, eadem post hac integro iure & eadem portione quæ anteà solebat, Cathedrali seu Parochiali Ecclesiæ persoluatur, non obstantibus concessionibus gratiis, priuilegiis etiam in mari magno, &c.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

41. Quicunque variis artibus decimas Eccl. obuenientes subtrahunt. Vide Conc. Trid. 1562. c. 12.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

47. Detentores & fraudatores Iurium decimalium ipso facto excommunicatos declaramus, à solo Episcopo, integra satisfactione facta absoluendos, quod si Episcopo inferior, tales ab huiusmodi excommunicatione absoluere præsumpserit, arbitrio Ordinarij puniatur, &c. Moneant sæpius populum Confessarij & Concionatores, decimas omnium imo & hortalitiorū deberi Iure diuino, &c. Talis vero excōmunicatio & hoc nostrum decretum quater in anno per Parochos publicetur & explicetur, &c. Quidā Iura decimalia sibi arrentari per beneficiatos procurāt, & renuentes compellunt, dùm beneficiatis aut eorum Rentoriis domos, areas aut cellaria locare, vbi teponantur fructus decimales, prohibent, aut aliis modis à perceptione fructuum perturbant, cum itaque Episcopi vi, aut dolo actum similem nouerint, super hæc ordinantes semel & iterum iubeant, tertio renuentes excommunicatione feriant, & si contumaces fuerint locum Ecclesiastico subditum interdicto declarent, &c. Super iure & modo decimandi lanam & agnos, quæcunque in Prouinciali Synodo habita ann. Dom. 1550. Primo constituta fuere, eadem decernimus & à posterum obseruari iubemus.

DEPOSITIO.

Ex Concil. Antiocheno sub Iulio I. an. 340. & Epit. Adriani I. anno 773.

4. Episcopus, Presbyter, Diaconus damnatus, si pristinum officium vsurpauerit, nunquam restituatur, & omnes ei post damnationem scienter communicantes excommunicentur.

5. Si Clericus proprium Episcopum contemnens seorsum colligit, irreuocabiliter damnetur, Idem si Ecclesiam turbare non desinit, per cæteras potestates opprimatur.

11. Clericus qui, præter litteras comprouincialium Episcoporum adierit Imperatorem, honore & communione priuetur.

12. Vt Clerici damnati si Imperatorem adierint, nunquam restituantur.

Ex Fragmentis Conc. Toletanorum, secundum Burchardum.

Si quis Presbyter ab Episcopo suo fuerit degradatus, aut officio pro certis criminibus suspensus, & ipse per contemptum & superbiam aliquid de ministerio sibi interdicto agere præsumpserit, & postea ab Episcopo suo correptus in certa præsumptione perdurauerit, hic omnimodis excommunicetur, & ab Eccl. expellatur & quicunque cum eo communicauerit, similiter se sciat esse excommunicatum, quod si aliquis ista omnia contempserit, & Episcopus emendare potuerit; minimè, Regis iudicio, exilio damnetur.

Ex Concil. Ephesino 1. Gener. 3. sub Celestino, anno 431.

5. Quicunque ob turpia gesta, sunt à S. Synodo condemnati, vel à propriis eorum Episcopis quibus Præter Canones Nestorius qui nullum rerum discrimen habebat, & qui cum illo eadem sentiunt, restituere conati sunt gradum vel communionem aut conabuntur, ipsos censuimus nihil pro fecisse, & manere, & esse nihilominus depositos.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho, ann. 506.

50. Si Episcopus aut Presbyter aut diaconus capitalē crimen commiserit, aut chartam falsauerit aut testimonium falsum dixerit, ab officij honore depositus in Monasterium detrudatur, & ibi quamdiu vixerit laicam tantummodo communionem accipiat.

Ex Concilio Toletano sub Honorio I. anno 633.

27. Episcopus, Presbyter aut Diaconus si à gradu suo iniustè deiectus, in secunda Synodo innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altario de manu Episcoporum; si Episcopus est, orarium, annulum & baculum, si Presbyter orarium & planetam, si Diaconus orarium & albam, si Subdiaconus Patenam & Calicem, sic & reliqui gradus ea in reparationem sui recipiant, quæ cum ordinarentur perceperant.

Ex Concil. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

Presbyteri gradu amisso, agendæ Pœnitentiæ gratia, in Monasterio aut Canonico aut Regulari mittantur, si vero hoc fieri causa qualibet prohibuerit, vbicunque sint Pœnitentiam agere non desistant, si autem amisso gradu sæculariter viuere voluerint, & Pœnitentiam agere neglexerint, ab Ecclesiæ communione separentur.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

35. Vnusquisque Episcoporum non solum Presbyterorum, verum etiam sequentium ordinum Parochiæ suæ gradum amittentium, vitam & conuersationem, morumque emendationem tàm per se quàm per Ministros suos nouerit, eosque Canonicæ Pœnitentiæ subdere non negligat.

Ex Concil. Triburiensi sub Formoso, anno 895.

10. Statutum est vt nullus Episcopus deponatur, nisi à 12. Episcopis, Presbyter à 6. Diaconus a tribus.

DESPERATIO.

Ex Concilio Toletano 16. sub Sergio, anno 693.

4. QVicunque desperationis decipulis irretitus, interemptionis euaserit casus, duorum mensium spatio, & à Catholicorum Collegio, & à corpore ac Christi sanguine sacto, manebit omnimodè alienus.

DIACONI.

Ex Concil. Romano 2. sub Siluestro I. anno 324.

6. DIaconi non sint plus nec amplius per Parochiarum examen nisi duo, & Diaconi Cardinales Vrbis Romæ 7. ita tamen vt Dalmaticis vtantur, & palla linostina læuam eorum tegant.

11. Siluester Episcopus fecit 7. Regiones, & diuisit Diaconibus, ordinauit & alios duos Priscum & Theodorum, vniuersus sexus Presbyteri & Diaconés & Cletus hoc poposcerunt vt eos ordinaret. Vide Ordines sacri.

Ex Concil. Niceno Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325. Editionis arabicæ.

61. Vt diaconi non sint præcincti cingulis suis, nisi tantum tempore orationis quia sunt liberi & non dominatur eis nisi Dominus Christus, atque ita honorandi sunt Diaconi plusquam cæteri, exceptis Sacerdotibus.

62. Oportet vt tot in Ecclesia Diaconi sint quot Ecclesia ferre possit, & vt illis Archidiaconus præsit, & vt sint 7. Diaconi qui Ecclesiæ sumptui viuant, ac reliqui gratis ministrent.

64. Sabbato & diebus festis quando non sunt sancta super altare posita, Diaconus memoriam faciat nominatim, primum Patriarchæ, deinde Archiepiscopi, Episcopi, Chorepiscopi, Archipresbyteri, Archidiaconi, quia isti sunt gubernatores Ecclesiæ.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio anno 398.

4. Diaconus quum ordinatur, solus Episcopus qui eum benedicit, manum suam super caput illius ponat, quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

37. Diaconus ita se Presbyteri vt Episcopi ministrum nouerit.

38. Vt Diacon. præsente Presbytero Euchar. corpus Chr. populo si necessitas cogat, iussus eroget.

39. Vt Diaconus quolibet loco, iubente Presbytero, sedeat.

40. Vt Diaconus in conuentu Presbyterorum interrogatus loquatur.

41. Vt Diaconus tempore oblationis tantum vel lectionis alba vtatur.

Ex Concil. Andegauensi sub Leone I. anno 453.

4. Vt Diaconus à violentia & à crimine perpetrationis (seu per vasionis) abstineat, seu a vinolentia & à crimine per potationis.

Ex Concil. Aurelianensi sub Symmacho, anno 507.

11. Si Diaconus aut Presbyter crimen capitale commiserit simul & ab officio, & à communione pellatur.

Ex Concil. Braccarensi I. sub Ioanne III. anno 563.

9. Placuit vt quia in aliquantis huius Prouinciæ Ecclesiis, Diaconi absconsis infra tunicam vtantur orariis, ita vt nihil differre à Subdiacono videantur, de cætero superposito scapulæ vtantur orario.

Ex Concil. Antissiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

13. Non liceat Diacono, velo vel palla scapulas suos inuolvi.

Ex Concilio Cæsaraugustano sub Gregorio I. anno 592.

1. Vide Presbyteri.

Ex Concilio Romano 2. sub Gregorio I. anno 595.

1. Constituo vt in hac sede, sacri altaris Ministri (id est Diaconi) cantare non debeant, solumque Euangelicæ lectionis officium in Missarum solemnia exoluant, Psalmos vero ac reliquas lectiones per Subdiaconos, vel si necessitas fuerit per minores ordines exhiberi.

Ex Concil. Toletano sub Honorio I. anno 633.

26. Vide Presbyteri.

Ex Concil. Eboracensi sub Celestino. III. anno 1194.

7. Nonnisi summa & graui vrgente necessitate Diaconus baptizet, & corpus cuiquam eroget, vel Pœnitentiam confitenti imponat.

Ex Concil. in Dalmatia & Dioslia Regnis sub Innoc. III. anno 1199.

2. Vide Ordines sacri.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

3. Non liceat Diaconibus Baptizare vel Pœnitentias dare,nisi duplici necessitate v. g. quia Sacerdos non potest vel absens,vel stultè non vult,& mors imminet puero vel ægro.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 1.

18. Vide Ordines sacri.

Ex Concil. Nicæno Gener. 1. sub Silvestro I. anno 325. Editionis Arabicæ.

74. Diaconissæ ex iis eligantur quę nō male audiant ex eo vsque tempore quo fuerunt adolescentulæ,sintque annos natæ 60. & eiusmodi Diaconissæ ad hoc solum paratæ sint vt feminas in Baptismo suscipiant.

Ex Concil. Arausicano sub Leone I. anno 441.

26. Diaconissæ omnimodè non ordinandæ , si quæ iam sunt;benedictioni quæ populo impenditur, capita submittant.

Ex Concil. Chalcedonensi Gener. 4. sub Leone I, anno 451.

15. Diaconissam non debere ante 40. annos ordinari, & hoc eum diligenti probatione. si vero susceperit ordinationem & quantocunque tempore obseruauerit ministerium. & postea se nuptiis tradiderit , iniuriam faciens Dei gratiæ, hæc anathema sit cum eo qui in illius nuptiis conuenit.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho , anno 509.

21. Viduarum consecrationem(quas Diaconas vocant) ab omni Regione nostra penitus abrogamus, solam eis Pœnitentiæ benedictionem,si conuerti ambiunt,imponendo.

32. Relictæ Presbyteri siue Diaconi, si cuicumque renupserint eatenus ab Eccl. elongentur donec à coniunctione illicita separentur , maritum quoque eius simili vsque ad correctionem seueritate plectendum.

Ex Concil. Aurelianensi sub Sylverio , anno 536.

17. Feminæ quæ benedictionem Diaconatus hactenus contra interdicta Canonum acceperunt, si ad coniugium probantur iterum deuolutæ, à communionę pellantur , quod si huiusmodi contubernium, admonitæ ab Episcopo , cognito errore dissoluerint, in cōmunionis gratiam acta Pœnitentia reuertantur.

Ex Concil. Romano 1. sub Gregorio II. anno 721.

3. Vide Matrimonium.

Ex Concil. Romano sub Zacharia, anno 743.

3. Vide Matrimonium.

DVELLVM.

Ex Concil. Valentino in Gallia sub Leone IV. anno 855.

12. Statuimus iuxta antiquum Ecclesiasticæ obseruationis morem vt quicunque tàm iniqua & Christianæ paci inimica,pugna alterum occiderit seu vulneribus debilem reddiderit , velut homicida nequissimus, & latro cruentus ab Ecclesiæ & omnium fidelium cœtu separatus , ad agendam legitimam Pœnitentiam modis omnibus compellatur. ille vero qui occisus fuerit, tanquam sui homicida & propriæ mortis spontaneus appetitor à dominicæ oblationis commemoratione habeatur alienus, nec cadauer eius iuxta sanctorum Canonum decretum cum psalmis & orationibus ad sepulturam deducatur.

Ex Concilio Lateran. Vniuers. 10. sub Innoc. II. anno 1130.

14. Detestabiles illas nundinas vel ferias in quibus milites ex condicto conuenire solent,& ad ostentationem virium suarum & audaciæ , temerariè congrediuntur,vnde mortes hominum & animarum pericula sæpè perueniunt , omnino fieri interdicimus. quod si quis eorum ibidem mortuus fuerit , quamvis ei poscenti Pœnitentia & viaticum non negetur,Ecclesiast. tamen careat sepultura.

Ex Concil. Rhemensi sub Eugenio III. anno 1140.

12. Temerariam militum audaciam qui ad detestab. &c. Vide Conc. Lateran. 1130. c. 14.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 11. sub Alexand. III. anno 1179.

20. Detestabiles illas nundinas , &c. Vide Conc. Lateran. 1130. c. 14.

Ex Concil. Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

21. Qui in pugna, certamine, torneamento huiusmodi decesserint , aut à pugna vulnerati euaserint , adeoque postea ex eo ipso ab hac luce migrare contigerit, etiam si ante obitum receperint Pœnitentiæ sacramentum, Ecclesiast. ipso facto careant sepultura,& diuina Officia pro ipsis non dicantur,nec oblationes admittantur, Clerici vero eos sepelientes per 6. menses ab officio & benef. sint suspensi.

Ex Concil. Tridentino Gener. 18. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 25.

14. Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones , Comites & quocunque alio nomine Domini temporales qui locum ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint , eo ipso sint excommunicati,ac Iurisdictionem,& Dominio Ciuitatis,castri aut loci in quo,vel apud quem Duellum fieri permiserint quod ab Eccl. obtinent priuati intelligantur & si feudalia sint directis Dominis statim acquirantur ; qui vero pugnam commiserint,& qui eorum Patrini vocantur,excommunicationis ac omnium bonorum suorum proscriptionis ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

60. Sacrosancti Concilij Tridentini decreta; & summorum Pontificum Iulij II. Leonis X. Clementis VII. Pij IV. Gregorij XIII. & Clementis VIII. Pœnas omnes nouissime editas vsu reuocantes, istud hominum genus qui sese ad Duellum quocunque colore, vel prætextu inuitant, prouocant, & pertrahunt; etiam verbo tenus, quamvis priuatim certamen ineant, nec vllæ prouocatoriæ litteræ, aut denunciationis chartulæ præcesserint, definitis à iure pœnis omnibus subiici declaramus, ita vt infames perpetuò habendi sint, atque vt homicidæ puniendi, quod si in conflictu decesserint, perpetuò careant Ecclesiastica sepultura; Illi vero qui consilio vel opera quemquam ad Duellum suaserint, impulerint vel iuuerint, aut denique spectatores extiterint, excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur.

ECCLESIA.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

21. SI quis in Ciuitate positus per tres Dominicas Ecclesiam non accesserit, tanto tempore abstineat vt correptus esse videatur.

Ex Concil. Gangrensi sub Syluestro I. an. 325. & Epitome Adriani I. ann. 773.

5. Si quis domum Dei contemptibilem docet & congregationes quæ in ea fiunt, anath. sit.

6. Si quis Ecclesiastica ministeria extra Ecclesiam temerè vsurpauerit, anath. sit.

Ex Concil. Cæsaraugustano sub Damaso I. anno 381.

4. Viginti vno die qui à 16. Kal. Ianuarij vsque in diem Epiphaniæ quæ est 8. Id. Ianu. continuis diebus, nulli liceat de Ecclesia se absentare, nec latere in domibus, nec secedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad Ecclesiam.

Hic Canon editus est occasione Priscillianistarum qui tempore natalis Dom. ieiunabant, ideo quod non crederent Christum vere humanam carnem assumpsisse.

Ex Concil. Romano 4. sub Damaso I. anno 382.

3. Qui in Ecclesia vanis sermonibus operam dant, ab ea eiici præcipiuntur.

Ex Concil. Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

32. Si expositus ante Ecclesiam cuiuscunque fuerit misericordia collectus, contestationis ponat Epistolam, & si is qui collectus est intra 10. dies quæsitus agnitusque non fuerit, securus habeat qui collegit, sanè qui post prædictum tempus calumniator extiterit, vt homicida, Ecclesiast. districtione damnabitur sicut Patrum sanxit auctoritas.

Ex Concil. Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

3. Vt nulli Episcopi vel Clerici in Ecclesia conuiuentur, nisi fortè transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur, populi etiam ab huiusm. conuiuiis quantum fieri potest prohibeantur.

47. Præter scripturas Canonicas nihil in Eccl. legatur sub nomine diuinarum Scripturarum, liceat etiam legi passiones martyrum cùm anniuersarij dies eorum celebrantur.

Ex Eod. Conc. Carthag. 3. secund. Codicem Canc. Eccl. Affric.

33. Non habenti necessitatem, nec Episcopo liceat matricis rem tituli sui vsurpare.

Ex Concil. Carthaginensi 5. sub Anastasio, anno 398.

5. Placuit vt nemini sit facultas, relicta principali Cathedra, ad aliquam Eccl. in Diœcesi constitutam se conferre, vel re propria diutius quam oportet constitutum, curam vel frequentationem propriæ Cathedræ negligere.

6. Placuit de Ecclesiis quoties super earum consecratione hæsitatur, vt sine vlla trepidatione consecrentur.

Ex Fragmentis Conc. Toletanorum, secundum Burchardum.

Plures Baptismales Eccl. in vna terminatione esse non possunt, sed vna tantum cum Capellis suis.

Ex Concil. Arausicano 1. sub Leone I. anno 441.

7. In Ecclesia manumissos, & per testamentum Ecclesiæ commendatos, si quis in seruitutem vel obsequium, vel ad colonariam conditionem imprimere tentauerit, animaduersione Ecclesiastica coërcebitur.

10. Si quis Episcoporum in alienæ Ciuitatis territorio Ecclesiam ædificare disponit, vel pro fundi sui negotio aut Ecclesiastica vtilitate, vel pro quacunque sua opportunitate, permissa licentia ædificandi (quia prohibere hoc nefas est) non præsumat dedicationẽ, quæ illi omnimodè reseruatur in cuius territorio Ecclesia assurgit, reseruata vero ædificatori Episcopo hac gratia, vt quos desiderat Clericos in re sua videre, ipsos ordinet is in cuius ciuitatis territorio est, vel si ordinati iam sunt ipsos habere acquiescat, & omnis Ecclesiæ ipsius gubernatio, ad eum in cuius Ciuitatis territorio Ecclesia surrexerit, pertinebit, quod si etiam sæcularium quicunque ædificauerit Ecclesiam, & alium magis quam eum in cuius territorio ædificat inuitandum putauerit, tàm ipse cui contra constitutionem ac disciplinam gratificari vult, quàm omnes Episcopi qui ad huiusmodi dedicationem inuitantur, à conuentu abstinebunt, si quis excesserit in reatum deuocabitur, si quis excesserit ordinem recognoscat Canonicum.

Ex Eod. Conc. Secund. Gratianum.

Canonica instituta & SS. Patrum exempla sequentes, Ecclesiarum Dei violatores authoritate Dei & iudicio S Spiritus, à gremio S. Matris Eccl. & à consortio totius Christianitatis eliminamus, quousque resipiscant, & Ecclesiæ Dei satisfaciant.

Ex Concil. Vasionensi 2. sub Leone I. anno 442.

9. De expositis (quos colligere calumniarum metu quamvis inflexa præceptis misericordiæ mens humana detrectet) id seruandum visum est, vt secundum statuta fidelissimorum piissimorumque Augustorum & Principum, quisquis expositum colligit, Ecclesiam contestetur, contestationem ad altare Dom. quotidie minister annunciet, vt Ecclesia sciat expositũ esse collectum, vt intra dies 10. ab expositionis die expositum recipiat, si quis probauerit se agnouisse, Collectori pro ipsorum 10. dierum misericordia, prout maluerit, aut præsens tetribuat, aut in perpetuum cum Dei gratia, si voluerit, possideat.

10. Si quis expositorum hoc ordine collectorum repetitor vel calumniator extiterit homicida habendus est.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

21. Si quis extra Parochias in quibus legitimus est ordinariusque conuentus, oratorium in agro habere voluerit, reliquis festiuitatibus, vt ibi Missas teneat, propter fatigationem familiæ iusta ordinatione permittimus, Pascha vero, natali Dom. Epiphania, Ascensione, Pentecoste, & Natali S. Ioan. Baptist. & si qui maximi dies in festiuitatibus habentur nonnisi in Ciuitatibus aut in Parochiis teneant.

24. Vide Sup. Conc Vasion. 441. c. 9.

Ex Concil. Aurelianensi 1. sub Symmacho, anno 507.

19. Omnes Basilicæ quæ per diuersa loca constructæ sunt, vel quotidie construuntur, placuit secundum priorum Canonum Regulam, vt in eius Episcopi, in cuius positæ sunt territorio, potestate consistant.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, ann. 509.

33. Basilicas hæreticorum quas tanta execratione habemus exosas, vt pollutionem earum purgabilem non putemus, sanctis vsibus applicare despicimus, sané quas per violentiam nostris abstulerant, reocare possimus.

39. Vide Ecclesia asylum.

Ex Concil. Tarraconensi sub Hormisda, anno 517.

8. Annuis vicibus ab Episcopo Diœceses visitentur, & si qua forte basilica reperta fuerit destituta, ordinatione ipsius reparari præcipiatur, quia tertia pars ex omnibus per antiquam traditionem, vt accipiatur ab Episcopis nouimus statutum.

Ex Concil. Ilerdensi sub Ioanne I. ann. 524.

3. Si ex laicis quisquam à se factam Basilicam consecrare desiderat, nequaquam eam sub Monasterij specie vbi congregatio non colligitur, vbi Regula ab Episcopo non constituitur, eam à Diœcesana lege audeat segregare.

Ex Concil. Aurelianensi 2. sub Silverio, anno 536.

12. Ne quis in Ecclesia votum suum cantando, bibendo, vel lasciuiendo dissoluat, quia Deus talibus votis irritatur potius quàm placatur.

Ex Concil. Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

7. Vt in Oratoriis Domini prædiorum minimè contra votum Episcopi, ad quem territorij ipsius priuilegium noscitur pertinere, peregrinos Clericos intromittant, nisi forsitan quos probatos ibidem districtio Pontificis obseruare præceperit.

33. Si quis in agro suo, aut habet, aut postulat habere Diœcesim, primum & terras ei deputet sufficienter, & Clericos qui ibidem sua officia impleant, vt sacratis locis reuerentia condigna tribuatur.

Ex Concilio Braccarensi 2. sub Ioanne III. anno 572.

5. Placuit vt quoties ab aliquo fidelium ad consecrandas Eccl. Episcopi inuitantur non quasi ex debito munus aliquod à fundatore requirant, sed si ipsi quidem aliquid ex suo voto obtulerint non respuatur, si vero aut paupertas illum aut necessitas retinet, nihil exigatur ab illo, hoc tantum vnusquisque Episcopus meminerit vt non prius dedicet Ecclesiam, aut Basilicam, nisi antea dotem Basilicæ & obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatum accipiat.

Ex Fragmentis Conc. Braccarensium Secund. Burchard.

8. Si quis balationes ante Ecclesias sanctorum fecerit, seu qui faciem suam transformauerit in habitu muliebri, & mulier in habitu viri, emendatione pollicita tres annos pœniteat.

Ex Conc. Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

9. Ecclesiæ quæ fuerunt in hæresi Arrianã, nunc autem sunt Catholicæ, ad eos Episcopos cum suis rebus pertineant, ad quos Parochiæ ipsæ, in quibus ipsæ Ecclesiæ fundatæ sunt pertinere videntur.

15. Si qui ex seruis fiscalibus Ecclesias forsan construxerint, easque de sua paupertate ditauerint, hoc procuret Episcopus prece sua, authoritate Regia confirmari.

19. Multi contra Canonum constituta, Ecclesias quas ædificauerint postulant consecrari vt dotem quam eidem Ecclesiæ contulerunt, censeant ad Episcopi ordinationem non pertinere, omnia ergo secundum constitutionem antiquam ad Episcopi ordinationem, & potestatem pertineant.

Ex Concilio Antisiodorensi sub Gregor. I. ann. 590.

3. Non licet conuentus in domibus propriis, nec vigilias in festiuitatibus SS. facere nec inter sentes aut arbores sacriuos, vel ad fontes vota exoluere, sed quicunque votum habuerit, in Ecclesia vigilet, & matriculæ ipsum votum, aut pauperibus reddat.

9. Non licet conuiuia in Ecclesia præparare. Vide Chorus.

Ex Concil. Cæsaraugustano sub Gregorio I. anno 592.

3. Episcopi de Arriana hæresi venientes, si quas Ecclesias sub nomine Catholicæ fidei consecrauerint, necdum benedictione percepta à Catholico Sacerdote, denuò consecrentur.

Ex Concil. Toletano sub Gregorio I. ann. 597.

2. Munificus ille qui S. Dei ædificauerit Ecclesiam quod ibidem pro suo hærede largitus est, eod. loco Presbyter secund. priorum Canon. instituta deseruiens habeat,

habeat,& si Presbyterum ea facultas habere non permittit,vel Diaconus instituatur,certè si minor est censu, ostiarius à Sacerdote sit electus qui nitorem infra sinus S. Ecclesiæ faciat, qui & SS. reliquiarum luminaria omni subsequenti nocte accendat.

Ex Concil. Hispalensi 2. sub Bonifacio V. anno 619.

1. Placuit vt omnis Parochiæ quæ ab antiqua ditione,antè militarem hostilitatem, retinuisse Ecclesiam suam comprobaret,eius priuilegio restitueretur.

2. Si in Diœcesi possidentis sitam Basilicam veteribus signis limes per visus monstrauerit , Ecclesiæ cuius est ius retentionis,sit æternumDominiom,quod & si limes legitimus eandem basilicam nō concludit, & tamen longi temporis probatur obiecta præscriptio,appellatio repetentis Episcopi non valebit,quia illi tricennalis obiectio silentium imponit.

Ex Concil. Toletano sub Honorio I. anno 633.

32. Nouerint Conditores basilicarum in rebus quas eisdem Ecclesiis conferunt, nullam se potestatem habere,sed iuxta Canonum instituta,sicut Ecclesiam,ita & dotem eius ad ordinationem Episcopi pertinere.

34. Sicut Diœcesim alienam tricennalis possessio tollit,ita territorij Conuentum non adimit , ideoque basilicæ quæ nouæ conditæ fuerint,ad eum proculdubio Episcopum pertinebunt , cuius Conuentus esse constiterit.

Ex Concil. Toletano 9. sub Vitaliano, anno 655.

2. Decernimus vt quamdiu fundatores Ecclesiarum in hac vita superstites extiterint , pro eisd. locis curam permittantur habere sollicitam,atque Rectores idoneos in eisd basilicis iidem ipsi offerant Episcopis ordinandos, &c. Quod si superstitibus eisdem fundatoribus Rectores ibid. præsumpserit Episcopus ordinare, ordinationem suam irritatam nouerit esse.

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

14. De oratoriis quæ per villas fiunt, in potestate sit Episcopi & de ordinatione Clericorum,& de facultate ibid. collata qualiter ad ipsa oratoria & officium diuinum possit impleri , & sacra libamina consecrari.

Ex Concil.Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

16.Nullus Lusitanæ Prouinciæ Episcopus à qualibet Parochiana Eccl. tertiam auferre præsumat , sed quidquid exinde consequi poterat totum in reparationem ipsarum basilicarum proficiat. Vide Presbyteri.

Ex Concil. Cæsaraugustano sub Sergio, anno 691.

3. Nulli penitus Pontificum in quibuscunque Prouinciis constitutis , amodo liceat , præter certis diebus dominicis,Ecclesias sanctas consecrare.

Ex Concil. Toletano 16. sub Sergio, anno 693.

5. Vide Decimæ & Presbyter.

Ex Concil.Metensi sub Stephano II. anno 753.

6. De immunitatibus conseruandis.

Ex Concil.Nicano 2.Gener.7. sub Adriano I. anno 787.

7. Quæcunque templa consecrata sunt absque sacris Reliquiis martyrum , in iis fieri statuimus reliquiarum depositionem cum consuetis precibus,Episcopus autem post hac templum consecrans sine SS. reliquiis deponatur , vt qui Ecclesiast. traditiones transgressus sit.

17. Vide Monachi.

Ex Concil.Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

38. Quando fideles ad Ecclesiam conueniunt,sine strepitu & tumultu eam ingrediantur , sed & in oratione & tempore quo missarum solemnia celebrantur, non solum ab ociosis & inutilibus verbis,sed & à perniciosis cogitationibus funditus abstinendum.

39. Vide Magistratus.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

48. Canticum turpe atque luxuriosum circa Ecclesias agere omnino contradicimus , quod vbique vitandum est.

Ex Concil. Romano sub Eugenio II. anno 826.

25. Destructæ Ecclesiæ ab iis qui eas possident reædificentur , & si non sufficiant à populo adiuuentur.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

49. Singulæ basilicæ , plebes & res,quibus consistere possint habentes,singulos habeant Presbyteros, si vero plebes habuerint , & rebus quibus consistere, possint,caruerint , in arbitrio. Episcoporum pendet, vtrum ita consistere debeant , aut possint necne , hoc tamen specialiter eorum solertiæ prouidendum est,vt hac occasione nullus Presbyter duas aut tres auaritiæ causa , quibus sufficere secundum diuinum cultum, nullatenus potest,habere audeat basilicas.

Ex Concil.Aquisgranensi sub Gregor IV. anno 836.

16. Vnicuique Ecclesiæ suus prouideatur ab Episcopis Presbyter,vt per se eam tenere possit,aut etiam priori Presbytero subiugatus , ministerium Sacerdotale perficere possit.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. 845.

54. Vt titulos Cardinales in vrbibus vel sub vrbibus constitutos,Episcopi canonicè & honestè sine tetractatione ordinent,disponant.

Ex Concil. Moguntino sub Leone IV. anno 847.

11. Ecclesiæ antiquitus constitutæ,nec decimis nec aliis possessionibus pro nouis oratoriis sine consensu & consilio Episcopali priuentur.

Ex Concil. Valentino in Gallia sub Leone IV. anno 855.

9. Si sæculares & fideles laici condere voluerint Basilicas in prædiis suis,vnam Colonicam vestitam cum tribus mancipiis donationis gratia eis conferant,mox que Episcoporū iuri & S. Matri Eccl. eamd. Basilicam

submittant, aliter verò nos earum consecrationem sciant non impleturos; Illi autem qui dotes Ecclesiarum auferre, durè seruitium ab eis exigere, insuper non metuunt periculum Sacerdoribus intentare, si actiones non meliorauerint, eorum excommunicationi nos addere nouerint destructionem penitus talium Basilicarum, locumque sub pace meliori situm quæsituros, ibique pacificam Basilicã consecraturos.

Ex Concil. Vuormatiensi sub Adriano II. anno 868.

3. Placuit quoties ab aliquo fidelium ad consec. &c. Vide Conc. Bracca. 572. c. 5.

24. Vide Clerici honorandi.

Ex Concil. Constantinop. Gener. 8. *sub Adriano II. anno* 869.

18. Statutum est vt Priuilegia Ecclesiarum conseruentur.

Ex Concil. apud S. Macram sub Ioanne VIII. anno 881.

3. De honore cultuque Dei & Ecclesiarum.

Ex Concil. Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

4 Vide Conc. Toletano. 589. c. 19.

Ex Concil. Triburiensi sub Formoso, anno 895.

6. Si quis temerarius atrium Ecclesiæ euaginato gladio præsumptuosè intrauerit, sacrilegium facit, & idcirco sacrilegium in atrio Domini factum, sacrilegij more altari & Domino persoluatur.

32. Quæcumque Ecclesia à compluribus cohæredibus fit obsessa concordi vnanimitate vndique procuretur, ne propter aliquas discrepationes seruitium Dei minuatur & cura populi irreligiosè agatur, si vero contingat pro ea comparticipes dissidere, & sub vno Presbytero nolle, eam procurare, & propterea iurgia & contentiones tàm inter ipsos quàm inter Clericos incipiant frequentari, Episcopus tollat inde reliquias & sub magna cura honorificè collocet eas, atque eiusdem Eccl. claudat ostia, & sub sigillo consignet eas, vt sacrum Ministerium nullus celebret in ea antequam concordi vnanimitate, vnum omnes eligant Presbyterum, qui idoneus si Sacrosanctum locum procurare, & populo Dei vtiliter præesse, hanc autem habeant, authoritatem Episcopi vt in nullus Ecclesiis nec constituantur Presbyteri, nec expellantur, illis inconsultis, & non consentientibus.

Ex Concil. Nannetensi sub Formoso, anno 895.

6. Vide Sepultura.

Ex Concilio Romano sub Ioanne IX. anno 904.

11. Vt in domibus Ecclesiarum neque Missus, neque comes, neque Iudex, quasi pro consuetudine neque placitum neque hospitium vendicent, sed in publicis vicis domos constituant in quibus placitum teneant, & secundum antiquam consuetudinem hospitentur.

Ex Concil. Salegunstadiensi sub Benedicto VIII. anno 1022.

8. Nemo gladium in Ecclesiam portet, Regali tantum excepto.

9. Mala consuetudo quæ apud omnes penè iam inoleuit omnino prohibeatur, hoc est, quod colloquia sua in atria alicuius Ecclesiæ constituunt habenda.

12. Ædificia laicorum quæ Ecclesiis adiuncta sunt auferantur & nulla in atrio Ecclesiæ ponantur, nisi tantum Presbyterorum.

Ex Concil. Rhemensi sub Leone IX. anno 1049.

5. Ne quis in atriis Ecclesiarum Præter Episcopum & eius Ministrum, quaslibet consuetudines exigere præsumeret.

Ex Concil. Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

3. Ecclesiæ sint integræ, & non diuisæ cum Presbyteris & Diaconis, & cum totius anni circuli libris, cum ornamentis Ecclesiasticis.

Ex Concil. Pictauiensi sub Paschali II. anno 1100.

1. Si laici decretis Canonicis resistentes, Ecclesias violenter retinere præsumpserint, excommunicentur, in Ecclesiis vero illis, nullum diuinum Officiom fiat, nullus oret, lumen non ponatur, mortuus non sepeliatur, tantum Baptismi gratia ibi non negetur Infirmis remedio Pœnitentiæ & Communionis subueniatur.

2. Vide Simoniaci.

Ex Concil. Londinensi 2. *sub Paschali II. anno* 1102.

13. Vnde Decimæ.

14. Ne Ecclesiæ aut Præbendæ emantur.

15. Ne nouæ Capellæ, fiant sine consensu Episcopi.

16. Ne Ecclesia sacretur donec prouideantur necessaria, & Presbytero & Ecclesiæ.

Ex Concil. Lateran. 2. *Vniuers.* 9. *sub Calixto II. anno* 1122.

14. Ecclesias à laicis incastellari, aut in seruitutem redigi prohibemus.

Ex Concil. Abrincensi in Normannia sub Alexand. III. anno 1172.

7. Ecclesiæ ad firmam annuam non tradantur.

Ex Concil. Londinensi sub Alexandro III. anno 1175.

5. Sæculares causas in quibus de sanguinis effusione, vel de pœna corporali agitur, in Ecclesiis vel in cœmeteriis agitari sub anathemate prohibemus.

Ex Concil. Eboracensi sub Celestino III. anno 1194.

8. Personæ & Vicarij Ecclesiarum studeant prouidere secund. competentes eis pensiones, prout ratio dictitat, & consuetudo approbata postulat, quatenus Ecclesiæ quæ reparatione indigent, reparentur.

Ex

Ex Concil. Lateran. vniuers. 12. sub Innoc. III. anno 1215.

10. Quidam Clerici sic exponunt Ecclesias supellectilibus propriis, & etiam alienis, vt potius domus Laicæ, quam Dei Basilicæ videantur, &c. Firmiter prohibemus ne huiusmodi supellectilia in Ecclesiis admittantur, nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina, seu alias necessitates vrgentes, ad eas oporteat habere refugium, sic tamen vt necessitate cessante, res in loca pristina reportentur, &c. Oratoria, Vasa Corporalia & vestimenta Ecclesiæ munda & nitida conseruentur.

62. Cùm dedicatur basilica, non extendatur Indulgentia vltra annum, siue ab vno solo, siue à pluribus Episcopis dedicetur, ac deinde in anniuersariæ dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis pœnitentiis indulta remissio non excedat.

Ex Concil. Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

16. Vide Excommunicatio.

14. Ne iudicium sanguinis in locis sacris tractetur, scilicet in Ecclesia vel Cœmeterio.

21. Quælibet Ecclesia Calicem habeat argenteum cum aliis Vasibus decentibus, & Sindonem mundam & candidam, & amplitudinis congruentis, vetera verò Corporalia quæ non fuerint idonea, loco Reliquiarum reponantur, vel in præsentia Archidiaconi comburantur, libros habeat Ecclesia idoneos ad legendum & psallendum.

Ex Concil. Londinensi sub Gregorio IX. anno 1237.

1. Omnes Ecclesiæ Cathedrales, Conuentuales & Parochiales quæ perfectis parietibus sunt constructæ, infra biennium per Diœcesanos Episcopos ad quos pertinet, vel eorum authoritate per alios consecrentur, &c. Quæ loca si non fuerint infra biennium à perfectionis tempore dedicata à Missarum solemniis vsque ad consecrationem maneant interdicta, &c. Nec antiquæ Ecclesiæ consecratæ sub prætextu pulchrioris, vel amplioris fabricæ faciendæ diruantur absque licentia & consensu Diœcesani Episcopi.

Ex Conc. Lugdunensi Gener. 14. sub Gregor. X. anno 1274.

25. Nullus in Ecclesiis in quibus cum pace ac quiete vota conuenit celebrari, seditionem excitet, conclamationem moueat, impetumve committat, cessent in illis vniuersitatum & societatum quorumlibet Concilia, Conciones, & publica Parlamenta, cessent confabulationes quælibet, sint postremò quæcumque alia, quæ diuinum turbare possunt officium ab ipsis prorsus extranea, &c. Cessent in Ecclesiis earúque Cœmeteriis negotiationes & præcipuè nundinarum ac fori cuiuscumque tumultus, omnis in eis sæcularium iudiciorum strepitus conquiescat, nulla inibi causa per Laicos, criminalis maximè agitetur, &c. & processus iudicum sæcularium, ac specialiter sententiæ prolatæ, in eisdem locis omni careant robore firmitatis.

Ex Conc. Saltzburgensi sub Gregorio X. anno 1274.

25. Aduocatos qui Ecclesias onerant vltra consuetam ac debitam seruitutem, ac per hoc Ecclesiarum libertates violant & infringunt, publicè commonemus, vt ab indubitis vexationibus Ecclesiarum & bonorum ipsarum abstineant, & iuribus debitis sint contenti, alioquin aduersus eorum iniuriam, mediante iustitia refrenandum, ad concessa nobis iuris beneficia recurremus.

Ex Concilio Salisburgensi sub Martino IV. anno 1281.

12. Omnes qui occasione aduocationis aliquod ius sibi vendicant in Ecclesiis, nisi de iure suo ordinarium loci contractum fecerint, ante festum sancti Ioannis Baptistæ, quem eis ad hoc terminum peremptorium assignamus, & tunc super hoc de cætero nullatenus audiantur.

14. Quicunque violenta sanguinis effusione Cœmeterium vel Ecclesiam execrauerint, ad expensas pro reconciliatione impendendas teneatur.

Ex Concilio Rauennatensi 1. sub Honorio IV. anno 1286.

9 Licet singuli qui statuta edita & constitutiones introductas contra Ecclesiæ libertatem seruari fecerunt vel fecerint, quive secundùm eadem statuta, & consuetudines præsumpserint iudicare, necnon Statutarij, & statutorum ipsorum Scriptores, Potestates, Consules, & Rectores locorum, vbi de cætero huiusmodi statuta & consuetudines introductæ fuerint, editæ & seruatæ, maiori excommunicatione sint ligati, hi tamen ipsa excommunicatione vilipensa perceptioni Sacramentorum, & participationi fidelium se immiscent, &c. Mandamus vt annis singulis in Natiuitate & Paschate Resurrectionis Domini, ac in solemnitate Sanctorum omnium coram fideli populo denuncietur publicè in Missarum solemniis, omnes & singulos suprascriptos, in maioribus Ecclesiis Ciuitatum, Castrorum, & aliorum locorum vbi sunt Conuentuales & Collegiatæ Ecclesiæ nostræ Prouinciæ, maiori excommunicatione fore ligatos. Insuper monemus Potestates & Rectores, Antianos, Consiliarios, & Officiales, quod ipsa statuta infra menses duos à die publicationis præsentis Conc. computandos, de Capitulariis suis deleri faciant, & quoniam contemptu crescente, pœna debet augeri, ad priuationem omnium honorum, & officiorum, gratiarum, immunitatum, priuilegiorum omnium, ac insuper feudorum, & bonorum aliorum quæ ab Ecclesiis nostræ Prouinciæ tenent, procedemus, &c.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

20. Nulla sæcularis vel Ecclesiast. persona, Ecclesias, Ecclesiastica bona, iura, & iurisdictiones & vassallos eorum violenter & auctoritate propria publicè occupare, inuadere, vel vsurpare, aut vsurpantibus præstare præsumant per se vel per alium consilium, auxilium vel fauorem; qui præsumpserit, & requisitus infra mensem Ecclesiæ læsæ aut Prælato ipsius damnum non emendauerit, ipso facto excommunicatione sit innodatus, & terræ ipsius Ecclesiastico subiaceant interdicto.

22. Ecclesiarum Aduocati eisdem iuribus sint contenti, quæ ipsis seu eorum antecessoribus fuerint concessa semper, & Ecclesias quarum Aduocati existunt defensare studeant: quòd si negligentes in defendendo & manutenendo personas & iura ipsarum Ecclesiarum fuerint, vel remissi, huiusmodi aduocatibus officio sint ipso facto priuati, & si quid vltra debitum ab ipsis Ecclesiis auferre præsumpserint,

rint, nisi infra mensem ipsis Ecclesiis restituerint, sint excommunicati.

18. Qui de cætero Ecclesias seu domos & campanilia Ecclesiarum occupare, incastellare, aut munite personis armatis vel quibuslibet ædificiis præsumpserint, à Prælatis excommunicentur.

33. Laici prætextu fabricæ Ecclesiæ reparandæ, sine consensu Prælatorum seu Capitulorum Ecclesiarum huiusmodi non recipiant oblationes se prouentus fabricæ deputatos, qui contra fecerint, ac per Ordinarium loci moniti, infra mensem ab hoc officio non cessabunt, ipso facto sint excommunicati.

Ex Concil. Mediolanensi sub Nicolao I V. anno 1287.

9. Vide Episcoporum officium.

Ex Concilio Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

8. Vide Altare.

12. Ne de cætero in Ecclesiis fiant mercata, tractatus & mercimonia Laicorum, nec iudiciaria tractentur temporalia, nec fiant in eis coadunationes viciniæ, vel tractatus seu publica Parlamenta, nisi fortè ex necessitate tempore guerrarum hæc fieri contigerit.

Ex Conc. Sabinensi in Hispania sub Ioan. XXII. anno 1322.

17. Vniuersi Ecclesiarum Prælati constitutionem Greg. V. contra sæculares Iudices qui causas in Ecclesiis audiunt, in Ecclesiis suarum Diœcesum faciant publicari, &c. Et sententias per eosdem prolatas, denuncient, virtute dictæ constitutionis nullius obtinere roboris firmitatem. Quicunque negotiationes, nundinas, & fori tumultus in Ecclesiis exercere præsumpserint, ipso facto excommunicatione sint legati, macellum verò in Cœmeteriis sub eadem pœna fieri prohibemus, &c. Nullus temeritate propria quascumque Ecclesias aut Cœmeteria incastellare, seu vallare audeat, nisi ex magna aut ineuitabili causa sub excomm. ipso facto si fuerit persona singularis, seu interdicto si communitas id præceperit.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino V. anno 1410.

32. Pallæ Altaris, Vasa, Corporalia, vestimenta Ministrorum munda & nitida conseruentur.

33. Aduocati Ecclesiarum, Monasteriorum & aliorum piorum locorum, Ecclesias, Monasteria & alia pia loca vltra consueta & debita onera nullatenus aggrauent & infestent quocunque quæsito colore, alioquin excommunicationi ipso facto subiaceant.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

16. Tàm Patroni quàm Aduocati Ecclesiarum, gratia permissa & antiquis iuribus ipsis, & eorũ Progenitoribus in institutione prima deputatis, penitus & omnino stent contenti, & pro posse suo statutum honorem, & res Ecclesiarum, requisiti fideliter tueantur, &c. Si quis verò in extorsione aut receptione iuris aduocatiæ modum excesserit memoratum, iure suo priuetur, & sicut raptor & spoliator Ecclesiæ puniatur.

23. Ecclesiarum Rectores omnia vestimenta, ornamenta, ac vasa Ecclesiæ munda & nitida conseruent, Corporaliaque pluries infra annum per Clericos mundentur.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. *De Fide.*

13. Vide Confess. fidei Catholicæ.

De Moribus.

15. In Parochialibus Ecclesiis non solum dicatur Missa Parochialis Dominicis, sed etiam aliis per hebdomadam diebus diuina officia secund. primam fundationem ipsius Ecclesiæ vel illius augmentationem celebrentur. &c. Inhibemus Capellas de nouo erigi, construi etiam omnino dirutas reædificari sine Diœcesanorum licentia & permissione.

16. Prohibemus ne histriones aut mimi intrent Ecclesiam ad pulsandum tympano, cythara, aut alio instrumento musicali, neque in Ecclesia aut iuxta Ecclesiam suis pulsent instrumentis; prohibemus insuper ne fiat deinceps festum fatuorum, aut innocentium, neque erigatur Decanatus patellæ.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. *Parte* 3.

23. Si fabricæ aut alia necessitas Ecclesiæ immineat, satius est, vt quod in communem vertetur vtilitatem, ex communibus redditibus desumatur, quam vt quis priuatim grauetur.

25. Deambulationes Laicorum in Ecclesiis prohibeantur.

26. Theatrales ludi, & laruarum ludibria è Templis eiiciantur.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

28. Vide Magistratus.

Ex Concil. Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549.

Censura contra abusus.

29. Vide Magistratus.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

88. Canonici quidam pecuniam ex possessionibus nouorum Canonicorum, aut optione domorum receptam, non in vtilitatem Ecclesiarum, sed in proprios vsus conuertunt, quod vltra fieri prohibemus, talesque pecunias necessitatibus Ecclesiarum, aut domorum reparationi & conseruationi impendi volumus.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. ann. 1565. *Parte* 2.

58. Ecclesias quascunque sacella & oratoria diruta, Episcopi restituenda, vel alio transferenda curent, lapides, cæmentum, & omnis materia eorum locorum ad prophana ædificia ne adhibeantur; ne Clericus aut alius quiuis in Ecclesiis earumve Cœmeterio, atrio, vestibulo, aut porticu, foribusque quidquam venale proponat, ne si ad vsum quidem sacrificij vel Ecclesiæ futurus sit.

Ex Concilio Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. *Titulo* 2.

22. Ne Laicorum hominum ædes imposterum ædificentur, quæ Ecclesiarum parietes vlla ex parte attingant, si quæ verò fenestræ siue Ecclesiarum siue Laicorum ædium in ipsius Ecclesiarum parietibus insunt, vnde in Ecclesias conspectus sit, duobus saltem

post

post huius Concil. promulgationem mensibus, obstruantur.

23. Ne in Ecclesia laici homines de rebus prophanis aut de iis quæ ad ipsam Ecclesiam non pertinent, Congregationes, Concilia, vel quæ Parlamenta publica dicuntur, habeant.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII. anno 1573.

15. In atrio Ecclesiæ nullo modo Laici ædificent; vt Canonum iure interdictum est.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 1.

15. Ne animalia, pisces grandiores eorumve membra Ecclesiis appendantur, nisi quæ notæ aut piæ significationis causa Episcopus permittenda censuerit.

16. Ne ædium, agrorum, rerumque aliarum quæ vel locandæ, vel vendendæ proponi publicè solent, neve omnino rei cuiusquam prophanæ schedulæ, vllis Ecclesiarum, Oratoriorumve, aut Cœmeteriorum foribus, valvis, parietibusque, aut in quouis sacro loco imposterum affigantur, neve res venales, in Ecclesiarum, Oratoriorum, aut Cœmeteriorum parietibus appendantur, &c.

17. Ecclesiæ & Vrbanæ & Diœcesanæ certa hora claudantur & aperiantur, quod si ob causam aliquando diutius, aut per totum diem eas patere oportet; quo tempore patentes sunt, Custos aliquis Clericus adhibeatur, qui semper adsit, & quæ loco illo sacro indigna sunt, ibi peragi prohibeat.

18. Cùm Parochialis Ecclesia consecranda erit, ieiunium in vigiliis cum supplicationibus populus suæ quisque Parochiæ seruet, tùm in die ipso quo consecratio fiet, abstineat ab omni seruili opere.

19. Ecclesia, si quæ aliquando quauis auctoritate prophananda est; primò, si quæ sacræ reliquiæ in ea reconduntur, aliquot ante prophanationem diebus diligenter recognitæ ad Ecclesiam in quam transferri Episcopo placuerit, transferantur, cum sacris item imaginibus, deinde Ecclesiæ Altaria per Sacerdotem ab Episcopo deputatum, hac cæremonia amouebuntur, primùm aliquantisper genibus ad Altare prophanandum flexis tacitè orans, orationem Dominicam, salutationem Angelicam, & orationem dicat de Sancto, cuius nomini Altare illud dicatum est, tùm vbi orauerit ab omni parte detegat lapidem consecratum, ita aptè euellat vt ne confringat, tùm manibus suis lauet, atque abstergat, deinde aquam in Sacrarium effundat, lapide ita amoto, diligenter perspiciat, si quæ sacræ reliquiæ insunt, quas inuentas, certo honestoque loculo clausas atque obsignatas asseruet, &c. Præterea alio post Altarium amotionem die per homines quos Episcopus adhiberi voluerit, fidelium ossa exhumentur, & præsente Sacerdote cum processione Cleri & populi viciniæ, efferentur ad locum vbi reponenda sunt; &c. In Ecclesiis dirutis ad vsumque prophanum conuersis, Crucis insigne figatur, quod facilè amoueri non queat.

20. In Sacristia silentium seruetur accuratè, neque in eam pateat aditus Laicis nisi necessariò.

21. Bibliothecæ Ecclesiæ vbi Ecclesiast. volumina, aliique codices sunt, certus locus (vbi nullus constitutus est) in Episcopalibus aut in Canonicalibus aliisve Ecclesiæ ædibus curante Episcopo constituatur.

21. Oratoria vbi Missæ sacrificium non fit in viis & eiusmodi locis posita Altare nullum omnino habeant, valvis & claue ab ostio muniantur, aut cancellis ligneis à parte anteriori sepiantur, &c. Pilæ quædam structiles in viis publicis constructæ cum sancta aliqua Imagine vel Cruce édito loco picta, aliove modo expressa à superiori parte tectæ conseruentur, ne corruant.

Ex Concil. Mediolanensi 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 3.

9. Lapides, cœmenta, tigna, omnisque materia Eccles. dirutæ prophanatæve, ad vsum quoque prophanum, non sordidum tamen, auerti, adhiberique arbitratu Episcopi liceat.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

26. Ecclesias quascunque siue curatas, siue non curatas, Sacella & Oratoria diruta Episcopi ad eam rationem quæ à S. Trid. Synodo præscripta est, restituenda vel aliò transferenda curent. Lapides, vide Conc. Mediol. 5. 1579. p. 3. c. 9. Altaria etiam quæ extra Ecclesiam, & quæ sub dio nec septa, nec munita sunt, Episcopi aut sepienda, si fieri possit, aut demolienda curent, &c. Ne Clericus, &c. Vide Concil. Mediol. 1. an. 1565. C. 58. Nemini cum venaticis canibus, vel volucribus in Ecclesiam ingredi liceat, mendici eleemosynæ quæritandæ causa ne in Ecclesiis vagentur, sed extra ianuam consistant, &c. Ne quis ad templa ornanda peristromatis aulæisque vtatur, quæ obscœnis figuris intexta sint, &c. Quæ pallia aliaque sacra indumenta Altarium vsui, ornatuive addicta sunt, ea ad Sedis Episcopi alteriusve hominis Ecclesiast. vel Laici quauis dignitate præditi apparatum, aut ad funeris exequiarumve pompam, aut aliarum rerum, quæ prophanæ sint, vsum siue ornamentum ne adhibeantur, vestes & ornamenta ad vsum sacrum comparata; Ecclesiæ instituto benedici debent.

29. In Sacristia silentium seruetur accuratè, neque in ea pateat aditus Laicis nisi necessarium fuerit, ex ea egrediantur vestibus sacris induti, qui celebraturi sunt, nec aliter celebrent, nisi in Sacristia vestiantur, ad quam cùm pariter celebrauerint reuertantur, sub pœna vnius aurei pro medietate Sacristiæ, & pro medietate Seminario applicandi.

31. Campanas tres aut saltem duas vnaquæque Parochialis Ecclesia habeat, simplex Ecclesia & oratorium vnam tantum campanulam habeat, vt summorum Pontificum constitutionibus sancitum est, nulla res prophana deinceps campanis insculpatur, inscribaturve, sed Crux & sacra aliqua imago, & ab Episcopo præcibus ac benedictione consecrentur, & vbi commodè fieri potest, ne ab alio, quàm à Clericis pulsari permittantur, neque earum sonitu quæ consecratæ sunt, conuocentur homines ad sæcularia pertractanda, neve reis ad patibula perducendis.

Ex Concilio Aueniomensi sub Clemente VIII. anno 1594.

27. Vide Conc. Trid. 1562. sess. 2. C. 7. voce Episcoporum officium.

28. Nullus in Ecclesiam canes, accipitres, armave, nisi ad Principis custodiam inducat, nullus in ea deambulet, sermonesve, nisi de rebus piis quocunque tempore, vel negotia inibi pertractare audeat, abusum illum quo mulieres quibusdam festis diebus placentas ac flores ingredientibus non sine scandalo offerre ac præbere solent, iustis de causis tollendum omnino decernimus, &c. Aulæa & peristromata quæ obscœnis

obscœnis figuris ac figmentis poëticis intexta sunt, ad Ecclesiarum ornatum nullus adhibeat, nullæ eorum qui inter Sanctos relati non sunt, prætetquam summorum Rom. Pontif. aut aliorum qui loci qualitati conueniant, effigies appendantur.

31. Vide Conc. Aquense 1585. C.29.

Ex Concil. Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

17. Fenestræ Ecclesiarum, quibus à priuatorum domibus in Ecclesiam introspicitur vitris & clatris ferreis muniantur, nec aperiantur, &c. Deambulationes excursationes, acta iudicialia, tractatus sæculares, instrumentorum, & contractuum quamcumque speciem, item repositiones mercium, tabularum & quorumcumque prophanorum in Ecclesiis omnino fieri prohibemus.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. ann. 1609.

39. Ecclesiæ, Capellæ & Altaria de nouo non construantur publicè vel priuatim in domibus Regularium, Sæcularium aut Laicorum, sine expressa Ordinarij licentia in scriptis concessa, quam non concedent, nisi assignatis per fundatorem sufficientibus redditibus quoad Ecclesias & Capellas publicè extructas, &c. Episcopi Ecclesias temporum iniuria destructas visitando inquirant, an sint redditus aut in fundis aut in iuribus decimalibus, atque ita tales redditus & fructus percipientium expensis reparari iubebunt, & Beneficiatos ac Rectores, nisi sint pro fabrica redditus, per fructuum sequestrationem, implorato brachij sæcularis auxilio, ad id seuerè compellant, communitatibus & populo contribuentibus ad illa ad quæ de iure & consuetudine tenentur; quod si nulli sint redditus, aut decimales, populum ad easdem Ecclesias dirutas construendas hortabuntur, & si id tandem eo modo fieri non poterit, Cruces loco earum erigent, &c. Ab Ecclesia arceantur deambulantes, catapultas aut hastas, nisi pro tutela Principis, deferentes, rebelles aut sæpius id agentes excommunicatione ab Ordinario feriantur. Intra Ecclesias non fiant Conuenticula aut cœtus populi pro negotiis vniuersitatis, aut aliis sæcularibus, & ad hoc conuenientes reiiciat Parochus, &c. Magistratus sæculares aut nobiles, in Choro & Presbyterio, Sacerdotibus in sessione impedimento non sint, nobiles etiam mulieres Presbyterium non ingredi hortamur. In Ecclesiis fieri choreas, comessationes, emptiones aut venditiones prohibemus, sed Clerici hoc permittentes pœna carceris, Laici hoc agentes excommunicatione puniantur comessationes quas (de fructu) vocant, in domibus suis, aut alibi ne faciant Parochi, nec ad hoc inuitent Parochianos, quin potius arceant, nec permittant cani in Ecclesia; *Memento Domine Dauid sententiæ*, nec alia scurrilia & ridenda sub excommunicatione. Non fiant in Ecclesiis aliqua indecentia, nec repræsententur quæ oculos proborum Catholicorum offendunt, & populum ad risum prouocant, vti repræsentatio Prophetarum aut Pastorum in nocte Natalis Dom. cantus prædictionum Sybillarum, Columbæ volatus in die Pentecost. proiectio ignis & aquæ in eadem die; vernacula lingua in Ecclesia non cantentur carmina, quod si in die Natalis Domini permittenda sint, ea ab Episcopo legantur, & probata subscribantur. Mulieres in Ecclesia sileant, nec cantent intra eam cantiones quascumque die Iouis sancto, & ad hos fines hora nona Ecclesiæ claudantur, & hora quarta matutina aperiantur, &c. Intra Ecclesiam non ducantur animalia quæcunque, etiamsi illa offerre intendant Laici, sed si pia voluntate ea Deo dicauerint, extra Ecclesiam ea Parochus recipiat, flores aut ramulos in festis solemnioribus ad populum Sacerdotes ne deferant, sed illis ante inchoatum officium, si ita videbitur, Altaria Clericus ornabit.

ECCLESIA ASYLVM.

Ex Concilio Arausicano 1. sub Leone I. anno 441.

5. EOs qui ad Eccl. confugerint tradi non oportere, sed loci sancti reuerentia & intercessione defendi.

6. Si quis mancipia Clericorum pro suis mancipiis ad Ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes Ecclesias districtissima damnatione feriatur.

Ex Concil. Aurelianensi sub Symmacho, anno 507.

3. De homicidis, adulteris & furibus si ad Ecclesiam confugerint, id constituimus obseruandum quod Ecclesiastici Canones decreuerunt, & lex Romana constituit, vt ab Ecclesiæ atriis vel domo Episcopi reos abstrahere omnino non liceat, sed nec alteri consignare, nisi ad Euangelia datis Sacramentis de morte & debilitate, & omnium pœnarum genere sint securi, ita vt ei cui reus fuerit criminosus de satisfactione conueniat, &c.

4. Si ad Eccles. raptor cum rapta confugerit, & feminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & raptor mortis vel pœnarum impunitate concessa, aut seruiendi conditioni subiectus sit, aut redimendi si liberam habeat facultatem; si verò quæ rapitur patrem habere constiterit, & puella raptori consenserit, potestati Patris excusata reddatur, & raptor Patri superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius.

5. Seruus qui ad Ecclesiam confugerit pro qualibet culpa, si à Domino pro admissa culpa Sacramentum susceperit, statim ad seruitium Domini sui redire cogatur, & postea quam dato Sacramento, Domino suo fuerit consignatus, si aliquid pœnæ pro eadem culpa qua excusatur, probatus fuerit pertulisse, pro contemptu Ecclesiæ, à communione & conuiuio Catholicorum extraneus habeatur, si verò seruus pro culpa sua ab Eccles. defensatus, Sacramenta Domini Clericis exigentibus de impunitate perceperit, exire nolentem, à Domino liceat occupari.

Ex Concilio Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

39. Seruus reatu atrociore culpabilis, si ad Ecclesiam confugerit, à corporalibus tantum suppliciis excusetur, de peccatis verò, vel quocunque opere placuit à Dominis iuramenta non exigi.

Ex Concil. Ilerdensi sub Ioanne I. anno 524.

8. Nullus Clericorum seruum aut discipulum suum ad Eccles. confugientem extrahere audeat, vel flagellare

gellare præsumat, quod si fecerit, donec dignè pœniteat, loco cui honorem non dedit, segregetur.

Ex Conc. Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

13. De mancipiis Christianis qui in Iudæorum seruitio detinentur, si eis quod Christiana Religio vetat à Dominis imponitur, aut si eos quos de Ecclesia excusatos tollent, pro culpa quæ remissa est, affligere aut cædere præsumpserint, & ad Ecclesiam iteratò confugerint, nullatenus à Sacerdote reddantur nisi precium offeratur ac detur, quod mancipia ipsa valere pronunciauerit iusta taxatio.

Ex Concil. Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

21. Si quis necessitatis impulso ad Ecclesiæ septa confugerit, & Sacerdote vel Præposito Ecclesiæ prætermisso atque contempto, eum quisquam de locis sacris vel Altaris, seu vi, seu dolo abstrahere, seu sollicitate fortè præsumpserit, vt inimicus Ecclesiæ ab eius liminibus arceatur, &c. Eo qui abstractus est Ecclesiæ restituto.

24. Quæcunque mancipia sub specie coniugij ad Ecclesiæ confugerint septa, vt per hoc credant posse fieri coniugium, minimè eis licentia tribuatur, nec talis coniunctio à Clericis defensetur.

30. De mancipiis Christianis quæ apud Iudæos sunt, si ad Ecclesiam confugerint, & redimi se postulauerint, etiamsi ad quoscunque Christianos refugerint, & seruire Iudæis noluerint, taxato & oblato à fidelibus iusto pretio, ab eorum dominio liberentur.

Ex Concil. Aurelianensi 5. sub Vigilio. anno 552.

23. De seruis, si pro qualibet culpa ad Ecclesiæ septa confugerit, id statuimus pro concessa culpa datis à Domino Sacramentis, quisquis ille fuerit egrediatur de venia iam securus; si immemor fidei Dominus transcendisse conuincitur quod iurauit, suspensus sit ab omnium communione; iterum si seruus pro venia datis Sacramentis à Domino iam securus exire noluerit, ne sub tali contumacia requirens locum fugæ Domino fortasse depereat, à Domino eum liceat occupare, fidem tamen Dominus, quam pro concessa venia dedit, nulla temeritate transcendat, quod si gentilis Dominus fuerit, aut alterius sectæ qui seruum repetit, pro se requirat bonæ fidei Christianom, vt ipse in persona Domini pro seruo præstet Sacramentum, &c.

Ex Concil. Matisconensi 2. sub Pelagio II. anno 588.

8. Quicunque culpa impellente aut potentum importuna non sustinens, suæ gremium Matris Ecclesiæ petierit, vsque in præsentiam Sacerdotis, in eod. loco inconcussè permaneat, nulli permittentes quolibet dignitatis gradu functo, fugitiuo etiam, in locis sacris violentiam inferre, &c. Si tamen aliquo facto tenentur obnoxij, qui ad Ecclesiam sunt à fuga versi, coram Sacerdote culpæ eorum innotescant, & ipse consultum ferat, qualiter Dei habitaculum per substractionem non violetur illorum, &c.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

9. Si quis fugitiuum ab Eccl. absque Sacramento, quo ei iurandum est vt de vita, tormento, & truncatione securus exeat, qualicumque occasione abstraxerit, communione priuetur; similiter si quis ius Sacramenti præstitum violauerit, communione priuetur.

Ex Concil. Toletano 6. sub Honorio I. anno 638.

12. Vide Traditores.

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

17. Nullus sæcularium, nec in Eccles. nec infra atrium ipsius Eccles. qualecumque scandalum, aut simultates penitus excitare præsumat, nec arma trahere, aut quemcunque ad vulnerandum vel interficiendum penitus appetere, quod si quis præsumpserit, ab Episcopo loci illius, communione priuetur.

Ex Concil. Toletano 12. sub Agathone, anno 681.

10. Nullus audeat confugientes ad Eccl. vel residentes inde abstrahere, aut quodcunque nocibilitatis vel damni seu spolij residentibus in loco sancto inferre, sed est potius his ipsis qui Ecclesiam petunt per omnia licitum, in 30. passus ab Ecclesiæ ianuis progredi, in quibus triginta passibus vniuscuiusque Ecclesiæ in toto circuitu reuerentia defendatur, sic tamen vt hi qui ad eam confugiunt, in extraneis, vel longè separatis ab Ecclesia domibus nullo modo abscedant, sed in hoc 30. passuum numero absque domorum extranearum receptaculo progredientes aditum obtinebunt, qualiter requisitæ naturæ vsum debitis expleant locis, &c. Ipsos tamen qui ad Ecclesiam confugerint, si hi qui eos repetunt Sacramenta reddiderint, & Sacerdos Ecclesiæ ipsius, ab Ecclesiæ non abstraxerit foribus, aut fuga talium si euenerit, Sacerdoti quærenda est, aut damnorum sententia secundum electionem Principis huiusm. Sacerdotibus irroganda.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

39. Reum confugientem ad Eccl. nemo abstrahere audeat, nec inde donare ad pœnam, vel ad mortem, &c. Sed Rectores Ecclesiarum, pacem & vitam, ac membra eius obtinere studeant, tamen legitimè componat quod iniquè fecit.

46. Præcipimus vt in Ecclesiis, aut in domibus Ecclesiarum vel aliis placita sæcularium minimè fiant.

Ex Concil. Erpfordiensi sub Ioanne XI. anno 932.

3. Nullus Christianus Ecclesiam pro reuerentia petendo, ibique manendo, indeque reuertendo, alicuius publicæ potestatis banno ibidem confringatur.

Ex Concilio Legionensi sub Benedicto VIII. anno 1012.

5. Vide Ecclesiastica bona.

Ex Concil. Coyacensi sub Leone IX. Anno 1050.

12. Si quilibet homo pro qualicumque culpa ad Eccles. confugerit, non sit ausus aliquis eum inde violenter abstrahere, nec prosequi infra dextros Ecclesiæ qui sunt 30. passus, sed sublato mortis periculo

culo, & corporis deturbatione, faciat quod lex Gotica iubet, qui aliter fecerit, anathema sit, & soluat Episcopo mille solidos putissimi argenti.

Ex Concil. Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

29. Si quis ad aliquam crucem in via, persequentibus inimicis, confugerit, liber ac si in ipsa Ecclesia permaneat.

30. Quod si quis pro securitate Ecclesiæ vel prædictæ crucis, aliquod crimen peregerit, & ad Eccl. vel crucem confugerit, accepta securitate vitæ & membrorum reddatur iustitiæ.

Ex Conc. Lateran. vniuersali 9. sub Calixto II. anno 1122.

20. Vide Ecclesiastica bona.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 10. sub Innoc. II. anno 1139.

15. In eos qui ad Eccl. vel Cœmeterium confugerint, nullus omnino manum mittere audeat, quod si fecerit, excommunicetur.

Ex Concil. Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

14. In eos qui ad &c. Vide Conc. Lateran. 1139. C. 15.

Ex Conc. Sabinensi in Hispania sub Ioan. XXII. anno 1322.

17. Nonnulli temporalem iurisdictionem indebitè exercentes quosdam confugientium ad Eccl. intra ipsam Eccl. constringunt compedibus & catenis, quosdam verò sic arctè custodiunt, vt eis victualia non possint aliqualiter ministrari, alios etiam dormire, vel quiescere non permittunt, & quandoque eos vulnerant, mutilant, comburunt, & occidunt, & aliis modis affligunt, contra Ecclesiast. libertatem, qui hæc præsumpserint, ipso facto incidant in excommunicationem.

Ex Conc. Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

24. Nullus quacunque Ecclesiastica vel mundana, etiamsi Pontificali vel Ducali præfulgeat dignitate, talia de cætero facere præsumat, per quæ offenditur Ecclesiastica libertas, & Ecclesiæ multipliciter aggrauantur, quod si secus actum fuerit, nisi infra mensem à tempore huiusmodi vacationis restituerint, aut remiserint iam promissum, quod indebitè extorserint, excommunicationi eo ipso subiaceant.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 9.

10. Si à confugientibus ad Ecclesias commissa sunt crimina quæ Reipub. refert puniri, tantisper saltem debet sæcularis potestas, à manuum iniectione abstinere, donec nostros consulat Officiales.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. ann. 1565. Parte 2.

59. Sicut non est permittendum vt confugientibus ad Eccles. & loca sacra, aliqua vis contra sacros Canones inferatur, ita summoperè cauendum ne facinorosi nisi necessariò, ad ea quasi ad asylum in Sacrarum constitutionum fraudem se recipiant, &c.

Ne occisorum Cadauera à Iudicibus vel Notariis maleficorum in Ecclesiis vllo modo inspiciantur, sed eò illata exportentur.

Ex Concil. Mediolanensi 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 3.

9. Decernimus iussu Episcopi, ob eam solam caussam vt cognoscatur an qui tunc ad Ecclesiam perfugium habuerit, iure vti possit immunitatis Ecclesiasticæ per Satellites fori Episcopalis ad carcerem Clericalem, vel sæcularem, si eo loco Clericalis carceris custodia tuta non est, eiusdem Episcopi iudicio inde abduci, tamdiuque Episcopali nomine custodiri, quoad re perpensa ipse Episcopus deliberet, interea dum in custodia est, ne cuiquam liceat de eo quæstiones examenve instituere, neque adeò contra illius personam quicquam agere quo præiudicium illi, eiusve causæ afferatur.

ECCLESIÆ IVRISDICTIO.

Ex Fragmentis Conc. Eliberitani sub Marcello I. an. 305. secund. Gratianum.

9. Episcopi ac Ministri Episcoporum pro criminibus Colonos flagellare cum virgis potestatem habent propter metum aliorum, vt ipsi criminosa corrigantur, si verò Seniores ipsorum Colonorum indignè tulerint, & aliquam vindictam exinde exercere voluerint, sciant se excommunicationis sententia feriendos.

Ex Synodo Romana sub Siluestro I. anno 314.

17. Nemo quemquam peccantem Clericum coram de attingat, non Presbyter, non Diaconus, non Episcopus supra Clericum vel seruitorem Ecclesiæ ad eorem perducat, sed si ita causa exigit, Clerici triduo priuetur honore, vt pœnitentes redeant ad Matrem Ecclesiam.

18. Nemo Diaconus aduers. Presbyteros afferat crimen turpitudinis.

Ex Concil. Niceno Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325.

6. Si communi omnium consensu rationabiliter probato secund. Ecclesiast. regulam duo vel tres animositate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententia Sacerdotum.

Ex Concil. Carthagin. 2. sub Siricio, an. 397. seu sub Celestino, an. 425.

7. Qui meritò facinorum suorum ab Eccles. pulsi sunt, si ab aliquo Episcopo aut Presbytero vel Clerico fuerint in communione suscepti, refugientes sui Episcopi regulare iudicium etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius.

Ex Concil. Carthaginensi 3. sub Siricio, ann. 397.

9. Placuit vt quisquis Episcoporum, Presbyter. & Diac. seu Clericorum cùm in Ecclesia crimen fuerit intentatum, vel ciuilis causa fuerit commota, si relicto Ecclesiast. iudicio publicis indiciis purgari voluerit, etiam pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat, & hoc criminali indicio, in Ciuili verò perdat quod euicit, si locum suum obtinere voluerit.

10. Placuit

10. Placuit vt si à quibuscumque Iudicibus Ecclesiast. ad alios Iudices Ecclesiasticos vbi est maior authoritas fuerit prouocatum, non eis obsit quorum fuerit soluta sententia, si conuinci non potuerint, vel inimico animo iudicasse, vel aliqua cupiditate aut gratia deprauati, sanè si ex consensu partium Iudices electi fuerint etiam a pauciore numero quàm constitutum est non liceat prouocari.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

23. Vt Episcopus nullius causam audiat absque præsentia Clericorum suorum, alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi Clericorum præsentia confirmetur.

Ex Concil. Carthaginensi 5. sub Anastasio, anno 398.

1. Qui fortè in Eccl. quamlibet causam iure Apostolico Ecclesiis imposito agere voluerit, & fortasse decisio Clericorum vni parti displicuerit, non liceat Clericum in iudicium ad testimonium deuocari eum qui cognitor vel præsens fuit, & nulla ad testimonium dicendum Ecclesiastici cuiuslibet persona pulsetur.

2. Si quis cuiuslibet honoris Clericus iudicio Episcoporum pro quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum, siue ab Ecclesiis quibus præfuit, siue à quolibet homine defensari, interposita pœna damni, pecuniæ atque honoris, quo nec ætatem nec sexum excusandum esse præcipimus.

Ex Concil. Toletano 1. sub Anastasio, anno 400.

11. Si quis de potentibus Clericum aut quemlibet pauperiorem, aut Religiosum expoliauerit, & mandauerit ad ipsum Episcopus vt eum audiat, & si contempserit inuicem mox scripta percurrant, per omnes Prouinciæ Episcopos & quoscunque adire potuerint, vt excommunicatus habeatur, donec audiatur & reddat aliena.

Ex Concil. Mileuitano sub Innocentio I. anno 416.

16. Placuit vt petatur à gloriosissimis Imper. vt iubeant iudicibus dare petitos sibi defensores Scholasticos qui in actu sint, vel in officio defensionum causarum Ecclesiasticarum more Sacerdotum Prouinciæ, vt iidem ipsi qui defensionem Ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotiis Ecclesiarum, quoties necessitas flagitauerit, ingredi Iudicum Secretaria.

21. Placuit, vt quicunque Episcopi, quascunque Ecclesias vel plebes, quas ad suam Cathedram æstimant pertinere, non ita repetierint, vt causas suas Episcopis iudicantibus agant, sed alio retinente irruerint, siue volentibus, siue nolentibus plebibus causæ suæ detrimentum patiantur, & quicunque iam hoc fecerint, si nondum est inter Episcopos finita contentio, ille discedat quem constiterit prætermissis iudiciis Ecclesiast. irruisse, nec sibi quisque blandiatur, si à Primate, vt retineat, litteras impetrarit, sed siue habeat litteras, siue non, conueniat eum qui tenet, & eius litteras accipiat, vt eum appareat pacificè tenuisse Ecclesiam ad se pertinentem, si autem ille aliquam quæstionem retulerit, per Episcopos Iudices causa finiatur.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

8. Placuit, vt si Clericus relicto officio suo propter districtionem ad sæculare iudicem fortasse cõfugerit, & is ad quem recurrit, solatium ei defensionis impenderit, cum eodem de Ecclesiæ communione pellatur.

Ex Concil. Tarraconensi sub Hormisda, anno 517.

4. Nullus Episcoporum, aut Presbyterorum, vel Clericorum die Domini o propositum cuiuscunque causæ audeat iudicare, nisi hoc tantum vt Deo statuta solemnia peragant, cæteris verò diebus conuenientibus personis illa quæ iusta sunt habeant licentiam iudicandi, exceptis criminalibus negotiis.

Ex Concil. Ilerdensi sub Ioanne I. anno 524.

11. Si qui Clerici in mutuam cœdem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, a Pontifice districtius vindicetur.

Ex Concil. Parisiensi 6. sub Deusdedit. anno 615.

4. Vt Clerici à Iudice sæculari absque Episcopi consensu non distinguantur.

Ex Concil. Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

15. Omnis potestas Episcopalis modum suæ ponat iræ, nec pro quolibet excessu cuilibet ex familia Ecclesiæ aliquod corporis membrorum sua ordinatione præsumat extirpare aut auferre, quod si talis emerserit culpa, aduocato iudice Ciuitatis ad examen eius deducatur quod factum fuisse asseritur.

Ex Concil. in Palatio Vernis sub Stephano III. anno 756.

19. Vt omnes immunitates in vniuersis Ecclesiis conseruatæ sint.

Ex Concil. Nicæno 2. vniuers. 7. sub Adriano I. anno 787.

1. Diuinos Canones libenter amplectimur, eorumque constitutionem integram & illabefactabilem confirmamus, quæ edita fuerunt à S. Spiritus tubis omni ex parte celebrandis Apostolis, & sex SS. vniuersalibus Synodis, iisque quæ ad eiusmodi decretorum traditionem prouinciatim coactæ fuerunt, & nostris SS. Patribus ex vno enim omnes eodemque Spiritu illuminati, quæ erant vtilia decreuerunt, & quos anathemati quidem transmittunt, nos quoque anathematizamus, quos verò depositioni nos quoque deponimus, quos autem segregationi, nos quoque segregamus, quos autem pœnæ tradunt, nos quoque similiter subiicimus.

Ex Concil. Legionensi sub Benedicto VIII. anno 1012.

5. Si fortè aliquis hominem Ecclesiæ occiderit, & per seipsam Ecclesia iustitiam adipisci non potuerit, concedat Maiorino Regis vocem iudicij, diuidatque per mediam calumniam homicidij.

Ex Concil. Lateran. vniuers. 10. sub Innoc. II. ann. 1139.

19. 20. Vide Incendiarij.

Ex Concil. Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

5. Laici Ecclesiast. terminare iudicia non præsumant, & Episcopi, Abbates, Archidiaconi, & alij Ecclesiarum Prælati de negotiis Ecclesiast. vel de aliis quæ spiritualia esse noscuntur, aliquorum Laicorum iudicio

iudicio non disponant, nec propter eorum prohibitionem, Ecclesiasticam dimittant iustitiam exercere.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 11. sub Alexand. III. anno 1179.

16. Nisi à paucioribus & inferioribus alicui rationabiliter obiectum fuerit & ostensum appellatione remota semper præualeat, & suum consequatur effectum quod à maiori & saniori parte capituli fuerit constitutum.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 12. sub Innoc. III. anno 1215.

44. Constitutiones contra immunitatem Ecclesiast. libertatis, & venditionem feudorum, seu bonorum Ecclesiast sine legitimo Ecclesiasticarum personarum assensu, præsumptas, occasione constitutionis laicæ potestatis, sacri approbatione Conc. decernimus non tenere, præsumptoribus per censuram Ecclesiast. compescendis.

Ex Concil. Rauennatensi 1. sub Honorio IV. anno 1286.

9. Vide Ecclesia.

Ex Concil. Rauennat. 3. tempore Interregni, anno 1314.

10. Concessiones de Indulgentiis annunciandis factas à nobis & à Comprouincialibus cæteris reuocamus omnino.

Ex Concil. Rauennat. 4. sub Ioanne XXII. anno 1317.

21. Auctoritate Dei omnipotentis & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac approbatione huius sacri Conc. absoluimus, seu absolutos decernimus omnes & singulos subditos nostros, & suffraganeorum nostrorum qui pœnas aliquas contentas in sacris constitutionibus nostris seu prædecessorum nostrorum, si contriti confiteantur infra vnius mensis spatium à notitia præsentis, & ad mandata Ordinarij, læso secundum formam Ecclesiæ satisfaciant, &c. Eodem sacro approbante Conc. nobis specialiter reseruamus auctoritatem & potestatem declarandi, interpretandi, temperandi seu minuendi dictas Prouinciales constitutiones seu pœnas in eis contentas, & super dictis pœnis misericorditer dispensandi cum omnibus & singulis subditis nostris & suffraganeorum nostrorum, &c.

Ex Concil. Toletano sub Clemente VI. anno 1347.

2. Si quis personas Ecclesiast. lædere aut capere præsumpserit ad cessationem & alias pœnas, nisi prius citato malefactore, si inueniri & tutè citari possit, aliàs in Cathedrali vel Parochiali Eccl. malefactoris Ecclesiastica citatione publicata, eius defensionibus (si quas legitimas habeat) auditis, si idem malefactor diffiteatur aut comparere noluerit, & summaria cognitione præmissa culpabilis fuerit inuentus, nullatenus procedatur, nisi adeo sit excessus notorius, quod nulla possit tergiuersatione celari.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

4. Ne quis posthac miraculum de nouo factum prætendat, neve intrà aut extrà Ecclesiam, Titulum, Capellam, aut Altare prætextu noui miraculi erigat, aut populi concursu in miraculi gratiam & venerationem recipiat, nisi prius loci Episcopus de negotio quid sentiendum tenendumque sit, causa cognita, decreuerit.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. parte 13.

5. Caueat Iudex ne excommunicationem aliasve censuras Ecclesiast. vel ex iniustis vel ex leuibus causis, vel iuris ordine non seruato, vel ex odij fomite proferat vnquam.

6. Excommunicati in familiari conuersatione vitentur, & à nemine recipiantur.

7. Procuratores fiscales aduers. neminem inquirant, nisi quem legitima ac frequens grauat infamia, non quidem à maleuolis & maledicis, sed à prouidis & honestis iustitiæ zelo commotis suborta, quàm si non probauerint, condemnentur ipsi, non autem inquisiti in expensis.

8. Concubinarij, aut alij manifestè criminosi, nullo modo pro quæstu aut pecuniæ emungendæ causa, fetantur, tolerenturque, nec pœnæ pecuniariæ pro criminibus passim imponantur, &c. Quod si interdum vel personæ delinquentes, vel delicti qualitas pœnam pecuniariam imponi postulauerit hæc in pios tantum vsus conuertatur.

9. Clerici in grauissimis criminibus deprehensi iuxta Canonicas sanctiones puniantur.

10. Vide Testamentum.

Ex Concil. Trident Generali 18. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 25. De Indulgent.

Sacrosancta Synodus Indulgentiarum vsum Christiano populo maximè salutarem, & Sacrorum Conciliorum auctoritate probatum in Ecclesia restituendum esse docet ac præcipit, eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant, &c. Abusus verò qui in his irrepserunt, & quorum occasione insigne hoc Indulgentiarum nomen ab hæreticis blasphematur emendatos cupiens, statuit prauos quæstus omnes pro his consequendis omnino abolendos esse, &c.

ECCLESIÆ LIBERTAS.

Verbo Ecclesia, Conc. Salisburg. 1274. C. 25. Salisburg 1281. C. 14. Rauennat. 1286. C. 9. Herbipol. 1287. C. 20. 28.

ECCLESIASTICA BONA.

Ex Canon. Apostol. Clem. I. anno 93. & Epit. Adriani I. an. 773.

40. Sint ab inuicem separatæ res Eccle. & res Episc. propriæ quas ille dare possit quibus voluerit, ne eo moriente Ecclesia detrimentũ patiatur, nec propinqui eius proscribantur sub obtentu Ecclesiæ.

41. Omnes res Ecclesiæ in potestate sunt Episcopi ad dispensationem pauperum per Presbyteros & Diaconos.

Ex Concilio Ancyrano sub Siluest. I. ann. 314. & Epit. Adriani I. anno 773.

14. Ecclesiæ restituatur quidquid Presbyteri de rebus Ecclesiast. absque Episcopo vendiderunt.

Ex

Ex Concil. Romana 1. sub Silvestro I. anno 324.

4. De redditibus Eccl. quatuor partes fiant, & quarta pars exigatur ab Eccles. vna pars Pontificum, fratribus dimidia ad Ecclesias releuandas, dimidia Presbyteris, & Diaconibus cum omni Clero & peregrinis.

Ex Concil. Niceno Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325. Editionis Arabica.

54. Chorepiscopus curet vt in omni Castello, & parua villa sit aliquis qui colligat prouentus Episcopo secund. vires cuiuscunque loci, & offerantur ad eum.

63. Vt sit in vnaquaque Eccl. Procurator, & cum eo alij, qui curam habeat prouentuum & redditu um Eccles. & deinde Villarum, & sementis, & sumptuum, ac vasorum auri, & argenti, & vestimentorum, & ornamentorum Ecclesiæ.

Ex Concil. Antiocheno sub Iulio I. an. 340. & Epit. Adrian. I. an. 773.

24. Vt res Ecclesiæ, iudicio Episcopi, dispensentur separatæ quidem ab eius propriis rebus quas ille dare possit quibus voluerit, ne, eo moriente, inuadantur eius res propriæ, cum rebus Ecclesiæ.

26. Quod Episcopus, Ecclesiast. res sibi & alij dispensare possit, non tamen ad superfluitatem, sed ad indigentium necessitatem.

Ex Concil. Valentino in Gallia sub Damaso I. anno 374. secund. Gratianum.

1. Irrita erit Episcoporum donatio, vel venditio, vel commutatio rei Ecclesiast. absque collaudatione, & subscriptione Sacerdotum.

Ex Concil. Carthaginensi 3. sub Siricio, ann. 397.

49. Placuit vt Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicunque Clerici qui nihil habentes ordinantur, & tempore Episcopatus, vel Clericatus agros, vel quæcunque prædia nomine suo comparant, tanquam rerum Dominicarum inuasionis crimine obnoxij teneantur, nisi admoniti Ecclesiæ eadem ipsa contulerint, si autem ipsis propriè aliquid liberalitate alicuius, vel successione cognationis obuenerit, faciant inde quod eorum proposito congruit, quod si à suo proposito retrorsum exorbitauerint, honore Ecclesiast. indigni, tanquam reprobi, iudicentur.

Ex eod. Concil. secund. Cod. Canon. Eccles. Africana.

26. Si quis Episcopus res Ecclesiæ suæ, sine consensu Primatis, vel saltem finitimorum Episcoporum vendiderit, deponatur.

33. Placuit vt Presbyteri non vendant res Ecclesiæ vbi sunt constituti, nescientibus Episcopis, quomodo & Episcopis non licet vendere prædia Eccles. ignorante Concilio, vel Presbyteris suis.

Ex Contil. Carthaginensi secundum Gratianum.

2. Nemo successor in antecessoris sui pœna sit obligatus, sed suæ prouidentiæ sit concessum, vt si antecessor eius, res Ecclesiæ irrationabiliter distribuit, ab eo ad ius Ecclesiæ eiusdem reuocentur.

Ex Concil. Carthagin. 4. sub Anastasio, anno 398.

31. Vt Episcopus rebus Ecclesiæ, tanquam commendatis, non tanquam propriis vtatur.

32. Vide Conc. Valentin. 374. C. 1.

Ex Concil. Carthaginensi 5. sub Anastasio, anno 398.

4. Placuit vt rem Ecclesiæ nemo vendat, quod si aliqua necessitas cogat, hanc insinuandam esse Primati Prouinciæ ipsius, vt cum statuto numero Episcoporum, vtrum faciendum sit arbitretur, quod si tanta vrget necessitas Ecclesiæ, vt non possit ante Primatum consulere, saltem post factum curiositatem habeat, & vicinis Episcopis hoc antè iudicare, & ad Conc. referre eas suæ Ecclesiæ necessitates, quod si non fecerit, reus Concilij venditor teneatur.

Ex fragmentis Conc. Toletanorum secundum Burchard.

Si aliqua Episcopi (à Laicis) accipiant dona, statim in quatuor partes diuidant, ita vt prima pars, secundum Apostolorum præcepta, Titulorum necnon Cœmeteriorum testaurationibus diligenter attribuatur, secunda Clericis, tertia cunctis pauperibus, quarta verò aduenis.

Presbyter si post ordinationem aliquid acquisierit, illud obseruandum est, quod in Canonibus de consecratis nihil habentibus, constitutum est supra Conc. Carthag. 3. C. 49.

De his quæ ad Parochianas Ecclesias offeruntur in terris, vineis, mancipiis, peculiis, antiquorum Canonum instituta seruentur, vt omnia in Episcopi potestate consistant.

Ex Conc. Chalcedonensi Gener. 4. sub Leone I. anno 451.

17. Per singulas Ecclesias, Parochias rusticanas siue in possessionibus manere immobiles apud eos qui eas retinent Episcopos, & maximè si eas sine violentia, iam per triginta annos gubernauerunt, si verò intra triginta annos etiam facta fuerit, aut fiat de his altercatio, liceat eis qui se dixerint læsos, propterea eas mouere apud Synodum Prouinc. certamen, &c. Si verò quælibet Ciuitas per authoritatem Imperialem renouata est, aut renouetur imposterum Ciuilibus, & publicis ordinationibus etiam Ecclesiarum Parochianarum sequatur ordinatio.

26. Quia in quibusdam Ecclesiis sicut ad nos peruenit, sine Oeconomo, Episcopi res Ecclesiast. tractant, placuit omnes Ecclesias Episcopos habentes, etiam œconomum habere de proprio Clero, qui gubernet Ecclesiæ res cum arbitrio sui Episcopi, vt non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum Ecclesiast. & ex hoc eueniat res eiusdem Ecclesiæ dispergi, & Sacerdotali dignitati obtrectatio generetur, si verò quis hoc non obseruauerit diuinis subiaceat regulis.

Ex Concil. Romano 4. sub Symmacho, anno 502.

4. Nulli Apostolicæ Sedis Præsuli à præsenti die liceat prædium rusticum, quantæcunque fuerit, vel magnitudinis, vel exiguitatis sub perpetua alienatione vel commutatione ad cuiuslibet iura transferre, nec cuiusquam excusentur necessitatis obtentu, sed nec in vsusfructuario iure aliquibus dare liceat, nec

data retinere, præter Clericos, & captiuos, atque peregrinos.

5. Sanè tantùm domus in quibuslibet Vrbibus constitutæ, quarum statum necesse est expensa non modica sustentari, acceptis (si offerri contigerit) sub iusta existimatione redditibus, & diuini timore iudicij committentur.

6. Pari etiam Ecclesiarum, per omnes Rom. Ciuitatis Titulos, qui sunt Presbyteri vel quicunque fuerint, astringi volumus lege Custodes, &c. Quicunque autem quidquam de iure titulorum, vel Ecclesiæ perpetuo iure, exceptis dumtaxat sub præfata conditione, domibus alienare tentauerit, donator, alienator ac venditor honoris sui amissione mulctetur.

7. Prætetea qui petierit, vel qui Presbyterorum aut Diaconorum, seu Defensorum danti subscripserit, anathemate feriatur.

8. Quod si minore animæ suæ cura quisquam remedium oblatum fortè neglexerit, supra ea pœnarum genera quæ superius tenentur adscripta, liceat quibuscumque Ecclesiasticis personis, vocem contradictionis afferre, & Ecclesiastica auctoritate fulciri, ita vt cum fructibus possit alienata reposcere.

Ex Concilio Romano 6. sub Symmacho, anno 504.

1. Quicunque res Ecclesiæ confiscare, aut competere, aut peruadere, periculosa, aut sua infestatione præsumpserit, nisi se citissimè per Ecclesiæ, de qua agitur, satisfactionem correxerit, anathemate feriatur. Similiter & hi qui Ecclesiæ iussu, vel largitione Principum, vel quorumdam Potentum, aut quadam inuasione, aut tyrannica potestate retinuerint, & filiis vel hæredibus suis quasi hæreditarias reliquerint, nisi citò res Dei, admoniti à Pontifice, agnita veritate reddiderint, perpetuò anathemate feriantur.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

6. Pontifices quibus in sum. Sacerdotio constitutis, ab extraneis dumtaxat aliquid aut cum Ecclesia, aut sequestratim, aut dimittitur aut donatur, quia hoc ille qui donat pro redemptione animæ suæ, non pro commodo Sacerdotis offerre probatur, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum Ecclesiæ inter facultates Ecclesiæ computabunt. Sanè quidquid per fideicommissum aut Sacerdoti, aut Ecclesiæ, fortè dimittitur cuicunque alij postmodum profuturum, id inter facultates suas Ecclesia computare aut retinere non poterit.

7. Casellas vel mancipiola Ecclesiæ, Episcopi vel vasa ministerij, quasi commendata fideli Præposito, in integro iure Ecclesiæ possideant, id est vt neque vendere, neque per quoscunque contractus, res vnde pauperes viuunt, alienare præsumant, quod si necessitas certa compulerit, vt pro Ecclesiæ augmento, aut necessitate, aut vtilitate, vel vsufructu, vel indirecta vendirione aliquid distrahatur, apud duos vel tres Comprouinciales vel vicinos Episcopos, causa, qua necesse sit vendi primitus comprobetur, vt habita discussione Sacerdotali; eorum proscriptione quæ facta fuerit venditio roboretur, aliter facta venditio vel transactio non valebit. Minusculas verò res, vel Ecclesiæ minus vtiles, peregrinis vel Clericis, saluo iure Ecclasiæ, in vsum præstare permittimus.

26. Si quis de Clericis documenta quibus Ecclesiæ possessio firmatur, aut supprimere, aut negare, aut aduersariis fortasse tradere præsumpserit, quidquid per absentiam documentorum, damni Ecclesiæ illatum est, de propriis facultatibus reddat, & communione priuetur.

33. Episcopus qui filios aut nepotes non habens, alium quam Ecclesiam reliquit hæredem, si quid de Ecclesia, non in Ecclesiæ causa, aut necessitate insumpserit, quod distraxit, aut donauit irritum habeatur, qui verò filios habet, de bonis quæ reliquit ab hæredibus eius indemnitatibus Ecclesiæ consulatur.

45. Terrulas aut vineolas exiguas, & Ecclesiæ minos vtiles, aut longè positas paruas Episcopus sine consilio fratrum (si necessitas fuerit) distrahendi habeat facultatem.

48. Quidquid Episcopus de suo proprio habet, hæredibus suis, si voluerit, derelinquat; quidquid verò de prouisione Ecclesiæ suæ fuerit, siue de agris, siue de frugibus, siue de oblationibus, omnia iuri Ecclesiæ reseruare censuimus.

49. Diacones, vel Presbyteri in Parochia constituti, de rebus sibi creditis, nihil audeant commutare, vendere vel donare, quia res Deo sacratæ esse noscuntur similiter & Sacerdotes, quod si fecerint conuicti in Concilio, & ab honore depositi, de suo aliud tantum restituant, quantum nisi sunt præsumpsisse, libertos tamen quos Sacerdotes vel Diacones de Ecclesia sibi commissa facere voluerint, actus Ecclesiæ prosequi iubemus, quod si facere contempserint, placuit eos ad proprium reuerti seruitium.

51. Si Episcopus condito testamento aliquid de Ecclesiastici iuris proprietate legauerit, aliter non valebit, nisi tantum de iuris proprij facultate suppleuerit.

53. Quidquid Parochiarum Presbyter de Ecclesiast. iuris possessione distraxerit, inane habeatur & vacuum, vendicatione comparantis, & actione vendentis.

54. Presbyter dum Diœcesim tenet, de his quæ emerit ad Ecclesiæ nomen scripturam faciat, aut ab eius (quam tenet) Ecclesiæ ordinatione discedat.

Ex Concil. Aurelianensi sub Symmacho, anno 507.

7. De obligationibus vel agris quos Dominus noster Rex Ecclesiæ, suo munere conferre dignatus est; ipsorum agrorum vel Clericorum immunitate concessa, id esse iustissimum definimus, vt in reparationibus Ecclesiarum, alimoniis Sacerdotum, & pauperum refectione, vel redemptionibus captiuorum, quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, & Clerici ad adiutorium Ecclesiast. operis constringantur.

8. Si quis ab Episcopo suo vel de Ecclesia, vel de proprio iure crediderit aliquid repetendum, si nihil conuicij aut criminationis obiecerit, eum pro sola contentione à communione Ecclesiæ non liceat submoueri.

16. De his quæ in Altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem Episcopus sibi vendicet, & medietatem sibi dispensandam, secundum gradus, Clerus accipiat, tàm de prædiis propriis, quàm de omni commoditate in Episcoporum potestate durantibus.

17. De his quæ Parochiis in terris, vineis, mancipiis, atque peculiis quicunque fideles obtulerint, omnia in Episcopi potestate consistant, de his tamen quæ in Altario accesserint, tertia fideliter Episcopis deferatur, duæ Clericis; decimæ autem, secund. quosdam, singulis annis tertia pars, aut in tertio tota, sed tamen nos, sequentes Romanos, singulis annis quartam partem, aut in quarto anno totam Episcopi recipiant.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

7. Quidquid Parochiarum Presbyter de Ecclesiastici iuris possessione distraxerit inane habeatur & vacuum, in venditoris comparantis actione vertenda.

11. Nullus Episcopus de rebus Ecclesiæ suæ sine conscientia Metropolitani sui vendendi aliquid habeat potestatem, vtili tamen omnibus commutatione permissa.

17. Si Episcopus condito testamento aliquid, &c. Vide Conc. Agathense 506. C. 51.

Ex Conc. Valentino in Hispania sub Ioanne I. anno 524. secund. Burchard.

50. Irrita erit Episcoporum donatio vel venditio, vel communicatio absque eorum collaudatione & subscriptione.

Ex Concil Carpentoractensi sub Felice IV. anno 529.

1. Si Ecclesia, cui præest Episcopus, ita est idonea, vt ipsa nullius indigeat, quidquid Parochiis fuerit derelictum, Clericis qui in ipsis Parochiis deseruiunt, vel reparationibus Ecclesiarum rationabiliter dispensetur, si verò Episcopum multas expensas, & minorem substantiam habere constiterit, Parochiis quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum quod Clericis vel Architectis rationabiliter sufficiat, reseruetur, quod autem amplius fuerit, propter maiores expensas, Episcopus ad se debeat reuocare, ita tamen vt nihil de facultatula ipsa, vel de ministeriis Clericorum loci ipsius, licentiam habeat minuendi.

Ex Conc. Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

5. De facultatibus Parochiarum, vel Basilicarum in pagis Ciuitatum constitutis, singulorum locorum consuetudo seruetur.

12. Ea quæ de rebus Ecclesiast. ab Antecessoribus alienata, vel quibuscumque instrumentis inutiliter in dispendium Ecclesiæ obligata noscuntur, & intra tricennaria tempora repetitio suppetit, quæ acta sunt, per publicum, aut Electorum iudicium reuocentur, quod si is qui rem Ecclesiast. tenet, admonitus iudicium declinarit, quousque aut ad discussionem veniat aut rem restituat, communione priuetur.

17. Si quis præsenti tempore à Clericis descendentium munificentiis habetur vel possidetur, deinceps à successoribus nullatenus auferatur, ita vt qui decessorum largitatibus gaudent, officia Ecclesiæ, obedientiam & affectum Sacerdotibus præbeant.

22. Si quis res Ecclesiæ debitas, vel proprias Sacerdotis, horrenda cupiditate occupauerit, retinuerit, aut à potestate ex competitione perceperit, aut eas non restituerit, nullis rebus excusetur, sed si agnito iure Ecclesiastico non statim Ecclesiæ vel Sacerdoti reformauerit, aut vt ipsum ius agnoscere possit in iudicium Electorum venire distulerit, tamdiu à communione Ecclesiast. suspendatur quamdiu restituat; simili sententiæ subiacebit ille, qui quolibet ordine, quod pro deuotione sua Ecclesiis dedit, reuocare præsumpserit.

23. Abbatibus, Presbyteris, cæterisque Ministris de rebus Ecclesiast. vel sacro ministerio alienare, vel obligare absque permissu, & subscriptione Episcopi sui nihil liceat, quod qui præsumpserit regradetur communione concessa, & quod alienatum est ordinatione Episcopi reuocetur.

Ex Concil. Aruernensi sub Vigilio, anno 541.

4. Qui regulam Ecclesiæ petunt à regibus, & horrendæ cupiditatis impulsu, egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent, & à communione Ecclesiæ, cuius facultatem auferre cupiunt, excludantur.

Ex Concil. Aurelianensi 4. sub Vigilio. anno 545.

9. Vt Episcopus qui de facultate propriæ Ecclesiæ nihil relinquit, de Ecclesiæ facultate si quid aliter quam Canones eloquuntur obligauerit, vendiderit, aut distraxerit ad Ecclesiam reuocetur.

11. Si quid Abbatibus, aut sacris Monasteriis aut Parochiis pro Dei fuerit contemplatione collatum, in sua proprietate hoc Abbates vel Presbyteri minimè reuocabunt, nec alienare præsumant, quibus si fuerit necessarium, vt statuta conuellant, non aliter valeat, nisi Episcopi sui subscriptione firmatum.

14. Quæcunque Ecclesiis aut Pontificibus sub competenti, aut iusto documento fuerint derelicta ab hæredibus legitimis, dignum est, vt Dei contemplatione seruentur.

19. Quicunque pro deuotione sua oblationis studio aliquid in campellis, vel in vineolis etiam absque scriptura probatur Ecclesiæ contulisse, si postmodum vel ipse, vel hæredes eius quacunque occasione, auferre a iure hoc Ecclesiæ, vel alienare voluerint, quoad vsque à tali intentione discedat, aut per vasa restituant, à communione Ecclesiastica suspendantur.

25. Si quis Clericus vel Laicus sub potentum nomine atque patrocinio, res ad ius Ecclesiæ pertinentes, contempto Pontifice petere seu possidere præsumpserit primum admoneatur quæ abstulit ciuiliter reformare, aut certè iudicium Sacerdotis seu iudicis operiri, quod si in peruasionis pertinacia persistit, tamdiu ab Ecclesia arceatur donec restituat, &c.

35. De substituendo Autistite si fortassis mota extiterit, & voluntas Decessoris antè fuerit reserata quàm Sucessor accedit Ecclesiæ suæ, non impediat Successorem si quispiam Clericorum aliquid de facultate illa præsumpserit, in potestate sit aduenientis Episcopi, vtrum audire an reiicere Decessoris sui debeat voluntatem.

Ex Concil. Aurelianensi 5. sub Vigilio, anno 552.

13. Ne cui liceat res, vel facultates Ecclesiis, aut Monasteriis, vel Xenodochiis pro quacunque eleemosyna cum iustitia, delegatas retentare, alienare atque subtrahere, quod quisquis fecerit, tanquam necator pauperum ab Ecclesiæ liminibus excludatur.

14. Nullus Episcoporum aut cuiuslibet ordinis Clericus, vel alia quæcunque persona quibuslibet conditionibus, seu in vno Regno, seu in alio positus alterius cuiuscumque Ecclesiæ res aut petat, aut præsumat accipere.

16. Quisquis aut maiorum aut mediocrium personarum quodcunque muneris vel facultatis Sacerdotibus aut Ecclesiis, aut quibuslibet locis sanctis studio mercedis cum iustitia pro Dei contemplatione contulerit, aut ea quæ à parentibus donata noscuntur postmodum auferre præsumpserit, vt necator pauperum communione priuetur.

Ex Concil. Parisiensi sub Ioanne III. anno 559.

1. Quicunque immemor interitus sui, res Ecclesiæ delegatas iniustè possidens præsumpserit retinere, & veritate comperta, res Dei, seruis eius dissimulauerit reformare, ab omnibus Ecclesiis segregatus à sancta communione habeatur extraneus, Competitoribus etiam huiusm. frenum districtionis imponimus, qui facultates Ecclesiæ sub specie largitatis Regiæ, improba subreptione peruaserint, &c.

2. Quia Episcoporum res propriæ, Ecclesiarum res esse noscuntur, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate grassatum, peruasores, Canonum districtione feriantur, &c. Perpetuò anathemate feriatur qui res Eccles. confiscare, aut competere, aut peruadere præsumpserit.

Ex Concil. Braccarensi sub Ioanne III. anno 563.

7. Placuit vt de rebus Ecclesiast. tres æquæ fiant portiones, id est Episcopi vna, alia Clericorum, tertia in reparatione, vel luminatiis Ecclesiæ, de qua parte, siue Archipresbyter, siue Archidiaconus illam administrans, Episcopo faciant rationem.

Ex Concil. Turonensi 2. sub Ioanne III. anno 570.

25. Quicunque tàm Ecclesiæ quàm Episcopi res proprias (quæ & ipsæ Ecclesiæ noscuntur esse) vel Abbatum aut Monasteriorum siue Presbyterorum, quacunque temeritate peruadere, competere, vel confiscare præsumpserit, tunc Presbyter eiusdem Ecclesiæ cuius interest, peruasorem conuenit admonere, & si restitutionem distulerit adhuc quasi filius ab omnibus fratribus ad reddendum missis Apostolis compellatur, qui si pertinaciter in peruasione perstiterit, post tertiam commonitionem ab omnibus excommunicetur & anathematizetur.

26. Quicunque, &c. Vide Conc. Parisiense 559. c. 1.

Ex Concilio Lugdunensi 1. sub Ioanne III. anno 570.

2. Testamenta quæ Episcopi, Presbyteri, seu inferioris ord. Clerici, vel donationes aut quæcunque instrumenta propria voluntate confecerint, quibus aliquid Ecclesiæ, aut quibuscunque conferre videantur, omni stabilitate subsistant, id specialiter statuentes, vt etiamsi quorumcumque Religiosorum voluntas aut necessitate, aut simplicitate, à legum sæcularium ordine visa fuerint discrepare, voluntas tamen defunctorum debeat inconcussa manere, & in omnibus Deo propitio custodiri.

Ex Fragmentis Concil. Braccarensium secund. Burchardum.

31. Quicunque Presbyter de iure Tituli sui quolibet modo aurum, argentum, vel gemmas, vestes quoque sistunt, vel si accesserint aliqua mobilia ad ornamenta diuina, aliquid in perpetuum alienare tentauerit, donator, alienator, ac venditor, honoris sui amissione mulctetur.

8. Si quis de rebus vel augmentis Ecclesiæ quæstum laboris sui propriè auxit, & ex hoc Ecclesiast. rebus, aut neglectum laboris sui exhibuit, aut minorationem vel perditionem induxit, quidquid in rebus Ecclesiæ minuit, ille restituat, ex cuius rebus atque suffragiis, suos, conuictus fuerit, ampliasse labores; quod si aliquid pro vtilitatibus Ecclesiæ aut substantiæ expendit, aut dispendij vel perditionis quippiam pertulerit, si hoc comprobare potuerit, totum illi à rebus Ecclesiæ eiusdem reformabitur, pro cuius vtilitate id expendisse probatur, si verò de rebus Ecclesiæ tantummodo aliqua acquisisse noscuntur, & ad nomen Ecclesiæ instrumenta debent componere, nec aliquibus poterint illa donare.

Ex Concil. Narbonensi sub Pelagio II. anno 589.

8. Quicunque Clericus, Subdiac. Diaconus, Presbyter siue conscientia Episcopi, aliquid de possessionibus vel de dono Ecclesiæ tulerint, aut fraudem fecerint non solum cum omni dedecore constricti restituant, quod fecerunt, sed etiam non debere ibi in Ecclesia esse vbi fidem visus est operasse, duobus iaceat sub pœnitentia annis, & cùm defleuerit factum, reuertatur ad officium.

Ex Concil. Hispalensi 3. sub Gregorio I. anno 590.

1. 2. Vide Libertus.

Ex Concilio Romano 2 sub Gregorio I. anno 595.

3. Si quis Ecclesiasticorum vnquam titulos ponere, siue in rustico, siue in Vrbano prædio suo sponte præsumpserit, ana h. sit. Is autem qui Ecclesiæ præest, si hoc vel ipse fieri præceperit, vel sine sua præceptione factum digna animaduersione neglexerit, anath. sit.

Ex Concil. Romano 3. sub Gregorio I. anno 601.

1. Vide Abbas.

Ex Concil. Parisiensi 6. sub Deusdedit. anno 615.

6. Vt non subducantur quæ ad sartatecta Ecclesiis fuerint delegata, quod si aliquid exinde quicunque abstulerit, nouerit se ab Ecclesia sequestratum, quoad vsque, ea quæ abstulerit, studuerit reformare.

7. Vt defuncti Episcopi aut Clerici cuiuscumque res, antè cognitum testamentum, nemo contingere præsumat, sed ab Archidiacono vel Clero, in omnibus defensentur, & conseruentur.

8. Vt ea quæ Abbates aut Presbyteri morientes relinquunt, ab Episcopo vel Archidiacono non vsurpentur, sed eo loco maneant, vbi relicta sunt.

9. Vt nemo alterius Episcopi, vel Ecclesiæ res, competere, vel peruadere audeat.

10. Vt ratæ sint donationes Episcoporum & Clericorum Ecclesiæ, vel aliis factæ.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

18. Episcopus mancipia vel res ad ius Ecclesiæ pertinentes, neque vendere, neque per quoscunque contractus vnde pauperes viuunt, post mortem alienare præsumat.

21. Si quis in quolibet gradu vel cingulo constitutus, aut potestate suffultus, decedente Episcopo, res cuiuslibet conditionis in domos vel agros Ecclesiæ positas ante reserationem testamenti, vel audientiam ausus fuerit occupare, vel Ecclesiæ repagula effringere, & supellectilem infra domum Ecclesiæ positam contingere, vel scrutari præsumpserit, à communione Christianorum penitus abdicetur.

25. Pontifices quibus ab extraneis dumtaxat aliquid

aut cum Ecclesia, aut sequestratum, aut dimittitur, aut donatur, quia ille qui dona pro remedio animæ suæ, non pro commodo Sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium sed quasi dimissum Ecclesiæ inter facultates Ecclesiæ computabunt, quia iustum est vt sicut Sacerdos habet quod Ecclesiæ dimissum est, ita & Ecclesia habeat quod relinquitur Sacerdoti.

26. Quidquid per fideicommissum aut Sacerdotis nomine aut Ecclesiæ forte dimittitur, cuicunque alij postmodum pro futurum, id inter facultates suas Ecclesia computatum retinere non poterit.

27. Si quis Episcopus res quæ ab alia Eccl. præsentaliter possidentur peruaserit, aut sine audientia præsumpserit vsurpare, ac suis vel Ecclesiæ suæ ditionibus reuocare, dum communione priuari non potest, vt necator pauperum ab officio deponatur.

28. Si quis Episcopus (excepto si euenerit ardua necessitas pro redemptione captiuorum) ministeria sancta frangere pro qualicunque conditione præsumpserit ab officio cessabit Ecclesiæ.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

32. Episcopi ita Diœceses suas regant, vt nihil ex earum iure præsumant auferre, sed iuxta priorum authoritatem Conciliorum, tàm de oblationibus quàm de decimis tributis ac frugibus tertiam consequantur.

37. Quicunque fidelium de facultatibus suis Ecclesiæ aliquid deuotione propria contulerint, si fortè ipsi, aut filij eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesia suffragium vitæ pro temporis vsu percipiant.

47. Oeconomos qui vice Episcoporum res Ecclesiast. tractant, omnes Episcopos de proprio Clero ad regendas Ecclesias habere oportet.

Ex Concil. Toletano 6. sub Honorio I. anno 638.

15. Quæcunque res Ecclesiis Dei à Principibus iustè concessæ sunt vel fuerint, vel cuiuscunque alterius personæ quolibet titulo illis non iniustè collatæ sunt, vel extiterint, ita in earum iure persistere firma stabilitate iubemus, vt euelli quocunque casu vel tempore nullatenus possint.

Ex Concil. Toletano 9. sub Vitaliano, anno 655.

1. Nullus Sacerdotum vel ministrorum ex rebus Ecclesiæ quæ in quibuscunque locis à fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel iuri suo aut Cathedræ propriæ Ciuitatis connectat, &c. condignis autem filiis vel nepotibus, honestioribusque propinquis eius qui construxit vel ditauit Ecclesiam, licitum sit hanc bonæ intentionis habere solertiam, vt si Sacerdotem seu ministrum aliquid ex collatis rebus præuiderunt defraudare, aut commonitionis honestæ conuentione compescant aut Episcopo vel iudici corrigenda denuncient, quod si talia Episcopus agere tentet, Metropolitano eius hæc insinuare procurent, si autem Metropolitanus talia gerat, Regis hæc auribus intimare non differant, ipsis tamen hæredibus in eisdem rebus non liceat quasi iuris proprij potestate præferre, si quis vero hæc monita temerare voluerit, & malè rapta cum confusione restituet & excommunicationis annuæ sententiam sustinebit.

3. Si Sacerdos vel Minister de rebus Ecclesiæ quippiam alicui sub præstationis obtentu concedat, instrumenti causam præstiti euidenter exponat.

4. Sacerdotes vel quicunque illi sunt quibus Ecclesiast. rerum cura commissa est, quæcunque administrationis suæ tempore emerint, si de rebus propriis vel vile vel carum habuerint, ad Ecclesiæ nomen cui præsunt, chartarum instrumenta conficere procurent, &c. Quicunque vero de prædictis pro sua vtilitate atque amicitia vel præstatione, aut quocunque modo, aut per scripturæ seriem aliquid meruerint à quolibet percipere, in rebus Ecclesiast. non poterit numerari, sed quod exinde voluerint facere, in ipsorum voluntatis arbitrio subiacebit, quod si hoc post eorum mortem inordinatum fortè remanserit, Ecclesia hoc sibi cui præfuit vel minister extiterit, in perpetuum vindicabit.

5. Quisquis Episcoporum in Parochia sua Monasterium construere fortè voluerit, & hoc ex rebus Eccl. cui præsidet ditare decreuerit, non amplius ibidem quàm quinquagesimam partem dare debebit, &c. Ad Ecclesiam vero quæ monasticis non informabitur regulis, aut quam prorsus magnificare voluerit sepulturis, non amplius quàm centesimam partem census Ecclesiæ cui præsidet ibidem conferre licebit, ea tamen cautela seruata, vt vnam tantummodo quæ placuerit ex his duabus remunerandam assumat.

6. Si Episcopus 3. partem quam de rebus Parochialium Eccl. sanctione paterna sibi debitam nouit, aut ipsi Ecclesiæ cuius res esse patebit, aut alteri Ecclesiæ quam elegit conferre decreuit, & licitum maneat, & irreuocabile robur eius sententia ferat.

7. Propinqui morientis Episcopi nihil de rebus eius, absque Metropolitani cognitione vsurpare præsumant, quod si is qui recesserit metropolitanus fuerit, successores eius sententiã, aut Conciliũ sustinebunt, ne passim hæreditatis adeundæ danda licẽtia de rebus Ecclesiæ, aut non retineatur ratio plena, aut fraus inueniatur illata; quod si Presbyter aut Diaconus fuerit, quos obiisse constiterit, non sine agnitione sui Episcopi rem eius hæredibus adire licebit.

8. Si Sacerdos vel minister dùm gubernacula Ecclesiarum administrare videtur, contra Patrum sanctiones de rebus Eccl. definiisse aliquid dignoscitur, non ex die quo talia scribendo decreuit, sed ex quo talia moriendo definita reliquit, supputationis ordo substabit, nunquam enim ad triennium temporis pertinebit vita irritè hoc indicantis, quia status contractuum initia non sumpsit ab origine æquitatis.

9. Cum Pontificem mori contigerit, Episcopus qui ad humandum corpus eius aduenerit, descriptis thesauris atque ornamentis omnibus si locuples decedentis Ecclesia fuerit, non amplius quàm libram auri in rebus, exceptis ornamentis Eccl. cum gratia offerentium auferre pertenter, si vero minor rebus extiterit, dimidiam libram sibi licenter vsurpet, &c. Porro breue descriptarũ rerum sub fideli ratione hic qui descripsit dirigere Metropolitano curabit, Metropolitanus autem ex eadem morientis Ecclesia nihil prorsus auferre præsumat sed solam, quæ ad eum pertinet, curam salutarem impendat.

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

7. Defuncto Presbytero vel Abbate nihil ab Episcopo auferatur, vel Archidiacono; vel à quocunque de rebus, Parochiæ, vel xenodochij; vel Monasterij aliquid debet minui.

Ex Concil. Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

21. Si Episcopus Ecclesiæ suæ in qua presidet de rebus suis inuentus fuerit plurima contulisse, quidquid amicis seruis aut libertis, vel quibuslibet personis de Ecclesiæ suæ rebus compertus fuerit aliquid donasse, si triplum aut multò plus patuerit esse quod conscripsit in nomine Ecclesiæ suæ firmum maneat quod distribuit, his etiam si causæ Ecclesiast. fuerint commissæ & fideliter prosequentes in rebus Ecclesiæ profectum fecerint, laboris sui consequantur mercedem, ita vt de eo quidquid acquisierint, quidquid cum fide & bona intentione ad effectum perduxerit, & ad Ius Ecclesiæ per eos redactum patuerit, de mobili re decimum suum sequaotur, pro immobili ab Episcopo repensationem dignam accipiant.

Ex Concil. Bracarensi 3. sub Adeodato, anno 675.

8. Quidquid ex Rectoribus Ecclesiæ, de rebus seu augmentis Ecclesiæ questum laboribus suis ;propriè auxit, & ex hoc Ecclesiast. rebus aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem vel perditionem induxit, quidquid in rebus Eccl. minuit illi restituat, ex cuius rebus atque suffragiis, suos, conuictus fuerit, ampliasse labores, quod si aliqoid pro vtilitatibus Ecclesiæ aut substantiæ expendit, aut dispendij vel perditionis quippiam pertulerit, si hoc comprobari potuerit, totum illi à rebus Ecclesiæ eiusdem reformabitur, pro cuius vtilitatibus id expendisse probatur.

Ex Concil. Toletano 17. sub Sergio, anno 694. secund, Garsiam.

1. Vide Episcopi.

2. Diaconi, Presbyteri in Parochia constituti, & Sacerdotes de, &c. Vide Conc. Agath. 506. c. 49. nec in fine communionem accipiant, & de suo, &c. Ibid. Quod si de suo proprio tantum Ecclesiæ contulerint, quantum visi sunt abstulisse, tum demum illud stare licebit.

4. Si Episcopus, &c. Vide Conc. Agath. 506. cap. 51.

6. Quidquid, &c. Ibid. c 53. venditorem comparantis actione vertentem.

7. Presbyter, &c Ibid. c. 54. vt ab eius quam renuit Ecclesiæ ordinatione discedat.

12. Clerici quod, etiam siue Præceptoris qualibet diuturnitate temporis de Ecclesiæ remuneratione possederint, cum auctoritate Domini gloriosissimi Principis nostri in ius proprium proscriptione temporis non vocentur dummodo pateat Ecclesiæ rem fuisse.

Ex Concil. Ratisponensi sub Zacharia, anno 742.

3. Fraudatas pecunias Ecclesiarum, Ecclesiis restituimus.

17. Statuit Carlomannos Princeps Francorum cùm consilio seruorum Dei & populi Christiani propter immioentia bella, & persecutiones multarum gentium, vt sub precario censu, aliquam partem Ecclesialis pecuniæ in adiutorium exercitus sui cum indulgentia Dei, aliquanto tempore retineret, ea conditione vt annis singulis de vnaquaqoe casata solidus, id est 12. denarij ad Ecclesiam vel Monasterium reddantur, eo modo vt si moriatur ille cui pecunia commendata fuit, Ecclesia cum propria pecunia reuestita sit, & iterùm si necessitas cogat vt Princeps iubeat, precarium renouetur, & rescribatur nouum & omuino reseruetur, vt Ecclesiæ vel Monasteria penuriam paupertatemque non patiantur, quorum pecunia in precario præstita est, sed si paupertas cogat Ecclesiæ Domui Dei integra reddatur possessio.

Ex Concil Leptinensi sub Zacharia, anno 743.

2. Vide Conc Ratispon. 742. c. 17.

Ex Concil. in Palatio Vernis sub Stephano III. anno 756.

20. In alia Synodo nobis per Ionastis, vt illa Monasteria vbi Regulariter Monachi vel Monachæ vixerunt, hoc quod eis de illis rebus dimittebatis vnde viuere potuissent, vt exinde si Regalis erat, ad dominum Regem faciant rationem Abbas vel Abbatissa, & si Episcopalis ad illum Episcopum similiter & de illis vicis.

Ex Concil. Bauarico apud Dingoluingam sub Adriano I. anno 772.

87. Quisquis hæreditatem suam ad Ecclesiam antè donauerat, aut posteà donauerit, si quid mutare voluerit, chartam suam habeat ita scriptam vt locum & tempus, & personam habeat, aut tribus testibus fidelibus & nobilibus, testificetur.

Ex Concil. Nicæno 2. Vniuers. 7. sub Adriano I. anno 787.

12. Si quis Episcopus vel Monasterij Præfectus inuentus fuerit ex Episcopatus vel Monasterij agris in Principis alicuius manus alienare, vel alteri personæ tradere nullius sit momenti traditio, &c. Omnium rerum Ecclesiast. Episcopus curam gerat, & ea administret tanquam Deo intuente, ne liceat autem quidquam ex eis sibi vendicare, vel propris cognatis quæ Dei sunt elargiri, si sint autem pauperes, vt pauperibus suppeditet, sed non eorum prætextu res Ecclesiæ venundet, sin autem detrimentum afferre causetur, nec quidquam ex agro emolumenti peccipi, nec sit de Principibus qui sunt in eo loco alienet prædium, sed Clericis vel agricolis, &c.

13. Sacrosanctæ quædam ædes à quibusdam viris arreptæ sunt, & Episcopatus & Monasteria, & facta sunt communia diuersoria, si qui ea tenet volunt reddere vt in pristinum statum restituantur, benè & pulchre habet, sin minus, si sunt quidem Sacerdotalis cathalogi, eos deponi iubemus, sin autem Monachi vel laici, segregari.

Ex Concil. Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

20. Ecclesiæ antiquitus constitutæ, nec decimis, nec vlla alia possessione priuentur.

Ex Concilio Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

10. 11. Vide Episcoporum officium.

Ex Concilio Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

6. Ecclesia sancta non solum fideles spoliare non debet quin potius inopibus opem ferre, vt debiles, paupetes, viduæ, orphani, & cæteri necessitatem patientes à S. Ecclesia, vt puta à pia matre, & omnium Gubernatrice subsidium accipiant, quia res Eccl. quibus Episcopi oon vt propriis sed vt commendatitiis vti debent, precia sunt peccatorum, pattimonia pauperum, stipendia fratrum in commune viuentium.

7. Quod quisque Deo iustè, & rationabiliter de rebus suis affert, firmiter Ecclesia tenere debet. Vide Episcoporum mores.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

41. Ecclesiæ antiquitus constitutæ nec decimis nec aliis possessionibus priuentur, ita vt nouis oratoriis tribuantur.

Ex Concil. Rhemensi 1. sub Leone III. ann. 813.

36. Quicunque per cupiditatem, & malum ingenium aliorum res sibi acquisierint, & pro ipsis rebus Ecclesiæ illis in precaria reddiderint, pars Ecclesiæ quod suum est habeat, & illi quæ sua sunt absque vllius contradictione recipiant, post hæc verò hi qui hoc malum perpetrati sunt, secundum modum culpæ Pœnitentiam agant.

37. Si quilibet hominum, res Ecclesiæ per mendacia, vel mala ingenia in precaria sibi acquirere & habere voluerit, & post factas precarias eadē mendacia ad aures eiusdem Rectoris Ecclesiæ delata fuerint, ipsa Ecclesia res suas, quæ ei mendaciter abstractæ fuerint, pleniter absque vllius contradictione omnimodis recipiat. Ille vero qui res suas per eadem mendacia propter cupiditatem ipsius precariæ, eidem Ecclesiæ tradidit, simili modo in suam recipiat dominationem.

Ex Concil. Aquisgranensi 1. sub Stephano I. anno 816.

116. Res Ecclesiæ vota sunt fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, quapropter vigilanti ac solerti cura prouidendum est his qui eius facultates administrant, ne eas in suos solummodo vsus conuertant, sed magis iuxta possibilitatem rerum Christo famulantium, imo eorum, in quibus Christus pascitur & vestitur, curam gerere penitus non negligant.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

15. Nulli Sacerdotum liceat res Deo dicatas sibique commissas vtpotè proprias tractare, & ad multifarios secundum libitum suum eos vsus retorquere, sed potius secundum Canonicam authoritatem sanctorumque Patrum dicta & exempla administrare, vel dispensare.

16. Episcopus res sui Iuris, quas aut antè Episcopatum aut certè in Episcopatu, hæreditaria successione, acquisiuit, secundum authoritatem Canonicam, quidquid vult faciat, & cui vult conferat, postquam Episcopus factus est, quascunque res de facultatibus Ecclesiæ, aut suo aut alterius nomine qualibet conditione comparauerit, decreuimus vt non in propinquorum suorum, sed in Ecclesiæ cui præest Iura deueniant, similiter & de Presbyteris.

17. Nulli Apost. Sedis Præsuli, à præsenti die liceat, prædium rusticum quantæcunque fuerit vel magnitudinis vel exiguitatis, sub perpetua alienatione, vel commutatione ad cuiuslibet iura transferre, nec cuiuslibet excusentur publicæ necessitatis obtentu, &c. Sed nec in vsufructuario iure aliquibus dare liceat, nec data retinere, præter Clericos & captiuos atque peregrinos.

18. Quicunque secundum Sanctorum exempla, res sibi creditas dispensauerit, seque ab illecebris mundialibus, & incentiuis carnalibus custodierit, ad eorum consortium se pertinere dubitare non poterit, si autem secus fecerit, eorum consortio se indignum fore pertimescat, quantæcunque sint res Eccl. si eo modo, quos dispensandæ sunt dispensentur, nimiæ non sunt, &c.

Ex Concilio Aquisgranensi sub Gregor IV. anno 836.

20. Qui res Eccl. atque familiam sob manu sua habent, non debent seuerè & crudeliter cum eis agere, sed cogitare, quia vtrorumque Dominus est in cœlis & consuetum atque antiquum ab eis seruitium agant, nihil superaddentes.

Ex Concil. Vernensi sub Sergio II. anno 844.

12. Ecclesiis restituantur loca & prædia Ecclesiast. quæ laici possident.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

21. Vt precariæ, & commutationes tempore viduatarum Eccl. factæ ab his qui loco Episcoporum occupauerunt, rescindantur, & cum authoritate Ecclesiast. & ciuili, si finiendæ sunt, fiant.

22. Precariæ autem à nomine de rebus Ecclesiast. fieri præsumantur, nisi quantum de qualitate conuenienti datur ex proprio, duplum accipiatur ex rebus Eccl. in suo tantum qui dederit nomine, si rès proprias & Ecclesiast. vsufructuario tenere voluerit, si autem res proprias ad præsens dimiserit, ex rebus Ecclesiasticis triplum fructuario vsu in suo tantum quis nomine sumat, quia sic eas quemque tractare oportet, vt alienarum dispensatorem, non propriarum largitorem.

23. Vt commutationes rerum Ecclesiast. valde caueantur, & subtilissimè si aliquo modo fieri debeant inspiciantur, quæ autem inconsultè sunt factæ, iuxta decretum Canonicum Papæ Hilarij; quæ illicitè decessor Episcopus admiserit, vel ab aliis illicitè commissa sunt, ab eo qui successor est emendentur.

42. Monenda est solertia Regia vt strenuos & fideles missos per regnum sibi commissum dirigat, & inuestigent ac diligenter inbreuient res Ecclesiast. quas per subreptionem, atque ignorantiam quorumcunque in allodium ipse, aut pater suus donauit, & consulens periculo animarum suæ videl. & Patris sui hoc ad tempus corrigere studeat.

60. Vide Monasterium.

61. Vt peruasores rerum Eccl. qui easdem res, vel contra authoritatem, non solum retinere, verum & crudeliter depopulari noscuntur, quidam etiam & facultates Eccl. in diuersa collaboratione & reddiōbus eas expoliant, deuastant & opprimunt, vt capaces ex criminali

criminali & publico publico peccato, publica Pœnitentia satisfaciant.

Ex Concil. Moguntino sub Leone IV. anno 847.

6. Quisquis fastu superbiæ elatus domum Dei ducit contemptibilem, & possessiones Deo consecratas atque ad honorem Dei sub Regiæ immunitatis defensione constitutas, inhonestè tractauerit, vel infringere præsumpserit, quasi Inuasor & Violator domus Dei, excommunicetur.

7. Vt Episcopi potestatem habeant res Ecclesiast. prouidere, regere & gubernare, atque dispensare, secundum Canonum authoritatem volumus.

8. Presbyteri non vendant rem Eccl. vbi sunt constituti, nescientibus Episcopis suis, non habentes necessitatem, nec Episcopo liceat matricis Eccl. rem tituli sui nomine vsurpare.

10. Quatuor tàm de redditibus quàm de oblatione fidelium conuenit fieri portiones, quarum sit vna Pontificis, altera Clericorum, tertia pauperum, quarta Ecclesiæ fabricis applicanda, iuxta constitutionem Episcopalem.

11. Vide Ecclesia.

Ex Concil. Valentino in Gallia sub Leone IV. anno 855.

8. Si quis possessiones Ecclesiarum, siue expoliare quæ pertinent ad Ius earum præsumpserit, excommunicationem quousque præsumptionis factum recorrigat seound. Ecclesiasticam censuram ferat, quod & si prætenderit huiusm. sibi indulta & concessa ab Augustissimis Dominis nostris, nec sic à sententia Episcopi sit liber, donec Rector ipsarum Ecclesiast. rerum ad clementes aures Principis causam tàm malefacti cum precibus Ecclesiæ deferat, vt eius iudicio & moderatione res vnde agitur deliberetur, &c.

10. De fiscis & villis quas constat dominio Ecclesiæ à fidelibus olim fuisse contraditas, & nunc potestati sæcularium subditas, voluntate eorum ordinari placuit, vt edictis Principum iussum est, nonæ & decimæ ipsis Ecclesiis vnde subtractæ sunt fideliter persoluantur. hi qui eas retinuerint, vt sacrilegos nouerint se ab Ecclesiæ liminibus pellendos.

10. Vt thesaurus siue ministerium, vel ornamentum Ecclesiarum fideliter deuotioni eorum qui hæc vel ad honorem domus Dei, vel ad sustentationem familiæ Ecclesiasticæ, si necessitas exegerit obtulerunt, custodiatur, &c.

11. Vt de commutationibus rerum Ecclesiast. diligentissima adhibeatur cura, vt vel iuxta inter dictum & obtestationem sacrorum Canonum nullatenus fiant, vel certè fraudulentia & nequitia quorumdam in hac re ita coërceatur & amputetur, vt Ecclesia Dei, suis prædiis & facultatibus tàm impudenter & dolenter minimè spolietur.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 855.

7. Nonnulli Archipresbyteri, vel aliorum titulorũ custodes, fruges vel aliarum Ecclesiarum redditus ad proprias domos abducunt, quidam vero aliorum possessiones conducunt, vt in eis quæ Ecclesiis malè subtraxerunt recondant, nonnulli autem laicorum in tantum eorum nequitiæ se complices faciunt, vt quæ huiusm. transgressores ab Ecclesia surripuerunt, ipsi in suis domibus abscondant, tales ergo primum à suis Episcopis corripiantur, quod si se citius corrigere noluerint, tanquam qui Ecclesiast. res sacrilega temeritate tractauerunt Synodali seotentia feriantur, laicos vero qui post hanc denunciationem, socios se huius expilationis præbuerint, tanquam furti reos, iudiciaria coarctabit authoritas.

Ex Concil. Vvormatiensi sub Adriano II. anno 868.

6. Multi contra Canonum constituta, Ecclesias quas ædificauerint, & ab Episcopo postulauerint consecrari, dotem quam eidem Ecclesiæ contulerint, ad Episcopi ordinationem putant non pertinere, quod factum & in prætetito displicet, & in futuro prohibetur.

7. De reddita Eccl. &c. Vide Conc. Moguntin. 847. cap. 10.

Ex Concil. Constantinop. Gener. 8. sub Adriano II. anno 869.

15. Vetantur omnes alienare cimelia Ecclesiæ (ornamenta scil.) possessiones vendere vel dare in Emphyteusim.

Ex Concil. Coloniensi sub Stephano VI. anno 887.

4. Vt nullus laicus quamvis Religiosus præsumat aliquid de rebus Deo dicatis, vel Ecclesiæ facultatibus, id est nec dandi Basilicas, nec auferendi sine consensu Episcopi habeat potestatem, neque ex dote Ecclesiæ, id est vno manso & 4. mancipiis census exigatur.

Ex Concil. Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

6. Ne cui liceat res vel facultates Ecclesiis aut Monasteriis, vel xenodochiis pro quacunque eleemosyna eum iustitia delegatas retentare, alienare, atque subtrahere; quod quisquis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum Canonum sententiis constrictus, ab Eccl. liminibus excludatur, donec ab ipso quæ sunt ablata vel retenta teddantur.

20. Vide Conc. Rhemen. 813. c. 37.

Ex Concil. Metensi sub Stephano VI. anno 888.

2. De vno manso, & de terris pro sepultura datis & pro quatuor mancipiis vel eorum procreatione nullus census deinceps exigatur.

Ex Concil. Vienensi sub Formoso, anno 892.

1. Sæculares, qui res Ecclesiast. detinent, nisi admoniti se correxerint excommunicentur.

4. Sæculares, Ecclesias inconsultis Episcopis non dent, neque census vllos, introitus causa exigant.

Ex Concil. Triburiensi sub Formoso, anno 895.

7. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur, qui autem pecuniam vel res Ecclesiæ abstulerit sacrilegium facit, vnde sancimus & vnanimes iudicamus vt res Ecclesiæ tripliciter componantur, insuper vero bannos Episcopalis exquiratur qui vero exteriores Ecclesiæ res rapiunt vel fraudant, Co-

mite agente coërceantur vt res ablatæ legitimè restituantur & componantur, si verò non procurauerint vel non emendauerint ab Episcopo canonicè constringantur, vt res restituantur.

8. Si quis post hanc. S. Concilij diffinitionem inuentus fuerit corrupisse bannum ab Episcopis impositum, 40. dierum castigatione corripiatur tantum in pane, sale & aqua.

Ex Concil. Legionensi sub Benidicto VIII. anno 1012.

2. Quidquid testamentis concessum & roboratum aliquo tempore Ecclesia tenuerit, firmiter possideat, &c. Si verò Ecclesia iure tenuerit, & inde testamentum non habuerit firment ipsum ius cultores Ecclesiæ iuramento, ac deinde possideat perenni æuo, nec præiudicat triennium iuri habito seu testamento, Deo etenim fraudem facit, qui pet tricennium tres res Ecclesiæ rescindit.

4. Nullus audeat aliquid rapere ab Ecclesia, verùm si aliquid intra cœmeterium pet rapinam sumpserit, sacrilegium soluat, & si quid inde abstulerit, vt rapinam reddat si autem extra cœmeterium iniustè abstulerit, rem Ecclesiæ reddat, & calumniam cultoribus ipsius Ecclesiæ more terræ.

7. Nullus emat hæreditatem serui Ecclesiæ, qui autem emerit eam, perdat eam & pretium.

Ex Concil. Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

9. Triennium non includat Ecclesiasticas veritates, sed vnaquæque Eccl. omni tempore suas veritates recuperet, & possideat.

Ex Concil. Toletano sub Victore II. anno 1056.

11. Vide Decimæ.

Ex Concil. Romano 5. sub Gregorio VII. anno 1078.

1. Quicunque militum vel cuiuscunque ord. vel professionis persona, prædia Ecclesiast. à quocunque Rege seu sæculari Principe, vel ab Episcopis inuitis seu Abbatibus aut ab aliquibus Ecclesiarum susceperit, vel suscepit, vel inuasit (vel etiam de Rectorum deprauato seu vitioso eorum consensu) tenuerit nisi eadem prædia Ecclesijs restituerit excommunicationi subiaceat.

2. Si quis normannorum, vel quorumlibet hominum, prædia Monasterij Cassinensis inuaserit, vel quascunque res iniustè obtulerit, & bis vel ter admonitus non emendauerit, excommunicationi subiaceat.

11. Si quis prædia B. Petri vbicunque posita in proprietatem suam vsurpauerit, vel sciens occultata non propalauerit; vel debitum seruitium exinde B. Petro non exhibuerit, recognoscat se itam Dei & SS. Apostolorum velut sacrilegum incurrere, quicunque autè in hoc crimine deprehensus fuerit, eamdem hæreditatem B. Petro legitimè restituat, & pœnam quadrupli de propriis bonis persoluat.

Ex Concil. Romano 7. sub Gregorio VII. anno 1079.

4. Si quis normannorum terras B. Petri videlicet illam partem firmatæ marchiæ quæ nondum peruasa est, & Ducatum Spoletanum, & Campaniam, necnon maritimas atque Sabinum, & Comitatum Tiburtinum, necnon Monasterium S. Bened. montis Cassini, & terras sibi pertinentes, insuper etiam Beneuentum inuadere vel deprædari præsumpserit, gratiam S. Petri, & introitum Ecclesiæ ei vsque ad satisfactionem interdicimus.

Ex Concil. Pictauiensi sub Paschali II. anno 1100.

3. Nullus de Clero siue de populo, Ecclesiast. bona iure consanguinitatis requirat sibi habenda.

Ex Concil. Guastallensi sub Paschali II. anno 1106.

2. Nullus Abbas, nullus Archipresbyter, nullus Præpositus audeat possessiones Eccl. suæ vendere, commutare, locare, vel in feudum dare, sine communi fratrum consensu vel Episcopi propriæ Ciuitatis, alioquin ordinis sui periculum patiatur.

Ex Concil. Rhemensi sub Calixto II. anno 1119.

3. Si quis Ecclesiarum possessiones abstulerit, aut inuaserit, aut potestate tyrannica detinuerit, iuxta B. Symmachi capitulum, anathemate perpetuo feriatur.

Ex Concilio Lateran. 1. Vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1122.

4. Omnium negotiorum Ecclesiast curam Episcopus habeat, & ea velut Deo contemplante dispenset, si quis vero Principum aut laicorum aliorum, dispensationem, vel dominationem rerum, siue possessionum Ecclesiast. sibi vendicauerit, vt sacrilegus iudicetur.

7. Nullus Archidiacon. aut Archipresbyter, aut Præpositus vel Decanus, animarum curam vel præbendas Ecclesiæ, sine iudicio vel consensu Episcopi alicui tribuat.

8. Sub districtione anathematis interdicimus ne aliqua militaris persona Beneuentanam B. Pet. Ciuitatem præsumat inuadere, aut violenter tetinere.

19. Vide Monachi.

20. Ecclesias cum bonis suis tàm personis quàm possessionibus Clericos videl. ac Monachos earumq; conuersos, oratores quoque cum suis nihilominus rebus quas fuerunt tutos & sine molestia esse statuimus sub anathemate.

22. Omnium per intrusionem seu Canonicè electorum sub Episcopi nomine aut Abbatis qui secund. vsum Ecclesiæ suæ consectandus est, alienationes quocunque modo factas necnon personarum ordinationes ab eisdem sine communi consensu Clericorum Ecclesiæ sine per simoniam itidem factas, irritas iudicamus.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 11. sub Alexandro III. anno 1179.

15. Clerici qui ab Ecclesiis suis multa bona perceperunt, sine intestati decesserint, siue aliis conferre voluerint, penes Ecclesias eadem bona præcipimus remanere.

Ex Concil. in Dalmatia & Dioclia Regnis sub Innocent. III. anno 1199.

9. Excommunicamus illos qui thesaurum Ecclesiarum iniustè detinent, donec restituant.

Ex Concil. Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

37. Vide Archidiaconus.

47. Nullus Abbas, nullus Prior, nullus Decanus, vel Archidiaconus, vel alius habens personatum vel dignitatem, sed nec alius Clericus inferior, pensiones vel redditus dignitatis, vel consanguineis vel amicis quibuscunque vendere præsumat, vel impignorare, seu infeudare de nouo, vel quolibet modo alienare, nisi forma Canonis obseruata, &c.

48. Ne Clerici beneficiati fructus Ecclesiæ in laico fundo reponant, & vt melius abstineant à præmissis, de cætero domos aut pensiones laicales ad opus concubinarum, vel filiorum suorum non emant, nec construant, sed nec etiam pecuniam ministrent ad huiusmodi emenda, &c. Statuimus vt tam obedientiales rerum Monasterij, quàm Prælati maiores, quatenus vel bis ad minus in anno coram Superioribus iuxta Monasterij consuetudinem reddant de receptis & expensis rationem, &c.

Ex Concil. Viennensi sub Clemente IV. anno 1267.

4. Qui bona Ecclesiarum scienter detinent, si non infra instans festum S. Ioan. Bapt. eadem restituerint, & de damnis ac iniuriis satisfecerint competenter, ex tunc introitum Ecclesiæ sibi nouerint interdictum, nec ab Episcopis aut aliis Ecclesiast. Prælatis ad communionem dominici corporis admittantur, qui obstinatè dum vixerint satisfacere non curauerint, nullus Clericus sæcularis vel Regularis sepulturæ eorum interesse præsumat.

11. Quidam Patroni Ecclesiarum tàm Clerici quàm laici, Aduocati & Iudices, & præcones bona decedentium Clericorum occupant & vsurpant; volentes sibi ab intestato succedere, statuimus, vt supradicti à talibus de cætero sub anath. abstineant.

12. Vide inuestitura.

Ex Concil. Lugdun. Gener. 14. sub Gregorio X. anno 1274.

12. Vniuersos & singulos qui Regalia, custodiam siue guardiam, aduocationis vel defensionis titulum in Ecclesiis, Monasteriis, siue quibus libet aliis piis locis de nouo vsurpare conantes bona Ecclesiarum, Monasteriorum, aut locorum ipsorum vacantium vsurpare præsumunt, quantæcumq; dignitatis honore præfulgeant, Clericos etiam Ecclesiarum, Monachos Monasteriorum, personas cæteras locorum eorumdem qui hæc fieri procurant, eo ipso excommunicationi subiacere; Illos vero Clericos qui se vt debent talia facientibus non opponunt, de prouentibus Ecclesiarum seu locorum ipsorum pro tempore quo præmissa sine debita contradictione permiserint, aliquid percipere districtius inhibemus.

22. Prælati Ecclesias sibi commissas bona immobilia, seu iura ipsarum, laicis non submittant, subiiciant seu supponant, absque Capituli sui consensu & Sedis Apost. licentia speciali, non concedendo bona ipsa vel iura in emphyteosim, seu alias alienando in forma & casibus à iure permissis, sed constituendo, vel recognoscendo seu profitendo ab illis, tanquam à Superioribus se tenere, seu ab ipsis eadem aduocando, vel ipsos Patronos siue Aduocatos Ecclesiarum seu bonorum ipsorum perpetuò, aut ad tempus non modicum statuendo, contractus autem omnes quos de talibus alienationibus sine huiusmodi licentia & consensu contigerit celebrari, viribus omnino carere decernimus. Prælatos autem qui secus egerint ipso facto officio & administratione, Clericos etiam qui scientes contra inhibitionem prædictam aliquid esse præsumptum, id Superiori denunciare neglexerint, à perceptione beneficiorum, quæ in Ecclesia sic grauata obtinent triennio statuimus esse suspensos, laici vero qui Prælatos vel Capitula Ecclesiarum seu alias personas Ecclesiast. ad submissiones huiusmodi faciendas hactenus compulerunt, nisi post competentem monitionem, remissione quam per vim vel metum exegerant, Ecclesias & bona Ecclesiast. eis submissa taliter in sua libertate dimittant. Illi etiam qui de cætero Prælatos vel personas easdem ad talia facienda compulerint, excommunicationis fiunt sententia innodati.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino IV. anno 1291.

1. Prælati bona Ecclesiast. non alienent, nec vendant vel distrahant, nisi expressè authoritate Episcopi, & consensu Conuentus Monasterij accedente, alias locatio, & alienatio prorsus sit irrita, & alienatores ab administratione temporalium, & ab ingressu Ecclesiæ tamdiu sit suspensus donec Ecclesiam reddat indemnem.

2. Vide Monachi.

15. Raptores bonorum decedentium Clericorum, ipso iure excommunicationem incurrant & in locis ad quæ eadem bona violenter ablata delata illa cò fuerint, postquam hoc Ecclesiarum Rectoribus innotuerit, cessetur tamdiu à diuinis donec surrepta eadem Successori defuncti reddantur & in loco pristino reportentur.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

9. Alienantes in fraudem sine Superiorum assensu, & aliter quam in casibus à iure permissis bona Ecclesiarum quarum curam gerunt, pœna Canonis puniantur.

26. Qui vacantium Ecclesiarum, & decedentium Clericorum bona immobilia seu mobilia de cætero vsurpabunt, aut vsibus propriis deputabunt, sint ipso facto excommunicati.

31. Laici, vel Clerici siue sint Religiosi, siue Clerici sæculares qui sine consensu eorum qui super hoc requirendi sunt, bona feudalia quæ ad Ecclesias seu personas Ecclesiast. Ecclesiarum nomine pertinent, emerint vel alienauerint, ipso facto sint excommunicari & bona ipsa Ecclesiis ad quas directum dominium pertinet applicentur.

32. Nullus propter debitum, vel fideiussoriatus obligationem, singularis personæ alicuius vel Ecclesiæ bona Ecclesiast. capiat, quæ ad Ecclesiam vel capitulum ipsius Ecclesiæ communiter pertinent, qui contra fecerint nisi monniti infra quindenam à die notificationis numerandam, restituerint Ecclesiæ vel capitulo ad quos pertinent, ipso facto excommunicationi subiaceant.

33. Nullus de cætero bona Ecclesiarum quibus Aduocati defensores existunt, prætextu guerræ quam habet cum eis, surripiat, aut Ecclesias ipsas vel villas earum & loca incendio vel hostilitate deuaster, aut homines earum spoli & bonis eorum, qui contra fecerit, ipso facto sit excommunicatus.

Ex Concil. Mediolanensi sub Nicolao IV. anno 1287.

5. Alienandi bona quæcunque siue mobilia siue immobilia Ecclesiast. iuris fuerint potestas aufertur, neue quis aut vendere, aut oppignorare, aut titulo donationis ea alicui concedere audeat, sub anathematis & nullitatis censura.

6. Detentores Ecclesiasticorum bonorum grauissimè puniantur.

8. Legatorum piorum fraudatorēs, cœtu Christianorum iudicantur indigni.

10. Rerum sacrarum & testamento vel codicillis relicta administratio penes solos Parochos sit.

Ex Concil. Saltzburgensi sub Clemente V. anno 1310.

2. Prælatus qui Collegio aut tribus per Collegium deputatis saltem semel in anno non fecerit rationem, & à claustri officialibus præsentibus aut vicinis claustris bis, & à remotè distantibus semel in anno non audierit rationes, ab administratione temporalium sit suspensus, quam suspensionem si per tres menses post annum rationibus deputatum, sustinuerit animo indurato, ex tunc arbitrio ordinarij puniatur.

Ex Concilio Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

16. Vide Furtum.

Ex Concil. Rauennat. 3. tempore Interregni, anno 1314.

7. Quicunque aduocatus, Procurator seu Officialis deputatus ad acta scribenda, vel alia quæcunque persona, aliquod priuilegium vel instrumentum, vel scripturam publicam alicuius Ecclesiæ vel Ecclesiast. personæ receperit, seu alias ad eum peruenerit, infra tres dies postquam fuerit requisitus, ab eo à quo accepit dictum priuilegium instrumentum vel scripturam restituere teneatur & debeat, nec possit ea retinere prætextu alicuius debiti; quod si distulerit restituere, pœnas ipso facto incurrat statutas contra Notarios, &c. Vide forum Ecclesiast.

17. Nulla vniuersitas, nullus Capitaneus, Rector, Vicarius seu Officialis quocunque nomine censeatur aut Consiliarius, seu alia quæcunque persona, cuiuscunque status, gradus & conditionis existat, de cætero audeat vel præsumat bona mobilia vel se mouentia, redditus vel prouentus Ecclesiarum, Prælatorum inuadere vel tollere, quovis pretextu vel quæsitu colore, per se vel per alios, qui contra fecerit, nisi infrà 10. dies emendauerit cum effectu, ab omnibus sacramentis Ecclesiast. sit ipso facto exclusus, vsque ad satisfanem condignam, & si dictam exclusionem animo indurato per mensem sustinuerit, si communitas vel vniuersitas fuerit, eo ipso Ecclesiastico ciuitas, castrum vel villa ipsorum subiaceat interdicto, si singularis sit persona excommunicationem incurrat.

Ex Concilio Rauennatensi 4. sub Ioanne XXII. anno 1317.

1. Vacanti Ecclesiæ statim per ipsum Episcopum œconomus deputetur diligens & discretus, qui redditus & prouentus ac bona ipsius colligat & conseruet, ad eiusdem Ecclesiæ, & Successoris defuncti Rectoris ipsius vtilitatem & statum.

10. Quilibet Suffraganeorum nostrorum sub pœna inobedientiæ teneatur sic prouidere quod in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis quotidianæ distributiones fiant, & mensa communis deputetur, vel vbi dictæ distributiones seu mensa commode ordinari non possent, sic per eosdem ordinarios prouideatur, quòd decenter & deuotè in diuinis Officiis, Ecclesiis ipsis deseruiatur.

11. Quilibet Episcopus nostræ Prouinciæ in Ciuitate & Diœcesi sua, & de consensu Cleri ad hoc specialiter conuocati, personas sufficientes & idoneas deputet & ordinet infra tres menses, quo omnes redditus & prouentus Ecclesiarum omnium, Monasteriorum, & aliorum locorum Religiosorum, cuiuscunque status vel conditionis existant, discutiant & examinent diligenter, & describant seu describi faciant per publicum Notarium, iustam æstimationem & debitam, vnicuique Ecclesiæ imponentes, & hoc in Monasteriis, Prioratibus, Ecclesiis seu locis Ecclesiast. aliis vbi a 10. annis citra non est facta æstimatio ante dicta, secund. quam æstimationem & taxationem statuimus & ordinamus omnia onera nostra Rauen. Eccl. Prouinciæ imminentia ad præsens vel in futurum debere diuidi & partiri inter Prælatos & Clerum Rauennat. Prouinciæ.

Ex Concil. Sabinensi in Hispan. sub Ioann. XXII. anno 1322.

12. Monasteriorum damna quæ per alienationes ab ipsorum Abbatibus, Conuentibus, Prioribus, aliis administratoribus quibuscunque indebitè fiunt, refrænare volentes, statuimus vt Prælati in Synodis suis pœnas in constitutione Clem. V. contentas denunciare, & eas in subditis suis exequi non omittant; in exemptis vero si alienationes huiusmodi fecerint, hoc Superiori ipsorum, locorum ordinarij denuncient, vt per eos reuocentur alienationes huiusmodi, &c.

23. Nonnullæ Religiosæ personæ exemptæ & non exemptæ, Ecclesias decimas & alia Ecclesiarum & Prælatorum bona mobilia & immobilia violenter vsurpant & detinent, Prælati contra tales, constitutionem Clem. V. (quæ incipit Religiosi) in Ecclesiis suis publicari faciant diebus dominicis & festiuis.

Ex Concilio Toletano sub Ioanne XXII. anno 1324.

6. Nullus Clericorum bona intuitu Ecclesiæ acquisita, filiis vel filiabus suis det vel conferat inter viuos, vel in testamento contra Canonum instituta dimittat.

Ex Concil. Toletano sub Benedicto XII. anno 1339.

1. Ne quivis possessiones in locis in quibus Ecclesia dominium obtinet, temporale consistentes, eis qui eiusdem Ecclesiæ Vasalli tunc non sint, vendere aut quovis alio titulo in eos transferre præsumat alioquin tàm vendentes quàm ementes excommunicationi subiaceant, & alienationes sint irritæ per hanc tamen constitutionem non intendimus prohibere quin personæ, Canonici, & alij Cathedralium & Collegiatarum Ecclesiarum, quatum dominium est temporale, Beneficiati ac Clerici in locis ipsis Ecclesiæ commorantes, possint possessiones ipsas emere, & quovis alio titulo acquirere, easque Ecclesiis Cathedralibus Collegiatis & Parochialibus suæ Diœcesis, aut Vasallis Ecclesiæ tantum in vita vendere, & in morte donare, relinquere seu legare.

Ex Concil. Salisburgensi sub Vrbano VI. anno 1386.

9. Ex statuto Domini legati Ioan. Episcopi Tusculani, interdictum Ecclesiast. in inuasores, occupatores & detentores Ecclesiast. bonorum latam, ad huiusmodi Exactores, Collectores & tallictores declaramus extendi.

12. Qui bona vacantium dignitatum & Ecclesiarum quarumcunque sibi subiectarum occupant, rapiunt aut vsurpant, ipsi Episcopi ab ingressu Eccl. Inferiores vero ab officio, & beneficio de iure sint suspensi, laici vero siue iudices fuerint, aut Ecclesiarum Patroni bona huiusmodi rapientes, eo ipso excommunicationem incurrant, in locis vero ad quæ ead. bona delata fuerint, postquam hoc Rectoribus Ecclesiarum innotuerit tamdiu cessetur à diuinis donec de ablatis congruè fuerit satisfactum.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

26. Si quis prædium suum cui ius attinet Patronatus cuiquam obligauerit, indistinctè Ius præsentandi apud ipsum obligantem resideat, cum tale ius æstimari non possit, & in sortem nequeat computari.

30. Quidam Ecclesiarum Patroni, Rectoribus earum defunctis, spoliant dotem & Ecclesiam rebus mobilibus & interdum immobilibus, qui hoc præsumpserit sit excommunicatus & à iure præsentandi ea vice suspensus.

34. Vide Magistratus.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

10. Abbates, Priores, Præpositi & alij Prælati, & vniuersi tàm sæculares quam Regulares, sub pœna priuationis administrationis ipsorum, de rebus Ecclesiarum suarum vel Monasteriorum suorum alienationes sine licentia legitima non faciant perpetuas, nec etiam res temporales insignes aut notabiles, præter iuris formam & licentiam secundum eamdem obtentam alienare præsumant.

In qualibet Parochia, Plebanus assumptis sibi duobus honestioribus subditis suis, quorum quilibet habeat clauem vnam, & ipse tertiá omnia quæ deuotione fidelium ad fabricam Ecclesiæ, luminaria vel ad alias vtilitates fuerint deputata diligenter colligat conseruet, & his vsibus impendat ad quos sunt deputata.

11. Nullus Ecclesiasticus vel sæcularis Ecclesiarum vacantium aut Clericorum decedentium bona rapiat, contra faciens, decedens Ecclesiast. careat sepultura, viuens autem cum tota familia sua ab ingressu Eecl. arceatur donec ablata restituerit.

Ex Concil. Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

14. Vide Furtum.

Ex Concil. Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

19. Ne de cætero, quispiam, tàm laici quam Clerici cuiuscunque status & conditionis existant, Ecclesias in castellare, munire, vel quovis quæsito colore, per se vel per alios directè vel indirectè occupare, aut professiones vendere vel emere aut super illis illicitè componere vel pacisci, vel de manu & posse incastellantium seu occupantium recipere præsumant, contrarium facientes tàm, occupatores quam qui ipsis ad hoc consilium, auxilium vel fauorem dederint, excommunicationis & 50. Florenorum pœnam quilibet ipsorum qualibet vice ipso facto incurrant, in Ecclesiis vero sic occupatis, durante occupatione, Clerici sub eadem excommunicatione cessent à diuinis.

Ex Concilio Lateran. Gener. 17. sub Leone X. anno 1513. Sess. 9. De Reformat.

25. Fructus, redditus & prouentus Ecclesiarum, Monasteriorum ac beneficiorum, per sæculares vllos Principes, etiamsi Imperator, Reges, Reginæve seu Respublicæ vel potentatus fuerint, aut per eorum officiales, vel qualcunque aliàs personas de eorumdem Principum mandato sequestrari, occupariue aut detineri sub quolibet prætextu sine R. Pontificis expressa licentia non debent, & si sequestrati fuerint occupatiue, integrè sine exceptione vel mora, Prælatis ad quos de iure spectant restituantur sub pœna excommunicationis aut interdicti Ecclesiast. talium Principum terris & dominio eo ipso incurrendis.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

18. Non liceat Procuratoribus seu vitricis fabricarum in singulis Ecclesiis, quicquam de pecuniis ad fabricam prouenientibus distribuere, aut in ædificiorum vel alterius rei vsum dispensare, sine Rectoris scitu sed ad armaria fabricæ reponantur duabus vel tribus clauibus pro loci consuetudine tenendis, quarum vna ipsi Rectori seruanda tradatur, &c.

Ex Concil. Coloniensi 2. sub Paulo III. ann. 1549. Censura Cont. Abus.

12. Collegiorum & Monasteriorum officiarij, quibus cura administrandorum & dispensandorum bonorum Ecclesiast. committitur, iureiurando promittant, se velle ea fideliter conseruare, tractare & administrare, ac quotiescumque petuntur dare rationem, & ea quæ rationes consectari debent, diem autem certum computandi Decanus & Capitulum eis præfigant, sub pœna suspensionis ab officio & emolumentorum perceptione, &c. Laici prouisores Parochialium Ecclesiarum qui pro conseruatione ædificiorum, luminarium, & comparatione ornamentorum instituuntur, nihil ordinent vel disponant absque consilio sui Plebani, cui bis in anno teneantur reddere rationem.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

89. Capitula Ecclesiarum, aliarumque Rectores & Curatores singulis annis, semel ad minimum omnes Ecclesiarum res, & ornatus inspiciant, & in indice singula diligenter conscribant, &c. Similiter omnium Ecclesiarum prædia & redditus tùm communes, tùm etiam ad singulas dignitates, seu beneficia pertinentes in libro ad id deputato exactissimè conscribantur; litteræ vero originales censuum, in publica & bene munita custodia, copiis earumdem auscultatis apud possessores retentis, asseruari debent.

90. Post hac non solis laicis, sed cum aliquod laicis cuiusque Ecclesiæ Rectori seu Plebano, velut principali, officium fabricæ seu procuratio Ecclesiæ committatur, volumus etiam ad singulas Ecclesiarum cistas, in quibus litteræ censuum seu pecuniæ, & preciosiores Ecclesiarum res asseruantur, diuersas seras & ad minimum duas fieri & ex clauibus semper vnam apud Parochum seu Rectorem Eecl. relinqui & custodiri,

Ex Concil. Trident. Gener. 18. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 22.

3. Episcopi tanquam Delegati Apostolici, ex fructibus & prouentibus quibuscunque omnium dignitatum, personatuum & officiorum, in Ecclesiis Cathedralibus vel Collegiatis existentium tertiã partem in distributiones eorum arbitrio assignandas diuidere possint, vt scil. qui eas obtinent, si personaliter competens sibi seruitium iuxta formam ab eisdem Episcopis præscribendam, quolibet die statuto non impleuerint, illius diei distributionem amittant, nec eius quoquomodo Dominium acquirant, sed fabricæ Ecclesiæ quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio ordinarij applicetur, &c. Quod si alicui ex prædictis dignitatibus de iure seu consuetudine, Iurisdictio, administratio, vel officium non competat, sed extra Ciuitatem in Diœcesi cura animarum immineat, cui is qui dignitatem obtinet incumbere voluerit, tunc pro tempore quo in Curata Ecclesia resederit, ac ministrauerit, tanquam præsens sic ac diuinis interfit, in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis habeatur, &c.

11. Si quem Clericorum aut laicorum, quacunque is dignitate etiam Imperiali aut Regali præfulgeat, in tantum cupiditas occupauerit, vt alicuius Eccl. seu cuiusvis sæcularis, aut Regularis beneficij, montium pietatis, aliorumque piorum locorum Iurisdictiones, bona, Census, aut iura etiam feudalia & Emphyteutica, fructus, emolumenta, &c. Per se vel per alios, vi vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas Clericorum aut laicorum, in proprios vsus conuertere, illosque vsurpare præsumpserit, seu impedire ne ab iis ad quos iure pertinent percipiantur, is anathemati tamdiu subiaceat, quamdiu Iurisdictiones, bona, res, iura quæ occupauerit, Ecclesiæ eiusque administratori, siue beneficiato integrè restituerit, ac deinde à R. Pontifice absolutionem obtinuerit, &c.

Sess. 25.

11. Omnes locationes si anticipatis solutionibus fient, nullatenus in præiudicium Successorum validæ intelligantur, nec huiusmodi locationes in Rom. Curia, vel extra eam confirmentur, &c. Locationes vero rerum Ecclesiast. etiam authoritate Apost. cõfirmatas S. Synod. irritas decernit, quos à 30. annis citra ad longum tempus, seu vt in nullis partibus ad 29. ann. vocant factas.

Ex Concil. Mediolan. 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

64. Episcopi & Capitula tàm Cathedralium quàm Collegiatarum Eccl. hospitalium etiam ac quorumcunque piorum locorum gubernatores, seu Administratores, & alij quicunque qui beneficia Ecclesiast. nunc obtinent, ab huius decreti editione, qui vero in futurum quomodocunque obtinuerint ab adeptæ possessionis die quisque intra spatium 6. mẽsium, omnium & singulorum bonorum mobilium & immobilium, Iurium annuorum censuum siue redditruum rationem diligentissime conquirendam, & eorum omnium inuentarium, in quo locorum etiam fines conditionesque omnes sigillatim describantur per publicum notarium diligenter conficiendum curent, Episcopus quidem adhibitis duobus à Capitulo Cathedralis Eccl. delectis, capitulum coram Episcopo aut aliis Præfectis ab eo, alij vero coram fide dignis testibus; ex eo inuentario exempla Duo, Notarij publici authoritate ad certam eorum fidem munita cõficiantur, quorum alterum Episcopi & Capitula Ecclesiarum Cathedralium in archiuio quod vtrisque commune sit asseruent, alterum ad Metropolitanum mittant. Præfecti vero & Capitula Ecclesiarum Collegiatarum alterum exemplum in communi corũ archiuio retineant, alterum in archiuio Cathedralis Eccl. asseruandum tradant. Cæteri autem qui beneficia quæcunque Ecclesiast. obtinent, exemplis item eodem modo confectis, vnum in Ecclesia sua diligenter custodiant, alterum ad Cathedral. Eccl. perpetuo conseruandum mittant.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 3.

6. Si Canonicorum aliorumve Ecclesiast. hominum Collegium, aut moniales, aut alij quivis homines, nulla legitima Superioris authoritate, bona Ecclesiast. permutarunt vel alio quovis pacto alienarunt, aut imposterum id committent, cogat Episcopus per censuras tùm eos qui alienarunt, cõtra illum agere qui talia bona detinet vt restituat, tùm detinentem compellat, vt ipsa vnà reddat cum fructibus non iure perceptis.

7. Bonorum Ecclesiast. quævis alienatio ea lege confecta, vt Superioris authoritate muniatur, si is cui alienata sunt, antequam contractæ alienationi huiusmodi auctoritas accesserit, in eorum possessionem ingressus, irrita & nulla ab Episcopo declaretur.

8. Ecclesiast. bona quovis nomine alienata, quacunque ratione ad Ecclesiam redierint ne tamen amplius ad longum tempus locentur, neve quovis nomine alienentur, nisi illud verè tunc Ecclesiæ vtilitati aut necessitati sit.

10. Ecclesiasticus quivis homo cui aliquid in singulos annos eo quovis nomine soluitur cùm primum id exiget, notarium adhibeat à quo instrumenti fide testatum fiat quidquid ab eo qui soluere debet ille acceperit, & cuius fundi vel vineæ, &c.

11. Quæcunque Ecclesiasticorum prædiorum; eò locationes ad certum tempus imposterum pacta fiẽt, vt illa meliora reddi liceat, & quidquid in illis sarciendis restituendisve erogatum sit, id ei qui conduxit solui oporteat hæc inita locationum pactione Ius tribuat, faciendi impensas in quovis ædificij genere vtiles, nisi eæ quæ maiorem summam non excedant, quam illa sit quam conductor retinendo singulis annis quibus firma est locatio, tertio partem eius quod locationis nomine soluere debet, recuperare possit.

18. Prohibeat Episcopus vt bona, census, prouentus, aliaque eius generis quæ ad Ecclesiarum fabricas quavis ratione pertinent, ab earum Præfectis aut ministris ad alios vsus auertantur quam institutum est aut certè debent.

19. Qui bona Ecclesiæ hospitalium aliorumve piorum locorum siue solus. siue vnà cum aliis administrat, si vel ipse vel per interpositam personam ea emerit, aut emphyteuti, locationisve nomine conduxerit, ab eo administrationis munere statim amoueatur.

20. Si administratores fabricarum hospitalium, sodalitatum, aliorumve piorum locorum pecuniam mutuò vel dederint, vel ab iis locis sumpserint, ab earum administratione statim amoti sint, indignique censeantur qui per 6. annos illorum aliorumve piorum locorum odministrationem gerant.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII anno 1573.

16. Episcopus Procuratorem aduocatumque constituat, qui in bonorum Iuriumque Ecclesiast. recuperationẽ incumbat, vt illis succurratur Ecclesiis quarũ

Rectores, Administratoresve aut præ inopia non possunt, aut præ metu & copibus aduersariorum, illa recuperare non audent.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 2.

13. Ne liceat Canonicis, aliisve de Capitulo bona, redditus, & prouentus, emolumenta ad Capitulum quovis modo spectantia per se, vel per interpositam personam conducere, alioquin contractus omnes irriti sint ac nulli; idem sancimus de eorum propinquis & consanguineis, secundo vel arctiori gradu iunctis, nisi quod ad hos attinet, cognita Ecclesiæ vtilitate, Episcopus id scripto concesserit.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

16. Clerici ne prædia etiam Ecclesiast. aut decimas ipsi vel per interpositas personas conducant, aut cum ipsis conductoribus aliquo modo participent, minusque ab eis aliquid eo nomine accipiant.

22. Sicut non licet Episcopo res Ecclesiæ alienare sine consensu Capituli, vel superiorum auctoritate, ita vicissim nec Capitulo sine cognitione & licētia Episcopi, atque aliorum Superiorum, propterea declaramus singulos de capitulo excommunicationis sententia innodari, nec eorum contractuum valere, qui res mobiles, Sacras, & Ministerio Ecclesiæ destinatas, siue fundus & alias res immobiles Capituli, seu dignitatis alicuius, vel Præbendæ, aut Capellaniæ in Ecclesia constitutæ inconsultis Episcopis, aut sine eorum & superiorum permissione, ac prætermissis aliis solemnitatibus à sactis Canonibus requisitis distraxerint, & in sua commoda verterint, de sacrilegio commisso, teneri ad restitutionem; quod idem de Episcopis ac cæteris Ecclesiast. beneficia obtinentibus sentiendum est.

28. Emolumenta, oblationes & iura, ac onera Altarium quæ amouebuntur; ad alia altaria eiusdem Episcopi sententia transferantur.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

55. Curet Episcopus inuentarium generale confici omnium bonorum Ecclesiast. iurium, beneficiorum cuiusvis generis suæ Diœcesos, compellatque omnes ac singulos quævis Ecclesiast. beneficia obtinentes ad prædictū inuentarium exactè, ac fideliter conficiendum, sub pœnis arbitrio Episcopi imponendis, &c. Episcopus iubeat decretum Conc. Trident. contra vsurpatores rerum Ecclesiast. bis per annum in Ecclesiis publicari scil. primis diebus Dominicis Aduentus & Quadragesimæ, &c. Locationes rerum Ecclesiast. hactenus confectæ absque publico instrumento per Notarium Curiæ Episcopalis intra duos menses in instrumentum referantur authenticum, deinceps vero per publicum instrument. conficiantur. Curet Episcopus ne arbores fundorum Ecclesiast. cædantur à conductoribus vide Trid. 1562. Sess. 25. cap. 11.

Ex Concil. Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

18. Locationes bonorum Ecclesiast. vltra triennium sine Apostolica concessione, sub pœna à iure statuta, fieri prohibemus, permutationes bonorum Ecclesiæ sine concessione Apost. infeudationes, & Emphyteuses contra sacrorum Canonum statuta & iuris tramitem attentari non debere edicimus, attentata in contrarium cassa & nulla declaramus.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

30. Nullo modo liceat Episcopis, Capellanis aut Beneficiatis quibuscunque bona Ecclesiæ alienare, siue mobilia, siue immobilia, aliàs præter excommunicationem quam ipso facto incurrent, ab ordinarius ad arbitrium mulctentur.

35. In locis in quibus per legata fundationum apparet, bona officio purgatorio destinata Presbyteris oriundis ex loco vbi talis fundatio facta fuit, esse attributa, inter Presbyteros ex eodem loco oriundos redditus diuidantur si officia exercuerint, & diuinis interfuerint.

37. Laici quibus bonorum fabricæ Ecclesiæ administratio concessa est, non attentabūt prædicta bona, nisi publicis præcedentibus proclamationibus, & de consensu Parochi, quo præsente & aliis deputati consueris, reddent computa administrationis in quibus non admittantur expensæ factæ, si summam 6. francorum excesserint, nisi tales expensæ de assensu expresso Parochi fuerint factæ, &c. In templo qui pecunias colligunt, quos Bassinarios vocant, hoc faciant ante consecrationem, quod vero collegerint, in libro ad hoc destinato describant de illis sicut de aliis redditibus rationem reddant, nec ad munus operarij admittantur, nisi qui fidem Catholicam, Apost. & Romanam actualiter profitentur, &c.

ELECTIONES.

Ex Concil. Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

13. Non est populis concedendum electiones facere eorum qui altaris Ministerio sunt applicandi.

Ex Concil. Nicæno Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325. Editionis arabicæ.

48. Vt nullus Episcopus dum viuit alterum eligat qui post mortem loco suo succedat, nec ex multum propinquis, nec ex primariis Ciuitatis, sed cum Episcopus erit mortuus, tunc eligendus est aliquis ex Sacerdotibus, aut Religiosis qui habitant in Monasteriis per desertum, aut certè aliquis in scriptura S. eruditus & cuius probitas sit publicè nota.

50. Non oportet vt vllum (Episcopus) eligat Sacerdotem Ecclesiæ Catholicæ, iis præsentibus qui sunt eligendi Sacerdotes in Ecclesiis aut in Monasteriis.

75. Si congregatio elegerit aliquem in cognitione fidei eruditum & probum ex iis qui altari ministrant, aut ex Monasteriis vt sit Episcopus aut Archidiaconus, aut Chorepiscopus aut Præfectus Xenodochij, nō debet ambire ille qui eligitur, alioquin eiiciatur ex Congregatione, quod si laicus fuerit, non est prohibendus quin eligatur, & electus non est deponendus ante mortem nisi meritus sit.

Ex Concil. Antiocheno sub Iulio I. ann. 340. & Epist. Adriani I. anno 773.

23. Vt irritum sit si Episcopus sibi successorem elegerit.

Ex Concilio Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

3. Placuit in ordinatione Episcopi hunc ordinem custodiri vt primo loco venalitate vel ambitione sub mota, tres ab Episcopis (qui sunt nimirum eiusdem Prouinciæ) nominentur de quibus Clerici vel laici ciues erga vnum eligendi habeant potestatem.

Ex Concil. Carthaginensi 5. sub Anastasio, anno 398.

8. Constitutum est vt nulli Intercessori licitum sit Cathedram cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis vel seditionibus retinere, sed dare operam vt intra annum eisdem Episcopum prouideat, quod si neglexerit, anno exempto, interuentor alius tribuatur.

Ex Concil. Constantinopolit. sub Leone I. anno 459.

5. Plerique Sacerdotes in mortis confinio constituti, in locum serimtur alios designatis nominibus subrogare, vt scil. non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu, hanc licentiam generaliter de Ecclesiis auferamus, ne (quod turpe dictu est) homini quisquam putet deberi quod Dei est.

Ex Concil. Romano 1. sub Symmacho, anno 499.

3. Constituit S. Synodus vt si Presbyter, aut Diaconus, aut Clericus, Papa incolumi & eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano Pontificatu commodare, aut pitacia promittere, aut sacramentum præbere tentauerit, aut aliquod certè suffragium pollicéri, vel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare atque decernere, loci sui dignitate, atque communione priuetur.

4. (Si quod absit) transitus Papæ inopinatus euenerit, vt de sui electione Successoris (vt supra placuit) non possit antè decernere, si quidem in vnum totius inclinauerit Ecclesiastici ord. electio, consecretur electus Episcopus, si autem studia cœperint esse diuersa, eorum de quibus certamen emerserit, vincat sententia plurimorum, sic tamen vt Sacerdotio careat, qui captus promissione, non recto Iudicio de electione decreuerit.

5. Si quis ad Ecclesiasticam pertulerit notitiam, consilia eorum qui contra hanc Synodum de Pontificali egerint ambitu, & rationali probatione conuicerit, particeps actionis huiusmodi non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam io remuneratione quæ nou indigna sit subleuetur.

Ex Concil. Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

3. Metropolitanus à Comprouincialibus Episcopis cum consensu Cleri, vel ciuium eligatur de Comprouincialibus ordinandis cum consensu Metropolitani, Cleri & ciuium voluntas & electio requiratur.

Ex Concil. Parisiensi 6. sub Deusdedit, anno 615.

1. Vt decedente Episcopo, in loco Ipsius, ille, Christo propitio, debeat ordinari quem Metropolitanus, à quo ordinandus est cùm Prouincialibus suis, Clerus vel populus Ciuitatis absque vllo commodo, vel ratione pecuniæ, elegerint.

2. Vt nullus Episcoporum, se viuente, alium in loco suo eligat.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

31. Decedente Episcopo io locum eius non alius subrogetur nisi loci illius Indigena, queto vniuersale, & totius populi elegerit votum, ac Comprouincialium voluntas assenserit.

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

10. Si quis Episcopus de quacunque Ciuitate fuerit defunctus, non ab alio nisi à Comprouincialibus Clero & ciuibus suis alterius habeatur electio, sin aliter, huiusmodi ordinatio irrita habeatur.

Ex Concil. Nicæno 2. Vniuers. 7. sub Adriano I. anno 787.

3. Omnem electionem quæ fit à Magistratibus Episcopi vel Presbyteri vel Diaconi irritam manere (ex Can. Apost. 31. &c.) Oportet enim eum qui est promouendus ad Episcopatum ab Episcopis eligi, quemadmodum à SS. Patribus Nicææ decretum est Can. 4.

Ex Concil. Romano sub Eugenio II. anno 826.

5. Vt in eligendis Episcopis Canonum Regulæ seruentur ne Principes præter Ius fasque aliquid sibi sumant.

Ex Concil. Valentino in Gallia sub Leone IV. anno 855.

7. Si quando alicuius Ciuitatis Episcopus vocatione Domini decesserit, à gloriosissimo Principe supplicando postuletur vt canonicam electionem Clero & populo ipsius Ciuitatis permittere dignetur, atque ita aut in Clero, aut in Diœcesi certè ipsa, vel si opus sit in vicinia ipsius, probata, & officio digna persona quæratur, quæ inuenta consensu totius Cleri & populi ad honorem Dei, Ciuitati ipsi præficiatur, sed & si à seruitio Pij Principis nostri, aliquis Clericorum venerit, vt alicui Ciuitati præponatur Episcopus, timore castro solicitè examinetur, primum cuius vitæ sit, deinde cuius scientiæ & vigore Ecclesiastico sub oculis omnipotentis Dei agat Metropolitanus in hac parte Episcopis sicut Dei Ministris adiutorium ferentibus ne maculatæ vitæ, & pompis sæculi turbidus, & simoniaca hæresi pollutus, humilibus & mundis membris Christi Ecclesiæque ipsius supponatur Episcopus.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. ann. 855.

5. In ordinandis plebium rationibus Ciuium statuta seruentur, & pestiferæ ambitionis virium radicitus extirpetur, & neque ob quorumdam propinquitatem, neque pro alicuius familiaritatis gratia, neque propter pecuniarum acceptionem indignus quilibet ordinetur, & primum quidem ipsius loci Presbyteri vel cæteri Clerici idoneum sibi Rectorem eligant, deinde populi qui ad eamdem plebem adspicit, sequatur assensus, si autem in ipsa plebe talis inueniri non potuerit qui illud opus competenter peragere possit, tunc Episcopus de suis quem idoneum iudicauerit inibi constituat.

6. Ipsi qui ad gubernandas plebes legitimè prouecti fuot, nullatenus à suis Episcopis repellantur, nisi aut in aliquius criminis reatum inciderint, aut easdem plebes malè tractauerint.

Ex Concil. Rhemensi sub Leone IX. anno 1049.

2. Ne qui sine electione Cleri & populi ad Regimen Ecclesiast. ptoucheretur.

Ex Concil. Romano sub Nicolao II. anno 1059.

1. Electio Romani Pontificis in potestate Cardinalium Episcoporum sit.

Ex Concil. Romano 7. sub Gregorio VII. anno 1080.

6. Quoties defuncto Pastore alicuius Ecclesiæ, alius est ei canonicè surrogandus instantia visitatoris Episcopi qui ei ab Apostolica vel Metropolitana Sede directus est, Clerus & populus remota omni sæculari ambitione, timore atque gratia, Apostolicæ Sedis vel Metropolitani sui consensu, Pastorem sibi secundum Deum eligat, quod si corruptus aliquo vitio aliter agere præsumpserit, electionis perperam factæ omni fructu carebit & de cætero nullam electionis potestatem habebit, electionis vero potestas omnis in deliberatione Sedis Apost. siue Metropolitani sui consistat.

Ex Concil. Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

5. Nullus laicus, Clericus, vel tantum Subdiaconus in Episcopum eligatur.

Ex Concil. Lateran. 1. Vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1122.

10. Nullus in Episcopum, nisi canonicè electum, ad consecrandum manus mittat, quod si præsumpserit, & consecratus & consecrator, absque recuperationis spe, deponantur.

Ex Concilio Lateran. vniuers. 10. sub Innocent. II. anno 1139.

28. Obeuntibus Episcopis quoniam vltra tres menses vacare Ecclesias prohibent Patrum sanctiones, sub anath. interdicimus, ne Canonici de Sede Episcopali ab electione Episcoporum excludant Religiosos viros, &c. Quod si exclusis eisdem Religiosis electio fuerit celebrata, quod absque eorum assensu conniuentia factum fuerit, irritum habeatur & vacuum.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 11. sub Alexandro III. anno 1179.

1. Si inter Cardinales de substituendo Pontifice non potuerit concordia plena esse, & duabus partibus concordantibus tertia pars alium præsumpserit ordinare, ille R. Pont. habeatur quia duabus fuerit electus & receptus, si quis autem de tertiæ partis nominatione confisus sibi nomen Episcopi vsurpauerit, tam ipse quàm qui eum receperint excommunicationi subiaceant, &c. Prætetea si à paucioribus aliquis quàm à duabus partibus fuerit electus, nisi maior concordia intercesserit, nullatenus assumatur & prædictæ pœnæ subiaceat, &c. Ex hoc tamen nullum Canonicis constitutionibus & aliis Ecclesiis præiudicium generetur, in quibus maioris & sanioris partis debet sententia præualere, quia quod in eis dubium venerit, Superioris poterit iudicio definiri; In Rom. vero Ecclesia aliquid speciale constituitur quia non potest recursus ad Superiores haberi.

3. Vide Archidiaconus & Episcopi.

17. Si fortè in plures partes fundatorum se vota diuiserint, ille præficiatur Ecclesiæ qui maioribus iuuatur meritis, & plurimorum eligitur & probatur assensu; si autem hoc sine scandalo fieri nequiuerit, ordinet Antistes Ecclesiam sicut melius secundum Deum viderit ordinandam, id ipsum etiam faciat si de Iurepatronatus quæstio emerserit inter aliquos, & cui competat infra tres menses non fuerit definitum.

Ex Conc. Lateran. Vniuers. 12. sub Innocent. III. anno 1215.

23. Vltra tres menses Cathedralis vel regularis Ecclesia Prælato non vacet, infra quos iusto impedimento cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea vice, ac ipsa eligendi potestas ad eum qui proximè præesse dignoscitur, deuoluatur, qui non differat, vltra tres menses cum Capituli sui consilio viduatam Eccl. de persona idonea canonicè ordinare.

24. Cum electio fuerit celebranda, præsentibus omnibus qui debent & volunt & possunt commodè interesse, assumantur tres de Collegio fide digni qui secretò & singularim vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communi, nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto, vt is collatione adhibita eligatur, in quem omnes vel maior vel sanior pars capituli consentiat, vel saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur qui vice omnium, Ecclesiæ viduatæ prouideant de Pastore, aliàs electio facta non valeat, nisi fortè communiter esset ab omnibus quasi per inspirationem diuinam absque vitio celebrata, &c. Ne quis in electionis negotio Procuratorem constituat, nisi sit absens in eo loco de quo debeat aduocari, iustoque impedimento detentus venire non possit, &c. Tunc si voluerit vni committat de ipso Collegio vicem suam, Electiones clandestinas reprobamus statuentes vt quàm citò fuerit celebrata solemniter publicetur.

25. Quisquis Electioni de se factæ per sæcularis potestatis abusum consenserit præsumpserit, & electionis commodo careat & ineligibilis fiat, &c. Qui verò electionem huiusmodi præsumpserint celebrare, ab Officiis & Beneficiis per triennium suspendantur, eligendi tunc potestate priuati.

26. Cùm quisquam fuerit ad regimen animarum, assumptus, is ad quem pertinet ipsius confirmatio diligenter examinet, & electionis processum, & personam electi, vt cùm omnia ritè concurrerint, munus ei confirmationis impendat, quia si secus fuerit incautè præsumptum, non solum deiiciendus est indignè promotus, verum etiam indignè promouens puniendus, &c. Cæterum qui ad Rom. pertinent immediatè Pontificem ad percipiendam sui confirmationem officij eius se conspectui, si commodè fieri potest, personaliter repræsentent, vel personas transmittant, per quas diligens inquisito super electionis processu & electus possit haberi.

Ex

Ex Concil. Lugdunensi Gener. 13. sub Innoc. IV. anno 1245.

3. In electionibus & postulationibus ac scrutiniis, ex quibus ius oritur eligendi, vota conditionalia, alternatiua, & incerta penitus reprobamus, statuentes vt huiusmodi votis pro non adiectis habitis, ex puris consensibus celebretur electio, voce illorum qui non purè consenserint, ea vice in alios recidente. &c.

Ex Concil. Lugdun. Generali 14. sub Greg. X. anno 1274.

1. Si Romanum Pontif. in Ciuitate in qua cum sua Curia residebat, diem claudere contingat extremum, Cardinales qui fuerint in Ciuitate ipsa præsentes, absentes expectare decem diebus tantummodo teneantur, quibus elapsis siue absentes venerint siue non, extunc omnes conueniant in Palatio, in quo idem Pontifex habitabat, contenti singuli, singulis tantummodo seruientibus Clericis vel Laicis, illis tamen quibus patens necessitas id suggerit indulgeri, duos habere permittimus, eiusdem electionis arbitrio reseruato. In eodem autem Palatio vnum Conclaue nullo intermedio pariete, seu alio velamine omnes habitent in communi, quod (seruato libero ad secretam Cameram aditu) ita claudatur vndique, vt nullus illuc intrare valeat, vel exire; nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat, vel facultas secretè loquendi cum eis, nec ipsi aliquos ad se venientes admittant, nisi eos qui de voluntate omnium Cardinalium inibi præsentium, pro iis tantum quæ ad electionis instantis negotium pertinent vocarentur, nulli fas sit sub anath. ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui nuncium mittere vel scripturam, &c. In Conclaui competens aliqua fenestra dimittatur, per quam eisdem Cardinalibus ad victum necessaria commodè ministrentur, sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus, verum si infra tres dies non fuerit ipsi Ecclesiæ de Pastore prouisum, per spatium quinque dierum immediatè sequentium, singulis diebus, tàm in prandio quàm in cœna, vno solo ferculo sint contenti, quibus, prouisione non facta, decursis, extunc tantummodo panis, vinum & aqua ministretur, donec eadem prouisio subsequatur. Prouisionis quoque huiusmodi pendente negotio, dicti Cardinales nihil de Camera Papæ recipiant, nec de aliis eidem Ecclesiæ tempore vacationis obuenientibus vndecunque, sed ea omnia ipsa vacatione durante sub eius (cuius fidei & diligentia Camera eadem est) commissa custodia maneant, per eum dispositioni futuri Pontificis reseruanda, &c. Si aliquis de Cardinalib. Conclaue non intrauerit, aut intrans absque manifesta causa infirmitatis exierit, ipso minimè requisito, nec in eiusdem electionis negotio vlterius admittendo, per alios ad eligendum summ. Pontif. liberè procedatur, si verò infirmitate superueniente idem Conclaue, aliquem ex eis exire contingat, ipsa etiam infirmitate durante, poterit eius suffragio non requisito ad electionem procedi, sed si ad alios post sanitatem sibi redditam, seu ante redire voluerit, vel etiam si alij absentes quos per decem dies dicimus expectandos superuenerint, re integra, ante electionem factam, in eod. negotio in illo statu in quo ipsum inuenerint admittantur, præmissa tàm de clausura quàm de seruientibus cibo ac potu, & reliquis cum aliis seruaturi. Porrò si quando Rom. Pontificem extra Ciuitatem prædictam, in qua erat cum sua Curia residens, contigerit ab hac luce migrare, teneantur Cardinales in Ciuitate, in cuius territorio seu districtu idem Pontifex obiit conuenire, nisi sit forsan interdicta, vel contra Eccles. Romanam in aperta rebellione persistat, quo casu in alia viciniori conueniant.

2. Dominus aliique Rectores & Officiales Ciuitatis illius in quo Rom. Pontificis celebranda fuerit electio, auctoritate nostra, & eiusdem approbatione Concilij potestate sibi tradita, præmissa omnia & singula plenè ac inuiolabiliter sine fraude ac dolo aliquo (sub anath.) faciant obseruari, &c. Super his autem aliter obseruandis statim audito summi Pontif. obitu, coram Clero & populo Ciuitatis ipsius ad hoc specialiter conuocandis præstent corporaliter iuramentum.

3. Si quando aliqui electionibus, postulationibus, vel prouisionibus se opponunt, proponendo aliqua contra electionis, postulationis, seu prouisionis formam, aut personas eligentium, vel electi, siue illius cui prouisio erat facienda vel facta, & propter hoc contigerit appellari, appellantes in instrumento publico seu literis super appellatione confectis, omnia & singula exprimant, quæ in formam intendunt obiicere, &c. Corporali præstito iuramento quod credunt ea quæ sic exprimunt esse vera, & se posse probare, alioquin tàm opponentes, quàm tempore appellationis interpositæ, vel postmodum adhærentes eisdem obiicere aliqua quæ non fuerint in huiusmodi litteris vel instrumentis expressa, potestatem sibi nouerint interdictam.

4. Nullus de cætero administrationem dignitatis ad quam electus est, priusquam celebrata de ipso electio confirmetur, sub Oeconomatus vel Procurationis nomine, aut alio de nouo quæsito colore, in spiritualibus vel temporalibus, per se vel per alium, pro parte vel in totum gerere vel recipere, aut illis se immiscere præsumat.

5. Si quando fuerit electio in aliqua Ecclesia celebrata, Electores electionem ipsam quam citius commodè poterunt Electo præsentare, ac petere consensum ipsius procurent, Electus verò illum adhibere infra mensem à tempore præsentationis huiusmodi teneatur, quem si Electus ipsi præstare vltrà distulerit, iure si quod ei ex sua electione fuerat acquisitum, extunc se nouerit eo ipso priuatum, &c. Cæterum quiuis Electus infra tres menses post consensum electioni de se celebratæ præstitum, confirmationem electionis ipsius petere non omittat, quòd si iusto impedimento cessante, infra huiusmodi trimestre tempus omiserit, electio eadem eo ipso viribus vacuetur.

6. Scienter in electionibus nominantes indignum, propter suffragium in scrutinio præstitum, nisi adeo in eo perstiterint, quod ex votis eorum communis electio subsequatur nequaquam eligendi potestate priuentur, licet pro eo quod indignum nominãdo scienter, contra conscientias suas agunt, & diuinam vindictam, & Apostolicæ vltionis metum, possint non immeritò formidare.

7. Nulli liceat postquam in scrutinio nominauerit aliquem, & electio fuerit subsequuta, vel postquam præstiterit electioni de ipso ab aliis celebratæ consensum, illum super electione ipsa, nisi ex causis postea emergentibus impugnare, vel nisi ei morum ipsius antea de nouo pandatur improbitas, &c.

8. Si quando contigerit duabus electionibus celebratis, partem alteram eligentium, duplo maiorem numero inueniri, contra Electores qui partem reliquam sic excedunt ad extenuationem zeli, meriti vel auctoritatis ipsorum relignis, vel electo ab

eis aliquid opponendi, omnem præsenti decreto interdicimus facultatem.

9. Si extra iudicium in Episcoporum electionibus, vel in aliis de dignitatibus Episcopatu maioribus expressa causa manifestè friuola contigerit appellari, per appellationem huiusmodi nequaquam ad Sedem Apostolicam negotium deuoluatur, sed cùm in electionum earumdem negotiis in iudicio, vel extra iudicium appellatur in scriptis ex causa probabili, quæ probata deberet legitima reputari, ad Sedem ipsam huiusmodi negotia deferantur, cæterum in præmissis omnibus casibus liceat partibus ab huiusmodi appellationibus, nulla tamen interueniente prauitate recedere, antequam præfatæ Sedi fuerint præsentatæ.

10. Si fortè inter cætera quæ obiiciuntur Electo vel postulato, seu aliàs promouendo ad aliquam dignitatem, euidentem scientiæ, vel alium personæ defectum opponi contingat, in discussione obiectorum, illum statuimus ordinem incommutabiliter obseruandum, vt promouendus super defectu ipso ante omnia subiiciatur examini, cuius euentus examinandis aliis, aut dabit initium, aut negabit; cæterum si præmissi examinis exitus, huiusmodi oppositiones docuerit veritate destitui opponentes omnino a prosecutione causæ, in qua talia obiecerunt excludimus, & perinde puniri decernimus, ac si penitus in probatione omnium quæ obiecerant defecissent.

11. Qui Clericos vel quastibet alias personas Ecclesiast. ad quas in aliquibus Ecclesiis, Monasteriis, aut aliis piis locis spectat electio, pro eo quod rogati, aut alias inducti, eum pro quo rogabantur siue inducebantur eligere, noluerunt vel consanguineos eorum, aut ipsas Ecclesias, Monasteria, seu loca cæte- ra beneficiis seu aliis suis per se vel per alios spoliando, seu aliàs iniustè persequendo grauare præsumpserint, se ipso facto excommunicatos esse sciant.

Ex Concil. Rauennat. 2. sub Clemente V. anno 1311.

1. Cùm Ecclesia Cathedralis de Prouincia vacauerit, pro ordinatione ipsius fiant orationes & processiones ad Dominum, & alia bona spiritualia à Clero & populo donec ipsa electio fuerit celebrata, & vt hæc celerius adimpleantur, Archidiaconus, Præpositus & Chorus Ecclesiæ statim cùm ipsa Ecclesia vacauerit, procurent omnibus & singulis Suffraganeis, vacationem ipsam notificare.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 17. sub Iulio II. an. 1512. Sess. 5. contra Simoniacos.

1. Si contigerit electionem Rom. Pontificis ab eo quem elegi contigerit, vel ab aliquo, seu aliquibus de cœtu Cardinalium quomodolibet votum dantibus per Simoniacam hæresim in dando, promittendo, vel recipiendo pecunias, bona cuiuscunque generis commissam per se vel alios quomodocunque, vel qualitercunque etiam in duarum partium, vel omnium Cardinalium vnanimi cócordia celebrari vel fieri, non solum huiusmodi electio vel assumptio eo ipso nulla existat, & nullam eidem sic electo vel assumpto administrandi in spiritualibus & temporalib. facultatem tribuat, sed etiam contradictum sic electum, vel assumptum de simoniaca labe, à quocunque Cardinali qui eidem electioni interfuerit, opponi, & excipi possit, sicut de vera & indubitata hæresi, ita quod à nullo pro Rom. Pont. habeatur, quinimò ipse sic electus à Priori suo Cardinalatus, & alio quocunque honore, beneficiis & pensionibus quæ tunc quomodocunque obtinebat, eo ipso absque alia declaratione priuatus existat, & idem electus non Apostolicus sed Apostaticus, & tanquam Simon Magus & Hæresiarcha, & ad prædicta omnia & singula perpetuò inhabilis habeatur & sit, liceatque omnibus & singulis Cardinalibus etiam illis qui huic Simoniacæ electioni seu assumptioni consenserint, ac etiam vniuerso Clero populo Rom. necnon & subditis, à talis electi etiam inthronizati obedientia & deuotione impunè & quandocunque discedere, & eum vt Magum, Ethnicum, Publicanum & Hæresiarcam euitare, ad cuius quoque confusionem possint Cardinales, qui præfatæ electioni se opponere voluerint, si præsumpserit se regimini vniuersalis Ecclesiæ, prætextu talis electionis, ingerere, auxilium brachij sæcularis contra eum implorare, &c. Cardinales verò qui eum sic simoniacè elegerint, à suis ordinibus, & etiam Cardinalatus titulis & honore, & quibuscunque Prælaturis & beneficiis quæ tunc obtinebant, vel ad quæ ius tunc habebant, absque alia declaratione priuari existant, nisi ab illo penitus, & cum effectu discesserint, & reliquis Cardinalibus qui huiusmodi simoniæ non consenserint, infra terminum octo dierum, postquam fuerint ab eis requisiti personaliter si fieri poterit, alias per edictum publicum, se absque fictione vel fraude vniuerint & coniunxerint, & tunc si præfatis aliis Card. se coniunxerint in pristinum statum & ad pristinos honores, etiam Cardinalatus ac beneficia quæ obtinebant reintegrari ab huiusmodi simonia, & censuris ac pœnis Ecclesiast. quibuscunque absoluti eo ipso existant, Mediatores verò tàm Clerici quàm Laici cuiuscunque fuerint dignitatis, huius electionis simoniacæ participes, sint omnibus suis Ecclesiis, & beneficiis, & feudis, ac aliis quibuscunque honoribus & bonis eo ipso priuati, & ad similia inhabiles, ac etiam actiuè & passiuè intestabiles, & eorum bona ipso facto ad instar reorum criminum læsæ maiestatis fisco Apostolicæ Sedis applicentur. Insuper liceat Cardinalibus qui electioni prædictæ simoniacæ interfuerint, & à præfato sic electo discesserint, adhibitis secum aliis Cardinalibus ad alterius Pontificis electionem, non expectata alia sententia declaratoria simoniacæ electionis, liberè aliàs tamen canonicè deuenire & Conc. etiam generale indicere & conuocare.

Ex eodem Concilio sub Leone X. an. 1517. Sess. 9. De Reformat.

1. Patriarchalibus Metropolitan. ac Cathedralib Ecclesiis & Monasteriis pro tempore vacantibus de personis ætate matura, grauitate morum, litterarumque scientia præditis, non ad alicuius instantiam per commendam & administrationem seu conseruationem, aut alio quouis modo prouideatur, nisi ratione vtilitatis Ecclesiarum prouidentiæ, nobilitatis, probitatis, experientiæ atque Curialitatis antiquæ cum competenti litteratura, & in Sede Apost. meritorum aliter visum fuerit faciendum, & si de minoribus ætate 30. annorum Ecclesiis aut Monasteriis huiusmodi contigerit prouideri, non dispensetur cum eisdem vt Ecclesiis citra 27. ætatis annum, Monasteriis verò citra 22. præesse valeant.

Ex eod. Conc. Sess. 11. De Concordatis.

1. Cathedralibus & Metropolitanis Ecclesiis in Regno Franciæ, Delphinatu, & Comitatu Dien. & Valentin. nunc & pro tempore etiam per cessionem in

in manibus nostris, & Successorum nostrorum Rom. Pontificum sponte factam, vacantibus, illarum Capitula, & Canonici ad electionem & postulationem inibi futuri Prælati procedere non possint, sed illarum occurrente vacatione Rex Franciæ vnum grauem Magistrum seu licentiatum in Theologia, aut in vtroque seu in altero Iurium Doctorem aut licentiatum in Vniuersitate famosa, & rigore examinis, & in vigesimo septimo suæ ætatis anno ad minus constitutum, & aliàs idoneum infra sex menses, à die vacationis Ecclesiarum earumdem computandos, nobis & Successoribus nostris RR. PP. seu Sedi prædictæ nominare, & de persona per Regem huiusm. nominata per nos & Successores nostros prouideri, & si contingeret Regem personam taliter non qualificatam nominare, per nos & Successores nostros de persona sic nominata eisdem Ecclesiis minimè prouideri debeat, sed teneatur Rex Franciæ infra tres alios menses à die recusationis personæ nominatæ, solicitatori nominationem prosequenti consistorialiter factæ intimandæ computandos, alium supradicto modo qualificatum nominare, alioquin Ecclesiæ tunc sic vacanti per nos & Successores nostros, seu Sedem huiusmodi de persona qualificata, necnon Ecclesiis per obitum apud Sedem prædictam vacantibus semper nulla dicti Regis præcedente nominatione liberè prouideri possit, decernentes electiones contra præmissa attentatas nullas & inualidas existere, consanguineis tamen Regis ac personis sublimibus ex causa rationabili, necnon Religiosis mendicantibus reformatis eminentis scientiæ, & excellentis doctrinæ, qui iuxta sui ord. Regularia instituta ad gradus huiusm. assumi non possint, sub prohibitione præmissa minimè comprehensis, sed de eorum personis dictis Ecclesiis vacantibus ad dicti Regis nominationem per nos & Successores nostros liberè prouideri possit.

2. Monasteriis & Prioratibus Conuentualibus & verè electiuis, in quorum electionibus forma Capituli (quapropter) seruari, & confirmationes electionum solemniter peti consueuerunt, in Regno, Delphin. & Comitat. etiam per similem cessionem vacantibus illorum Conuentus ad electionem seu postulationem Abbatis seu Prioris procedere non possint, sed idem Rex, illarum occurrente vacatione Religiosum eiusdem ord. in ætate 23. annorum ad minus constitutum infra tempus sex mensium à die vacationis computandorum nominare, & de persona sic nominata per nos & Successores nostros, seu Sedem huiusm. prouideri & conferri debeat, si verò Rex Presbyterum sæcularem aut Religiosum alterius ord. aut minorem 23. annorum, vel aliàs inhabilem nobis aut Successoribus nostris nominaret, talis nominatus recusari, & nullatenus sibi prouideri debeat, sed Rex ipse infra trimestre à die recusationis alium supradicto modo nominare, & de persona sic nominata per nos aut Successores nostros prouideri debeat, alioquin nouem mensibus effluxis, nulla facta legitima nominatione, semper etiam nulla dicti Regis expectata nominatione per nos & Successores nostros, seu Sedem prædictam prouideri liberè possit, &c. Per præmissas non intendimus in aliquo præiudicare Capitulis Ecclesiarum, Conuentibus Monasteriorum & Prioratuum huiusm. priuilegia à Sede Apost. proprium eligendi Prælatum obtinentium, quominus ad electionem Episcoporum ac Abbatum & Priorum iuxta priuilegia eis concessa liberè procedere possint.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 1.

2. Collationes Ecclesiasticorum Sacerdotiorum & Beneficiorum, electiones & præsentationes, & institutiones Clericorum ac Ministrorum maximè eorum qui curæ præficiuntur animarum, ritè ac canonicè fiant.

4. Nulla consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis contemplatio facere debet hoc, vt populi gubernatio alij quàm meliori tradatur.

7. Omnes Cathedrales Ecclesiæ, Collegia & Conuentus ad dignitates vacantes ex sua congregatione idoneos eligant Prælatos.

8. Electores solliciti sint vt talem præficiant, qui officio credendo satisfacere possit virum ætatis legitimæ, moribus grauem, litterarum scientia præditum, atque in sacris ord. constitutum.

9. Absit ergo omnis simoniæ prauitas, omnis personarum respectus, cessent potentiorum preces quæ minis æquiparantur, omnisque impressio, cesset ambitio ac dominandi libido, ad hæc procul absint omnes illicitæ obligationes quæ sub electionem, aut paulò post ab eligendo vel electo, haud præter simoniæ labem extorquentur.

10. In confirmatione electionis, Episcopi expendere debent formam electionis & electi merita.

11. Patroni tùm Ecclesiastici, tùm Laici, idoneos Archidiaconis præsentent.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

3. Posthac ad Episcopatum Ecclesiæ Augustensis, nullus nisi Presbyteratus ordine insignis, aut qui se gradus quos nondum habent omnes, statutis ordinationum temporibus, nulla interdicta mora, aut tergiuersatione adepturum promiserit, eligatur aut assumatur.

Ex Concil. Trident. Gener. 18. sub Paulo III. anno 1545. Sess. 7. De Reformat.

1. Ad Cathedralium Ecclesiarum regimen, nullus nisi ex legitimo matrimonio & ætate matura, grauitate morum, litterarumque scientia præditus assumatur.

Sub Pio 4. an. 1562. Sess. 22. De Reform.

2. Quicunque posthac ad Cathedrales Ecclesias erit assumendus is non solum natalibus ætate, moribus & vita, ac aliis quæ à sacris Canonibus requiruntur plenè sit præditus, verum etiam in sacro ordine, antea saltem sex mensium spatio constitutus, quarum rerum instructio si eius notitia nulla aut recens in Curia fuerit, à Sedis Apost. Legatis seu Nunciis Prouinciarum, aut eius Ordinario, eoque deficiente à vicinioribus Ordinariis sumatur, quod si Regularis fuerit, à Superioribus suæ Religionis similem fidem habeat.

Sess. 24. De Reformat.

1. Cùm primùm Ecclesia vacauerit supplicationes ac preces publicè priuatimque habeantur, atque à Capitulo per Ciuitatem & Diœcesim indicantur, quibus Clerus populusque bonum à Deo Pastorem valeat impetrare, &c. In Prouinciali autem Synodo per Metropolitanum habenda, præscribatur quibus locis & Prouinciis propria examinis seu inquisitionis aut instructionis facienda forma SS. Rom. Pontifi-

ficis

ficis arbitrio approbanda, ita tamen vt eùm deinde hoc examen seu inquisitio de persona promouenda perfecta erit, ea in instrumentum publicum redacta, cum toto testimonio ac professione fidei ab eo facta quamprimum ad SS.Rom.Pontificem omnino transmittatur, &c. Omnes verò inquisitiones, informationes, testimonia ac probationes quæcunque de promouendi qualitatibus, & Ecclesiæ statu, à quibuscumque etiam in Rom. Curia habitæ, per Cardinalem qui relationem facturus erit in Consistorio, & alios tres Cardinales examinentur, &c. Et relatione in vno Consistorio facta, in aliud Consistorium iudicium differatur, nisi aliud Beatissimo Pontifici videbitur expedire; ea verò omnia quæ de Episcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, & cæteris qualitatibus aliàs in ead. Synodo constituta sunt, decernit ead. etiam increatione S. R. E. Cardinalium, etiamsi Diaconi sint, exigenda.

Sess. 25. De Regularibus.

6. In electione Superiorum quorumcunque Abbatum temporalium, & aliorum Officialium ac Generalium, & Abbatissarum, atque aliarum Præpositarum, quo omnia rectè & sine fraude fiant, S. Synodus districtè præcipit, omnes supradictos eligi debere, & per vota secreta, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur, nec imposterum liceat Prouinciales aut Abbates, Priores aut alios quoscunque Titulares, ad effectum electionis faciendæ constituere, aut voces & suffragia absentium supplere, si verò contra huius decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit.

ENERGVMENI.

Ex Concil. Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

29. ENergumenum qui ab erratico spirim exagitatur huius nomen, neque ad Altare, cum oblatione esse recitandum, neque permittendum, vt sua manu in Ecclesia ministret.

37. Eos qui à spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet, si verò fideles fuerint dandam esse communionem.

Ex Concil. Niceno Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325. Editionis Arabicæ.

1. Nullus Energumenus, siue Dæmoniachus fiat Religiosus.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

90. Omni die Exorcistæ Energumenis manus imponant.

91. Pauimenta domorum Dei Energumeni verrant.

92. Energumenis in domo Dei assidentibus victus quotidianus per Exorcistas opportuno tempore ministretur.

Ex Concil. Arausicano 1. sub Leone I. anno 441.

14. Energumeni iam baptizati si de purgatione sua curent, & se sollicitudini Clericorum tradant, monitisque obtemperent, omnimodè communicent, Sacramenti ipsius virtute, vel muniendi ab incursu Dæmonum quo infestantur, vel purgandi quorum iam ostenditur vitæ purgatio.

15. Energumenis, Catechumenis in quantum vel necessitas exegerit, vel opportunitas permiserit, de Baptismate consulendum.

16. Energumeni non solum non assumendi sunt ad vllum ordinem Clericatus, sed & illi qui ordinati iam sunt, ab imposito officio sunt repellendi.

Ex Concil. Arelatensi 3. sub Ioanne I. an. 524. secund. Inonem.

Vide sup. Conc. Arausican. 441. C. 16.

Ex Concil. Toletano 11. sub Adeodato, ann. 375.

13. Nullus de his qui aut in terram, arrepti à Dæmonibus alliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare Altaribus, vel indiscussi se diuinis ingerant Sacramentis, exceptis illis qui variis corporum incommoditatibus dediti, eiusmodi passionibus probantur elisi, qui tamen & ipsi tamdiu erunt ab officij sui, & ordine & loco suspensi, quousque vnius anni spatio per discretionem Episcopi inueniantur ab incursu Dæmonum alieni.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 2.

1. Ne Sacerdoti, Clericove sæculari aut regulari, exorcismum Energumenis adhibere liceat, nisi is exorcizandi facultatem scripto exaratam ab Episcopo impetrarit.

EPISCOPI.

Ex Canon. Apostol. Clement. I. anno 93. & Epit. Adriani I. anno 773.

1. EPiscopus à duobus aut tribus Episcopis ordinetur.

5. Certum est quod Episcopus aut Presbyteri primitias diuidunt Diaconis ac reliquis Clericis.

21. Per vim Eunuchizatus si dignus est, potest fieri Episcopus.

29. Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus iustè damnati, pristinum officium vsurpantes de Ecclesia penitus abscindantur.

31. Episcopus per sæculares potestates Ecclesiam obtinens deponatur.

37. Episcopus curam populi suscipere nolens excommunicetur.

40. Presbyteri & Diaconi præter Episcopum nihil agant.

Ex Concil. Arelatensi 1. sub Siluestro I. anno 314.

19. Presbyteri sine conscientia Episcoporum nihil faciant.

20. Peregrino Episcopo locus sacrificandi detur.

21. De his qui vsurpant sibi quod soli debeant Episcopum ordinare, placuit vt nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis secum aliis septem Episcopis, si tamen non potuerint, septem sine tribus fratribus non audeant ordinare.

Ex Concil. Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

42. Non oportet Ministrum Altaris, vel quemlibet Clericum, præter iussionem Episcopi, ad peregrina proficisci.

56. Non oportet Presbyteros, ante ingressum Episcopi, introire sacrarium & sedere, sed cum Episcopo debent ingredi, nisi fortè infirmitate detineatur, aut proficiscatur Episcopus.

57. Non oportet in villulis vel in agris Episcopos constitui, sed Visitatores, verumtamen iampridem constituti nihil faciant præter conscientiam Episcopi Ciuitatis, similiter & Presbyteri præter consilium Episcopi nihil agant.

Ex Concil. Nicæno Generali 1. sub Siluestro I. anno 325.

8. In vnâ Ciuitate non sint duo Episcopi.

Ex eod. Conc. Editionis Arabicæ.

50. Vt non sit nisi vnus Episcopus vnius Ciuitatis, nec in vnâ Ecclesiæ villa sint duo Sacerdotes, & si fuerit magna, poterit Sacerdos habere secum Diaconos, & solus Sacerdos in iis quæ ad Altare pertinent præsit, sicut solus Episcopus, & in Ecclesia sua Superior; denique secundus Episcopus aut Sacerdos non intret in locum primi, si primus fuerit manifestè probus, si quidem copulatum est cum Ecclesia, sicut constitutum est, quæ est etiam lex sæcularis, vt nemo eorum accipiat in matrimonium per vim, vxorem alterius, donec vir eius mortuus sit.

57. Locus Episcopi in oratione, sit in summo Sacelli siue Capellæ intra locum Altaris, vt qui sit Pastor & Gubernator, post eum sit Archidiaconus ad latus dextrum, vt qui sit loco eius, & præsit omnibus quæ ad orationem, & Ecclesiam pertinent, Chorepiscopus autem sit post Archidiaconum ad alterum latus, quia ipse est etiam loco Episcopi super Villas, & Monasteria, & Sacerdotes Villarum.

65. Quando moritur Episcopus, debent Chorepiscopus, & Archidiac. præire funeri, vt si filij præeant funeri Patris, quando verò aliquis horum moritur, debet præire Episcopus, vt si Pater præeat filiis mortuis, & legantur in funere ea quæ Doctores & SS. Patres spirituales de oratione constituerunt, intersintque funeri omnes subiecti eis, & nuncietur de morte eorum omnibus Ecclesiis & Monasteriis illius Parochiæ, vt fiat oratio pro eis.

Ex Concil. Antiocheno sub Iulio I. an. 340. & Epitome Adriani I. an. 773.

6. Excommunicatus à suo Episcopo non recipiatur ab aliis, priusquam suo reconcilietur Episcopo.

16. Vt Episcopus vacantis Ecclesiæ inuasor, abiiciatur.

18. Si quis susceptum Episcopatum non suo sed aliorum vitio deuitauerit, honorem suum retinere debebit.

Ex Concil. Sardicensi sub Iulio I. an. 347. & Epist. Adriani I. an. 773.

5. Vt in Prouincia vbi vnus tantum Episcopus remanserit, nec Comprouincialem sibi Episcopum ordinare voluerit, Episcopi alterius Prouinciæ à Presbyteris vocati ordinent Episcopum, etiamsi ille solus qui remansit eis cooperari noluerit.

6. Ne Episcopus ordinetur in vicis, vel in modicis Ciuitatibus.

9. Vt Episcopi Diaconos suos ad Comitatum dirigant.

11. Vt Episcopi in Canali constituti, Episcopos ad Comitatum transeuntes sollicitè discutiant, qui si ad Comitatum propter desideria, & ambitiones pergant, neque in litteris eius subscribantur, neque in communionem recipiantur.

12. Vt Episcopi ab aliis instruantur, si nondum synodica statuta nouerunt.

13. Vt ex Laicis non fiant Episcopi, nisi ante & lectoris munere, & officio Diaconi, aut Presbyteri fuerint perfuncti, & ita per singulos gradus ascendant ad culmen Episcopatus.

21. Vt Episcopi à Sede sua expulsi, non prohibeantur in aliena Ciuitate morari.

Ex Concil. Cæsaraugustano sub Damaso I. anno 381.

7. Ne quis Doctoris sibi nomen imponat, præter has personas quibus concessum est.

Ex Concil. Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

30. Si à communione, Sacerdotali fuerit authoritate suspensus Episcopus, hunc non solum à Clericorum, sed etiam à totius populi colloquio, atque conuiuio placuit excludi, donec resipiscens ad sanitatem redire festinet.

Ex Conc. Carthagin. 2. sub Siricio, an. 397. seu sub Celestino I. an. 425.

5. Diœceses quæ nunquam Episcopos acceperunt, non habeant, & illa Diœcesis quæ aliquando habuit, habeat proprium, & si accedente tempore, & crescente fide Dei, populus multiplicatus, desiderauerit proprium habere Rectorem, eius videlicet voluntate, in cuius potestate est Diœcesis constituta, habeat Episcopum.

Ex Concil. Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

7. Illud placuit, vt cùm accusator Episcopi, agere cœperit in Episcoporum iudicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad accusandum vel agendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen Ecclesiasticas dicere voluerit.

39. Forma antiqua seruabitur, vt non minus quàm tres sufficiant qui fuerint destinati ad Episcopum ordinandum.

40. In electione Episcopi si qua contradictio fuerit oborta, non præsumant ad purgandum qui ordinatus est, tres iam, sed postulentur ad numerum supradictorum vnus vel duo, & in ead. plebe cui ordinandus est, discutiantur primò personæ contradicentium, postremò illa etiam quæ obiiciuntur pertractentur, & cùm purgatus fuerit sub conspectu publico, ita demum ordinetur.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

2. Episcopus cùm ordinatur duo Episcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem super caput & ceruicem eius, & vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi qui adsunt manibus suis caput eius tangant.

14. Vt Episcopus non longè ab Ecclesia hospitiolum habeat.

16. Vt Episcopus, gentilium libros non legat, hæreticorum autem pro necessitate & tempore.

Ex Concil. Carthaginensi 7. sub Bonifacio I. anno 419.

5. Placuit, vt si quando Episcopus dicit aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, non putet ad iniuriam suam Episcopus pertinere, quod illi soli non creditur, & si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare suus Episcopus, eidem Episcopo ab aliis non communicetur Episcopis, vt magis caueat Episcopus, ne dicat in quemquam quod aliis documentis conuincere non potest.

Ex Concil. Regiensi sub Sixto III. anno 439.

2. De voluntate Domini placuit remoto hoc qui perperam assumptus erat Episcopus, fieri omnino fratrum constitutionem, Ecclesiastica traditione seruata, &c.

5. Consultum est ne quis ad eam Ecclesiam quæ Episcopum perdidisset, nisi vicinæ Ecclesiæ Episcopus exequiarum tempore accederet, qui tamen statim Ecclesiæ ipsius curam districtissimè gereret, ne quid ante ordinationem discordantium in nouitatibus Clericorum subuersioni liceret, itaque cùm tale aliquid accidit, vicinis vicinarum inspectio, descriptio, recensioque rerum mandetur.

6. Hæc autem omnia exequiarum tempore vsque ad septimum defuncti agat diem, exinde Ecclesiæ referens mandatum Metropolitani, cum omnibus SS. Episcopis sepeliatur.

Ex Concil. Arausicano 1. sub Leone I. anno 441.

21. Duo si præsumpserint ordinare Episcopum in nostris Prouinc. placuit de præsumptoribus, vt sicubi contigerit duos Episcopos inuitum Episcopum facere, authoribus damnatis vnius eorum Ecclesiæ ipse qui vim passus est substituatur, si tamen vita respondeat, & aliter in alterius deiecti loco nihilominus ordinetur; si voluntarium duo fecerint, & ipse damnabitur, quo cautius ea quæ sunt antiquitus instituta seruentur.

Ex Conc. Chalcedonensi Gener. 4. sub Leone I. anno 451.

22. Non licere Clericis, post mortem Episcopi sui, recipere pertinentes ad eum res, sicut iam præcedentibus regulis statutum habetur, si verò hæc fecerint, periclitari se nouerint in proprio gradu.

Ex Conc. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

23. Episcoporum quorum vita non reprehenditur, posteriorem priori nullus præponat, nisi fortè elatus superbia, quod, pro necessitate Ecclesiæ, Episcopus iusserit implere contemnat.

Ex Concil. Tarraconensi sub Hormisda, anno 517.

12. Sicubi defunctus fuerit Episcopus intestatus, post depositionem eius à Presbyteris & Diaconis, de rebus ipsius breue fideliter conscribatur, de vtensilibus vel omni supellectili; ita tamen vt si quis exinde vel præsumpsisse, vel occulta fuerit tulisse conuictus, secund. furti tenorem, restituat vniuersa.

Ex Concil. Ilerdensi sub Ioanne I. anno 524.

16. Defuncto Antistite, vel etiam adhuc in supremis agente, nullus Clericorum cuiuslibet ord. officij, graduśve sit, quidquam de domo præsumat, vel quod de vtilitate instrumenti domus esse agnoscitur, id est mobilis & immobilis rei Ecclesiast. conetur inuadere, nihil furto, nihil dono supprimens, auferens atque abscondens, sed is cui domus commissa est, subiunctis sibi cum consilio, vno vel duobus fidelissimis Clericis, omnia vsque ad tempus Pontificis substituendi debeat conseruare, & his qui in domo inueniuntur Clericis consuetam alimoniam administrare, substitutus autem Antistes, susceptæ Sedis commoda ordinabit, velut Deus imperabit, vt eis vti debeat cum his quos cognouerit disciplinæ, & charitati prædecessoris sui fideliter paruisse, quod si quisquam post hæc cuiuslibet ordinis Clericus, quacunque occasione de omni facultate quippiam probatus fuerit abstulisse, vel forsitan dolo aliquo suppressisse, reus sacrilegij septem annis inter Catechumenos oret, & duobus inter Catholicos, postea fidelibus in oblatione & Eucharistia communicet.

Ex Concil Valentino in Hispan. sub Ioanne I. anno 524.

2. Episcopo ab hoc sæculo accersito, Clerici ab omni omnino supellectili, vel quæcunque sunt in domo Ecclesiæ vel Episcopi, in libris, speciebus, vtensilibus, vasculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omnino re rapaces manus abstineant, & nihil, latronum more, diripiant, qui si nec Canonum authoritate prohibiti fuerint, omnia quæ peruaserint, Metropolitani, vel omnium Comprouincialium Sacerdotum districtione coacti, in pristinum statum redintegrare cogantur, vt nihil Antistiti, vel dispensatori funito, necessariorum sub hac iusta constitutione depereat.

3. Simili quoque modo parentibus & propinquis decedentis Episcopi, si intestatus obierit, denuncietur, vt sine Metropolitani, vel Comprouincialium Sacerdotum conscientia nil de rebus defuncti occupare præsumant, ne fortè in hæreditariis rebus, etiam aliqua ad Ecclesiam pertinentia, vel permixta vsurpent, sed aut vsque ad ordinationem futuri expectent Antistitis, aut certè, si longum fuerit, ad Metropolitani ordinationem recurrant, si quis autem contra hæc sancita synodica, Clericus quisquam vel Laicus venire tentauerit, & communione & consortio priuetur Ecclesiæ.

4. Episcopus qui post mortem fratris (Episcopi) ad sepeliendum eum solet inuitatus occurrere, infirmum magis & adhuc in corpore positum admonitus visitare non differat, vt aut de releuatione Consacerdotis amplius gaudeat, aut certè de ordinatione domus suæ fratrem admoneat, eiusque probabilem voluntatem in effectum transmittat, ac recedentem à sæculo, post oblatum in eius commendatione sacrificium Deo, mox sepulturæ tradat diligentissimè, &c. Si autem Antistes obitu repentino decesserit, & conlimitanei Sacerdotes longinquo minimè adesse potuerint, vno die tantum cum nocte exanimatum corpusculum Sacerdotis maneat, non sine fratrum ac Religiosorum frequentia, vel psallentium excubatione seruatum, à Presbyteris cum omni diligentia

in

in loco conditum seorsum non statim humetur, sed honorifice commendetur, donec sine mora, inuitato vndecunque Pontifice ab ipso, vt condecet solemniter tumuletur.

Ex Concil. Aurelianensi 2. sub Silverio, anno 536.

6. Vt Episcopus qui ad sepeliendum Episcopum venerit, euocatis Presbyteris in vnum, domum Ecclesiæ adeat, descriptamque idoneis personis custodiendam derelinquat, vt res Ecclesiæ vllorum improbitate non pereant.

7. Metropolitanus Episcopus à Comprouincialibus Episcopis, Clericis vel populis electus, congregatis in vnum Comprouincialibus Episcopis ordinetur, &c.

Ex Concil. Aruernensi sub Vigilio, anno 541.

2 Episcopatum desiderans electione Clericorum & Ciuium, consensu etiam Metropolitani eiusdem Prouinciæ, Pontifex ordinetur.

Ex Concil. Aurelianensi 4. sub Vigilio, ann. 545.

5. Episcopus in Ciuitate in qua per decretum eligitur ordinandus, in sua Ecclesia cui præfuturus est, consecretur sub præsentia Metropolitani, aut certè eius authoritate intra Prouinciam omnino à Comprouincialibus ordinetur.

Ex Concil. Aurelianensi 5. sub Vigilio, anno 552.

9. Nullus ex Laicis absque annua conuersatione præmissa Episcopus ordinetur, itaut intra anni ipsius spatium à doctis & probatis viris, disciplinis & Regulis spiritualibus plenius instruatur, Episcopus qui hoc præsumpserit, anno integro ab officio vel charitate fratrum habeatur extraneus.

11. Nullus (sicut antiqui Canones decreuerunt) inuitis detur Episcopus, sed nec per oppressionem Potentium ad consensum faciendum Ciues aut Clerici inclinentur, quòd si factum fuerit, ipse Episcopus qui magis per violentiam quam per decretum legitimum ordinatur, ab indepto Pontificatus honore in perpetuum deponatur.

12. Nulli viuenti Episcopo alius super ponatur, aut superordinetur Episcopus, nisi forsitan in eius loco quem culpa capitalis deiecerit.

Ex Concil. Parisiensi 3. sub Ioanne III. anno 559.

8. Nullus Ciuibus inuitis ordinetur Episcopus, nisi quem populi & Clericorum electio plenissima quæsierit voluntate, non Principis Imperio, neque per quamlibet conditionem contra Metropolis voluntatem, vel Episcoporum Comprouincialium ingeratur, quod si per ordinationem Regiam, honoris istius culmen peruadere aliquis nimia temeritate præsumpserit, à Comprouincialibus loci ipsius Episcopus recipi nullatenus mereatur.

Ex Conc. Toletanoo 4. sub Honorio I. anno 633.

18. Qui non promouentur ad Sacerdotium ex regulis Canonum necessariò credimus inserendum, idest qui in aliquo crimine detecti sunt, qui infamiæ nota adspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam pœnitentiam se admisisse confessi sunt, qui in hæresim lapsi sunt, vel qui in hæresi baptizati, aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipsos absciderunt, aut naturaliter defectu membrorum, vel defectione aliquid minus habere noscuntur, qui secundæ vxoris coniunctionem sortiti sunt, aut numerosa coniugia frequentarunt, qui viduam vel à marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas aut fornicarias habuerunt, qui seruili conditioni obnoxij sunt, qui ignoti sunt qui Neophyti vel Laici sunt, qui sæculari militiæ dediti, qui Curiæ nexibus obligati sunt, qui inscij litterarum, qui nondum ad triginta annos peruenerunt, qui per gradus Ecclesiast. non ascenderunt, qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui à decessoribus in Sacerdotium eliguntur, sed nec ille deinceps Sacerdos erit, quem nec Clerus, nec populus propriæ Ciuitatis elegit, vel authoritas Metropolitani, vel Comprouincialium Sacerdotum assensus non exquisiuit, &c. Legitimè autem electus à Comprouincialibus Episcopis vniuersis, aut certè à tribus die Dominica consecrabitur, conniuentibus cæteris qui absentes sunt litteris suis, & magis authoritate vel præsentia eius, qui est in Metropoli constitutus. Episcopus autem Comprouincialis ibi consecrandus est, vbi Metropolitanus elegerit, Metropolitan. nonnisi in Ciuitate Metropoli, Comprouincialibus ibid. conuenientibus.

33. Quicunque Episcopus alterius Episcopi Diœcesim per 30. annos sine aliqua interpellatione possederit, admittéda non est contra eum actio reposcendi.

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

4. Duo in vna Ciuitate penitus vno tempore, nec ordinentur, nec habeantur Episcopi.

Ex Concil. Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

12. Omnes Episcopos Prouinciæ nostræ si voluerit de Parochianis Presbyteris, atque Diaconis Cathedralem sibi in Principali Ecclesia facere, maneat per omnia licentia, hi tamen qui fuerint traducti, humilitatem digno Episcopo suo teneant, & eo honore & reuerentia habeantur & venerentur in Cathedrali Eccl. Sicut hi quos constat fuisse ordinatos in ea, & quamuis ab Episcopo suo stipendij causa per bonam obedientiam aliquid accipiant, sb Ecclesiis tamen in quibus prius consecrati sunt, vel à rebus earum extranei non maneant.

17. Nullus subiectus decedentem detrahat Episcopum, nullus de eo deroget, nec malum quicquam loquatur, si quis talia facere præsumpserit, si Presbyter fuerit, tribus mensibus ab Episcopo suo sub pœnitentia religatus maneat, si Diaconus 5. Si Subdiac. aut Clericus, vel quilibet Religiosus de maiori gradu 9. Si minimi fuerint quinquagenis flagellis iussione fetiantur Episcopi, &c.

Ex Concil. Toletano 12. sub Agathone, anno 681.

4. Si quis contra Canonum interdicta venire conatus fuerit, vt in locis illis Episcopum eligat fieri, vbi Episcopus nunquam fuit, sit in conspectu omnipotentis Dei anathema, & insuper tàm ordinans, quàm ordinatus, gradum sui ordinis perdat.

6. Placuit omnibus Pontif. Hispaniæ atque Galliciæ, vt saluo priuilegio vniuscuiusque Prouinciæ licitum maneat deinceps Toler. Pontifici, quoscunque regalis potestas elegerit, & iam dicti Toler. Episcopi iudicio, dignos

dignos esse probauerit, in quibuslibet Prouinciis, in præcedentium Sedibus præficere Præsules, & decedentibus Episcopis eligere successores, sic tamen, vt quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus infra trium mensium spatium, proprij Metropolitani præsentiam visurus accedat, qualiter eius authoritate, vel disciplina instructus condignæ susceptæ Sedis gubernacula teneat.

Ex Concil. Toletano 17. sub Sergio, an. 694. secund. Garsiam.

1. Quidquid Episcopus de suo proprio habet ad hæredes suos relinquat; quidquid de prouisione Ecclesiæ, siue de agris, siue de frugibus, siue de oblationibus omnia in iure Ecclesiæ seruate censuimus.

Ex Concil. in Palatio Vernis sub Stephano III. anno 756.

1. Vt Episcopi debeant per singulas Ciuitates esse.

3. Vt vnusquisque Episcoporum potestatem habeat in sua Parochia, tàm de Clero, quàm de regularibus, vel sæcularibus ad corrigendum & emendandum.

17. Vt post mortem Episcopi non liceat Episcoparum esse sine Pastore supra menses tres, nisi talis necessitas grandis euenerit, vt hoc omnimodò aliter fieri non possit.

Ex Concil. Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

33. Vide Magistratus.

Ex Concilio Romano sub Eugenio II. anno 826.

1. Vt Episcopus bono approbatus opere ordinetur.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

47. Vt nemo, viuente Episcopo, Ecclesiam illius, aut res ad eam pertinentes inuadere, aut dominari præsumat, neque sub voluntate Cleri aut populi, electionis obtentu præter voluntatem Episcopi, quisquam, quacunque sæculari potestate præditus, quasi Oeconomum constituat.

Ex Concil. Valentino in Gallia sub Leone IV. anno 855.

7. Vide Electiones.

Ex Cōc. Constantinop. vniuers. 8. sub Adriano II. anno 869.

5. Definimus neminem ex ord. Senatorio & laico gradu, recens ea dumtaxat intentione in Clerum aut Monachum attonsum, vt Episcopi aut Patriarchæ dignitatem assequatur honoris gradum oportere conscendere, etiamsi in vnoquoque gradu diuini Sacerdotij longiori tempore versatus probetur, &c. Multò verò magis hunc arcemus, si ad eum honorem, Imperatoria potestate intrudatur, quod si quis rectà, honestaque Christi disciplina inductus in Clericum aut Monachum attonsus est, per quæ omnes gradus Ecclesiast. definitis temporibus, vitam agendo inculpatam, transisse reperiatur, ad Episcopatus honorem euehatur, sic vt in lectoris munere annum, in Subdiaconi duos, in Diaconi tres, Sacerdotij quatuor annos expleat, piè verò atque in C[illegible] [illegible]orum & Monachorum ord[illegible] v[illegible]is, tempus ab [illegible]piscopis, qui per [illegible] fuerint, contrahi p[illegible].

11. Qui à diuina gratia ad munus Episcopi euocantur, eos, vt qui imaginem & figuram SS. cœlestiũ Hierarcharum gerant, ab omnibus siue Principibus, siue subiectis, omni veneratione colendos sancimos, nolumusque eos, aut Ducibus bellicis, aut aliis Dynastis longius à suis Ecclesiis obuiam procedere, nec ex equis aut mulis venerationis causa, & metu timoreque abiectos descendere, procumbere ac adorare, si quis verò Episcopus post hoc decretum, debitum sibi honorem neglexerit, aut contra sanctionem hanc quidquam fecerit, fieriue permiserit, per annum separetur, Princeps autem ille per biennium, à sanctissimis Sacramentis arceatur.

Ex Concil. Romano sub Ioanne IX. anno 904.

2. Nullus futuris temporibus Episcopis vim inferre, vel eos temerè lacerare præsumat, quatenus cùm ad Synodum conuenerint, liberè eis tractare & statuere liceat, quæ SS. Patrum Canonica censura decreuit.

12. Sceleistissima consuetudo inoleuit, vt obeunte S. R. E. Sedis Pontifice ipsum Patriarchium deprædari soleat, necnon quia & id inultum hactenus neglectum est, adeo vt omnia Episcopia ead. patiantur, vniuscuiusque Eccl. obeunte Pontifice, quod ne vlterius præsumatur, omnimodis interdicimus.

Ex Concil. Romano sub Nicolao II. anno 1059.

2. Moriente Rom. Pontif. vel cuiuscunque Ciuitatis, nullus præsumat facultates eorum inuadere, sed Successoribus eorum reseruentur integræ.

Ex Concilio Anglicano sub Gregorio VII. anno 1075.

1. Singuli secund. ordinationis suæ tempora sedeant, præter eos qui ex antiqua consuetudine, siue suarum Ecclesi. priuilegiis, digniores Sedes habent.

Ex Concil. Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

31. Ne aliquis Clericus res Episcoporum, vel Clericorum in vita, vel post mortem eorum diripiat, vel in vsus proprios conferat, quod si quis fecerit, anathema sit.

32. Si quis Episcopum cœperit & incarcerauerit, perpetuæ infamiæ subiaceat, vlterius arma non exerceat.

Ex Concil. Pictauiensi 2. sub Paschali II. anno 1109.

15. Nemo Aduocatus, vel quæcunque persona, &c. Vide Conc. Claramont. 1095. c. 31.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 10. sub Innoc. II. anno 1139.

5. Decedentium bona Episcoporum, à nullo omnino hominum diripiantur, sed ad opus Ecclesiæ & Successoris sui in libero Oeconomi & Clericorum permaneant potestate.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 11. sub Alexand. III. anno 1179.

3. Nullus in Episcopum eligatur, nisi qui iam 30. ætatis annum egerit, & de legitimo sit matrimonio natus, qui etiam vita & scientia commendabilis demonstretur, cùm autem electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit, & Ecclesiast. bonorũ administrationem habuerit, decurso tempore, de consecrandis

Episcopi

Episcopis à Canonibus definito, is ad quem spectat, beneficia quæ habuerat, disponendi de illis liberam habeat facultatem.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 12. sub Innoc. III. anno 1215.

58. Quod nonnullis est Religiosis indultum in fauorem Pontificalis officij ad Episcopos extendentes concedimus, vt cùm commune fuerit interdictum, excommunicatis & interdictis exclusis, possint quandoque ianuis clausis, suppressa voce, non pulsatis campanis celebrare diuina officia, nisi hoc ipsum eis expressè fuerit interdictum.

Ex Concil. Saltzburgensi sub Gregorio X. anno 1274.

23. Si Archiepiscopum vel Episcopum ex nobis captiuari contingat, aut Ecclesias nostras, vel alterius nostrum sic hostiliter & iniuriosè inuadi, vt de subuersione status sui probabiliter timeatur, ex tunc per totá Prouinc. Salisburg. cesset ur generaliter a diuinis.

Ex Concil. Rauennat. 2. sub Clemente V. anno 1311.

2. Quando contigerit aliquem Comprouincialium Episcoporum præsentium, vel futurorum de hac luce Deo vocante migrare, induatur Pontificalibus, & cum eisdem solemnibus exequijs præsentibus cum solemni Missa pro defuncto sepeliatur, & quàm citiùs fieri poterit, cæteris Comprouincialibus Episcopis ipsius obitus intimetur per Capitulum ipsius Ecclesiæ Cathedralis, vt orent pro Episcopo defuncto, & quilibet Coepiscoporum dici faciat 30. continuas Missas à die notificationis obitus ipsius, vsque ad 30. diem, & refici qualibet die tres pauperes, & in qualibet Ecclesi. Cathedrali, & Conuentuali vna Missa pro ipsius animæ expiatione celebretur solemniter.

3. De cætero semel in anno vigilia festi S. Praxedis, quod est 20. Iulij, in tota Prouincia Rauennat. per singulos Coepiscopos, & Capitula Ecclesiarum Cathedralium, fiat solemne anniuersarium pro defunctis Coepiscopis totius Prouinc. ad quod Clerus & populus conuocetur, & die prædicta quilibet Episcoporum Comprouincialium duodecim pauperes ad minus reficiat, &c. Si autem ipsa dies caderet in Dominica fiat præcedenti die, vel subsequenti feriata die quàm commodius poterit.

24. Nullus Episcopus vagabundus vel ignotus, ad exercenda Pontificalia admittatur, nisi prius Metropolitano constiterit de ipsius Canonica ordinatione, consecratione & titulo, & tunc etiam prædicta Pontificalia exercere non possit, nisi de voluntate vellicentia Diœcesani Episcopi.

26. Vide Clerici honorandi. Si aliqua Ciuitas, Vniuersitas, siue Communitas consenserit expressè, vel ipsius maior pars, siue Rector aut Dominus temporalis eiusdem, vel mandauerit Antistitem proprium à propria Sede vel Ciuitate repelli, aut eumdem in illa residere formidantem propter minas, vel timorem aut potentiam alicuius Domini temporalis, vel aliquorum tunc gubernantium terram ipsam exulare permiserit extra illam, & infra duos menses eumd. non reuocauerit, & sibi plenè prouiderit, quod in Ciuitate ipsa, vel saltem in Diœcesi in loco idoneo & securo valeat residere & liberè iurisdictione & officio fungi, postquam ei notum fuerit hoc, aut etiam intimatum, vel ipsi Antistiti non fecerit, de ipsius dignitatibus, iuribus & redditibus respondeti, ex nunc Vniuersitatem eamd. eiusque terram & locum Ecclesiast. subiacere decernimus interdicto Consiliares verò, Credendarios & Præsidentes ipsi Ciuitati, & Potentes quorum facto vel consilio, seu studio prædicta fuerunt attentata, vel alias procurata, ipsorumque filios & nepotes, ex nunc inhabiles decernimus ad beneficia Ecclesiast. obtinenda; ipsum quoque Præsulem exulantem decernimus honorifice debere recipi & adiuuari in qualibet Ciuitate & Diœcesi Prou. Rauen. ad residendum vbi voluerit residere exulatione huiusmodi perdurante; ipsum quoque iurisdictione sua inter subditos suos, & ipsius bonis ac iuribus ibi liberè posse vti; Ciuitatem verò & terram eamd. ad habitandum in ipsa, vel Diœcesi recipere contemnentem, & eius Vniuersitatem ex nunc Ecclesiast. interdicto decernimus subiacere, quàm citò idem Episcopus publicè dixerit, ex hoc sibi & Ecclesiæ Dei iniuriam irrogari, &c.

Ex Concil. Rauennat. 3. tempore Interregni. anno 1314.

3. Ne aliqui, præsertim peregrini & ignoti in Prouincia nostra ordinentur, seu consecrentur in Episcopos, nec etiam aliqui alij noti in Prouincia, nisi de licentia Archiepiscopi, & requisitis Comprouincialibus Episcopis, prout Canones volunt, nec etiam aliquis vel aliqui de Episcopis suffraganeis sine licentia Archiepiscopi exeant Prouinciá Rauennat pro aliquo cósecrando, salua Sedis Apost. authoritate & mandato.

4. Vide Monachi.

Ex Concil. Rauennat. 4. sub Ioanne XXII. anno 1317.

21. Capitula ipsa infra decem dies postquam sciuerint suum Episcopum defunctum fore, Archiepiscopo, & singulis suffraganeis teneantur nunciare, alioquin pœnam decem librarum Rauennat. ipso facto incurrant distribuendarum in vsus pios, Metropolitani arbitrio.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 17. sub Leone X. anno 1517. De Fide. Sess. 8.

2. Nullus Episcopus aut Abbas quouis instante aut requirente, nisi sibi copia & facultas legitimæ defensionis permittatur, etiamsi crimina fuerint notoria, diligenterque partibus auditis, causa plenariè probata fuerit, dignitate priuari valeat, neve aliquis Prælatus inuitus, nisi aliis iustis efficacibus rationibus & causis transferatur.

Ex Concil. Trident. Gener. 18. sub Paulo III. anno 1545. Sess. 7. De Reformat.

2. Nemo quocunque etiam dignitate, gradu, aut præeminentia præfulgens, plures Metropolitanas, seu Cathedrales Ecclesi. in titulum seu commendam, aut alio quovis nomine contra sacrorum Canon. instituta recipere, & simul retinere præsumat, &c. Qui autem plures Ecclesias contra præsentis decreti tenorem nunc detinent, vna quàm maluerint retenta, reliquas infra sex menses, si ad liberam Sedis Apost. dispositionem pertineant, alias infra annum dimittere teneantur, alioquin Ecclesiæ ipsæ, vltima obtenta dumtaxat excepta, eo ipso vacare censeantur.

Sess. 24. sub Pio IV. an. 1562. De Reform.

13. Quoniam pleræque Cathedrales Eccl. tàm tenois redditus sunt & angustæ, vt Episcopali dignitati nullo modo respondeant, neque Ecclesiarum necessitatis sufficiant, examinet Concil. Prouinciale, vocatus iis quorum interest, & diligenter expendat, quas

propter angustias, tenuitatemque inuicem vnire, vel nouis prouentibus augere expediat, confectaque de præmissis instrumenta, ad summ. Pontif. Rom. mittat, quibus instructus summ. Pontifex ex prudentia sua prout expedire indicauerit, aut tenues inuicem vniat, aut aliqua accessione ex fructibus augeat, interim verò donec prædicta effectum sortiantur, huiusmodi Episcopis qui fructuum subuentione pro Diœcesis suæ tenuitate indigent, poterit de beneficiis aliquibus, dum tamen Curata non sint, nec dignitates seu Canonicatus & Præbendæ, nec Monasteria in quibus viget regularis obseruantia, vel quæ Capitulis generalibus, & certis visitatoribus subduntur à summo Rom. Pontif. prouideri.

Sess. 25. De Reformat.

6. Episcopis vbique is honor tribuatur qui eorum dignitati par est, eisque in Choro & in Capitulo, in processionibus & aliis actibus publicis sit prima sedes & locus, quem ipsi elegerint, & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas, qui si aliquid Canonicis ad deliberandum proponant, nec de re ad suum vel suorum commodum spectante agatur, Episcopi ipsi Capitulum conuocent, vota exquirant, & iuxta ea concludant, absente verò Episcopo, omnino hoc ab iis de Capitulo ad quos hoc de iure vel consuetudine spectat, perficiatur, nec ad id Vicarius Episcopi admittatur; cæteris autem in rebus Capituli iurisdictio & potestas, si qua eis competit, & bonorum administratio salua & intacta omnino relinquatur, qui verò non obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo, ij omnes in Ecclesiasticis causis Episcopo subiiciantur.

Ex Concil. Mediolanensi sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

57. Episcopum ad celebrandam vel audiendam Missam, ad aliave diuina officia solemnia venientem Canonici deducant, & reducant.

61. Episcopo mortuo vel morti proximo, tres primi de Capitulo præsentes, vicinum Episcopum, vel eo impedito alium inuitent, qui statim veniat, &c. Mortuum vnà cum sæculari & Regulari Clero solemni more ad sepulchrum prosequatur, nihil autem Episcopus pij eius officij gratia impensæ, vel quouis alio nomine à quoquam exigat, vel sponte oblatum accipiat, &c. In exequiis eius plures 24. cerei non accendantur, idque impensis vacantis Ecclesiæ.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 3.

14. Cùm primùm aliquis Episcopus obierit, Archiuij Episcopalis clauis Notarij publici, fide vna Capituli Vicario, altera vni de Capitulo tradatur, ab eisdemque asseruentur quoad alius Episcopus creabitur, cui illas restituant, & rationem descriptis inuentario notaris eidem reddant.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII. anno 1573.

12. Statuimus ab vnoquoque Episcopo anniuersarium consecrationis suæ diem solemni ritu agi.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 2.

9. Dùm in Ecclesia Missæ Sacrificium Episcopus facit, ne interea ab alio Sacerdote in ea fiat, quoad illo sacro peracto, de more benedixerit

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

17. In exequiis Episcopi plures quàm 24. cerei maiores non accendantur, idque impensa vacantis Ecclesiæ, nisi extent defuncti bona, vel alius sit qui de iure aut consuetudine sumptum facere debeat; Episcopi negligentia in Comprouincialis Episcopi funere, à Synodo Prouinciali, Canonicorum verò & Cleri à successore Episcopo grauiter puniatur. Sacra anniuersarij pro mortuo Episcopo quotannis fiant in Eccl. Cathedrali, quamdiu proximus eius successor in Episcopatu vixerit, viuentis Episcopi sumptibus, cùm primùm aliquis, &c. Vide Conc. Mediol. 2. 1569. c. 14. altera vni de Capitulo ad quem, vel officij ratione, vel consuetudine pertinet, & si nemo talis est, alij antiquiori residenti tradatur, &c. ibid.

Ex Concil. Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

9. Electus in Episcopum debeat antea in Vniuersitate studiorum, Magister, siue Doctor, aut licentiatus in sacra Theologia, vel iure Canonico esse promotus, aut publico alicuius Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos habitus, si regularis fuerit à Superioribus suæ Religionis similem habeat fidem, saltem verò sex mensium spatio antè in sacro ordine constitutus, promoti autem post receptam electionis confirmationem, debent munus consecrationis intra sex menses suscipere.

EPISCOPORVM MORES.

Vide Clericorum Cœlibatus.

Ex Canon. Apostol. Clementis I. anno 93. & Epit. Adriani I. an. 773.

25. Episcopus, aut Presbyter, aut Diac. in fornicatione, periurio vel furto cœpti deponantur, non autem excommunicentur.

41. Episcopus, Presbyter, Diaconus aleator & ebriosus, aut desinat, aut certè damnetur.

Ex Concil. Eliberitano sub Marcello I. ann. 305.

19. Episcopi, Presbyteri & Diaconi de locis suis negotiandi causa non discedant, nec circumeuntes Prouincias, quæstuosas nundinas sectentur, sanè ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant, & si voluerint negotiari intra Prouinciam negotientur.

28. Episcopum placuit ab eo qui non communicat, munera accipere non debere.

Ex Concilio Arelatensi 1. sub Silvestro I. anno 314.

17. Nullus Episcoporum alium Episcopum conculcet.

Ex Concil. Ancyrano sub Silvestro I. an. 314. & Epitome Adriani I. an. 773.

17. Si Episcopi ordinati nec recepti, aliis Episcopis vim seditionis inferant, abiiciantur.

Ex Concil. Laodiceno sub Silvestro I. anno 320.

11. Episcopi iudicio Metropolitanorum & finitimorum

morum Episcoporum prouehantur ad Ecclesiasticam potestatem, hi videlicet qui plurimo tempore probantur, tàm verbo fidei, quàm rectæ conuersationis exemplo.

Ex Concil. Niceno Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325. Editionis Arabicæ.

28. Nullus Sacerdos habeat amarulentiam, neque sit velox ad iram, neque velox ad loquendum, præsertim Episcopus aut alius qui potestatem habeat excommunicandi, ne omni tempore excommunicet aut liget.

Ex Concil. Taurinensi sub Siricio, anno 397.

2. Vt Episcopi qui contra statuta faciunt, honore priuentur.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, ann. 398.

1. Qui Episcopus ordinandus est antea examinetur, si natura sit prudens, si docilis, si moribus temperatus, si sobrius, si suis negotiis semper vacans, si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus Ecclesiast. exercitatus, & ante omnia si fidei documenta verbis simplicibus asserat, &c.

15. Vt Episcopus vilem supellectilem & mensam ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fide & vitæ meritis quærat.

19. Vt Episcopus pro rebus transitoriis non litiget prouocatus.

20. Vt Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed lectioni & orationi, & Verbi Dei prædicationi tantummodo vacet.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

55. Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat, quod si quis talium personarum in hac voluntate detectus fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus se suspendat à communione, Presbyter duobus mensibus se abstineat, Diaconus vno ab omni officio vel communione cessabit.

Ex Concil. Aurelianensi 1. sub Symmacho, anno 507.

18. Episcopus pauperibus vel infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, victum & vestimentum in quantum possibilitas habuerit largiatur.

31. De familiaritate extranearum mulierum, tàm Episcopi quàm Presbyteri vel Diaconi, præteritorum Canonum statuta custodiant.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

3. Vide Conc. Agathense 506. C. 55.

Ex Concil. Aurelianensi 3. sub Vigilio, ann. 540.

4. Vide Clericorum mores.

Ex Concil. Parisiensi 3. sub Ioanne III. anno 559.

1. Nullus Episcopus res competat alienas, aut si competitas, aut à se, aut ab Antecessore suo quis possedit, Domino proprietatis possessionem propriam, absque præiudicio liberalitatis Regiæ, integra reformatione restituat.

Ex Concil. Turonensi 2. sub Ioanne III. anno 570

2. Decernitur vt Pontificalis affectus inter Sacerdotes inuiolabiliter conseruetur, verum si pro peccatis ex causa huor emerserit, vt pendente certamine sibi inuicem reconciliari non possint, electis ab vtraque parte fratribus, id est Presbyteris, præponderante dulcedine litis iacula finiant, & vota pacis acquirant.

13. Episcopus coniugem vt sororem habeat, & ita sancta gubernatione domum omnem gubernet, tàm Ecclesiast. quàm propriam, vt nulla de eo suspicio quaque ratione consurgat.

14. Episcopum, Episcopam non habentem nulla sequatur turba mulierum, &c. habeant Ministri Ecclesiæ vtique Clerici qui Episcopo seruiunt, & eum custodire debent, licentiam extraneas mulieres de frequentia cohabitationis eiicere.

Ex Concil. Matisconensi 1. sub Pelagio II. anno 582.

3 Nulla mulier in cubiculo Episcopi absque duobus Presbyteris, aut certè Diaconis ingredi permittatur.

Ex Concil. Matisconensi 2. sub Pelagio II. anno 588.

13. Volumus quod Episcopalis domus (quæ ad hoc instituta est, vt sine personarum acceptione omnes in hospitalitate recipiat) canes non habeat, ne fortè hi qui in ea miseriarum suarum leuamen habere confidunt, dum infestorum canum morsibus lacerantur, detrimentum versa vice suorum sustineant corporum, custodienda est igitur Episcopalis habitatio hymnis non latratibus, operibus bonis non morsibus venenatis, vbi igitur Dei est assiduitas cantilenæ, monstrum est, & dedecoris nota, canes ibi vel accipitres habitare.

Ex Concil. Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

7. In omni Sacerdotali conuiuio, lectio Scripturarum diuinarum misceatur.

Ex Concil Hispalensi 2. sub Bonifacio V. anno 619.

9. Vnusquisque nostrum secund. Chalcedonensium Patrum decreta, ex proprio Clero, Oeconomum sibi constituat, &c. Si quis autem Episcopus posthac Ecclesiast. rem, aut per laicalem procurationem administrandam elegerit, aut sine testimonio Oeconomi gubernandam crediderit, vere vt contemptor Canonum, &c. Concilio manebit obnoxius.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

21. Oportet Episcopos testimonium probabilium personarum conuersationis & vitæ, in Conclaui suo habere, vt & Deo placeant per conuersationem bonam, & Ecclesiæ per optimam famam.

24. Sciant Sacerdotes Scripturas sanctas, & Canones meditentur, vt omne opus eorum in prædicatione diuina & doctrina consistat.

29. Confinitimi hostium Sacerdotes, præter eos qui à Regia potestate licentiam acceperunt, quodlibet mandatum

mandatum ad gentem extraneam occultè accipere, vel dirigere non præsumant, qui autem deprehenditur aut conuincitur, denunciatus Principi apud Concilium, condigna animaduersione mulctabitur.

30. Sæpe Principes contra quoslibet maiestatis obnoxios Sacerdotibus negotia sua committunt, & quia Sacerdotes à Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant Regibus fieri Iudices, vbi iureiurando supplicij indulgentia promittitur, non vbi discriminis sententia præparatur.

Ex Concil. Toletano 8. sub Martino I. anno 653.

4. Si deinceps Episcopi detecti fuerint execrabilibus flagitiis cum quibuslibet feminis pollui, ac familiari peculiaritate versari, nouerint se loci & ordinis dignitate priuari.

Ex Conc. Toletano 11. sub Adeodato, anno 675.

4. Sacerdotum & similium discordantium fratrum oblationes, nullo modo recipiendas esse censuimus, & antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare Domini audeat, vel gratiam communionis sanctæ percipiat, sed geminato tempore per pœnitentiam compensabunt, quod discordiæ seruierunt, quod si vnus eorum alio contemnente ad satisfactionem charitatis cucurrerit, ex eo tempore pacificus intra Eccl. recipietur, ex quo ad concordiam festinasse conuincitur, sententia tamen Superioris seruata, vt tempus quod in ira expendit, geminatum in pœnitentia satisfactione persoluat.

5. Si quis Episcoporum Magnatis cuiusquam vxorem, filiam, neptem, seu quolibet illi gradu altero pertinentem quacunque fraude vel subtilitate, adulterina pollutione fœdauerit, & honoris proprij gradum amittat, & sub exilij relegatione perpetuam excommunicationis sententiam perferat, qui tamen circa finem vitæ communionis remedio adiuuandus est, hanc etiam sententiam merebuntur homicidæ voluntatij.

Ex Concil. Toletano 17. sub Sergio, an. 694. secund. Garsiam.

3. Si Episcopus, Presbyter, Diacon. crimen capitale commiserint, aut chartam falsauerint, aut testimonium falsum dixerint, ab officij honore depositi, in Monasterium retrudantur, & ibi tantummodo, quamdiu vixerint, laicam communionem accipiant.

8. Vide Conc. Agathense 506. C. 55.

Ex Concilio Romano sub Zacharia, anno 743.

5. Vt Episcopi cum mulieribus omnino non habitent.

3. Vide Clericorum mores.

Ex Concil. Bauarico apud Dingolvingam sub Adriano 1. anno 772.

3. Episcopi iuxta Canones, & Abbates iuxta Regulam viuant.

Ex Concil. Turonensi sub Leone III. anno 813.

4. Vide Episcoporum officium.

5. Episcopum non oportere nimium profusis incumbere conuiuiis, sed parco & moderato contentus sit cibo, & quamdiu conuiuatur potius sacra lectio ante mensam eius recitetur, quàm ociosa à susurronibus resonent verba.

6. Peregrini & pauperes conuiuæ sunt Episcoporum, cum quibus non solum corporali, sed & spiritali reficiantur alimento.

7. Ab omnibus quæcunque ad aurium, & ad oculorum pertinent illecebras, vnde vigor animi emolliri posse credatur, Dei Sacerdotes abstinere debent, &c. Histrionum quoque turpium, & obscœnorum insolentia iocorum, & ipsi animo effugere, cæterisque Sacerdotibus effugienda prædicari debent.

8. Sacerdotibus non expedit sæcularibus & turpibus, quibuslibet interesse locis, venationes quoque ferarum vel auium minimè sectentur.

Ex Concil. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

4. 5. Vide Episcoporum officium.

6. Imputatur quibusdam fratribus, eo quod auaritiæ causa hominibus persuadeant, vt abrenunciantes sæculo res suas Ecclesiæ conferant, quod penitus ab omnium mentibus eradicandum est, animarum etenim salutem inquirere Sacerdos non lucra terrena debet.

7. Episcopi siue Abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines illectos circumueniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione non solum acceperunt, sed potius subripuerunt, pœnitentiæ Canonicæ seu regulari, vt putà turpis lucri sectatores, subiaceant, hi verò qui vanis promissionibus illecti, vel quibuslibet machinationibus persuasi, mentis inopes effecti, rerum suarum Domini esse nescientes, comam deposuerint, in eo quod cœperunt perseuerare cogantur, res namque quæ ab illectis & negligentibus datæ, ab auaris & cupidis non solum acceptæ, sed raptæ noscuntur, hæredibus reddantur, qui dementia parentum & auaritia incentorum exhæreditati esse noscuntur, si verò nescientibus Episcopis aut Abbatibus Ministri eorum quilibet videlicet in Clero hoc fecisse conuincuntur. Episcopi, & Abbates desidia, illi verò rapacitate & auaritia iudicentur.

8. Si quando Sacerdotes, fruges vel quosdam redditus terræ congregant & protelant, non ideo hoc faciant vt carius vendant, & thesauros congregent, sed vt pauperibus tempore necessitatis subueniant.

9. Vide Conc. Turon. 3. an. 813. C. 7.

10. Sobrietatem Sacerdotes teneant, & hanc habendam fidelibus prædicent.

11. Episcopus ad forum, neque vbi publicè negotia iudiciaria exercentur, non pergat, suæ causæ suffragaturus, nisi fortè, vt aut pauperibus oppressis succurrat, aut viduis & orphanis tuitionem conferat, aut de verbo Dei Iudices admoneat, vt iusta iudicent iudicia, hoc & de Abbatibus, de Presbyteris & Diaconis, & maximè Monachis obseruandum est, si verò eorum qui in Clero sunt propria causa agenda est, cum licentia Episcopi & aduocato pergat (ad forum vbi negotia iudiciaria exercentur) & suæ culpæ cum iustitia suffragetur.

Ex Concil. Rhemensi 1. sub Leone III. anno 813.

17. Vt Episcopi & Abbates ante se ioca turpia facere non permittant, sed pauperes & indigentes secum ad mensam habeant, & lectio diuina ibi personet.

18. Episcopi

18. Episcopi, & Dei Ministri non debent comessationibus, & vinolentiis nimiis incumbere, sed moderatè cibum & necessarium potum sumant, vt iuxta Apostolum sobrij sint parati ad seruitium Domini.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

13. Auaritiam Sacerdotes cauere studeant.

14. Hospitalitatem præcipuè Sacerdotes Domini sectari meminerint.

20. Quidam ex Clericis, vel etiam ex Monachis electi ministerio cubiculi Pontificalis obsequantur, vt is qui in loco est regiminis habeat testes tales, qui vitæ eius in secreto conuersationem videant, & ex visione sedula exemplum profectus sumant.

21. Nonnulli Prælatorum, nulla interueniente necessitate, non cum Clericis, sed potius seorsum cum Laicis, & quibusdam familiaribus suis sermocinari & conuiuari delectantur, similiterque & à quibusdam Abbatibus, & Abbatissis fieri didicimus, quæ res quia valdè à paterna sollicitudine abhorret, & subditos in contemptum Magistrorum, murmurationemque, & in diuinorum transgressionem pertrahit, prorsus resecandam esse statuimus, &c. Quidam etiam socij ordinis nostri, non causa necessitatis aut vtilitatis, sed potius auaritiæ, & propriæ delectationis sæpissimè propria Ciuitatis suæ sede relicta, Cleroque neglecto, remotiora loca frequentant, de qua re, & destitutio diuini cultus, & prædicatio in plebibus, & cura subiectorum postponitur, & hospitalitas negligitur, quod ne vlterius à quoquam sine ineuitabili necessitate, & certa vtilitate fiat, inhibuimus.

38. Cùm ab omnibus Christianis stultiloquium & scurrilitas sit cauenda, multò magis à Sacerdotibus Domini, quibus magis conuenit lugere, quàm ad scurrilitates & stultiloquia, & histrionum obscœnas iocationes, & cæteras vanitates in cachinnos ora laxate.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

1. Nullus Episcopale ministerium per ambitionem munerum ostentare præsumat, sed is ad Episcopale officium perueniat, si secund. Apost. viuat, idest irreprehensibiliter, sobriè, prudenter, pudicè, ornatè cum hospitalitate, cum doctrina, non vinolentet, non iniuriosè, modestè, non litigiosè, non cupidè.

4. Nullus Episcoporum se litigiosis immisceat contentionibus, sed neque irreligiosis vel indisciplinatis locutionibus, tàm in domibus quàm in forinsecis conuenticulis omnino indulgeat.

6. Nullus Sacerdotum ebrietatis deprauatione se aut ministerium suum vilescere faciat, quo meritò reprehensibilis videatur, &c. Quicunque autem ebrietati deseruit, aut desinat, aut deponatur.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

25. Decens est vt non solum domi suæ spiritaliter Episcopus benè præsit, verum etiam & domum temporalem ornatam & compositam secund. competens ministerium suum, & de vicinitate Ecclesiæ, & de conuenientia Religionis, & de receptione pauperum, vel hospitum habeat, & ita sit ordinata, vt quicunque conuersationem, & domos conuersationis ipsius viderit, habitacula ea Religionis valeat comprobare, non diuersoria impudicitiæ, aut alicuius irreligiositatis.

26. Si secund. leges Canonicas in mansiones Clericorum introitus feminarum prohibentur, quanto magis domus Episcopi ab huiusmodi habitatione & conuersatione, etiam & à legitimo connubio coniugatorum debet immunis esse & aliena.

30. Vt si quis de ordine Sacerdotali, contempto minoris Ecclesiæ, ambitiosè & improbè ad potiorem aspirare contenderit, Canonica erga eum definitio conseruetur.

38. Vt nullus deinceps veritatis Episcopus, solita super sacra iura præsumat, quod Mysterij causa SS. quæsierint Patriarchæ & fecerint, non enim in hæsitatione & malitia exigentis, sed in charitate non ficta fides seruatur.

55. Vt Episcopi seipsos atque Ministros suos & maximè Ecclesiasticos, cunctosque Christianos in sua Parochia ab vsuris sine excusatione compescant.

Ex Concil. Moguntino sub Leone IV. anno 847.

4. Ita inter se concordare debent Episcopi, alterutrum sibi ad Dei seruitium peragendum, & ministerium suum rectè explendum, vt non solum non noceant, quin potius adminiculo sint.

Ex Concilio Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

1. Oportet vt cubiculo Episcopi, & secretioribus quibuslibet obsequiis, sinceræ opinionis Sacerdotes & Clerici assistant, qui vigilantem, orantem, sacra eloquia scrutantem Episcopum suum iugiter attendant, eiusque sanctæ conuersationis testes, imitatores, & ad Dei gloriam prædicatores existant.

3. Placet Episcopum moderatis epulis contentum esse, suosque Conuiuas ad comedendum, & potandum non vrgere, quin potius semper se sobrietatis præbeat exemplum remoueantur ab eius conuictu, cuncta turpitudinis argumenta, non ludicra spectacula, non actoamata vaniloquia, non fatuorum stultiloquia, non scurriles admittantur præstigiæ, adsint peregrini & pauperes & debiles, qui de Sacerdotali mensa Christum benedicentes benedictionem percipiant, recitetur sacra lectio, subsequatur viuæ vocis exhortatio, vt non tantum corporali cibo, imo verbi spiritalis alimento conuiuantes se refectos gratulentur.

4. Vt Episcopus omnes affectiones quæ à S. conuersatione & Sacerdotali abhorrent officio penitus repudiet, & non canibus aut accipitribus vel capis (quod vulgus falcones vocat) per seipsum venationes exerceat, equorum quoque mulorumque superfluam curam contemnat, pretiosarumque vestium cultum & dissolutum, ac velut ad pompam compositum vitæ, incessum sit Sacerdotis eloquium, spiritali sale conditum, non curiosis, & proteruis & coturnosis vocibus tumidum, sit sermo Episcopi iuxta Euangelium, *est est, non non*, nam si quid enixius affirmandum, duræ forsitan audientium mentes exigunt, more potius Apostolico interponat, suæ locutioni, Deus scit, aut coram Deo, quàm per, &c.

Ex Concil. Valentino in Gall a sub Leone IV. anno 855.

15. Vt de vita & Religione sua vnusquisque Episcoporum tàm in conuersatione sua, quàm etiam in habitus, & vultus, ac sermonis grauitate, talem se

domi forisque, & suis, & extraneis exhibere studeat, vt maturitate morum, & repudiatione omnium leuitatum ac vanitatum, omnibus sibi adhærentibus seque intuentibus formam disciplinæ & verecundiæ ac modestiæ infundat.

Ex Concil. Ticinensi 2. sub Leone IV. anno 855.

1. Episcopum ita conuersari debere pronunciamus, vt eius vita rectè viuendi sit norma.

Ex Concilio Vuormatiensi sub Adriano II. anno 868.

17. Vide Conc. Agathense 506. cap. 55.

Ex Concilio Augustano sub Ioanne XII. anno 952.

2. Episcopos, Presbyteros, vel aliquem de Clero, canes venandi amore, vel accipitres habere non licet, &c. Quisquis autem personarum huiusmodi in hac voluptate denudatus fuerit, quamdiu in illa detestabili voluptate detinetur ab omni Ecclesiastico officio cesset.

3. Episcopus, Presbyter, aut Diacon. aleæ vacans, si ab hoc interdicto opere cessare noluerit, deponendus erit.

Ex Concilio Anglicano sub Gregorio VII. anno 1075.

9. Nullus Episcopus vel Abbas seu quilibet ex Clero hominem occidendum, vel membris truncandum iudicet, vel iudicantibus suæ authoritatis fauorem commodet.

Ex Concil. Londinensi 2. sub Paschali II. anno 1102.

1. Ne Episcopi sæcularium placitorum officium suscipiant, & vt non sicut laici, sed sicut personas Religiosas decet, ordinatas vestes habeant, & vt semper & vbique honestas personas habeant testes conuersationis suæ.

Ex Conc. Lateran. Vniuers. 11. sub Alexand. III. anno 1179.

4. Prohibemus etiam ne subditos suos tallis & exactionibus Episcopi grauare præsumant. Vide Archiepiscopi.

Ex Concil. Eboracensi sub Cœlestino III. anno 1194.

11. Sacerdotes non in cappis manicatis incedant, sed in vestibus suo ordini congruis, vt sicut cæteris dignitate præeminent, sic plenius, & formam, & exemplum exhibeant honestatis.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

5. Vide Archiepiscopi in Conc. Lateran. 1179. c. 4.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 12. sub Innocent. III. anno 1215.

16. Pontifices in publico & in Ecclesia super indumentis, lineis omnes vtantur, nisi Monachi fuerint, quos oportet deferre habitum monachalem; palliis diffibulatis non vtantur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus hinc inde connexis.

17. Prælati diuinum Officium, diurnum pariter & nocturnum, quantum eis Deus dederit studiosè celebrent & deuotè.

Ex Concil. Viennensi sub Clemente IV. anno 1267.

2. Prælati à grauaminibus abstineant subditorum, & maximè cum Ecclesiam visitant moderentur expensas, exerceant euectionum numerum prout in Gener. Conc. fuit deffinitum.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

3. Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, in domibus eorum, clausa & non nimia longitudine vel breuitate munda habeant indumenta.

Ex Conc. Sabinensi in Hispan. sub Ioanne XXII. anno 1322.

6. Episcopi & Superiores Prælati, succas lineas in publico, & cum eos equitare contigerit, nullatenus tabardos sed cappas & capellos suæ dignitati deferant congruentes, cappis aut vestibus sericis non vtantur, Missas in solemnitatibus maioribus in suis Ecclesiis & nunquam secretè in capellis suis celebrent, nisi causa legitima & necessaria fuerint impedit, altaria viatica secum portari faciant, in quibus singulis diebus curam se honestè & deuotè Missam faciant celebrari, horas canonicas cum suis Clericis attentè recitent, & in Ecclesiis suis Cathedralibus diuina Officia solemniter celebrent. Vide Clericorum mores.

Ex Concil. Toletano sub Clemente VI. anno 1347.

1. Episcopi capellos rotundos & in superiori parte laneos nullatenus sericos cum nigra & non alterius coloris fodratura portent, qui secus facere præsumpserit tanquam inhoneste incedens mille morabetinorum vsualis monetæ summam eo ipso soluere teneatur, quorum tertia pars fabricæ Ecclesiæ suæ, alia pars denunciatori, reliqua vero pars redemptioni captiuorum irremissibiliter applicetur.

Ex Concil. Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

5. Archiepiscopi & Episcopi veste linea superiori, vulgariter toqueto nuncupata, in publico semper vtantur, sericas vero vestes qualescunque aut breuitate notandas, necnon sotulares albos ipsis prohibemus contrarium facientes 20. florenorum aureorum pœnam qualibet vice ipso facto incurrant; in mensa vero Prælatorum omnimoda seruetur honestas, & sacræ Scripturæ legantur.

Ex Concil. Trident. Generali 18. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 25. De Reform.

1. Episcopi modesta supellectili & mensa ac frugali victu contenti sint, ac in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant, ne quid appareat quod à

sancto hoc instituto sit alienum, &c. Nec ex redditibus Ecclesiæ consanguineos familiaresve suos augere studeant sed si paupeies sint,us vt pauperibus distribuant res Ecclesiast. eas autem noo distrahant nec dissipent illorum causa.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

13. Cùm examen de aliquo ad Episcopatum promouendo faciendum erit, Episcopus in cuius Diœcesi maiorem eius anni partem versatus fuerit, mandato à summo Pont. accepto ex 5. probatis & doctis ac iuratis omnique exceptione maioribus testibus de eius fide vita & moribus cognoscat, de oatalibus vero ætate & gradu & corporis habitu, à duobus vel tribus testibus fide dignis, vel ex instrumentis publicis cognoscat, &c. De doctrina autem adhibitis tribus Theologiæ, totidemque, Iuris Pontificij, peritis, promouendum interroget.

15. Episcopus dominicis & reliquis festis diebus nisi iure impediatur, Missam celebret.

17. In vestitu sericum non adhibeat, non pretiosis pellibus vtatur, vnguenta ne sumat, sit annulo Episcopali cootentus, ne mulæ aut equo Episcopali stragulum & ornamentum ex villuto aut serico, sed corio factum aut lana adhibebit, ephipiis aor calcaribus aut frenis inauratis non vtetur, lineam tunicam quam rochetum appellant, in Ecclesia & in publico habeat, sine talari tunica quæ ad collum adstricta sit & mozeta, neque è cubiculo exeat, neque quemquam nisi ex familia admittat, neque eum vestitum ante noctem, vel nisi dimissis omnibus deponat.

18. In eius supellectili nihil aureum aut argenteum sit, præter leuissima, ac tenuissima quædam instrumenta ad cibum ori admouendum comparata, simplici tantum corio aut panno mensas aliave sternere liceat, in ædibus duo tantum loca vestiri possint, quæ attributa sint Episcopo, alter eios valetudinis causa, alter eorum gratia qui ad Episcopum conueniunt, &c. Equos ne alat nisi necessarios.

19. In mensa Episcopi præter primam escam & vnum iurulentum cibum, alterum lacticinium, & duo fructuom genera, vnum aut alterum vel tertiũ ad summum simplicis obsonij ferculum, tantum ei apponi liceat, etiam quorumvis hospitum causa, bellaria, piacentæ, omniaque saccaro artificiosè confecta, cæteraque escarum lenocinia, exquisita etiam vinorum genera probibentur, adhibeatur in eius mensa lectio sacrorum librorum, parasiti, sanniones, scurriles ioci, & maledicta noo admittantur.

20. Familiæ numerus is tantummodo sit, quo simul Ecclesiæ vtilitati, & Episcopi necessitati consulatur, quamplurimos possit habeat Clericos, qui nonnisi Clericali vestitu vtantur, & io illis duos sacris initiatos habeat, deinde Ecclesiast. personam spectatam & probatam, quæ Præfecta sit moribus familiæ, ac de omnium salute sollicita, familiares arma ne ferant, nisi in itinere vel necessitatis causa, sericum, aurum & argentum, colorumque varietatem omnioo excludentes, nigrum tantummodo vel fuscum colorem in vestibus adhibeant, calcei inaniter non incidantur, non sint turgidæ caligæ, non virgatæ, non sectæ, aut acupictæ, sed simplices & vnius coloris ac generis.

Ex Conc'l. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

17. Episcopus certam horam ad vesperum præscribat, qua vniuersa familia quotidie vel in sacellum domesticum, vel in Ecclesiam proximam ad orandum conueniat, vbi & ipse intersit, si modo aliquando impeditus non sit, Missam quotidie celebret, aut saltem dominicis festisve diebus, à nimia sæcularium & præcipuè feminarum familiaritate meminerit abstinere, sæcularia conuiuia fugiat, lectio in mensa potissimũ sit è Sacrascriptura, & pastoralibus libris, & viris SS. Episcoporum, &c. Non prophanis neque pretiosis vestibus ne intra domesticos quidem parietes vtatur, sit annulo Episcopali contentus & eo semper vtatur; In publicum etiamsi non extra ædium Episcopalium fines proditurus, tunicam lineam quam rochetum vocant semper induat cum mozzeta ex Innocent. III. decreto. Cùm verò animi relaxandi gratia extra ciuitatem exit, rochetum poterit ad libitum deponere; maximè coouenire sciat si toto aduent. & quadrag. tempore, omnibusque 6. feriis ac ieiuniorum diebus nigro tantum colore vtatur, sicut reliquo anni tempore violaceum Episcopalis dignitatis proprium dimittere non debet; tonsuram semper conspicuam gerat in capite grandiorem multo quam cæteri inferiores Sacerdotes, &c. Cùm per Ciuitatem exit extra actiones sacra, præter rochetum & mozzetam, adhibeat etiam galerum Episcopalem, quem super bonetum induat, vel ab vno ex maioribus de familia ante se deferri faciat, &c. Episcopum qui aliunde venit benigne & amanter hospitio excipiat cum eoque agat, vt die festo si permanserit sermonem imprimis populo habeat, &c In Episcopali mẽsa ne plura quam tria, aut hospitum gratia quatuor ad summum fercula apponantur, præter escam primo apponi solitam & iurulentum cibum, lacticiniumque & fructus item quos insecundis mensis, apponi moris est. In familia quamplurimos poterit habeat Clericos, qui nonnisi Clericali habitu vtantur, & decenti; & io illis si fieri posset commodè ad minimum duos sacris initiatos, & vnum sacro Presbyteratus ord. insignitum, &c.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

16. Singulis diebus ad vesperum horam designet Episcopus qua suam familiam in sacellum domesticum aut oratorium conuocet, vbi ipso præsente si non impeditus sit recitari faciat litanias & pias orationes, tùm quisque breue examen conscientiæ efficiat, profestis diebus Missæ saltem sacrificio intersit Episcopus, si ipse celebrare non possit dominicis vero & festiuis Missam dicat, &c. Singulis diebus festis & dominicis in choro diuinis Officiis, & saltem Missæ & Vesperis intersit, &c. Conuiuia non faciant frequentia, à laicorum nimia familiaritate abstineant, in domibus suis feminas non admittant, domesticos de fide bene sentientes, modestos & pios habeant quos semel in mense confiteri, & sacram Eucharistiã sumere procurent, & lectionem sacrorum librorum in mensa per Clericum faciendam, &c. Frugali mensa & mediocri supellectili contenti sint Episcopi, &c. Non in publicum prodeant sine talari tunica & roqueto, tonsuram semper conspicuam gerant in capite, grandiorem multo quam cæteri inferiores Sacerdotes, populo semper sanctam benedictionem impertiantur, dum per Ciuitatem aut Diœcesim incedunt, &c. Picturas omnes prophanas res repræsentantes domi nòn retineant, obscœnas omnino reiiciant, &c. Quos babebunt domi Clericos, nonnisi Clericali & decenti habitu vti permittant, illosque non retineant, nisi sint bonæ existimationis.

EPISCOPO

EPISCOPORVM OFFICIVM.

Ex Concil. Apostol. Clementis I. ann. 95. & Epit. Adriani I. ann. 773.

14. NE Episcopus alienam Parochiam inuadat.

16. Episcopus fugitiuum alterius Episcopi Clericum retinens excommunicetur.

28. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, peccantes fideles verberare non debent.

33. Clerici ab Episcopo suo damnati ab aliis non debent recipi.

36. Episcopus qui in aliena Parochia Clericos, nesciente eorum Episcopo, ordinauerit deponatur cum his quos ordinauit.

39. Episcopus omnes Ecclesiast. res dispenset, nec inde aliquid suis parentibus non pauperibus subministrari patiatur.

Ex C ncil. Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

53. Placuit cunctis vt ab eo Episcopo quis recipiat communionem, à quo abstentus in aliquo crimine fuerit.

Ex Concil. Ancyrano sub Syluestro I. ann. 314. & Epit. Adriani I. ann. 773.

5. Statuimus vt Episcopi eorum (qui post idololatriá agunt Pœnitentiam) modo conuersationis examinato, potestatem habeant, vel vtendi clementia, vel plus temporis adiiciendi.

22. Modus Pœnitentiæ (homicidij non voluntarij) in Episcoporum sit arbitrio, vt secund conuersationem Pœnitentiam, possint & extendere tardantibus & minuere studiosè festinantibos.

Ex Concil. Romano 2. sub Siluestro I. anno 324.

7. Pontifici subdicti sint Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Acolythi, Exorcistæ Lectores in omni loco repræsentantes obsequium siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ tantum Pontifici.

Ex Concil. N cano Generali 1. sub Siluestro I. anno 325.

2. Licebit Episcopo de lapsis aliquid humanius cogitare.

13. Generaliter omni cuilibet in exitu posito (Pœnitenti nimirum) & poscenti sibi communionis gratiam tribui, Episcopus probabiliter ex oblatione dare debebit.

15. Ne de Ciuitate ad Ciuitatem transeat vel Episcopus, vel Presbyter, vel Diacon. si quis post hæc aliquid tale tentauerit, hoc factum prorsus irritum ducatur & restituatur propriæ Ecclesiæ in qua ordinatus est.

Ex Eod. Conc. Editionis Arabicæ.

88. Vt nullus Episcoporum in Parœcia alterius ordinationes Presbyterorum vel Diaconorum faciat, neque quidquam disponat sine licentia proprij Episcopi.

71 Nullus Episcopus ab Episcopatu minore Ciuitatis & territorij vbi ordinatus est, ad alterum maioris populi, & plurium Monasteriorum, aut ad minorem quia non conuenit hoc, si quidem vnusquisque habet mensuram à Deo, nam & hoc statutum est martis, &c. Quod si Episcopus præter aliquam causam è Ciuitate sua expulsus fuerit, non debet quærere alterum locum vt ad eum transeat, quia per vim eiectus, & tunc oportet constituere eum in alia Ciuitate, si tamen perspectum fuerit esse eum fidelem & probum, modo aliquis defectus eius non exstiterit causa expulsionis.

Ex Concil. Antiocheno sub Iulio I. anno 340. & Epitome Adriani I. anno 773.

13. Vt irritum sit quidquid Episcopus non rogatus in aliena Parochia ordinauerit.

17. Si quis susceptum Episcopatum ad ire & gubernare contempserit, excommunicetur.

21. Vt Episcopus de sua Parochia in alienam nullo modo transmigret.

22. Quod irrita sit ordinatio quam Episcopus in aliena Parochia in alienis Clericis vsurpauerit.

Ex Concil. Sardicensi sub Iulio I. anno 347. & Epit. Adriani I. anno 773.

1. Vt Episcopus laica communione priuetur si de sua Ciuitate in aliam transmigrauerit.

2. Vt Episcopus nec laicam commonione in fine recipiat, si Sedem mutauerit per ambitionem.

8. Vt Episcopi ad Comitatum non vadant, nisi ab Imperatore vocati, aut necessitatibus oppressorum subuenturi.

14. Ne Episcopi vltra tres septimanas in aliena Ciuitate morentur, quoniam laici tanto tempore Conuentum Ecclesiæ negligentes, sunt excommunicandi.

15 Ne Episcopus à sua Ecclesia plusquam duas hebdomadas ab sit.

16. Vt Clericus à suo Episcopo excommunicatus non recipiatur ab alio.

18. Vt nullus Episcopus alienum Clericum in Parochia sua ordinet, & ordinatio alieni Clerici sine consensu proprij Episcopi irrita sit.

Ex Concil. Carthaginensi sub Iulio I. anno 348.

10. Ne quis alienos fines vsurpet aut transcendat Episcopum Collegam suum, aut vsurpet alterius plebes sine eius petitu.

Ex Concil. Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

10. In potestate vel arbitrio sit Episcopi vt si lapsos ex animo errorem deflere, & agere Pœnitentiam viderit, ad communionem pro Ecclesiastica humanitate suscipiat.

23. Si in alicuius Episcopi territorio, Infideles aut faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel saxa venerentur, si hæc eruere neglexerit sacrilegij esse reum cognoscat.

Ex Concil. Carthagin. 2. sub Siricio an. 397. seu sub Celestino I. anno 425.

11. Placet, secund. diuinæ legis, & S. Euangelij authoritatem, vt nemo nostrum alienos limites transgrediatur.

Ex

Ex Concilio Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

20. Placuit vt à nullo Episcopo vsurpentur plebes alienæ, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in Diœcesi suum Collegam.

21. Vt Clericum alienum nisi concedente eius Episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promouere in Ecclesia sibi credita.

Ex Conc. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

18. Vt Episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat.

26. Statuendum est Episcopis vt dissidentes fratres siue laicos, ad pacem magis quàm ad iudicium cohortetur.

27. Vt Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ord. Clericus; possunt tamen Sacerdotes & alij Clerici concessione suorum Episcoporum ad alias Ecclesias transmigrare.

59. Discordantes Clericos Episcopus vel ratione vel potestate ad concordiam trahat, inobedientes Synodus per audientiam damnet.

Ex Fragmentis Conc. Toletanorum, secundum Burcardum.

Quidam Episcopi nolentes ad prædicandum vel ad confirmandum suas per annum Parœcias circuire, qui tamen exigunt mansiones quibus in profectione vti debuerant, aliquo pretio redimant qui parare debebant; statuit sancta Synodus ne quis vltra exerceat illud cupiditatis ingenium, & vt sollicitiores sint Episcopi de suis gregibus visitandis. Sancimus omnibus Episcopis curam laicorum instare, vt si quos in fide Christi inuenerint, nimio affectu diligant.

Ex Concilio Mileuitano sub Innocentio I. anno 416.

24. Placuit vt quicunque negligunt loca ad suam Cathedram pertinentia in Catholicam vnitatem lucrari, conueniantur à diligentibus vicinis Episcopis vt id agere non morentur, quod si intra 6. menses à die conuentionis non hoc fecerint, qui potuerint ea lucrari ad ipsum pertineant, ita sanè vt si ille ad quem pertinuisse videbantur probare potuerit magis illius electam negligentiam ab hæreticis, impugnè vt ibi sint & suam diligentiam fuisse præuentam, vt eo modo eius curas solertior vitaretur, cùm hoc Iudices Episcopi cognouerint suæ Cathedræ loca restituant.

Ex Concil. Chalcedonensi Gener 4. sub Leone I. anno 451.

5. Propter eos Episcopos siue Clericos qui de Ciuitate ad Ciuitatem transeunt, placuit definitiones datas à SS. Patribus habere propriam firmitatem.

20. Si vero quicunque Episcopus post definitionem istam susceperit Clericum ad alium Episcopum pertinentem, placuit S. Synodo & hunc qui susceperit, & eum qui susceptus est tamdiu excommunicatos manere, quamdio ipse Clericus ad propriam Ecclesiam reuertatur.

Ex Concil. Andegauensi sub Leone I. ann. 453.

9. Aliis Episcopis, aliorum Clericis gradum augere non liceat.

Ex Concil. Venetico sub Leone I. anno 453.

10. Clericos ab Episcopis ordinatos sine permissione eorum à quibus fuerant ordinandi, promouere ad superiorem aliquem ord. non præsumant, ne concordiam fraternam iniuria illata contaminet.

Ex Concil. Arelatensi sub Leone I. anno 455.

1. Clerici atque altaris Monasterii Lyrinẽsis, à nullo nisi ab Episcopo aut cui ipse iniunxerit ordinentur, chrisma nonnisi ab ipso sperent, Neophyti si fuerint ab eodem confirmentur, peregrini Clerici absque ipsius præcepto in communionem, vel ad ministerium non admittantur. Vide Abbas.

Ex Concil. Constantinopolitano sub Leone I. anno 459.

4. Quod quis (Episcopus) commisit illicitè, aut à decessoribus suis inuenit admissum, si proprium periculum vult vitare, damnabit, nos enim in nullo volumus seueritatem vltionis exercere, sed qui in causis Dei vel contumaciam, vel in aliquo excessu deliquerit, aut ipse quod perperam fecit abolere noluerit, in se quidquid in alium non resecarit inueniet.

Ex Concil. Turonico sub Simplicio, anno 482.

9. Si quis Episcopus in Ius fratris sui suam conatus fuerit inserere potestatem, vt aut Diœceses alienas transgrediendo terminos à Patribus constitutos peruadat, aut Clericos ab aliis ordinatos, vel sanctimoniales promouere præsumat, ab vniuersorum fratrum & Consacerdotum suorum communione se alienum efficiendum non dubitet.

Ex Conc. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

3. Episcopi si sacerdotali moderatione postposita, innocentes aut minimis causis culpabiles excommunicare præsumpserint, aut ad gratiam festinantes recipere fortasse noluerint, à vicinis Episcopis cuiuslibet Prouinciæ litteris moneantur & si parere noluerint, communio illis vsque ad tempus Synodi à reliquis Episcopis denegetur.

Secund. Gratiam.

Non liceat Episcopo manibus suis aliquem cœdere, hoc enim alienum à Sacerdote debet esse.

Ex Conc. Aurelianensi sub Symmacho, anno 507.

3. Episcopus si infirmitate non fuerit impeditus Ecclesiæ cui proximus fuerit die dominico deesse non debet.

Ex Concil. Lugdunensi sub Hormisda, anno 517.

2. Episcopo vno in tribulatione posito cæteri compatiantur,

3. Si Rex ab Ecclesia vel Sacerdotum communione vltrò se suspenderit, sancti Antistites absque vlla dilatione se recipiant in Monasteriis, nec vllus egrediatur priusquam cunctis generaliter fratribus fuerit pax promissa vel reddita.

4. Nullus alienam Parochiam vsurpet, aut eius ordinationem præsumat.

5. Nullus in locum viuentis Episcopi audeat aspirare.

Ex Concilio Arelatensi sub Ioanne III. anno 524.

Iuxta Decretor. lib.

Prouidendum necesse est vnicuique Episcopo qualiter Canonici viuere debeant, necnon & Monachi secund. ordinem Canonicum vel Regularem viuere studeant.

Ex Conc. Aurelianensi 2. sub Siluerio, anno 536.

3. Ne quis Episcopus de quibuslibet causis vel Episcoporum ordinationibus cœterorum quę Clericorum aliquid præsumat accipere, quia Sacerdotem nefas est cupiditatis venalitate corrumpi.

Ex Concil. Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

15. Episcopus in Diœceses alienas, ad alienos Clericos ordinandos, vel consecranda altaria irruere non debent, quod si fecerit, remotis his quos ordinauerit, (altaris tamen consecratione manente) transgressor Canonum, anno à Missarum celebritate cessabit.

Ex Concilio Aruernensi sub Vigilio, ann. 541.

9. Ne Parochiam cuiuslibet Episcopi, alterius Ciuitatis Episcopus Canonum temerator inuadat.

10. Ne vllus Episcopus alterius Clericum contra voluntatem Episcopi sui suscipere audeat, aut Sacerdotio prærogare.

Ex Concil. Aurelian. 5. sub Vigilio, anno 552.

8. Vt in Ciuitate vbi Pontifex obierit, nullus Episcopus ante substitutionem deputati, per ordinem successoris, aut in Ciuitate aut per Parochias ordinare Clericos, aut altaria audeat consecrare, vel quidquam de rebus Ecclesiæ præter humanitatem præsumat auferre, qui hæc præsumpserit sine dilatione ablata restituat & anno integro missas facere non præsumat.

Ex Concil. Arelatensi sub Pelagio I. anno 554.

1. Oblatæ ab Episcopis Prouinciæ, ad formam Arelatensis Ecclesiæ offerantur.

2. Monasteria ei subsint Episcopo in cuius territorio sita sunt.

3. Abbati longius à Monasterio sine Episcopi permissione vagari non licet.

5. Monasteria sub cura sint Episcoporum, & Abbatissis nihil liceat contra Regulam.

7. Episcopus alienum Clericum sine Episcopi sui Epistola non ordinet.

Ex Concil. Turonensi 2. sub Ioanne III. ann. 570.

12. Si quis Episcopus ad distringendum eos qui in hac facilitate perdurant, negligens apparuerit, ex consensu communi atque totius populi, sententiam prædecessorum Canonum se incurrere omnino cognoscat, sic tamen vt tàm Metropolitanus suis Comprouincialibus quam Comprouinciales Metropolitano suo, si resistere aut contemnere Episcopum Clerici sui præsumpserint, dent omniuo solatium.

Ex Concil. Bracearensi 2. sub Ioanne III. anno 572.

1. Placuit vt Episcopi per Diœceses ambulantes primum discutiant Clericos, quomodo ordinem baptismi teneant vel Missarum, & qualiter quæcunque officia in Ecclesia peragant, &c. Postquam in his suos Clericos discusserint, vel docuerint Episcopi, alia die conuocata plebe ipsius Eccl. doceant illos vt errores fugiant Idolorum vel diuersa crimina.

2. Placuit vt nullus Episcoporum per suam Diœcesim ambulans præter honorem Cathedræ suæ, id est solidos duos, aliquid aliud per Ecclesias tollat, neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi in Ecclesiis Parochialibus requirat, sed illa tertia pars pro luminaribus Ecclesiæ, vel recuperatione seruetur, & singulis annis Episcopo inde ratiô fiat.

Ex Concil. Toletano sub Gregorio I. anno 597.

2. Ne quisquam Antistes infra suam Parœciam Dei aulam inquirat.

Ex Concil. Parisiensi 6. sub Deusdedit. anno 615.

3. Vt Clerici contra Episcopos suos, potentiorum Patrocinia non quærant.

5. Liberti quorumcunque Ingenuorum, à Sacerdotibus defensentur, nec ad publicum vlterius reuocentur.

11. Vt Episcopus cum Episcopo controuersiam habens, non ad Iudicem publicum, sed ad metropolitani sui iudicium recurrat.

Ex Concilio Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

7. Episcopus de reputatis conditionibus Clericorum negligentias emendare non tardet.

Ex Concilio Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

31. Episcopi in protegendis populis ac defendendis, impositam à Deo sibi curam non ambigant, ideoque dum conspiciunt Iudices ac potentes pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant, & si contempserint emendari, eorum insolentiam Regis auribus intimeot.

35. Episcopum per cunctas Diœceses parochiasque suas per singulos annos ire oportet vt exquirat quo vnaquæque Basilica in reparatione sui indigeat, quod si ipse aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiuerit, Presbyteros probabiles aut Diaconos mittat, qui & redditus Basilicarum, & reparationes, & ministrantium vitam inquirant.

36. Qui

36. Quicumque Episcopi suffragio cuiuslibet aliquid Ecclesiasticæ vilitatis prouiderint, & pro eo quodcunque commodum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eos exoluere oportebit.

46. Vide Ecclesiastica bona.

Ex Concil. Toletano 7. sub Theodoro, anno 646.

1. Vide Principes.

4. Non amplius quam duos solidos vnusquisque Episcoporum Galliciæ prou. per singulas Diœcesis suæ basilicas annua illatione sibi expetat inferri, Monasteriorum tamen basilicis ab hac solutione pensionis seiunctis. cum vero Episcopus Diœcesim visitat nulli præ multitudine onerosus existat, nec vnquam quinquagenarium numerum euectionis excedat, aut amplius quam vna die per vnamquamque basilicam remorandi licentiam habeant, &c.

Ex Concilio Toletano 10. sub Vitaliano, ann. 656.

3. Quisquis Pontificum deinceps, aut sanguine propinquas, aut fauore personas quascunque sibi deuinctas Monasteriis Parochialibusque Ecclesiis in Prælatos statuere præsumpserint, quod iussum fuerit deuocetur in irritum, & qui ordinauit, annuæ excommunicationi subiaceat, quæ vero ablata fortasse fuerint, ab eo qui tulit reddatur in duplum.

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

13. Nullus alterius Clericum retinere præsumat, nec ad sacrum Ordinem sine voluntate sui Episcopi penitus promouere.

Ex Conc. Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

8. Omnibus Episcopis id instituitur esse seruandum, vt Parochiam suam benè custodiant, nec à quolibet fratre eam vsurpari permittant, quibus si tricennalis numerus per voluntatem aut negligentiam occurrerit, nullo modo teddenda erit.

11. Placuit vt tàm à Presbyteris quàm ab Abbatibus siue etiam Diaconis, Episcopo honor debitus impendatur, ita vt à nullo contumeliam pati videatur, & quandocunque contigerit eum militare suam Parochiam, & dignè eum suscipiant, & prout habuerint, aut ratio permiserit, illi præparent quæ fuerint necessaria.

Ex Concil. Toletano 13. sub Leone II. anno 683.

10. Vide Pœnitentia.

11. Nullus alienum Presbyterum, Abbatem, Ministrum Subdiacon. vel quemlibet Clericum seu etiam Monachum fugientem, vagumq; suscipiat, non ad fugam suadeat, non fugæ latibulum præbeat, &c. Etenim si dicat quis simplici animo alterius Clericum suscepisse, nec nosse eum fugitiuum existere, tunc euidens innocentiæ suæ puritas approbanda est, quando eum quem suscepit infra 8. dies, iuxta legum sanctionem Iudici præsentauerit, & infra tempus legibus constitutum illuc fugitiuum refluxerit, vnde per fugam vagabundus exiuit, &c.

Ex Concil. Ratisponensi sub Zacharia, anno 742.

12. Decreuimus vt, secund. Canones, Episcopus in sua Parochia solicitudinē gerat, adiuuante Gramone qui defensor Ecclesiæ eius est, vt populus Dei paganias non faciat sed omnes spurcitias gentilitatis abiiciat, siue sacrificia mortuorum seu sortilegos aut diuinos.

Ex Conc. in Palatio Vernis sub Stephano III. anno 756.

13. De Episcopis vagantibus qui Parochias non habent, nec scimus de ordinatione eorum qualiter fuit, placuit, vt in alterius Parochia ministrare, nec vllam ordinationem facere debeant, sine iussione Episcopi cuius Parochia est, si hoc facere præsumpserint ab officio suspendantur, &c. Et si vllus Clericus aut laicus talem Episcopum aut Presbyterum defensauerit, sine commeatu Episcopi cuius Parochia est, excommunicetur vsque ad emendationem.

2. Vt illos Presbyteratus qui ad illum Episcopatum legibus attingūt, ille Episcopus ipsos debeat habere.

Ex Conc. Nicæno 2. Gener. 7. sub Adriano I. anno 787.

2. Decernimus quemlibet qui ad Episcopalem gradum est prouehendus, psalterium omnino nosce vt ex eo omnem quoque suum Clerum ita institui moneat, à Metropolitano autem bene examinare, an ad sacros Canones diligenter, ac cum perscrutatione, nō autem obiter cursimque legendos prompto paratoque sit animo, & sacrum etiam Euangelium & librum diuini Apost. omnemque diuinam Scripturam & in diuinis præceptis versari & populū suum docere.

4. Si quis Episcopus per auri exactionem vel alicuius alterius speciei, vel propter aliquam propriam affectionem à ministerio inuentus fuerit, vel segregare suorum Clericorum aliquem, vel venerandum templum claudere, ne in eo diuina fiant ministeria, ad id quod non est sensu præditum suam insaniam immittens, est reuera sine sensu & talionis erit legi obnoxius, & labor ipsius in caput eius redibit.

11. Si vnusquisque Metropolitanus in sua Ecclesia Oeconomum constituit, bene habet, sin minus Constantinopolitano Episcopo speciali authoritate licebit Oeconomum in eius Eccles. præficere, similiter & Metropolitanis, si qui eis sub sunt Episcopi noline in suis Ecclesiis Oeconomos constituere, hoc ipsum autem seruari etiam in Monasteriis oportet.

Ex Concil. Foroiuliensi sub Adriano I. anno 791.

2. Si lux mundi sumus lucere vtique absque nebulosa hypocrisis admixtione debemus, & si sal terræ sumus condire nihilominus terrenas mentes sapientiæ sapore per verbum prædicationis debemus.

Ex Concil. Arelatensi sub Leone III. anno 813.

3. Vide Archiepiscopus

6. Prouidendum necesse est vnicuique Episcopo qualiter Vide Conc. Arelat. 124.

17. Vnusquisque Episcopus semel in anno circumeat parochiam suam, nouerint sibi curam populorum & pauperum in protegendis, &c. Vide Conc. Toleta. 4. an. 633 c. 31.

24. Vnusquisque Episcopus in sua Parochia Presbyteros vel Diaconos diligenter inquirat, & fugitiuos omnes Clericos ad loca sua redire iubeat, & propriis Episcopis aut Rectoribus quærentibus reddat.

Ex Concilio Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

1. Omnes Episcopi studiosè operam diuinæ den lectioni,

lectioni, S. Euangelium, & Epist. B. Pauli Apost. non solum crebro legant, sed etiam quantum possint memoriæ studeant commendare Sanctorumque Patrum opuscula super eodem exposita deuote frequentent.

5. Nulli Episcopo liceat Canones aut lib. Pastoralem a B. Greg. I ap. editum, si fieri potest, ignorare.

4. Sollicite studeat vnusquisque Episcopus gregem sibi commissum sacra prædicatione, quid agere, quidve vitare debeat informare, & ipse Episcopus vita, habitu, forma & conuersatione sancta suis sit subiectis exemplum.

10. Episcopi maximam curam & sollicitudinem circa pauperes habeant, & res Ecclesiast. Ecclesiis collatas, cauta circumspectione dispensent, quasi Dei ministri, non quasi turpis lucri sectatores.

11. Licitum sit Episcopis, præsentibus Præsbyteris & Diaconibus, de thesauro Ecclesiæ, familiæ & pauperibus eiusdem Eccl. secund. canonicam institutionem iuxta quod indiguerint erogare.

13. Vide Presbyteri.

17. Quilibet Episcopus habeat homilias continentes necessarias admonitiones, quibus subiecti erudiantur; &c. Easdemque homilias quisque aperte transferre studeat in rusticam Romanam linguam, aut theotiscam, quo facilius cuncti possint intelligere quæ dicuntur.

18. Episcoporum sit magna sollicitudo Presbyteris suis tradere baptismi sacramentum, & quid in eo denunciandum quidve credendum sit.

Ex Concil. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

1. Iuxta SS Canonum constitutionem, & cæterorum SS. Scripturarum doctrinam, Episcopi assidui sint in lectione, & scrutentur mysteria verborum Dei, quibus in Ecclesia doctrinæ fulgore splendeant, & verborum Dei alimentis animas sibi subditas satiare non cessent.

2. Vt ea quæ legendo perscrutantur opere compleant, &c. Sint subditis norma viuendi, & prædicatione assidua plebem admoneant, & falce iustitiæ, à credentium mentibus vitiorum spinas eradicent, &c.

3. Scholas constituant in quibus & litteraria solertia disciplinæ, & sacræ Scripturæ documenta discantur, & tales ibi erudiantur quibus meritò dicatur à Domino, vos estis sal terræ, &c.

4. Humilitatem atque Religionem & in vultu, & in opere, & in habitu, & in sermone demonstrent, vt bene agentes & habitu, & vultu demulceant, malè agentibus vero, ipso suo vultu terribiles sint.

5. A turpibus lucris & vsuris non solum ipsi abstineant, verum etiam plebes sibi subditas abstinere instituant.

14. Cauendum ne cùm Episcopi Parochias suas peragrant, quamdam damnosam erga subditos seu erga socios tyrannidem exerceant, nec cum charitate, sed cum quadam iudiciaria inuectione stipendia ab eis exigant, obseruandum etiam modis omnibus vt si quando eis peragrandæ Parochiæ necessitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione verbi Dei, in lucris animarum potius, quàm in deprædandis & spoliādis hominibus & scandalizandis fratribus operam dent, tanta ergo in hac re discretio tenenda est, vt & verbi Dei prædicator, sumptus, vbi proprij desunt, à fratribus accipiat, & item fratres illius potentia non grauentur.

16. 17. 18. Vide Simoniaci.

19. Vide Decimæ.

Ex Concilio Moguntino sub Leone III. anno 813.

8. Vt Episcopi potestatem habeant res Ecclesiast. prouidere, regere, gubernare, atque dispensare, secundum Canonum authoritatem volumus, & vt laici in eorum ministerio obediant Episcopis ad regendas Ecclesias Dei, viduas & orphanos defensandos, & vt obedientes sint eis ad eorum Christianitatem seruandam, & Episcopi consentientes sint comitibus & Iudicibus ad iustitias faciendas, & vt nullatenus per aliquotum mendacium, vel falsum testimonium neque per periurium aut per præmium lex iusta in aliquo deprauetur.

31. Vnusquisque Episcopus, &c. Vide Conc. Arelat. 813. c. 14.

45. Symbolum, quod est signaculum fidei, & orationem dominicam discere semper admoneant Sacerdotes populum Christianum, volumusque vt disciplinam condignam habeant, qui hæc discere negligunt, siue in ieiunio, siue in alia castigatione emendentur.

Ex Conc. Rhemensi sub Leone III. anno 813.

14. Vt Episcopi diligentius operam dent, lectionique diuinæ incumbant, id est Canonicis lib. opusculis Patrum, & verbum Dei omnibus prædicent.

15. Vt Episcopi sermones & homilias SS. Patrum, prout omnes intelligere possint, secundum proprietatem linguæ, prædicare studeant.

16. Vide Confessio.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Stephano V. anno 816.

138 Oportet Ecclesiæ Prælatos vt de congregatione sibi commissa tales eligant, boni testimonij fratres, in quibus onera regiminis securè possint partiri, quibus etiam talem conferant potestatem, vt, vice illorum fungentes & inobedientes, canonica censura corripere, & obedientes hortando ad meliora valeant prouocare, &c.

Ex Concil. Romano sub Eugenio II. anno 826.

6. Vt Episcopi extra proprias Parochias non moueantur.

13. Si Sacerdotes testimonium dicant, vt coram Episcopis tantum pro ea reconueniri possint.

15. De suspectis Sacerdotibus, vt admoneantur ab Episcopis.

16. Vt Episcopis de subiectis plebibus, aliisque piis locis, nihil liceat auferre.

19. Vt Episcopi & vniuersi Sacerdotes habeant aduocatos.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

5. Statuimus vt vnusquisque nostrum dictis & exemplis plebes Parochiæ suæ, ad meliora incitare studeat, easque vt se à malis cohibeat, & ad Dominum ex toto corde conuertant, sollicitè admoneant, Deumque, quẽ peccando sibi iratum fecerant, digna Pœnitentia, satisfactione, & eleemosynarum largitione sibi placabilem facere satagant, necnon, & pro vita piissimi Ludouici Imperat. Cǣsaris, ptolisque eius incolumitate, Imperijque sibi commissi subtilitate, Dei immensam misericordiam cernuis precibus implorent, &c. Et quod vnusquisque eleemosynam, & cætera bona opera à semetipso incipere debeat.

23. Plerique non paternum affectū circa gregem sibi commissum, sed quendam exercere videntur dominatū, eumque non vt dominicū sed flatibus ventosis arrogantiæ

arrogantiæ inflati, vt suum proprium tractare non vereantur, quod à paternitatis officio multum abertat.

24. Non erunt Prælati excusabiles & immunes à periculis ad Dominum, cui pro sibi commissis rationes sunt reddituri, si eis carnalia solummodò & non spiritualia subministrauerint, cùm de manu eorum, sanguinem eorum, si perierint, sit exacturus.

25. Vnusquisque Episcoporum super Archidiaconis suis deinceps vigilantiorem curam adhibeat, quoniam propter eorum auaritiam, & morum improbitatem, multi scandalizantur, & Ministerium Sacerdotale vituperatur, & in Ecclesiis à Sacerdotibus multa propter eos negliguntur.

26. Decreuimus nullum deinceps non Episcopum, non Clericum, vel Monachum, aut possessiones conducere, aut negotiis sæcularibus se miscere, præter pupillorum (si fortè leges imponant) inexcusabilem curam, aut Ciuitatis Episcopis Ecclesiasticarum rerum solicitudinem habere præcipiat, aut orphanorum aut viduarum, earumque quæ sine vlla prouisione sunt personarum, quæ maximè Ecclesiast. indigent adiutorio, propter timorem Domini causa deposcat, &c. Episcopi suæ Parochiæ Sacerdotes & Monachos, à memoratis illicitis actionibus sua auctoritate compescant, transgressores verò censura Canon. corripiãt.

29. Vide Presbyteri.

31. Tempore congruo vnusquisque Episcopus Parochiam suam circumeat, & quamquam authoritas Canonica doceat, vt quarta pars decimarum & redditum ex oblationibus fidelium in vsus Episcoporum cedat, vbicumque tamen Episcopus sua habet, suis contentus sit, vbi autem nihil rerum Ecclesiæ suæ habet, accipiat de memorata quarta parte sibi suisque non quod auaritia, sed potius quod necessitas compulerit, cæterum si accipiendi nulla necessitas vrserit, nihil de memorata quarta parte accipiat, sed vsibus Ecclesiarum, & pauperibus Christi impartiendam secund. suam dispositionem relinquat.

Ex Concilio Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

2. Episcopus iuxta Regulam à B. Paulo Apost. decretam, ministerium peragat Episcopale; at qui secus gesserit Canonum coerceatur authoritate.

3. In singulis Ciuitatibus & Monasteriis iuxta modum rerum, hospitalitas ordinetur aduenientium, & placuit omnibus Episcopis vt quocunque sit loco Episcopus, coram se adgreget pauperes semper ad refectionem.

7. In ipsa vita Sacerdotum pensandum est qualiter quisque doceat, &c. Vt pastoralis vitæ bonũ quod viuendo ostendimr, etiam loquendo propagetur.

8. Doctrina Sacerdotalis secund. cuiusque qualitatem, omnibus sufficiens esse debet, modesta, prudens, discreta, honesta atque vtilis.

9. Necesse est vt Præsul sit cogitatione mundus, actione præcipimus, discretus in silentio vtilis in verbo, singulis compassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus.

11. Vide Episcoporum mores in Conc Paris. 829. c. 21. vnusquisque Episcoporum studeat Ministros suos pro modo possibilitatis benè instruere, vt si fortè contigerit, aliquem Episcopum tardiloquentem esse, aut infirmitate aliqua impeditum, habeat tamen Ministrum doctum, qui eius vice, pabula Verbi diuini populo administrare possit.

4. Episcopi Ministros, id est Chorepiscopos, Archipresbyteros, & Archidiaconos non sectantes auaritiam, per Parochias suas constituant.

Ex Concil. Vernensi sub Sergio II. anno 844.

8. Episcopi qui ad bellum non eunt homines suos alicui ex fidelibus Regibus committant.

9. Rhemorum Ecclesiæ Pastore diu destitutæ, quamptidem præficiatur Epscopus.

10. In Ecclesia Aurelianensi tatam Rex esse permittat ordinationem Agij Episcopi.

11. De Prælatione Drogonis expectandum videri Episcoporum Galliæ, Germaniæque conuentum & consensum.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. ann. 845.

10. Vide Monasterium.

29. Vt quorumdam Episcoporum reprehensibilis, imo damnabilis consuetudo omnimodis corrigatur, qui plebes sibi creditas, aut rarò, aut nunquam per seipsos visitant.

32. Vide Concilia.

55. Vide Episcoporum mores.

56. Vt nemo Episcoporum quemlibet, sine certa & manifesta peccati causa, communione priuet Ecclesiastica; anathema autem sine consensu Archiepiscopi aut Coepiscoporum, prælata etiam Euangelica admonitione, nulli imponat, nisi vnde Canonica docet authoritas.

Ex Concil. Moguntino sub Leone IV. anno 847.

1. Vide Confessiones fidei Catholicæ.

2. Cùm omnia Concilia Canonum qui reperiuntur, sint à Sacerdotibus legenda, & intelligenda, & per ea sit eis viuendum & prædicandum, necessarium duximus, vt ea quæ ad fidem pertinent, & vbi de extirpandis vitiis & plantandis virtutibus scribitur, hoc ab eis crebro legatur & benè intelligatur, vt in populo prædicetur, & quilibet Episcopus habeat, &c. Vide Conc. Turon. 813. c. 17.

7. Vide Conc. Moguntin. 813. c. 8.

8. 10. Vide Decimæ & Ecclesiast bona.

12. Interdicendum videtur Clericis siue Laicis, ne quis cuilibet Presbytero præsumat dare Ecclesiam sine licentia & consensu Episcopi sui.

Ex Concil. Ticinensi 1. sub Leone IV. anno 850.

2. Statuimus vt, non tantum Dominicis diebus & præcipuis festiuitatibus Episcopi Missas celebrent, sed cùm possibile fuerit, quotidiana quoque sacrificia frequentent, nec fastidiant primum pro se, deinde pro Consacerdotibus, pro Regibus & cunctis Ecclesiæ Dei Rectoribus, proque his qui se orationibus ipsorum peculiariter commiserunt, & maximè pro pauperibus preces fundere, & omnipotenti Deo hostias offerre, &c.

5. Vt Episcopi Canonicas Scripturas, & Sancta Dogmata iugi meditatione discutiant, & Presbyteris ac Clericis suis subtilius tractando & differendo, occultos sacrarum litterarum Thesauros aperiant, populis verò iuxta ipsorum capacitatem Dominicis & festis diebus verbum prædicationis impendere non negligant.

6. Sollicitè procurent Episcopi quam diligentiam erga plebem sibi commissam vnusquisque Presbyterorum gerat.

7. Reconciliatio pœnitentium iuxta antiquorum Canon. instituta, non à Presbyteris, sed ab Episcopis fieri debet, nisi fortè quis in periculo fuerit cõstitutus, & se reconciliari deuotè petierit, si Episcopus absens fuerit,

fuerit, debet vtique Presbyter cōsulere, & sic pœnitentem eius præcepto reconciliare, aliter autem sicut nec Chrismatis confectio, vel puellarum consecratio, ita nec pœnitentium reconciliatio vllatenus à Presbyteris fieri debuit.

8. Vide Chrisma.

11. Manifesta & Ecclesiast. sanctio continet, vt qui ab vno Episcopo excommunicatus est ab aliis ei non debeat Episcopis communicari. Vide Pœnitentia.

Ex Concil. Valentino in Gallia sub Leone IV. anno 855.

13. 14. Vide Pax.

16. Vt vnusquisque nostrum siue per se, siue per aliquem vel aliquos ex Ministris Ecclesiæ fideliter doctos, ita verbum prædicationis tàm in vrbe quàm foris in plebibus exuberat, vt omnino eis admonitio & exhortatio salutatis deesse non possit.

17. Vt ipsa visitatio plebium, & Parochialium Sacerdotum tàm moderatè, & in quantum fieri potest iuxta Canonicam institutionem fiat, vt manifestum sit, siue per nos, siue per nostros, sola sibi animarum lucra perquiri, nec aliquem importunitate & nimietate grauari & contristari, ne verbum Domini & doctrina blasphemetur.

18. Vt de scholis tàm diuinæ quàm humanæ litteraturæ, necnon & Ecclesiasticæ cantilenæ, iuxta exemplum prædecessorum nostrorum aliquid inter nos tractetur, & si potest fieri statuatur atque ordinetur, quia ex huius studij longa intermissione, pleraque Ecclesiarum Dei loca, & ignorantia, & totius scientiæ inopia inuasit.

22. Vt de seruitio Presbyterorum erga Episcopos suos consuetudo valdè reprehensibilis amputetur, vt scilicet quoties Episcopus statuto tempore visitationem & prædicationem per eosdem Sacerdotes & populos non exercet, nequaquam ab eis pro solito seruitio pecunias exigat.

Ex Concil. Ticinensi 2. sub Leone IV. anno 855.

15. Statuimus ne Episcopi quando pro confirmando populum Parochias circumeunt, Archipresbyteros suos grauent, vt huiusmodi dispensa contenti sint, panes 100. fristingas 4. vini sextaria 50. oua 50. agnum vnum, porcellum vnum, annonam ad caballos modios 6. fœni corbustres, mel, oleum, cera quod sufficit.

Ex Concil. Tullensi sub Nicolao I. anno 859.

2. Episcopi secundum illorum ministerium ac sacram authoritatem vniti sint, & mutuo consilio, atque auxilio, Reges Regumque primores atque populum commissum in Domino regant & corrigant, & nemo se solatio mutuo subtrahat, sed synodales conuentus secund. iussionem Canonicam frequentare procurent quatenus ord. Ecclesiast. qui quasi obliteratus iam fuerat, Episcopali collatione ad necessarium & debitum statum reduci præualeat.

Ex Concil. Tullensi 2. sub Nicolao I. anno 860.

4. Vide furtum.

5. Vt Clerici & Monachi ad Episcopos & Abbates suos reuocentur.

Ex Concil. Confluentino sub Nicolao I. anno 860.

4. Vt nemo Episcoporum hominem peccantem ab Eccl. Christiana alienet, donec illum secund. Euangelicum præceptum, vt ad emendationem & pœnitentiam redeat, commonitum habeat.

Ex Concil. VVormatiensi sub Adriano II. anno 868.

2. Vide Chrisma.

3. Vide Ecclesia.

13. 14. Vide Excommunicatio.

16. Si quis Episcoporum Synodo neglexerit adesse, aut cœtum fratrum, antequam Concilium dissoluatur, crediderit deserendum, alienatum se à fratrum communione cognoscat, nec eum recipi liceat, nisi in sequenti Synodo fuerit absolutus.

Ex Concil. Constantinop. 4. Generali 8. sub Adriano II. an. 869.

14. Sancimus vt designati ad superhumeralia Episcopi, certis statisque temporibus illis ea & locis gestent, ne huiusmodi cultu per fastum, & per superbiam abutantur, aut quouis tempore diuini sacrificij, & quacunque Ecclesiastica functione ferant; eos etiam qui vitam solitariam religiosè sunt sectati, & ad Episcopatus honorem sunt euecti, vt Religiosam vestem suam habitumque Monasticum seruēt statuimus, nullique per fastum, animique iactantiam huiuscemodi habitum exuere audeant; quod si quis Episcopus præter designata sub scripto tempora, Omophorion tulerit, aut Monasticam vestem abiecerit, vel corrigatur vel deponatur.

19. Vt Visitationes Ecclesiarum sine omni auaritiæ suspicione peragantur.

20. Ne sibi ius dicat Episcopus in rebus Ecclesiasticis.

23. Statutum, à rebus & personis, & sacris actionibus alienæ Diœcesis quemlibet debere abstinere.

Ex Concil. apud S. Macram sub Ioan. VIII. anno 881.

2. Increpatio torporis & negligentiæ Sacerdotum ex S. Gregorio.

Ex Concil. Moguntino sub Stephano VIII. anno 888.

14. Nullus Episcopus alterius Parochianum præsumat retinere, aut ordinare absque eius voluntate, vel iudicare, quia sicut eius irrita erit ordinatio, ita & iudicatio.

15. Si quis Episcopus iudicauerit vel ordinauerit alterius Parochianum sine consensu & voluntate sui Episcopi, oportet non sine increpatione, in communi Concilio admitti, ita vt Ecclesiasticum vltra non soluat Canonem.

Ex Concil. Triburiensi sub Formoso, anno 895.

7. 8. Vide Ecclesiastica bona.

9. Cùm Episcopus Ecclesiam à Domino Deo sibi commissam regens, Episcopatum circumeundo perrexerit, & placitum Canonice constitutum decreuerit, populumq; sibi creditum illi innotauerit, atque Comes ead. die sciens placitum ab Episcopo condictum, vel nesciens, placitum, cum populo, suum condixerit & per bannum illuc venire præceperit, placitum Comitis omnes postponant, & Comes ipse ideq; populus post

Episcopum

Episcopum festiuè pergant, scientes se non illi seditiosa contentione decertare, sed pro fide Catholica inuigilare, &c. Nullus Comes nullusque iudex, nullus omnino in Clericatu vel sæculari habitu constitutus, legationem Episc. impediat, vel côturbare præsumat.

20. Vide forum ecclesiasticum.

21. Si quis Presbyter contra laicum, vel laicus contra Presbyterum, aliquam habet querimoniæ controuersiam, Episcopo percipiente, sine personarum acceptione finiatur, & laicus per iuramentum, si necesse sit, expurgetur, Presbyter vero vice iuramenti, per consecrationem interrogetur, quia Sacerdotes ex leui causa iurare non debent.

32. Hanc habeant authoritatem Episcopi vt in nullis Ecclesiis, nec constituantur Presbyteri, nec expellantur, illis inconsultis & non consentientibus attendendum summopere est omnibus Presbyteris, & reliquis Clericis, vt nihil absque Episcopi proprij licentia agant, non vtique missas sine eius iussu quisquam Presbyterorum in sua Parochia agat, similiter & reliqui populi, maiores scil. è minores per eius licentiam quidquid agendum est agant.

Ex Concil. Romano sub Ioanne IX. anno 904.

13. Habeant Episcopi singularum Vrbium in sua Diœcesi libertatem potestatem adulteria & scelera inquirere, vlcisci & iudicare, secund. quod Canones censuerunt, absque impedimento alicuius, & cum opus fuerit ad comprimendos rebelles & contemptores, publicum placitum conuocent, non ad præiudicandum, sed potius ad ea quæ Deo placita sunt, & saluti animarum conueniunt, prosequendum.

Ex Concilio Legionensi sub Benedicto VIII. anno 1012.

3. Nullus contineat seu contendat Episcopus Abbates suarum Diœceseon, siue monachos, Abbatissas, Sanctimoniales refuganos, sed omnes permaneant sub ditione sui Episcopi.

Ex Concilio Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

1. Vnusquisque Episcopus Ecclesiarum ministerium cum suis Clericis ordinatè teneat in suis Sedibus.

3. Omnes Ecclesiæ & Clerici sint sub iure sui Episcopi.

Ex Concil. Anglicano sub Gregorio VII. anno 1075.

4. Vide Litteræ Ecclesiasticæ.

Ex Concil. Romano 5. sub Gregorio VII. anno 1078.

10. Nullus Episcopus grauamen, seu seruile seruitium ex vsu contra Ecclesiast. normam, Abbatib. seu Clericis suis imponat, interdictum sacerdotale officium, pretio interueniente, restituat, quod si fecerit, officij sui periculum subeat.

Ex Concilio Melfitano sub Vrbano II. anno 1090.

15. Vide Excommunicatio.

Ex Concil. Placentino sub Vrbano II. anno 1095.

2. Vide Pœnitentia.

Ex Concil. Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

7. Altaria Congregationibus Canonicorum vel Monachorum per personas data, mortuis personis, libera redeant in manibus Episcoporum, nisi fuerint illis per Episcoporum scripta vel priuilegia confirmata.

Ex Concil. Pictauensi sub Paschali II. anno 1100.

5. Vide Pœnitentia.

Ex Concil. Lateran. 2. Vniuers. 9. sub Calixt. II. anno 1122.

4. 7. Vide Ecclesiastica bona.
9. Vide Excommunicatio.
17. Vide Abbas.
18. Vide Presbyteri.
19. Vide Monasteria.

Ex Concilio Londinensi 1. sub Honorio II. anno 1125.

8. Nullus Abbas, nullus omnino Clericus vel Laicus quemquam per Ecclesiam in Ecclesia ordinatum, absque proprij Episcopi iudicio, præsumat eiicere, qui facere præsumpserit, excommunicationi subiacebit.

9. Nullus Episcoporum alterius præsumat parochianum ordinare, aut iudicare, &c. Non tenetur aliquis sententia non à suo iudice prolata.

Ex Concilio Londinensi sub Honorio II. anno 1127.

7. Episcopi Presbyteros, Abbates, monachos, Priores subiectos, firmam tenere inhibeant.

9. Vide Beneficium Ecclesiasticum.

Ex Concil. Lateran. 3. Vniuers. 10 sub Innoc. II. anno 1139.

19. 20. Vide Incendiarij.
22. Vide Pœnitentia.

Ex Concilio Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

1. Vide Excommunicatio.

Ex Conc. Later. 4. vniuers. 11. sub Alexand. III. anno 1179.

9. Vide Excommunicatio, milites Religiosi, monachi.
17. Vide Electiones.

Ex Conc. Later. 5 Vniuers. 12. sub Innocent. III. anno 1215.

3. Quilibet Archiepiscopus vel Episcopus, per se aut per Archidiaconum suum vel idoneas personas honestas, bis aut saltem semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare circumeant, & ibi tres vel plures boni testimonij viros, vel etiamsi expedire videbitur totam viciniam iurare compellat; quod si quis ibid. hæreticos sciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus assidentes eos Episcopo studeat indicare.

7 Ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessum maximè Clericorum, & reformandum mores, prudenter & diligenter intendant, & executionem ipsorum nulla consuetudo vel appellatio valeat impedire

Ordinarij locorum per se vel per suos Vicarios singulis annis in Cœna Domini solemniter coram populo, imponentes, & exigentes noua passagia vel antiqua seu concessa augmentantes, siue sint Archiepiscopi, siue Episcopi, siue Abbates, aut alij inferiores Prælati, aut Laici seu sæculares personæ, pulsatis campanis, & candelis accensis excommunicatos denuncient.

Ex Concil. Mediolanensi sub Nicolao IV. anno 1287.

9. Soli Episcopi potestatem habeant ædificandi Ecclesias aut Oratoria.

Ex Concil. Rauennat. 2. sub Clemente V. anno 1311.

9. Quilibet Episcopus in sua Diœcesi informare debet Sacerdotes & Ministros nouos maximè vel à scientibus expertis faciat informari in suis officiis & ministeriis, & Ecclesiast. Sacramentis, & ipsorum collatione seu dispensatione, scilicet in catechisando, baptizando, conficiendo corpus & sanguinem I. C. & quæ sunt confectionis verba seu consecrationis, & confitentes seu pœnitentes absoluendo, & formam, & modum absolutionis, & diuinis aliis.

24. Nullus Episcopus in alterius Diœcesi aliquam iurisdictionem exerceat, vel vtatur Pontificalibus, nisi de licentia Ordinarij sui.

Ex Concil. Rauennat. 3. tempore Interregni, anno 1314.

6. Quotiescunque Episcopi per Ciuitates suas & Diœceses transierint, Rectores seu Clerici Ecclesiarum qui sciuerint eos per suas Parochias transire, campanas pulsent, seu pulsari faciant, ita quod populus audire possit & exire, & genua flectere ad benedictionem suscipiendam, quod si quis facere omiserit, ipso facto incidat in pœnam quinque solidorum Rauennat. distribuendorum in pauperes infra tres dies, & multò hoc amplius extendatur ad Monasteria & alia loca religiosa, quotiescumque Episcopi accedent ad Ecclesias locorum, vbi sunt Capitula vel Conuentus certioratis illis de suo aduentu, campanis pulsatis cum cottis & pluuialibus si habuerint, aqua benedicta, & incenso, & cruce psallendo processionaliter, & deuotè eis obuiam occurrant vsque ad portam Ecclesiæ, vel vsque ad limen Cœmeterij, & ipsi Domini Episcopi supra se prostratos ante Altare, dicta cum cantu per Sacerdotem oratione, surgentes osculato Altari impendant benedictionem solemnem, omnes Episcopi suffraganei in tota Prouincia, cùm eos suam Diœcesim exire contigerit, possint & debeant impendere publicam benedictionem celebrare in Pontificalibus prædicare, & indulgentias, sic celebrando concedere, & hoc intendimus, vbi Episcopi huiusmodi non contraherent ibi moram scilicet longiorem 10. dierum, sed quasi transeuntes essent ibi, eis in tali transitu & aduentu honor deferatur, si ordinarius non sit præsens, &c. Quotiescunque legatum ex latere Sedis Apost. vel Archiepiscopum S. Rauennat. Eccles. solemniter celebrare, vel celebrari facere per Episcopum in Pontificalibus contigerit in aliqua Ciuitate Prouinciæ Rauennat. Omnes Episcopi, Abbates & Priores Prouinc. Rauennat. qui fuerint in eo loco præsentes, & hoc sciuerint, venire & conuenire debent ad Ecclesiam, & in Missa parati cottis, amictis, pluuialibus, Mitris & baculis pastoralibus, quibus hæc competunt, Missæ interesse debent.

8. Nulli Religiosi vel sæculares Prouinc. Rauennat. prætextu seu occasione lapsus temporis, desuetudinis vel præscriptionis, suis Ordinariis & Prælatis visitantibus, seu visitare volentibus repugnare, contradicere audeant vel præsumant, alioquin præter pœnas à iure statutas, excommunicationis, in Ecclesias verò interdicti sententias, auctoritate præsentis Conc. proferimus.

Ex Concil. Rauennatensi 4. sub Ioanne XXII. anno 1317.

2. Sacerdotes aliqui per nonnullos Prælatos sæculares seu Regulares quibus in certis Ecclesiis Parochialibus Regnorum institutio de consuetudine competit, in eisdem Ecclesiis instituti, sine sui Episcopi auctoritate, commissione vel licentia Parochialis, Ecclesiarum ipsarum, qui ipsius Episcopi subditi esse noscuntur, præsumunt soluere & ligare, huiusmodi Sacerdotibus sub priuationis & excommunicationis pœnis inhibemus, sine Episcopi licentia in Ecclesiis, in spiritualibus ministrare.

11. Episcopi, si quando eos laborare contingat pro factis Prouinc. Rauen. 15. equitaturis, seu euectionibus ad plus sint contenti & minus, & ipsorum procurationibus 12. solidis Bononiens. pro quolibet equo, pro palafræno verò Domini vnum florenum auri pro qualibet legali diæta, seu die quo laborauerit taxamus, si verò pro præfatis causis contingeret Abbates & Prælatos aliquos seu Canonicos Cathedralis Ecclesiæ, aut Clericos laborare, Abbatibus & prælatis quatuor equos, Canonicis Eccl. Cathedral. tres, Clerico verò vnum taxamus, & pro vno quoque equo 10. solidos Bononiens. habere debeant à Clero & non vltra; Clericus verò siue Laicus qui sine equo mitteretur à Clero, seu iret occasione Cleri, 6. solidos Bononiens. pro qualibet competenti ei diæta taxamus.

20. Cùm in iure contineatur quod Episcopi plures vel vnus non possint concedere Indulgentiam vltra numerum 40. dierum, exceptò in sola Ecclesiarum consecratione, quod de vno anno statutum fuit (io Conc. Rauen. 1286. sub rubrica pauperes) limitamus & reducimus ad 40 dies, non obstante constitutione facta per nos (in Conc. Rauen. 3. an. 1314. sub titulo Ordines sacri) quod nos & quilibet Episcopus; cum suis subditis dispensare possimus, qui contra tenorem & formam dictæ constitutionis ad ordines sunt promoti, vel in futurum promouerentur.

Ex Conc. Salmanticensi in Hispania sub Ioan. XXII. anno 1322.

9. Vide Ordines sacri.

Ex Concil. Toletano sub Clemente VI. anno 1347.

3. Episcopi nullum quæstorem de extra Episcopatum suum, nisi litteras Apostol. aut Metropol. exhibuerit, quomodolibet admittant, mandantes quod cùm quæstores pro fabrica suarum Ecclesiarum vel pro aliis piis operibus suorum Episcopatuum recepe-rint constitutionem Clem. V. in Conc. Vien. contra quæstores huiusmodi editam, in omnibus faciant inuiolabiliter obseruari, &c.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

17. Sub pœna suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, nullus suffraganeorum nostræ Prouinc. in sua Diœcesi

ad exercendum ea quæ Episcopalis ord. existant, quosdam Religiosos Titulares Episcopos admittat, nisi habitum suæ Religionis manifeste defetant, & sint conuersationis laudabilis & bonæ famæ, omnesque tales cùm excommunicati sint, arctius euitent,& faciant eosdem ab aliis arctius euitari.

Ex Concil. Toletano sub Sixto IV. ann. 1473.

1. Episcopi qui vocari per Metropolitanum ad Concilia venire neglexerint, nisi Canonico euidenti & ineuitabili impedimento fuerint præpediti,eo ipso ab ingressu Ecclesiæ sint suspensi.

28. Concedimus vniuersis Episcopis nostræ Prouinciæ, vt à sententiis & censuris in præsentibus constitutionibus latis, singuli eorum in suis Diœcesibus satisfactione debita præcedenti, possint & valeant innodatos absoluere.

29. Episcopi infra duos menses à die harum constitutionum præsentis publicationis immediatè numerandos, ipsas teneantur in suis Diœcesibus in Synodis, si eas celebrauerint, aliàs in Ecclesiis Cathedralibus publicari facere, & in capitibus Archypresbyteratus, vocatis Rectoribus verum post 40. dies huiusmodi publicationis immediatè computandos, volumus vt hæ nostræ constitutiones ligent & obligent.

Ex Concil. Lateran. vniuers. 17. sub Leone X. anno 1517. Sess. 10. contra Exemptos.

1. De cætero illi quibus exemptorum correctio & punitio à dicta Sede demandata est diligenter officij sibi commissi debitum exequantur, & quamprimùm eis exemptos ipsos deliquisse legitimè constiterit, ita eosdem exemptos delinquentes puniant, quod iidem exempti metu pœnæ, à suis arceantur insolentiis, & si circa hoc negligentes fuerint, Diœcesani & alij locorum Ordinarij, eosdem quibus exemptorum correctio huiusmodi competit, personaliter, si illorum copia & notitia haberi poterit, alioquin, vel si nullus in partibus exemptorum ipsorum certus Iudex fuerit, eos quorum sua in præmissis interesse putauerint, per edictum publicum Cathedralium, seu aliarum Ecclesiarum locorum, in quibus exemptorum Iudices huiusmodi residere, seu nullis eorumdem exemptorum Iudicibus existentibus, ipsos exemptos deliquisse contigerit, valvis affigendum, moneant, vt ipsi tales exemptos delinquentes, & criminosos puniant & castigent, infra competentem terminum; & si ipsi moniti in hoc negligentes fuerint, & id adimplere neglexerint, seu recusauerint, tunc vt in eo in quo deliquerint puniantur cognitione huiusmodi ea vice sint priuati, & se non intromittant vllatenus de eisdem, sed Diœcesani & alij locorum Ordinarij contra tales exemptos & criminosos auctoritate nostra ad inquisitionem, vel per accusationem sine aliquibus formatis procedere, & testes per seipsos examinare, ac processum ipsum per eos habitum clausum, & eorum sigillo munitum ad Sedis Apost. examen ipsorum exemptorum delinquentium expensis, per proprium vel alium nuncium quantò citius destinare procurent, apud eandem Sedem per Rom. Pont. vel alium cui duxerit committendum diligenter examinandum.

Ex eod. Conc. Sess. 11. De Religiosis.

Episcopi, & fratrum Superiores, & alij Prælati Parochiales Ecclesias ad eosdem fratres ratione locorum suorum legitimè spectantes, quoad ea quæ ad Parochianorum curam, & Sacramentorum conseruationem, administrationemque pertinent, sine tamen visitatorum insolito grauamine, vel impensa visitare, & illarum curam gerentes, & circa illam delinquentes, si Religiosi fuerint, iuxta ipsius ord. Regularia instituta intra septa regularis loci, sæculares verò Presbyteros & fratres huiusmodi beneficia obtinentes, libere tanquam suæ iurisdictionis subiectos punire, ac tàm Prælati quàm Presbyteri sæculares, qui excommunicatione non fuerint ligati, Missas in Ecclesiis domorum eorumdem deuotionis causa celebrare volentes libenter recipere debeant.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

7. Cùm inter subditos & Pastores, multa & varia emergant dissidia, Pastoribus quibusdam plura exigere propensis, subditis verò ob penuriam reclamantibus ordinamus, quod quilibet Ordinarius intra sex menses omnibus perpensis certam legem, ordinationemque vnà cum Principum, aut Dominorum sæcularium consilio quos ista negotia tangunt, constituat, ne viduæ pupilli & alij pauperes, nimium vltra vires iniustè grauentur.

19. Ne Episcoporum in Pontificalibus Vicarij, in consecrandis Eccles. & Altaribus quicquam omninò exigant, excepta procuratione, conuenit namque, vt pro qualitate status ipsorum Episcopi prospiciant, præstando præcipuè pensiones super fructibus mensæ Episcopalis à Sede Apostolica constitutas,&c.

23. Vide Testamentum.

24. Concedimus quibuscunque Principibus statibusque potestatis sæcularis eorumque Officialibus facultaté, vt Apostatas à fide & sacrilegos tàm Sacerdotes quàm Religiosos capere possint, modò reos ipsos Ordinariis infrà tempus debitum tradant & assignent, absque aliqua in eos tortura & animaduersione debitè puniendos, &c. Possitque Episcopus reum Curiæ sæculari relinquere, vel ad perpetui carceris ærumnam damnare; negligentia autem Ordinariorum ad Apost. Sedem deducta, Iudices Ecclesiast. ab ea deputabuntur, qui constito de Ordinariorum negligentia ad preces Principum aliorumque sæcularium reos maximè hæreseos, meritis pœnis afficient. Vide Decimæ.

25. Vide Decimæ.

33. Vide Pauperes.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 1.

1. Impositio manuum est ostium per quod intrant qui Ecclesiarum gubernaculis admouentur.

3. Omnibus qui, præficiendis Ecclesiast. muniis Ministros, potestatem habent, illa Paulina admonitio semper ob oculos versabitur, manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.

16. 17. Episcopi probent primùm eos qui ordinibus maximè sacris initiari desiderant, curæ ergo erit Vicariis eorum in Pontificalibus manus impositionem auspicaturis, ne hic quid desit.

Ex Concilio Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549. Medio 3.

2. Episcopi, Archidiaconi, & omnes qui functionem munerum suorum non per se, sed per Ministros

aut

aut Commissarios seu Collectores solent obire, vices suas non committant hominibus lenibus, vitiosis aut coniugatis, sed tantum Ecclesiasticis grauibus, & probatæ opinionis viris.

6. Ne quis Prælatus cuiuscunque sit dignitatis, suam iurisdictionem & munera vlli Commissario seu Collectori, licet Ecclesiastico, plus offerenti pro pecunia, aut pro certo annuo censu committat vel vendat sub excommunicatione ipso facto incurrenda ab emente & vendente.

Medio 4.

1. Episcopi frequentius per hoc triennium visitent suas Diœceses, cùm ad extinguendas hæresum & schismatum reliquias, tùm verò vt Archidiaconales, & inferiores Visitatores obseruent.

2. Visitatoribus adhibeatur notarius qui sit Sacerdos, aut saltem Clericus non coniugatus.

3. Episcopus quisque visitet omnes sibi subiectos non exemptos, licet sint per Archidiaconos aut alios Prælatos visitati, exemptis verò suum visitandi studium atque operam offerant, hoc periculoso præsertim tempore.

4. Hospitalia omnia diligenter & magna cura sunt visitanda, impetrandumque Ordinariis à summo Pontif. priuilegium visitandi & reformandi etiam exemptorum hospitalia, saluo tamen in aliis, exemptionis iure.

5. Episcopi & Prælati mittentes aliquò (vbi ipsi fuerint negotiis aliis occupati) suos Visitatores, instruant eos, etiam authoritate ac potestate sufficienti, rebelles ac criminosos per censuras Ecclesiasticas coercendi.

7. Vniuersi & singuli Episcopis inferiores Visitatores, superfluum famulitium, in comitatum non assumant, & victualium sumptu mediocri pro sua decentia sint contenti, Parochi vero vbi tenues sunt redditus, & paucus est populus, visitandi vocentur ad vicinum aliquem illius Decanatus, seu regiunculæ locum, & moderatum tantummodo subsidium conferant in sumptus communes.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

63. Qui ad Prælaturas assumendi sunt præuio examine de doctrina, de moribus, deque omnibus iis disciplinis quæ ad regimen cui destinantur necessariæ sunt, accuratè explorentur ab iis qui ius inuestiendi & confirmandi habent.

Ex Conc. Trident. Generali 18. sub Paulo III. anno 1545. Sess. 2.

Episcopi & quicunque alij in ordine Sacerdotali constituti, Oecumenic. Conc. in ea Ciuitate concelebrantes, assiduè in Dei laudibus incumbant, hostias, laudes & preces offerant, sacrificium Missæ quolibet saltem die Dominico peragere satagant, &c. Ieiunent saltem singulis feriis 6. &c. Quilibet Episcoporum in mensa seruet sobrietatem, moderationemque ciborum, in ipsorum mensis diuinarum Scripturarum lectio admisceatur, familiares verò suos vnusquisque instruat & erudiat, ne sint rixosi, vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemi. & voluptatum amatores, in vestitu & cultu, & omnibus actibus honestatem præferant, sicut decet Ministros Ministrorum Dei. Vide Concilia.

Sess. 5. De Reformat.

2. Vide Prædicatio.

Sess. 6. De Reformat.

1. Si quis a Patriarchali, Primatiali, Metropolitana seu Cathedrali Eccles. sibi quocunque titulo, causa, nomine, seu iure commissa, quacunque ille dignitate, gradu, & præeminentia præfulget (iustis & rationabilibus caussis cessantibus) sex mensibus continuis extra suam Diœcesim morando abfuerit, quartæ partis fructuum vnius anni, fabricæ Ecclesiæ & pauperibus loci per Superiorem Ecclesiast. applicandorum, pœnam ipso iure incurrat, quod si per alios sex menses huiusmodi essentia perseuerauerit, aliam quartâ partem fructuum amittat, crescente verò contumacia, vt seueriori sacrorum Canon. censuræ subiiciantur, Metropolitanus suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum verò absentem suffraganeus Episcopus antiquior residens, sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ eo ipso incurrenda infra tres menses per litteras seu nuncium Romano Pontifici denunciare teneatur.

2. Vide beneficium Ecclesiasticum.

3. Ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessus, prudenter ac diligenter intendant, & nemo sæcularis Clericus cuiusuis personalis, vel regularis extra Monasterium degens etiam sui ordinis priuilegij prætextu, tutus censeatur, quominus si deliquerit ab Ordinario loci tanquam super hoc à Sede Apost. delegato secund. Canonicas sanctiones, visitari, puniri. ac corrigi valeat.

4. Capitula Cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum, illarumque personæ nullis exemptionibus, consuetudinibus tueri se possint, quominus à suis Episcopis & aliis maioribus Prælatis visitari, corrigi, & emendari etiam auctoritate Apostolica possint & valeant.

5. Nulli Episcopo liceat cuiusuis Priuilegij prætextu Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantum.

Sess. 7. De Reformat.

8. Locorum Ordinarij Ecclesias quascunque quomodolibet exemptas, auctoritate Apost. singulis annis visitare teneantur, & opportunis iuris remediis prouidere, vt quæ reparatione indigent reparentur, & cura animarum si qua illis immineat non defraudentur.

9. Ad maiores Ecclesias promoti, munus consecrationis infra tempus à iure statutum suscipiant, & prorogationes vltra sex menses concessæ nulli suffragentur.

Sub Iulio III. an. 1551. Sess. 14. De Reformat.

2. Nemo Episcoporum, qui Titulares vocantur, etiamsi in loco nullius Diœcesis, etiam exempto, aut aliquo Monasterio cuiusuis ordinis resederint, aut moram traxerint vigore cuiusuis priuilegij sibi de promouendo quoscunque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum etiam prætextu familiaritatis, continuæ commensalitatis suæ, absque sui proprij Prælati expresso consensu, aut litteris dimissoriis, ad aliquos sacros aut minores ord. primam tonsuram promouere seu ordinare valeat; contra faciens ab exercitio Pontificalium per annum, taliter verò promotus ab executione ordinum sic susceptorum donec suo Prælato visum fuerit, ipso iure sint suspensi.

4. Episcopus quoscunque suos Clericos præsertim in sacris constitutos, absque suo præcedenti examine,

&

& commendatitiis litteris, quacunque auctoritate promotos, licet tanquam habiles ab eo à quo ordinati sunt probatos, quos tamen ad diuina officia celebranda, seu Ecclesiast. Sacramenta ministranda minus idoneos & capaces repererit, à susceptorum ordinum exercitio ad tempus, de quo ei videbitur suspendere, & illis ne in Altari aut aliquo ordine ministrent, interdicere possint.

4. Omnes Ecclesiarum Prælati, si in Ecclesiis resederint, quoscunque sæculares Clericos, qualitercumque exemptos, qui aliàs suæ iurisdictioni subessent, de eorum excessibus, criminibus & delictis, quoties & quando opus fuerit, etiam extra visitationem tanquam ad hoc Apost. Sedis Delegati, corrigendi & castigandi facultatem habeant.

5. Nemini omnino cuiuscumque dignitatis & conditionis sit, etiamsi Capitulum fuerit, conseruatoriæ litteræ cum quibuscumque clausulis aut decretis, quorumcumque iudicum deputatione, quocunque etiam alio prætextu aut colore concessæ suffragentur ad hoc, vt coram suo Episcopo siue alio Superiore Ordinario in criminalibus & mixtis causis accusari & conueniri, ac contra eum inquiri & procedi non possit, aut quominus si qua iura ei ex cessione competierint, super illis liberè valeat apud Iudicem ordinarium conueniri; in ciuilibus etiam causis si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos Conseruatores Iudices, in iudicium trahere minimè liceat.

8. Quicunque Episcopali præditus dignitate, qui alienos subditos puniendi priuilegium habuerit, contra Clericos sibi non subiectos, præsertim in sacris constitutos quorumcuoque etiam atrocium criminum reos, nisi cum proprij ipsorum Clericorum Episcopi (si apud Ecclesiam resederit) aut personæ ab ipso Episcopo deputandæ interuentu nequaquam procedere debeat.

Sub Pio IV. an. 1562. Sess. 21. De Reform.

1. Vide Simoniaci.
2. Vide Ordines Sacri.
3. Vide Clerus.

4. Episcopi tanquam Apost. Sedis Delegati in omnibus Ecclesiis Parochialibus, vel baptismalibus in quibus populus ita numerosus sit, vt vnus Rector non possit sufficere Ecclesiast. Sacramentis ministrandis, & cultui diuino peragendo, cogant Rectores vel alios ad quos pertinet, sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adiungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, &c. In iis verò in quibus ob locorum distantiam siue difficultatem, Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & diuina officia audienda accedere non possunt, nouas Parochias etiam inuitis Rectoribus constituere possint; illis autem Sacerdotibus qui de nouo erunt Ecclesiis nouiter erectis præficiendi, competens assignetur portio, arbitrio Episcopi ex fructibus ad Eccl. matricem quomodocunque pertinentibus, & si necesse fuerit compellere possit populum ea subministrare, quæ sufficiant ad vitam dictorum Sacerdotum sustentandam.

5. Possint Episcopi tanquam Apost. Sedis Delegati iuxta formam Iuris, sine tamen præiudicio obtinentium facere vniones perpetuas quarumcunque Eccles. Parochialium & Baptismalium, & aliorum beneficiorum Curatorum, vel non Curatorum cum Curatis propter earum paupertatem, & in cæteris casibus à iure permissis, &c.

6. Episcopi tanquam Apost. Sedis Delegati, Parochiarum Eccles. Rectoribus illiteratis & imperitis, si aliàs honestæ vitæ sint, Coadiutores aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter prouidere possint, &c. Eos verò qui turpiter & scandalosè viuunt, postquam præmoniti fuerint coerceant, ac castigent, & si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerent, eos beneficiis priuandi facultatem habeant.

7. Episcopi tanquam Apost. Sedis Delegati transferre possint beneficia simplicia (etiam iurispatronatus) ex Ecclesiis quæ vetustate, vel aliàs collapsæ sint, & ob eorum inopiam nequeunt instaurari, vocatis iis quorum interest, in matrices aut alias Eccl. locorum eorumdem seu viciniorum, arbitrio suo cum omnibus emolumentis & oneribus prioribus. Ecclesiis imponendis, Parochiales verò Eccl. etiamsi iurispatronatus sint ita collapsas refici & instaurari procurent ex fructibus & prouentibus quibuscunque ad easd. Eccl. quomodocumque pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes, omnes Patronos & alios qui fructus aliquos ex dictis Eccles. prouenientes percipiunt, aut in illorum defectum, Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogat, &c. Quod si nimia egestate omnes laborent ad matrices seu viciniores Eccl. (erecta tamen ibi cruce) transferantur.

8. Commendata Monasteria etiam Abbatiæ, Prioratus & Præpositur æ nuncupatæ, in quibus non viget regularis obseruantia, necnon beneficia tàm curata, quàm nõ curata, sæcularia & regularia, qualitercumq; commendata, etiam exempta ab Episcopis, etiam tanquam Apost. Sedis Delegatis, annis singulis visitentur, &c. Et si in eis vigeret obseruantia regularis, prouideant Episcopi paternis admonitionibus, vt eorum regularium Superiores sibi subditos in officio contineant & moderentur, quod si admoniti intra sex menses eos non visitauerint vel correxerint, tunc iidem Episcopi eos visitare possint & corrigere.

9. Posthac in quibuscumque Christianæ Religionis locis, quæstorum nomen & vsus penitus aboleatur, nec ad officium huiusmodi exercendum vllatenus admittantur, Indulgentiæ verò, aut aliæ spirituales gratiæ, quibus non ideo Christi fideles decet priuari, deinceps per Ordinarios locorum, adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus populo publicentur, quibus etiam eleemosynas, atque oblata sibi charitatis subsidia, nulla prorsus mercede accepta fideliter colligendi facultas datur.

Sess. 22. De Reformat.

5. Dispensationes quacunque auctoritate concedendæ, si extra Romanam Curiam committendæ sint, committantur Ordinariis illorum qui eas impetrauerint, eæ verò quæ gratiosè conceduntur, suum non sortiantur effectum, nisi prius ab eisdem tanquam Delegatis Apostolicis summariè tantum & extraiudicialiter cognoscantur.

6. In commutationibus vltimarum voluntatum quæ nonnisi ex iusta & necessaria causa fieri debent, Episcopi tanquam Delegati Sed. Apost. summariè & extraiudicialiter cognoscant, nihil in precibus tacita veritate vel suggesta falsitate fuisse narratum.

8. Episcopi tanquam Sed. Apost. Delegati, in casibus à iure concessis omnium piarum dispositionum, tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos sint executores, habeant ius visitandi hospitalia Collegia quæcunque ac Confraternitates Laicorum, etiam quas scholas, siue quocunque alio nomine vocant, non tamen quæ sub Regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia, &c.

9. Admi

9. Administratores tàm Ecclesiast. quàm Laici Fabricæ cuiusvis Ecclesiæ, etiam Cathedralis, hospitalis, confraternitatis, eleemosynæ, montis pietatis, & quorumcunque piorum locorum, singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario, &c. nisi secus fortè in institutione & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expresse cautum esset.

10. Possit Episcopus quoscunque Notarios, etiamsi Apostolica, Imperiali aut Regia authoritate creati fuerint, etiam tanquam Delegatus Sedis Apost. examinatione adhibita, eorum sufficientiam scrutari, &c.

Sess. 23. De Reformat.

1. Declarat sacrosancta Synod. omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis ac Cathedralibus Eccl. quibuscunque, quocunque nomine & titulo Præfectos, etiamsi S.R.Eccles. Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Eccl. vel Diœcesi residentiam, vbi iniuncto officio defungi teneantur, neque abesse posse, nisi ex causis & modis infrascriptis. Legitimæ autem absentiæ causæ à Rom. Pontifice, antea Metropolitano, vel eo absente, suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit, in scriptis sunt approbandæ, nisi cùm absentia inciderit propter aliquod munus, & Reip. officium Episcopatibus adiunctum, &c. Interea meminerint discessuri, ita ouibus suis prouidendum, vt quantum fieri poterit, ex ipsorum absentia nullum damnum accipiant, &c. Illud autem absentiæ spatium singulis annis siue continuum, siue interruptum, extra prædictas causas, nullo pacto debet duos, aut ad summum tres menses excedere, & id æqua ex causa fiat, & absque vllo gregis detrimento; caueant autem ne per illius temporis spatium Dominici Aduentus, Quadragesimæ, Natiuitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes item, & Corporis Chr. diebus ab Ecclesia sua Cathedrali vllo pacto absint, nisi Episcopalia munia in sua Diœcesi eos aliò vocent, &c. Si quis contra huius decreti dispositionem abfuerit, præter alias pœnas, pro rata temporis absentiæ, fructus suos non facit, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non secuta, illos sibi detinere potest, sed teneatur, aut ipso cessante per Superiorem Ecclesiast. illos fabricæ Ecclesiarum, aut pauperibus loci erogare, &c. Ead. omnino etiam, quoad culpam, amissionem fructuum, & pœnas de Curatis inferioribus, & aliis quibuscunque qui beneficium aliquod Ecclesiasticum curam animarum habens obtinent, sacrosancta Synod. declarat & decernit, ita tamen vt quandocunque eos causa prius per Episcopum cognita & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione relinquant.

2. Ecclesiis Cathedralibus, seu Superioribus quocunque nomine ac titulo Præfecti, etiamsi S. R. E. Cardinales sint, si munus consecrationis intra tres menses non susceperint, ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur; si intra totidem menses postea id facere neglexerint, Ecclesiis ipso iure sint priuati; consecratio verò si extra Curiam Rom. fiat, in Ecclesia ad quam promoti fuerint, aut in Prouincia, si commodè fieri poterit, celebretur.

Sess. 24. De Reformat.

3. Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Episcopi propriam Diœcesim per seipsos, aut si legitimè impediti fuerint, per suum generalem Vicarium visitatorem, si quot annis totam, propter eius latitudinem visitare non poterunt, saltem maiorem eius partem, ita tamen vt tota biennio per se vel visitatores suos compleatur, visitare non prætermittant, a Metropolitanis verò etiam post plenè visitatam propriam Diœcesim, non visitentur Cathedrales Ecclesiæ, neque Diœceses suorum Comprouincialium, nisi causa cognita & probata in Conc. Prouinc. Archidiaconi autem, Decani & alij inferiores in iis Ecclesiis, vbi hactenus visitationem exercere legitimè consueuerunt, debeant quidem assumpto Notario de consensu Episcopi deinceps per seipsos tantum ibid. visitare; Visitatores etiam à Capitulo deputandi, vbi Capitulum ius visitandi habet, prius ab Episcopo approbentur, sed non ideo Episcopus, vel eo impedito, eius visitator, easdem Ecclesias seorsum ab his visitare prohibeatur, cui ipsi Archidiac. vel alij inferiores, visitationis factæ infra mensem rationem reddere, & depositiones testium ac integra acta ei exhibere teneantur.

7. Episcopi, cùm Sacramenta per seipsos erunt administranda, prius illorum vim & vsum pro suscipientium captu explicent, idemque à singulis Parochis piè prudenterque, etiam lingua vernacula, si opus sit, & commodè fieri poterit, seruari studeant iuxta formam à S. Synodo in Catechesi singulis Sacramentis præscribendam, quam Episcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atque à Parochis omnibus populo exponi curabunt.

9. Ecclesiæ sæculares quæ in nullius Diœcesi esse dicuntur, ab Episcopo cuius Cathedralis Ecclesia est proximior, si id constet, alioquin ab eo qui semel in Conc. Prouinc. à Prælato loci illius electus fuerit, tanquam Sedis Apost. Delegato visitentur.

10. Episcopi in omnibus quæ ad visitationem ac morum correctionem subditorum suorum spectant, Ius, & potestatem habeant, etiam tanquam Apost. Sedis Delegati, nec in his vbi de visitatione aut morum correctione agitur, exemptio aut vlla inhibitio, appellatio seu querela etiam ad Sed. Apost. interposita, executionem eorum quæ ab his mandata, decreta, aut iudicata fuerint, quoquomodo impediat, aut suspendat.

11. Si quando iustis de causis aliquos honorariis titulis Protonotariatus, Acolithatus Comitis Palatini, Capellani Regij, aut aliis huiusmodi in Rom. Curia vel extra insignibus decorandos esse placuerit, necnon alios cuicunque Monasterio oblatos, vel quomodocumque addictos, aut sub nomine seruientium militiis, seu Monasteriis, hospitalibus, Collegiis, aut quocunque alio titulo assumi, vel ex iis priuilegiis detractum esse Ordinariis intelligatur, quominus ij quibus ea iam concessa sunt, vel imposterum concedi contigerit, ipsis Ordinariis tanquam Apost. Sed. Delegatis, plenè in omnibus, & quoad Capellanos Regios, iuxta constitutionem Innoc. III. subiecti existant, exceptis tamen iis qui prædictis locis, aut militiis actu seruiunt, & intra eorum septa ac domos resident, subque eorum obedientia viuunt, siue iis qui legitimè, & secund. regulam earumdem militiarum professionem fecerint, de qua Ordinario constare debebit.

Sess. 25. De Regularibus.

13. Controuersias omnes de præcedentia, quæ persæpè cum scandalo oriuntur, inter Ecclesiasticas personas tàm sæculares quàm Regulares, cùm in processionibus publicis, tùm in iis quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, in deferenda vmbella, & aliis similibus, Episcopus amota omni appellatione, & nonobstantibus quibuscunque componat.

14. Vide

14. Vide Monachi.

De Reformat.

2. Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, & omnes alij qui de iure vel consuetudine in Conc. Prouinc interesse debent, in ipsa prima Synodu Prouinc. post finem præsentis Conc habenda, ea omnia & singula quæ ab hac S. Synodo definita & statuta sunt palam recipiant, necnon verum obedientiam summo Pont. Rom. spondeant & profiteantur, simulque hæreses omnes a sacris Canonibus & Generalibus Conciliis præsertimque ab hac eadem Synodo damnatas publicè detestentur, & anathematizent.

17. Quidam Episcopi sui status obliti, Pontificiam dignitatem non leuiter dehonestant, qui cum Regum Ministris, Regulis & Baronibus in Ecclesia, & extra indecenti quadam demissione se gerunt, & velut inferiores Ministri Altaris, nimis indigne non solum loco cedunt, sed etiam personaliter illis inseruiunt, quare hæc & similia detestans S. Synodus sacros Canones omnes, Conciliaque Generalia, atque alias Apostolicas sanctiones ad dignitatis Episcopalis decorum & grauitatem pertinentes renouando præcipit, vt ab huiusmodi imposterum Episcopi se abstineant, mandans eisdem, vt tàm in Ecclesia quam foris suum gradum & ordinem præ oculis habentes, vbique se Patres & Pastores esse meminerint, reliquis verò tàm Principibus quam cæteris omnibus, vt eos paterno honore ac debita reuerentia prosequantur.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

16. Ne Episcopi Principibus accumbentibus stent ipsi, ne eo quidem nomine quod sumpto à Principibus cibo Deo gratias agere debeant, neque inter Missam, pacem aut missale illis exosculandum præbeant.

27. Si quis Prouinciæ nostræ Episcopus post confirmationem Conc. Trident. in Ecclesiis suis non resederit, neque Metropolitanum, aut eo absente antiquiorem Prouinc. Episcopum intra mensem docuerit causam suæ absentiæ sanctissimi D. N. vel Metropolitani, vel antiquioris Episcopi scripto comprobatam esse, aut se fructus illos iis quibus eiusdem Conc. decreto propterea debebant, persoluisse, nos illam ipsam fructuum partem iam nunc hospitali vniuscuiusque Ciuitatis, cuius illi sunt Episcopi erogandam assignamus. Ex Capitulo singularum Cathedralium Eccl tres primi præsentes singulis sex mensibus Metropolitanum, vel eo absente antiquiorem Prouinciæ Episcopum certiorem faciant, an eorum Episcopi in suis Ecclesiis residéant, & qui & quamdiu ab eis abfuerint, sin minus iisdem distributionem vnius mensis fructus suos non faciant.

28. 29. 30. Vide Forum Ecclesiast.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 1.

4. Vide Prædicatio.

5 Vide Pontifex Romanus.

6. Episcopus cùm ad visitationis munus, Sacerdotes idoneos adhibere potest, ne aliis inferioris ordinis Clericis vtatur.

Titulo 3.

13. Episcopus qui causis iure permissis subsidium charitatiuum exacturus est, antequam illud sibi persolui curet, Clerum eiusve procuratores, aut negotiorum gestores conuocet, eisque causam exponat quamobrem illud petere, atque exigere cogatur, tum humaniter eosdem cohortetur, vt sibi sponte subueniant, &c.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII. ann. 1573.

13. Vide Monachi.

14. Episcopus singulis mensibus aut saltem sæpè in anno Canonicali Capitulo interesse studeat, conuocet autem cuiusve rei causa ob quam expedire iudicarit, quo in Capitulo videat, an quæ de diuinorum officiorum cultu præscripta sunt, rectè ordine, atque cum dignitate gerantur.

15. Episcopus Tridentini decreti iussu singula Monasteria in quibus non viget Regularis obseruantia, aliaque Ecclesiast. beneficia quæ commendata sunt intra Diœcesis suæ fines posita quotannis visitet, factaque etiam fructuum ad illa pertinentium sequestratione prouideat, vt quæ concinnari, aut restaurar oportet, ea omnino restaurentur.

Ex Concil. Mediolanensi 4 sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 1.

24. Episcopus cùm in Missæ solemnis sacrificio sermonem habet, Mitra, Episcopalique sacro omni vestitu, quem in Missa adhibet indutus sit, cui concionanti Ministri Ecclesiastici sacris vestibus ritè induti 7. vbi potest, sin minus pauciores ab vtroque eius latere assistant, adsit etiam vel dignitate præditus, vel Canonicus, vel alius ad quem ex probato instituto spectat, qui ante ipsum à latere sinistro baculum pastoralem manu sustineat; in alia verò actione quam in Missæ sacrificio, aliove tempore, si cappa Episcopali, & stola potius quàm Pluuiali, & Mitra vti maluerit, illi duo assistentes, non sacro Diaconali amictu, sed & ipsi & alij Ministri superpelliceo, aliove sui Canonicatus, dignitatisve in Chori officiis insigni induantur, adhibeaturque præterea non solum qui pastoralem baculum, sed alter etiam qui Mitram à dextero latere sustineat.

Parte 3.

1. Episcopi vtantur talari tunica collo adstricta rochetto & humerali indumento quam mozetam dicunt, ita vt ne domi quidem in vllius conspectu se exponant, nisi eo Episcopali vestitu induti.

3. Episcopi suæ quique vrbis ac Diœcesis visitationem singulis ipsis annis, aut si per Diœcesis amplitudinem non possunt, biennio ad summum ipsi, per se conficiant, &c. Nec plures quàm homines 10. iumenta 7. ad summum secum visitandu ducant, &c. Notarius Cancellariusve ne quicquam pro visitatione ab iis qui visitantur vllo quouis nomine exigat, neque vllum doni etiam pusilli quocunque modo oblati genus accipiat, &c. In ea visitatione vel morum correctione, Episcopi etiam tanqoam Apostolicæ Sedis Delegati, auctoritate Trident. Concil. statuant, moderentur, puniant & exequantur ad sacrorum Canonum præscriptum, quæcunque illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione & Diœcesis suæ vtilitate necessaria videbuntur, &c. Monialium Monasteria regularium iuri, curæve subiecta quoad clausuram attinet, diligenter accurateque visitent.

Ex

Ex Concil. Mediolanensi 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 3.

10. Curatas Ecclesias quæ Regularium Monasteriis, etiam vbi Abbas generalis Domicilium, sedemque Ordinis primariam habet, vnionis iure adiunctæ sunt, ex Trident. Conc. decreto Episcopus visitet.

11. Si quando contigerit, vel legatum Pontificium, vel Cardinalem S. R. E. vel Metropolitanum huius Prouinc aduentare, aut diuertere in aliquam Prouinc. Diœcesim, aut in ea diutius commorari, tunc Episcopus Diœcesanus cum ei obuiam prodit, aut congressum colloquiumque cum eo habet, aut denique in eius conspectu præsens, siue publice, siue priuatim adest, ne Rochetum detectum ferat, sed superiori veste contegat, &c. Ne Prælatus inferior etiam exemptus in Ecclesia, lucove vbi iurisdictione spirituali vtitur, Episcopo extraneo potestatem faciat ministrandi Pontificalia munera.

Ex Concil. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

21. Singulis annis Episcopus ad præscriptum Conc. Trident. eas Capellas visitet, quæ hisce etiam conditionibus erectæ, institutæve sunt, vt Ordinarius aliusve Superior Ecclesiast. non possit, ne visitationis quidem, correctionisve causa, aut alia quauis ratione id sibi vindicare.

25. Curet Episcopus Vicarium generalem sibi cõstituere, qui præter cætera quæ in Vicarij eiusmodi persona requiruntur, saltem Subdiaconus sit.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

2. Curent Episcopi, vt omnes suæ Diœcesis Curati, singulis Dominicis, & aliis diebus festis, pueris in suis Parochiis initia fidei tradant, vt autem in eo munere Parochus à Laicis etiam adiuuetur id curet Episcopus, vt in singulis Diœcesis suæ oppidis & vicis doctrinæ Christianæ sodalitates & scholæ quamprimùm instituantur, tùm marium, tùm feminarum, Episcopus prætereà curet, vt in hospitalibus & aliis piis locis, vbi plures vel mares, vel feminæ, præcipuè verò infantes expositi aluntur, hoc tradendæ doctrinæ Christianæ, tàm necessarium institutum introducatur.

7. Vide Confirmatio.

9. Episcopi nulli Sacerdoti facultatem celebrandi dent, quam prius examine non probarint, an exercitatus sit in cæremoniis suæ Cathedralis Ecclesiæ, & Romani Missalis, &c.

11. Episcopus quo tempore visitationem obit in frequentioribus Diœcesanis locis Confessorios Sacerdotes etiam Regulares aliquando ad se, tùm singulos, tùm vniuersales conuocet, cum iisque agat, quæ ad totum Sacramentum pertinent, &c. Vide Confessio.

17. Episcopi in auditorio omnibus satisfacere studeant, ac ne infimos quidem homines audire negligant, &c. Quæ ipsi possunt, ac debent ad spiritualem curationem ac gubernationem, diuinumque cultum spectantia, hæc per se imprimis præstare studeant, cætera quæ inferiora sint potius per Vicarios Ministrosve alios exerceant, & exequantur.

18. In Monasteriis Monachorum vbi commodè fieri queat, lectio sacræ Script. habeatur, qua in re, si Abbates negligentes fuerint Episcopi, tanquam Ap. Sedis Delegati, eos ad id opportunis remediis compellant, nemo sæcularis Clericus, aut cuiusvis ordinis Regularis extra Monasterium degens, etiam sui ord. priuilegij prætextu, tutus censeatur, quominus si delinquerit ab Episcopo secund. Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat: Episcopi Ecclesias quascunque quomodolibet exemptas authoritate Ap. visitare tenentur, &c. Idem seruetur in Ecclesiis sæcularibus quæ nullius Diœcesis esse dicuntur. Vide Conc. Trid. sess. 24. de Reform. c. 9. Episcopus apud Eccl. suam residens de subreptione gratiæ quæ super absolutione alicuius publici criminis vel delicti, de quo ille inquirere cœperat, aut remissione pœnæ ad quam criminosus per eum condemnatus fuerat falsis precibus impetrata per se Episcopus summariè cognoscat, ipsamque gratiam postquam per falsi narrationem aut veri taciturnitatem obtentam esse legitimè constiterit, non admittat. Commendata, &c. Vide Conc. Trid. sess. 21. c. 8. in Ecclesiis tàm Cathedralibus quàm collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues vt verisimiliter negligantur, possunt Episcopi tertiam partem fructuum tàm dignitatum quàm Canonicatuum separare, & in distributiones quotidianas conuertere, &c. inter præsentes iuxta diuisionem ab Episcopo in ipsa prima fructuum diuisione facienda diuidantur. Dispensationes, &c. Vide Conc. Trid. sess. 22. c. 5. 10.

Episcopi in Monasteriis sibi subiectis ordinaria, in aliis Sed. Apost. auctoritate, clausuram Monialium restitui & conseruari procurent, Monasteria quæ Capitulis generalibus aut Episcopis non subsunt, teneantur infra annum, & deinde quolibet triennio sese in congregationes redigere iuxta cap. in singulis de statu Monach. & si negligentes fuerint, liceat Metropolitano eos pro prædictis causis conuocare, &c. Vniones de Beneficiis liberis factæ Ecclesiis Iurispatronatus, quæ nondum plenarium sortitæ sunt effectum, vel deinceps ad cuiusvis instantiam fient, hæ per subreptionem obtentæ intelligantur, quæ verò effectum consecutæ sunt, & à quadraginta annis factæ, hæ ab Episcopis reuideantur ac examinentur, &c. Similiter cognoscant Episcopi de Patronatib. acquisitis in beneficiis antea liberis à quadraginta annis citra & in futurum acquirendis, &c. Vide Clericorum mores.

19. In Ciuitate, Cathedralis Eccl. primo loco visitetur, tum singulæ Collegiatæ si quæ sunt, deinde Parochiales omnes in quibus & Parochi, & quicunque prætereà Sacerdotes & Clerici in Parochiis commorantur, euocandi sunt, scholas, seminaria, sodalitates, hospitalia, ac cætera pia loca visitantes, abusus si qui irrepserint tollant, & videant in quem vsum eleemosynæ quæ ab eis colliguntur, conuertantur. Statuta disciplinatorum, & aliarum quarumcunque Confraternitatum examinent, & quæ abroganda & corrigenda iudicauerint, abrogent & corrigant, &c. In singulis locis à viris ætate, vsu & probitate commendatis, de omnibus diligenter inquirent, quæ eos pro officij sui munere scire oportebit, Ecclesiam & eius partes omnes inspicient, an Sanctorum reliquiæ tutò, ornatè, decenterq; custoditæ asseruentur, tùm de dignitatib. Canonicis, & aliis Eccles. Ministris inquirendum erit, an ritè & legitima ætate sint ordinati, an ordinibus initiati, quos eorum officij munus requirit, an Ecclesias, beneficia, seu Ecclesiast. officia legitimè obtineant, &c. in Parochiis præter ea omnia quæ diximus videant an ritè Sacramenta præbeantur, an SS. Euchar. Sacramẽtum, Chrisma & reliqua sacra, ea munditiæ cura & custodia qua debent conseruentur, &c. An Eucharistia piè & honorificè prosequente fidelium comitatu ad ægros afferatur, his exquisitis cognoscere studeant, quinam ex Regularib. prædicandi munere fungantur, & fidelium confessiones audiant, an & eorum probata sit doctrina, & probatæ doctrinæ vita respondeat, &c. Caueant ne legem de victu, procuratione & munerib.

à S. Conc. Trid. definitam transeant, comitatum non habeant, nisi visitationi necessarium, vbi plures omninò ne sint quam 8. vel 10. equi, & 12. vel 14. homines, si plures duxerint, alant suis sumptibus in mensa duo tantum fercula simplicis obsonij, & iuculentum vnum cibum, & duo fructuum genera afferre liceat. Si Visitator gradu inferior sit Episcopo, omnia supradicta de visitatione seruet, in Comitatuq; 4. hominibus ad summum, & 3. iumentis contentus sit, si præter huius decreti præscriptum cuiquam graues fuerint, duplici restitutione teneatur, &c. Episcopi. V. Cōc. Trid. sess. 24. c. 3. Notarius vel Secretarius, &c. Vide Conc. Mediol. 4. p. 3. c. 3. Monialium Monasteria, Regulariū iuri cutæve subiecta quoad clausuram attinet, diligenter accuratéque visitent Episcopi, &c. Episcopo ad cuiusque loci vel Eccl. Parochialis, Curatæve visitationem aduentātanti, tum illi potissimū, vt vetus Canon. Conc. Turon. iubet, qui confirmationis Sacramentū suscepturi sunt, tum præterea reliqui omnes fideles, exceptis tantum iis qui morbo, aduersave valetudine laborant, obuiam ordine prodeant, &c. Studeat Parochus Confessatiorum, qui ad id muneris probati sunt, nisi Episcopi cura præmittantur, copiam necessariam habere, qui biduo, triduove Parochiæ suæ hominū confessiones audiant, aut confessos reconcilient, vt stata visitationis, aliave die quam Episcopus constituerit, præparati sint ad sacram communionem.

25. Quæ de residentia à SS. Synodo Trid. sanctè ac vtiliter decreta sunt omnes huius Prouinc. Episcopi pro eorum pastorali sollicitudine, ipsi diligenter obseruent, ac ab omnibus beneficia curata, vel personalē residentiam requirentia, quomodolibet obtinentibus quam diligentissimè inuiolateque obseruari curent.

38. Episcopus ipse tertio quoque mense, nisi iusta causa impeditus sit, seminarium visitet, idem cum consilio duorum Canonicorum, quos ipse elegerit certas seminarij constitutiones præscribat.

39. Vide Concilia.

40. Episcopus deligat aliquot probatos Sacerdotes qui litterarum scientia, morum integritate, & rerum agendarum vsu præstantiores sint, quibus singulis imposito Vicarij foranei nomine tribuat certas Regiones Diœcesis suæ 8. vel 10. Parochiales Eccl. continētes, cōstituto tamen Vicariatu in aliquo loco insigniori & frequentiori, illis autem eam facultatem tribuere poterit Episcopus, quam ipse, & pro illorū cruditione, & pro locorū temporūve ratione tribuendā censuerit.

Ex Concilio Auenionensi sub Clemente VIII. ann. 1594.

1. Episcopi Pontificalia munia, vt ritè singula exerceant, accuratè que prouideant, sicque seipsos gerant tanquā qui in perfectionis exercendæ statu positi sunt.

2. Episcopus propriam Diœcesim, &c. Vide Conc. Trid. sess. 24. c. 3. Comitatum non habeat, nisi visitationi necessarium, quare 7. aut ad summum 8. homines tantum secum ducat, si plures duxerit suis sumptibus alat.

3. Vide Concilia.

9. Diligenter obseruent Episcopi doctrinam & mores Concionatorum per viros idoneos, vt si quis scandala disseminarit, à prædicationis munere suspendatur.

41. Episcopi tanquam, &c. Vide Conc. Trident. sess. 21. de Reform. c. 5.

Ex Concil. Aquisiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

14 Debent Episcopi, &c. V. Conc. Trid. sess. 24. c. 3.
17. Vide Altare.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

27. Episcopi, si non singulis annis tertio saltem quoque anno vniuersam Diœcesim visitent, moderato tamē Comitatu, Cathedrales, Vide Conc. Aquens. 1585 c. 19. Cùm Magistratus, tùm viros graues accersant, quibuscum agant, vt ab eis liberè ac sine dolo vitam & mores Clericorum audiant, &c. Tanquam Delegati Sed. Apost. munus visitationis suæ exercentes Episcopi, beneficia quæ non sufficiūt ad vnius Sacerdotis alimenta, duo vel plura simul vniant si opus sit.

43. Facultatem concedendi litteras pro regenda aliqua Parochia, aut videndi litteras Sacerdotum de nouo ad Diœcesim venientium, approbationem Concionatorum & Confessariorum soli Episcopi sibi reseruabunt.

48. Coepiscopi nostri in Synodis Diœcesanis præsentes has nostras constitutiones publicè legi faciant, ex illis quas populo recitari debere sæpius iudicauerint deligant, & Parochi in Prono, explicitè nunciando legant, quarum librum penes se habere quilibet Parochus teneatur.

EVCHARISTIA.

Vide Communio.

Ex Concil. Nicæno Gener. 1. sub Siluestro I. an. 325. Editionis Arabicæ.

63. Procurator, & cum eo alij habeant curam loci in quo sancta Eucharistia seruatur.

Ex Concilio Cæsaraugustano sub Damaso, anno 381.

3. Eucharistiæ gratiam si quis probatur acceptam, In Ecclesia non sumpsisse, anathema sit.

Ex Concil. Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

6. Placuit vt corporibus defunctorum Eucharistia non detur, dictum est enim à Domino, *accipite & edite*, cadauera autem, nec accipere pōssunt nec edere.

24. Vt in Sacramentis corporis & sang. Domini nihil amplius offeratur quam ipse Dominus tradidit, hoc est panis & vinum aquæ mixtum, nec amplius in sacrificiis operatur quam de vuis & frumentis.

29. Vt Sacramenta Altaris nonnisi à ieiunis hominibus celebrentur excepto vno die anniuersario quo Cœna Domini celebratur, nam si aliquorum pomeridiano tempore, defunctorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt iam pransi inueniantur.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

77. Pœnitentes qui in infirmitate sunt, Viaticum accipiant.

Ex Conc. Toletano 1. sub Anastasio, anno 400.

14. Si quis acceptam à Sacerdote Eucharistiam non sumpserit, vel vt sacrilegus propellatur.

Ex Concil. Arausicano 1. sub Leone I. anno 441.

17. Admixtionem Eucharistiæ simul consecrandam censuimus, aliàs cum capsa & Calix inferendus, & admixtione Eucharistiæ consecrandus.

Ex

Ex Concilio Arelatensi 3 sub Ioanne I. anno 524.

Secundum Gratianum.

6. Qui non benè custodierit sacrificium, & mus, vel aliquod aliud animal comederit illud, quadraginta dies pœniteat, qui autem perdiderit illud in Ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, triginta dies pœniteat.

Ex Concil. Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

4. Nullus in oblatione sacri Calicis, nisi quod ex fructu vineæ sperauit, aqua mixtum offerre præsumat.

Ex Conc. Turonensi 2. sub Ioanne III. anno 570.

3. Vt corpus Domini in Altari, non in imaginario ordine (id est inter sacras Imagines in Altari poni solitas) sed sub Crucis titulo componatur.

Ex Concil. Antisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

36. Non licet Mulieri nuda manu Eucharistiam accipere.

42. Vnaquæque mulier quando communicat, dominicale suum habeat, quod si qua non habuerit, vsque in alium diem Dominicum non communicet.

Ex Concil. Toletano 11. sub Adeodato, ann. 675.

11. Quicunque aut de fidelium, vel de infidelium numero Corpus Domini absque ineuitabili infirmitate proiecerit, si fidelis est perpetua communione priuetur, si infidelis & verberibus subdatur, & perpetuo exilio relegetur, quod si homini quilibet huiusmi. excessus digna pœnitentiæ satisfactione deflenerit, post quinquennium licebit illum communioni pristinæ reformari.

Ex Concil. Toletano 16. sub Sergio, anno 693.

6. Non aliter panis in Altari Domini Sacerdotali benedictione sanctificandus proponatur, nisi integer & nitidus, qui ex studio fuerit præparatus, neque grande aliquid, sed modica tantum oblata, secund. quod Ecclesiastica consuetudo retentat, cuius reliquiæ, aut ad conseruandum modico loculo, absque aliqua iniuria facilius conseruentur, aut si ad consumendum fuerit necessarium, non ventrem illius qui sumpserit grauis sarciminis onere premat, nec quod in digestionem vadat, sed animam alimonia spirituali reficiat.

Ex Concil. Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

28. Ne quis communicet de Altari, nisi corpus separatim & sanguinem similiter sumat, nisi per necessitatem & cautelam (idque ob recentem damnatam hæresim Berengarianam, quæ vnam tantum speciem satis esse impleri figuram aiebat.)

Ex Concil. Londinensi sub Alexandro III. anno 1175.

15. Ne quis quasi pro complemento communioni intinctam alicui Eucharistiam tradat.

16. Ne consecretur Eucharistia, nisi in Calice aureo vel argenteo, & ne stanneum Calicem aliquis Episcopus amodo benedicat interdicimus.

Ex Concil. Eboracensi sub Celestino III. anno 1194.

1. Minister Altaris sit certus quod panis, & vinum & aqua in sacrificio ponantur, nec sine Ministro litterato celebretur, prouideatur etiam vt in pyxide munda, & honesta, hostia reseruetur, singulisque Dominicis diebus renouetur.

2. Vide Infirmi.

Ex Concil. Londinensi sub Innocent. III. anno 1200.

2. Reponatur Eucharistia in pyxide munda & honesta, & in pyxide munda & honesta deferatur ad ægrum linteo mundo superposito, & lucerna præcedente ac Cruce, renouetur quoque Hostia ipsa singulis Dominicis diebus.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 12. sub Innocent. III. anno 1215.

1. In cunctis Ecclesiis Chrisma & Eucharistia, sub fideli custodia, clauibus adhibitis, conseruentur.

Ex Concil. Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

35. Vide Archidiaconus.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

8. Sanctissimum Corpus Christi cùm ad infirmos vel ad mulieres vicinas partui, extra corpus Ecclesiæ, deportatur, Presbyter indutus superpelliceo cum stola circa collum portet, nisi loci distantia, & temporis qualitas secùs exposcat, Clericus verò præcedens cum campanella & lumine tintinnando, & obuiantes donec Sacerdos transeat genuflectant, & dicant deuotè ter ad minus orationem Dominicam cum salutatione Angelica, nos enim tàm Sacerdoti quàm Clerico deportantibus, & singulis verè pœnitentibus & confessis genuflectentibus, & orationes prædictas dicentibus, decem dies de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

7. Eucharistia, Viaticum, siue Corpus Christi, Chrisma, oleum sanctum, & oleum infirmorum, sic deuotè & secretè custodiantur, & reponantur in Ecclesiis vel Sacristiis, in locis ad hoc deputatis & aptis, quod ad ea non possit manus nefaria accedere, seu sacrilega, & maximè mulierum, & Eucharistia, seu Viaticum, quod pro infirmis reseruatur, frequentius renouetur.

Ex Concilio Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

24. Eucharistia, Chrisma, & Oleum sanctum sub fideli custodia & reuerentia debita, clauibus adhibitis conseruentur, si verò is ad quem spectat custodia, ea incautè reliquerit, vltra iuris communis pœnas, in libra ceræ eid. Ecclesiæ soluenda, & applicanda puniatur.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 7.

16. Cùm in celebratione Missarum eleuatur Hostia salutaris, populus se reuerenter inclinet, quùm Presbyter defert ad infirmum Euchar. decenti habitu indutus hanc salutarem Hostiam palam ac honorificè ante pectus cum omni reuerentia ac timore ferat & referat lumine semper præcedente, &c.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

18. Hostia vitalis pro infirmorum viatico in loco mundo & honorato, accenso ad eum perpetuo lumine seruetur, eadem si in solemnibus festiuitatibus, aut magnis supplicationibus circumfertur quidquid veram deuotionem non excitat, indique omnes prophani remoueantur.

59. Omnibus & singulis Parochis, aut eorum Vicariis præcipimus, vt quadragenarij Capituli singulis Dominicis diebus Capitulum, quod incipit omnis vtriusque sexus, &c. Pro communione Paschæ subditis suis publicent in Ecclesiis, &c. A perceptione Eucharistiæ arcendi sunt Iudei, Ethnici, hæretici, & quotquot hæreses manutenent, tuentur, eisque opem ferunt, excommunicatione Papali, vel Episcopali denunciati, tempore interdicti non licet sanis, ægrotis tamen ad extrema tendentibus id ministrare permittitur, illis qui sunt alterius Parochiæ non licet in alienis Ecclesiis sine sui Pastoris permissu, pueris infra annos discretionis, mente captis, illis qui perpetua stomachi cruditate laborant, & qui hoc Sacramentum expetit indignè, vel ad incantationem, aut superstitionem vti velit, arcendi sunt etiam incantatores, publicè Rei & scurræ, præstigiatores, & qui ludis vacant iure Pontificio prohibitis, ibidemque scorta ac lenones, & qui Iudæis seruiunt, aut eorum alunt proles, item feminæ virilem vestem malo animo gestantes, item quotquot se segregant, & ad hæreses deficiunt, & peregrina quædam sectantur instituta, ab Ecclesia minimè probata, qui sectam pauperum de lugduno colunt, illi etiam qui absque contritione & confessione in suis manent peccatis, manifesti adulteri, & adulteræ, aut qui aliàs in lupanaribus simul victitant, & publici fœneratores, matrimonio iuncti, qui absque Ecclesiastici seu spiritualis iudicis sui permissu diuortium fecerint, alearum lusui perpetuò vacantes, ebrietati & crapulæ, ac comessationibus perpetuò dediti, aliena bona inuitis Dominicis detinentes, qui sacras perfringunt ædes, & despoliant, ac Dei templis damna inferunt, diebus festis laborantes, qui propriis Dominis suis ob accepta verbera fidem & obedientiam præstare nolunt, iniqua autem mensura vel pondere ementes aut vendentes 30. diebus iubentur abstinere à sacra communione; item iustas non soluentes decimas, exequutores testamentorum vltra annum rem differentes, quicunque præcepta Ecclesiæ contemptui habent, Sacerdotem è suggestu concionantem impedientes, ac in eius contemptum ex sacris ædibus abscedentes, diebus Dominicis ac festis Missam non ausculantes, iisdemque dieb. rebus venalibus, quæ ad necessarium corporis victum non requiruntur, mercimonia exercentes, clanculum sese iungentes matrimonio, Dominicam orationem & symbolum Apost. ex desidia aut contemptu discere nolentes; Deum, beatam Virginem, vel alios Sanctos palàm blasphemantes, Sacerdotalem dignitatem, & Sacerdotes ipsos publicè dehonestantes homicidæ voluntarij, Pater & Mater scienter, vel negligentiâ proles suas à mortis periculis non custodientes, contra Ecclesiasticam libertatem aliquid sancire ac statuere præsumentes.

Ex Concil. Trident. Generali 18. sub Pio IV. an. 1562. Sess. 25. De Regularib.

10. Vide Moniales.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

4. In Ecclesia vbi sacrosancta Eucharistia custodiri solet vel debet, in maiori Altari collocetur ante ipsam semper lampas accensa colluceat, &c. Die festo Corporis Christi cum sacrosancta Euchar. in solemni supplicatione gestatur, si adfuerit Episcopus, is eo officio fungatur, vt SS. Eucharistia ad ægrotos summa cum religione deferatur, Parochi sodalitates Corporis Christi in Parochiis instituant, cùm verò deferenda erit, lumina, tintinnabulum, & decorum vasculum cum vmbella si fieri potest, duas autem particulas deferant, ne eis ad Ecclesiam redeuntibus, populus inane vasculum adoret.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 1.

11. Cùm loci distantia, vel itineris, temporisve difficultas, vel alia causa (Episcopi iudicio) impedit, licebit eam SS. Eucharistiæ particulam solum deferre, quam æger percepturus est, ita tamen, vt cùm inde Parochus redit non superpelliceo, non stola indutus sit, extinctis etiam luminibus non palàm vasculum deferatur.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII anno 1573.

7. Cùm nimbi, procellæ, turbines aut grandines impendent, ne Sacerdos ad tempestatis procellam arcendam vasculum adhibeat, in quo SS. Eucharistiæ Sacramentum asseruatur, sed tabernaculum vbi illud in Altari reconditur, patefaciat licet, tumque in eius conspectu Litanias, aliasque religiosas preces pronunciet.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

8. Tabernaculum in quo asseruetur SS. Sacramentum esse debet quàm ornatissimum, ac si fieri posset ex auro solido, pretiosissimis gemmis religiosè certis locis ornatum, sed quando per facultates, ne æneum quidem habere licet, ligneum saltem non ex tabulis nuceis aut querneis, vnde humiditas gigni solet, sed ex populeis, aut similibus conficiatur, totum extrinsecus, aut saltem magna ex parte inauratum, &c. Amplum quidem erit pro Altaris, atque Ecclesiæ magnitudine, quod rata aut octangula, aut rotunda forma, imaginibus sanctis, vel Passionis Dominicæ Mysteria referentibus exculptum; in eius summitate posita sit imago, vel resurgentis, vel sacrum pectoris vulnus exprimentis, vel Cruci affixi Christi Domini, &c. Ostiolo erit ita ab anteriori parte amplo, vt tabernaculum aliud minus intus recondi, & exponi rectum possit vacuum ita sit à reliquiis, & sacri olei vasis, aliisque rebus omnibus, vt ne inanis quidem pyxis intus reponatur, nihilque aliud prorsus in eo recondi liceat, quam illud ipsum vas in quo tunc asseruetur sanctissimum Sacramentum, &c. Intrinsecus panno serico ornatum & circumuestitum sit, tabernaculi verò solum

sub

sub ipso Sacramenti vase candido corporali semper stratum sit. Ad duos menses post decreti huius publicationem, non ministretur sacra Communio, vbi fuerit communicantium frequentia sine pyxide, in qua decenter sacrae hostiae collocentur, & interim sub poena suspensionis, ne deferatur ab Altari ad Altare in corporali, sed in Calice, &c. Animaduertat Parochus, ne quid in sacra communione quaeritetur pelvi vel alio vase, &c. Fideles omnes iuxta Canonem, omnis vtriusque sexus sanctiss. Eucharistiae Sacramentum in Paschate à proprio Parocho sumere ne omittant, nec vlli liceat illud sumere ab alio quàm à proprio Parocho, vel de eius licentia, quod si quis contra fecerit, praeter graue peccatum mortale quod incurrit, volumus etiam illi ingressum Eccl. interdici, & sepulturam Ecclesiast. Religiosi verò quid illud absque Parochi consensu administrarint, iuxta Clement I. de priuil. sciant se excommunicatione innodatos.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

16. In Cathedrali, Collegiatis & Parochialibus, aliisque Ecclesiis, vbi SS. Eucharistia custodiri solet vel debet, in maiori Altari collocetur, ante ipsam vna saltem lampas colluceat; caueant omnes Sacerdotes qui SS. Euchar. Sacramentum administrant, ne sacros. Domini corpus de patena communicantibus exhibeant, nisi fortè pauci sint, sed vel Calice vel pixide contineatur, purificatio posthac, in Calice consecrato non praebeatur.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

5. In loco decenti sit tabernaculum, exterius quo fieri poterit, apparatu ornatum cum signo patenti demonstrante ibi contineri eum cui adoratio debetur, intus verò panno serico ornetur, apponantur lapis portatilis consecratus, & corporalis super quibus sit vasculum argenteum vel aureum, in quo linteaminibus sacris complicatum reseruetur sanctiss. Eucharistiae Sacramentum, cuius renouatio ad minus fiat quindecimo quoque die, & claui obseretur, ante quod perpetuò teneant noctu diuque lampadem iugiter ardentem, intra dictum tabernaculum nihil asseruetur praeter tremendum illud Sacramentum, amoueantur & ex eo reliquiae, imò etiam vasa oleorum sanctorum, tabernaculum in medio maioris Altaris, aut alio eminentiori & decentiori Ecclesiae loco reponatur.

EVECTIONES ABBATUM ad Capitulum Conuenientium.

Verbo Abbas, Conc. Lateran. vniuers. 12. anno 1215. c. 12. Saltzburg. 1281. c. 8.

EVECTIONES ARCHIDIACONORUM in Visitationibus.

Verbo Archidiaconus, Concil. Oxonien. 1222. cap. 32.

Verbo Archiepiscopi, Conc. Lateran. Vniuers. 11. an. 1179 c. 4.

EVECTIONES EPISCOPORUM aliorumque Praelatorum in visitationibus.

Verbo Archiepiscopi Conc. Lateran. vniuers. 11° an. 1179. c. 4.

V. Episcoporum officium, Conc. Lateran. vniuers. 12. an 1215. c 33. Rauennat. 1317. c. 11. Colonienf. 1549. med. 4 c. 7. Mediolan. 1586. p. 3. c. 3. Aquensi 1585 c. 19. Anenion. 1594. c. 2. Narbon. 1609. c. 17.

V. Forum Ecclesiast. Conc. Mediol. 1565. p. 2 cap 30.

EXAMEN EPISCOPORUM

Verbo Archiepiscopi, Conc. Nicaen. Gener. 1 an. 325. c. 71.

EXCOMMUNICATIO.

Ex Canon. Apostol. Clementis I. an. 93. & Epist. Adriani I. an. 773.

11. Si quis cum excommunicato saltem in domo orauerit, excommunicetur.

Ex Concil. Arelatensi 1. sub Siluestro I. anno 314.

16. De his qui pro delicto suo à communione separantur, ita placuit, vt quibuscumque locis fuerant exclusi, eod. loco communionem consequantur.

Ex Concil. Niceno Generali 1. sub Siluestro I. anno 325.

5. Qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad communionem non recipiantur.

Ex eod. Conc. Editionis Arabicae.

27. Quicunque fuerit à Sacerdote ligatus, quamuis calumniam passus sit, non est ab eo accipienda oblatio, nec vllus fidelium debet cum eo prandere, nec in domum eius ingredi, nec cum in domum suam recipere, priusquam sit ab excommunicatione absolutus, qui hoc non seruauerit, excommunicetur.

47. Nullus Episcopus soluat quem alius Episcopus ligauit, quamdiu ille qui ligauit vixerit, quod si Episcopus qui ligauit obierit, & successori visum fuerit soluere ligatum, licebit, modò excommunicatus non fuerit propter blasphemiam, aut propter aliquod peccatum publicum, aut aliud simile, eadem lex erit de Sacerdote, &c. Post mortem verò Sacerdotis successor eius soluet quem mortuus ligauit, sed debet Episcopus praeesse huic negotio, neque conuenit vt Archiepiscopus, aut Episcopus soluat, aut liget eum, qui dignè à Sacerdote solutus, aut ligatus est, quamdiu is qui soluit aut ligauit, vixerit.

Ex Concil. Caesaraugustano sub Damaso I. anno 381.

5. Qui per disciplinam aut sententiam Episcopi, ab Ecclesia fuerint separati, ab aliis Episcopis non sunt recipiendi, quod si scientes Episcopi fecerint, non habeant communionem.

Ex Concil. Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

8. Si quis excommunicatum alterius, siue Clericum, siue sæcularem recipere post interdictum præsumpserit, nouerit se reum fraternitatis factum, causam in Conc. redditurum.

Ex Concil. Carthagin. 3. sub Siricio, anno 397.

Secundum Codicem Canon Eccl. Affrican.

29. Si quis Clericus excommunicatus, ante audientiam communionem præsumpserit, ipse in se damnationem protulit.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

73. Qui communicauerit vel orauerit cum excommunicato, siue Clericus, siue Laicus excommunicetur.

Ex Conc. Toletano 1. sub Anastasio, anno 400.

12. Si qui de Catholicis discesserint, & in communione eorum vel palàm, vel occulte, qui vel excommunicati fuerint, vel per sententiam iam notati fuerint inuenti, habeant illorum, ad quos ire voluerint, in damnationem consortium.

Ex Concil. Carthaginensi 7. sub Bonifacio I. anno 419.

1. Definimus eum ritè ad accusationem non admitti, qui posteaquam excommunicatus fuerit in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, siue sit Clericus, siue Laicus, accusare voluerit.

Ex Concil Aransicano 1. sub Leone I. anno 441.

11. Placuit in reatum non ire Episcopum, qui admonitus de excommunicatione cuiusque, sine reconciliatione eius qui eum excommunicauit, ei communicare præsumpserit, vt integra omnia, si reconciliatio intercesserit, de iustitia, vel iniquitate excommunicationis, proximæ Synodo reseruentur.

Ex eod: Conc. secund. Gratianum.

Nullus Episcopus alterius Parochianum excommunicare vel reconciliare præsumat, sine consensu vel conscientia propri Episcopi. Vide pœnitentia.

Ex Concil. Vasionensi 2. sub Leone I. anno 442.

6. Inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare vt ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eios, videlicet qui Ecclesiæ curam gerit, absque commonitione obsecundare, & auerti ab eo cui ipsum sentitis aduersum, sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, vt vnusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum sibi gratiam reparare, citius festinet reconciliari ei qui omnibus præest, vt per hoc redeat ad salutem cum obedire cœperit monitis Præsidentis.

Ex Concilio Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

28. Si Episcopus, ante damnati absolutionem, obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem Successori licebit absoluere.

Ex Concilio Aurelianensi 5. sub Vigilio, anno 552.

2. Nullus Sacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro paruis & leuibus causis à communione suspendat, præter eas culpas pro quibus antiqui Patres ab Ecclesia arceri iusserunt committentes.

Ex Concil. Parisiensi 3. sub Ioanne III. anno 559.

7. Si quis de Sacerdotibus à communione Ecclesiæ pro contemptu Canonum, aut peruasione rerum Ecclesiasticarum aliquem fortasse suspenderit, à nullo penitus Episcopo recipi præsumatur; quod si factum fuerit, is qui eum contra interdicta receperit, à fratrum suorum erit concordia separatus.

Ex Concilio Braccarensi 1. sub Ioanne III. anno 563.

1. Placuit vt hi qui pro hæresi, aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præsumat, &c.

Ex Concil. Turonensi 2. sub Ioanne III. anno 570.

8. Quicunque Episcopus illum quem alter Episcopus excommunicatum habet, postquam fuerit de ipsius excommunicatione commonitus, communicare præsumpserit, vsque ad Synod. excommunicatus habeatur.

Ex Concil. Lugdunensi 1. sub Ioanne III. anno 570.

4. Si Episcopus pro reatu aliquo, quemquam à communione suspenderit, apud omnes Sacerdotes eatenus à communione habeatur alienus, vsquequò eius iudicio debeat recipi à quo suspensus fuerat.

Ex Concil. Antisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

38. Non licet cum excommunicato communicare, nec cum eo cibum sumere.

39. Si quis Presbyter, aut quilibet de Clero, aut de populo excommunicatum, absque voluntate ipsius qui eum excommunicauerit, sciens receperit, aut cum illo panem manducauerit, vel colloquium habere decreuerit, simili sententiæ subiacebit.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

4. Temerè nullus excommunicetur.

Ex Concil. in Palatio Vernis sub Stephano III. anno 756.

9. Si quis Presbyter ab Episcopo suo degradatus fuerit, & ipse per contemptum postea aliquid de suo officio, siue commeatu facere præsumpserit, & postea ab Episcopo suo correptus & excommunicatus fuerit, qui cum ipso communicauerit scienter, sciat se esse excommunicatum, &c. Excommunicatus in Ecclesiam non debet introire, nec cum vllo Christiano cibum aut potum sumere, nec eius munera accipere debet, vel osculum porrigere, nec in oratione se iungere, nec salutare antequam ab Episcopo suo fuerit reconciliatus, quod si aliquis ista omnia contempserit, & Episcopus emendare minimè potuerit, Regis iudicio exilio condemnetur. Vide Appellatio.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

56. Anathema æternæ est mortis damnatio, & nonnisi pro mortali debet imponi crimine,& illi qui aliter non potuerit corrigi.

Ex Concilio Confluentino sub Nicolao I. anno 860.

4. Vide Episcoporum officium.

Ex Concilio Vvormatiensi sub Adriano II. anno 868.

13. Vt nullus Sacerdotum Vide Conc. Aurelian. 551. cap. 2.

14. Episcopi si Sacerdotali moderatione postposita, innocentes aut in minimis causis culpabiles excommunicare præsumpserit, & ad gratiam festinantes recipere forsitan noluerint,a vicinis Episcopis cuiuslibet Prouinc. communio illis vsque ad tempus Synodi non negetur.

Ex Concil. Constantinop. vniuers. 8. sub Adriano II. anno 869.

7. A damnatis & ab Ecclesia anathemate resectis, sacras imagines in templis nequaquam pingendas, nec litteras ab eisdem quocunque in loco, quoad ab errore suo resipuerint tradendas esse sancimus, quicunque igitur post hoc decretum nostrum huiusmodi ad sacrarum imaginum in Ecclesia pingendarum operam,litterasque docendas, quocunque modo admiserit,siClericus si gradu s o periclitetur,si Laicus à cœtu fidelium exclusus sacræ Communionis Misteriis priuetur.

Ex Concilio Metensi sub Stephano VI. anno 888.

8. Quæsitum est à S. Synodo qui de his sacra fieri authoritas iuberet, qui cum excommunicatis communionem habeant,& quid de his qui in eadem excommunicatione mortui fuerint, &c. Hos transgressores S. Petrus,& omnis authoritas excommunicat, &c. Nos autem quibus viuentibus non communicamus,mortuis communicare non possumus.

Ex Concil. Tolosano sub Victore II. anno 1056.

13. Cum hæreticis & excommunicatis vllam participationem vel societatem habentem præcipuè excommunicamus, si qui autem adiuuantes eos defendere conati fuerint, vinculo simul excommunicationis eum eis subditi permaneant.

Ex Conc. Quintilineburgensi sub Gregorio VII. anno 1085.

2. Quicunque, Episcopo suo nec officio communione priuato excommunicatus esset etsi iniustè, nullatenus tamen recipiatur ad communionem,nisi absolutus Ecclesiastico more.

Ex Concil. Melfitano sub Vrbano II. anno 1090.

15. A suis Episcopis excommunicatos,ab aliis recipi magnoperè prohibemus.

Ex Conc. Lateran. 1. Vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1122.

9. A suis Episcopis excommunicatos ab aliis Episcopis,Abbatibus & Clericis in communionem recipi prohibemus.

Ex Concil. Londignensi 1. sub Honorio II. anno 1125.

9. Nemo excommunicatum alterius præsumat in communionem suscipere, quod si scienter fecerit & ipse communione careat Christiana.

Ex Concil. Lateran. 3. Vniuers. 10. sub Innocent. II. anno 1139.

3. A suis Episcopis excommunicatos ab aliis suscipi modis omnibus prohibemus, qui verò excommunicato antequam ab eo qui eum excommunicauerit absoluatur, scienter communicare præsumpserit,pari sententiæ teneatur obnoxius.

Ex Concil. Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

1. A suis Episcopis excommunicatos ab aliis recipi (sub eadem excommunicatione) prohibemus,Episcopus autem qui sententiam promulgauerit, eam vicinis Episcopis enunciet.

Ex Concil. Lateran. 4. Vniuers. 11. sub Alexand. III. anno 1179.

9. Excommunicatos & nominatim interdictos, tàm à Religiosis quàm ab omnibus aliis, iuxta Episcoporum sententiam, statuimus euitandos.

14. Sarracenis arma,ferrum & ligamina galearum deferentes,& in galeis,& piraticis Sarracenorum nauibus regimen & curam gubernationis exercentes,excommunicatos & rerum suarum per sæculi Principes & Consules Ciuitatum priuatione mulctari,& captiuorum seruos,si capti fuerint,fore censemus, præcipimus etiam vt per Ecclesias maritimarum Vrbium, crebra & solemnis excommunicatio proferatur in eos, excommunicantur quoque qui Romanos, aut alios Cristianos pro negotiatione vel aliis causis honestis nauigio vectos,aut capere aut rebus suis spoliare præsumunt, illi etiam qui Christianos naufragia patientes, rebus suis spoliare præsumunt, nisi ablata reddiderint.

Ex Concil. Eboracensi sub Celestino III. anno 1194.

17. Quilibet Sacerdos de cætero ter in anno solemniter accensis candelis, pulsatisque campanis eos excommunicet qui in recognitionibus aliisve testimoniis scienter & spontè peierabunt, eos qui malitiosè alios facient peierare,eosque singulis dominicis diebus excommunicatos denunciet; si vero de periurio pœniteant ad Archiepiscopum vel Episcopum, vel generalem Diœcesis Confessorem, absente Archiepiscopo vel Episcopo,transmittantur.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

7. Singulis annis in genere solemniter excommunicentur sortiarij per iuti supra sacramenta,incendiarij,fures atrociores,raptores,& c.

14. Vide Conc. Lateran. Genet. 11. ann. 1179. c. 9.

Ex Conc. Lateran. Vniuers. 12. sub Innocent III. anno 1215.

47. Ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti commonitione præmissa & præsentibus idoneis personis, per quos si necesse fuerit, possit probari monitio, promulgare præsumat qui præsumpserit, etiam si iusta fuerit excommunicatio, ingressum Ecclesiæ per mensem vnum sibi nouerit interdictum, &c. Caueat etiam diligenter ne ad excommunicationem cuiusquam absque manifesta & rationabili causa procedat, &c. Cumque aduersus excommunicatorem de iniusta excommunicatione constiterit, excommunicator condemnetur excommunicato ad interesse.

48. Si excommunicatus allegauerit se iudicem habere suspectum, corá eodem causam iustæ suspicionis assignet, & ipse cum aduersario, vel si fortè aduersarium non habet, cum iudice arbitros communiter eligat qui de suspicionis causa cognoscant, & si nequiuerint in vnam concordare sententiam aduocent tertium, vt quod duo ex ipsis decreuerunt, robur obtineat firmitatis &c.

49. Causa cupiditatis nullus audeat excommunicationis vinculo aliquem innodare, vel absoluere innod. tum in illis maximè regionibus in quibus ex consuetudine, cum excommunicatus absoluitur pecuniaria pœna mulctatur, statuentes, vt cum excommunicationem iniustam fuisse constiterit, excommunicator ad restituendam pecuniam sic extortam per Censuram Ecclesiasticam compellatur.

Ex Concil. Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

1. Excommunicamus omnes illos qui malitiosè Ecclesias suo iure priuare præsumunt, aut per malitiam & contra iustitiam libertates earumdem infringere, vel perturbare contendunt.

2. Item omnes illos qui pacem & tranquillitatem Dom. Regis & regni iniuriosè perturbare præsumunt.

3. Item illos qui scienter & prudenter falsum testimonium vel perhiberi procurant, vel etiam tales testes scienter producunt, vel subornant in causa matrimoniali.

4. Aduocatos quoque qui in causis matrimonialibus malitiosè oppositiones opponunt vel opponi procurant, ne matrimonia vera debitum sortiantur effectum, velut contra iustitiam processus, causæ diutius suspendantur.

5. Item illos qui gratia lucri odij vel fauoris, vel aliter malitiosè crimen imponunt vel opponunt alicui.

6. Item illos qui vacante Ecclesia malitiosè opponunt, vel procurant opponi Patronatus quæstionem, vt sic vnde Patronum illius Ecclesiæ collatione saltem illa vice defraudent.

19. Ne Archidiaconi vel eorum officiales sententias excommunicationis, suspensionis vel interdicti in aliquem audeant promulgare, vbi excessus non est manifestus, nisi admonitione canonica præcedente, quod & Superiores Prælati obseruent.

60. Excommunicationes in hoc Conc. promulgatæ singulis annis in Episcopalibus Synodis & quater in anno in Parochialibus Ecclesiis solemniter iterentur.

Ex Concil. Germanico sub Honorio III. anno 1225.

6. Sacerdotes à Prælatis ipsorum excommunicati vel suspensi censuram Ecclesiast. contemnentes, sine spe restitutionis ab officiis & beneficiis deponantur, & infames, & intestabiles sint.

7. Sacerdos qui coram excommunicatis, & in vicinis locis publicè denuncians celebrauerit simili pœna puniatur.

8. Si Episcopus aliquem excommunicauerit denunciet vicinis Episcopis per suas patentes litteras, & tunc sine difficultate aliqua vicini Episcopi excommunicatum faciant publicè denunciari, & in Diœcesibus suis arctius euitari, si vero Episcopi fuerint negligentes & excommunicatis scienter communicauerint, tamdiu Cathedralium Ecclesiarum Canonici eis non communiceat, quamdiu contempserint obedire.

Ex Concilio Lugdunensi Gener. 13. sub Innocent. IV. anno 1245.

12. Vide Forum Ecclesiasticum.

Ex Concilio Lugdunensi Gener. 14. sub Gregorio X. anno 1274.

29. Constitutionem Innocent. IV. Quæ prohibet participantes excommunicatis ea participatione quæ solam minorem excommunicationem inducit, monitione canonica non præmissa, maiori excommunicatione ligari, decernentem promulgaram aliter excommunicationis sententiam non tenere, ad tollendum omnem ambiguitatis scrupulum declarantes decernimus ita demum monitionem esse canonicam in hoc casu, si aliis ritè seruatis eos qui monentur exprimat nominatim, &c. Iudices sine monitionibus tribus vtantur, siue vna pro omnibus obseruent aliquorum dierum competentia interualla, nisi facti necessitas ea suaserit aliter moderanda.

30. Declaramus beneficium relaxationis ad cautelam, quoad interdicti sententias in Ciuitates, Castra vel quælibet alia loca siue terras aliquas generaliter promulgatas, locum aliquatenus non habere.

31. Quicunque pro eo quod in Reges Principes, Barones, nobiles, Balliuos, vel quoslibet ministros eorum, vel quoscunque alios, excommunicationis, suspensionis seu interdicti sententia fuerit promulgata, licentiam alicui dederint, occidendi, capiendi, seu aliàs in personis & bonis suis vel suorum grauandi eos qui tales sententias protulerint siue quorum sint occasione prolatæ, vel easdem sententias obseruantes, seu taliter excommunicatis communicare nolentes, nisi licentiam ipsam re integra reuocauerint, &c. In excommunicationem incidant ipso facto, eadem quoque sint sententia innodati, omnes qui ausi fuerint prædicta licentia vti, &c. Qui autem in eadem sententia permanserint duorum mensium spatio, ex tunc ab ea non possint nisi per Sedem Apostol. absolui.

Ex Concilio Saltzburgensi sub Gregorio X. anno 1274.

19. Sententias excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, quas vnus ex nobis iustè protulerit, cæteri per Ciuitates suas publicabunt, & a suis faciant subditis vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari.

Ex

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

19. Pro maritorum seu filiorum debitis vxores seu m tres non excommunicentur, nisi mater & vxor succedant in bonis mariti, seu filij defunctorum.

44 Reuocationem indultorum quibusdam Clericis & sæcularibus, circa excommunicationem & interdictum ab Alexand. IV. & Clem. IV. factam recipimus ac volumus inuiolabiliter obseruari, ita quod Ordinatij in personis & terris ipsis Regibus & Reginis quantum ad Regna sua tantum, & Regnis ipsis, necnon & Regum ipsorum filiis & fratribus ac eorum vxoribus & eorum filiorum fratrum & vxorum terris exceptis, Iurisdictionem suam, talibus indultis nequaquam obstantibus, valeant, provt ad eos pertinet exercere.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

28. Quicumque de cætero excommunicationis vel suspensionis, vel interdicti sententiam animo sustinuerit per annum indurato, est in morte beneficium absolutionis satisfactione præstita meruerit obtinere, nihilominus tamẽ in pœnam contumaciæ, Ecclesiast. careat sepultura.

Ex Concilio Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

30. Inhibemus omnibus nostræ Diœcesis Iurisdictioni Præsidentibus ne quemquam Clericum vel laicum pro culpa vel contumacia excommunicent, sine scriptis & monitione canonica non præmissa; Interdicti tempore tàm ab homine quàm à iure prolati tàm sani quam infirmi, sunt ad remedium paternè admittendi, nisi fuerint interdicti vel excommunicati, vel quorum dolo, culpa, consilio, fauore, aut auxilio latum extitit interdictum quibus tantum viaticum & baptisma paruulorum conceduntur, nullus fungantr vel tradatur Ecclesiasticæ sepulturæ, præter Clericos qui seruauerunt interdictum, nisi tales sunt qui nominatim excommunicati, interdicti vel suspensi fuerint, qui vero Clerici non fuerint huiusmodi sententiis innodati, sine pulsatione campanarum, constantibus quibuscunque solemnitatibus cum silentio tumulentur; Insuper Sacerdotes populum habentes sine scrupulo conscientiæ semel in heddomada viros & mulieres possunt ad Ecclesiam conuocare, necnon ipsis exponere Verbum Dei, &c. Singulis diebus Missæ in Ecclesiis celebrentur & alia quævis diuina Officia sicut prius, submissa tamen voce, ianuis clausis omnino quibuslibet excommunicatis, interdictis, ac omnibus aliis, nisi super hoc priuilegium exhibeãt speciale, exclusis; Ministris altaris dumtaxat exceptis, &c. In festiuitatibus vero natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, ac Assumptionis B V. Gloriosæ à Vesperis vigiliarum earumdem vsque ad Vesperas earumdem festiuitatum inclusiuè, campanæ pulsentur, & ianuis apertis alta voce diuina Officia solemniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis, sic tamen quod illi propter quorum excessum, interdictum huiusmodi est prolatum, altari nullatenus appropinquent, nec in illis festiuitatibus sepeliantur corpora mortuorum, neque viuis & sanis illis diebus sacramentum Eucharistiæ ministretur. In Ecclesia non consecrata vel à iure vel ab homine interdicta, vel execrata per humanum iniuriosum sanguinem vel semine humano & vxori polluta, nullatenus diuina celebrentur.

Ex Concil. Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

11. Ne quis excommunicationem latam per Iudicem occultam teneat, sed ipsam infra mensem, à tempore quo lata fuit, faciat publicare.

Ex Concil. Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

24. Si Prælatus seu Officiales vel Vicarij, aliquem excommunicauerint, & voluerint quod huiusmodi excommunicatio in aliis Diœcesibus obseruetur tunc Episcopi qui per eum fuerint requisiti, receptis litteris suis, illas pro plena probatione quantum ad hoc habentes teneantur excommunicationem prædictam in suis Diœcesibus obseruare, & obseruari facere & publicari.

Ex Concil. Lateran. Vniuersali 17. sub Leone X. anno 1517. Sess. 11. De Concordatis.

17. Nemo deinceps à communicatione alicuius in sacramentorum administratione vel receptione, aut aliis quibuscunque diuinis vel extra, prætextu cuiuscunque sententiæ, aut censuræ Ecclesiast. seu suspensionis, aut prohibitionis ab homine vel à iure generali promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, vel interdictum Ecclesiast. obseruare, nisi sententia vel censura huiusmodi fuerit, vel contra personam, collegium, vniuersitatem Ecclesiast. aut locum certum à Iudice publicata & denunciata specialiter & expressè, aut si notoriè in excommunicationem constiterit incidisse quod nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, eum à communione illius abstinere volumus, per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos seu prohibitos, non intendimus in aliquo releuare, nec eis quomodolibet suffragari.

Ex Eod. Conc. Sess. 11. De Religiosis.

13.16.17. Vide Monachi.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

30. Excommunicationem, suspensionem & interdictum à nullo negligi, contemni, aut quoad publicationem & executionem earum impediri debere statuimus, &c. Officiali nostro iniungimus ne diuinam hanc censuram leuiter aut propter exiguas paruique momenti causas proferat, excommunicatos & denunciatos ab omnibus vitari, & à nemine in consortium recipi decernimus.

Ex Concilio Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

103. Officiales nostri, & Prælati omnes excommunicationem nonnisi, competenti admonitione præmissa, & in præsentia fide dignorum hominum promulgare præsumãt qui aliter fecerit, & admonitus errorem suum non reuocauerit, per mensem ab ingressu Ecclesiæ sit exclusus, & sic à se excommunicato omnes expensas quas talis excommunicationis occasione necessariò fecit, restituere cogatur.

104. Nemo deinceps, Vide Conc. Lateran. 1517 cap. 17.

Ex Concilio Trident. Generali 18. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 25. De Regularibus.

12. Vide Monachi.

De Reformat.

3. Excommunicationes illæ quæ monitionibus præmissis ad finem reuelationis, vt aiunt, aut pro deperditis seu subtractis rebus ferri solent, à nemine prorsus præterquam ab Episcopo decernantur, & tunc non aliàs quam ex re non vulgari, causaque diligenter per Episcopum examinata, &c. Excommunicatus quicunque si, post legitimas monitiones, non resipuerit, non solum ad sacramenta & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur, sed si obdurato animo in censuris per annum insorduerit etiam contra eum tanquam de hæresi suspectum procedi possit.

Ex Concil. Mediolan. 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 3.

8. Vide Forum Ecclesiasticum.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

16. Excommunicationes illæ, &c. Vide Conc. Trid. 1562. Sess. 25. De Reformat. c. 3. nec ac eas concedendas cuiusvis sæcularis etiam Magistratus auctoritate addncatur, sed totum hoc in eius arbitrio & conscientia sit positum.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

24. Excommunicati decedentes priuentur Ecclesiast. sepultura. quod si vi in loco sacro sepulti fuerint, dum liberè agetur, ossa & cineres, si discerni ab aliis possint, extrahantur & inde eiiciantur.

44. Excommunicationibus quæ malum malorum sunt, nisi in extremis & quando nullus aderit alius modus ad continendum in munere, vel ad reprimendum à malo populum vtantur Episcopi quibus solis ius excommunicandi pertinere declaramus in quacumque causa, exceptis in litibus, contestationibus, & iure distributiuo dicendo, in quo casu Officialibus contumaces & non obtemperantes mandatis, excommunicationis sententia licitum est vulnerare. Ipsi Officiales foranea monitoria videbunt, & diligenter examinabunt, quod si in illis minima & parui momenti narrari viderint, aut à multo tempore deperdita & iam sopita, aut pro detegendis peccatis omnino occultis vel pro criminibus quæ aliàs nequaquam probari possint, reiiciant, at verò si pro rebus grauibus deperditis ad pleniorem probationem, & quæ saltem ad summam 15. librarum valorem ascendant, publicari iubebunt primo, secundo, tertio & peremptoriè per Parochum aut eius deputatum & non alium, exceptis casibus in quibus suspicio esset contra eumdem Parochum, quo casu non nisi tali suspicione nota, alium Presbyterum ad hoc deputabunt, qui attestatam publicationem in scriptis ad solos Episcopos remittent qui soli aut eorum Vicarij visis eisdem attestationibus si res exegent, & causa attentè perpensa & examinata sententiam excommunicationis publicari mandabunt, &c. Semel excommunicatus suppliciter veniam de culpa commissa, & absolutionem à censuris petens benignius recipiatur, & misericorditer illum absoluendo cum eo agatur; vi tamen aut mediis illicitis absolutionem à censuris obtinentes, cum sibi assistentibus aut fauorem, aut consilium dantibus, pœnis iure indictis plectantur, tali absolutione irrita manente, &c. Eiiciantur à cœtu fidelium & Ecclesiis nominatim excommunicati, quos singulis diebus dominicis in scadafallo per Parochum volumus nominari, & si in ea per annum sordescere non destiterint, vt hæretici puniri possint quos interim, durante illorum contumacia, vitabunt fideles.

EXOMOLOGESES.

VErbo oratio Conc. Toletan. 694. c. 6.
V. Prædicatio Conc. Colonien. 1536. p. 4. c. 26.

EXPOSITI.

VErbo Ecclesia, Conc. Arelat. 2. ann. 389. c. 32. Vasionen. 2. ann. 44·. c. 9. 10.
V. Baptismus, Conc. Eboracen. 1194. c. 6. Londin. 1200. c. 3. Mediol. 3. ann. 1573. c. 6.

FAMILIA ECCLESIÆ.

VErbo Clericorum officium, Conc. Coyacen. 1050. c. 3.
V. Clerus Conc. Aquisgran. 816. c. 119. 135. 140. August. 1548. c. 9.
V. Ecclesiæ Iurisdictio, Conc. Emeriten. 664. cap. 15.
V. Ecclesiastica bona, Conc. Aquisgran. 836. c. 20. Valenti, 855. c. 20.
V. Libertus, Conc. Toletan. 633. c. 66. 68. 73. Toletan. 655. c. 11.
V. Ecclesiæ Iurisdictio Conc. Legionensi 1012. cap. 5.
Verbo Ecclesiastica bona eiusdem Conc. c. 7

FAMILIA FISCI.

VErbo Clerici, Conc. Toletan. 3. ann. 589. cap. 8.

FALSARIVS MONETÆ.

Vide Traditores.

VErbo furtum, Conc. Lateran. Vniuers. 9. ann 1122. c. 15.

FESTA FATVORVM. seu Innocentium.

VErbo Ecclesia, Conc. Senonen. 1528. c. 16.

FESTA.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

43 PRauam institutionem emendari placuit iuxta authoritatem scripturarum, vt cuncti diem Pentecost.

Pentecost. celebremus quod qui non fecerit, quasi nouam hæresim induxisse notetur.

Ex Concilio Laodiceno sub Sylvestro I. anno 320.

29. Non oportet Christianos Iudaizare & in Sabbatho vacare,sed operari eos in eadem die, dominicam præponendo eidem diei, quod si iouenti fuerint Iudaizare,anathe.sint.

59. Non oportet in quadragesima aut nuptias,aut natalitia celebrari.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, ann. 506.

21. Vide Ecclesia.

63. Vt Ciues qui superiorum solemnitatum, id est Paschæ ac natalis Dom. vel Pentecost. festiuitatibus cum Episcopis interesse neglexerint, triennio à communione priuentur Ecclesiæ.

Ex Concil.Aurelianensi 1. sub Symmacho, anno 507.

27. Vt nulli, ciuium Paschæ, natalis Dom. vel quadragesimæ solemnia in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

35. Ciues natalium superiorem octem Paschæ ac natiuitatis Dom.solemnitatem Episcopus cui interest,in cuius Ciuitate positus, accipiendæ benedictionis desiderio non venerint expetendus (locus corruptus.).

Ex Concil. Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

27. Statuimus vt die dominico quod ante fieri licuit,liceat,de opere tamen rurali, id est agricultura vel vinea,vel sectione,vel missione,excussione vel exacto, sæpè censuimus abstinendum, quo facilius ad Eccl.venientes,orationis gratia vacent, qui inuentus fuerit, in operibus interdictis se exercere, qualiter emendare debeat,non in laici districtione, sed in Sacerdotis castigatione consistat.

Ex Conc. Aruernensi sub Vigilio, anno 541.

14. Si quis ex Presbyteris aut Diaconis, qui neque in Ciuitate, neque in Parochiis Canonicus esse dignoscitur,sed in villulis habitans, in oratorio sancto deseruiens celebret diuina Mysteria, festiuitates præcipuas, Dom. natale, Pascha, Pentecostem & si quæ principales sunt festiuitates reliquæ, nullatenus alibi nisi cum Episcopo suo in Ciuitate teneat, quicunque sunt etiam natu maiores pari modo in vrbibus ad Pontifices suos in prædictis festiuitatibus veniant,qui contempserint,communione pellantur.

Ex Conc. Lugdunensi 1. sub Ioanne III. anno 570.

6. Placuit vniuersis fratribus vt in prima hebdomada noui mensis, hoc est ante diem Dominicam quæ prima in ipso mense illuxerit, litaniæ sicut ante ascensionem Dom. SS. Patres fieri decreuerunt,deinceps ab omnibus Ecclesiis seu Parochiis celebrentur.

Ex Conc. Lugdunensi 2. sub Pelagio II. ann. 587.

5. Nullus Episcoporum natalem Dom.aut Pascha alibi nisi ad Ecclesiam suam, præter infirmitatis incursum, aut ordinem Regium, celebrare præsumat.

Ex Concil. Matiscon.nsi 2. sub Pelagio II. anno 588.

1. Custodite diem dominicam quæ vos denuo peperit, & à peccatis omnibus liberauit, nullus vestrum litium fomitibus vacet, nullus causarum actiones exerceat,nemo sibi talem necessitatem exhibeat quæ iugum ceruicibus iumentorum imponere cogat, &c. Si quis hæc parui penderit, si causidicus fuerit, irreparabiliter causam amittet si Rusticus aut seruus grauioribus fustium ictibus verberabitur, si Clericus aut Monachus mensibus 6. à consortio suspendetur fratrum, octem quoque Ipsam spiritualibus exigamus excubiis,nec dormiamus in ea, sed oremus & vigilemus operibus sacris.

Ex Concilio Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

23. Exterminanda omnino est irreligiosa consuetudo quam vulgus per sanctorum solemnitates agere consueuit,populi qui debent officia Diuina attendere saltationibus & turpibus inuigilant canticis,&c.Hoc vt ab omni Hispania depellatur, Sacerdotum & Iudicum,à Concilio S. curæ committitur.

Ex Concilio Narbonensi sub Pelagio II. anno 859.

4. Vt omnis homo tàm ingenuus quàm seruus die dominico nullam operam faciant, nec boues iungantur, excepto si in mutando (seu metendo) necessitas incubuerit, quod si quisquam præsumpserit facere,si ingenuus est det Comiti Ciuitatis solidos 6. si seruus 100. flagella suscipiat.

Ex Concil.Autissiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

1. Non licet Kal. Ianuar.vecola aut ceruolo facere,aut strenas diabolicas obseruare, sed in ipsa die, sic omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus.

16. Non licet die dominico boues iungere, vel alia opera exercere.

Ex Concil. Toletano X. sub Vitaliano, anno 656.

1. Solemnitas annunciationis dominicæ Matris Dei, die 15. Kal. Ianuar.omnimodo celebretur, & Natiuitas Filij eius Saluatoris nostri die 8. Kal.earūdem sicut mos est solemnis in omnibus habeatur.

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

18. In ipso die Dominico ruralia opera,id est arare,messes metere,exactus facere,vel quidquid ad ruris culturam pertinet, nullus penitus præsumat.

19. In dedicationes basilicarum aut festiuitates martyrum ad ipsa solemnia confluentes, chorus femineus, turpia quidem & obscœna cantica de cantare videntur, dum aut orare debeant, aut Clericos psallentes

psallentes audire, vnde conuenit vt Sacerdotes loci, talia à septis basilicarum, aut participibus ipsarum, ac etiam ab ipsis atriis vetare debeant & arcere, & si voluntarie noluerint emendare, aut excommunicari debeant, aut disciplinæ aculeum sustinere.

Ex Concil. Toletano 17. sub Sergio, anno 694.

Secund. Garsiam.

16. Vt Ciues superiorum, &c. Vide Conc. agathense 106 c. 63.

17. Si quis in Clero constitutus ab Ecclesia sua diebus sulemnibus defuit, id est natiuitate Domini, S. Epiphania, Pascha vel Pentecoste, triennio a communione suspendatur.

Ex Concil. in Palatio vernis sub Stephano III. anno 756.

14. De die Dominico, quia persuasum est populis agi cum caballis sicut bobus, & vehiculis per itinera non debere, neque vllam rem ad victum præparari, vel ad nitorem domus vel hominis pertinentem vllatenus exerceri, quæ res ad Iudaicam magis quam ad Christianam obseruationem pertinere probatur, id statuimus vt die dominico quod ante fieri licui, liceat, de opere tamen ruia'i, aratione aut vineæ sectione, excussione, vel sepefacienda, censuimus abstinendum.

Ex Concil. Bauarico apud Dingoluingam, sub Adriano I. anno 772.

1. Dies dominicus tali honore habeatur sicut in lege scriptum est, & iu decretis Canonum.

Ex Concil. Foroiuliensi sub Adriano I. anno 791.

13. Diem Dominicum inchoante noctis initio, id est Vespera Sabbati, quæ in prima lucessit quando signum insonuerit, vel hora est ad vespertinum celebrandum Officium, non propter honorem Sabbati, hoc est dominici diei, cum reuerentia, & honorifica Religione venerari, omnibus mandamus Christianis, abstinere primum omnium ab omni peccato, & ab omni opere carnali, etiam à propriis côiugibus & ab omni opere terreno, & nihil aliud vacare, nisi ad orationem, concurrere ad Ecclesiam cum meutis deuotione, cessante omni causarum strepitu, cæteræ vero principales festiuitates, & ipsæ sunt veneranter honorandæ, vel custodiendæ, & illa fe'ta quæ Sacerdotes in Ecclesia prædicant, modis omnibus sunt custodienda.

Ex Concil. Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

16. Ne in Dominicis diebus publica mercata, nec causationes disceptationesque exerceantur & penitus à rurali, & seruili opere cessetur, his solummodo peractis quæ ad Dei cultum, & seruitium pertinere noscuntur.

Ex Concil. Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

40. Interdicatur ne mercata & placita vsquam fiant die dominica, qua oportet omnes Christianos à seruili opere in laude Dei & gratiarum actione vsque ad vesperam perseuerare.

Ex Concil. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

50. Diei Dominicæ obseruatio & veneratio plurimum negligitur, vnde oportet vt authentica constitutione illius venerandæ diei obseruatio iuxta imperium Dom. Imperatoris statuatur.

Ex Concil. Moguntinô sub Leone III. anno 813.

36. Festos dies in anno celebrare sancimus, hoc est diem Dominicum Paschæ, cum omni honore & sobrietate venerari, simili modo tota hebdomada illa obseruari decreuimus die Ascensionis Domini pleniter celebrare, item Pentecostes similiter vt in Pascha, in natali Apost. Petri & Pauli diem vnum, Natiuitatem S. Ioan. Baptist. Assumptionem sanctæ Mariæ dedicationem S. Michaëlis Natalem sancti Remigij, S. Martini, S. Andreæ, in Natali Domini dies quatuor, Octauas Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem sanctæ Mariæ, & illas Festiuitates Martyrum vel Confessorum, quorum in vnaquaque Parochia SS. Corpora requiescunt, similiter etiam dedicationem Templi.

37. Omnes dies Dominicos cum omni veneratione decreuimus obseruari, & à seruili opere abstinere, & vt mercatus in eis minimè sit, nec placitum, vbi aliquis ad mortem vel ad pœnam iudicetur.

Ex Conc. Rhemensi 1. sub Leone III. anno 813.

35. Diebus Dominicis secundum Domini præceptum nulla opera seruilia quilibet perficiat, nec ad placita conueniant, nec etiam donationes in publico facere præsumat, neque mercata exerceat.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Paschali I. anno 817.

46. 51. Vide Monachi.

Ex Concil. Romano sub Eugenio II. anno 826.

30. De negotiis & laborationibus die Dominico non faciendis.

35. Sunt quidam & maximè mulieres qui festis ac sacris diebus atque SS. Natalitiis non pro eorum quibus delectantur desideriis aduenire, sed ballando verba turpia decantando, Choreas tenendo, & ducendo, similitudinem paganorum peragendo adnenire procurant, tales enim si cum minoribus venient ad Ecclesiam peccatis cum maioribus reuertuntur, &c.

Ex Concilio Parisiensi sub Gregor. IV. anno 829.

50. Primùm Sacerdotes postea Reges, & Principes cunctique fideles summoperè procurent, vt diei Dominicæ debita obseruatio, religiosaque deuotio nunc vsque magna ex parte neglecta, ab hinc ob insigne Christianitatis, deuotius exhibeatur.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregor. IV. anno 836.

17. Ieiunium diebus Dominicis tenere, & Canonica interdicit authoritas, & Resurrectionis Dominicæ tanta solemnitas, & ideo placita illis diebus neque nuptias pro reuerentia tantæ solemnitatis celebrari visum est.

Ex Conc. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

77. Dies 8. Sacrosanctæ Paschalis Festiuitatis, omnibus Christianis feriatos esse decernimus ab omni opere rurali, fabrili, carpentario, gyneceo, cæmẽtario, pictorio, venatorio, Forensi, mercatorio, audientiali, ac Sacramentis exigendis, quod si quis temerare præsumpserit, excommunicetur.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 855.

17. Per singulas Parochias, eas festiuitates populus obseruare studeat, quas proprius eorum Episcopus venerari prædicauerit, ita vt neque illas negligant quas Sacerdotes colere monuerint, neque inani superstitione eas celebrare præsumant quæ nequaquam sunt obseruandæ.

Ex Conc. Triburiensi sub Formoso, anno 895.

35. Diebus Dominicis & SS. Festis, vigiliis & orationibus insistendum, & ad Missas cuilibet Christiano cum oblationibus est currendum, & tantummodo Deo vacandum.

Ex Concilio Erpfordiensi sub Ioanne XI. anno 932.

1. Vide Vigiliæ.

2. Placita sæcularia, Dominicis vel aliis Festis diebus seu etiam in quibus legitima Ieiunia celebrantur, secund. Canonicam institutionem, minimè fieri volumus, insuper quoque gloriosissimus Rex ad augmentum Christianæ Religionis concessit vt nulla Iudiciaria potestas licentiam habeat Christianos sua authoritate ad placitum bannire 7. diebus ante natale Domini, & à quinquagesima vsque ad octauas Paschæ & 7. diebus ante natiuitatem S. Ioann. Baptistæ, quatenus adeundi Ecclesiam, orationibusque vacandi liberius habeatur facultas.

Ex Concilio Engilenheimensi sub Agapito II. anno 948.

6. Vt Paschalis hebdomada festiuè tota celebretur, & in Pentecoste secunda tertia quarta feria non minus quam dies Dominicas solemniter honoretur.

Ex Concilio Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

6. Omnes Christiani, die Sabbati aduesperascente ad Ecclesiam concurrant, & Dominica matutinas Missas, omnes horas audiant, opus seruile non exerceant, nec sectentur itinera nisi orationis causa, aut sepeliendi mortuos, aut visitandi infirmos, aut pro Regis secreto, pro Sarracenorum impetu.

Ex Concil. Constantiensi sub Vrbano II. anno 1094.

2. Tam in hebdomada Pentecostes quam in hebdomada Paschali, tres tantum dies Festiui celebrentur.

Ex Concil. Oxonensi sub Honorio III. anno 1222.

15. Festa subscripta omni veneratione seruentur videlicet omnes dies Dominici, 5. dies natalitij Circumcisio Epiphania Dom. omnia Festa B. Mariæ, præter Festum conceptionis, cuius celebrationi non imponitur necessitas, Conuersio S. Pauli, Cathedra S. Petri Festa omnium Apost. Festum S. Gregorij, dies parasceues, Feria secũda, tertia & quarta in hebdom. Paschali, dies Ascensionis Domini, Feria secunda, tertia & quarta in hebdom. Pentecost. Festum S. Augustini in maio, duo Festa S. Crucis, translatio S. Thomæ & Martyr. vtrumque Festum S. Ioan. Bapt. Festum S. Margaretæ, S. Mar Magdalenæ, S. Petri ad vincula, S. Laurentij, S. Michaël omnium SS. S. Martiny, S. Edmundi Confessoris, Edmundi Regis & Mart. S. Catharinæ, S. Clementis, S. Nicolai, Festum Dedicationis cuiuslibet Ecclesiæ in sua Parochia quodlibet Festum illius Sancti in cuius honore fundata est Ecclesia.

16. Volumus etiam vt alia festa à Rectoribus Ecclesiarum & Capellanis in obsequio diuino & laude deuotissimè celebrentur, minoribus operibus seruilibus secund. consuetudinẽ loci, illis diebus interdictis, Festũ SS. Fabiani & Sebastiani, S. Vincentij, S. Agnetis, S. Blasij, S. Agathæ, S. Felicis, S. Georgij, S. Ioann. ante Portam Latinam, S. Dunstani, S. Albini, S. Emeldridæ, Inuentionis S. Crucis, S. Stephani, S. Hieronymi, S. Fidis Dedicatio, S. Michaël. S. Dionisij, Festum animarum, S. Ceciliæ, S. Luciæ & Leonardi.

17. Hæc sunt festa in quibus post Missam opera rusticana concedimus sed ante non, octa a Epiphaniæ, SS. Ioan. & Pauli, translatio S. Benedicti, translatio S. Martini.

Ex Concil. Saltzburgensi sub Gregorio X. anno 1274.

20. Patres nostros venerabiles & Patronos venerabiliter honorandos, B. S. Rupertum, Virgilium, & Augustinum, honoribus debitis nostræ humilitatis obsequiis venerantes dies Festorum suorum celebremus, & sub pœna excommunicationis præcipimus in eisdem diebus ab omni seruili opere abstinere.

Ex Concilio Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

10. Festa SS. Patronorum Ecclesiarum Cathedralium Prouinc. Rauen. semper Sacerdotes Parochiales die in qua occurrunt denuncient, celebrantes officia, & celebrare studeant, & Clero & populo Ciuitatis & Diœcesis eiusdem præcipiant celebrari in tota Prouinc. Rauen. & de festo B. Apollinaris, & de omnibus SS. Præsulibus Rauen. per columbam electis fiant Festa per totam Prouinc. suis diebus & vt in hoc errare non possint, ipsa Festa in suis Calendariis inscribi faciant, &c. Singuli Sacerdotes Parochiales, maximè omnibus diebus Dominicis quando debuerint Missas celebrare, populis lecto Euangelio & Offertorio, Festa celebranda & ferianda iuxta consuetudinem, & ipsarum Vigilias ieiunandas, si qua scil. habuerint, & certa ieiunia si occurrerint debent nunciare ipsas debere Festari, ieiunari præcipere.

Ex Concil. Sabinensi in Hispania sub Ioann XXII. anno 1322.

4. Nullus in diebus Dominicis & festiuis agros colere audeat, aut artificia manu alia exercere præsumat, nisi vrgente necessitate, vel euidente, vel euidenti pietatatis causa, & tunc de speciali licentia Sacerdotis.

Ex Concil. Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

7. Diebus Dominicis & festiuis non liceat cuiquam rusticalia seu artificialia opera exercere, aut agros colere. Vide Conc. Sabin. 1322. c. 4. Infideles vero præfatis diebus officiis suis publicè non vtantur, contrarium facientes per Iudices, officiales vel alios ad quos spectat legitimè, puniantur, qui si dolo vel pretio contrarium permiserint excommunicationem incurrant.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Fide.

13. Vide Confessiones fidei Catholicæ.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 9.

10. Feriis præsertim die Dominico prohibeantur nundinæ, claudantur cauponæ, vitentur comessationes, ebrietates, sumptus, lites, lusus improbi, choreæ plenæ insaniis, colloquia praua, cantilenæ turpes.

11. Per Diœceses nostras vno certo die anni quo Festum dedicationis in Metropolitana colitur, in reliquis quoque Ecclesiis omnibus extra Ciuitatem Colon. Aggtipp. constitutis obseruetur, nam intra Coloniam summo Templo suus honor constare debet, quod & in aliis oppidis insignioribus vbi vna cæteris Ecclesiis præeminet obtinere placuerit videl. vt ibi minores Ecclesię pridie eius diei qui dedicationi Ecclesiæ summæ eius loci consecratus est, aut die Dominico proximo præcedente suas singulæ dedicationes celebrent, obseruetur.

Ex Concilio Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

20. De cætero Dominica dies Natiuit. Christ. S. Stephani, Ioann. & Innocent. Circumcisio Epiphaniorum, Paschæ cum Feria secunda & tertia duntaxat, Ascensionis, Georgij, Pentecostes cum Feria secunda & tertia duntaxat, Corporis Chr. & præsertim quatuor B. Virg. Purific. Annunciationis Assumptionis & Natiuitatis, Natalitia Apost. Ioan. Bapt. Magdalenæ, Laurentij Dedicationis S. Michaëlis, omnium SS. Martini, Nicolai & Catharinæ, & per Diœcesim Saltzburg. Festiuitates S. Ruperti sicut hactenus obseruatæ fuere, celebres quoque & Festi habeantur, in cæteris autem festiuitatibus quacunque ratione vel institutis vel receptis, & quæ sub præcepto celebrari debeant permittimus, liberumque cuique facimus vt Missa audita ad operas suas quibus suam suorumque alimoniam quærere cogitur redire possit; Festis tamen dedicationem & Patronorum principalium nihil derogantes, quaod eorum celebrationem in Cathedrali Sede, Ciuitateque ac loco etiam Episcopalis residentiæ duntaxat.

Ex Concilio Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

24. De diebus Festis feriandis seruetur constitutio & ordinatio decessoris nostri Christophori Episc. Aug.

28. Tabernæ & œnopolia diebus Festis ante factum in Eccl. per actum, infirmis & peregrinis exceptis, non pateant.

Ex Conc. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

61. Sanctorum celebritates in diem Dominicam incidentes, inferiam aliquam præcedentem vel subsequentem transferantur, exceptis B. Mariæ, Apost. & aliis summis Festiuitatibus diebus Dominicis & Festiuitatibus celebrioribus mercimonia, tripudia, saltationes & prophana spectacula non permittantur; simul etiam ludicra quædam à pietate aliena in Ecclesias non admittantur.

98. Ne in posterum diebus Dominicis, aut præcipuis Ecclesiæ Festiuitatibus mercatus (nisi forte earum rerum quæ ad vsum quotidiani victus necessariæ sunt) exerceantur, aut ne subditi nostri vlli operi seruili, quod sine euidenti detrimento dilationem sustinere potest, manum admoueant.

Ex Concil. Treuirensi sub Paulo III. anno 1549.

11. Hæc Festa omnino celebria esse volumus Festum Natiuitatis Chr. Stephan. Ioan. & omnium Apost. Circumcisionis, Epiphaniæ, & Purificationis, Annunciat. Assumption. V. Mariæ Paschæ cum duobus sequentibus, Ascension. Pentecost. cum duobus sequentibus, Corporis Christi, Ioan. Bapt. Magdalenæ, Laurentij, Crucis, Michaëlis, omnium SS. Martini, Catharinæ, Andreæ, Nicolai, Thomæ; in Ciuitate Treuiren. hæc Festa Patronorum, Maximini, Simeonis, Visitationis, Helenæ, Paulini, Translationis Materni & Eucharij, in singulis Ciuitatibus oppidis & Parochiis, Dedicationum Festa & Patrocinia celebrari mandamus, cæterum dies Innocendum, Cinerum, Parasceues, Cœnæ Dominicæ, Sabbati magni, Marci, 3. Rogationum, commemorationis animarum, & omnes reliquos dies stationum vsque in meridiem feriari volumus ita vt facto sacro cuique ad labores aut negotia sua redire liceat.

Ex Concil. Tridentino Gener. 18. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 25. De Regularibus.

12. Vide Monachi, & abstinentia de delectu Ciborum.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 1.

12. Prouideant Episcopi vt dies Festi piè sanctéque obseruentur ab omnibus; prohibeant ne illiberales artes exerceantur, aut vllum opus fiat, ne quid emanur aut vendatur præter id quod ad victum illiu diei, vel ad ægrotorum curationem necessariom si ne officinæ aut omnino aut aliqua ex parte apert habeantur, ne fiant nundinæ, sed quæ Festo die fi consueuerint in antecedentem vel subsequente diem qui Festus non sit transferantur, &c. Ne iis d bus personati homines incedant, ne ludi equestr ie certamina, aut alia ludicra, & inania spectacula e habeantur, choreæ, saltationes, omnino ne agantur ad-

Ex Concil. Mediolan. 3. sub Gregorio XIII. anno 1573.

1. Ne quid seruilis operis sacris diebus qui S. Matris Ecclesiæ instituto aut vniuscuiusque loci consuetudine, votove publico coluntur, fiat, ne nundinæ, emporia, mercatusve agantur, ne contractus vlli fiant, ne collectæ talliæue in oppidis, pagis, vicis exigantur, ne libri, Imagines, signa, & alia venalia proponantur, ne quæ ad aleæ lusum pertinent, neque laruæ, nec vestes ad personatorum hominum vsum vendantur locenturve, &c. Tonsoribus, pistoribus, sutoribus, calceariis, & reliq. iis opificibus Episcopus certas regulas præscribat, ne deinceps dierum festorum cultum violent his Festis saltem horis quibus diuina celebrantur officia interdicimus, ne saltationes, tripudia, choreæ ducantur aut fiant, ne comœdiæ, ludi scenic vel theatrales, hastiludia, & alia spectacula agantur.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 1.

6. Rei ne festis diebus diuino cultui dicatis torqueantur, si modo criminis atrocitas aliud non postulet, ac ne testes quidem iis diebus testimonium dicant.

8. Vide Presbyteri.

Ex Concil. Mediolan. 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 1.

3. Ne quis diebus dominicis, festisque ex Vrbe, oppido, aliove loco cum iter facturus est ante discedat quam Missæ sacrificio inter fuerit, nisi ad eum locum proficiscatur vbi in tempore interesse possit. Kal. Maij eum prauum vsum quo incisæ arbores frondescentes per vrbes, oppida, vicos & pagos in plateis ac triuiis ludibundo spectaculo eriguntur, Episcopus pœnis tollere studeat.

Ex Concil. Mediolan. 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

4. Vide Ieiunium.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

15. Ne diebus dominicis Vide Conc. Mediolan. 3. ann. 1573. c. 1. neue res ipsæ necessariæ ante fores Eccl. minus autem in cæmeteriis vendi liceat, ne ipsarum occasione officinæ aperte, vllo modo sint, præter illarum ostiolum paruum quod apertum sit, licet, ac ne illæ ipsæ res necessariæ, vllo pacto ab hora tertia vsque ad per actum Vesperarum officium vendi possint, præter ea quæ ad ægrotorum pertinent curationem, ne mercatus, Emporia, &c. Vide Conc. Mediolan. 1565. c. 12. Vide Ritus Ecclesiæ.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

43. Vide sup. Conc. Aquens. 1585. c. 15. Nemo diebus Festis quocunque ludo ludat, dum celebrantur diuina Officia, quo etiam tempore nemo cauponas, &c. Vide Conc. Colon. 1536. c. 10. Si ingruente aliqua necessitate seruile quid fieri diebus Festis oporteat, consulatur Episcopus vel eius Vicarius.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

9. In diebus Festis quisque integram Missam sub peccati mortalis pœna, nisi iusta præpeditus ea sit, audire debet, ne dominicis aut aliis Festiuis diebus, &c. Vide Conc. Mediol. 1. 1565. p. 1. cap. 12. nulli fiat incantus siue subhastationes, &c. Abstineant omnes à quarumcunque rerum vehiculis, & agrorum cultura, à comessationibus ebrietatibus & impudicitiis, sed cum omni cultu, reuerentia & cordis munditia SS. solemnitates celebrentur, & nominatim à Cleucis, qui à choræis, tripudiis & ludis publicis, aut aliàs dictis diebus prohibitis maxime abstinere debent, si aliqua vigeat, necess. &c. Vide Conc. Auenion. 1594. c. 43. quo tempore diuina officia peraguntur, aut dum Conciones habentur, otiosam & vagam turbam è tabernis, foro, & plateis abigant Parochi rebusque sacris interesse compellant, non fiant theatrales, &c. Vide Conc. Mediol. 3. 1573. c. 1. In tota nostra Prouinc. Festos dies celebrari, & inuiolabiliter obseruari præcipimus iuxta Kalendar. Reformationis Clement VIII. In quolibet autem die Epiphan. annis singulis indictio Romana, Epacta, numerus aureus, littera Dominicalis, & Festa mobilia eiusdem anni per Parochum inter Missarum solemnia è suggestu denuncientur, & vltra Festos dies cuique Diœcesi proprio, pro locorum consuetudine & populi deuotione decernant & instituant Episcopi quantum ad Dei laudem conferre iudicauerint, &c. Festum Annunciationis B. Mariæ Virginis nunquam transferatur etiamsi in Sabbatho S. vel alio die maioris hebdomadæ euenerit, licet officium transferatur.

FIDEICOMMISSVM.

Verbo Ecclesiastica bona, Conc. Agathen. 506. c. 6. Rhemen. 630. c. 16.

FORVM ECCLESIASTICVM.

Ex Concilio Romano 2. sub Siluestro I. anno 324.

3. Non Presbyter aduers. Episcopum, non Diaconus aduers. Presbyterum, non Subdiacon. aduers. Diaconum, non acolythus aduers. Exorcistam, non Exorcista aduers. acolythum non lector aduers. Exorcistam, non Ostiarius aduers. lectorem, non laicus det accusationem aliquam, & non damnabitur Præsul nisi in 72. neque Præsul summus à quoquam iudicabitur. Presbyter nisi in 44. testimoniis non damnabitur, Diaconus autem cardine constructus vrbis nisi in 36. non condemnabitur, Subdiaconus, acolythus, Exorcista lector, nisi in 7. testimonis filios & vxores habentes. & omnino Christum prædicantes sic datur mystica veritas.

Ex Concil. Niceno Generali 1. sub Siluestro I. anno 325.

Secundum Iulium.

5. Accusatores & accusationes quas leges sæculi non ad... cunt, & nos vnanimiter submouemus.

7. Si quis erga Episcopum vel actores Ecclesiæ, se proprium habere crediderit negotium nō prius adeat Iudices quàm ad eos recurrat charitatis studio vt familiari colloquio commoniti ea sanare debeant quæ in querimoniam deducuntur, quod si aliter egerit communione priuetur.

8. Nemo Pontificum Deinceps aliquem Episcopum suis expoliatum rebus aut à Sede pulsum excommunicare aut iudicare præsumat, quia non est priuilegium quo possit spoliari iam nudatus.

9. Nec accusatores vel testes suscipi qui non sunt idonei.

11. Nec eis omnino est credendum qui veritatis fidem ignorant, nec rectæ conuersationis vitam ducunt, nec accusatoribus suspectis, & de inimicorum domo prodeuntibus est credendum.

15. Peregrina iudicia in generali sanctione prohibemus, quia indignum est vt ab exteris iudicentur, qui Comprouinciales, & à se electos debent habere iudices.

16. Nemini de se confesso credi potest super crimen alienum.

17. Incerta nemo vnquam Pontificum iudicare præsumat, quia quamuis vera sint, non tamen credenda, nisi quæ manifestis iudiciis comprobantur.

18. Criminationes maiorum per alios ne fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni, & irreprehensibiles apparuerint.

20. Placuit vt à quibuscunque Iudicibus Ecclesiast. ad alios Iudices Ecclesiasticos (vbi est authoritas maior) fuerit prouocatum, audientia non negetur.

22. Caueant Iudices Ecclesiæ, ne, absente eo cuius causa ventilatur, sententiam proferant quia irrita erit.

24. Ne summorum quispiam, minorum accusationibus impetatur, aut dispereat.

Ex Eod. Conc. Editionis Arabica.

45. Si ad Episcopum aut Sacerdotem aut Diaconum allatum fuerit aliquid crimen manifestum, non opus est testimoniis adiudicandum, quod si eum qui peccauerit non iudicauerint secund. meritam pœnam, dimiserintque eum in peccato, & hoc Patriarchæ manifestatum fuerit, oportet vt ipse Patriarcha iudicet eum qui crimen commisit vt meritus est, illumque deponat qui habebat certum de crimine, & dimisit criminosum, illum, item deponat qui fuit illius criminis socius.

46. Neque Patriarcha querelam vtrius Archiepiscopi de alio Archiepiscopo qui sub potestate eius sit accipiat, neque reprehensionem, neque Iudicium super peccato eius, nisi altero Archiepiscopo ex fratribus interueniente.

Ex Concilio Anthiocheno sub Iulio 1. ann. 340. & Epist. Adriani I. ann. 773.

14. Si in damnatione Episcopi, Prouinciales Episcopi dissenserint à Metropolitano, vicinis Episcopis aduocatis, causa terminetur.

15. Si omnes Prouinciales Episcopi in damnatione vnius consenserint, hunc apud alios iudicari non oportebit.

Ex Concil. Carthaginensi sub Iulio I. anno 348.

11. Si quis tumidus vel contumeliosus extiterit in maiorem natu, vel aliquam causam habuerit, à tribus vicinis Episcopis si Diacon. est, arguatur, Presbyter à 6. si Episcopus à 12. Consacerdotibus audiatur.

12. Inita pacta inter Episcopos, suam obtineant firmitatem, aut conuentus si se non cohibuerit Ecclesiasticam sentiat disciplinam.

Ex Concil. Hipponensi sub Siricio, anno 393.

9. Presbyter si accusatus fuerit cum 5. Collegis ex vicinis Episcopis causa sua discutiatur, Diaconus cum duobus.

11. Vt Iudices Ecclesiast. ad alios Iudices, causam non prouocent.

Ex Concil. Carthagin. 2. sub Siricio ann. 397. seu sub Celestino anno 425.

6. Quod criminosi nequeant accusare Episcopos neque maiores natu.

10. Si quis Episcopus in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, à 12. Episcopis audiatur, & à 6. Presbyteris & à tribus Diaconibus cum proprio suo Episcopo.

Ex Concil. Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

7. Quisquis Episcoporum accusatus, ad Primatem Prouinciæ ipsius causam deferat accusator, nec à cõmunione suspendatur cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam Primatis litteris euocatus minimè occurrerit, hoc est intra spatium mensis ex ea die qua eum litteras accepisse constiterit, quod si aliquas veras necessitatis causa probauerit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causæ suæ dicendæ intra alterum mẽsem, integram facultatem habeat, verũ post mensem secundũ tamdiu nõ communicet donec purgetur, sin autem nec ad Concil Vniuers. anniuersarium occurrere voluerit, vt vel ibi causa eius terminetur ipse in se damnationis suæ sententiam dixisse iudicetur, tempore sanè quo non communicat, nec in sua plebe communicet.

8. Si Presbyteri vel Diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex vicinis locis legitimo numero Collegarum, id est in Presbyteri nomine 5. in Diaconi duobus Episcopi ipsorum causas discutiant, reliquorum autem causas etiam solus Episcopus loci agnoscat & finiat.

Ex Eod. Conc. secund. Cod. Can. Eccl. Affricana.

30. Placuit vt accusatus vel accusator in eo loco vnde est ille qui accusatur, si metuit aliquam vim temerariæ multitudinis, locum sibi aliquem eligat proximum quo non sit difficile testes producere, vbi causa finiatur.

Ex Concilio Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

30. Caueant Iudices Eccl. &c. Vide Conc. Nicæn. 325. c. 22.

87 Catholicus qui causam suam siue iustam, siue iniustam, ad iudicium alterius fidei Iudicis prouocat, excommunicetur.

96. Quærendum in Iudicio cuius sit conuersationis & fidei, is qui accusat, & is qui accusatur.

Ex Concil. Carthaginensi 5. sub Anastasio, anno 398.

12. Quoties Clericis conuictis & confessis in aliquo crimine, vel propter eorum quorum verecundiæ parcitur,

patecitur, vel propter Ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum atque gentilium, si forte causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis faciant, si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus andiatur.

Ex Fragmentis Concil. Toletanorum.

Secundum Bucardum.

Ea quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequenti & sententia condemnantur.

Ex Concil. Milenitano sub Innocentio I. anno 416.

22. Placuit vt Presbyteri, Diaconi, vel cæteri inferiores Clerici in causis quas habuerint si de Iudiciis Episcoporum suorum questi fuerint, vicini Episcopi eos audiant, & inter eos quidquid est finiant adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum, quod si & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent nisi ad Africana Concilia, vel ad Primates Prouinciarum suarum, ad transmarina autem qui putauerit appellandum à nullo intra Africam in communionem suscipiatur.

24. Vide Appellatio.

Ex Concilio Carthaginensi 7. sub Bonifacio, anno 419.

2. Placuit vt omnes serui vel proprij liberti, ad accusationem non admittantur vel omnes quos ad accusanda publica crimina, leges publicæ non admittunt, omnes etiam infamiæ maculis adspersi, id est histriones, ac turpitudinibus subiectæ personæ hæretici etiam siue Pagani, siue Iudæi, sed tamen omnibus quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non est deneganda.

3. Placuit quotiescunque Clericis ab accusatoribus multa crimina obiiciuntur, & vnum ex his de quo prius egerit, probare non valuerit, ad cætera iam non admittantur.

4 Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de domo sua produxit, ad testimonium autem infra annos 14. ætatis suæ non admittantur.

Ex Concil. Vasionensi 2. sub Leone I. anno 442.

7. Placuit accusandi licentiam in vestris ordinibus si qua existat lenitate comprimere, quod si Episcopus aliquem iudicat abstinendum pro humiliatione & correctione fratris, & assurgitur exorari à cæteris, acquiescat fratri de quo agitur correctione, & comminatione adhibita; sin autem de crimine aliquem putet esse damnandum, accusatoris vice discutiendum se sciat.

8. Quod si tantum Episcopus alienis sceleris se conscium nouit, quamdiu probare non potest nihil proferat, sed cum ipso ad compunctionem eius secretis correptionibus elaboret quod si correptus pertinacior fuerit, & se communioni publicè iniecerit, etiam si Episcopus in redarguendo illo quem reum iudicat probatione deficiat, indemnatus licet ab his qui nihil sciunt secedere ad tempus pro persona maioris authoritatis, illo quamdiu probari nihil potest in communione omnium præterquam eius qui eum Reum iudicat, permanente.

Ex Concilio Chalcedon. Gener. 4. sub Leone I. anno 451.

9. Si Clericus aduers. Clericum habeat negotium, non relinquat suum Episcopum & ad sæcularia Iudicia non concurrat, sed prius negotium agitetur apud proprium Episcopum, vel certè (si fuerit Iudicium ipsius Episcopi) apud arbitros ex vtraque parte electos audiatur negotium, si quis vero contra hæc fecerit, Canonum subiaceat correptionibus & si Clericus aduers. suum vel alium Episcopum habeat causam, apud audientiam Synodi Prouinciæ eius conquiratur, si vero contra ipsius Prouinciæ Metropolit. Episcopum, Episcopus siue Clericus habeat controuersiam, pergat ad ipsius Diœcesis Primatem, aut certè ad Constantinop. Regiæ Ciuitatis Sedem, vt eorum ibi proprium negotium exquiratur.

21. Clericos siue laicos qui accusauerint Episcopum aut Clericos temerè atque indifferenter non debere suscipi in accusationem, nisi prius eorum opinio fuerit perscrutata.

Ex Concil. Andegauensi sub Leone I. anno 453.

1. Contra Episcopale Iudicium Clericis non liceat resilire, neque inconsultis Sacerdotibus sæcularium Iudicia expetere.

Ex Concil. Venetico sub Leone I. anno 553.

9. Clerico nisi ex permissu Episcopi sui, seruorum suorum sæcularia iudicia ad ire non liceat, sed si fortasse Episcopi sui Iudicium cœperit habere suspectum aut ipse de proprietate aliqua aduers. ipsum Episcopum fuerit nata contentio, aliorum Episcoporum audientiam non sæcularium potestatum debebit ambire, aliter à communione habeatur alienus.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

32. Clericus nec quemquam præsumat apud sæcularem Iudicem, Episcoporum permittente pulsare, sed si pulsatus fuerit non respondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in Iudicio sæculari præponere.

Ex Eod. Conc. secund. Gratianum.

Si quis Presbyter vitæ suæ negligens prauis exemplis, mala de se suspicari permiserit, & populus ab Episcopo iuramento seu banno Christianitatis constrictus infamiam eius patefecerit, & certi accusatores criminis eius defuerint, admoneatur primo secretum ab Episcopo, deinde sub duobus vel tribus testibus, si non emendauerit in conuentu Presbyterorum Episcopus eum publica increpatione admoneat, si vero neque sic correxerit, ab officio suspendatur vsque ad dignam satisfactionem, si vero accusatores legitimi non fuerint qui eius crimina manifestis indiciis probare contenderint, & ipse negauerit, tunc ipse cum sociis 7. eiusdem (si valet) à crimine seipsum expurget, Diaconus vero si eodem crimine accusatus fuerit, semetipsum cum tribus expurget.

Ex Concilio Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

11. Clerici sine ordinatione Episcopi sui ad ire vel interpellare publicum Iudicium non præsumant, sed & si pulsati fuerint sequi ad sæculare Iudicium non præsumant.

24. Laici contra cuiuslibet gradus Clericum si quid criminale parant obiicere dummodo vera suggerant proponendi permittimus potestatem.

Ex Conc. Verdensi sub Ioanne I. anno 524.

Secundum Burcardum.

10. Vt omnis controuersia quæ de Ecclesiasticis rebus sit, secundum diuinam legem sub duobus vel tribus testibus terminetur.

Ex Conc. Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

12. Si inter Episcopos de rebus terrenis aut possessionibus, sub repetitionis, aut retentationis titulo noscatur contentio intra anni spatium pro studio charitatis per epistolas fratrum affectuosè commoniti aut inter se, aut in præsentia electorum Iudicum negotium sanare festinent, quod si distulerint, donec ipsa causatio abrogetur a charitate fratrum, qui distulerit, habeatur extraneus.

20. Vt nullus sæcularium personarum, prætermisso Pontifice seu Præposito Ecclesiæ, quemquam Clericorum pro sua potestate constringere, discutere audeat, vel damnare, sed & Clericus si pro causæ appetitione cuiuscunque fuerit ab Ecclesiastico Ordinatore commonitus, se ad audientiam spondeat affuturum, & respondere nulla calliditate dissimulet, sed quæcunque causatio, quoties inter Clericum & sæcularem vertitur absque Presbytero aut Archidiacono, vel si quis esse Præpositus Ecclesiæ dignoscitur, Iudex publicus audire negotium non præsumat, sanè si causam habentibus placuerit ire ad iudicium, fortè ex voluntate communi permittente Præposito Ecclesiæ, Clerico licentia tribuatur.

Ex Concilio Aurelianensi 5. sub Vigilio, anno 552.

17. Quæcunque persona contra Episcopum vel actores Ecclesiæ se proprium crediderit habere negotium, prius ad eum recurrat charitatis studio, vt familiari aditione commonitus, sanare ea debeat quæ in querimoniam deducuntur, quam rem si deferre voluerit, tunc demum ad Metropolitani audientiam veniatur, &c.

Ex Concilio Lugdunensi 1. sub Ioanne III. ann. 570.

1. Si quid inter fratres, id est Coëpiscopos nostros contentionis ortum fuerit, si de vna Prouinc. sunt, Metropolitani cum Comprouincialibus iudicio sint contenti, si vero diuersæ Prouinciæ duo fuerint Sacerdotes, inter quos aliqua disceptatio oriatur conuenientibus in vnum Metropolitanis ipsorum, omnis eorum actio, illorum Iudicio terminetur.

Ex Concil. Braccarensi 2. sub Ioanne III. anno 572.

8. Placuit vt si quis aliquem Clericorum in accusatione fornicationis impetit, duo vel tria testimonia requirantur ab illo, quod si non potuerit, datis restimoniis, approbare quod dixit, excommunicationem accusati, accusator accipiat.

Ex Concil Matisconensi 1. sub Pelagio II. ann. 582.

7. Vt nullus Clericus de qualibet causa extra discussionem Episcopi sui a sæculari Iudice iniuriam patiatur, aut custodiæ deputetur.

8. Nullus Clericus ad Iudicem sæcularem, quemcunque alium fratrem de Clericis accusare, aut ad causam dicendam trahere quocunque loco præsumat, sed omne Negotium Clericorum, aut in Episcopi sui, aut in Presbyteri, aut Archidiaconi præsentia finiatur, quod si quicunque Clericus hoc implere distulerit, si iunior fuerit vno minus de 40. ictus accipiat, si certè honoratior 30. dierum inclusione mulctetur.

Ex Concil. Matisconensi 2. sub Pelagio II. anno 588.

9. Censemus vt Episcopum nullus sæcularium fascibus præditus iure suo contumaciter de Ecclesia cui præest trahere audeat, sed si aliquid contentionis aduersus Episcopum potentior persona habuerit, pergat ad Metropolitan. Episcopum vt ei causas alleget, & ipsius sit potestatis honorabiliter Episcopum de quo agitur euocare, vt in eius præsentia accusatori respondeat, &c.

10. Quod de Episcopis censuimus, obtineat & in Clero, vt neque Presbyter, neque Diacon. neque Subdiacon. de Ecclesiis trahantur, aut iniuriam aliquam inscio Episcopo eorum patiantur sed quidquid quis aduersus eos habuerit, in notitiam Episcopi proprij perducat, & ipse causam discutiens, animo Clericos accusantis satisfaciat.

Ex Concil. Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

13. Diuturna in disciplinatio vsque eo in illicitis ausibus aditum patefecit, vt Clerici Conclericos, suo neglecto Pontifice ad Iudicia publica pertrahant, statuimus hoc de cætero non præsumi, si quis præsumpserit, & causam perdat, & à communione efficiatur extraneus.

Ex Concil. Antisiodorensi sub Gregor. I. anno 590.

33. Non licet Presbytero aut Diacono, vel cuiquam Clerico, de qualibet causa Concleticum suum ad Iudicem sæcularem trahere.

Ex Conc. Hispalensi 2. sub Bonifacio V. anno 619.

6. Nullus nostrum sine Concilij examine deiicere quemlibet Presbyterum vel Diaconum audeat, Episcopus enim Sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest.

Ex Concil. Toletano 11. sub Adeodato, anno 675.

6. His à quibus Domini sacramenta tractanda sunt Iudicium sanguinis agitare non licet, qui hoc præsumpserit & concessi ordinis honore priuatus & loco sub perpetuo damnationis teneatur religatus ergastulo.

7. Quotiescun

7. Quotiescumque quilibet ex subditis corrigendus est, aut publica debet à Sacerdote disciplina curari, aut si aliter Rectoribus placet, duorum vel trium fratrum spiritualium, testimonio peculiariter adhibito, & modus criminis agnoscatur, & modus pœnitentiæ irrogetur, ita tamen, vt si exilio, vel retrusione dignum eum esse decreuerit, modus pœnitentiæ speciali debeat eius qui sententiam protulit, manus propriæ subscriptione notari.

Ex Concil. Braccarensi 3. sub Adeodato, anno 675.

6. Si quis Episcopus honorabiles subditos, Presbyteros, Abbates & Leuitas, licentia perceptæ potestatis, malitia tantum crediderit verberandos, iuxta modum verberum quæ intulerit, excommunicationis pariter, & exilij sententiam sustinebit.

Ex Concilio Romano sub Zacharia, anno 743.

12. De Presbyteris, Diaconis seu Clericis, qui inter se causam habuerint, nullo modo præsumant publicis actoribus interpellationem facere nisi suo Episcopo.

Ex Concil. in Palatio Vernis sub Stephano III. anno 756.

18. Vt nullus Clericus ad iudicia Laicorum publica conueniat, sine iussione Episcopi sui vel Abbatis, qui fecerit, locum suum amittat, hoc in criminali iudicio in ciuili verò perdat quod euicit, si locum suum obtinere voluerit.

25. Vt nullus Episcopus, nec Abbas, nec Laicus propter iustitiam faciendam, sportulas contradictas, seu vetitas accipiat, quia vbi doua intercurrunt, iustitia euacuatur.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

50. Omnibus Episcopis, Abbatibus, cunctoque Clero omnino præcipimus, Vicedominos, Præpositos, Aduocatos, siue Defensores bonos habere, Deum timentes, & in omnibus iustitiam diligentes, de Iudicibus autem vel Centenariis atque Tribunis, seu Vicariis dignum esse censemus, vt si mali reperti fuerint, de Ministerio suo abiiciantur.

Ex Concil Rhemensi 1. sub Leone III. anno 813.

19. Vt Episcopi & Iudices iudicia discernant, quia sunt quædam iudicanda modo, quædam Dei iudicio reseruanda.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

34. Vt Canonum statuta sine præiudicio ab omnibus custodiantur, & nemo in actionibus vel iudiciis Ecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate ducatur.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 855.

3. Si quilibet Laicorum vel Clericorum contra Episcopum vel alicuius Ord. Clericum aliquid querit, nouerint nos paratos, & legitimam præbere audientiam, & si quid perperam gessisse probati fuerint, debita animaduersione puniri.

Ex Concilio VVormatiensi sub Adriano II. anno 868.

10. Si Episcopo aut Presbytero causa criminalis, hoc est homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit, in singulis Missam celebrare, & secretam publicè dicere & communicare debet, & de singulis sibi imputatis, innocentem reddere, quod si non fecerit quinquennio à liminibus Ecclesiæ extraneus habeatur.

11. Sacerdotes si in fornicationis laqueum ceciderint, & criminis manifestus seu ostensus fuerit actus, Sacerdotij non possunt habere honorem.

12. Sacerdotes qui in crimine fornicationis fuerint accusati, & crimen illis non fuerit comprobatum, aut ipsi non manifestauerint, &c. Si ipsi iuramento se volverint purificare, licentiam habeant, similiter & Diaconi si fuerint accusati, peragant.

Ex Concil. Constantinopolit. vniuersali 8. sub Adriano II. anno 869.

9. Ne quis Monachus, Laicusve, aut quicunque Clericus, ante accuratam causæ disquisitionem, & Synodicam sententiam sese à communione sui Patriarchæ seiungat, etiamsi crimina eius se nosse prætexat, eodemque modo Episcopi & Presbyteri aliis in Vrbibus & locis, erga suos Metropolitas sint affecti, quemadmodum Metropolitæ erga suum Patriarcham, quod si quis Synodo contraria fecisse repertus fuerit, Episcopus, itemque Clericus omni dignitate & functione Sacerdotij priuetur, Monachus aut Laicus ab Ecclesiast. Communione & Collegio arceatur, quoad conuersus per pœnitentiam recipiatur.

Ex Concil. Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

11. Presbyter non aduersus Episcopum, non Diaconus aduers. Presbyterum. Vide Conc. Rom. 324. c. 3. Presbyter autem in Cardine constitutus, nonnisi in 42. testibus, Diaconus Cardinarius constitutus Vrbis Romæ nonnisi in 26. condemnabitur, &c. Ibidem; testes autem sine aliqua sint infamia, vxores & filios habentes.

13. Multi sunt qui secund. humanas leges, diuina spernentes iudicia, testes ac coniuratores sibimet producere volunt, quos minimè admittentes, &c. Decernimus vt iuxta diuinæ legis sanctionem, & secundum ipsius Sedem Ciuitatis in qua ratio ventilatur, vnaquæque gens, & cuncta adiacens Parochia subiaceat, ita vt authoritate Episcopi aut Iudicis examine, aut Sacramenti potestatione se expurget, & non minus quàm quatuordecim annos ætatis habeat, qui ad testimonium admittendus est secund. censuram Canonicæ institutionis.

Ex Concilio Triburiensi sub Formoso, anno 895.

10. Si quis vllum Clericorum quocunque ordine consecratum, cæsis vulneribus, vel quibuscunque iniuriis angustauerit, iubeat eum Dominus Episcopus per bannum ante se venire, & aduocet cognitorem & adiutorem Comitem, & constringat proteruum Episcopus authoritate Canonica, vt eid. Clerico cui contra diuinas & humanas leges, contumelias iniecit, iustam & debitam persoluat compositionem, & Comite agente persoluat bannum Regibus debitum.

Ex Concil. Romano sub Ioanne IX. anno 904.

15. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concilio Erpsordiensi sub Ioanne XI. anno 932.

4. Si quis Presbyter aut Diaconus negligens vitæ suæ, mala de se suspieari permiserit, & eius infamia coram Episcopo canonicè denotetur, admoneatur ab Episcopo semel, bis, ac tertiò, vt vel prodendo reatú, culpabilem se esse cognoscat, & sic iustæ correptionis sententiam excipiat, aut adhibitis secum Collegis iuramento se expurgando innocentem se esse demonstret.

Ex Concil. Salegunstadiensi sub Benedicto VIII. anno 1022.

7. Vide Adulterium.

Ex Concilio Romano sub Nicolao II. anno 1059.

10. Vide Laici.

Ex Concil. Romano 5. sub Gregorio VII. anno 1078.

12. Vide Simoniaci.

Ex Concil. Londinensi sub Alexandro III. anno 1175.

13. In causis pecuniariis quæ inter Clericos agitabuntur, victus victori condemnetur in expensis, qui autem soluendo non fuerit, eum in arbitrio Episcopi sui puniendum relinquo.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 11. sub Alexand. III. anno 1179.

6. Nec Prælati nisi Canonica commonitione præmissa suspensionis vel excommunicationis sententiam proferant in subiectos, nisi fortè talis sit culpa, quæ ipso genere suo excommunicationis pœnam inducat, nec subiecti contra disciplinam Ecclesiast. ante ingressum causæ in vocem appellationis prorumpant; si verò quisquam pro sua necessitate crediderit appellandum, competens ei ad prosequendam appellationem terminus præfigatur, infra quem si forte prosequi neglexerit, liberè tunc Episcopus sua authoritate vtatur.

Ex Concil. Eboracensi sub Celestino III. anno 1194.

12. Gratis exhibeatur iustitia, nec pro ea in causis Ecclesiast. facienda vel adimenda, siue acceleranda vel differenda quicquam pretij Sacerdos præsumat accipere.

Ex Concil. in Dalmatia & Dioclia Regnis sub Innocent. III. anno 1199.

5. Non pertinet ad Laicum, Clericum iudicare, si autem Clericus peccauerit ab Archiepiscopo, vel Episcopo, vel etiam Prælato suo aut R. Pontif. si necesse fuerit iudicetur.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

7. Vide Conc. Lateran. 1179. c. 6.

Ex Concil. Lateran. vniuers. 12 sub Innoc. III. anno 1215.

8. Accusatio Prælatorum non facilè admittatur, &c. Debet esse præsens is contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam absentauerit, & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi seipsum, & non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei, vt quid & à quo sit dictum appareat, publicanda, necnon exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ, &c. Ad corrigendos subditorum excessus tribus modis procedi potest, per accusationem, denunciationem & inquisitionem eorum, sicut autem accusationem legitima præcedere debet inscriptio, sic & denunciationem charitatiua admonitio, & inquisitionem clamosa insinuatio præuenire.

35. Vide Appellatio.

36. Siue Iudex Ordinarius siue Delegatus, aliquid comminando vel interloquendo protulerit, quo executioni mandato, alter litigantium grauaretur, & sano vsus Consilio, ab huiusmodi comminationionis vel interlocutionis effectu destiterit, liberè in causæ cognitione procedat, non obstante si a tali comminatione vel interlocutione fuerit appellatum, dummodo non sit ex alia legitima causa suspectus.

37. Ne quis vltra duas diætas extra suam Diœcesim per litteras Apostolicas ad iudicium trahi possit, nisi de assensu partium fuerint impetratæ.

38. Tàm in ordinario iudicio quàm extraordinario, Iudex semper adhibeat, aut publicam personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuersa iudicij acta conscribant, videlicet citationes, dilationes, recusationes & exceptiones, petitiones & responsiones, interrogationes, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones intellocutiones, appellationes, renunciationes, conclusiones, &c. Designando loca, tempora, & personas, & omnia sic conscripta partibus tribuantur, ita quod originalia penes scriptores remaneant.

38. 40. Vide Furtum.

47. 48. 49. Vide Excommunicatio.

Ex Concil. Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

41. Ne Archidiaconi vel Decani bonum pacis impediri faciant, & si aliquando discordantes ad inuicem voluerint concordare, licentia petita, liceat partibus aliter per compositionem discedere quandocumque voluerint, si tamen causa compositionem admittat, sed nec aliquem ad suggestionem præconum suorum ad purgationem compellant, nisi apud bonos & graues fuerit primò infamatus.

42. Nec in causa sua præsumant pariter esse Iudices & actores, videlicet cùm dubium venerit, vtrum quid ab eis exigere videantur.

Ex Concil. Germanico sub Honorio III. anno 1225.

4. Ne Iudex Ecclesiast. in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti admonitione præmissa, & præsentibus personis idoneis promulgare præsumat, & si Prælatus contra hoc fecerit, & admonitus errorem suum non reuocauerit, per mensem ab ingressu Ecclesiæ sit exclusus.

Ex Concilio Londinensi sub Gregorio IX. anno 1237.

20. Ne Ecclesiarum Prælati & maximè Archidiaconi, vel Decani, vel Officiales eorum, vel etiam quicunque

cunque alij ad vniuersitatem causarum, vel aliqua negotia, ratione iurisdictionis Ecclesiast. vel Officij spiritualis Ecclesiæ forum contingentia Delegati, quin de discordiis vel querelis fiat pax vel concordia inter partes, præsumant aliquatenus impedire, dummodo sit tale negotium quod iure possit transigi vel componi, nec exigatur aliquid propter hoc ab eisdem.

22. Vide Matrimonium.

24. In causis Ecclesiasticis Regni Angliæ, Procurator constituatur simpliciter, vt si constituatur ad diem non vnum tantum, sed plures continuandos, si opus fuerit, constitui volumus, & intelligi constitutum.

25. Per impetrantes, vel eorum nuncios in causis Ecclesiast. litteræ citatoriæ de cætero non mittantur, sed Iudex moderatis sumptibus impetrantis, per suum fidelem nuncium eas mittat, qui vocandum diligenter perquirat, quem si reperire non poterit, die Dominico vel in alio die solemni, in Ecclesia loci illius in quo degere consueuit, dum Missa cantatur publicè legi litteras faciat & exponi, vel saltem ad Decanum in cuius Decanatu moratur qui vocandus est citatio dirigatur.

26. Ne quis sigillum suum apponat litteris, quarum confectioni non interfuit, qui talia præsumpserit pœna scienter falsatiis, & instrumentis falsis vtentibus, debita puniantur.

27. Sigillum habeant non solum Archiepiscopi & Episcopi, sed etiam eorum Officiales, item Abbates, Priores, Decani, Archidiaconi, & eorum Officiales, Decani rurales, Ecclesiarum Cathedralium Capitula, & cætera quoque Collegia, & Conuentus cum suis Recturibus, aut diuisim pro varietate quoque cuiuslibet prædictorum habeat vnusquisque sigillum, nomen puta dignitatis, Officij, Collegij, & etiam illorum proprium nomen, qui dignitatis vel Officij perpetui gaudent honore, insculptum notis & characteribus manifestis, sicque sigillum authenticum habeant, &c. Illi qui temporale officium susceperint, puta Decani rurales, & Officiales sigillum suum quod tantum nomen habeat insculptum, finito officio ei à quo habebant officium continuè & sine mora resignent, &c. In principio quoque vel in fine cuiuslibet Scripturæ authenticæ, sufficientem datam inseri statuimus diei, temporis & loci.

28. Qui Aduocati officium voluerit generaliter promoueri, apud Diœcesanum cuius origine vel domicilio iurisdictionis existit præbeat iuramentum, quod in causis quarum Patronus extiterit, patrocinium fidele præstabit, non ad differendam vel auferendam alterius partis iustitiam, sed ad causam Clientuli legibus defendendam, & rationibus; aliàs non admittantur in causis Matrimonialibus & electionibus, sed nec in aliis coram Ecclesiast. Iudice vltra terminos tres absque iuramento huiusmodi admittantur, nisi pro Ecclesia sua vel Domino aut amico notoriè, vel paupere seu extraneo, vel persona miserabili duxit forsitan postulandum, &c. Iudices quoque iuris ignari, si dubium quid emerserit, ex quo possit alterutri partium graue præiudicium generari, expensis vtriusque, alicuius concilium aduocet sapientis.

29. In quantum poterunt, constitutionem generalis Con. tam in ordinariis quàm extraordinariis iudiciis obseruantes, acta originalia & authentica diligenter ac fideliter penes se custodiant, vel per scriptores suos faciant custodiri, vt partibus inde vt debuerint copiam faciant.

30. Prouideant Iudices, vt cùm aliquem decreuerint in possessionem mittendum, ob contumaciam partis aduersæ, de restituenda possessione cum fructibus, si quos inde perceperit, deductis expensis legitimis, si aduersarius infrà annum redierit ad mandatum ab eo qui mittendus fuerit congruam recipiat cautionem, illum quoque qui possessionem possidere præsumpserit violenter, in quam ob eius contumaciam alius missus fuit, & post annum vetus possessor etiam constitutus; iure si quod habuit in ea re decreuimus fore priuatum.

Ex Conc. Lugdunensi Gener. 13. sub Innoc. IV. anno 1245.

1. Per illam generalem clausulam [quidam alij] quæ frequenter in nostris litteris inseritur, vltra tres vel quatuor in iudicium non trahantur, quorum nomina in primo citatorio exprimat impetrator, ne fraudi locus forsitan relinquatur, si circa ea possit liberè variare.

2. Ne à Sede Apostol. vel delegatis ipsius, causæ aliquibus committantur, nisi personis quæ vel dignitate sint præditæ, vel in Ecclesiis Cathedralibus, seu aliis Collegiatis honorabilibus constitutæ, nec alibi quam in Ciuitatibus vel locis magnis & insignibus, vbi haberi valeat iuris copia peritorum, causæ huiusmodi agitentur.

4. Conseruatores quos plerumque concedimus, à manifestis iniuriis & violentiis defendere possint, quos eis committimus defendendos, nec alia quæ iudicialem indaginem exigunt, suam valeant extendere potestatem.

5. Iuris esse ambiguum non videtur Iudicem Delegatum (qui à Sede Apost. ad hoc mandatum non receperit speciale) iubere non posse alterutram partium coram se personaliter in iudicio comparere, nisi causa fuerit criminalis, vel nisi pro veritate dicenda, vel iuramento calumniæ faciendo, iuris necessitas partes coram eo personaliter exegerit præsentari.

6. Exceptionis peremptoriæ, seu defensionis cuiuslibet principalis cognitionem negotij continentis ante litem contestatam obiectus, nisi de re iudicata, vel transacta seu finita excipiat litigator, litis contestationem non impediat, nec retardet.

7. Actor qui venire ad terminum ad quem citari aduersarium fecerat, non curauit venienti reo in expensis propter hoc factis legitimè condemnetur, ad citationem aliam nisi sufficienter cauerit quod in termino fideliter compareat, non admittendus.

8. Si quis contra alium plures personas noluerit mouere quæstiones, non ad diuersos Iudices, sed ad eosdem super omnibus huiusmodi quæstionibus litteras studeat impetrare, qui verò contrarium fecerit, omni commodo careat litterarum.

9. Eum qui super dignitate, personatu, beneficio Ecclesiastico obtinendis cum aliquo litigat possessore, ob partis aduersæ contumaciam, causa rei seruandæ, in ipsarum possessionem statuimus non mittendum, &c.

10. Statuimus vt positiones negatiuas quæ probari non possunt, nisi per confessionem aduersarij, Iudices admittere possint, si æquitate suadente viderint expedire.

11. legitima suspicionis causa contra Iudicem assignata, & arbitris a partibus (secund. formam Iuris) electis, qui de ipsa cognoscant, ipsis arbitris per Iudicem terminus competens præfigatur, infra quem in diem conueniant, vel tertium concorditer aduocent, cum quo ambo, vel alter ipsorum eiusdem suspicionis negotium terminare procurent, alioquin Iudex extunc in principali negotio procedere non omittat.

12. Nullus

12. Nullus Iudicum participantes cum excommunicatis ab eo in locutione, & aliis quibus ligatur participans excommunicatione minori, ante commonitionem Canonicam, excommunicare maiori excommunicatione præſumat.

Ex Conc. Lugdunenſi Gener. 14. ſub Gregor. X. anno 1274.

17. Si Canonici à diuinis ceſſare voloerint, antequam ad ceſſationem huiuſmodi procedant, in inſtrumento publico, vel patentibus litteris ſigillorum ſuorum, aut alterius authentici munimine roboratis, ceſſationis ipſius cauſam exprimant, & illud vel illas ei contra quem ceſſare intenduot aſſignent, quod ſi hoc prætermiſſo ceſſauerint, vel cauſa quam expreſſerint non fuerit inuenta Canonica, omnia quæ de quibuſcunque prouentibus illius Eccleſiæ, in qua ceſſatum fuerit, ceſſationis tempore perceperunt, reſtituent, illa verò quæ pro eod. tempore debentur eiſdem nullo modo percipieot, ſed ipſi Eccleſiæ cedere, ac nihilominus ei contra quem ceſſauerunt, de damnis & iniuriis ſatisfacere tenebuntur ſi autem cauſa eadem Canonica fuerit iudicata, is qui occaſionem ceſſationis dederat, ad omne intereſſe dictis Canonicis, & Eccleſiæ cui debitum officium eius eſt culpa ſubtractum, ad certam quantitatem taxandam, & in diuini cultus augmentum conuertendam, Superioris arbitrio coodemnetur, &c. Vide Imagines ſacræ.

19. Omnes & ſinguli Aduocationis officium in foro Eccleſiaſt. ſiue apud Sedem Apoſt. ſiue alibi exercentes præſtent, tactis ſacroſanctis Euangeliis iuramentum, quod in omnibus cauſis Eccleſiaſt. & aliis in eodem foro tractandis, quorum aſſumpſerunt patrocinium, vel aſſument, omni virtute ſua, omnique ope, id quod verum & iuſtum exiſtimauerint, ſuis Clientibus inferre procurent, nihil in hoc ſtudij qood eis ſit poſſibile relinquentes, quodque in quacunque parte iudicij eis ionotuerit improbam fore cauſam, quam in ſua fide receperant, amplius non patrocinabuntur eidem, imo ab ea omnino recedent, à communiooe illius ſe penitus ſeparantes. Procuratores inſuper iuramento ſimili aſtringantur, &c. Qui verò ad eamdem Sedem veniunt, vel ad Curiam cuiuſlibet Eccleſiaſtici Iudicis, in qua nondum tale præſtiterant iuramentum accedunt, in aliquibus ſingularibus cauſis patrocinium, vel procurationis miniſterium præſtaturi, præſtent in ſingulis cauſis eiſd. mota controuerſia ſimile iuramentum, &c. Quod ſi iuramentum præſtitum violare præſumpſerint, præter reatum periurij, Conſiliarij etiam qui ſcienter iniquam cauſam fouerint, diuinam & noſtram maledictionem incurrant, à qua non aliter liberentur, niſi duplum eius reſtituerint, quod tàm iniquis aduocatione, procuratione vel conſilio receperunt, ac nihilominus de damnis quæ per iniqua huioſmodi miniſteria partibus irrogarunt, illis ſatiſfacere teneantur, &c. Diſtrictius inhibemus ne aliquis Aduocatus vltra 20. Procurator verò vltra 12. libras Turonenſes recipere ſalarij nomine, vel etiam ſub Palmarij colore præſumat, &c. Aduocati conſtitutionem præſentem violantes ab aduocationis officio triennio ſuſpendantur, Procuratores verò extunc ſibi ſciant cuiuſlibet procurationis in iudicio licẽtiam denegatam.

Ex Concil. Salisburgenſi ſub Martino IV. anno 1281.

18. Quicunque Clericus contra proceſſus, pœnas & ordinationes Ordinarij contra eum babens defenſionem præſidio Laicorum, illoque auſus fuerit vti, ipſo facto excommunicationem incurrat.

Ex Concil. Herbipolenſi ſub Honorio IV. anno 1287.

16. Perſonæ quacunque dignitate præfulgentes, Vniuerſitates, ac Conſules Ciuitatum & locorum, qui vt nullus conqueratur coram Eccleſiaſt. Iudice prohibent, ac ſtatuta condunt contra Clerum, ſeu Clericos & Eccleſiaſticam libertatem, ipſo facto perſonæ excommunicationis, & Vniuerſitates interdicti ſententias ſubeant.

Ex Conc. Rauennatenſi 2. ſub Clemente V. anno 1311.

32. Notarij & ſigilliferi Dominorum Epiſcoporum taxentur & moderentur in omnibus præſertim in ordinationibus ab ipſis Epiſcopis, vt vltra duos venetos non poſſint accipere pro Scriptura, charta, ſchedula, cera & ſigillo, nec aliis quàm in ipſis habent facere, nec grauent vltra in aliis actis videlicet citationibus & edictis, monitionibus & aliis ſcripturis.

Ex Concil. Rauennat. 3. tempore Interregni. anno 1314.

5. Nullus de cætero qui ſe dicat Legatum Delegatum, vel Apoſtolicæ Sedis nuncium in Prouinc. Rauennat. & maxime in Romaniola vel aliqua Ciuitate eiuſdem ſtetur proceſſibus, niſi prius fecerit indubitatam, & plenam de iuriſdictione fidem quam aſſerit ſe habere coram nobis, vel coram Ordinario, in cuius Ciuitate vel Diœceſi dictam iuriſdictionem voluerit exercere, hoc tamen non intelligimus ad Legatos ex latere vllo modo, vel ad Delegatos ad certas & ſpeciales cauſas, vel ad Prouiſores ſeu executores beneficiorum datos extendi, cùm tunc parti facere fidem ſufficiat.

7. Quiſquis Notarius Clericus vel Laicus rogatus eſt, vel fuerit in futurum conficere inſtrumentum publicum, vel ſcripturam quamcunque per aliquam perſonam Eccleſiaſticam ſuper aliquo contractu, conceſſione, diſpoſitione, ſeu ſuper alio quocunque negotio vel facto teneatur dictum inſtrumentum, vel ſcripturam ſaltem infra decem dies poſtquam fuerit requiſitus ab eo qui rogauerit Procuratore, vel ſucceſſore eius, in publicam formam redigere, & recepto ſalario conuento, vel alias competenti aut ei oblato, & ſecund. iura depoſito illud inſtrumentum vel ſcripturam tradere illi qui confici rogauerat, & duplicatum, quod ſi non fecerit, & poſt adhuc expectatus per alios decem dies non compleuerit, & ſatisfecerit de damnis, quæ propter hoc incurriſſet Eccleſia, ſententiam excommunicationis incurrat ipſo facto, &c. Durante dicta excommunicatione nulla perſona Eccleſiaſt. dictum Notarium roget vel aſſumat, ad aliquam ſcripturam ſeu publicum inſtrumentum conficiendum ſuper aliquo contractu, negotio, diſpoſitione, vel cauſa Eccleſiaſtica.

19. Ne pro cauſis merè pecuniariis ſententiæ interdicti de cætero proferantur, & ſi prolatæ fuerint, eas decernimus non tenere, & hoc niſi vniuerſitas deliquiſſet, aut per tres menſes ſuſtinuiſſet contumaciam, inobedientiam, vel rebellionem ſuorum Rectorum, vel Officialium quorumcunque, qui ob contemptum vel delictum ipſorum forent excommunicati.

Ex Concilio Rauennatensi 4. sub Ioanne XXII. anno 1317.

13. Nullus Abbas, Prior, Præpositus, Archipresbyter, seu alius Prælatus inferior Episcopo contra Rectores seu Clericos Ecclesiarum subiectarum eisdem inquisitionem formare, accusationem admittere, vel ad priuationem procedere quoquomodo præsumant decernentes irritum & inane, quidquid contra statutum, per talem fuerit attentatum, nisi de speciali priuilegio vel consuetudine legitimè præscripta eis hoc competere dignoscatur.

Ex Conc. Sabinensi in Hispan. sub Ioanne XXII. anno 1322.

3. Nonnulli sæculares Iudices statuta Canonum contemnentes, Clericos & alias personas Ecclesiast. super rebus suis & causis Presbyteralibus iniuriosè compellunt coram se in iudicio litigare, mandamus vniuersis Prælatis vt statutum Bonifac. VIII. in suis Conciliis & Episcopalibus Synodis, & in Ecclesiis etiam suarum Diœcesum vbi expedire viderint faciant publicari, prædictosque Iudices excommunicatos publicè nunciari.

Ex Concil. Saltzburgensi sub Vrbano VI. anno 1386.

10. Sententiæ Censuratum latæ per vnum vel plures Prælatos, per omnes Ciuitates & Diœceses publicari debent, & per Ecclesiarum Prælatos obseruari.

14. Si Prælatus vel quiuis alius Clericus alium Prælatum vel Clericum, vel etiam Laicum quamcunque aliam Ecclesiasticam personam coram sæculari Iudice trahere, vel conuenire, aut tractus seu conuentus spontè & iudicialiter præsumpserit respondere, tàm trahentes quàm tractos, vltra pœnas contra tales à iure prolatos, eo ipso se nouerint excommunicationi subiacere.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

3. Consuetudines, quæ grauamen Ecclesiis inducere dignoscuntur, inualidas publicamus.

7. Episcopi, Archidiaconi, ac eorum Officiales, sub pœna suspensionis, subditis suis, aut eis qui litigant coram eis, aliquam non faciant inhibitionem seu impedimentum aliquod præstent, sub quocunque colore vel modo, publicè vel occultè, quominus causas suas appellationum, seu quascunque alias ad examen Superiorum spectantes liberè possint deferre.

9. Plerumque contingit quod Iudices Delegati ad quos simplices commissiones sub forma communi diriguntur, vltra quam patiantur vires rescripti præcedentis, terras, Ciuitates, oppida & villas Ecclesiastico subiiciant interdicto, inuocantes etiam super hoc brachium sæculare, declaramus quod Sacerdotes nostræ Ciuitatis, Diœcesis Prouinc. ad obseruationem seu publicationem sententiarum huiusmodi. interdicti minimè teneantur, nec inuocationi brachij sæcularis, quam sic faciunt aliquatenus est parendum.

14. Cessiones actionum quæ ex iustis causis procedunt, in præsentia Episcoporum Iudicum seu Officialium suorum, de diligentia eorumdem, si subsint legitimæ causæ, fiant, iureot etiam cedentes, quod non simulatè sed verè cedant.

15. Si Parochialis Sacerdos citandos citare non possit, metus causa, faciat iuramentum huiusmodi coram aliquo Presbytero honesto, qui ipsi Iudici de hoc faciat litteratoriam fidem, extunc in Cathedrali Eccl. tribus Dominicis continuis publicè in ambone citentur, dummodo citandi infra vnam diætam sint à Cathedrali Ecclesia constituti, alioquin ad tres quindenas solemniter euocentur, & extunc contra huiusm. ac si personaliter citati fuerint procedatur, &c. Reus nuncios acta iudicialia deferentes per se, vel per alium verberans, spolians vel captiuans, lite etiam non contestata, habeatur penitus pro conuicto, actor verò in causa reconuentionis inoilia perpetrare per se vel per alium non formidans, super instituta contra reum actione, amplius nullatenus audiatur.

16. Si quando Laicus Clericum seu Ecclesiasticam personam cuiuscumque dignitatis vel conditionis existat, ad iudicium sæculare trahere vel iudicare præsumpserit, tamdiu in territorio trahentis & iudicantis cessetur à diuinis, donec de eiusmodi iniuria satisfecerint parti tractæ, & absolutionis beneficium meruerint obtinere.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. ann. 1440.

2. Iudices Ecclesiast. Laicos quoslibet ad audiendum per suos non citent, vel euocent, nisi causam citationis exprimant nominatim, & expressè quæ ad forum pertineat Ecclesiasticum de iure vel consuetudine, nec citatum super aliis causis, quàm incitatorio expressis respondere compellant.

5. Ne quisquam Clericum aut personam Ecclesiast. Capitulum aut Collegium quodcunque ad iudicium forense trahat, Iudicesque forenses ne quemquam eorumdem coram se experiri cogant, alioquin tàm actor quàm Iudex excommunicationem ipso facto incurrat, nullus Clericus vel Laicus præter Iudices Capituli nostri, & Archidiaconi, de causis matrimonialibus definiat, aut agnoscere præsumat.

32. Forma iuramenti soliti per testem Synodalem præstari, Ego N. iuro, quod ammodo & antea quicquam noui aut audiui, aut postmodum inquisiturus sim quod contra voluntatem Dei, & totam Christianitatem in ista Parochia, vel in isto meo Decanatu, (si Decanus iurat) factum sit aut futurum erit, si in diebus meis euenerit, cùm ad meam cognitionem quocunque modo perueniat, si scio aut indicantum mihi fuerit Synodalem esse causam, & ad ministerium Episcopi pertinere, quod ego, nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter pretium, nec propter parentelam nullatenus celem Episcopo meo aut eius misso, cui hoc inquirere iusserit, quandocunque me ex hoc interrogauerit, sic me Deus adiuuet, & hæc S. Dei Euangelia (si Presbyter est) aliàs sic, & illorum sacrorum Reliquiæ.

Ex Concil. Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

15. Comprobatur statutum R. Simonis S. R. E. Cardinalis in Francia Legati, quo excommunicationem eos incurrere decreuit, qui quomodocunque nuncios, baiulosque sententiarum, aut executorum Ecclesiasticorum Iudicum hac occasione capere, detinere, occultare, carceri mancipare, aut interficere tentauerint.

Ex Concil. Toletano sub Sixto IV. anno 1475.

30. Statuimus vt per nos & suffraganeos nostros, viri prouidi, fideles & honesti deputentur vltra Prouinciales testes per nos & Coepiscopos nostros in Concilijs designandos, qui sine iudiciali cognitione sollicitè inquirant, per easdem Dioeceses quæ viderint corrigenda, & reformanda, eaque fideliter Dioecesanis denuncient, qui per promotores, & procuratores suos fiscales ipsa petere, prosequi & exequi teneantur, &c. Recipientes primitus ab eisdem testibus & promotoribus, quod in Officij prædicti executione fideliter se habebunt corporale iuramentum, si verò præfati testes & promotores fiscales in inuestiganda veritate eorum quæ sibi committuntur, dolo vel malitia, à denunciatione executioneque prædictarum quidquam remiserint, aut super ipsis compositionem vel pactum fecerint, quominus prædictæ constitutiones debitum sortiantur effectum, ipso facto excommunicationem incurrant.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 17. sub Leone X. anno 1517. Sess. 10. contra Exemptos.

2. Notarij Sedis Apost. quorum officium in ipsis primitiuæ Ecclesiæ initiis à Clem. Papa primo ad Sanctorum gesta perquirenda, atque conscribenda noscitur institutum, ad Protonotariatus officium assumpti habitum & rochetum deferentes, & alij nostri, & dictæ Sedis Officiales, actu sua officia exercentes, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, ab omni Ordinariorum iurisdictione sint exempti, alij verò Notari. habitum Protonotariatus non deferentes, nisi illum infra trimestre post præsentium publicationem assumpserint, atque alij nostri, ac dictæ Sedis Officiales, officia sua actu non exercentes, tàm in criminalibus quàm in ciuilibus, ratione causæ summam 25. ducatorum auri de camera non excedentis dumtaxat, eorumdem Dioecesanorum & Ordinariorum iurisdictioni subiaceant, in ciuilibus verò causis summam huiusmodi excedentibus, plena gaudeant exemptione, & à dictorum Dioecesanorum, & Ordinariorum iurisdictione penitus sint exempti.

3. Ex S. R. E. Cardinalium familiaribus illi dumtaxat priuilegio exemptionis gaudeant, qui actu domestici & continui sunt commensales, vel ab eisdem Cardinalibus ad ipsorum exequenda negotia missi, vel qui recreationis causa ad tempus à Rom. Curia absentes fuerint, cæteris verò etiam familiaritatis litteras habentibus, quominus coërcioni Dioecesanorum & ordinariorum eorumdem subiaceant, familiaritatis huiusmodi priuilegium nullatenus suffragetur.

5. Exemptiones de cætero, absque rationabili causa, & quorum interest minimè citatis pro tempore concessas, nullius roboris & momenti esse decernimus.

6. Singulæ causæ tàm spirituales quàm ciuiles & mixtæ, ac forum Ecclesiast. quomodolibet concernentes & beneficiales, dummodo beneficia ipsa generaliter reseruata non fuerint, & ipsorum singulorum beneficiorum fructus, redditus & prouentus 24. ducatorum auri de camera valorem annuum non excedant, in prima instantia extra Rom. Curiam & in partibus coram Ordinariis locorum dumtaxat cognosci & terminari, ita quod nulli ante definitiuam sententiam liceat appellare, nec appellatio, si fuerit emissa, vllatenus admitti, &c. Nisi alter collitigantium aduersarij sui potentiam meritò perhorrescens, seu alia probabili & honesta causa aliter quàm per proprium iuramentum, saltem semiplenè probata coram Ordinario non auderet litigare.

7. Iudices & Conseruatores à Sede Apost. Deputati, si in altero iurium graduati non fuerint, Assessorem partibus non suspectum ab ipsis partibus, vel earum altera requisiti assumere, & secund. eius relationem iudicare teneantur.

Sess. 11. De Concordatis.

10. Vide Appellatio.

11. Iudices causas quæ in partibus terminari debent coram eis pro tempore pendentes, sub poena excommunicationis, & priuationis beneficiorum per eos obtentorum, eo ipso incurrenda, infra biennium terminare debeant, pars verò diffugiens, & expeditionem impediens, grauissimè per eosdem Iudices mulctetur, etiam vsque ad priuationem iuris in huiusmodi processu prætensi.

12. Ab interlocutoriis secundò, à definitiuis verò tertiò dumtaxat prouocare licere decernimus, volumusque secundam sententiam interlocutoriam conformem & tertiam definitiuam etiam conformem omni mora cessante, executioni debitæ demandari debere, quacunque appellatione interposita nonobstante.

18. Nulla Ciuitas, oppidum, castrum, villa, aut locus Ecclesiastico supponi possit interdicto, nisi ex causa seu culpa ipsorum locorum, aut Domini seu Rectoris, seu Officialium; propter culpam autem, seu causam alterius cuiuscunque priuatæ personæ, huiusmodi loca interdici non possint, nisi talis persona prius fuerit excommunicata ac denunciata, seu in Ecclesia publicata, aut Domini, seu Rectores vel Officiales ipsorum locorum auctoritate Iudicis requisiti huiusmodi personam excommunicatam intra biduum cum effectu non eiecerint, aut ad satisfaciendum compulerint, qua etiam post biduum eiecta, recedente vel satisfaciente, mox diuina resumi possint.

Sess. 9. De Reformatione.

20. Vide Absolutio.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

35. Inhibemus omnibus & singulis Vicariis, & Officialibus, necnon & Archidiaconis & Decanis ruralibus, aliisque ad quos criminum denunciatio, correctioque quomodolibet spectant, aut quibus id per Ordinarios committetur, ne ad excessus transgressionesque alicuius dictarum constitutionum, statutorum, & Ordinationum nostrarum ob pecuniam etiam vltrò oblatam, aut alterius rei gratia conniueant, sed potius ad poenas de iure vel consuetudine debitas contra delinquentes, pro delicti qualitate, & officij sui debito procedant.

Ex Concilio Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

31. De cætero nullæ excommunicationes concedantur, nisi pro graui causa, & ea cognita secund. formam iuris, generalesque monitiones in forma malefactorum, non decernantur pro iniuriis verbalibus, nisi fortè atrocioribus, quarum distinctio arbitrio Officialium relinquatur.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 3.

24. Tribunalia Officialium Ecclesiast. foris, iotra tameo Ecclesiarum pomæria collocentur.

Ex Concilio Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549. Medio 3.

4 Ne Episcopi, Archidiaconi vel alij iurisdictionẽ habentes, aut eorum Officiales, seu Commissarij, vitiorum correctiones dissimulent, permittentes cuiquã pecuniæ munerum, vel necessitudinis cuiusquam gratia in eis hærere, nec pœnitentiæ loco pecuniam emungant, nisi vbi permittunt Iura aut Canones, &c.

5. Præpositi à suis Collegis, si bonorum, Iurium & statutorum defensionem expensi Capitulorum, necessitatis tempore, vel imminente discrimine requisiti, muneri suo satisfacere neglexerint, & inde collegium seu Ecclesia illa damnum accipiat in pœnam iocidam ab Episcopo, seu Superioribus taxandam & moderandam.

Medio 6.

2. Ne quis Magistratuum Præfectorum, Iudicum sæcularium, & quorumcunque Ecclesiæ filiorum ad iudicium Ecclesiast. vocatis, aduersus Dei ordinationem, vnde est ista potestas, & sacros Canones patrocinetur, aut quouis modo impediat mandatorum & Ecclesiast. Iudicum executionem, sub pœna excommunicationis, qoa nisi admoniti resipiscant, sint plectendi.

3. Vide Magistratus.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

76. Actor Clerico coram sæculari iudicio actionem intendens, eo ipso omni causa cadat, nec amplius ad eius causæ quærelam, etiam coram Ecclesiast. Iudice admittatur, Iudicem verò sæcularem qui causam Clerici, etiam eo consentiente, aut aliam quamcunque causam ad Ecclesiast. iudicium pertinentem, iudicandam sibi desumpserit excommunicatum ipso facto decernimus; similiter Iudex Ecclesiast. causas quas Laici ad inuicem habent iudicandas sibi noo assumat, nisi tales causæ sint, quæ ad forum Ecclesiast. de iure, vel consuetudine pertinere noscantur.

77. Caueant Episcopi & Archidiaconi, dum ipsi officiis suis præesse noo possunt, ne vices suas hominibus dubiæ famæ, aut ab ordine Ecclesiast. prorsus alienis committant, nec vnquam crimina subditorum mulcta pecuniaria punire præsumant, sed aliis debitis à iure constitutis pœnis coërceant.

Ex Concil. Treuirensi sub Paulo III. anno 1549.

16. Nullus Ecclesiast. personam trahere ad iudicium sæculare præsumat, si Laicus actor hoc fecerit iure suo cadat, & iudicatum non teneatur, & Iudex extunc omni potestate iudicandi sit priuatus Clericus actor alium Clericum trahens, vltra præmissa, ipso facto excommunicationem incurrat, Clericus reus sub simili pœna in iudicium laicale non consentiat, & quicunque Iudex sæcularis Clericum coram se litigare aut respondere compellit, ipso facto excommunicationem incurrat.

Ex Conc. Trident. Generali 18. sub Paulo III. an. 1545. Sess. 7. De Reformat.

14. Vide Monachi.

Sess. 13. sub Iulio III anno 1551. De Reformat.

1. In causis visitationis & correctionis, siue habilitatis & inhabilitatis, necnon criminalibus ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario Gener. ante definitiuam sententiam ab interlocutorio, vel alio quocunque grauamine non appelletur, nec Episcopus seu Vicarius appellationi huiusmodi tanquam friuolæ deferre teneatur, sed ea ac quacunque inhibitione, ab appellationis Iudice emanata, necnon omni stylo & consuetudine etiam immemorabili contraria non obstante, ad vltiora valeat procedere.

2. A sententia Episcopi vel ipsius in spiritualibus Vicarij Gener. in criminalibus appellationis causa, si Apostolica authoritate in partibus eam committi contigerit, Metropolitano seu illius etiam in spiritualibus Vicar. Gener. aut si ille aliqua de causa suspectus foret, vel vltra duas legales diætas distet, seu ab illo appellatum fuerit vni ex viciníoribus Episcopis, seu illorum Vicariis, non autem inferioribus Iudicibus committatur.

3. Reus ab Episcopo aut eius Vicario in spiritualibus Gen. in criminali causa appellans, coram Iudice ad quem appellauit, acta primæ instantiæ omnino producat, & Iudex, nisi illis visis, ad eius absolutionem minimè procedat, is autem à quo appellatum fuerit intra triginta dies acta ipsa postulanti gratis exhibeat, alioquin absque illis causa appellationis huiusmodi, prout iustitia suaserit terminetur.

4. Episcopo per se, seu illius Vicario in spiritualib. Gener. contra Clericum in sacris etiam Presbyteratus Ordinibus constitutum, etiam ad illius condemnationem, necnon verbalem depositionem, & per seipsum etiam ad actualem atque solemnem degradationem ab ipsis ordinibus & gradibus Ecclesiast in casibus in quibus aliorum Episcop. præsentia in numero à Canonibus definito requiritur, etiam absque illis procedere liceat, adhibitis tamen, & in hoc sibi assistentibus totidem Abbatibus vsum mitræ & baculi ex priuilegio Apostolico habentibus, si in Ciuitate aut Diœcesi reperiti, & commodè interesse possint, alioquin aliis personis in Ecclesiastica dignitate constitutis.

5. Episcopus apud Ecclesiam suam residens, de subreptione & obreptione gratiæ quæ super absolutione alicuius publici criminis vel delicti, de quo ipse inquirere cœperat, aut remissione pœnæ, ad quam criminosus per eum condemnatus fuerit, falsis precibus impetrata per seipsum tanquam Sed. Ap. Delegatus, etiam summariè cognoscat, ipsamque gratiam postquam per falsi narrationem, aut veri taciturnitatem obtentam esse legitimè constiterit, non admittat.

6. Episcopus, nisi ob causam ex qua deponendus, seu priuandus veniret, etiamsi ex officio, aut per inquisitionem seu denunciationem vel accusationem, siue alio quouis modo procedatur, vt personaliter compareat, nequaquam citetur vel moneatur.

7. Testes in causa criminali ad informationem vel indicia, seu aliàs in causa principali contra Episcopum, nisi contestes & bonæ conuersationis, existimationis, & famæ fuerint, non recipiantur, & si odio, temeritate aut cupiditate aliquid deposuerint, grauibus pœnis mulctentur.

8. Causæ Episcoporum cùm pro criminis obiecti qualitate comparere debeant coram Pont. maximo referantur, ac per ipsum terminentur.

Sess. 14.

9. Vide litteræ Ecclesiasticæ.

8. Vide Episcoporum officium.

Sess. 24. sub Pio IV. anno 1562.
De Reformat.

5. Causæ criminales grauiores contra Episcopos, etiam hæresis quæ depositione, aut priuatione dignæ sunt, ab ipso tantum summo Rom. Pont. cognoscantur & terminentur, quod si eiusmodi sit causa quæ necessariò extra Rom. Curiam sit committenda, nemini prorsus ea committatur, nisi Metropolitanis aut Episcopis à Beatiss. Papa eligendis, hæc verò commissio & specialis sit, & manu ipsius summi Pont. signata, nec vnquam plus his tribuatur, quam vt solam facti instructionem sumant, processumque conficiant, quem statim ad Rom. Pont. transmittant, reseruata eid Sanctiss. sententia definitiua, &c. Minores verò criminales causæ Episcoporum in Concil. tantum Prouinc. cognoscantur & terminentur, vel à deputandis à Conc. Prouinciali.

20. Causæ omnes ad forum Ecclesiast. quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur, atque omnino saltem infra biennium à die motæ litis terminentur, alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illorum, Iudices superiores, aliàs tamen competētes adire, qui causam in eo statu quo fuerit assumant, & quamprimùm terminari curent, nec antea aliis committantur, nec auocentur, neque appellationes ab eisdem interpositæ per Superiores quoscumque recipiantur, eorumve commissio aut inhibitio fiat, nisi à definitiua, vel à definitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à definitiua reparari nequeat, ab his excipiantur causæ quæ iuxta Canonicas sanctiones apud Sed. Apostol. sunt tractandæ. Vide Matrimonium.

Legati etiam de latere, Nuncij, Gubernatores Ecclesiast. aut alij quarumcunque facultatum vigore, non solum Episcopos prædictis causis impedire, aut aliquo modo eorum iurisdictionem iis præripere, aut turbare non præsumant, sed nec etiam contra Clericos, aliasve personas Ecclesiast. nisi Episcopo prius requisito, eoque negligente procedant.

Sess. 25. De Reformatione.

3. In causis iudicialibus mandatur, omnibus Iudicibus Ecclesiast. cuiuscumque dignitatis existant, quandocumque executio realis vel personalis in qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo quàm definiendo à censuris Ecclesiast. seu interdicto, sed liceat eis si expedire videbitur in causis Ciuilibus ad forū Eclesiast. quomodolibet pertinentibus, contra quoscunque etiā Laicos per mulctas pecuniarias quæ locis piis ibi existentib. eo ipso quod exactæ fuerint, assignentur, seu per captionem pignorum, personarum districtionem per suos proprios aut alienos executores faciendam, siue etiam per priuationem beneficiorum, aliaque iuris remedia procedere, & causas definire, quod si executio realis vel personalis aduersus reos hac ratione fieri nō poterit, sitque erga Iudicem contumacia, tunc eos etiam anathemate arbitrio suo, præter alias pœnas, ferire poterit, &c. Ne fas sit sæculari cuilibet Magistratui prohibere Ecclesiastico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare vt latam excommunicationem reuocet, sub prætextu quod contenta in præsenti decreto non sint obseruata, cùm non ad sæculares sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.

10. In singulis Conc. Prouincialibus aut Diœcesanis aliquot personæ quæ qualitates habeant, iuxta const. Bonif. VIII. quæ incipit Statutum, &c. Et alioquin ad id aptæ designentur, vt præter Ordinarios locorum iis etiam posthac causæ Ecclesiast. ac spirituales, & ad forum Ecclesiast. pertinentes in partibus delegandæ committantur, & si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in eius locum vsque ad futuram Prouincialem aut Diœcesanam Synod ita vt habeat quæque Diœcesis, quatuor saltem aut etiam plures probatas personas, quibus huiusmodi causæ à quolibet Legato vel nuncio, atq; etiam à Sed. Ap. committatur.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

28. Episcopus quotannis per sacra quatuor anni tempora suæ Ciuitatis Parochos adhibebit, & illis de earum animarum statu, quarum curæ præpositi sunt, diligenter interrogatis, omnia commemoret, quæ eorum officij munus contineant.

29. Deligat Episcopus aliquot probatos Sacerdotes quibus singulis, imposito Vicarij foranei nomine, tribuat certas Regiones Diœcesis suæ, id autem munus ad Archypresbyteros, Archidiaconos qui in Diœcesi sunt, & Præpositos aliosve Ecclesiast. dignitate præditos, quos idoneos iudicauerit, potissimū deferet, &c. Hi autem Vicarij Regionis Presbyteros cuiuscunque conditionis curam animarum habentes, semel singulis mensib. modò in vnam, modo in aliam eius Regionis Parochialem Ecclesiam cogant, conferant inter se quæ ad boni Pastoris officium, & ad curam animarum rectè gerendam pertinent, &c. Iidem Vicarij libellum de casibus conscientiæ Episcopis ac Sedi Ap. reseruatis reliquis Sacerdotibus legent, præcipuè de Presbyterorum vita & morib. quærent, & quales se in pastorali præbeant cura, &c. quoties in vrbem venerint, primum Episcopum adeant, deque eorum statu quibus commissi sunt accuratè doceant, &c.

30. Episcopi singuli Ecclesiam suam ac Diœcesim visitent intra tempus à Conc. Trid. præstitutum, &c. comitatū non habeant nisi necessarium, in quo plures omnino ne sint 15. hominibus & iumentis 12. si plures duxerint, alant suis sumptib. in mensa duo tantum fercula afferre liceat, &c. Si visitator gradu inferior sit Episcopo, in comitatu 8. hominibus ad summum, & 6 iumentis contentus sit, si præter huius decreti præscriptum cuiquam graues fuerint, dupli restitutione teneantur.

32. Episcopi intra sex menses omnibus Notariis & Scribis sui fori tàm Ciuitatis quàm Diœcesis communem taxam præficiant, quam pro opere & officij sui mercede ab vnoquoque in singulis causarum generib. pro loci & cuiuscunque rei ac personæ conditione exigi liceat, &c. In litteris dimissoriis seu testimonialibus Conc. Trid. decretum seruent, in aliis quæ merè spirituales sunt, etiam si nullum stipendium eis constitutum sit, nihil omnino accipiant, præter scripturæ mercedem ab Ordinario statuendam.

33. Causidici, Aduocati fiscales, ad causas in foro Episcopi, ne adhibeantur priusquam iureiurando Episcopo se obstrinxerint, se nullam causam suscepturos, quam à iustitia & æquitate alienam existimauerint.

34. Præscribant Episcopi taxam Executoribus vel Ministris, & carceris custodibus, vt ab iis qui capti & in carcere inclusi sunt, pro comprehensione, & carceris commoratione & victu, id tantummodo exigatur quod æquitas & ciborum pretium postulet, &c. Curent Episcopi per certos homines ab eis deligendos semel in hebdomada visitandos eos qui in carcere teneantur, &c. Designent aliquos qui miserabilium personarum causas gratis defendant.

Parte 3.

15. Quotiescunque delicti causa, Clerici mulctandi

sunt

sunt, quæ ab [illegible] exigenda erit pecunia nullo modo ad Episcopum perueniat, sed idem Episcopus parte pecuniæ quæ tertiam non superet assignata delatori, reliquam piis operibus aut locis quibus ei videbitur omnino attribuat, quam pecuniam si qui piorum locorum aut operum Administratores intra mensem ab eo die quo solui debet numerandam non exegerint, ea seminario iam nunc adiudicata intelligatur, &c. Mulctas verò quæ ob delicta Ecclesiast. vel mixti fori Laicis à Iudicibus Ecclesiast. irrogabuntur, ad hunc modum diuidi volumus, vt tertia parte piis locis aut operibus, tertia ad fiscum Principum sæcularium pertineat, reliquum accusatori detur.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 1.

21. Episcopus cùm excommunicatum aliquem denunciari iusserit, eius nomen & cognomen, tum ad Cathedralis & propriæ Parrochialis Eccl. valuas affigi, tum descriptum mitti curet Parochis & Vrbanis & Diœcesanis, qui primo saltem cuiusque mensis Dominico die illum populo excommunicatum denuncient, neque hoc agere desistant quoad ipsius Episcopus significarit eumdem Matri Ecclesiæ reconciliatum esse.

Titulo 2.

31. Episcopus Clericum alienum, qui in propria Diœcesi deliquerit, & ad suam Diœcesim confugerit, proprio illius Episcopo petente, & sibi de Clerici qui deliquit citatione & contumacia, aut condemnatione fidem mittente comprehendi, & ad illum mitti curet, idque sumptibus petentis.

Ex Concil. Mediolan. 3. sub Gregorio XIII. anno 1573.

4. Quicunque S. Inquisitionis officium, statum, res & Ministros aliquo modo læserit violaueritve, contra eum ad Pij V. sanctionis præscriptum agatur.

18. Causæ quæ decem aureorum nummum summam non excedunt, summariè simpliciter, ac de plano, sola rei veritate perspecta sine forma iudicij cognoscantur, &c. Nullum neque munus neque donum, neque cuiusuis xenia, ne esculenta quidem poculentave Vicarij ab iis accipiant, qui coram eis causas vel habent, vel agunt, &c. Pro singulis litteris dimissoriis, pro ordinibus decimam partem aurei nummi tantum ad summum a Cancellario accipi liceat, &c. Procurator qui causam iniquam in foro Ecclesiast. sciens defenderit, quive quidquam negauerit quod verum scierit, fori Ecclesiastici auditoriu adituve interdicatur, nisi is legitimè se purgauerit.

Ex Concil. Mediolan. 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 3.

8. Excommunicationum quæ certis monitionibus primum adhibitis ad finem reuelationis pro deperditis subtractisve rebus ferri solent, litteræ ne cuiquam nisi iis concedantur, qui ob eam causam supplicationis libellum Episcupo obtulerint, eorumque ipsorum tantum rogatu, quorum ciuiliter interest, eiusmodi autem excommunicationum litteræ non concedantur pro re criminosa quæve infamiæ notam inurat, pro re non occulta omnino, pro re quæ ita iamdiu amissa aut subtracta est, vt illius memoriam amplius non haberi verisimile est, neque rursus cuiquam excommunicato, aut manifestè ac notoriè criminoso, neque verò contra aliquem quem pro rebus quæ in monitoriis litteris exprimantur satisfacere non posse constet, neque in loco vbi eas verisimile sit negligi, contemnive.

Ex Concil. Mediolanensi 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 3.

12. Procurator, Aduocatusve fisci Episcopalis, ne vllam criminis causam suscipiat, procuretve quam calumniosam esse nouerit, sed cum vel calumniæ, vel Rei delati innocentia constiterit, statim ab ea causa desistat.

14. Ne Episcopus quicquam vel spontè oblatum, ne exiguum quidem a Secretario Scribisve dono accipi, aut capi vllo omnino patiatur.

Ex Concil. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

25. Quicunque in dignitate Ecclesiast. constituti etiam exempti, qui intra fines Diœcesis sunt, & reliqui prætereà inferiores Episcopo, ne priuilegiorum, consuetudinisve prætextu, matrimoniorum & criminum causas etiam visitando cognoscant, sed Episcopi iurisdictioni, iudiciove relinquant ad præscriptum Conc. Trid. non tamen Abbates quibus alias legitimè talis iurisdictio competit.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

36. Vide Conc. Trident. Sess. 25. c. 3.

39. Vide Conc. Frisingen. 1440. c. 32. Conc. Toletan. 1473. c. 30. Singulis annis in Diœcesana Synodo ab Episcopo vel eius Vicario examinatores sex ad minus proponantur qui Synodo satisfaciant, & ab ea approbentur, adueniente que vacatione cuiuslibet Ecclesiæ tres saltem ex illis eligat Episcopus, qui cum eo vel eius Vicario examen perficiant, Idem fiat in examine promouendorum ad ordines.

Ex Concilio Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

2. Vide Episcoporum officium.

4. In Conc. Prouinc. Sacerdotes ætate moribusque graues, prudentes, ac disciplinæ Christianæ studiosi à Metropolitano ex vnaquaque Diœcesi duo saltem in Synodo Diœces. è Diœcesi sua, duo itidem testes Synodales deligantur. Vide Concil. Aquens. 1585. cap. 39.

5. Nullus examinatorum quempiam priuatim doceat, qui examen subiturus sit, cùm de beneficio Curato conferendo examen instituitur, aut de aliquo ad sacros ordines promouendo, vel Concionatore Confessariove approbando, ad minimum tres examinatores præsente Episcopo vel eius Vicario conueniant.

54. Iudex Ecclesiast. non excedat iurisdictionem suæ Diœcesis, cuius certi ac determinati limites erunt, in id præcipuè incumbat, vt miserabilium personarum querimonias patienter audiat, Vide Conc. Mediol. 4. an. 1576. p. 3. c. 8. Deputentur à Synodo viri graues, & pij Iuris vtriusque periti, qui stylo mutando, ac in compendium redigendo intractandis ac finiendis causis maturè consultent.

58. Episcopus contra detestabiles homines qui blasphemiæ crimen committunt ex sacrorũ Canonum iure, tum præsertim ex sanctione Leonis X. in Conc. Later. edita, & Pij V. quo adeo notorium scelus non modo compescatur, sed planè tollatur, seuerissimè animaduertat, Indulgentias decem annorum quas Leo X. in eodem Later. Conc. tam Iudicibus quàm

deferentibus largitus est, sæpè euulgari faciat. Vide Fraternitates.

63. Ne laxatis disciplinæ habenis in deterius hominum mores prolabantur, sancimus pœnas diligenter Ordinarij a transgressoribus deposcent; si quis censuris Ecclesiast. innodatus, absolutionem ab iis legitime obtinere neglexerit, sciat se irremissibiliter hanc multam subiturum, vt singulis Dominicis, frequentiore populo astante nominatim in Eccl. excommunicatus declaretur & publicetur, donec resipiscat, quod si per annum integrum in crimine insorduerit, iuxta Canonum sanctionem in eum tanquam de hæresi suspectum inquiri possit.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

24. Super quæstionibus, quæ oriuntur ratione sepulturæ defuncti, si testamento aut verbo præsentibus saltem duobus testibus eam non elegerit, aut non habeat suæ familiæ propriam, summarie per Ordinarium loci prouideatur, cuius sententia, non obstante appellatione, executioni demandetur.

30. Vide Clericorum Officium.

42. Non compareant vocati Clerici coram Iudice sæculari, aut causas suas agant, si personales sint, aut de rebus Ecclesiast. quarum Iudici Ecclesiast. iurisdictio est attributa, nisi vi ad Superiorem Ecclesiast. remittatur petituri, quibus si denegatum hoc fuerit ad Superiorem prouocent, illius mandatis non obtemperantes excommunicationem ipso facto, Actores siue Clerici siue Laici fuerint incurrant, causam vero Promotori denuncient, quod cum Clero prosequi teneatur, &c. Officiales ab Episcopis constituti sportulas pro visitatione processuum aliis taxent, & sibi tales moderatas assignent, vt non venales litigantes accusent sententias, sed in causis pauperum omnino gratis & pro Deo agentes, & in dicendo iure iustitiam, & lucro contemnendo modestiam cômmendent, &c. Non permittant in inferioribus Sedibus, aut Officialibus foraneis grauiores causas, vt puta matrimoniales & criminales tractari, sed eas audiat ipse Episcopus, & sententiam ferat, aut saltem per Officialem suum in maiori sede fieri, & hæc in vrbe tractari iubeat, &c. Controuersias & lites præcedentiæ, aut præsentationum diuersarum personarum in publico agentium de plano & statim verbo, auditis partibus ordinet, &c. Clericus qui se aut bona sua rigoribus Curiarum temporalium obligauerit nominatim, re perfectè nota excommunicetur, & arbitrio Ordinarij puniatur, &c. Coram Iudice sacro & Ecclesiast. tractentur omnia quæ ad res sacras pertinent, & ad eos pertineant lites de portione congrua, de reparatione Ecclesiarum, & quæcunque in computorum redditione, pro bonis fabricæ Ecclesiæ, hospitalium aut etiam bassinorum tàm Purgatorij, quàm aliorum controuertuntur, & quod illis tali nomine, aut pro legatis piis debebitur, dicti Iudicis Ecclesiast. auctoritate exigatur, coram aliis prædictas causas tractantes, excommunicatos, si moniti non destiterint, denunciet; inquisitiones rerum criminalium, aut quæ sint de iure perpetuo, vel de re notabili per ipsum faciat Iudex, alioquin easdem Graferio aut Curiæ graduato eod. scribente Grafecio eius substituto, aut alij in partibus Commisso demandet, &c. Non sint feriæ nisi à vigilia Natalis Domini ad diem Epiphaniæ inclusiue, diebus festis ab Ecclesia in locis Curiarum celebrari mandatis, & à feria quarta in maiori hebdomada vsque ad octauam Paschatis inclusiuè, in causis verò criminalibus nullæ obseruentur feriæ, nec ipsarum tractationem ad statam Curiæ diem, sed pro arbitrio assignabit Iudex tàm in causis appellationis, quàm ordinariis.

43. Instituant Episcopi Officiales, &c. Vide Conc. Mediol. 1565. c. 29. Super bannorum publicationibus in matrimoniu, aut in aliis dispensatione egentibus nusquam dispensare audeant sub pœna falsitatis, attestationes de vita & moribus, aut etiam de sufficientia alicuius non faciant, siue vt in aliis Diœcesibus, tanquam Catholici habeantur, siue vt Sacerdotes probi recipiantur, aut vt aliqui in Curia Rom. gratias obtineant, aut in forma pauperum.

FRATERNITATES.

Ex Conc. Chalcedonēsi Gener. 4. sub Leone I. anno 451.

18. Coniurationum & conspirationum crimen quod apud Græcos dicitur phratria, publicis etiam legibus certum est penitus inhiberi, hoc multo magis in S. Dei Ecclesia ne fiat, conuenit abdicari, si qui verò Clerici vel Monachi inuenti fuerint conturantes aut fratrias vel factiones componentes aliquas suis Episcopis aut aliis Clericis, omnino cadant de proprio gradu.

Ex Concil. Nannetensi sub Formoso, anno 895.

15. De Collectis vel Confratriis quas consortia vocant, præcipimus vt tantum fiant quantum rectum ad authoritatem & vtilitatem, atque ad salutem animæ pertinet, vltra autem nemo nec Sacerdos, neque fidelis quisquam in Parochia nostra progredi audeat, id est vt in omni obsequio Religionis, videlicet in oblatione, in luminaribus, in orationibus mutuis, in exequiis defunctorum, in eleemosynariis & exteris pietatis officiis, pastos autem & comessationes quas diuina authoritas vetat, vbi & grauedines & indebitæ exactiones, & turpes & inanes lætitiæ & rixæ, &c. Adeo penitus interdicimus, vt qui contra hoc decretum agere præsumpserit, si Presbyter fuerit, vel quilibet Clericus gradu priuetur, si Laicus est, aut femina ab Ecclesia vsque ad satisfactione separetur, conuentus autem talium Confratrum necesse si fuerit, vt simul conueniant, aut fortè aliquis contra Patrem suum discordiam habuerit, quam reconciliari necesse sit, & sine conuentu Presbyterorum & cæterorum esse non possit, post peracta illa quæ Dei sunt, & Christianæ Religioni conueniunt, & post debitas admonitiunes, si contigerit vt veræ charitatis, & fraternæ inuicem consolationis omnes ad refectionem conueniunt, sic talia permittimus, vt seruata modestia, & temperantia, & sobrietate, pacisque concordia, sicut decet fratres, in ædificationem fraternitatis, & laudem & gloriam Dei, & gratiarum actiones fiant, &c. Qui voluerint Eulogias à Presbytero accipiant, & panem tantum frangentes, singulos accipiant bilibres, & nihil amplius contingere præsumat.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 11 sub Alexand. III. anno 1179.

9. Vide Milites Religiosi.

Ex Concil. Lateran. vniuers. 12. sub Innoc. III. anno 1215.

57. Vide Monachi.

Ex

Ex Concilio Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

Ecclesiarum Rectores omnes viros & mulieres infra terminos suarum Parochiarum degentes sub specie Religionum non approbatarum, & communiom in vita accepta, in communi vita popularium discrepantes requirant, quod infra mensem a sua requisitione ipsos informent, cuius Religionis sint, & vitæ suæ ac status approbationem.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

8. Vide Presbyteri.

Ex Concilio Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

30. Sub pœna excommunicationis inhibemus ne aliqui cuiuscunque status extiterint confratrias erigere, & de nouo instituere sine Episcoporum expresso consensu & approbatione audeant, antiquas autem quas per Episcopos institutas, aut aliter approbatas fuisse constiterit toleramus, omnem baculorum delationem Confratribus & aliis quibuscunque tàm extra quàm intra Ecclesiam, necnon conuenticulares comessationes maximè diebus festis illarum Confratriarum, & ex denariis earumdem fiendas seu soluendas sub prædictis pœnis prohibentes, eisdem Confratribus & aliis delationem Calicum, vasorum sacrorum & capparum Ecclesiast. prohibemus, iniungentes de suffraganeorum nostrorum consensu, Sacerdotibus & aliis per Prouinc. nostram constitutis, ne ipsas deinceps concomitentur, aut illis deseruiant, exnunc autem iuramenta quæ solent præstari in ingressu omnino reprobamus & cassamus, Confratriarum Prouisores, Procuratores seu Magistri vel gagiatores Ecclesiarum Parochialium teneantur præstare iuramenta in initio officij suscepti coram Episcopis, aut eorum Officialibus, eliganturque singulis annis, mox redditari, de receptis & solutis, rationem.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 9.

21. Fraternitates quæ in honorem aliquorum SS. in Ecclesiis fiunt, in quibus tàm Clerici quàm Laici, potissimum comessationibus, & ebrietatibus vacant, interdum etiam variis conspirationibus aduers. potestates intenti sunt, si non omnino sublatas saltem correctas & reformatas volumus.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 1.

1. Vide Presbyteri.

3. Ad blasphemiæ scelus tollendum, Episcopi in sua quisque Vrbe & Diœcesi, hominum qui zelo Religionis accensi sunt sodalitatem Dei nomine instituant, præscriptis eid. sodalitati Regulis vnà cum Indulgentiis in Bulla Pij IV. expressis.

Titulo 3.

22. Vide Pœnitentes.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII. anno 1573.

2. Indulgentiarum quæ & à Pio V. & Gregorio XIII. doctrinæ Christianæ sodalitatum hominibus concessæ sunt, donum quotannis per Parochos, duobus ante Kal. Maij diebus Dominicis proximis promulgetur, cùm frequens populus adest, &c. in hospitalibus & in aliis piis locis vbi plures, vel mares, vel feminæ curantur aut aluntur, hoc tradendæ doctrinæ Christianæ institutum introducatur.

19. Curent Episcopi in Diœcesi aliquam hominum, qui moribus vitæque innocentia grauiores sint, sodalitatem constituere, quæ in fraternæ correctionis officio incumbat.

Ex Concil. Mediolan. 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 3.

15. Ne vllæ cuiusuis nominis piæ Confratriæ instituantur, eriganturve, neve erectæ aut institutæ Collegij sibi habitum sumant sine Sedis Ap. vel Episcopi auctoritate & facultate litteris explicata, &c. Episcopi Confratriam instituere curent, cuius officium sit discordiæ flammas restringere, dissidia amouere, concordiam inire, pacemque inter omnes reconciliare.

Ex Concil. Mediolanensi 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 3.

17. Ne facinorosi homines, neve turpis vitæ aut infamiæ labe notati in disciplinatorum alteriusve generis Confratriis ascribantur.

Ex Concilio Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

28. Confratriæ earumque Confrates, scholaresve qui in posterum locum in publicis processionibus sumptum de Episcopi aut Sedis Apost. facultate habitum sibi dari petierint atque obtinuerint, debere locum digniorem aliis Confratribus cedere, qui habitu antiquiores, consueuerunt illas supplicationes antea obire, &c.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

33. Confratriæ, Sodalitates, Societates & Scholæ quæcunque, quocunque nomine appellantur processionem SS. Sacramenti ne obeant, nisi in scriptis ab Episcopo facultate impetrata, quo casu Episcopi animaduertant, ne illa processio aliquo modo impediat processionem Parochialis Ecclesiæ.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

16. Instituatur Confraternitas corporis Dom. iis in locis vbi non est, Confratribus regulas seruandas Episcopus tradat, quorum præcipuum munus erit, vt quoties SS. Christi Corp. ad infirmos vel in processionibus deferendum erit, ipsorum aliqui nunquam desint, qui præter alios honorifice illud comitentur.

52. Episcopi semel in anno Confraternitates visitent, earumque statuta diligenter videant, examinentve, Confratres inhabiles, & excommunicatos à muneribus excludant.

58. Sodalitates, &c. Vide Conc. Mediol. 2. an. 1569. c. 3. & Forum Ecclesiasticum.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

34. Confraternitates & Societates in quibus per particulares quasdam actiones, aliaque exercitia spiritualia faciliorem sibi salutis viam parare conantur fideles, visitent Episcopi, inquirant modum viuendi, superstitiosa tollant, Rectores & administratores annuatim eligendos constituant, qui infra mensem post

nouam electionem suæ administrationis rationem reddent coram Episcopo, præcedentiæ inter Confraternitates dirimantur, vt antiquiores confirmatæ & approbatæ, recentioribus præferantur; comessationes & conuiuia quæ sumptibus Confraternitatum alicubi fieri solent, in posterum sub excommunicatione ne fiant, in ipsis Confraternitatibus & Capellis non asseruetur SS. Christi Corpus, nisi hoc expreßè approbante Episcopo, & tunc perpetuò lampas ardeat, tabernaculi clauem Presbyter & non secularis teneat, &c. Caueant in posterum Clerici quicunque sub excommunicatione Rectores Confraternitatum cum processione vel cantu vocare aut ducere in Ecclesiam, sed ipsi Rectores Ecclesiam adeant & processionem, si facienda sit, faciant.

FVRTVM.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho, anno 506.

45. Vide Clericorum mores.

Ex Concil. Parisiensi. 3. sub Ioanne III. anno 559.

6. Nullus res alienas competere à Regis audeat potestate.

Ex Concilio Lugdunensi 1. sub Ioanne III. anno 570.

3. Quia multi animas longa temporis quiete, sine vlla status sui competitione nunc improba prodiitione atque traditione, aut captiuauerunt, aut captiuare conantur, si iuxta præceptum Domini Regis emendare distulerint, quousque hos quos abduxerunt in loco in quo longum tempus quietè vixerunt, restaurare debeant, Eccl. communione priuentur.

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

6. Nullus ante audientiam res quorumlibet inuadere aut auferre præsumat quod qui fecerit, vt necator pauperum habeatur.

Ex Concil. Rhemensi sub Leone III. anno 813.

36. 37. Vide Ecclesiastica bona.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregorio. IV. anno 836.

24. De raptoribus Viduarum ac Virginum dignum duximus, vt ab vniuersis Comitibus omni nisu inuestigentur, & inuenti condigna inuectione & auctoritate Imperiali castigentur.

Ex Concil. Vernensi sub Sergio II. anno 844.

6. De sponsa ab altero capta, & de pœna raptoris.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

64. Raptores Virginum & Viduarum, qui etiam postea voluntate Parentum, eas quasi desponsantes sub dotalitij nomine in coniugium duxerunt, publicæ pœnitentiæ subigantur, & post publicam pœnitentiam, prout prouiderit Episcopus, peractam, ne in peius corruant, iterum conuenientes, de cætero eleemosynis & cæteris quibusque religiosæ & salutificæ conuersationis actionibus inseruire procurent, vsquequo ab opere coniugali ex consensu se valeant abstinere; filij verò ex huiusmodi vituperabili coniunctione, ante coniugium, etiam minus laudabili procreati ad Ecclesiast. dignitatem nullo modo prouehantur, nec de tali coniugio generati Ecclesiast. ordinibus applicentur, nisi fortè eos aut maxima Ecclesiæ vtilitas vel necessitas postulet, vel euidens meritorum prærogatiua commendet.

65. Hi autem qui necdum eas quas rapuerant, cum voluntate parentum sub præfato desponsionis vel dotalitij nomine in coniugium sumptas habeot, quando in omnium aures, hæc fuerit constitutio promulgata, ab earum coniunctione separentur, & publicæ pœnitentiæ subigantur, raptæ autem legaliter parentibus restituantur post peractam verò publicam pœnitentiam, si ætas & incontinentia exegerit, legitimo & ex vtrisque partibus placito coniugio socientur, &c. Quod si vnus ex coniugatis obierit, is qui publicam pœnitentiam egerit, & superstes extiterit, iterare coniugium non præsumat, nisi fortè Episcopus præuiderit aliquam concedere Indulgentiam, vt grauiorem possit amouere offensam.

66. Qui verò deinceps rapere virgines vel viduas præsumpserit, secund. Synodalem B. Gregor. definitionem, ipsi & complices eorum anathematizentur, & raptores sine spe coniugij perpetuò maneant.

67. Qui sanctimoniales virgines, vel viduas rapiunt, & progressu etiam criminis in coniugium sumunt, publicæ pœnitentiæ iuxta modum quem præuiderit Episcopus subigantur, ipsæ verò locis congruis pœnitentiæ retrudantur, & ad habitum Religionis redire cogantur, vterque autem sine vlla spe vxoriæ copulationis perenniter maneat, si autem (quod absit) coniugia iterare præsumpserint, arctiori subdantur vindictæ, qui si fortè obedire noluerint anathematizentur.

68. De his qui sponsas alienas rapiunt, vel consensu parentum accipiunt, antiqua & Synodalis sententia obseruetur, &c. Nullo modo alterius sponsæ acceptor sine publica transeat pœnitentia, & sponso legaliter mulctam componat, fautores verò illius iuxta modum culpæ, Episcopali decreto pœniteant, si verò de gradu Ecclesiast. talibus nuptiis se consensorem, vel interuentorem manifestè prodiderit, à gradu proprio repellatur.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

10. De raptoribus hoc tenendum censemus, vt si eas rapuerint quæ cum sponso pariter benedictione Sacerdotali initiatæ sunt, licet easdem corruperint abstrahantur tamen ab his & propriis sponsis reddantur, quæ verò vel viduæ, vel adhuc sponsæ non fuerunt, & absque ipsarum & parentum voluntate rapiuntur, nihilominus vel propinquis restituantur, & aliis si voluerint nubant, nam ipsis à quibus raptæ sunt, legitimæ demum vxores nullatenus esse possunt, ipsos autem raptores, eisque auxiliū præbentes quamquam anathematizandos antiqui Canones præcipiāt, in vltimo tamen constitutis, si deuotè postulauerint sacræ communionis Viaticum pro misericordia dandum non negamus, quod si aliquis de ordine Clericali huiusmodi transgressoribus cooperator extiterit, proprij gradus honore carebit.

Ex Concilio Tullensi 2. sub Nicolao, anno 860.

4. De his qui rapinas exercent, incendia, stupra inaudita committunt, cædes & homicidia perpetrant, res Ecclesiarum subtrahunt atque diripiunt, siue authores siue fautores eorum, à sacro Missarum Officio, à foribus Ecclesiarum, ab omni societate Christiana, vsque dum Pœnitentiæ se humiliter submittant, remoueantur, inuicem sibi Episcopi pro his scripta transmittant, quatenus omnes sciant cum talibus damnatis nullam communionem habere.

Ex Concil. Triburiensi sub Formoso, anno 895.

31. Si quis inuentus fuerit furtum aut rapinam exercere, & in ipso diabolico actu mortem meretur incurrere, nullus pro eo præsumat orare, aut eleemosynam dare & eleemosyna pro eo data in memoriam Clericorum nec pauperum veniant sed execrabilis sordescat, &c. Si autem ille fur vel latro vulneratus elabitur & expectatione mortis desperatus putatur, atque reconciliari se mysteriis Sacrosanctis habitu corporis & voluntate piæ mentis deprecatur, Deoque & Sacerdoti, comite vita emendationem morum & actuum confitetur, communionis gratiam non negamus tribuendam.

Ex Concil. Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

21. Vide Laici.
31. Vide Episcop.

Ex Concilio Lateran. 1. Vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1122.

15. Quicunque monetam falsam scienter fecerit, aut studiosè expenderit, tanquam maledictus & pauperum virorum oppressor, & Ciuitatis turbator à fidelium consortio separetur.

Ex Conc. Lateran. Vniuers. 12. sub Innocent. III. anno 1215.

39. Sæpè contingit quod spoliatus iniustè per spoliatorem, in alium re translata, dum aduers. possessorem non subuenitur per restitutionis beneficium, spoliato cummodo possessionis amisso, propter difficultatem probationis, ius proprietatis amittit effectum, &c. Si quis de cætero rem talem acceperit, contra possessorem huiusmodi spoliato per restitutionis beneficium succurratur.

40. Contingit interdum quod cum actori ob contumaciam partis aduersæ adiudicatur, causa rei seruandæ, possessio; propter Rei potentiam siue dolum, Actor infra annum rem custodiendam nancisci non potest, vel nactam amittit, & sic cum secundum affectionem multorum, verus non efficeretur post lapsum anni possessor, reportat commodum de malitia sua reus, &c. In casu præmisso actor verus constituatur elapso anno possessor.

41. Nulla valeat absque bona fide præscriptio, tàm Canonica quam Ciuilis, &c. Oportet autem vt qui præscribit in nulla temporis parte, rei habeat conscientiam alienæ.

Ex Concil. Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

21. Ne quis sub anathemate latrones ad latrocinium faciendum in seruitio suo retineat, nec eus in terris suis scienter habitare permittat.

Ex Concil. Londinensi sub Gregorio IX. anno 1237.

17. Nemo latrones protegat vel defendat, seu teneat in domibus suis, vel in villis, quos sciuerit vel manifestum fuerit latrocinium exercere, qui contra fecerint, si tertiò moniti per Ecclesiast. Iudicem ordinarium, ipsos à se non abiecerint, sint excommunicati, monitionem autem volumus sufficere generalem, etiam si fiat alicuius vel alicui nomine non expresso, dummodo ita publicè ac solemniter fiat quod ad eorum notitiam valeat peruenire.

Ex Concil. Lugdunensi Gener. 14. sub Gregorio X. anno 1274.

12. Vide Ecclesiastica bona.

Ex Conc. Herbipolensi sub Honorio IV. ann. 1287.

30. Spoliatores stratarum, & raptores alios qui transeuntes per vias aut stratas publicas, viduas, pupillos & personas alias, eorum bona vi spoliant tam ipsi quam receptantes eos scienter, & dantes eis auxilium vel fauorem, ipso facto sint excommunicati.

Ex Concil. Rauennat. 2. sub Clemente V. anno 1311.

26. Qui de cætero Ecclesiam aliquam vel aliquem pium locum inuaserit, vel occupauerit, vel occupatum detinuerit, vel aliquod prædium rusticum, vel villam seu quævis bona Ecclesiast. siue Iura perpetua, &c. Excommunicationem ipso facto incurrat & si admonitus non destiterit, & integrè non satisfecerit, sine difficultate ex nunc tàm ipsum, quàm eius filios & descendentes vsque ad 4. generationem omnibus feudis honoribus & beneficiis Ecclesiast. priuamus perpetuò, & inhabiles reddimus ad beneficium Ecclesiasticum obtinendum.

Ex Conc. Sabinensi in Hispan. sub Ioan. XXII. anno 1322.

22. Nonnulli Christianos rapiunt vel furantur & eos Sarracenis vendunt, aut aliter quomodocunque trahunt, nullus Christianus prædicta exercere audeat, alioquin in excommunicationem incidat ipso facto, & postquam à dicta sententia absolutus fuerit nisi prius satisfecerit, careat Ecclesiast. sepultura, Prælati autem filios eorum qui subtractos Sarracenis tradunt, vsque ad tertiam generationem ad sacros Ord. & Ecclesiastica beneficia non admittant.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

25. Nullus prædam aliquam scienter emere vel tenere præsumat, alioquin nisi intra mensem prædam ipsam aut eius æstimationem (si restitutioni non subiaceat) restituat, excommunicatione percellatur.

Ex Concil. Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

14. Excommunicantur Inuasores, Raptores, depraedatores, occupatores suo nomine vel alieno personarum Ecclesiast. rerum suarum, seu locorum Religiosorum; Item qui domibus Ecclesiast. posuerint Comestores, receptatores, defensores Inuasorum, & qui ad præmissa dederint consilium vel fauorem publicè vel occultè eisdem pœnis mulctentur.

Ex Concil. Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

23. Raptores quamdiu ab hac luce migrauerint Ecclesiast. careant sepultura, si vero fuerint sepulti exhumentur, etiamsi huiusmodi raptores antè obitum Pœnitentiam sacrament. receperint, & de rapinis satisfecerint, nec pro eis diuina dicantur, aut oblationes admittantur, adiicientes quod famosi aut publici raptores vltra pœnas prædictas ipso iure sint intestabiles, nec ex testamento capere possint filiique eorum sint inhabiles ad beneficia Ecclesiastica obtinenda.

Ex Conc. Trident. Gener. 18. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 24.

6. Vide Matrimonium.

GRATIÆ EXPECTATIVÆ.

Verbo Beneficium Ecclesiasticum. Conc. Lateran. vniu. 11. ann. 1179. c. 8. Sabin. 1321. c. 9. Frisingen. 1440. c. 9. Lateran. Vniuers. 17. ann. 1513. de Concordat. c. 3. Colonien. 1536. p. 1. c. 5. Trident. Gener. 18. ann. 1551. Sess. 24. c. 19.

HÆRETICI.

Ex Canon. Apost. Clement. I. anno 93. & Epist. Adriani I. ann. 773.

45. Episcopus, Presbyter, Diaconus cum Hæreticis tantum orantes excommunicentur, si vero eos ad Clericale officium hortati fuerint damnentur.

Ex Concil. Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

16. Hæreticis qui errant ab Eccl. Catholica, dari puellas non placuit, si contra interdictum fecerint parentes, abstinere per quinquennium placet.

22. Si quis de Catholica Eccl. ad Hæresim transitum fecerit, rursusque ad Eccl. recurrerit 10. annis agat Pœnitent. si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccauerint, incunctanter recipi debent.

51. Ex omni Hæresi fidelis si venerit minimè est ad Clerum promouendus, si qui sunt in præterito ordinati, sine dubio deponantur.

Ex Concil. Arelatensi I. sub Siluestro I. anno 314.

8 De Arrianis (seu Afris) qui propria lege sua vtuntur vt rebaptizentur, placuit si ad Eccles. aliqui de hac Hæresi venerint, interrogent eos nostræ fidei Sacerdotes Symbolum & si peruiderint in Patre & Fil. & Spir. S. eos baptizatos, manus eis tantum imponatur vt accipiant Spirit. Sanctum quod si interrogati non responderint hanc Trinitatem, baptizentur.

Ex Concil. Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

6. Non permittendum Hæreticis vt domum Domini ingrediantur, si in hæresi permaneant.

7. De his qui ab Hæreticis conuertuntur, id est nouatianis aut quartodecimanis quos Græci Tessaredecatites appellant, siue baptizati sint illi siue Catechumeni, non ante suscipiantur quam omnes Hæreses anathematizent, & tunc demum hi qui apud eos dicebantur fideles, nostræ doceantur fidei Symbolum, & vncti sancto Chrismate sic Mysteriis communicent Sacrosanctis.

8. De his qui conuertuntur ab Hæresi Cataphrygarum & si in Clero qui apud eos esse creditur fuerint, & si maximi nominentur, hos sub omni diligentia ab Episcopis Ecclesiæ vel Presbyteris instrui & baptizari conueniet.

9. Non concedendum in cœmeteria, & quæ Martyria Hæreticorum dicuntur, Catholicos orationis gratia & petendæ curationis intrare, sed qui ierint si sunt fideles esse aliquantisper excommunicatos, pœnitentes autem eos & errasse se confitentes suscipi oportere.

10. Illi qui ad Eccl. pertinent indifferenter, filios proprios Hæreticorum nuptiis minimè sociare debent.

31. Non oportet cum omni Hæretico matrimonium contrahere vel dare filios aut filias sed magis accipere, si se Christianos futuros profiteantur.

Non oportet Hæreticorum benedictiones seu Eulogias accipere, quæ sunt potius maledictiones quam benedictiones.

Non oportet vna cum hæretico vel schismatico orare.

Ex Concil. Nicæno Generali I. sub Siluestro I. anno 325.

8. Si qui voluerint venire ad Eccl. Catholicam ex Nouatianis (seu Catharis) placuit S. Concilio, vt ordinentur & sic maneant in Clero, ante omnia fateantur se communi consensu Catholicæ Eccl statuta obseruaturos, & communicaturos & bigamis, & his qui in persecutione prolapsi sunt, quibus lapsis Pœnitentiæ modus & tempus adscriptum est.

19. Si quis confugit ad Eccl. Cathol. de Paulianistis & Cataphrygis, statutum est rebaptizari eos omnino debere, si qui vero Clerici erant apud eos, si quidem inculpati fuerint & irreprehensibiles, baptizati rursus etiam ordinentur ab Episcopo Ecclesiæ Catholicæ.

Ex Eod. Conc. Editionis Arabicæ.

31 Siquis à mala fide ad fidem orthodoxam reuertatur, recipiendus est in Ecclesiam per manus Episcopi vel Sacerdotis, qui præcipere ei debet vt anathematizet cunctos fidei orthodoxæ contradicentes, & qui Apostolicæ Eccl. contradicunt, postquam hæc fecerit, Episcopus vel Sacerdos debet vngere eum vnctione Chrismatis, & ter signare signo crucis vngendo.

32. Sed qui fuerunt ex Hæresi Cudanorum, aut Cabazorum, aut Talmanorum, non necesse est eos vngi, nec baptizari, nec gradu suo moueri, sed potiùs tedise

redire eos oportet ad eos gradus, &c. Sic agendum est cum quocunque qui a vera fide non vacauit, & qui baptismum & leges Ecclesiæ retinoit sicut alij Christiani.

Ex Concil. Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

9. Nouarianos in communionem recipi non debet, nisi suscepta Pœnitentia, incredulitatis præteritum damnet errorem.

Ex Conc. Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

13. Vt Episcopi vel Clerici in eos qui Catholici Christiani non sunt, etiamsi consanguinei fuerint, nec per donationes, nec per testamentum rerum suarum aliquid conferant.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

70. Clericus Hæreticorum, & Scismaticorum tam conuiuia quam sodalitates euitet æqualiter.

71. Conuenticula Hæreticorum non Ecclesia sed Conciliabula appellantur.

72. Cum Hæreticis nec orandum nec psallendum.

Ex Concil. Mileuitano sub Innocentio I. anno 416.

11. Placuit & illud aduers. Hæreticos vel paganos vel eorum superstitiones vt legati missi de hoc glorioso Conc. quidquid vtile prouiderint à gloriosissimis Principibus impetrent.

25. Si in matricibus Cathedris Episcopus negligens fuerit aduers. Hæreticos, conueniatur à vicinis Episcopis diligentibus & ei sua negligētia demonstretur, vt se excusare non possit, quod si ex die quo conuenitur intra sex menses, si in eius Prouincia executio fuerit, & non eos ad vnitatem Catholicam conuertendos curauerit, non ei communicetur donec impleat.

Ex Conc. Chalcedonensi Gener. 4. sub Leone I. anno 451.

14. Quia in quibusdam Prouinciis conceditur Psalmistis & lectoribus vxores accipere, statuit S. Synodus prorsus non licere cuiquam ex his alterius sectæ accipere vxorem, si quis vero præuenit & habet iam de tali coniugio filios, si fortè præuenerint eos iam apud Hæreticos baptizari, debent eos offerre S. Eccl. Catholicæ vt ibi communicent qui vero adhuc baptizati non sunt, omnimodè non posse eos in Hæretica Eccl. Baptizari nec in matrimonio iungi Hæretico, Iudæo vel pagano, nisi fortè spopondent se venire ad Orthodoxam fidem, dum coniungitur personæ orthodoxæ.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho, anno 506.

67. Quoniam non oportet cum omnibus Hæreticis miscere connubia, vel filias dare sed potius accipere, si tamen profiteantur Christianos futuros esse vel Catholicos.

Ex Concil. Aurelianensi sub Symmacho, anno 507.

12. Si Clerici fideliter conuertantur, & fidem Catholicam integrè confiteantur, vel ita dignam vitam morum, & actuum probitatem custodiant, officium quo eos Episcopus dignos esse censuerit, cum impositæ manus benedictione suscipiant, & Ecclesiæ simili quo nostræ innouari solent, placuit ordine consecrari.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

15. Si superioris loci Clericus Hæretici cuiuscunque conuiuio interfuerit, anni spacio pacem Ecclesiæ non habebit, quod si iuniores Clerici præsumpserint, vapulabunt.

16. Presbytero si conuersionem subitam petant Hæretici, Chrismate subuenire permittimus quod omnes conuersuri si sani sunt, ab Episcopo noueriot expetendum.

Ex Concilio Ilerdensi sub Ioanne, anno 524.

13. Catholicus qui filios suos in Hæresi baptizandos obtulerit, oblatio illius in Ecclesia nullatenus recipiatur.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

3 Si qui Hæretici adhuc esse suspicantur in galliis, à Pastoribus Ecclesiarum perquirantur, & si veraciter fuerint inuenti, ad fidem Catholicam reuocentur.

Ex Concil. Toletano 17. sub Sergio, anno 694.

Secundum Garsiam.

13. Lapsis, id est qui in Catholica baptizati, præuaricatione damnabili post in Hæresim transiere, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas, quibus nos annorum multitudine breuiata, imponimus, vt præscripto biennij tertia die sine relaxatione ieiunent, & Ecclesiam studeant frequentare, in Pœnitentiæ loco standi & orandi humilitatem nouerint obseruandam, etiam cum Catechumenis procedere, cum monentur abscedant.

20. Vide Matrimonium.

Ex Concil. Nicano 2. Vniuers. 7. sub Adriano I. anno 787.

9. Puerilia omnia ludibria furiosaque ac insana dicta & scripta quæ aduers. sanctas Imagines edita sunt, oporter dari Episcopo Constantinop. vt cum reliquis libris hæreticis reponantur, si quis autem hæc celare inuentus fuerit, si sit quidem Episcopus vel Presbyter, vel Diaconus deponatur, si autem laicus vel Monachus segregetur.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

23. Vide Clericorum Officium.

Ex Concil. Triburiensi sub Formoso, anno 895.

50. Si quis siue sit vir siue mulier aliquem à recta credulitate & Catholica fide inlusione diabolica auerterit,expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris,&c. Et si quempiam veneno vel herbis aut Diuersi generis maleficiis perdiderit,velut pessimus homicida duplici mulctetur Pœnitentia.

Ex Concil. Romano 1. sub Leone IX. anno 1049.

2. Omnis cuiuslibet Ord. Clericus qui Catholicam deserens,Hæreticæ communioni se miscuerit si ad Eccl. fuerit reuersus, in eo gradu in quo erat sine promotione permaneat , ad altiores autem gradus non promoueatur.

Ex Concil. Tolosano sub Victore II. anno 1056.

13. Vide Excommunicatio.

Ex Concil. Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

Nullus omnino hominum Hæresiarchas & eorum sequaces , qui in partibus Gasconiæ aut Prouinciæ vel alibi commorantur , manu teneat vel defendat, nec aliquis eis in terra sua receptaculum præbeat , si quis præsumpserint anathemate feriatur.

Ex Concil. Turonensi sub Alexandro III. anno 1163.

4. Vide Conc. Rhem. 1148. c. 18.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 11. sub Alexandro III. anno 1179.

27. Cathiaros seu Patrinos seu Publicanos alioque Hæreticos & defensores eorum & receptores, anathemati decernimus subiacere, & sub anathemate prohibemus ne quis eos in domibus vel in terra sua tenere vel fouere , vel negotiationem cum eis exercere præsumat.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 12. sub Innocentio III. anno 1215.

2. Damnamus & reprobamus libellum siue tractatum quem Abbas Ioachim edidit contra Magistrum Petrum Lombardum de vnitate seu essentia Trinitatis.

3. Excommunicamus & anathematizamus omnem Hæresim extollentem se aduers. S. orthodoxam & Cathol. fidem, condemnantes vniuersos Hæreticos quibuscunque nominibus censeantur damnati vero sæcularibus potestatibus præsentibus aut eorum balliuis relinquantur ,animaduersione debita puniendi, Clericis prius à suis ordinibus degradatis , ita quod bona huiusmodi damnatorum , si laici fuerint confiscentur,si vero Clerici ,applicentur Ecclesiis à quibus stipendia perceperunt, qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles,nisi propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint , anathemate feriantur,sæculares potestates pro defensione fidei,præstent publicè iuramentum quod de terris suæ iurisdictioni subiectis, vniuersos Hæreticos ab Eccl. de notatos,bona fide pro viribus exterminare studebunt; Catholici qui crucis assumpto charactere, ad hæreticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentia illoque sancto priuilegio sint muniti,quod accedentibus in terræ sanctæ subsidium conceditur, credentes vero, receptores , defensores , & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subiacere.

4. Postquam Græcorum Ecclesia ab obedientia Sedis Ap. se subtraxit , in tantum Græci cœperunt abominari Latinos, quod si quando Sacerdotes Latini super eorum celebrassent altaria, non prius ipsi sacrificare volebant in illis , quam ea tanquam per hoc inquinata lauissent,baptizatos etiam à Latinis & ipsi Græci rebaptizare ausu temerario præsumebant, & adhuc quidam agere hoc non verentur præcipimus vt talia de cætero sub anathemate non præsumant.

Ex Concil. Tarraconensi sub Celestino IV. anno 1242.

1. Hæretici perseuerantes in errore , relinquantur Curiæ sæcularis iudicio , perfectò vero Hæretici si conuerti voluerint , & dogmatizantes , absolutione præ habita & abiuratione facta , perpetuo carceri intrudantur.

2. Credentes Hæreticorum erroribus solemnem faciant Pœnitentiam, hoc scil. modo , quod in festo omnium SS. & in prima Dominica Aduentus,in die Natalis Dom. Circumcis. Epiphaniæ , S. Mariæ Febr.S. Eulaliæ,S. Mariæ Martij , & per omnes dies Dominicos quadrages. sint in processionibus ad Sedem seu Eccl. Cathedralem , & ibi discalceati in braccis & camisia,prætereaquam in die S. Mariæ.Febr. & in Ramis palmarum , vt reconcilientur in Eccl. Parochiali, in Processionibus publicè disciplinati per Episcopum vel Sacerdotem Ecclesiæ ; Item in quarta feria in capite ieiunij , veniant simul ad Sedem,& sint eodem modo & secundum formam iuris discalceati in braccis & camisia , & expellantur ab Eccl.& sint extra Eccles. per totam quadrages. sic tamen ad fores Ecclesiæ quod ibi audiant officium, & in die cœnæ Domini sint discalceati in braccis & camisia ante fores Ecclesiæ & tunc secundum Canonica instituta publicè reconcilientur Ecclesiæ & hanc Pœnitentiam de quarta feria & de stando extra Eccles. per totam quadrages. & de die cœnæ faciant quamdiu vixerint quolibet anno sed in diebus Dominicis quadragesimæ facta reconciliatione exeant Ecclesiam,& stent ad fores vsque in diem cœnæ & portent duas Cruces perpetuo ante pectus quæ non sint eiusdem coloris cum vestibus & portent ita vt videri possint solemniter Pœnitentes,ita tamen quod non abstineant ab ingressu Ecclesiæ in quadragesima vltra decem annos.

3. Pœnitentia illorum qui sunt relapsi in fautoriam similiter erit solemnis vt de credentibus hoc excepto quod cruces non portent.

4. Pœnitentia illorum qui non sunt relapsi in fautoriam sed sunt fautores & vehementissime suspecti, erit eodem modo solemnis per septennium.

5. Pœnitent. illorum qui sunt fautores & vehementer suspecti , erit solemnis eodem modo per quinquennium.

6. Pœnitent. illorum qui sunt fautores & suspecti erit solemnis eod modo per triennium intelligitur tamē quod mulieres vestitæ veniāt & disciplinentur.

7. Hanc Pœnitent. faciant omnes prædicti in festiuitatibus & diebus præordinatis in Ciuitate ista vel loco,& non alibi ad Festum Pachæ,illi scil. qui sunt Ciues,forenses autem faciant eam in Parochiis suis & non alibi,præterquam in feria quarta in capite quadragesimæ & in die cœnæ Domini,in quibus veniant omnes ad Sedem vel ad locum Ecclesiæ suæ in sequentibus vero temporibus quadragesimalibus decennalem Pœnitētiam septennalem,quinquennalem, & triennalem quā debent facere in quarta feria in introitu quadragesimæ,& in die cœnæ Domini faciant omnes tàm Ciues quàm forenses in sede Ciuitatis suæ & non alibi,nisi iusta & rationabili causa, & de speciali licentia Episcopi vel Vicarij sui,&c. Quod si fortè casu fortuito,siue fraude tamen & dolo in illis duobus diebus non possent ad Cathedralem Eccles. peruenire, cum redierint, in duabus aliis solemnitatibus assignatis eis, iuxta arbitrium Episcopi publicè disciplinentur apud Sedem secundum formam illorum duorum dierum.

Si Hæreticus pœniteat & secretò absoluatur Ecclesiæ iure solemnitatibus seruatis cum iam non sit Hæreticus,formabitur sic sententia. Pateat omnibus quod per ea quæ inquisitione inuenta,prædita & acta sunt,liquido nobis constat,quod talis fuit deprehensus in Hæresi & postmodum reuersus ad Ecclesia vnitatem, agentes misericorditer cum eodem,ipsum ad perpetuum carcerem condemnamus secundum canonica instituta. Si autem nondum sit absolutus sic formabitur.Pateat omnibus quod talis est deprehensus in Hæresi & vult reuerti ad Ecclesiæ vnitatem,agentes misericorditer cum, &c.

Si verò non vult Pœnitere sed in errore perdurat, præsente Iudice sæculari sententia sic formetur. Pateat omnibus quod per ea quæ in inquisitione inuenta,probata & acta sunt, liquido nobis constat quod talis est deprehensus in Hæresi ab Eccl. condemnata,& ipsum tanquam Hæreticum condemnamus.

Contra fautores sententia sic formatur. Pateat Omnibus, &c. Quod talis est deprehensus in fautorio, & denunciamus ipsum excommunicatum & suspectum de Hæresi, & si per annum contempserit satisfacere,subiaceat pœnis Conc. Generalis,& si defecerit in purgatione & in excommunicatione per annum steterit,vt Hæreticus condemnetur.

Suspectus de Hæresi purgabit se publicè in hunc modum.Ego N. Iuro per Deum omnipotentem, & per hæc S. Dei Euangelia quæ in manibus meis teneo, coram vobis Dom. N. Archiepiscopo & coram aliis vobis assistētibus qood nō sum vel fui in zabbatatus, valdensis vel pauper de Lugduno, nec Hæreticus in aliqua secta Hæresis per Eccl. damnata, nec credo, nec credidi eorum erroribus nec credam aliquo tempore vitæ meæ, imo profiteor & protestor me credere,& semper imposterum crediturum fidem Cathol. quam S. R. Eccl. & Apost. publicè tenet docet & prædicat, & vos Domine Archiepiscope, Episcope & cæteri Prælati Ecclesiæ vniuersalis tenent, prædicant publicè atque docent.

Compurgatores iurabunt per hunc modum. Ego N. Iuro per Deum & per hæc S. 4. Dei Euang. quæ manibus meis teneo, me firmiter credere quod talis non fuit in zabbatatus, Valdensis, nec pauper de Lugduno, nec Hæreticus, nec credens eorum erroribus & credo firmiter eum in hoc verum Iurasse.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

34 Leccatores seu reprobatos Apostolos in eorum reprobata regula remanere vetamus nullusque Clericus aut secularis persona, intuitu Religionis eorum ac insolito habitu eos de cætero recipiat, aut eis alimenta ministret,qui contra fecerit arbitrio sui ordinarij puniatur, quod & in vagis & scholaribus tractandis obseruari volumus.

Ex Concilio Mediolanensi sub Nicolao IV. anno 1287.

Constitutiones summorum Pont.& Friderici olim Imperat. contra Hæreticos latæ,inuiolabiliter obseruentur, & ex earum præscripto contra fidei Catholicæ præuaricatores procedatur.

Ex Concil. Salisburgensi sub Nicolao IV. anno 1291.

3. Ne quis sectam vagorum scholarium reprobatam assumat, seu in ea permaneat, vel eam exercere præsumat, alioquin eos qui huiusmodi sectam ante hanc constitutionem temerè assumptam infra mensem à tempore promulgationis penitus non dimiserit,& illos qui nunc assumere præsumpserint,ipso facto statim omni priuilegio Clericali exui præcipimus & nudari.

Ex Concilio Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

37. Nulla Ecclesiast. mundanaue persona cuiuscunque status aut conditionis existat, erroribus & Hæresibus Vviclefistarum, & Hussitarum infectos,in suis Ecclesiis Monasteriis Parochiis, Dominiis,ac locis aliis quibuscunque ad prædicandum, docendum,aut dogmatizandum poblicè vel occultè admittant,quovis quæsito colore sub excommunicatione in singulares personas,& interdicto in loca,&c. Omnesque Christi fideles vtriusque sexus postquam audiuerint aut sciuerint, præfatis Hæresibus infectos in nostra Prouincia morari,ipsos statim suis superioribus quorum præsentiam commodè adire poterunt sub pœnis prædictis denunciare teneantur.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

20. Si quis Clericus vel laicus vtriusque sexus præsumat prędicare aut occultè docere credere vel tenere, quod Sacerdos in mortali peccato existens non possit conficere corpus Chr. seu sic ligatus non possit absoluere vel ligare suos subditos à peccatis, pro Hęretico & incredulo habeatur, &c. Damnatione simili reprobamus quorumdam opinionem erroneam asserentem, Episcopum, Presbyterum, seu Sacerdotem Curatum non posse soluere Presbyteros fornicarios, à fornicationis reatu, propter votum Castitatis.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 17. sub Leone X Ann. 1517. Sess. 9. De Reformat.

29. Contra fictos Christianos,ac de fide malè sentientes cuiuscunque generis aut nationis fuerint, &c. Diligenti inquisitione vbique & in Rom. Curia maximè procedatur per Iudices per nos deputandos & eius criminis reos,& legitimè conuictos debitis Pœnis puniri, relapsos vero absque vlla spe veniæ aut remissionis affici volumus.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

31. Pseudo Christiani de fideque patum probè sentientes, citra delectum personarum, Hęretici quoque vel Iudaismum referentes à S. quoque Congregatione procul arceantur contraque eos diligenti inquisitione procedatur per ordinarios, &c.

32. Vide Clericorum officium.

Ex Concilio Senonensi sub Clemente VII. ann. 1528. De Moribus.

32. Diœcesani per se aut Archidiaconos seu alias honestas personas, bis in anno aut sæpius, si res ita postulauerit, Parochiam in qua fama fuerit Hęreticos habitare circumeant, & ibi tres aut plures boni testimonij viros, vel etiam vbi opus fuerit totam viciniam iurare compellant, si quos ibidem Hęreticos, vel aliqua occulta conuenticula celebrantes, vel à communi conuersatione fidelium dissidentes sciuerint, Episcopis seu eorum Officialibus indicare, qui vero ex his iurare fortè noluerint, hoc ipso tanquam suspecti de Hęresi reputentur, & contra eos tanquam Hęreticorum fautores procedatur.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

26. Nullus cuiuscunque ætatis, status, Ord. aut gradus fuerit, ad scholas, aut Gymnasia de schismate aut Hæresi suspecta, nuperque natis de Religione peruersis opinionibus contaminata, discendi, docendiue causa proficisci audeat.

Ex Concil. Coloniensi 2. sub Paulo III. ann. 1549. Censura cont. Abusus.

8. Caueant Sacerdotes siue Religiosi, siue sæculares ab Hæreticis vel schismaticis ad Ecclesiam reuertentes, se ministeriis statim Diuinis statim ingerere & sacrificare aut sacramenta populo administrare priusquam sint absoluti, Ecclesiæ reconciliati, & officiis ac Ministeriis suis, irregularitate sublata, restituti.

Ex Concilio Trident. Generali 18. sub Pio IV. ann. 1562. Sess. 24. De Reformat.

6. Vide Absolutio.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 1.

1. Parochi diligenter animaduertant an in suis Parochiis, vllus sit, quod ad fidem attinet, prauis opinionib. imbutus, vel eo nomine suspectus, &c. Principes, & Ciuitatum Magistratus prohibeant, ne suæ ditionis homines percipiendæ etiam linguæ causa aut mercaturæ, aliove nomine, in hæreticorum locis instituantur, aut commorentur; sacro inquisitionis officio in omnibus ex animo faueant & opitulentur, & vt eius edicta seruentur authoritatem etiam suam rogati interponant.

Ex Concilio Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo I.

1. Episcopus edicto quotannis publicè proposito omnes & singulos suæ Diœcesis moneat, ac pœna excommunicationis latæ sententiæ proposita, iubeat vt si eorum quispiam iam sciret cuiusvis sectæ Hæreticos homines, eove nomine suspectos, aut infames, aut quovis modo à fide Catholica aberrantes, aut qui verba hæreticalia protulerint, aut qui Hæreticorum libros scriptaue, quæ quovis modo auctoritate Sedis Ap. prohibita sunt legunt vel apud se habent, ro. ad summum diebus post Edicti promulgationem aut notioiam, illos omnes & singulos vel ipsi Episcopo, vel Hæreticæ prauitatis inquisitori denunciet. Parochi edictum eiusmodi in singulos annos semel quadragesimæ initio, iterum ineunte Domini aduentu publicè in sua quisque Parochia in Missa pronuncient & promulgent.

Ex Concil. Mediolan. V. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 1.

1. Episcopus vna cum Inquisitore, Congregationem quæ certo numero constet, Theologorum & & Iurisperitorum hominum instituat, qui ad causarum S. Inquisitionis consultationem adhibeantur, ea congregatio semel in singulos menses atque adeo crebrius cum occasio tulerit, conuocetur, nec quidquam aliud in ea agatur geraturue, nisi quod ad eiusdem S. Inquisitionis officium pertinet, &c. Aduocatus & Procurator vbi primum ex causarum actis aliave vlla ratione animaduerterit Reum qui delatus est Hæreticum esse aut eo nomine suspectum, id cùm ipsi Reo Iudicique denunciet, tùm statim illius defensionem deserat.

Ex Concilio Mediolan. 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

1. Ne cuiquam quem Hæreticum esse certum sit, hospitium diuersoriumve præberi liceat, præterquam in caupona publica, Is vero qui præbuerit, illius aduentum habitationemque, Episcopo, Inquisitoriue aut Parocho si in Diœcesim venerit confestim denunciet, &c. Ne cuiquam ad Hæreticorum loca proficisci liceat, nisi primum ab Episcopo aut Inquisitore eius rei facultatem impetrarit.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

11. Hæretici quamdiuм membra non sunt Ecclesiæ, rei sacræ aut sacramentorum administrationi ad esse non permittantur, sed prorsus ab Ecclesiarum liminibus arceantur, præterquam Concionis tempore, &c. Suos igitur sæpius moneant subditos Episcopi, vt si propter sæcularia cum illis agere cogantur de rebus fidei credentes, certo quæ credit Ecclesia non disputent.

44. Vide Excommunicatio.

HOMICIDIVM.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

5. SI qua femina flagellis verberauerit ancillam suam ita vt intra tertiū diem animē cū cruciatu effundat, eo quod incertum sit voluntate an casu occiderit, si voluntate post 7. annos, si casu per 5. annos acta legitima Pœnitentia ad communionem placuit

Placuit admitti, quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

Ex Fragmentis eiusdem Concilij.

Secundum Gratianum.

85. Si mulier maritum suum causa fornicationis veneno interfecerit, aut quacunque arte perimere fecit, quia Dominum & Seniorem suum occidit, seculum relinquat, & in Monasterio pœniteat; Si mater filium suum spontè occiderit, 15. annis pœniteat, & nunquam mutet, nisi in die Dominico, mulier autem paupercula si fecerit pro difficultate nutriendi, 6. annos pœniteat.

Ex Concil. Ancyrano sub Siluestro I. an. 314. & Epit. Adriani I. anno. 773.

21. Spontanei homicidæ post iugem Pœnitentiam, in exitu vitæ communionem recipiant.

22. Non spontaneum homicidium septennio vel quinquennio emendetur.

Ex Concil. Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

34. Si quis famulorum cuiuslibet conditionis aut generis, quasi ad exacerbandam Domini discretionem se diabolico repletus furore percusserit, ipse tantum sanguinis sui Reus erit, neque ad Dominum sceleris alieni inuidia pertinebit.

Ex Concilio Venetio in Gallia sub. Leone I. anno 453.

1. Censemus homicidas & falsos testes à communione Ecclesiast. submouendos nisi pœniteant.

Ex Concilio Turonico sub Simplicio, anno 482.

7. Homicidis penitus non communicandum donec per confessionem, Pœnitentia, ipsorum crimina deleantur.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

37. Vide Conc. Venetic. 453. c. 1.

61. Si quis seruum proprium sine conscientia Iudicis occiderit, excommunicatione vel Pœnitentia biennij reatum sanguinis emendabit.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

31. De Pœnitentia homicidarum qui sæculi leges euaserunt, hoc summa reuerentia de eis inter nos placuit obseruari, quod Ancyritani Canones decreuerunt.

34. Vide Conc. Agathen. 506. c. 61.

Ex Concil. Ilerdensi sub Ioanne, anno 524.

2. Vide Adulterium.

Ex Concil. Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

28. Quisquis homicidium voluntate commiserit, si à Principibus aut parentibus quacunque re se reddiderit absolutum pro modo Pœnitentiæ distringendus in Sacerdotis potestate consistat.

Ex Concil. Braccarensi 1. sub Ioanne III. anno 563.

16. Placuit vt hi qui sibi ipsis aut per ferrum, aut per venenum, aut suspendium vel quolibet modo violentam inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur, similiter & de his placuit, qui pro suis sceleribus puniuntur.

Ex Concil. Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

17. In quibusdam Hispaniæ partibus filios suos parentes interimunt, fornicationis auidi, nescij pietatis, quibus si tædium est filios numerosos agere, prius se debent castigare, à fornicatione, &c. Ergo & Sacerdotes locorum hæc S. Synodus dolentius conuenit, vtidem scelus cum Iudice curiosius quærant & sine capitali vindicta, acriori Disciplina prohibeant.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

18. Si quis homicidium spontè commiserit, cum isto penitus non communicandum, sic tamen vt si Pœnitentiam egerit, in exitu ei communionis viaticum non negetur.

Ex Concilio Toletano 11. sub Adeodato, anno 675.

5. Vide Episcoporum mores.

Ex Concil. Toletano 17. sub Sergio, anno 694.

Secundum Garsiam.

15. Vide Conc. Agath. 506. c. 61.

Ex Concil. Bauarico apud Dingoluingam sub Adriano I. anno 772.

9 Nullus Hæreditates sua priuetur nisi per tres causas quæ in pacto scribentur propter homicidium, hoc est vt quisquis hominem Principis sibi dilectum occiderit, ob inimam Principis & ad calumniam hominem componat secundum legem tunc priuetur hæreditate sua.

Ex Concil. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

24. De Episcopis Presbyteris & Diaconibus & Monachis interfectis, quærendum à Domino Imperatore est, cui illius homicidij precium exoluendum est.

Ex Concil. Moguntino sub Leone IV. anno 847.

20. Quia in modernis temporibus parricidæ profugi currunt per diuersa, & variis vitiis atque gulæ illecebris deseruiunt, melius nobis videtur vt in vno loco manentes Pœnitentia districta semetipsos castigens, &c. Non enim eis licebit vltra militiæ cingulum sumere, & nuptiis vel coniugiis copulari, quia sacri Canones hoc eis non consentiunt.

24. Qui Presbyterum occidit 12. annorum ei Pœnitentia

Pœnitentia secund. statuta priorum imponatur aut si negauerit, si liber est cum 12. iuret, si autem seruus per 12. res feruentes se purget; conuictus vero noxæ, vsque ad vltimum vitæ tempus militiæ cingulum deponat & vxorem amittat.

25. Nunciatum est nobis quod aliqui qui olim dixerunt se fuisse Sacerdotes, & postea degradati pro suis peccatis Pœnitentiam agendo suffragia sanctorum per diuersa loca transeuntes quæsierunt, trucidati sunt, huiuscemodi interfectoribus omnem Ecclesiast. communionem denegamus, donec dignam Pœnitentiam pro reatu suo secund. Iudicium Episcoporum exoluant.

Ex Concilio Vvormatiensi sub Adriano II. anno 868.

26. Qui Sacerdotem morti voluntate tradiderit, carnem non comedat neque vinum bibere præsumat, ieiunet autem vsque ad vesperam, exceptis festis diebus atque Dominicis arma non sumat, & vbicunque ire voluerit nullo vehiculo deducatur, sed propriis pedibus proficiscatur, Ecclesiam per quinquennium non ingrediatur, sed cùm sacrarum orationum officia aut Missarum solemnia celebrantur ante fores basilicæ perseueret orans; post expletum vero quinquennium ingrediatur Ecclesiam, nondum vero communicet, sed inter audientes tantummodo stet, vel dum facultas conceditur sedeat, & cum decimi anni cursus fuerit finitus, communicandi ei licentia concedatur, & equitandi tribuatur medela, maneat autem in reliquis obseruationibus tres dies per hebdomadam, &c.

27. Qui odij meditatione vel propter auaritiam Paganum occiderit, vt homicidam conuenit pœnitere.

28. Si quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mentem peruenerit, leuior ei Pœnitentia imponenda est, quam ei qui sana mente tale quid commiserit, &c. Quia ipsa infirmitas causa peccati, licet fortassis occulta contigisse creditur, &c.

29. Sæpè contingit vt dum quis operi necessario insistens, arborem incidat, aliquis subtus ipsam veniens deprimatur, & idcirco si voluntate, vel negligentia incidentis arborem factum est, vt homicida Pœnitentiæ debeat omnino submitti, quod si non voto, non incuria illius, non denique scientia contigit, sed dum ille operi necessario fortassis incumberet iste insperatus occurrens, sub arborem improuisus deuenit & sub ipsa nemine volente penitus adiuuante suppressus est, incisor arboris homicidæ proculdubio non est comparandus.

30. Statuimus vt patricidæ & fratricidæ per vnius anni curriculũ, ante fores basilicæ orantes perseuerent, completo autem anni curriculo Introducantur in Ecclesiam, tamen inter audientes, vsque dum vnius anni spatium finiatur, stent; cùm ad Missarum solemnia, vel alia sacra audire officia venerint, his ita peractis si Pœnitentiæ fructus in eis conspicitur, corporis & sanguinis D. N. I. C. participes fiant, carnem non manducent omnibus diebus vitæ illorum, & ieiunent vsque ad nonam horam diei quotidie, exceptis festis diebus atque Dominicis, abstineant à vino, medone atque ceruisia mellita tres dies per hebdomadam, arma gerere non audeant, vel sumere nisi contra Paganos & vbicumque ire maluerint nullo vehiculo deducantur, sed pedestri more proficisci studeant, tempus autem huius Pœnitentiæ in Episcoporum ponimus arbitrio vt secund. conuersationem illorum aut extendere vel minuere valeant, ab vxoribus si habuerint non separentur, si autem non habuerint, & se continere non valuerint legitimas accipiant in coniugio feminas, &c. Et si finis vitæ illorum venerint, antequam duorum prædictorum finiantur curricula viaticum illis non negetur.

35. Mulieres quæ ante temporis plenitudinem conceptos vtero infantes voluntate excutiunt, vt homicidæ proculdubio iudicandæ sunt, illæ vero quæ dormiendo filios suffocare videntur, leuiter de his iudicare oportet, quia nolentes & non sentiendo ad hunc deuolutæ sunt casum.

38. Vide Conc. Agathen. 506. c. 62.

39. Vide Conc. Eliberitan. 305. c. 5.

Ex Concilio Triburiensi sub Formoso, ann. 895.

5. Vide Pœnitentia.

11. Si quis Clericus quamvis nimium coactus homicidium fecerit, siue sit Presbyter, siue Diaconus deponatur, &c. Si quis Clericus præsens erit vbi homicidium fuerit, & neque consensu, neque consultu, neque in aliquo homicidij reatu pollutus esse conuincitur, nihil ei obsit, qui consecratus, in gradu permaneat; non consecratus, si alias dignus sit promotus accedat.

34. In bello contra paganos, cùm, interfectis paganis perempti fuerint Christiani captiui, à barbaris quia in impetu belli nequeunt distingui, idcirco iustiti decernentes, statuimus cũ interfectoribus misericordius agendum, ita vt 40. diebus Pœnitentiæ Indulgentius transactis, penes Episcopum sit authoritas & potestas vt perpendat culpam, agat indulgentiam.

36. Si contingat duos fratres simul arborem succidere siue in sylua, siue in quocunque loco & cadente arbore alter alteri fuge vel caue dixerit, & ipse stans siue fugiens subtus ipsam arborem deuenerit, & mortuus fuerit, superstes frater innocens de morte defuncti diiudicetur, quia non voluntate, nec vllo suo mortem incurrit reatu, hanc eamdem statuimus definitionem de cæteris similibus siue cognatis, siue nulla proximitate coniunctis.

37. Si qua mulier infantem proprium propè ignem collocauerit & alius caldariam super ipsum ignem pependerit, & aquam infuderit, atque aqua ipsa per ignem feruens egreditur & infanti superfunditur, & propterea mortuus agitur, mater infantis propter negligentiam Iudicio Sacerdotum pœniteat, & homo qui caldariam pependit securus permaneat.

50. Vide Hæretici.

52. 53. 54. Vide Conc. Ancyran. 314. c. 21. 22.

Ex Concil. Nannetensi sub Formoso, anno 895.

17. Si quis voluntariè & per insidias hominem interfecerit, & hoc publicè actum constat, si laicus est à communione orationum quinquennio remoueatur post quinquennium tantum in orationum communionem recipiatur, non autem offerat, non corpus Domini contingat, in quo perdurans 14. annis, tunc ad plenam communionem cum oblationibus recipiatur.

18. Si quis casu non volens homicidium perpetrauit 40. diebus in pane & aqua pœniteat, quibus peractis biennio ab oratione fidelium segregetur, non communicet, nec offerat post biennium in communione orationis offerat, non tamen communicet, post quinquennium ad plenam communionem recipiatur, abstinentia ciborum in arbitrio Sacerdotis permaneat.

Ex

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 12. sub Innocentio III. anno 1215.

45. Vide Clerici honorandi.

Ex Concilio Ratispanensi sub Clemente VII. anno 1524.

22. Propter cædem Clericorum persona tantum, non autem locus interdicendus veniat, nisi cœtu concursuque populari facinus patratum sit.

Ex Concil. Tridentino Gener. 18. sub Iulio III. anno 1551. Sess. 14. De Reformat.

7. Qui sua voluntate homicidium perpetrauerit, etiam si crimen occultum fuerit nullo tempore ad sacros Ord. promoueri possit, nec illi aliqua Ecclesiast. beneficia, etiam si curam non habeant animarum, conferre liceat, sed omni ordine ac beneficio & officio Ecclesiast. perpetuo careat, si vero homicidium casu, vel vim vi repellendo, fuisse commissum narretur, &c. Committatur loci ordinario, aut ex causa Metropolitano seu viciniori Episcopo qui nonnisi causa cognita, & probatis precibus ac narratis, nec aliter dispensari possit.

IDOLOLATRÆ.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

1. QVi post Baptismum adulta ætate Idololatrauerit, nec in fine communionē accipere debet.

2. Flamines qui post baptismum sacrificauerint, eo quod geminauerint scelera accedente homicidio, vel triplicauerint facinus cohærente mœchia, placuit eos nec in fine communionem accipere.

3. Flamines qui non immolauerunt sed munus tantum dederunt, placuit in fine eis præstare communionem, acta tamen legitima Pœnitentia; si post Pœnitentiam fuerint mœcati placuit vlterius eis non dandam esse communionem.

4. Flamines si fuerint Catechumeni, & se à sacrificiis abstinuerint post triennium placuit ad Baptismum admitti debere.

17. Si qui forte Sacerdotibus Idolorum filios suos iunxerit, placuit nec in fine eis dandam communionem.

40. Placuit prohiberi vt cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad Idolum datum fuerit, acceptum non inferant, si vero post interdictum fecerint per quinquennium à cōmunione esse arcendos.

41. Admonere placuit fideles, vt quantum possint prohibeant, ne idola in domibus suis habeant, si vero vim metuunt seruorum, vel seipsos puros conseruent, si non fecerint alieni ab Ecclesia habeantur.

55. Sacerdotes qui tantum sacrificantium coronam portant, nec sacrificant, nec de suis sumptibus aliquid Idolis præstant, placuit post biennium accipere communionem.

57. Matronæ vel earum mariti vestimenta sua ad ornandam sæculariter pompam non dent, & si fecerint triennij tempore abstineant.

59. Prohibendum ne quis Christianus aut gentilis ad Idolum capitolij sacrificandi causa ascendat & videat, quod si fecerit pari crimine teneatur, si fuerit fidelis post 10. annos acta Pœnitentia recipiatur.

Ex Concil. Ancyrano sub Silvestro I. ann. 314. & Epist. Adriani I. anno 773.

1. Presbyteri qui immolauerunt inuiti, & postea Paganis reluctati sunt, deposito quidem officio honorem propriæ Sedis teneant.

2. Idem Diaconibus fiat si similiter peccauerint.

3. Qui ad sacrificandum Idolis violenter attracti sunt, à communione non separentur qui in arbitrio Episcoporum ordinari possunt.

4. Qui paganorum ritus inuiti fecerunt & cœnæ participes facti sunt Idolorum indifferenter sumentes omnia quæ fuerunt apposita, placuit eos inter audientes vno anno constitui, tribus autem aliis annis agere Pœnitentiam, sed ex ipso triennio per biennium tantummodo orationi communicare, tertio autem reconciliari sacramentis.

5. Qui non totmentis summis sacrificare coacti sunt, inter audientes vsque ad magnum diem cœnæ Domini suscipiantur, deinde sex annis pœniteant.

6. Qui in locis Idolorum proprios cibos manducauerunt, biennio pœniteant.

7. Qui frequenter coacti sunt sacrificare, septennio pœniteant.

8. Qui & alios sacrificare compulerunt, decennio pœniteant.

Ex Concil. Valentino in Gallia sub Damaso I. anno 374.

3. Circa eorum personas qui se post vnum & sanctum lauacrum, vel prophanis sacrificiis dæmonum, vel incesta lauatione polluerunt, his satisfactionis quidem aditus non negetur, acturi vero Pœnitentiam vsque in diem mortis, non sine spe tamen remissionis.

Ex Concil. Carthaginensi 5. sub Anastasio, anno 398.

15. Placuit ab Imperatoribus gloriosissimis peti, vt reliquiæ idololatriæ, non solum in simulachris sed in quibuscunque locis, vel lucis, vel arboribus omnimodè deleantur.

Ex Concil. Aurelianensi 2. sub Silverio, anno 536.

20. Catholici qui ad Idolorum cultum, non custodita ad integrum accepti baptismi gratia, reuertuntur, vel qui cibis Idolorum cultibus immolatis vtuntur ab Ecclesiæ cœtibus arceantur, similiter & hi qui bestiarum morsibus extincto, vel quolibet morbo aut casu suffocato vescuntur.

Ex Concil. Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

15. Si quis post acceptum Baptismum ad immolata dæmonibus sumenda, tanquam ad vomitum reuertitur, si commonitus à Sacerdotibus ex hac præuaricatione se voluerit reuocare à communione Catholica pro emendatione sacrilegij suspendatur.

Ex Concilio Turonensi 2. sub Ioanne III. anno 570.

23. Quoniam cognouimus nonnullos inueniri sequi

ſequipedas erroris antiqui qui Kal. Ianuar. colunt, cum Ianus homo gentilis fuerit, Rex quidem ſed Deus eſſe non potuit, quiſquis ergo vnum Deum Patrem regnantem cum filio & Spiritu S. credit, certè hic non poteſt integer Chriſtianus dici, quia aliqua de gentilitate cuſtodit ſunt etiam qui in feſtiuitate D. Petri Apoſt. cibos (victimas) mortuis offerunt, & poſt Miſſas redeuntes ad domos propria, ad gentilium reuertuntur errores, & poſt corpus Domini, ſacratas dæmoni eſcas accipiunt, conteſtamur illam ſollicitudinem tàm Paſtores quam Presbyteros agere vt eos ab Eccleſia S. authoritate repellant, nec participare ſancto altario permittant, qui gentilium obſeruationes cuſtodiunt.

Ex Fragmentis Concil. Braccarenſium.

Secundum Burcardum.

22. Si in alicuius Presbyteri Parochia Infideles aut faculas incenderint, aut arbores, aut fontes, aut ſaxa venerantur, ſi hoc euere neglexerit, ſacrilegium ſe feciſſe cognoſcat, præſumptor aut hortator rei ipſius ſi admonitus hoc emendare neglexerit, communione priuetur.

Ex Concil. Toletano 3. ſub Pelagio II. anno 589.

16. Omnis Sacerdos in loco ſuo vnà cum Iudice territorij, Idololatriæ ſacrilegium ſtudioſè perquirat, & exterminare inuentum non differat, homines vero qui ad talem errorem concurrunt, ſaluo diſcrimine animæ, qua potuerint animaduerſione coërceant.

Ex Conc. Toletano 12. ſub Agathone, ann. 681.

11. Omne ſacrilegium Idololatriæ, vel quidquid illud eſt contra S. fidem in quo inſipientes homines captiuati, diabolicis culturis inſeruiunt, Sacerdotis vel Iudicis inſtantia inuentum, vt ſacrilegia eradantur & exterminata truncentur.

Ex Concil. Toletano 16. ſub Sergio anno 693.

2. Omnes Epiſcopi ſeu Presbyteri, vel qui iudicandis cauſarum negotiis præſunt ſolerti cura inuigilent, & in cuiuſcunque loco ſacrilegia vel quælibet alia quæ diuina lege prohibentur venerantes quoque & facientes reperierint, cuiuſcunque ſint generis aut conditionis, ſtatim emendare & extirpare non differant & inſuper ea quæ in eodem loco ſacrilego oblata fuerint, in conuicinis Eccleſiis coram ipſis qui hoc voto ſacrilego dedicanda crediderant habenda, perpetim auferantur, quod ſi Epiſcopus aut Presbyter ſeu etiam Iudex hoc ardenti voto emendare neglexerit, loci ſui dignitate priuatus, anni vnius ſpatio erit ſub Pœnitentia conſtitutus, loco ſuo poſtmodum redditurus; ſi qui vero pro talium defenſione obſtiterint Sacerdotibus aut Iudicibus, &c. Sint anathema, & inſuper ſi nobilis perſona fuerit auri libras tres ſacratiſſimo fiſco exoluat, ſi inferior centenis verberibus flagellabitur, ac turpiter decaluabitur, & medietas rerum ſuarum fiſci viribus applicabitur.

Ex Conc. Nannetenſi ſub Formoſo, anno 895.

20. Summo decertare debent ſtudio Epiſcopi eorumque Miniſtri, vt arbores dæmonibus conſecratæ, quas vulgus colit, & in tanta veneratione habet, vt nec ramum vel ſarculum inde audeat amputare, radicitus excindantur atque comburantur, lapides quoque quos in ruinoſis locis & Syluestribus dæmonum ludificationibus decepti venerantur, vbi & vota vouent, & deferunt, funditus effodiantur, atque in tali loco proiiciantur vbi nunquam à cultoribus ſuis venerari poſſint, omnibuſque interdicatur vt nullus votum faciat aut candelam vel aliquod munus pro ſalute ſua rogaturus alibi deferat, niſi ad Eccleſiam Domino Deo ſuo.

Ex Concil. Londinenſi 2. ſub Paſchali II. anno 1102.

26. Ne quis temeraria nouitate corporibus mortuorum aut fontibus, aut aliis rebus ſine Epiſcopali authoritate reuerentiam ſanctitatis exhibeat.

IEIVNIVM.

Ex Concilio Elibertano ſub Marcello I. anno 305.

23. Ieiunia ſeu abſtinentias per ſingulos menſes placuit celebrari, exceptis diebus duorum menſium Iulij & Auguſti, ob quorumdam infirmitatem.

26. Errorem placuit corrigi, vt omni Sabbathi die Ieiuniorum ſuperpoſitionem celebremus.

Ex Concil. Laodiceno ſub Silueſtro I. anno 320.

50. Non oportet in quadrageſima quintam feriam vltimæ hebdomadæ Ieiunium diſſolui, ſed magis conuenit omnem quadrageſimam diſtricto venerari ieiunio.

Ex Concil. Gangrenſi ſub Sylueſtro I. ann. 325. & Epiſt. Adriani I. anno 773.

2. Si quis religioſè carnes edentem execratur, anathema ſit.

18. Ne quis in die Dominica quaſi pro continentia ieiunet.

19. Nullus Eccleſiaſtica ieiunia abſque neceſſitate diſſoluat.

Ex Concilio Cæſaraugustano ſub Damaſo I. anno 381.

2. Ne quis ieiunet die Dominica cauſa temporis, aut perſuaſionis, aut ſuperſtitionis.

Ex Concil. Carthaginenſi 4. ſub Anaſtaſio, anno 398.

61. Clericum qui tempore ieiunij, ineuitabili neceſſitate ieiunium rompit, minorem habendum.

64. Qui Dominico die ſtudioſè ieiunat, non credatur Catholicus.

80. Omni tempore Ieiunij manus pœnitentibus Sacerdotibus imponatur.

Ex Fragmentis Conc. Toletanorum.

Secundum Bucardum.

Quicunque in quadragesimæ diebus esum carnium præsumpserit attentare, non solum Reus Resurrectionis Dom. verum etiam alienus ab eiusdem diei S. communione, & hoc illi cumuletur ad pœnam, vt in ipsius anni curriculo, ab omni esu carnium abstineat.

Ex Concil. Arausicano 1. sub Leone I. anno 441.

Secundum Gratianum.

Vt in Sabbatho S. hoc est in Vigilia Paschæ Ieiunium ante noctis initium, nisi à paruulis & infirmis non soluatur, nec in ipsa parasceue, quia cœna Domini & parasceue & Sabbathum ad illas 40. dies respiciunt, nec diuina Mysteria his duobus diebus celebrantur, Canonibus quippe iubentibus in biduo isto, id est parasceue & Sabbatho sacramenta penitus non celebrari.

Ex Concilio Aurelianensi 1. sub Symmacho, anno 507.

26. Id Sacerdotibus omnibus est decretum, vt ante Paschæ solemnitatem, non quinquagesima, sed quadragesima teneatur.

29. Rogaoones, id est Litanias ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita vt permissum triduanum ieiunium, in dominicæ ascensionis solemnitate soluatur, per quod triduum serui & ancillæ, ab opere relaxentur, quo magis plebs vniuersa conueniat quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis vtantur.

Ex Concil. Gerundensi sub Hormisda, anno 517.

2. Vt Expleta solemnitate Pentecostes in sequenti septimana à quinta feria in Sabbathum per hoc triduum abstinentia celebretur.

3. Item secunda Litania facienda est Kal. Nou. ea tamen conditione seruata vt si iisdem diebus Dominica intercesserit, in alia hebdomada secund. prioris abstinentiæ obseruantiam, à quinta feria incipiatur & in Sabbatho Vesperæ Missa facta finiantur quibus tamen diebus à carnibus & vino decreuimus abstinendum.

Ex Concilio Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

2. Quadragesima ab omnibus Ecclesiis æqualiter teneatur, neque quinquagesimam aut sexagesimam ante Pascha quilibet Sacerdos præsumat indicere, sed neque per Sabbatha absque infirmitate quisquam soluat quadragesimæ ieiunium, nisi tantum die dominico prandeat.

Ex Concil. Braccarensi 1. sub Ioanne III. anno 563.

14. Placuit vt quicunque in Clero cibo carnium non vtuntur, pro amputanda suspicione Priscillianæ Hæresis vel olera cocta cum carnibus prægustare cogantur, quod si contempserint, necesse est eos, officio, excommunicatos, omnibus modis remoueri.

Ex Concil. Turonensi 2. sub Ioanne III. anno 570.

18. De Ieiuniis antiqua à Monachis instituta conseruentur, vt de Pascha vsque quinquagesimam, exceptis Rogationibus omni die fractibus prandium præparetur, post quinquagesimam tota hebdomada exacto ieiunent, postea vsque ad Kal. Augusti ter in septimana Ieiunent secunda quarta & sexta die exceptis his qui aliqua infirmitate constricti sunt, in Augusto, quia quotidie Missæ sanctorum sunt prandium habeant, in Septemb. toto, & Octob. & Nouemb. sicut prius dictum est ter in septimana, de Decemb. vsque ad Natale Domini omni die ieiunent, & quia inter Natalem Dom. & Epiphan. omni die festiuitates sunt, itemque prandebunt, excipitur triduum illud quoad calcandam Gentilium consuetudinem Patres nostri statuerunt priuatas in Kal. Ianuar. fieri Litanias, vt in Ecclesiis psallatur, & hora octaua in ipsis Kal. Circuncisionis Missa Deo propitio celebretur; post Epiphaniam vsque ad quadragesimam ter in septimana ieiunent.

Ex Concilio Matisconensi sub Pelagio II. ann. 582.

9. Vt à Feria S. Martini vsque ad Natalem Domini secunda, quarta, & sexta Sabbathi, à Clericis ieiunetur & sacrificia debeant ordine celebrari.

Ex Concilio Antisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

2. Omnes Presbyteri ante Epiphan. Missos suos dirigant qui eis de principio quadragesimæ nuncient, & in ipsa Epiphania ad populum indicent.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

7. Quidam in die passionis Dominicæ ad horam nonã Ieiunium soluunt conuiuiis abvtuntur, &c. Quia totum eumdem diem vniuersalis Eccles. propter passionem Domini in mœrore & abstinentia peragit, quicunque in eo ieiunium præter paruulos senes & languidos ante peractas Indulgentiæ preces soluerit, à Paschali gaudio depellatur, nec in eo Sacramentum corporis & sanguinis Domini percipiat.

10. Vide Chorus.

Ex Concil. Toletano 8. sub Martino I. ann. 653.

9. Quisquis absque ineuitabili necessitate atque fragilitate & euidenti languore, seu etiam impossibilitate ætatis, diebus quadragesimæ esum carnium præsumpserit attentare, non solum, &c. Vide Fragmenta Concil. Toletan. 398. supra, illi vero quos aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat non ante prohibita violare præsumant, quàm à Sacerdotes permissum percipiant.

Ex Concil. Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

47. Ieiunia quando generaliter pro aliqua necessitate indicuntur, diligenter ab omnibus custodienda sunt & obseruanda.

48. Ebrietatem & crapulam fideles sectari non debent.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

34. Quatuor tempore anni ab omnibus obseruentur, id est mense Martio hebdomada prima & feria quarta & sexta & Sabbatho, veniant omnes ad Ecclesiam hora nona cum Litaniis ad Missarum solemnia, similiter in mense Iunio hebdom. secunda feria quarta & sexta & Sabb. Ieiunetur vsque ad horam nonam & à carne ab omnibus abstineatur, similiter in mense Septemb. Hebdom. tertia & in mense Decemb. hebdomada quæ fuerit plena ante Vigiliam Natalis Domini sicut est in Roma Eccl. traditum.

35. Si quis indictum Ieiunium superbiendo contempserit, & obseruare cum cæteris Christianis noluerit, anathematizetur nisi emendare se studeat.

Ex Concil. Rhemensi 1. sub Leone III. anno 813.

41. 43. 44. Vide Principes.

Ex Concil. Triburiensi sub Formoso, anno 895.

35. Diebus quadragesimæ & Ieiuniorum summa deuotione ieiunandum & omni intentione est orandum, atque vnicuique pro facultatibus suis eleemosynæ tribuendæ & nullæ lites vel contentiones habendæ.

Ex Concil. Engilenheimensi sub Agapito II. anno 948.

7. In Litania maiore, Ieiunium sicut in Rogationibus ante Ascensionem Domini exerceatur.

Ex Conc. Salegunstadiensi sub Benedicto VIII. anno 1022.

2. De incerto Ieiunio quatuor temporum, hanc certitudinem statuimus, vt si Kal. Martij in quarta feria, siue antea euenerint, eadem hebdomada Ieiunium celebretur, si autem Kal. in quintam feriam, aut sextam aut Sabbathum distenduntur in sequentem hebdom. Ieiunium differatur, simili modo si Kal. Iunij in quarta feria aut antea euenerint, in subsequente hebdo. Ieiunium celebretur, & si in quintam fer. aut sextam aut Sabbathum contigerit Ieiuniumsin tertiam hebdomad. referuetur, etsi hoc sciendum est quod si quando Ieiunium mensis Iunij in Vigilia Pentecostes secund. prædictam regulam euenerit non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdom. solemni Pentecostes, eodem modo si Kal. Septemb. in quarta feria euenerint, aut antea Ieiunium in tertia hebdom. celebretur & si in quinta aut sexta aut Sabbatho contigerit, in quarta hebdomada ieiunandum erit. In Decemb. illud obseruandum erit vt proximo Sabbatho ante Vigiliam Natalis Domini celebretur Ieiunium, quia si Vigilia in Sabbatho euenerit, simul Vigiliam & Ieiunium celebrare non conuenit.

15. Omnes bannitum Ieiunium, in quocunque Episcopio celebratur, diligentissimè obseruent, & si quis illarum 8 interdictarum rerum aliquam redimere voluerit, vnum pauperem, prout sua facultas erit, eadem die reficiat.

Ex Concil. Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

11. Christiani per omnes sextas ferias ieiunent, & hora congrua cibo reficiant, & faciant labores suos.

Ex Concil. Compostellano sub Victore II. anno 1056.

2. Vide Clericorum officium.

Ex Concil. Quintilineburgensi sub Gregorio VII. anno 1085.

7. Vernum Ieiunium in prima hebdom. quadragesimæ, æstiuum in Pentecoste, semper celebretur.

8. Ne quis caseum & oua comedat in quadragesima.

Ex Concilio Constantiensi sub Vrbano II. anno 1094.

1. Ieiunium Martij in prima hebdom. quadragesi. & ieiunium Iun. in hebdom. Pentecost. semper celebretur.

Ex Concilio Placentino sub Vrbano II. anno 1095.

8. Ieiunia 4. temporum hoc ordine celebrentur, primum in prima hebdom. quadrag. 2. in hebdom. Pentecost. 3. & 4. in Septemb. & Decemb. solito more fiant.

Ex Concil. Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

24. Vide Ordines sacri.

26. Vt in Sabbatho S. protrahatur ieiunium circa noctem.

27. Vt semper fiat Ieiunium veris, &c. Vide Conc. Quintilineburg. 1085. c. 7.

Ex Concil. Abrincensi in Normannia sub Alexandro III. anno 1172.

11. In Aduentu Domini omnibus qui poterunt, maximè autem Clericis & militibus Ieiunium & abstinentia carnis indicatur.

Ex Concilio Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

19. Ieiunia 4. temporum in Mart. prima hebdom. Ieiunandum est feria quarta & sexta & Sabbatho, in Iunio in 2. quod duplicitet obseruatur à pluribus in prima hebdom. post Litanias, aut in hebdom. Pentecostes, in Septemb. per 3. dies in proxima septimana integra ante Natalem Domini.

Ex Conc. Sabinensi in Hispania sub Ioan. XXII. anno 1322.

16. Nullus fidelis in ætate legitima constitutus, carnes in quadragesima, vel in 4. temporibus comedere audeat vllo modo, transgressores in excommunicationem incidant ipso facto, &c. vendentes etiam carnes publicè in supradictis temporibus eo ipso excommunicatione incurrant.

Ex Concilio Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

21. Ieiunia ab Ecclesia instituta sub debito obedientiæ S. Ecclesiæ Catholicæ imposterum indici debent, omisso excommunicationis verbo.

Ex Concil. Senonensi. sub Clemente VII. anno 1528. De Fide.

7. Vide Confessiones fidei Catholicæ.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 9.

3. Ieiunia ab Ecclesia indicta reuerenter obseruari volumus.

5. Quum ieiunandum erit non minus sumptuosa & prolixa illa piscium fercula, quàm carnium vitanda, bellaria item illa magis quàm carnes inflammantia.

6. Quos aut ætas incuruat, aut langor extenuat, aut necessitas arctat, non ante prohibita violare præsumant, quàm à Sacerdote permissum esse percipiant.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

10. Instituta Ecclesiast. de ieiuniis & abstinentia carnium, feriis atque huiusmodi ab vniuerso Clero, religiosè ac piè obseruari, ac populo indici debere, sub censuris mandamus.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

47. Tempora ieiunanda ab Ecclesia ordinata, & totius orbis Christiani consensu recepta, & iam inde ab Apostolorum temporibus obseruata, qui extra necessitatem non obseruauerint, vel Ecclesiasticæ disciplinæ violatores, & consuetudinum Ecclesiæ temerarij contemptores, seueritate pœnarum coërceantur. Vide abstinentia.

Ex Conc. Trident. Generali 18. sub Pio IV. an. 1562. Sess. 24. De Delectu ciborum.

Vide abstinentia.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

7. Omnes carne cæterisque omnibus quæ à carne trahunt originem, vt ouis, lacte, caseo, butyro, & huiusmodi per totam Quadrages. abstineant, ieiunentque singulis Quadrages. diebus Dominicis exceptis, item per sacra quatuor anni tempora, vigilia natalis Dom. Assumptionis B. V. Mariæ beatorum Apostolorum (exceptis Ioan. Euangel. & Philippi vigiliis) item diei festi omnium Sanctorum Natiuitatis Ioan. Bapt. & B. Laurentij, triduo etiam Rogationum, ante Ascensionem Domini & veteri instituto in Mediolanensi Eccl. ieiunium adhibeatur. Edicimus præterea vt in Prouincia nostra proxima quarta feria post Quinquagesimam omnes Quadragesimales obseruantiæ initium faciant, præter Ciuitatem Mediolan. eiusque Diœcesis partes, vbi ex D. Ambrosij instituto diuina officia celebrantur, &c. Ab his omnibus eos excipimus, quos vrgens necessitas, vel imbecilla ætas à ieiunij lege eximit, &c.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 1.

12. Iubeat Episcopus, vt Dominico illo die qui quatuor statuta ieiunij tempora quibus ordinis Sacramentum ministratur, proximè antecedit; Parochi non solum solemne illud ieiunium huius rei causa institutum denuncient, verum etiam in sua Parochiali Eccl. supplicationes Litaniasque habeant.

Ex Concil. Mediolan. 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 1.

6. Vide Ludi.
18. Vide Ecclesia.

Ex Concil. Mediolan. 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 1.

3. Corruptelam illam quæ adhuc in quibusdam locis retinetur, vt primis illis sacri Quadragesimalis temporis diebus laruatorum hominum effecta simulachra incendantur, inanes nuptiæ fingantur, concursationes nocturnæ, tumultusque fiant sub interdicto, ipso facto prohibeantur.

Ex Concil. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582. De Diebus Festis.

Si quando dies festus sancti sanctæve, cuius celebritas a Clero populoque colitur in diem vigiliæ, ieiuniique incidit, quod ex præcepto Ecclesiæ seruatur, ne fideles ob festi diei solemnitatem quam agunt, ieiunium vllo modo violent.

Ex Concilio Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

44. Edictum, aliquot ante Quadragesimam diebus ab Episcopis promulgetur, quo vetitorum ciborum norma præscribitur, medicos omnes Episcopi, aliquot ante diebus accersant, eosque diligenter moneant, ne nimia facilitate cuiuspiam malè affectam valetudinem affirment, iis indulgentes qui fingunt laborem in præcepto, Parochi & Concionatores in Dominica Quinquagesimæ & feria quarta Cinerum, populo demonstrent neminem absque legitima causa ieiunium violare posse.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

10. Quadragesimale ieiunium, vigiliæ & quatuor tempora per abstinentiam, & ciborum delectum obseruentur, dictis temporibus cibi venales vetiti non exponentur, sed pro necessitate ægrotantium, etiam & sine scandalo ministrentur habentibus expressam ab Ordinario inscriptis licentiam, Medicos verò omnes, &c. Vide Conc. Auen. 1594. c. 44.

IMAGINES SACRÆ.

Ex Synodo Antiochena sub S. Petro, anno 57.

Canon citatus in Conc. Nicæno 2. à Greg. pœs. Episcopo, act. 1.

8. Ne decipiantur saluari ob idola, sed pingant ex opposito diuinam humanamque impermixtam effigiem Dei veri ac Saluatoris N. I. C. ip-

ſiuſque ſeruorum contra Idola & Iudæos, neque errent in Idolis, neque ſimiles fiant Iudæis.

Ex Concil. Eliberitano ſub Marcello I. anno 305.

36. Placuit picturas in Eccleſia eſſe non debere, ne quod colitur aut adoratur in parietibus depingatur.

Ex Conc. Nicæno 2. Vniuerſ. 7. ſub Adriano I. anno 787.

9. Vide Hæretici.

Ex Concil. Lugdunenſi Gener. 14. ſub Greg. X. anno 1274.

17. Deteſtabilem abuſum horrendæ indeuotionis illorum qui Crucis, B. Virg. aliorumve SS. Imagines ſeu Statuas irreuerenti auſu tractantes eas in aggrauationem ceſſationis à diuinis proſternunt in terram, vrticis ſpiniſque ſupponunt penitus reprobamus.

Ex Concilio Senonenſi ſub Clemente VII. anno 1528. *De Fide.*

14. Vide Confeſſiones fidei Catholicæ.

40. In poſterum præcedente Epiſcopi aut Commiſſi eius iudicio, & viſitatione, imagines in Eccleſiis collocentur.

Ex Concil. Moguntino ſub Paulo III. anno 1549.

41. Imaginum vſum velut pro erudienda plebe, & omnium animis excitandis, vtilem in Eccleſiis noſtris retineri seriò mandamus, &c. Procaces imagines & nimio artis lenocinio ad mundanæ potius vanitatis ſpeciem, quàm ad pietatis commonitionem effigiatas, in templis proponi omnino vetamus.

Ex Concil. Tridentino Gener. 18. *ſub Pio IV. anno* 1562. *Seſſ.* 25.

Nemini liceat vllo in loco, vel Eccleſia etiam quomodolibet exempta, vllam inſolitam ponere vel ponendam curare imaginem, niſi ab Epiſcopo approbata fuerit.

Ex Concil. Mediolanenſi 1. *ſub Pio IV. anno* 1565. *Parte* 1.

7. Illud imprimis caueant Epiſcopi, ne quid pingatur aut ſculpatur, quod veritati Scripturarum, Traditionum, aut Eccleſiaſticarum Hiſtoriarum aduerſetur, &c. Hiſtoriæ quoque quibus neque Eccleſia, neque probati Scriptores authoritatem vllam dederunt, ſed ſola vulgi vana opinione commendantur, effingi prohibeantur.

Ex Concil. Mediolanenſi 4. *ſub Gregorio XIII. anno* 1576. *Parte* 1.

2. Effigies iumentorum, canum, aliorumve brutorum animalium in Eccleſia ne fiant, cùm aliquid inhoneſtum aut prophanum in eo apparere nefas ſit, &c. Si verò Hiſtoriæ ſacræ expreſſio ea S. Matris Eccleſiæ conſuetudine, aliter quandoque fieri poſtulat, hoc ſanè non vetatur. Cruces & SS. Imagines ſolemniter ſtatiſque precibus ea Eccleſiarum ritu benedicantur, &c. Si quæ ſacræ tabulæ, imagineſve pictæ nimia vetuſtate, carie, ſitu, aut ſordibus penè deletæ, indecenti aſpectu ſunt, eas Epiſcopus pia religioſaque pictura renouari iubeat, aut ſi id non poteſt, omnino deleri.

Ex Concil. Aquenſi ſub Gregorio XIII. anno 1585.

35. Vide Conc. Trident. 1562. Seſſ. 25.

Ex Concilio Auenionenſi ſub Clemente VIII. anno 1594.

26. Imagines nihil turpe, nihil prophanum, nihil indecorum quod veri ſummoueat, aut intuentium oculos offendat, repræſentent, multò magis cauendum eſt, ne quidquam falſum vel apochryphum ſuperſtitioſumve ob oculos ponatur. Nullæ imagines in Eccleſiis piiſve locis, ſine Epiſcopi aut illius Vicarij Generalis conceſſu palàm exponi permittantur. Imagines neque humi, neque ſordido aut caliginoſo loco, neque ſub feneſtris vnde pluuiæ ſtillare poſſint, effingantur, &c. Si quæ imagines vel ſtatuæ ab impiis hominibus violatæ, deiectæ, prophanatæ, ac demum mutilatæ in hac Prouinc. fuerint, eas Epiſcopi curabunt quamprimum ſtatui priſtino reſtitui.

27. Ne ſignum Crucis in ſolo ſculptum, depictumve inueniatur, imo vbi nunc ſit, omnino deleatur, ne pedibus obambulantium proteratur.

Ex Concil. Aquileienſi ſub Clemente VIII. ann. 1596.

17. Vide Altare.

Ex Concil. Narbonenſi ſub Paulo V. anno 1609.

7. Imagines in Eccleſiis, prout ſemper probauit Eccleſia aſſeruentur, quibus honorem & reuerentiam impertiendam docent Patres SS. quas tamen in Eccleſia obſcœnis figuris depictas, figmenta Poëtarum repræſentantes, aut aliàs indecentes non admittent Epiſcopi, de nouo non ponantur, aut depingantur pro Eccleſiis & piis locis imagines ſine Epiſcopi aut Vicarij Gener. conſenſu, qui videant diligenter, ne quid apochrypbum aut ſuperſtitioſum approbent, mutilas & truncatas imagines, aut quæ ad pietatis vel Dei cultum non conducunt ab Eccleſiis extrahere procurent Epiſcopi.

INCENDIARII.

Ex Conc. Later. vniuerſ. 10. *ſub Innoc. II. anno* 1139.

18. SI quis poſt huius noſtræ prohibitionis promulgationem malo ſtudio, ſiue pro odio, ſiue pro vindicta ignem appoſuerit, vel apponi fecerit, aut appoſitoribus conſilium vel auxilium ſcienter tribuerit, excommunicetur, & ſi mortuus fuerit incendiarius Chriſtianorum careat ſepultura, pœnitentia autem videtur, vt Ieroſolymis, aut in Hiſpania in ſeruitio Dei per annum integrum permaneat.

19. Si quis autem Archiepiſcopus vel Epiſcopus hoc relaxauerit damnum, reſtituat, & per annum ab officio Epiſcopali abſtineat.

20. Sanè Regibus & Principibus facultatem faciendæ iuſtitiæ conſultis Archiepiſcopis & Epiſcopis non negamus.

Ex Concil. Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

15. Vide Conc. Later. n. 1139. c. 18. 19. 20.

INCORRIGIBILES Monachi.

VErbo Abbas Concil. Salisburg. 1274. cap. 3. 1281. cap. 6.

INDVLGENTIÆ.

VErbo Abbas, Conc. Salisburg. 1274. c. 6.
V. Absolutio Conc. Mediolan. 5. an. 1579. c. 6. Turon. 1448. c. 17. Lateran. 1513. c. 20. Narbonen. 1609. c. 12.
V. Cruciata, Conc. Lugdun. 1245. c. 14. 16.
V. Ecclesiæ iurisdictio, Concil. Rauennat. 1314. c. 20. Trident. 1562. Sess. 25.
V. Episcoporum Officium, Conc. Rauennat. 1317. c. 20. Trident 1562. Sess. 23. c. 9.
V. Eucharistia, Conc. Herbipol. 1286. c. 8.
V. Forum Ecclesiast. Conc. Auenion. 1594. c. 58.
V. Infirmi, Conc. Narbon. 1609. c. 5. 23.
V. Peccata reseruata, Concil. Saltzburg. 1386. cap. 3.
V. Ritus Ecclesiæ, Conc. Mediolan. 1569. tit. 2. c. 10. Aquens. 1585. c. 34. Auenion. 1594. c. 48.

INFIRMI.

Ex Concil. Moguntino sub Leone IV. anno 847.

26. AB Infirmis in mortis periculo positis per Presbyteros pura inquirenda est confessio, non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ, sed innotescenda & cum amicorum orationibus, & eleemosynarum studiis pondus pœnitentiæ subleuandum, &c. A quo periculo si conualuerint, pœnitentiæ modum à suo Confessore impositum diligenter obseruent, & ideo secund. Canonicam authoritatem, ne illis ianua pietatis clausa videatur, orationibus & consolationibus Ecclesiast. sacra cum vnctione Dei, animari secund. statuta SS. Patrum, communione Viatici reficiantur.

Ex Concilio Nannetensi sub Formoso, anno 895.

4. Cùm Sacerdos audierit aliquem infirmari in sua plebe, quàm citiùs ad eum pergat, & ingressus cubiculum, aquam benedictam super eum, & per omne cubiculum adspergat cum Antiphona *Asperges me*, &c. & Versu *Exurgat Deus*, &c. Deinde dicat orationem, cantet septem Psalmos cum precibus pro infirmis, posthæc omnes iubeat extra cubiculum secedere, & appropinquans lecto quo infirmus decumbit, eum blandè leniterque alloquatur, vt omnem spem suam in Deo ponat, &c. Vt peccata sua confiteatur, vt emendationem promittat, si Dominus vitam concesserit, &c. Cum his & huiusmodi allocutionibus fuerit mens infirmi reuelata, data benedictione recedat Sacerdos, non post multum reuersurus, detque locum vt ægrotus de peccatis suis possit cogitare.

5. Infirmus qui necessitate mortis vrgente, confitetur peccata sua, sub ea conditione à Sacerdote reconcilietur, vt si ei Dominus vitam donauerit, sanitatemque reddiderit secund. qualitatem delicti omnino pœniteat.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

2. Vide Eucharistia.

Ex Conc. Lateran. Vniuers. 12 sub Innocent. III. anno 1215.

22. Præcipimus Medicis corporum, vt cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant & inducant, quod medicos aduocent animarum, vt postquam infirmis fuerit de spiritali salute prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur.

Ex Concil. Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

20. Vide Presbyteri.

Ex Conc. Rauennat. 2. sub Clemente V. anno 1311.

15. Medici quando vocati fuerint ad infirmos, non vlterius redire habeant, nec curare eosdem, nisi prius eis constiterit quod prædicti infirmi Medicum aduocauerint animarum, & Medici contemptores huius monitionis, tamdiu ab ingressu Eccl. arceantur, donec de transgressione huiusmodi ad arbitrium Ordinarij satisfecerint competenter.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

4. Nullus deinceps nostræ Diœcesis Clericus vel Laicus, quocumque modo vel forma quemquam sua temeritate audeat iudicare leprosum, vel ab hominum separare communione, sed suborta fama contra quemquam quod lepræ morbo percussus sit, talem nostræ aut Vicarij nostri transmittat audientiæ, tanquam ad Sacerdotem leuiticum, &c. Hoc tamen nisi casus sit adeo indubitatus, quod tergiuersatione nequeat occultari.

Ex Concil. Lateran. vniuers. 17. sub Leone. X. anno 1517. Sess. 11. De Religiosis.

4. Vide Monachi.

Ex Concilio Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

18. Quando ad infirmos Eucharistia defertur, lumen præferri, & campanella fidelibus signum dari præcipimus, caueat tamen Presbyter, vt ad infirmum pauciores duabus particulis non deferat, ne populus in redeuntis manibus inane vasculum adoret, &c.

20. Vnctionis extremum Sacramentum cum Litaniis & orationibus à maioribus acceptis, totaque Ecclesia seruatis, fidelibus impartiendum iubemus.

Ex Concilio Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549. Cens. contra abusus.

18. Si quis Sacramentum Extremæ-Vnctionis nobis ab

ab Ap. Iacobo tantoperè commendatum contemserit, Ecclesiastica careat sepultura.

Ex Concil. Mediolan. 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

4. Vide Eucharistia.
6. Vide Confessio.
8. Extremæ-Vnctionis Sacramen... m curet Parochus, vt ægroto dum integris est sensibus adhibeatur.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 1.

17. Quod Pius V. iussit Medicos, sub excommunicatione, ab ægrotantis curatione post triduum abstinere, nisi eo tridui spatio de peccatis suis confessus ille sit, id Episcopus curet quam diligentissimè obseruari.

Ex Concil. Mediolan. 3. sub Gregorio XIII. anno 1573.

9. Dum æger integris est sensibus Extrema-Vnctiō ei ministretur, si tamen aliquo casu sensum omnem amiserit, hoc tamen Sacram. ei ministrare licet, si modo adhuc viuat, & dum vsum rationis haberet, pij animi significationem dederit.

Ex Concil. Mediolan. 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 2.

1. Sacro oleo deficiente, si tempus non patitur, vt aliunde haberi possit; cum oleo consecrato misceatur non consecratum, guttatimque ita infundatur, vt semper quod infunditur minus sit oleo consecrato.

6. Parochus Extremæ-Vnctionis Sacramentum, sicut his ministrare debet, adultis scilicet, periculosè ægrotantibus, propèque moribundis, senio confectis etiam non ægrotis, in diem morituris. Ita istis ne ministret, nempe pueris, rationis vsu carentibus mulieribus in partu laborantibus, ad bellum proficiscentibus, nauigantibus, peregrinantibus & iis qui mox vltimo supplicio mulctandi sunt.

Ex Concil. Mediolanensi 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 1.

12. Ne pueris qui nondum vllum rationis vsum habent, Sacram. Vnctionis ministretur; Parochus si per errorem aliud oleum quam quod infirmorum est ad ægrotum vngendum vnquam adhibuerit, etiamsi Chrismatis aut Catechumenorum sit, v... errorem emendet, olei sacri quod proprium infirmorum est Vnctionem eidem adhibeat, tuncque Sacramenti formam iteret.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio. XIII. anno 1585.

8. Ne nocturno tempore afferatur Eucharistia, nisi ægro mortis periculum instante.

11. Iuxta constitutionem Innocent. III. Medici &c. Vide Conc. Lateran. 1215. c. 22. Mediolan. 1569. c. 17. Iubemus autem Medicos, excommunicatione iis proposita, quam iure ipso subeant, si secus fecerint, transacto quatriduo ab illorum curatione abstinere.

13. Vide Conc. Mediol. 4. an. 1576. c. 6.

Ex Concilio Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

21. Caueat Parochus ne in administranda Extrema-Vnctione negligentiam, villamve moræ culpam contrahat, curabit Parochus vt sacræ Vnctionis oleum honorificè debitaque reuerentia gestet, cruce præeunte vt moris est, &c. Vide Conc. Mediolan. 1576. cap. 6.

5. Medicis tàm Physicis quàm Chirurgicis præcipimus, &c. Conc. Aquens. 1585. c. 11. quod si qui Medicorum præmissa non obseruauerint, vltra pœnas in const. Innoc. III. contentas quas incurrunt, perpetuò infames erunt, & gradu medicinæ omnino priuentur, &c. Nullus Medicinæ doctor creari possit, nullusve quomodolibet medendi facultas à quouis Collegio & Vniuersitate conceditur, nisi omnia in constit. Pij V. contenta, medio iuramento, coram Notario publico, & testib. in manib. Ordinarij obseruaturum se esse promittat.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

5. Cum primùm infirmum intra Parochiam sciuerit Parochus, illum inuisat, horteturque ad sacrum pœnitent. & Altaris Sacram. suscipiendum; idemque de peccatis suis pœnitenti & confesso, illud rogatus etiussimè deferat, dato campanæ signo, vt populus accedat illud idem comitaturus, sit verò Parochus indutus superpelliceo & stola, veloque serico ab humeris pendente, quo vasculum dicti Sacramenti obtegatur, & ita compositus, necnon baldachino, si fieri possit, super eodem portato, præeedente lumine à Clerico tintinnabulum pulsante, duas in dicto vase vna saltem intra tabernaculum relicta, ad ægrotum accedendo, &c. Psalmos, eundo & redeundo, mediocri voce proferat; Parochi Indulgentias 40. dierum quas super hoc concedimus publicent, & ad orandum pro infirmo hortentur. Vide Concil. August. 1548. c. 18.

10. Vide Ieiunium.

11. Vide Conc. Mediol. 1. an. 1565. c. 17. sub interminatione diuini iudicij, inhibemus Medicis remedia ordinare, per quæ ad peccatum mortale inuitari possit ægrotus.

23. Extremæ-Vnctionis Sacram. non illis solum conferant Parochi, de quorum salute corporis nulla omnino est spes, sed illis etiam in quibus vitæ discrimen esse iudicabit, & vt intersint, dum tale Sacramentum confertur, Indulgentias quadraginta dierum (quas interessentibus ter *Pater* & *Aue* pro ægroto recitantibus conferimus) intelligibili voce publicent.

INFIRMI QVI EXCVSENTVR à Choro.

Verbo Beneficium Ecclesiasticum, Conc. Rauennat. 1286. c. 5.

INTERDICTVM.

Verbo Clericorum Officium, Conc. Herbipol. 1287. c. 13.

V. Episcopi, Conc. Lateran. vniuers. 12. an. 1215. c. 58.

V. Excommunicatio, Concil. Frisingens. 1440. c. 30. Lateran. vniuers. 17. an. 1517. de concord. c. 17. Augusten. 1548. c. 30.

INVESTITVRA.

Ex Concil. Saleguntstadiensi sub Benedicto VIII. anno 1022.

13. Nullus Laicorum alicui Presbytero suam commendet Ecclesiam praeter consensum Episcopi sed eum prius mittat suo Episcopo, vel eius Vicario vt probetur, si scientia & aetate & morib. talis sit, vt sibi populus Dei commendetur.

Ex Concil. Romano 5. sub Gregorio VII. anno 1078.

1. Vide Ecclesiastica bona.

3. Nullus Clericorum inuestituram Episcopatus, vel Abbatiae vel Ecclesiae de manu Imperat. vel Regis, vel alicuius Laicae personae viri vel feminae suscipiat, quod si praesumpserit, recognoscat inuestituram illam Apostolica authoritate irritam esse, & se vsque ad condignam satisfactionem excommunicationi subiacere.

Ex Concilio Romano 7. sub Gregorio VII. anno 1080.

1. Si quis Episcopatum vel Abbatiam de manu alicuius Laicae personae susceperit, nullatenus inter Episcopos vel Abbates habeatur, nec vlla ei vt Episcopo seu Abbati audientia concedatur, insuper etiam ei gratiam S. Petri, & introitum Ecclesiae interdicimus quousque locum quem cepit, resipiscendo non deserit.

2. Si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quilibet saecularium potestatum, aut personarum, inuestituram Episcopatuum, vel alicuius Ecclesiasticae dignitatis dare praesumpserit, eiusdem sententiae vinculo se obstrictum esse sciat.

Ex Concil. Beneuentano sub Victore III. anno 1087.

1.2. Vide Conc. Roman. 1080. c. 1.2.

Ex Concil. Melfitano sub Vrbano II. anno 1090.

6. Nullus Abbas, nullus Ecclesiarum Praepositus quae iuris sunt Ecclesiastici accipere sine Episcopi concessione praesumat.

8. Nullus in Clericali ordine constitutus, nullus Monachus, Episcopatus aut Abbatiae, aut cuiuslibet Ecclesiast. dignitatis inuestituram, de manu Laici suscipere audeat, quod si praesumpserit depositione mulctetur.

Ex Concil. Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

15. Nullus Ecclesiasticorum aliquem honorem à manu Laicorum accipiat.

16. Interdictum est ne Reges vel alij Principes aliquam inuestituram de Ecclesiast. honorib. faciant.

17. Ne Episcopus vel Sacerdos Regi vel alicui Laico in manibus ligium fidelitatem faciat.

Ex Concil. Romano 3. sub Vrbano II. ann. 1099.

15. Vide Conc. Melfitanum 1090. c. 6.

Ex Concilio Pictauiensi sub Paschali II. anno 1100.

1. Nullus Episcopus, Abbas, Presbyter, vel quaelibet persona de Clero, accipiat de manu Regis, vel Comitis, vel cuiuslibet Laicae personae, donum Episcopatus, vel Abbatiae vel Ecclesiae, vel aliquarum rerum Ecclesiast. sed Episcopi à suo Metropolitano, Abbates, Presbyteri, & caeterae inferiores personae à proprio Episcopo.

Ex Concil. Londinensi sub Paschali II. anno 1102.

Vide Conc. Pictauiens. 1100. c. 1.

Ex Concil. Guastallensi sub Paschali II. anno 1106.

1. Patrum nostrorum constitutioni consentientes Ecclesiarum inuestituras à Laicis fieri omnimodè prohibemus.

Ex Concil. Londinensi 3. sub Paschali II. anno 1108.

1. Nunquam per donationem baculi pastoralis vel annuli quisquam de Episcopatu aut Abbatia, per Regem aut quamlibet laicam manum in Anglia inuestiatur, concedente Anselmo Cantuariensi (qui praeerat) vt nullus in Praelationem electus pro homagio quod Regi faceret, consecratione suscepti honoris priuaretur.

Ex Concil. Beneuentano sub Paschali II. anno 1108.

1. Si quis Ecclesiast. beneficia de manu Laicorum acceperit, vterque communione priuetur, & qui scilicet dat & qui accipit.

Ex Concil. Pictauiensi 2. sub Paschali II. anno 1109.

5. Clerici nunquam alicui Laico hominium aliquo modo facere praesumant, aut à quolibet Laico Ecclesiast. beneficium accipiant.

8. Nulla inuestitura Praebendarum fiat, & Altarium siue Praelationum, viuentibus & eas possidentibus personis.

9. Neque Clerici vel Monachi per pecuniam Altaria vel decimas a Laicis sibi acquirant.

Ex Concil. Viennensi sub Paschali II. anno 1112.

1. Inuestituram Episcopatuum & Abbatiarum, & omnium Ecclesiasticarum rerum de mano laica sanctae Rom. Eccl. authoritatem sequentes, haeresim esse iudicamus.

2. Scriptum illud seu priuilegium quod à Domino Paschali Papa violenter Henric. Rex de inuestituris, de anathemate in persona sua non spontè extorsit, in virtute sancti spiritus damnatum atque irritum esse, & nullius Bonae memoriae iudicamus fieri.

Ex Concil. Rhemensi sub Calixto II. anno 1119.

1. Episcopatuum, Abbatiarum, aut quarumlibet Ecclesiasticarum possessionum inuestituram per manum laicam fieri penitus prohibemus.

Ex

Ex Conc. Lateran. 1. vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1122.

18. Vide Presbyteri.

Ex Concil. Londinensi 1. sub Honorio II. anno 1125.

4. Nullus Abbas, nullus Prior, nullus omnino Monachus vel Clericus, Ecclesiam siue decimam, seu quælibet beneficia Ecclesiastica de dono Laici, sine proprij Episcopi authoritate & assensu suscipiat.

Ex Conc. Lateran. Vniuers. 10. sub Innocent. II. anno 1139.

25. Si quis Præposituras, Præbendas, vel alia Ecclesiastica beneficia de manu Laici acceperit, indignè suscepto careat beneficio.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 11. sub Alexand. III. anno 1179.

9. Ecclesias, & decimas de manu Laicorum sine consensu Episcoporum quoscunque Religiosos recipere prohibemus dimissis etiam quas contra tenorem illum aliquo tempore receperunt.

14. Quidam Laici, Episcoporum auctoritate neglecta, Clericos instituunt in Ecclesiis, & remouent etiam cùm voluerint, possessiones quoque, atque alia bona Ecclesiast. pro sua plerumque voluntate distribuunt, & tàm Ecclesias ipsas quam earum homines talliis & exactionibus præsumunt grauare; eos qui amodò ista commiserint anathemate decernimus feriendos; Presbyter siue Clericus qui Ecclesiam per Laicos, sine proprij Episcopi authoritate receperit tenendam, communione priuetur, & si perstiterit, à Ministerio Ecclesiast. & ordine deponatur.

Ex Conc. in Dalmatia & Dioclia Regnis sub Innocentio III. anno 1199.

8. Quicunque Clericus de manu laica Ecclesiam vel Ecclesiastica beneficia receperit, tàm qui dederit, quàm qui receperit, tamdiu excommunicatus teneatur donec satisfaciat, quod contra Canones factum fuerit irritum habeatur & inane.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

14. Ne fratres templi vel hospitales seu quicunque alij Religiosi, &c. Vide Conc. Lateran. 1179. cap. 9.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 12. sub Innocent. III. anno 1215.

61. Vide Monachi.

Ex Concil. Viennensi sub Clemente IV. anno 1267.

12. Ne aliquis Clericus Ecclesiam Parochialem à Laico Patrono recipere beneficium audeat, nisi ab Episcopo vel Archidiacono fuerit institutus, alioquin ab officio, & beneficio sit suspensus, & Laicus qui authoritate propria instituere præsumpserit ipso facto à iure cadat Patronatus, &c. Nullus Patronus, Clericus vel Laicus dotem Ecclesiæ in qua Ius obtinet Patronatus alienare præsumat, quod si contra fecerit, ipso facto cadat à iurepatronatus, & res alienata ad ius & proprietatem Ecclesiæ reuertatur.

Ex Concil. Saltzburgensi sub Gregorio X. anno 1274.

24. Prælaturas, aut Parochiales Ecclesias temeritate propria occupantes, aut recipientes de manibus Laicorum, antequam per Diœcesanum loci, vel Superiorem eius (si ipse facere quod tenetur neglexerit) fuerit inuestitus, iure (si quod habet in beneficio eodem) sit ipso facto priuatus, & nihilominus ipso facto excommunicationem incurrat, in qua si per annum perstiterit contumaciter, ab omni Ecclesiastico beneficio remoueatur nunquam ad aliud admittendus.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

14. Nullus de cætero Clericus, vel Ecclesiastica persona Ecclesiam, seu Ecclesiasticum beneficium de manu Laici, vel alterius, ad quem collatio non pertinet, recipiat, seu laicali fauore vel potentia, sibi existimet retinenda, sub anathemate.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII. anno 1573.

16. Decimarum Ecclesiasticarum Inuestituras, quæ Laicis hominibus in perpetuum factæ sunt, Episcopus pro officij sui munere diligenter recognoscat, quod si eas legitima auctoritate minus confirmatas esse compererit, irritas illas ac planè nullas declaret ac decernat.

IRREGVLARITATVM Dispensatio.

Verbo Absolutio, Conc. Trident. 1562. Sess. 24. De Reformat. c. 6.

IVDÆI.

Ex Concil. Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

49. Admoueri placuit Possessores, vt non patiantur fructus suos quos à Deo percipiunt à Iudæis benedici, si quis post interdictum facere vsurpauerit penitus ab Ecclesia abiiciatur.

50. Si quis Clericus vel fidelis cum Iudæis cibum sumpserit, placuit eum à communione abstinere.

Ex Concil. Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

37. Non oportet à Iudæis vel hæreticis festiuitatis, (seu munera festiua) suscipere, nec cum eis festa celebrare.

38. Non oportet à Iudæis azima accipere, aut communicare impietatibus eorum.

Ex Conc. Niceno Generali 1. sub Siluestro I. anno 325. Editionis Arabicæ.

52. Nullus Sacerdos societatem cum Iudæis habeat, neque fraternitatem, neque cum eis cibum aut potum sumat, si quidem SS. Apostoli hoc statuerunt, & hoc fideles facere oportet quicunque non paruerit, Synodus eum excommunicet.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

89. Superstitionibus Iudaicis vel feriis inhærentem, à conuentu Ecclesiæ separandum.

Ex Concil. Venetico sub Leone I. anno 453.

12. Omnes deinceps Clerici Iudæorum conuiuia euitent, nec eos ad conuiuium quisquam excipiat.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

34. Iudæi (quorum perfidia frequenter ad vomitum redit) si ad legem Catholicam venire voluerint, octo menses inter Catechumenos Ecclesiæ limen introeant, & si pura fide noscuntur venire, tunc demum Baptismatis gratiam mereantur, quod si casu aliquo periculum infirmitatis intra præscriptum tempus incurrerint & desperati fuerint, baptizentur.

40. Omnes deinceps Clerici siue Laici, Iudæorum conuiuia euitent, nec eos ad conuiuium quisquam excipiat, quia quùm apud Christianos cibis communibus non vtantur, indignum est atque sacrilegum eorum cibos à Christianis sumi.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

15. A Iudæorum conuiuiis etiam Laicos constitutio nostra prohibuit, nec cum Clerico nostro panem comedat quisquis in Iudæorum fuerit conuiuio inquinatus.

Ex Concil. Aurelianensi sub Siluerio, anno 536.

19. Placuit vt nullus Christianus Iudæam, nec Iudæus Christianam in matrimonio ducat vxorem, qui si commoniti à consortio hoc se separare distulerint, à communionis gratia sunt submouendi.

Ex Concil. Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

13. Christianis omnibus interdicimus, ne Iudæorum coniugiis misceantur, quod si fecerint, vsque ad sequestrationem communione pellantur, conuiuia item Iudæorum interdicimus sub annuali excommunicatione.

29. Iudæi à die Cœnæ Domini vsque in secundam Sabbati in Pascha ipso quatriduo procedere inter Christianos, neque Catholicis populis se vllo loco, vel quacumque occasione miscere præsumant.

Ex Concil. Aruernensi sub Vigilio, anno 541.

6. Si quis Iudaicæ prauitati iugali societate coniungitur, & seu Christiana Iudæo, siue Iudæus Christianæ mulieri consortio misceatur carnali, à Christianorum cætu, atque conuiuio & à communione Ecclesiæ cuius sociatur hostibus segregetur.

8. Ne Iudæi Christianis populis Iudices præponantur.

Ex Concil. Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

31. Quicunque Iudæus proselytum (qui aduena dicitur) Iudæum facere præsumpserit, aut Christianum ad Iudaicam superstitionem adducere, vel si Iudæus Christianam ancillam suam sibi crediderit sociendam, vel si de parentibus Christianis Iudæum sub promissione fecerit libertatis, mancipiorum amissione mulctetur. Vide Libertus.

Ex Concil. Matisconensi sub Pelagio II. anno 581.

13. Ne Iudæi Christianis populis iudices aut telonarij esse permittantur.

14. Vt Iudæis à Cœna Domini vsque ad primum diem post Pascha, per plateas aut forum, quasi insultationis causa, deambulandi licentia denegetur, & vt reuerentiam cunctis Sacerdotibus Domini vel Clericis impendant, nec ante Sacerdotes consessum nisi ordinati habere præsumant.

15. Vt nullus Christianus Iudæorum conuiuiis participare præsumat, &c.

16. Sancimus vt nullus Christianus Iudæo deinceps debeat deseruire, sed datis pro quolibet bono mancipio 12. solidis, ipsum mancipium quicunque Christianus seu ad ingenuitatem, seu ad seruitium licentiam habeat redimendi, &c. Quod si acquiescere quicunque Iudæus noluerit, quamdiu ad pecuniam constitutam venire distulerit, liceat mancipium ipsum suum cum Christianis vbicumque voluerit habitare.

Ex Concil. Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

14. Iudæis non liceat Christianas habere vxores vel concubinas, neque mancipia Christiana comparare in vsus proprios, sed & si qui filij ex tali coniugio nati sunt, assumendos esse ad baptismum, nulla officia publica eos opus est agere, &c. Si qui Christiani ab eis Iudaico ritu sunt maculati, vel etiam circumcisi, non reddito pretio ad libertatem & Religionem redeant Christianam.

Ex Concilio Narbonensi sub Pelagio II. anno 589.

9. Iudæis non liceat corpus defuncti deducere psallendo, sed vt eorum habuit mos & consuetudo antiqua corpus deducant & deponant, quod si aliter facere præsumpserint, inferant Comiti Ciuitatis vncias sex.

Ex Concil. Parisiensi 6. sub Deusdedit, anno 615.

15. Vt nullus Iudæorum publicam actionem vllam super Christianos exerceat, aut ab Episcopo cum omni familia sua baptizetur.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

14. Christiani Iudæis vel Gentilibus non vendantur, & si quis Christianorum, necessitate cogente, mancipia sua Christiana elegerit venundanda, Christianis tantum expendat, nam si paganis aut Iudæis vendiderit, communione priuetur, & emptio careat firmitate.

15. Iudæi si Christiana mancipia ad Iudaismum vocare præsumpserint, aut grauibus tormentis afflixerint, ipsa mancipia fisci di[illegible]onibus reuocentur, qui tamen Iudæi ad nullas actiones publicas admittantur.

16. Iudæorum conuitia in Christianis penitus refutanda sunt.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

56. De Iudæis præcepit S. Synodus nemini deinceps

ad credendum viri inferri, &c. Qui autem iam pridem ad Christianitatem venire coacti sunt, oportet vt fidem etiam quam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur.

57. Quicunque deinceps Episcopus, siue Clericus siue sæcularis, Iudæis, contra fidem Christianam suffragium vel munere, vel fauore præstiterit, anathema sit.

58. Plerique qui ex Iudæis dudum ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes in Christum, non solum Iudaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed etiam abominandas circumcisiones exercere præsumpserunt, &c. Huiusmodi transgressores, Pontificali authoritate correcti, ad cultum Christiani dogmatis reuocentur, &c. Eos autem quos circumciderunt, si filij eorum sunt, à Parentum consortio separentur, si serui pro iniuria corporis sui libertati tradantur.

59. Iudæorum filios vel filias baptizatas, ne parentum vltrò inuoluantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus, deputatos aut Monasteriis, aut Christianis viris, ac mulieribus Deum timentibus, vt sub eorum conuersatione cultum fidei discant.

60. Iudæi baptizati si postea præuaricantes in Christum, qualibet pœna damnati exstiterint, à rebus eorum fideles filios excludi non oportebit, &c.

61. Nulla communio vltra sit Hebræis ad fidem Christianam translatis cum his qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne forte eorum participatione subuertantur, quicunque ergo amodo, ex his qui baptizati sunt, infidelium consortia non vitauerint, & hi Christianis donentur, & illi publicis cædibus deputentur.

62. Iudæi qui Christianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab Episcopo Ciuitatis ipsius, vt si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur, quod si admoniti noluerint, separentur, &c. Filij autem qui ex talibus nati existunt, fidem atque conditionem matris sequantur, similiter & hi qui procreati sunt de infidelibus mulieribus & fidelibus viris, Christianam Religionem sequantur.

63. Iudæi qui dudum Christiani effecti sunt, & nunc Christi fidem præuaricati sunt, ad testimonium dicendum admitti non debent.

64. Iudæi aut hi qui ex Iudæis sunt, officia publica nullatenus appetant, quia sub hac occasione Christianis iniuriam faciunt, ideoque Iudices Prouinciarum cum Sacerdotibus, eorum subreptiones fraudulenter relictas suspendant, & officia publica eos agere non permittant, &c.

65. Iudæis non liceat Christianos seruos, nec Christiana mancipia emere, nec cuiusquam consequi largitates.

Ex Conc. Toletano 6. sub Honorio I. anno 638.

3. Quæ in vniuersali Synodo de Iudæis conscripta sunt confirmamus, quoniam quæcunque necessaria pro eorum saluatione scribi potuerunt, in eadem esse cautum scimus.

Ex Concil. Toletano 9. sub Vitaliano, anno 655.

17. Baptizati Iudæi quocunque loco cætero tempore conuersentur, festis tamen præcipuis noui Testamenti ferie consecratis, ac diebus illis quos olim sanctione veteris legis sibimet censebant esse solemnes, in Ciuitatibus publicisque Conuentibus cum summis Dei Sacerdotibus celebrare præcipimus, vt eorum conuersationem & fidem, & Pontifex approbet & veritas seruet, huius temerator edicti, prout ætas permiserit, aut flagris, aut abstinentiæ subiacebit.

Ex Concil. Toletano 10. sub Vitaliano, anno 656.

7. Nullus ex Sacerdotibus Leuitis, vel ex Catholicorum cœtu audeat mancipia Christiana Iudæis, vel Gentilibus venundare.

Ex Concil. Toletano 12. sub Agathone, anno 681.

9. Ne Iudæi aut se, aut filios suos, vel famulos à Baptismi gratia subtrahant, ne more suo celebrent Pascha, aut Sabbata, cæterasque festiuitates ritus sui, vel carnis circumcisiones exerceant, ac ne Christianum quemquam à fide Christi dimoueant, omnis Iudæus diebus Dominicis, & in prænotatis diebus ab opere cesset, ne Iudæi ex propinquitate sui sanguinis connubia ducant, & vt sine benedictione Sacerdotis nubere non audeant, ne Religioni nostræ insultantes sectam suam defendere audeant, nec à fide refugientes alibi se transducant, ne Christianus à Iudæis quodcunque muneris contra fidem Christi accipiat, ne Iudæi libros legere audeant, quos Christiana fides repudiat, ne Iudæis mancipia deseruiant, vel adhæreant Christiana, &c. Si Iudæorum serui necdum adhuc conuersi ad Christi gratiam conuolauerint, libertate donentur.

Ex Concil. Toletano 16. sub Sergio, anno 693.

1. Quicunque Iudæorum ad Christum plena mentis intentione se conuerterint, & fidem Catholicam absque aliquo infidelitatis fucco seruauerint, ab omni exactione, quam sacratissimo fisco persoluere consueti sunt, eum his quæ habere poterint, securi extorresque persistant, eamdem impensionem, hi qui in infidelitate sua perstiterint plublicis vtilitatibus in integritate persoluant.

Ex Concilio Toletano 17. sub Sergio, anno 694.

8. Iudæi qui tunicam fidei, qua eos per vndam sacri Baptismatis induit S. Mater Eccles. maculauerint, suis omnibus rebus nudati, perpetuæ subiiciantur seruituti, sed & filios eorum vtriusque sexus decernimus, vt à septimo anno eorum, nullam cum parentibus suis habitationem aut societatem habeant.

Ex Concilio Romano sub Zacharia, anno 743.

10. Si quis Christianus filiam suam Iudæo in coniugio copulare præsumpserit, nisi perfectè crediderit Christo, & baptizatus fuerit, vel seruum, aut ancillam eidem Iudæo Christianus venundare præsumpserit, & si vidua Christiana Iudæum duxerit virum, vel consentientibus ei, anathema sit.

Ex Conc. Nicæno 2. vniuers. 7. sub Adriano I. anno 787.

8. Statuimus vt Iudæi neque ad communionem, neque ad orationem, neque ad Ecclesiam admittantur, sed apertè sint secund. suam Religionem Hebræi, & neq; filios eorum baptizari, neq; seruum ab eis emi, vel possideri, sin autem ex pura, & sincera fide quis eorum

eorum conuersus, & ex toto corde cooffessus fuerit, eorum moribus & rebus insultans, & veluti triumphum agens, vt alij refellantur & corrigantur, eum recipiet baptizari, & eius li-beros, & cautos reddi, vt se ab Hebræorum studiis & institutis abstineant, si autem non ita se gerant eus nullo modo admitti.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

73. Vt erga Iudæos à Christianis Principibus, ac cæteris omnibus Dei fidelibus tàm Clericis quam Laicis, viris seu feminis, sacrorum Canonum, & antiquorum Regum, atque legum iura seruentur.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

10 Quicunque Iudæos iudiciariæ potestatis super Christianos aliquam administrationem iudicio tractare permiserit, à Christiana communione pellatur.

Ex Concil. Metensi sub Stephano V I. ann. 888.

4. Nemo Christianorum cum Iudæis manducet & bibat, vel quidquid comedi aut potari potest à Iudæis accipiat.

Ex Concil. Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

6. Nullos Christianus cum Iudæis in vna domo maneat, nec cum eis cibum sumat.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 11 *sub Alexand. III. anno* 1179.

26. Iudæi siue Sarraceni, nec sub alendorum puerorum suorum obtentu, nec pro seruitio, nec alia qualibet causa, Christiana mancipia in domibus suis permittantur habere; excommunicentur autem qui cum eis præsumpserint habitare, testimonium quoque Christianorum aduersus Iudæos in omnibus causis, cùm illi aduersus Christianos testibus suis vtantur, recipiendum esse censemus; Si qui præterea Deo inspirante ad fidem se conuerterint Christianam, à possessionibus suis nullatenus excludantur.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 12. *sub Innocent. III. anno* 1215.

67. Si de cætero quocunque prætextu Iudæi à Christianis graues & immoderatas vsuras extorserint, Christianorum eis participium subtrahatur, donec de immoderato grauamine satisfecerint competenter, Christiani quoque si opus fuerit per censuram Ecclesiast. appellatione postposita compellantur, ab eorum commerciis abstinere, &c. Ac eadem pœna Iudæos decernimus compellendos ad satisfaciendum Ecclesiis pro decimis & oblationibus debitis, quæ à Christianis de domibus & possessionibus aliis percipere consueuerant, antequam ad Iudæos quocunque titulo deuenissent.

68 Iudæi & Sarraceni vtriusque sexus, in omni Christianorum Prouincia, & omni tempore qualitate habitus publicè ab aliis populis distinguantur, &c. In diebus autem lamentationis, & Dominicæ passionis, in publicum minimè prodeant, &c. Præcipimus autem præsumptores huiusmodi per Principes sæculares condignæ animaduersionis adiectione compesci.

69. Iudæi officiis publicis non præfetantur, quoniam sub tali prætextu Christianis plurimum sunt infesti, Officiali verò huiusmodi tamdiu Christianorum communio in commerciis & aliis denegetur, donec in vsus pauperum Christianorum secundum prouidentiam Diœcesani Episcopi conuertatur quidquid fuerit adeptus a Christianis occasione officij sic suscepti

70. Iudæi facti Christiani prioris ritus reliquias retinentes, à Prælatis Ecclesiarum ab obseruantia veteris ritus omnimodo compescantur.

Ex Concil. Viennensi sub Clemente IV. anno 1267.

6. Iudæi cornutum pileum resumant, vt à Christianis euidenter discerni valeant, quicunque autem Iudæus sine tali signo deprehensus fuerit incedere, à Domino terræ pœna pecuniaria puniatur.

17. Iudæi, Sacerdoti Parrochiali infra cuius Parochiæ terminos manserint, pro eo quod loca in quib. Christiani habitare deberent occupant, iuxta quantitatem damni, quod ei ex hoc inferunt, ad arbitrium Diœcesani loci, omnes prouentus quos à Christianis, si ibidem manerent, perciperent, refundere compellantur decimas etiam prædiales cum omni integritate persoluant.

18. Ne stubas & balnea seu tabernas Christianorum frequentent, seu intrare præsumant, nec seruos vel ancillas aut nutrices, seu quæque Christiana mancipia die noctuve in domibus suis retinere præsumant, nec ad recipiendum telonium, seu ad alia publica officia aliquatenus assumantur.

19 Si quis Iudæus cum aliqua Christiana fuerit fornicatus, quoad vsque decem marcas argenti ad minus pro emendatione soluerit, districto carceri mancipetur. & mulier Christiana per ciuitatem fustigata de ipsa Ciuitate sine spe redeundi, penitus expellatur.

20 Omnibus Christianis istius Prouinc. sub anathemate inhibemus, ne Iudæos vel Iudæas secum ad conuiuandum recipiant, vel cum eis bibere vel manducare audeant, aut etiam cum ipsis in suis nuptiis vel neomeniis vel ludis saltare, vel tripudiare præsumant, nec Christiani carnes venales seu alia cibaria à Iudæis emant.

21. Vide Conc. Lateran 1215. c. 67.

22. Si Sacramentum Altaris ante domos eorum deferri contigerit, ipsi Iudæi audito sonitu prænio, intra domos suas se recipiant, & fenestras ac ostia sua claudant, hoc etiam in quolibet die Parasceues per Prælatos Ecclesiæ facere compellantur

23. Ne præsumant de fide Catholica cum simplicibus disputare, nec filios & vxores Iudæorum ad fidem Christianam venientium inuitos audeant detinere, nec Christianos ad Iudaismum alliciant, aut aliquin ausu temerario circumcidant, nec Christianos infirmos visitent, vel circa ipsos exerceant opera medicinæ.

24. Synagogam nouam non erigant, & si quas erexerint remoueant aut deponant vetustam si opus fuerit reficiant, non ampliorem, pretiosiorem seu etiam altiorem

25. Carnes in Quadragesima, quando Christiani à carnibus abstinent aperte vel publicè non deportent.

26. Episcopi ad hæc omnia obseruanda in singulis articulis Iudæos per abstractionem communionis Christianorum compellant; Principes ac Iudices eorumdem Iudæis statuta nostra seruare nolentib. protectionem seu defensionem non impendant &c. Alioquin introitum Ecclesiæ, communione n diuinorum officiorum sibi nouerint interdictum.

Ex Concil. Rauennatensi 2 sub Clemente V. anno 1311.

23. Iudæi deportent in pannis superioribus certum signum scilicet rotam panni crocei coloris & mulieres eorum in capite, nec recipiantur alicubi vltra mensem ad habitandum, nisi in locis in quibus habuerint Synagogas.

Ex Concilio Rauennatensi 4. sub Ioanne XXII. anno 1317.

14. Nullus de cætero locet domos ipsis Iudæis, nec locatas ipsis dimittat aut vendat, seu quocunque colore concedat, vel inhabitare permittat vltra duos menses à publicatione præsentis constitutionis, qui contra fecerit, excommunicationem ipso facto incurrat.

Ex Conc. Sabinensi in Hispania sub Ioan. XXII. anno 1322.

21. Ne Christiani sub excommunicatione ipso facto incurrenda, Iudæorum aut Sarracenorum nuptiis vel sepulturis intersint, nec eorum ritus in his signanter aliqualiter imitentur irrationabilem corruptelam qua contra sanctiones Canonicas Iudæi & Sarraceni Christianis in publicis præficiuntur officiis, Ecclesiarum Prælatis mandamus, vt S S. Patrum statuta super hoc edita per excommunicationem faciant obseruari, &c. Conuersis Iudæorum & Sarracenorum in hospitalib. & piis locis prouideantur in necessariis, &c. Prædicationis officium Iudæis & Sarracenis conuersis penitus interdicimus, nisi eis qui examinati & approbati fuerint per Prælatos, &c. Ne Christiani Iudæos aut Sarracenos in infirmitatibus suis vocent vt ab eis recipiant medicinam.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

38. Sæculares potestates siue Communitates, siue singulares Respublicæ Præsidentes sub excommunicatione teneantur quemcunque Iudæum pileum cornutum in publico non deferentem pecuniaria pœna, iuxta eorum arbitratum taxanda, punire, &c. Sub eisdem pœnatum exactionibus mulieres vel virgines dictæ superstitioni insudantes, cùm se in publicum exhibent Christianorum nostræ Prouinciæ, nolam sonantem in aliqua sui corporis deferant parte, &c.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

26. Iudæi in nostra Diœcesi non permittantur seruari, nec vt famuli Christianis nullus Christianus domos ad habitandum eisdem ad exercendum fœnus locent, nec permittatur eis communio, maximè ad frequentem visitationem Christianorum, Vide Concil. Vienn. 1267. c. 12. Caueant ne contra Christianam fidem B. Virg. vel Sanctos contumeliosa verba proferant, nullus cum eis edere præsumat aut balneari aut medicinas ab eis accipere, si quis Iudæorum mulierem cognouerit Christianam pro tanto facinore, 10. libras denariorum vsualis monetæ Domino loci in quo scelus hoc perpetratum fuerit, soluere teneatur.

Ex Conci. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 3.

14. Iudæi semper & quocunque iter faciant, viri pileum seu birretum crocei coloris, mulieres impositum reliquo capitis integumento pannum eiusdem coloris ferant, ne Christiani ad conuiuia, nuptias vel dies festos & Synagogas Iudæorum accedant, aut cum eis ludant, vel choreas cum Iudæis agant, ne Iudæis Christiani in famulatu esse possint, ne Christianæ mulieres Iudæorum nutrices in eorum domibus esse vllo pacto possint, ne Christiani Iudæos medendi causa ad se accersant, ne in coniungendis inter se matrimoniis, eorum opera vtantur; agros, prædia Ecclesiast. Iudæis locata, vasa, vestes aliave sacra, vel ad vsum Ecclesiæ destinata, vendi aut pignori dari ne liceat, ne in ædibus quæ Ecclesiis vicinæ sunt Iudæi habitent, ne tribus ante Pascha diebus, Iudæi in publicum prodeant, &c. Curet Episcopus vt Iudæus qui ad fidem se conuerterit, omnia bona sua habeat, ac si filiusfamilias sit, legitima, & quæcunque alia bonorum pars ei iure debita, à Patre etiam viuente detur. vel si mulier fuerit, ei dos à marito restituatur, vel à Patre constituatur, vnde ali possit, ex præscripto constitutionis Pauli III præsertim in iis quæ ille statuit de iis facultatibus quæ ex vsuris comparatæ sunt.

Ex Concil. Mediolan. 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 1.

1. In Ciuitate, oppido, pago, locove vbi Iudæi habitant, si complures Synagogas habent, seu domos ad Synagogæ officium iam adhibent, tollantur omnino, cessentque omnes vna tantum excepta, quæ tamen ab Ecclesiis fidelium distet, at verò nouas construere, constituereve, aut penitus dirutas reficere Episcopus ne patiatur, &c. Mares & feminæ, signum semper patens ferant, &c. Nullus fidelis in eorum Synagogis vllo modo, sed neque vllo vsquam loco eorumdem cæremoniis ritibusve intersit.

Ex Concil. Aueniónensi sub Clemente VIII. anno 1594.

62. Omnibus prohibemus cibum sumere cum Iudæis, carne, aut azima ab illis porrecta manducare, vna ac eadem domo cum iisdem versari, lude re, societatem inire, præsertim fœnus exercendi causa, Medicus Iudæus à nemine quantumuis graui morbo laboret, vocetur; caueant omnes, ne eorum diebus festis aut nuptiis intersint, ne qua mulier Christiana Iudæis parientibus præsto sit, nulla item mulier Iudæorum infantes nutriat, nec contra. Nemo sub pœna excommunicationis Iudæis inseruiat, Iudæi in vna tantum vicinia simul habitent, domus prædia, & cuiusuis generis bona Ecclesiastica tàm mobilia quàm immobilia nullo modo iudæis vendantur, opignerenturve; in die Parasceues & Sabbati sancti lateant Iudæi, ipsorum portis ac fenestris clausis toto eo tempore manentibus, diebus verò festis dum celebrantur diuina officia, nullus eorum ex vico quem inhabitant egrediatur, exceptis Patribusfamilias, vt victum emere possint, ex decreto Gregorij XIII. & Clement. VIII. curent Episcopi in quorum terris Hebræi fuerint, eis semel per hebdomadam legi, cogantque eos lectioni interesse, &c.

IVRAMENTVM

Ex Fragmentis Conc. Eliberitani sub Marcello I. anno 305.

Secundum Gratianum.

5. PVeri ante annos 14. non cogantur iurare, puella quoque si in puerili ætate, sita in domo Patris illo nesciente se iuramento constrinxerit, & Pater, statim vt audierit, contradixerit, vota eius & iuramenta irrita erunt.

Ex Concil. Arelatensi I. sub Siluestro I. anno 314.

3. Qui arma proiiciunt in pace (seu potius in bello) placuit abstinere eos à communione (tanquam desertores.)

Ex Concilio Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

6. Clericum per creaturas iurantem acerrimè obiurgandum, si perstiterit in vitio excommunicandum.

Ex Concil. Ilerdensi sub Ioanne I. anno 524.

7. Qui Sacramento se obligauit vt litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro periurio, vno anno à communione corporis & sang. Domini segregatus, reatum suum eleemosynis, fletibus, & quantis potuerit ieiuniis abluat, ad charitatem verò quæ operit multitudinem peccatorum celeriter venire festinet.

Ex eod. Concilio Ilerdensi.

Secundum Burchardum.

10. Si quis Presbyter à plebe sibi commissa, mala opinione infamatus fuerit, & Episcopus legitimis testibus probare non potuerit, suspendatur ab officio Presbyter vsque ad dignam satisfactionem, ad arbitrium autem Episcopi sibi Collegas septem coniungat, & iuret in sacro coram posito Euangelio, quod eum S. Trinitas, & Christus Filius Dei qui illud fecit & docuit quod Euangelium continet, & SS. quatuor Euangelistæ qui illud scripserunt sic adiuuent, quod ille prænominatam actionem ita non perpetrarit, sicut ei de illis oblatum est, & in hac satisfactione purgatus securè deinceps suum exerceat ministerium; quam satisfactionem S. Leo Papa in basilica S. Petri coram Reuerendissimo Cæsare Carolo, ac Clero & plebe ita fecit.

Ex Concil. Matisconensi I. sub Pelagio II. anno 582.

17. Si quis conuictus fuerit alios ad falsum testimonium vel periurium attraxisse, aut quacunque corruptione sollicitasse, ipse quidem vsque ad exitum non communicet, hi verò qui ei in periurio consensisse probantur, post ab omni sunt testimonio prohibendi, & secundum legem infamia notabuntur.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

9. Vide Ecclesia Asylum.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

74. Quicunque ex nobis vel totius Hispaniæ populis qualibet coniuratione vel studio Sacramentum fidei suæ quod pro Patriæ, gentisque Gottorum statu, vel conseruatione Regiæ salutis pollicitus est temerauerit, aut Regem nece attrectauerit, aut potestate Regni exuerit, & præsumptione tyrannica Regni fastigium vsurpauerit, anathema sit.

Ex Concil. Toletano 8. sub Martino I. ann. 653.

2. Quæcunque iuramenta pro Regiæ potestatis salute, & consultatione gentis & Patriæ, vel hactenus sunt exacta, vel deinceps extiterint exigenda, omoi custodia, omnique vigilantia indissolubiliter decernimus obseruanda à membrorum truncatione, mortisque sententia Religione penitus absoluta.

Ex Concilio Toletano 16. sub Sergio, anno 693.

9. Vide Principes.

12. Quicunque ex nobis, vel totius Ecclesiæ populis, Vide Conc. Toletan. 633. c. 74.

Ex Concil. Romano 1. sub Gregorio II. anno 721.

14. 15 Vide Matrimonium.

Ex Concil. Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

54. Non solum illi qui peierant, sed etiam qui periuris consentiunt, similì plectendi sunt damnatione, Vide Magistratus.

43. Omnes homines admonemus, ne per singula verba quasi ad confirmationem suæ assertionis, nomen Domini in vanum assumant.

Ex Concil. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

18. Vide Decimæ.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

58. Vide Episcoporum mores.

59. Vt Multiplex iuramentorum & periuriorum confusio, per quam multæ fidelium animæ in toto hoc Regno perditæ cognoscuntur, quam sit detestanda, & Deo odibilis attentius omnibus annuncietur, &c. Tantum namque hoc malum est, vt ad sanctuaria Martyrum, vbi diuersorum ægritudines sanantur, vbi periuri, licet manifestè interdum vexari non videantur, iusto Dei iudicio arripiantur.

Ex Concil. Valentino in Gallia sub Leone IV. anno 855.

11. Statuimus vt quicunque vno iuramento legitimè dato, quod secundum legem diuinam omnis humanæ controuersiæ finis esse debet, alterum è contrariò iuramentum opponere præsumpserit, ab ipsis liminibus Ecclesiæ exclusus, omnium Christianorum consortio atque conuiuio reddatur extraneus, &c.

Ex Concil. Tullensi 2. sub Nicolao, anno 860.

5. De his qui iurant & periurant in nomine Dei omnipotentis mendaciter & de falsis testibus duræ & districtæ pœnitentiæ subdantur, quamdiu in crimine manent, foras ab Ecclesia proiecti, neque oblatio eorum in sacris, neque nomen eorum inter fideles recitatum habeatur.

Ex Concilio Triburiensi sub Formoso, anno 895.

21. Vide Episcoporum Officium.

22. Si quis fidelis libertate notabilis aliquo crimine aut infamia deputatur, vtatur iure, iuramento se excusare, si verò tanto talique crimine publicatur, vt criminosus à populo suspicetur, & propterea superiuretur, aut confiteatur & pœniteat, aut Episcopo vel suo Misso discutiente per ignem candenti ferro cautè examinetur.

Ex Conc. Toletano sub Victore II. anno 1056.

12. Vide Adulterium.

Ex Concil. Londinensi sub Alexandro III. anno 1175.

11. Vicarij, qui personis, fide & Sacramento obligati sunt, si fide & Sacramenti Religione contempta, personatum sibi falsò assumentes contra personas se erexerint, super hoc in iure, vel confessi vel conuicti fuerint, de cætero in eodem Episcopatu ad officij sui executionem non admittantur.

Ex Concil. Eboracensi. sub Celestino III. anno 1194.

17. Vide Excommunicatio.

19. Vide Clericorum Cœlibatus.

Ex Concil. Lodinensi sub Innocentio III. anno 1200.

7. Qui scienter in dispendium cuiuslibet peierauerint, non absoluantur, nec eis pœnitentia ab aliquo iniungatur, nisi ab Episcopo Diœcesano, vel eius authoritate, prȩterquam in articulo mortis, &c.

12. Vide lites.

Ex Concil. Londinensi sub Gregorio IX. anno 1237.

23. Iusiurandum calumniæ in causis Ecclesiast. cuiuslibet, & de veritate dicendi, in spiritualibus quoque vt veritas aperiatur facilius, & causæ celerius terminentur, statuimus de cætero præstari in Regno Angliæ, secund. Canonicas & legitimas sanctiones.

Ex Concil. Tarraconensi sub Celestino IV. anno 1242.

1. Vide Hæretici.

Ex Conc. Rauennat. 2. sub Clemente V. anno 1311.

27. Quicunque de cætero præsumpserit in Deum, B. Virg. & Sanctos eius blasphemare vltra pœnam & pœnitentiam quæ talibus est per Canones imponenda, à liminibus Ecclesiæ arceatur per mensem, & si pluries correctus se non emendauerit, in morte denegetur sibi Ecclesiastica sepultura.

Ex Conc. Sabinensi in Hispania sub Ioan. XXII. anno 1322.

26. Vulgaris purgationis abusum per Canones interdictum, quod suspecti de criminibus ad se purgandum ferrum candens, aut aquam feruentem accipiunt, detestantes statuimus, vt mandantes talem purgationem fieri, tenentes, exhibentes, custodientes, accipientes ad hoc, ferrum vel aquam huiusmodi in excommunicationem incidant ipso facto.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 17. sub Leone X. an. 1517. Sess. 9. De Reformat.

19. Quicunque Deo publicè maledixerit, contumeliosisque atque obscœnis verbis Dominum nostrum Iesum Christum, vel gloriosam Virg. Mariam expressè blasphemauerit, si munus publicum iurisdictionemque gesserit, perdat emolumenta trium mensium pro prima & secunda vice, dicti officij si tertio deliquerit, illo, eo ipso, priuatus existat; si Clericus vel Sacerdos fuerit pro prima vice qua conuictus fuerit, beneficiorum quæcunque habuerit, fructibus vnius anni mulctetur, pro secunda si vnicum habuerit beneficium eo priuetur, si autem plura quod Ordinarius maluerit, id amittere cogatur, si tertiò eius sceleris conuincatur dignitatibus ac beneficiis omnibus quæcunque habuerit, eo ipso priuatus existat, ad eaque vlterius retinenda inhabilis reddatur, &c. Laicus blasphemans si nobilis fuerit pœna 25. ducatorum mulctetur, & pro secunda vice 50. fabricæ Principis Apost. de vrbe applicandis, pro tertia vice nobilitatem perdat, si verò ignobilis ac plebeius fuerit in carcerem trudatur, quod si vltra duas vices publicè blasphemans deprehensus fuerit, mitra infami per integram diem ante fores Ecclesiæ principalis mitratus stare cogatur, si verò pluries ad perpetuos carceres vel ad triremes damnetur, in foro autem conscientiæ nemo blasphemiæ reus absque grauissima pœnitentia seueri Confessoris arbitrio iniuncta absolui possit.

20. Qui reliquos SS. blasphemauerit, arbitrio Iudicis rationem personarum habituri, mitius aliquando puniri volumus. Vide Absolutio.

Ex Concilio Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

29. Quicunque Clericus vel Sacerdos Deo palàm maledixerit, conuiciis contumeliisque, atque adeo obscœnis verbis incesserit Deum & D. N. I. C. ac B. Virg. aliosque Sanctos blasphemauerit, fructuum vel bonorum priuatione seu aliis pœnis pro qualitate blasphemiæ & delicti plectatur.

Ex Concilio Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 3.

20. Vide Clericorum Officium.

Parte 13.

13. Iuramentum facilis exactio in iudiciis refrænanda.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

87. Locorum Ordinarij & Prælati Capitulorum, Ecclesiarum statuta diligenter reuideant, & iuramenta non necessaria à Sede Apost. non confirmata imprimis verò iniusta, & perniciosa corrigant, cassent & tollant.

Ex Conc. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

13. Episcopi Prælatiue ob dignitatem qua præcellunt, manu ad pectus admota, si quando oportet, iusiurandum præstent, Reliqui autem Ecclesiastici homines, vt Subdiaconi, Diaconi & Presbyteri, si iurare necesse habent, id tactis sacris litteris agant.

Ex Concil. Aquitenensi sub Clemente VIII. anno 1594.

56. Vide Beneficium Ecclesiasticum.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

8. Si quis ore impuro blasphemarit, si Clericus sit excommunicetur & arbitrio Ordinarij puniatur, sin vero laicus & monitus pro prima, secunda & tertia vice adhibitis duobus saltem testibus non destiterit, à Catholicorum cœtu expulsus publice excommunicatus per Parochum declaretur.

IVSPATRONATVS.

Verbo beneficium Ecclesiast. Conc. Herbipol. 1287. c.21.22.Sabin.in Hispan.1322. c. 14. 19. Salisburg. 142. c.12. Frisingen. 1440. c. 16. Lateran. 1513.de concordat.c.5.8.Colon.1536.p.3.c.15. Colon.1549.c.10.Trident.1551.Sess.14.c.12.13.Sess.24. c. 18. Sess.25.c 9 Mediolan.1565.p.2.c.11.
V. Ecclesiast.bona, Conc.Vien.1267. c. 11. Salisburg.1420 c.16. 10.
V. Electiones Conc. Lateran.1179.c. 17. Colon. 1536.p.1.c.12.
V. Episcoporum officium Conc. Tridens. 1562. Sess.21.De Reform.c.7.
V. Inuestitura, Conc.Viennen. 1267.c.12.
V. Missa Conc.Rauennat.1311.c.4.
V. Simoniaci, Conc.German.1225.c.9.

LAICI.

Ex Canon. Apost.Clementis I. anno 93. & Epitome Adriani I.ann.773.

24. Laicus semetipsum abscindens annis tribus communione priuetur.
43. Laicus aleæ atque ebrietati deseruiens excommunicetur.

Ex Concil. Sardicensi sub Iulio I. ann. 347. & Epit. Adriani I. ann. 773.

14. Laicus in aliqua Vrbe agens tribus diebus dominicis conuentum Ecclesiæ negligens est excommunicandus.

Ex Concil. Hipponensi sub Siricio, anno 393.

4. Vt Donatistæ in numero laicorum recipiantur.

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

5. Sæculares qui necdum sunt ad Clericatum conuersi, res Parochiarum, vel ipsas Parochias minimè ad regendum debent habere commissas.

Ex Concilio Bauarico apud Dingoluingam sub Adriano I. anno 772.

5. De eo quod ius ad legem quam habuerunt in diebus patris sui, nobiles & liberi & serui eius, ita donauerunt vt firma fieret.

Ex Concil. Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

49. Admonendi sunt Domini subditorum vt erga suos piè & misericorditer agant, nec eos quolibet iniusta occasione condemnent, non vi opprimant, non illorum substantiolas iniustè tollant, nec ipsa debita quæ à subditis reddenda sunt, impiè ac crudeliter exigantur.

Ex Concilio Moguntino sub Leone III. anno 813.

29. 30. Vide Presbyteri.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

19. Laici monendi sunt ne Sacerdotes contemptui habeant, neue eorum monita despiciant.

Ex Concilio Meldensi sub Sergio II. anno 845.

10. Vide Monasterium.

Ex Concil. Valentino in Gallia sub Leone IV. anno 855.

9. Vide Ecclesia.

Ex Concil. Rhemensi sub Leone IX. anno 1049.

3. Ne qui Laicorum Ecclesiasticum ministerium vel altaria tenerent, nec Episcoporum quibus consentirent.

Ex Concil. Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

3. Potestatem nullam habeant super Ecclesias aut Clericos Laici.

Ex Concil. Tolosano sub Victore II. anno 1056.

8. Vide Sacrilegi.
9. Nullus laicorum aliquid suscipere audeat de rebus aut substantiis defunctorum nisi quantum ipsi defuncti adhibitis idoneis testibus in vita sua ordinauerint, aut si intestati obierint, ad libitum propinquorum hæredum diuidantur.

Ex Concil. Romano sub Nicolao II. anno 1059.

6. Vide Clericorum officium.
10. Cuiuslibet ordinis Clericos laici non iudicent, nec de Ecclesiis eiiciant.
12. Laicus vxorem simul & concubinam habens non communicet Ecclesiæ.
13. Nullus laicus ad quemlibet gradum Ecclesiast. repentè promoueatur, nisi post mutatum habitum sæcularem diuturna conuersatione inter Clericos fuerit comprobatus.

Ex Concil. Romano sub Alexandro II. anno 1063.

10. 11. Vide Conc.Roman.1059.c.12.13.

Ex Concil. Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

19. Ne laici decimam partem de laboribus suis retineant, & sicut nec debent retinere, ita nec accipere.

20. Interdictum est omnibus laicis ne amplius altaria, vel Ecclesias sibi retineant.

21. Vide Pœnitentia.

Ex Concil. Londinensi 2. sub Paschali II. anno 1102.

23. Vt criniti sic tondeantur vt pars aurium appareat,& oculi non tegantur.

Ex Conc.Lateran. Vniuers. 10.sub Innoc. II. anno 1139.

10. Laici qui Ecclesias tenent, aut eas Episcopis restituant,aut excommunicationi subiaceant.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 11. sub Alexand. III. anno 1179.

14. Laici quidam Ecclesiasticas personas, & ipsos etiam Episcopos suo iudicio stare compellunt, eos qui de cætero id præsumpserint,à communione fidelium decernimus segregandos. Vide Decimæ.

Ex Conc. Eboracensi sub Celestino III. anno 1194.

16. Ne laicus aliquis Ecclesiam vel decimas recipiat, siue solus siue Clerico sociatus.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 12. sub Innocentio III. anno 1215.

40. Ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicum, quia non decet vt laicus in talibus arbitretur.

Ex Concil.Herbipolensi sub Honorio IV. ann. 1287.

2. Laici quantacunque dignitate fulgeant Ecclesiast. recipientes beneficia, aut occupata tenentes,nisi infra mensem à tempore occupationis dimiserint,ipso facto sint excommunicati.

LAPSI.

Vide Idololatra.

Ex Concil. Romano Sede vacante, ann. 253.

Ante constitutionem Episcopi nihil innouandum putauimus sed lapsorum curam mediocriter temperandum esse credimus, vt interim dum Episc. dari à Deo nobis, sustinetur in suspenso, eorum qui moras possunt dilationis sustinere causa teneatur,eorum autem quorum vitæ suæ finem vrgens exitus,dilationem non potest ferre, acta Pœnitentia, & professa frequenter suorum detestatione factorum,si lachrymis,si gemitibus,si fletibus dolentis, ac verè Pœnitentis animi signa prodiderint cum spes viuendi secund. hominem nulla substiterit, ita demum cautè & sollicitè subueniri Deo ipso sciente quid de talibus faciat.

Ex Concil. Romano sub Cornelio, anno 254.

1. Sacerdotes lapsi præuia Pœnitentia & satisfactione ad Ecclesiam quidem recipiantur,sed à Sacerdotali functione deinceps abstineant,& laica tantum communione contenti,in Ecclesia communicent.

Ex Concilio Nicæno Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325.

1. De his qui negauerunt præter necessitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, aut aliquid eiusmodi (quod factum est in tyrannide Licinij) Si quos ergo ex animo pœnitet, 3. annis inter audientes (id est Catechumenos) habeantur, si tamen fideles sunt 7. annis aliis inter pœnitentes sint, duobus autem annis iidem sine oblatione in oratione sola participent populo.

12. Quicunque vocati per gratiam,primum quidem impetum monstrauerunt, deponentes militiæ cingulum, postmodum vero ad proprium vomitum sunt relapsi hi 10. annis post triennij tempus quo inter audientes erunt,in afflictione permaneant, &c. Quicunque vero indifferenter habuerunt lapsum, & sufficere sibi quod Ecclesiam introierint arbitrantur, isti omnimodè tempora statuta complebunt.

13. De his qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regularisque seruabitur ita vt vltimo & necessario viatico minimè priuentur, quod si desperatus & consecutus communionem, oblationisque particeps factus iterum conualuerit,sit inter eos qui communionem orationis tantummodo consequuntur.

Ex Eodem Concil. Editionis Arabicæ.

42. Si quis ex Clero aut Monachis, lapsus fuerit in aliquod peccatum, & vocatus à congregatione vt videatur causa eius,& purget peccatum suum, dato primum tempore ad veniendum,& non venerit, vocatusque iterum & tertio obstinatè non sistat eiiciatur de medio eorum & deponatur.

69. Si quis fidelium mulieri infideli motem gerat, propter fornicationem, &c. Vide Pœnitentia.

77. Si quis Episcopus deprehensus fuerit in peccato fornicationis, aut in alio simili deponendus est, nec est amplius in eumdem gradum restituendus, quod si Pœnitentiam egerit, non est societate fidelium, neque sacra communione prohibendus.

Ex Concil. Alexandrino sub Liberio, anno 362.

1. Episcopi per ignorantiam vel tormenta in hæresim lapsi,cùm ad Catholicam Ecclesiam reuertentur,in eodem honoris gradu quo insigniti fuerint recipiantur; sin vero hæreseos authores fuerint,præuia Pœnitentia ablatis honoribus laica communione sint contenti.

Ex Concil.Valentino in Gallia sub Damaso I. anno 374.

4. Quicunque sub ordinatione vel Diaconatus, vel Presbyteratus,vel Episcopatus mortali crimine dixerint se esse pollutos, à supradictis ordinationib. cēsuitus sub:nouendos,reos scil. vel veri confessione, vel

mendacio falsitatis,neque enim absolui potest is qui in seipsum dixerit, quod dictum in alios, punitetur.

Ex Concil. Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

10. De his qui in persequutione præuaricati sunt,si voluntarie fidem negauerint 5. annos inter Catechumenos exigant, & duos inter discommunicantes, ita vt communionem inter pœnitentes non præsumant.

11. Si qui dolore victi & pondere persequutionis negare & sacrificare compulsi sunt duobus annis inter Catechumenos,triennio inter pœnitentes habeantur à communione suspensi.

Ex Concil. Carthaginensi sub Siricio, anno 397.

Secundum Codicem Ecclesiæ Affricanæ.

27. Si quando Presbyteri vel Diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos ministerio necesse sit promoueri, non eis manus tanquam pœnitentibus vel tanquam fidelibus laicis imponatur, neque permittendum vt rebaptizati ad Clericatus gradum promoueantur.

Ex Concil Romano 3. sub Felice III. anno 487.

1. Non eadem cuncti qui lapsi sint lance pensentur, quoniam maioris castigationis exigendus est vsura,cui domus Domini commissa fuerit disciplina, Eos quos, Presbyteros vel Diaconos fuisse constiterit,& seu optantes fortsitan,seu coactos lauacri illius vnici salutarisque claruit fecisse iacturam, & Christum quem non solum regenerationis, verum etiam gratia percepti honoris induerant, exuisse, cum constat neminem ad secundam tinctionem venire potuisse, nisi se palam Christianum negauerit, & professus fuerit se esse paganum, in Pœnitentia (si resipiscunt) iacere conueniet,ne otationi non modo fidelium, sed ne Catechumenorum omnimodis interesse,quibus communio laica tantum in morte reddenda est.

Ex Concil.Agathensi sub Symmacho, anno 506.

60. Lapsis, id est qui in Catholica fide baptizati sunt, si præuaricatione damnabili, post in hæresim transierint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas, quibus nos annorum multitudine breuiata, Pœnitentiam bienniij imponimius,præscripto autem biennio,tertio sine relaxatione ieiunent, & Ecclesiam studeant frequentare in Pœnitentiam loco standi & orandi humilitatem ita nouerint obseruandam,vt etiam ipsi quum Catechumeni egredi commonentur,abscedant.

Ex Concilio Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

29. Vide Conc. Agathen. 506. c. 60.

Ex Concil. Ilerdensi sub Ioanne I. anno 524.

9. De his qui in præuaricatione rebaptizati,sine aliqua necessitate vel tormento delapsi sunt, placuit vt (secund. Nicæni Synodi statuta) 7. annis inter Catechumenos orent & duobus inter Catholicos, & postea moderatione & clementia Ep[illegible] pi fidelibus in oblatione & Eucharistia communicent.

Ex Concil. Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

8. De his qui post Baptismi sacramentum, ad hæresis lapsum descendunt, & agnoscentes reatum, ad vnitatem fidei Catholicæ venire desiderant, in Episcoporum potestate consistat, cum eos viderint dignam Pœnitentiam agere, quando vel qualiter communioni pristinæ restituentur.

LIBELLVS FAMOSVS.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

52. Si qui inuenti fuerint libellos famosos In Ecclesia apponere,anathematizentur.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

32. Si quis sæcularium per calumniam, Ecclesiam aut Clerum fatigare tentauerit,& conuictus fuerit,ab Ecclesiæ liminibus & à Catholicorum communione coerceatur.

Ex Eodem Concil. secundum Codicem lib 16. lib. 5.

22. Si quis promptus facilisque est ad detrahendum dicens quod verum non est, 7. dies in pane & aqua sequestratus à fraterno consortio pœniteat.

Ex Concil. Arelatensi 3. sub Ioanne I. ann. 524.

Secundum Gratianum.

Hos qui fratribus suis capitalia crimina obiecisse conuicti fuerint,placuit vsque ad exitum non communicare,nisi digna satisfactione pœnituerint.

LIBERTVS.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

80. Prohibendum est vt liberti quorum Patroni in sæculo fuerint ad Clerum non promoueantur.

Ex Concil. Nicæno Generali 1. sub Siluestro I. anno 325. Editionis Arabicæ.

1. Serui Infidelium non prius debent fieri Clerici quam sint manumissi ac liberi, satisque probati an digni sint gradu.

Ex Fragmentis Conciliorum Toletanorum.

Secundum Burchardum.

Si aliquis incognitus Monasterium ingredi voluerit, ante

ante triennium Monachi habitus ei non præstetur, & si intra tres annos, aut seruus aut libertus vel colonus quæratur à Domino suo, reddatur ei cum omnibus quæ attulit, fide tamen accepta de impunitate, si autem intra triennium requisitus non fuerit, postea quæri non potest, nisi sit tam longè quod inueniri non possit, sed tantum ea quæ in Monasterium adduxit, Dominus serui recipiat. Instruendi sunt laici vt sciant quod nullatenus alio loco manumittere proprios possunt seruos, quos Dominicis castris aggregari decreuerunt, nisi in sacrosancta Ecclesia, quomodo enim Clerici extra Ecclesiam libertatem consequi possunt, qui à lege mundana extranei sunt.

De rebus vero illorum vel peculiari qui à Dominis propriis libertate donantur, vt ad gradus Ecclesiast. promoueri debeant, statutum est vt in potestate Dominorum consistat, quidquid ante libertatem habuerunt, vtrum illis concedere, an sibi retinere voluerint.

Non solum autem qui ad Clericatus ordinem promouendi sunt, in Ecclesia manumittendi sunt, verum etiam hi quos quisque pro remedio animæ suæ emancipari vult, quia sic scriptum quippe est in pacto francorum,

Debent autem ingenuitatis chartæ, non solum nomen illius qui has fieri rogat, sed etiam nomina Sacerdotum & nobilium laicorum qui ibi fuerint, in ordine digesta cum signis propria manu impressis continere, nam sine horum astipulatione pagina authoritate testium nudata, pro nihilo deputatur, oportet etiam vt locum, diem, annum, & Principem & Indictiones in fine vel in margine annotatos habeat, &c. Ait enim Romana auctoritas, quæcunque leges sine die & Consule fuerint prolatæ, non valeant.

Qui debitum sibi nexum atque competens relaxat seruitium, præmium in futuro apud Dominum sibi prouenire non dubitet. Quapropter Ego in Dei nomine Ill pro remedio animæ meæ, vel æterna retributione in Ecclesia S. Petri vel illius S. sub præsentia Episcopi vel Sacerdotum ibi consistentium, ac nobilium laicorum ante cornu altaris istius Eccl. absoluo seruum meum Ill. per hanc chartam absolutionis & ingenuitatis ab omni vinculo seruitutis, ita vt ab hac die & deinceps Ingenuus sit & Ingenuus permaneat, tanquam si ab Ingenuis parentibus fuisset natus vel procreatus, eam pergat partem quam maluerit, vel quam ei authoritas Canonica permittit, & sicut alij Ingenui vitam ducat ingenuam; nulli autem hæredum meorum, ac prohæredum, nec cuicunque personæ alij quidquam debeat seruitutis vel libertatis obsequium, nisi soli Deo, cui omnia subiecta sunt, vel pro cuius amore ipsum deuotus ad eius seruitium obtuli, peculiare vero suum quod ei Dominus dederit vel deinceps Deo auxiliante laborare potuerit concessum in perpetuum habeat, vt inde faciat quidquid illi placuerit secund. Ecclesiast. sanctiones, si quis vero, quod futurum esse non credo, siue ego ipse aut aliquis de hæredibus meis vel qualibet opposita persona, contra hanc ingenuitatis chartam venire tentauerit, aut eam quolibet modo infringere voluerit, imprimis iram Dei incurrat, & à liminibus S. Dei Eccles. extraneus efficiatur, & insuper, cui litem intulit, 60. solidos persoluat, & quod repetit euindicare non valeat, sed præsens ingenuitas, mea vel aliorum bonorum hominum manibus roborata, aut adstipulatione subnixa, omni tempore maneat inconuulsa.

33. Quandocunque de familia Ecclesiæ vtilis inuentus aliquis ordinandus est, in ambone ipsa authoritas coram populo legatur, & coram Sacerdotibus & omni clero ante cornu altaris remota qualibet calliditate libertatem consequatur, & tunc demum ad gradus Ecclesiasticos promoueatur.

81. Nullus Episcoporum deinceps seruos ad sacros Ord. promouere præsumat, nisi prius à Dominis propriis libertatem consequuti fuerint, & si quilibet seruus Dominum suum fugiens qualibet calliditate vel fraude ad gradus Ecclesiast. peruenerit, decretum est vt deponatur, & Dominus eius eum recipiat, si vero auus aut Pater ab alia patria ad aliam migrans, in eadem Prouinc. filium genuerit, & ipse filius ibid. educatus, & ad gradus Ecclesiast. promotus fuerit, & vtrum seruus sit ignotum sit, & postea veniens Dominus eius, illi libertatem dare voluerit, in gradu suo suo permaneat, si vero eum Catena seruitutis à castris Dominicis abstrahere voluerit, gradum amittat, quia iuxta sacros Canones, vilis persona manens, Sacerdotij dignitate fungi non potest.

Fugitiui serui Ecclesiast. domos suas aut familias deserentes, qui etiamsi reuocati fuerint teneri non possunt, simili ratione ab Episcopo si voluerit, aut si ita illi metuerint distrahantur. Vide Ordines sacri.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho, anno 506.

7. Si quos de seruis Ecclesiæ benemeritos sibi, Episcopus libertate donauerit, collatam à successoribus libertatem placuit custodiri, cum hoc quod eis manumissor in libertatem contulerit, quod tamen iubemus 20. solidorum numerum & modum in terrula vel vineola vel hospitiolo tenere, quod amplius datum fuerit post manumissoris mortem Ecclesiæ reuocetur.

29. Libertos legitimè à Dominis suis factos, Ecclesia (si necessitas exegerit) tueatur, quod si quis ante audientiam, aut peruadere, aut expoliare præsumpserit, ab Ecclesia repellatur.

46. Fugitiui, &c. Vide Conc. Toletan. c. 82.

56. Vide Monachi.

Ex Concil. Aurelianensi 4. sub Vigilio, ann. 545.

9. Si Episcopus de seruis Ecclesiæ libertos fecerit numero competenti, in ingenuitate permaneant, ita vt ab officio Ecclesiæ non recedant.

30. Vide Ecclesia Asylum.

31. Seruus qui de Christianis natus Iudæus factus est, si sub conditione fuerit mannumissus vt in ritu Iudaico permanens habeat libertatem, talis conditio non valebit, quia iniustum est vt ei libertas maneat, qui de Christianis parentibus veniens Iudaicis vult cultibus adhærere. Vide Iudæi.

32. De genere seruili id decernimus obseruandum, vt descendens inde posteritas, vbicunque quamvis post longa spatia temporũ, reperiatur in loco cui authores eius constat, fuisse deportato, reuocata studio Sacerdotis in ea quæ constituta est à defunctis conditione permaneat.

Ex Concilio Aurelianensi. 5. sub Vigilio, anno 552.

7. Quæcunque mancipia ab Ingenuis Dominis seu Ecclesiis seruitute laxantur, in ea libertate maneant, quam tunc à Dominis perceperunt, huiusm. quoque libertas si à quocunque pulsata fuerit, cum Iustitia ab Ecclesiis defendatur, præter eas culpas, pro quibus leges, collatas seruis reuocare iusserunt libertates

Ex

Ex Concil. Parisiensi 3. sub Ioanne III. anno 559.

9. De degeneribus seruis qui sepulchris defunctorum pro qualitate ipsius Ministerij deputantur, hoc placuit obseruari, vt sub qua ab actoribus fuerint conditione dimissi & siue Hæredibus, siue Ecclesiis pro defensione fuerint deputati, sl voluntas defuncti circa eos in omnibus debeat conseruari, quod si Ecclesia eos defisci functionibus in omni parte defenderit, tam illi quam posteri eorum, Ecclesiæ defensione in omnibus potiantur, & occursum impendant.

Ex Concil. Matisconensi 2. sub Pelagio II. anno 588.

7. Si placuerit Episcopo ordinarium Iudicem, aut quemlibet alium sæcularem in audientiam (libertorum qui in Sacrosanctæ. Ecclesiæ iure noscuntur legitimè manumissi) accersiri cùm libuerit, fiat, & nullus alius audeat causas pertractare libertorum, nisi Episcopus cuius interest, aut is cui idem audiendum tradiderit.

Ex Concil. Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

6. Si qui ab Episcopis liberti facti sunt, secund. modum quo Canones antiqui dant licentiam sint liberti, & tamèn à patrocinio Ecclesiæ, tam ipsi quam ab eis progeniti non recedant, ab aliis quoque libertate traditi, & Ecclesiis commendati patrocinio Episcopi colligantur.

Ex Concil. Hispalensi sub Gregorio I. anno 590.

1. Episcopus qui res proprias, excepto filiis & nepotibus alteris, & non Ecclesiæ suæ di..iserit, quidquid de Ecclesiæ rebus aut donauit aut vendidit, aut quoquomodo ab Ecclesia transtulit, irritum habeatur, & ideo si res Episcopi defuncti Ecclesia non possidet, liberi qui ab eo facti sunt non sunt absoluti, si res illius in compensationem Ecclesiæ deseruiunt, illi prorsus maneant liberi.

2 Ea mancipia quæ Episcopus de iure Ecclesiæ sublata suis proximis contulit, si similia de proprio suo Ecclesiæ ipsius non compensauit, Ecclesia absque alia propositione recipiat.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

22. Si quis ingenuum aut libertum ad seruitium inclinare voluerit, aut fortasse iam fecit, & commonitus ab Episcopo se de inquietudine eius reuocare neglexerit, tanquam calumniæ reum placuit sequestrari.

Ex Concilio Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

66. Episcopi qui nihil ex proprio suo Ecclesiæ Christi compensauerunt, libertos ex familiis Ecclesiæ ad condemnationem suam facere non præsumant, tales autem libertos successor Episcopus absque aliqua oppositione ad ius Ecclesiæ vocabit.

67. Episcopus qui mancipium Iuris Ecclesiæ non retento Ecclesiastico patrocinio manumitti desiderat, duo meriti eiusdem & peculij coram Concilio Ecclesiæ cui præeminet per commutationem subscribentibus Sacerdotibus offerat, vt rata & iusta inueniatur. Definitio commutantis, &c. Huiusmodi autem liberto aduers. Ecclesiam cuius iuris extitit accusandi vel testificandi denegetur licentia, quod si præsumpserit, placet vt stante commutatione in seruitium propriæ Ecclesiæ reuocetur cui nocere conatur.

68. Sacerdotes qui aut res suas Ecclesiæ relinquunt, aut nihil habentes, aliqua tamen prædia aut familias Ecclesiis suis conquirunt, licebit illis aliquos de familiis eiusdem Ecclesiæ manumittere, iuxta rei collate modum.

69. Liberti Ecclesiæ, quia nunquam moritur eorum patrona, à patrocinio eiusdem nunquam discedant, nec posteritas eorum sicut priores Canones decreuerunt.

70. Liberti Ecclesiæ qui à patrocinio eius discedentes, quibuslibet personis adhæserunt, si admoniti redire contempserint, manumissio eorum irrita sit.

71. Liberti qui à quibuscunque manumissi sunt & Ecclesiæ patrocinio commendati existunt, Sacerdotali defensione à cuiuslibet insolentia protegantur, siue in statu libertatis eorum, siue in peculio quod habere noscuntur.

73. De familiis Ecclesiæ constituere Presbyteros & Diaconos per Parochias liceat, quos tamen vitæ rectitudo & probitas morum commendat, ea tamen ratione vt antea manumissi, libertatem status sui percipiant, & denuo ad Ecclesiasticos honores succedant, &c. Quidquid autem talibus aut per libertatem concessum, aut successione extiterit debitum, non licebit eis quippiam inde in extraneas personas transmittere, sed omnia ad ius Ecclesia à qua manumissi sunt, post eorum obitum pertineant, his quoque sicut & cæteris Ecclesiæ libertis accusandi vel testificandi aduers. Ecclesiam aditus intercluditur, ad quod si aspirauerint, non solum libertatis beneficio careant sed etiam honoris gradu, &c.

Ex Concil. Toletano 6. sub Honorio I. anno 638.

9. Quoties cursum vitæ Sacerdos impleuerit, & de hac vita migrauerit, mox cùm successor eius aduenerit, omnes liberti Ecclesiæ vel ab eis progeniti chartulas suas in conspectu omnium debeant ipsi qui substituitur Pontifici publicare, & professiones suas in conspectu Ecclesiæ renouare, quatenus status sui vigorem, & illi obtineant, & obedientia eorum Ecclesia non careat.

10. Liberti sine status sui præiudicio ab Episcopo habeantur in doctrinæ obsequio, quatenus & illi debitum reddant famulatum, & nullum patiantur suæ Ingenuitatis detrimentum.

Ex Conci'. Toletano 9. sub Vitaliano, anno 655.

11. Qui ex familiis Ecclesiæ seruituri deuocantur In Clerum, ab Epise. suis libertatis necesse est vt percipiant donum, & si honestæ vitæ claruerint meritis, tunc demum maioribus fungantur officiis, quos vero flagitij sordidauerit incorrigibilis noxa perpetua seruitus conditionis religet in catena.

12. Si Sacerdos libertatem seruis Ecclesiæ conferre voluerit, non à die confectionis scripturæ tempus annorum computatum tenebit, sed ex eo cùm

eum

eum qui scripturam confecit, verius obiisse constiterit.

13. Cunctis Ecclesiarum libertis tàm viris quàm feminis, eorumque propagini interdicitur Iudicio generali, ne deinceps causa connubij, aut Romanis Ingenuis copulentur aut Gottis, quod si hoc factum quandoque patuerit, genita proles nunquam merebitur Ius debitæ dignitatis, nec Ecclesiæ vnquam carebit obsequiis.

14. Si contingat quemcunque de libertis Ecclesiæ contra primæuas modernasque Patrum Regulas quibuslibet personis Ingenuis copulari, tam illi quam eorum stirpi non licebit ab Ecclesiæ Patrocinio euagari.

15. Ecclesiæ liberti eorumque progenies eidem basilicæ de qua libertatis gratiam meruerunt, obsequia prompta synceraque parabunt, &c.

16. Libertis Ecclesiæ eorumque propagini ex omnibus quæ de iure Ecclesiæ noscuntur habere nihil in extraneum Dominum transanctione quacunque deducere, sed si ex his quælibet vendere fortasse voluerint, Sacerdoti eiusdem Ecclesiæ offerant conuenienter emenda, earumque precia rerum vt eis placuerit aut dispensent, aut habeant, suis autem filiis aut propinquis, eiusdem Ecclesiæ vel seruitio vel patrocinio subiugatis quæcunque vendere vel donare voluerint, aditus omnino patebit.

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

9. Nullus mancipium extra fines qui ad Regnum Clodouei Regis pertinent, penitus debet venundare, ne per se tale commercium, aut captiuitatis vinculo, vel Iudaica seruitute mancipia Christiana teneantur implicita.

Ex Concil. Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

20. Illos per omnia stabilitos in libertate esse instituimus, qui ab his Episcopis liberi sunt vel fuerint facti qui de suo bona plurima S. Ecclesiæ in qua præsident per suæ scripturæ textum contulisse cognoscuntur, & hi eorumque posteri à patrocino Ecclesiæ nunquam discedant.

Ex Concil. Toletano 12. sub Agathone, anno 681.

9. Si Iudæorum serui necdum adhuc conuersi ad Christi gratiam conuolauerint libertate donentur, ne Iudæis mancipia deseruiant vel adhæreant Christiana.

Ex Concil. Toletano 13. sub Leone II. anno 683.

6. Exceptis seruis vel libertis fiscalibus nullus seruorum atque etiam libertorum quorumlibet, deinceps ad Palatinatum quandoque transire permittatur officium, nec etiam locorum fiscalium, atque etiam proprietatis Regiæ adminiculatores vel actores fieri quolibet tempore admittantur.

Ex Concil. Cæsaraugustano sub Sergio, anno 691.

4. De libertis Ecclesiæ, mox vt Pontifex in Sedem sibi creditam successerit per Clerum aut domesticos perquirere præcurabit, quos decedentes Episcopi de familiis Ecclesiæ manumissionis gratulauerunt, vt eosdem Pontifice præmonente, ipsi liberi chartulas suæ libertatis repræsentent, quos si contempserint infra anni spatium suas libertates propriæ Sedis Episcopo pandere, licitum sit ei in iure Ecclesiæ suæ reducere seruituros.

Ex Concil. Ratisponensi sub Zacharia, anno 742.

19. Mancipia Christiana Paganis non tradantur.

Ex Concilio Bauarico apud Dingoluingam sub Adriano I. anno 772.

10. Quisquis seruus mulierem nobilem acceperit in coniugiom, & non præsciuit, ita constituit, vt iterum libera esset dimittat seruum, & postea non redigatur in seruitium sed esset libera.

Ex Concilio Meldensi sub Sergio II. anno 845.

62. Serui Ecclesiarum quibuscunque potestatibus subditi, saltem 20. diebus in anno eidem Ecclesiæ ad reficiendas ipsius ruinas, absque molestia seruire sinantur.

Ex Concilio Triburiensi sub Formoso, anno 895.

29. Vide Ordines sacri.
38. Vide Matrimonium.

LIBRORVM IMPRESSIO.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 17. sub Leone X. anno 1517. Sess. 10. De libr. Impress.

1. NVllum librum aliquem seu aliam quamcunque scripturam tam in vrbe nostra quam aliis quibusve Ciuitatibus & Diœcesibus imprimere seu imprimi facere quis præsumat, nisi prius in vrbe per Vicarium nostrum & sacri palatij magistrum, in aliis vero Ciuitatibus & Diœcesibus per Episcopum vel alium habentem peritiam scientiæ libri seu scripturæ huiusmodi imprimendæ, ab eodem Episcopo ad id deputandum ac Inquisitorem hæreticæ prauitatis Ciuitatis siue Diœcesis in quibus librorum impressiu fieret diligenter examientur, & per eorum manu propria subscriptionem sub excommunicatione gratis & sine dilatione imponendam approbentur, qui secus præsumpserit vltra librorum impressorum amissionem, & illorum publicam combustionem, ac 100. ducatorum fabricæ Principis Apost. de vrbe solutionem, ac anni continui exercitij impressionis suspensionem excommunicatione innodatus existat.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

33. Ne deinceps per Prouinc nostram imprimantur libri sacri aut SS. Doctorum qui vel de fide aut moribus Ecclesiast habeant tractatum, sine nostra suffraganeorumque nostrorum per suas Diœceses speciali authoritate, contra facientes ipso facto excommu-

communicationi subiaceant; & si alibi sint impressi sub eadem excommunicatione prædicti libri non vendantur, vel publicentur sine nostra aut suffraganeorum permissione.

34. Præcipimus sub excommunicatione omnibus, & singulis cuiuscunque status, vt si quos habuerint libros fidem aut mores concernentes, à 20. annis citra in vulgari seu latino sermone editos, eosdem ad Diœcesanum suum confestim deferant, vt cùm abeo, aut eius Vicariis & Commissis visi fuerin sedulo, & examinati diligenter eorumdem librorum vel interdicatur vel permittatur lectio.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 12.

9. Ne vlli Typographi aut Bibliopolæ quempiam recens editum librum, aut chartam vel imprimant, vel venum exponant, aut publicè vel occultè, nisi hic liber reuisus, & charta vel scripturam vel picturam continês, per nostros ad hoc deputatos Commissarios diligenter perspecta sit prius, quæ & Typographi nomen, & cognomen complectatur, atque eam Ciuitatem seu oppidum, in quibus excussa sunt, nominatim designent, quæ vero bis caruerint, nullo pacto venum exponantur.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III, anno 1549.

99. Ne quis libros sine certo authoris & loci, vbi excusus sit, nomine vendere, aut emere, aut donare, aut occultè quovis modo alij obtrudere, aut omnino apud se retinere audeat.

Ex Concil. Tridentino Generali 18. sub Paulo III. anno 1545. Sess. 4.

Post hac sacra Scriptura, potissimum ipsa vetus & vulgata editio quam emendatissimè imprimatur, nullique liceat imprimere, vel imprimi facere quosvis libros de rebus sacris, sine nomine authoris, neque illos in futurum vendere aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati probatique fuerint ab Ordinario sub pœna anathematis, & pecuniæ, &c. Etsi Regulares fuerint, vltra examinationem & probationem huiusmodi, licentiam quoque à suis impetrare teneantur, recognitis per eos libris iuxta formam suarum ordinationum, qui autem scripto eos communicant, vel euulgant, nisi antea examinati probatique fuerint, eisdem pœnis subiaceant, quibus Impressores & qui eos habuerint vel legerint, nisi prodiderint authores, pro authoribus habeantur, &c.

Sub Pio IV. anno 1562. Sess. 18.

Censuit SS. Synodus, vt delecti ad librorum disquisitionem Patres de censuris librisque quid facto opus esset diligenter considerarent, atque etiam ad eamdem Synod. suo tempore referrent, quo facilius ipsa possit varias, ac peregrinas doctrinas tanquam zizania à Christianæ veritatis tritico separare, deque his commodius deliberare, & statuere quæ ad scrupulum, ex complurium animis eximendum, & tollendas multarum querelarum causas, magis opportuna videbuntur. Vide Concilia.

Sess. 25. De Indice librorum.

SS. Synodus in 18. Sess. delectis quibusdam Patribus commisit, vt de variis censuris ac libris vel suspectis vel perniciosis quid facto opus esset considerarent atque ad ipsam S. Synod. referrent, audiens nunc huic operi ab eis extremam manum impositam esse, nec tamen ob librorum varietatem, & multitudinem distinctè & commodè à S. Synodo diiudicari posse, præcipit vt quidquid ab illis præstitum est SS. Rom. Pontifici exhibeatur, vt eius iudicio atque authoritate terminetur & euulgetur, idemque de Catechismo à Patribus, quibus illud mandatum fuerat, & de Missali & Breuiario fieri mandat.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregor. XIII. anno 1573.

4. Quicumque artem librariam exercet, ab eo ne patiatur Episcopus libros venales proponi, nisi confecto librorum suorum Indice, cui ab se, aut ab eo à quo eam curam in recognoscendis libris geri is voluerit, & ab inquisitione etiam subscriptum sit, &c. Ne quis opuscula, libros, commentarios, aliave id generis, quovis titulo & nomine quæ manuscripta sunt euulget, imprimat, imprimive curet, nisi ab Episcopo & ab Inquisitore recognita sint, atque approbata subscriptionibus, &c. De Bibliis vulgariter redditis, de libris item qui de rebus inter Catholicos & hæreticos controuersis communi lingua conscripti sunt, illorum vsus iis tantum concedatur quibus Episcopus, aut Inquisitor de consilio Parochi, aut Confessarij, permittendum Iudicarit.

Ex Concil. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

1. Bibliopolæ, quique Impressoriam faciunt, ne artem prius exerceant quam Iurati fidei professionem Episcopo præstiterint; ne liber vel exiguus, quamvis Superiorum concessu aliàs sæpè editus, sine facultate iterum impetrata, typis in vulgus emittatur imprimaturve.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

3. Nullus cuiusvis conditionis ac status ille sit, libros prohibitos, iuxta indicem Sedis Apost. iussu editum, legere, aut domi retinere, aut vendere quoquomodo audeat, alioquin sciat se excommunicatione innodatum, à qua nonnisi à Rom. Pontifice absolui potest.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

7. Episcopi regulas indicis librorum prohibitorum, auctoritate Pij IV. editas, aut aliorum Pontificum edendas, obseruari, tum ab omnibus, tum præcipuè ab Impressoribus & Bibliopolis curent, visitent quotannis Bibliopolarum officinas, ne quid contra regulas huiusmodi fiat; Deputent virum, tùm doctrina, tùm fidei zelo præstantem, qui recognoscendis libris præsit, nullus libros, &c. Vide Conc. Lateran. 1517. c. 1. & Trid. 1545. Sess. 4. libri de officio & precibus horariis B. M. Virg. vulgariter, vel Italicè, vel Hispanicè, vel germanicè, vel partim latino, partim vulgari sermone expressi, venales ne proponantur. Si qui vero eos adhuc habent, ad sacræ Inquisitionis officium statim deferre compellantur, ne quis Thalmudicos libros, & nefaria huiusmodi Rabbinorum scripta legere, tenere, emere, vendere, aut euulgare audeat, sub pœnis quæ constitutæ sunt Apostolicis constitutionibus; libros præterea de astrologia Iudiciaria tractantes, omnino reiici, & extingui mandamus.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

3. Quoscunque libros à S. Sede Apost. vetitos, & ex professo de hæresi & rebus obscœnis tractantes, aut legi, aut domi retineri prohibemus, sub excommunicatione ipso facto incurrenda, & aliis pœnis à summis Pontificibus, & œcumenicis Conc. ordinatis; omnes Parochi indicem librorum prohibitorum penes se habeant, eumdemque populo bis saltem in anno perlegant; Biblia vero sacra idiomate gallico conscripta legere, aut domi retinere nemini liceat, nisi ab Episcopo, aut eius Vicario Gener. expressa in scriptis obtenta licentia.

LITANIÆ.

Verbo Oratio, Conc. Toletano 636.c.1.638.c.1. Mogunt. 813.c.33. Aquisgranen. 836.c. 10. Metensi 888.c.9.

V. Presbyteri, Conc. Toletano 633.c.25.

LITES.

Ex Concil. Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

73. Delator si quis extiterit fidelis & per delationem eius aliquis fuerit proscriptus vel interfectus, placuit eum nec in fine accipere communionem, si leuior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem, si Catechumenus post quinquennium admittatur ad baptismum.

74. Falsus testis, prout crimen est, abstinebit, si tamen non fuerit mortis quod obiecit, & si probauerit quod diu tacuerit, biennio abstinebit, si autem non probauerit in Conuentu Clericorum, placuit per quinquennium abstinere.

Ex Concilio Arelatensi 1. sub Siluestro I. anno 314.

14. De his qui falsò accusant fratres suos, placuit eos vsque ad exitum non communicare.

Ex Concil. Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

3. Hi qui publicis inter se odiis exardescunt, ab Ecclesiasticis Conuentibus sunt remouendi donec ad pacem recurrant.

24. Eos qui falsa fratribus capitula obiecisse conuicti fuerint, placuit vsque ad exitum non communicare, nisi digna satisfactione pœnituerint.

Ex Concil. Carthaginensi Secund. Gratian.

3. Si quis Episcopum, aut Presbyterum, vel Diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nisi in fine dandam ei communionem.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

26. Statuendum est Episcopis, vt dissidentes fratres siue Clericos, siue laicos ad pacem magis quam ad Iudicium cohortentur.

55. Vt Episcopus accusatores fratrum excommunicet, & si emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad Clerum.

58. Eius qui frequenter litigat, & ad causandum facilis est, testimonium nemo, absque grandi examine, recipiat.

Ex Concil. Mileuitano 2. sub Innocentio, anno 416.

19. Placuit vt quicunque ab Imperatore cognitionem Iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur, si autem Episcopale iudicium ab Imperat. postulauerit, nihil ei obsit.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

31. Placuit vt quicumque odio, aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem reuocari diutina intentione nequiuerint, à Sacerdotibus Ciuitatis primitus arguantur qui si inimicitias deponere noluerint, de Ecclesiæ cœtu, iustissima excommunicatione, pellantur.

Ex Eodem Conc. secundum Codicem libror. 16. lib. 5.

22. Si quis contentiones & rixas amauerit, vel manifestum vitium fratri intulerit, iuxta arbitrium Rectoris modumque peccati, diuturna excipietur pœnitentia.

Lib. 15.

8. Falsus testis debet excommunicari sicut adulter, fur & homicida.

Ex Concilio Ilerdensi sub Ioanne I. anno 524. Secundum Burchardum.

7. Frater in fratrem, si ausus fuerit manum mittere, legitimam disciplinam accipiat.

Ex Concil. Matisconensi 1. sub Pelagio II. anno 582.

18. Qui Innocentes coram Principe, aut Iudicibus accusare conuicti fuerint, si Clericus honoratior fuerit, ab officij sui ordine regradetur si sæcularis communione priuetur.

Ex Conc. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

20. Seruiles personæ ad accusationem non admittantur, & qui personam susceperit accusantis, cùm vnum crimen non probatur, ad alia accusandum non admittatur.

Ex Concil. Toletano 6. sub Honorio I. anno 638.

11. Quisquis à quolibet criminatur, non antè supplicium detur quam accusator præsentetur, quod si indigna ad accusandum persona inuenitur, ad eius accusationem non indicetur, nisi vbi pro capite Regiæ maiestatis causa versatur.

Ex Concil. Toletano 12. sub Agathone, ann. 681.

7. Qui supra proditionis legem testificandi dignitatem perdiderunt, recepto testimonio pristinæ dignitatis, causas debitæ actionis exequi possunt, qualiter nobilitatis solitæ titulum reportantes, & quæque de præteritis legitimè testificari voluerint, licentiæ obtineant votum, & à Iudicibus, nullis prohibitionibus arceantur.

Ex

Ex Concilio Banarico apud Dingolningam, sub Adriano I. anno 772.

11. Si quis de qnocumque reatu accusatus ab aliquo potestatem accipiat, cum accusatore suo pacificare si voluerit antequam pugna quæ Vvedhinc vocatur, permittatur.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

12. Vide Monachi.

14. Vide Clericorum mores.

Ex Concil. Rhemensi 1. sub Leone III. ann. 813.

35. Vide Festa.

39. Vt nullus homo munera pro placito requirat, aut accipere præsumat.

Ex Conc. Vvormatiensi sub Adriano II. anno 868.

4. Vide Conc. Agathen. 506. c. 31.

Ex Concil. Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

10. Ille qui laborauit vineas, aut terras in contentione positas, colligat fruges & postea habeant, iudicium super radicem & si visus fuerit laborator reddat fructus Domino hæreditatis.

Ex Concil. Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

6. Nullus aduocatus præter ius & beneficium antiquitus constitutum sibi aliquid accipere vel turpare præsumat subaduocatos vero & exactores eorum, modis omnibus ab Ecclesiarum infestationibus remoueri præcipimus.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

12. Diffamati fama publica, vel verisimilibus indiciis super crimine de quo vinci non possunt, tertio commoneantur, vt confiteantur & satisfaciant, si vero incorrecti in negatione perstiterint, indicatur eis purgatio, & non occasione pecuniæ captandæ differatur de die in diem, si parata fuerit suscipiatur, & canonicum numerum non excedat.

Ex Conc. Sabinensi in Hispania sub Ioan. XXII. anno 1322.

5. Falsi testes, aduocati, mediatores, & aliter eos inducentes ad falsa testimonia perhibenda, ipso facto excommunicationem, à qua, nisi postquam læsis satisfecerint, nullatenus absoluantur.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 1.

Ne quadragesimæ 4. temporum, & aliorum ieiuniorum diebus, in aliquo foro manè quo tempore Missæ sacro, diuinis Officiis & Verbi Dei prædicationi Christianos homines interesse potius oportet, Ius dicatur, Iudicia exerceantur, aut quidquam agatur quod ad Iudicij forensis ordinem pertineat.

LITTERÆ ECCLESIASTICÆ.

Ex Canon. Apostolorum Clementis I. an. 93. & Epitome Adriani I. anno 773.

13. NVllus, præter commendatitias litteras suscipiatur.

34. Episcopi, Presbyteri, Diaconi, peregrini per commendatitias litteras suscipiantur hospitio, & cum scripta detulerint, discutiantur attentius & ita suscipiantur, si prædicatores pietatis extiterint, sin minus nec quæ sunt necessaria subministrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur.

Ex Concilio Elibertano sub Marcello I. anno 305.

58. Placuit vbicunque & maximè in eo loco in quo primæ Cathedræ constitutus est Episcopus, vt interrogentur hi qui communicatorias litteras tradunt, an omnia rectè habeant, & suo testimonio comprobent.

Ex Concil. Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

41. Non oportet ministrum altaris vel etiam laicum sine Canonicis litteris, id est formata aliquò proficisci.

Ex Concil. Antiocheno sub Iulio I. anno 340. & Epitom. Adriani I. ann. 773.

7. Peregrini sine commendatitiis litteris non suscipiantur.

Presbyteri agrorum, non possunt dare Canonicas Epistolas, sed Chorepiscopi.

Ex Conc. Carthaginensi sub Iulio I. ann. 348.

5. Non licet Clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris Episcopi sui, neque apud se retinere.

7. Vnusquisque Clericus vel laicus non communicet in aliena plebe sine litteris Episcopi sui.

Ex Concil. Mileuitano 2. sub Innocentio I. anno 416.

20. Placuit vt quicunque Clericus propter necessitatem suam alicubi ad Comitatum ire voluerit, formatam ab Episcopo suo accipiat, quod si sine formata voluerit pergere, à communione remoueatur, quod si alicubi et repentina necessitas orta fuerit, ad Comitatum pergendi, alleget apud Episcopum loci sui ipsam necessitatem, & de hoc scripta eiusdem Episcopi deferat; formatæ autem quæ à Primatibus vel à quibuscunque Episcopis, Clericis propriis dantur, habeant diem Paschæ, quod si adhuc eiusdem anni Paschæ dies incerta est, illa præcedens adiungatur.

Ex Concil. Vasionensi 2. sub Leone I. anno 442.

1. Placuit tractatu habito Episcopos de Gallicanis Prouinciis venientes, intra Gallias non discutiendos, sed solum sufficere si nullus communionem eis interdixerit, quia inter circumhabitantes, ac sibi peoè inuicem notos, non tam testimonio indigent probi, quam denotatione, & denunciationibus deprauati.

Ex Concil. Chalcedonensi Gener. 4. sub Leone I. anno 451.

11. Omnes pauperes & indigentes Ecclesiasticis auxiliis, cùm proficiscuntur sub probatione epistolij siue pacificis quæ dicuntur Ecclesiasticæ, tantummodo commendari statuimus, & non commendatitiis epistolis, quia commendatitias epistolas quas dicimus, eos tantum accipere conuenit, qui in opere sunt clariores.

13. Extraneum Clericum & lectorem extra Ciuitatem suam, sine commendatitiis litteris proprij Episcopi, nusquam penitus liceat ministrare.

Ex Concilio Andegauensi sub Leone I. anno 453.

2. Clericis non liceat de loco vno in alium, sine Episcopi permissione, transire, nec sine commendatitiis Sacerdotum suorum litteris, commeare.

Ex Concil. Venetico sub Leone I. anno 453.

5. Clericis aut Monachis, sine commendatitiis epistolis Episcopi sui, licentia non pateat ambulandi aut euagandi, & in omni loco ad quem sine Epistolis Episcopi sui venerint, à communione habeantur alieni.

Ex Concil. Romano 3. sub Felice III. anno 487.

5. Ne quis fratrum Coepiscoporumque nostrorum, aut etiam Presbyterorum, in alterius Ciuitate vel Diœcesi pœnitentem, vel sub manu positum Sacerdotis, aut eum qui reconciliatum se esse dixerit, sine Episcopi vel Presbyteri testimonio, & litteris ad cuius pertinet Parochiam, Presbyter aut Episcopus in Ciuitate suscipiat.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

38. Clericis Vide Conc. Venetic. 453. c. 5. in Monachis quoque præsentis sententiæ forma seruetur, quos si verborum increpatio non emendauerit, etiam verberibus statuimus coerceri.

52. Presbytero aut Diacono vel Clerico, sine Antistitis sui Epistolis, ambulanti, communionem ei nullus impendat.

Ex Concil. Aurelianensi 2. sub Silnerio, anno 536.

15. Abbates Martyrarij, reclusi vel Presbyteri apostolia dare non præsumant.

Ex Concil. Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

15. Presbytero, &c. Vide Conc. Agathen. 506. cap. 52.

Ex Concil Turonensi 2. sub Ioanne III. anno 570.

6. Vt nullus Clericorum vel laicorum Epistolas facere præsumat.

Ex Concil. Lugdunensi 2. sub Pelagio II. ann. 587.

2. De Epistolis captiuorum, ita sint SS. Pontifices cauti vt in seruitio Pontificibus consistentibus, qui eorum manu vel subscriptione agnoscat, Epistolæ, aut quælibet insinuationum litteræ dari debeant, quatenus de subscriptionibus nulla ratione possit dubitari.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

17. Si Clericus proficiscens de Ciuitate ad alias Ciuitates, voluerit ad Prouincias pergere Pontificis sui Epistolis commendetur, quod si sine Epistolis profectus fuerit manifestis, nullo modo recipiatur.

Ex Concil. Toletano 17. sub Sergio, anno 694.

Secundum Garsiam.

5. Vide Conc. Agathen. 506. c. 52.

Ex Concil. Romano sub Zacharia, anno 743.

11. Vide Ordines sacri.

Ex Concil. In Palatio Vernis sub Stephan. III. anno 756.

12. Vide Clericorum officium.
13. Vide Episcoporum officium.

Ex Concil. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

4. Vide Presbyteri.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

50. Vt Presbyteri vel quilibet Clerici in alterius Parochiam, sine formata, non recipiantur, neque retineantur, neque ministrare sinantur.

51. Qui cum senioribus suis de aliis Prouinciis ad nostras Parochias veniunt, sine fomata ministrare non permittantur.

Ex Concil. Vuormatiensi sub Adriano II. anno 868.

18. Vide Conc. Agathen. 506. c. 52.

Ex Concil. Constantinop. Vniuers. 8. sub Adriano II. anno 869.

8. Fama ad nos perlatum est non hæreticos tantùm & sacrilegos qui Ecclesiæ Constantinop. Sedem occuparunt, sed Orthodoxos etiam Patriarchas ad sui defensionem Chirographa exigere, censuit ergo sacra hæc & œcumenica Synodus, id de cætero non faciendum, excepto eo quod pro more & forma consueta, ad fidei nostræ integritatem declarandam exigitur, cum Episcopi consecrantur.

Ex Concil. Triburiensi sub Formoso, anno 895.

30. Vide Apostolica Sedes.

Ex Concil. Selegunstadiensi sub Benedicto V. II. anno 1022.

18. Vide Pœnitentia.

Ex Conc. Anglicano sub Gregorio VII. anno 1075.

4. Ne quis alienum Clericum, vel Monachum, sine commendatitiis litteris, retineat, vel ordinet.

Ex Concil. Toletano sub Sixto IV. ann. 1473.

4. Singuli Archiepiscopi, Vicarij, Rectores, Capellani, Clericique Curati & non Curati de cætero Clericos incognitos non recipiant, ad sacramentorum administrationem, aut in suis Ecclesiis ministrare permittant, Episcoporum, in quorum Diœcesi moram traxerint, non obtenta atque edocta commendationis licentia, si secus fecerint 30. regalium pœnam eo ipso incurrant.

Ex Concilio Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

5. Vide Ordines sacri.

Ex Conc. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte....

28. Vide Ordines sacri.
29. Ne Officiales, litteras dimissorias quæ licentiatoriæ ordinandi vocantur, alicui temerè concedant.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

6. Ignotos atque vagos Sacerdotes & Monachos absque Prælatorum suorum testimoniis seu formatis, multoque minus suspectos de fide, aut flagitiosos Sacerdotes, vel Monachos, seu fratres fugitiuos, ad concionandi sacraque peragendi officium nusquam in nostra Diœcesi admitti præcipimus, nec peregrinos & ignotos Presbyteros, in consortio aliorum Presbyterorum tolerari vel ad Missarum sacrificium, nisi sui ordinarij, è cuius Diœcesi proximè discesserint litteras de eorũ ordinibus & honestate docentes ostenderint.

Ex Concil. Tridentino Gener. 18. sub Paulo III. anno 1545. Sess. 7. De Reformat.

10. Non liceat Capitulis, Sede vacante infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias seu Reuerendas, vt aliqui vocant, tam ex iuris communis dispositione quàm etiam cuiusvis priuilegij aut consuetudinis vigore, alicui qui beneficij Ecclesiastici recepti vel recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere, &c.

Ex Eod. Concil. III. sub Iulio anno 1551. Sess. 14. De Reform.

5. Nemo conseruatoriarũ litterarum beneficio vltra quinquennium gaudere possit, non licet quoq; conseruatoribus Iudicibus vllũ habere tribunal erectum, in causis vero mercedum aut miserabilium personarum, huius S. Synodi super hoc decretum in suo robore permaneat, vniuersitates autem generales ac Collegia Doctorum seu Scholarium, & Regularia loca, necnon hospitalia actu hospitalitatem seruantia, ac vniuersitatum, Collegiorum, locorum, & hospitalium personæ in præsenti Canone minimè comprehensæ, sed exemptæ omninò sint, & esse intelligantur, &c. Vide Episcoporum officium.

Ex Eod. Conc. Sub Pio IV. anno 1562. Sess. 23.

10. Vide Abbas.
16. Nullus Clericus peregrinus sine commendatitiis sui Ordinarij litteris ab vllo Episcopo ad Diuina celebranda & sacramenta administranda admittatur.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII. anno 1573.

4. Profecturus aliquis ad eo loca vbi etsi Catholico etiam more à multis viuitur, impunè tamen, & publicè ab aliis prædicatur aut creditur, quod à Romanæ Ecclesiæ doctrina & fide alienum est, professionis scriptam facultatem à suo Parocho, vel à constitituto ab Episcopo ante impetret quam abeat.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 1.

10. Noua Ecclesia ne ædificetur in consulto Episcopo, & scripta facultate ab eo non impetrata.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

20. Non permittant Rectores Ecclesiarum quemquam Sacerdotem in suis Ecclesiis celebrare, nisi visâ licentiâ eiusdem in scriptis concessa per Episcopum aut Vicarium Generalem; facultatem huiusmodi non concedant Episcopi, nisi visis litteris ordinum Clerici, & attestatione proprij Episcopi super vita & moribus eo anno concessis, quam attestationem Clerici peregrini ab Episcopis in quorum Diœcesibus morati fuerint discessuri obtinebunt; Regulares verò à suis Ordinariis in forma, obtentâ obedientiam exhibeant, si facultatem celebrandi sibi concedi intendant; Criminosos aut Apostatas credimus Clericos sæculares aut Regulares non habentes similes attestationes aut obedientiam, ideo qui sine ipsis deprehensi fuerint, capiantur, & in carceres detrusi puniantur, aut ad suos ordinarios remittantur.
21. Vide Ordines sacri.

LVDI.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

79. Si quis fidelis aleâ id est, tabulâ luserit, placuit eum abstinere, & si emendatus cessauerit, post annum poterit communione conciliari.

Ex Concil. Saltzburgensi sub Gregor. X. anno 1274.

18. Quidam ludi noxij quos vulgaris elocutio Eptus puor (seu Episcopatus puerorum) appellat in quibusdam Ecclesiis exercentur adeo insolenter, quod nonnunquam enormes culpæ & damna grauia subsequuntur, ex ipsis hos ludos in Ecclesiis, & à personis Ecclesiasticis de cætero fieri prohibemus, nisi fortè parui 16. annorum & infra fuerint qui huiusmodi ludos exercent, quibus alij seniores ipsis nullatenus se misceant aut intersint.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

67. Magistratus prohibeant taxillis aut alea ludi, & grauiter in publicos aleatores, & in eos qui huiusmodi ludis inter sunt, quive domum ad recipiendos ludentes expositam habent, animaduertant.

LVXVRIA.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

7. SI quis fidelis post lapsum Mœchiæ, post tempora constituta, acta Pœnitentia denuo fuerit fornicatus, placuit eum nec in fine habere communionem.

12. Mater vel parentes vel qualibet fidelis, si lenocinium exercuerit, placuit eos nec in fine accipere communionem.

18. Episcopi, Presbyteri, & Diaconi si in ministerio positi, detecti fuerint quod sint mœchati, placuit nec in fine eos communionem accipere debere.

31. Adolescentes qui post baptismum fuerint mœchati cum duxerint vxores, acta legitima Pœnitentia, placuit ad communionem eos admitti debere.

71. Stupratoribus puerorum nec in fine dandam esse communionem.

Ex Concil. Ancyrano sub Siluestro I. ann. 314. & Epit Adriani I. anno 773.

15. Masculorum & pecorum concubitores nondum vicennes post 15. annos Pœnitentiæ, orationum communionem recipiant, deinde post quinquennium communionem altaris percipiant, quibus etiam prolixius tempus ad agendam Pœnitentiam imponendum est, si tale scelus frequentauerint, qui autem iam vicennarij & vxorati ita peccauerint, 26. annis Pœnitentia exactis, tandem in oratione communicent, deinde post quinquennium oblationis sacramenta percipiant, qui vero quinquagenarij & vxorati ita peccauerunt tandem ad exitum vitæ communionem recipiant.

16. Masculorum vel pecorum concubitores inter hyemantes, seu dæmoniacos tantum orent.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

61. Si quis relictam fratris, quæ penè prius soror extiterat, carnali coniunctione polluerit, si quis frater germanã vxorem acceperit, si quis nouercã duxerit, si quis consobrinæ suæ se locauerit, si quis relictæ vel filiæ auunculi misceatur, aut patrui filiæ vel priuignæ suæ, aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit concubitu polluat, aut duxerit vxorem, hos omnes & olim atque sub hac constitutione incestos esse non dubitamus, & inter catechumenos vsque ad legitimam satisfactionem manere & orare præcipimus.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

30 Incestis coniunctionibus nihil prorsus veniæ reseruamus, nisi cum adulterium separatione sanauerint, incestos vero nec vllo coniugij nomine præuelandos (præter illos quos nominare funestum est) hos censemus. Vide Concilium Agathense 66. cap. 61.

Ex Concil. Ilerdensi sub Ioanne, anno 524.

4. De his qui se incesta pollutione commaculant, placuit vt quousque in ipso detestando, & illicito carnis contubernio perseuerant, vsque admissam Catechumenorum in Ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibum sumere vllum Christianorum, sicut Apostol. iussit, oportet.

Ex Concil. Aurelianensi 2. sub Siluerio, anno 536.

10. Nullus Nouercæ, id est vxori patris sui, vlla copulatione iungatur, quod si præsumpserit, nouerit se anathematis supplicio feriendum.

Ex Conc. Aruernensi sub Vigilio, anno 541.

11. Si quis relictam fratris, sororem vxoris priuignam, consobrinamve relictam, id est patrui vel auunculi, carnali contagio crediderit violandam, quamdiu in tanto versatur scelere, à Christiano cœtu atque conuiuio, Ecclesiæ communione priuabitur.

Ex Concil. Toletano 16. sub Sergio, anno 693.

3. Quicunque sodomiticæ actionis patratores extiterint, quique in his turpitudinibus sese implicari permiserint, siquidem Episcopus, Presbyter, aut Diaconus fuerit, de proprij honoris gradu deiectus, perpetui exilij manebit damnatione perculsus, si vero cuiuslibet Ord. vel gradus vel personæ, & talibus colluuionis noxiis reperti fuerint implicati, ab omni Christianorum sint alieni caterua, & insuper centenis verberibus correpti, & turpiter decaluati, exilio mancipentur perpetuo, ita nisi tàm eos qui Religionis cultum turpasse visi fuerint, quàm etiam alios digna satisfactio Pœnitentiæ accipere corpus & sanguinem Christi in fine permiserit, aut Christicolarum societati reddiderit, nec in exitus sui diem communionis pereeptionis se nouerint releuari, nec Catholicorum cœtui aggregari.

Ex Concil. Toletano 17. sub Sergio, anno 694.

Secundum Garsiam.

14. Vide Conc. Epaunense 509. c. 30.

Ex Concil. Ratisponensi sub Zacharia, anno 742.

13. Quisquis seruorum Dei, vel ancillarum Christi in crimen fornicationis lapsus fuerit, in carcere Pœnitentiam faciat in pane & aqua, & si ordinatus Presbyter fecerit, duos annos in carcere permaneat antea flagellatus, si Clericus vel Monachus post tertiam verberationem in carcerem missusnum annum ibi Pœnitentiam agat, similiter & Nonnæ velatæ eadem Pœnitentia teneantur & radantur omnes capilli capitis eius.

Ex Concil. Vermeriensi sub Stephano I I. anno 752.

10. De filio qui cum nouerca Mœchatus est.

11. De

11. De eo qui cum priuigna, vel cum vxoris sorore mœchatur.

12. De eo qui cum duabus sororibus dormierit.

Ex Concil. Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

11. Vide Conc. Agathen. 506. c. 61.

Ex Concil. Turonensi 3. sub Leone III. ann. 813.

41. Incestuosi, parricidæ, homicidæ multi apud nos reperiuntur, quorum aliquos iam excommunicauimus, sed illi hoc paruipendentes in eisdem perdurarunt criminibus, quamobrem vestra decernat mansuetudo quid de talibus deinceps agendum sit.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

53. Episcopi incestuosos pariter inuestigare studeant, & si pœnitere noluerint de Ecclesia expellantur, donec ad pœnitentiam reuertantur.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

34. Omnibus nobis valdè necessarium visum est, vt quidam Sacerdotes qui peccatum contra naturam, aliter quam sacri Canones sentiant, non ad salutem, sed ad deceptionem animarum puniunt, corrigantur & instruantur, vt codicibus pœnitentialibus prorsus abdicatis, peccatores tàm nefandissimi vitij secund. iudicium Canonicum quod in Ancyritano Conc. sub tit. 16. continetur, iudicentur.

Ex Concil. Vuormatiensi sub Adriano II. anno 868.

33. Vide Matrimonium.

34. Si quis cum Commatre spirituali fuerit fornicatus, vsque ad dignam pœnitentiam anathematis percutiatur ictibus, similiter & illum percutere promulgamus qui cum ea quam de sacro fonte baptismatis susceperit, aut cum illa quam ante Episcopum tenuerit, quùm sacro Chrismate fuerit vncta, fornicationis perpetrauerit scelus legitimam autem si habuerit, non dimittat vxorem.

36. Vide Matrimonium.

Ex Concilio Coloniensi sub Stephano VI. anno 887.

6. Vide Conc. Epaunensi 509. c. 30.

Ex Concil. Triburiensi sub Formoso, anno 895.

41. 42. Vide Affinitas.

43. Si quis cum qualibet fornicatus fuerit, & eo nesciente filius eius vel frater eiusdem rei inscius cum eadem se polluerit, & postquam se pollutum esse cognouerit, confessus fuerit, & hoc se nescite cum iuramento confirmauerit, quia hoc pœnituit & confessus fuit, post peractam congruam pœnitentiam, legitimo vtatur matrimonio, &c. Mulier verò quæ tantum nefas commiserat, vlterius pœniteat atque continens & innupta permaneat.

44. Si quis cum aliqua crimen fornicationis fecerit, & frater eius, eiusdem sceleris ignarus, duxerit illam vxorem, frater qui prior per fornicationem polluerat illam, quia non indicauit fratri vxorem ducenti, prædura arceatur pœnitentia, & condigna castigatione, qua peracta, si continens esse non possit, indulgentia subleuetur, ne libidini prosternatur, quatenus legitimo consoletur matrimonio, mulier verò vlterius continens, & à vito disiuncta permaneat.

45. Quicunque duabus sororibus fuerit pollutus, vsque in exitum vitæ pœnitens & continens permaneat, soror autem quæ posterior libidinis perforata aculeis scienter se eum eodem commaculauerit, vsque in finem vitæ pœnitens & continens perduret, si autem improuisè conogit, condigna stringatur castigatione, & si velit legitima vtatur viri coniunctione.

Ex Concil. Nannetensi sub Formoso, anno 895.

13. Si qua mulier non habens virum, aut vir non habens vxorem fuerint fornicati, tribus annis pœniteant.

Ex Concilio Londinensi 2. sub Paschali II. anno 1102.

28. Sodomiticum flagitium facientes, & eos in hac voluntate iuuantes, graui anathemate damnamus, donec pœnitentia & confessione absolutionem merean tur, qui verò in hoc crimine publicatus fuerit, si fuerit religiosa persona, ad nullum amplius gradum promoueatur, & si quem habet ab illo deponatur, si autem Laicus in toto Regno Angliæ sua condignitate priuetur; & ne huius criminis absolutionem iis qui se sub regula viuere non nouerunt, aliquis, nisi Episcopus, deinceps facere præsumat, per totam verò Angliam in omnibus Ecclesiis, & omnibus diebus Dominicis excommunicatio præfata publicetur, ac renouetur.

Ex Conc. Later. vniuers. 11. sub Alexandro III. anno 1179.

11. Quicunque incontinentia illa quæ contra naturam est, deprehensi fuerint laborare, si Clerici fuerint, eiiciantur à Clero, vel ad pœnitentiam agendam in Monasteriis detrudantur, si Laici excommunicationi subdantur.

Ex Concil. Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

10. Ne aliquis cuiuscunque status vel conditionis existat, teneat concubinam, contrarium facientes, vbi Superioris sui authoritate canonicè moniti fuerint, excommunicentur.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 17. sub Leone X. an. 1517. Sess. 9. De Reformat.

21. Si quis tàm Laicus quàm Clericus de crimine, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, conuictus fuerit, pœnis per sacros Canones aut ius ciuile respectiuè impositis puniatur, Concubinarij item, siue Clerici, siue Laici fuerint, eorumdem Canonum pœnis mulctentur.

Sess. 11. De Concordatis.

16. Omnes Laici tàm vxorati quàm soluti à Concubinatu abstineant.

Ex Conc. Trident. Generali 18. sub Pio IV. an. 1562. Sess. 24. de Reform. Matrim.

8 Concubinarij tàm soluti quàm vxorati cuiuscunque status, dignitatis & conditionis existant, si postquam ab Ordinario etiam ex officio ter admoniti ea

de se fuerint, concubinas non eiecerint, seque ab earum consuetudine non seiunxerint, excommunicatione feriendos esse, à qua non absoluantur donec paruerint, quod si in concubinatu per annum, censuris neglectis, permanserint, contra eos ab Ordinario seuerè, pro qualitate criminis, procedatur, mulieres siue coniugatæ siue solutæ quæ cum adulteris seu concubinariis publicè viuunt, si ter admonitæ nō paruerint, ab Ordinariis locorum nullo etiam requirente, ex officio, grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum vel Diœcesim, si id eisdem Ordinariis videbitur, inuocato, si opus fuerit, brachio sæculari eiiciantur; aliis pœnis contra adulteros & concubinarios inflictis in suo robore permanentibus.

Ex Concil. Mediolanensi 1. *sub Pio IV. anno* 1565. *Parte* 2.

4. Vide Communio.

Ex eod. Concilio Parte 2.

66. Vt meretrices ab honestis mulieribus omnino internoscantur, curent Episcopi vt aliquem amictum palàm induta sint, neve eisdem liceat, etiamsi aduenæ sint, in meritoriis tabernis vel publicis cauponis pernoctare, vel commorari, nisi itineris causa, idque vnum diem tantum; huiusmodi impudicis mulieribus, omni gemmarum, auri, argenti & serici vsu interdicant, omnesque qui lenocinio quæstum faciunt, ex suis finibus exterminent.

Ex Concil. Mediolan. 5. *sub Gregorio XIII. anno* 1579. *Parte* 1.

16. Ne quisquam vel caupo, vel tabernarius, vel qui cœnaculariam facit, meretrices in ipsis cauponiis ac diuersoriis habeat, alatve ad turpem quæstum; qui contrafecerit, præmissa monitione, interdicti pœna afficiatur.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

12. Vide Conc. Turon. 1448. c. 10. mulieres siue coniugatæ, siue solutæ quæ cum concubinariis siue adulteris publicè viuunt, si ter monitæ obedire noluerint ab Ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio, grauiter pro modo culpæ puniantur, & ab Ecclesia eiectæ, per brachium sæculare extra oppidum, atque etiam extra Diœcesim, si expedire videbitur, eiusdem Ordinarij iudicio eiiciantur.

Ex Concil. Aueniensi sub Clemente VIII. anno 1594.

61. Vide Conc. Trident. 1562. c. 8.

MAGISTER SCHOLARVM.

VErbo Clerici, Concil. Lateran. Gener. 12. anno 1215. c. 11.

V. Clerus, Conc. Parisien. 829 c. 3. Lateran Gen. 17. an. 1513. c. 18. Colon. 1536. p. 12. c. 3. 8. August. 1548. c. 9. Colon. 1540. med. 1. c. 1. 2. Mogunt. 1549. c. 46. Treuir. 1549. c. 15. Aquens. 1585. c. 38.

V. Confessio, Conc. Aquen. 1585. c. 21.

V. Confessio fid. Cathol. Conc. Narbonen. 1609. cap. 1.

V. Magistratus Colon. 1536. c. 4. Mediol. 1. 1565. cap. 3.

V. Pauperes Conc. Lateran. viii. 11 an. 1179. c. 18.

V. Prædicatio Conc. Trident. 1545. sess. 5. De Reformat. c. 1.

MAGISTRATVS.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

56. MAgistratum, anno quo agit Duumuiratum, prohibere placet, vt se ab Eccles. cohibeat.

Ex Concil. Arelatensi 1. *sub Siluestro I. anno* 314.

7. Qui fideles ad Præsidatum impetu prosiliunt, ita placuit vt, cùm promoti fuerint, litteras accipiant Ecclesiasticas communicatorias, ita tamen vt in quibuscunque locis gesserint, ab Episcopo eiusdem loci, cura de illis agatur, vt cùm cœperint contra disciplinam publicam agere, tunc demum à communione excludantur, similiter & de his fiat qui Rempublicam agere volunt.

Ex Concil. Aurelianensi 3. *sub Vigilio, anno* 540.

30. Iudex Ciuitatis vel loci si hæreticum vel Bonosiacum, vel cuiuslibet alterius hæresis Sacerdotem, quamcunque personam de Catholicis rebaptizasse cognouerit, & non statim rebaptizantes adstrinxerit, & ad Regis fidem atque iustitiam propterea distringendos adduxerit, annuali excommunicationi subdatur.

31. Clericus cuiuslibet gradus sine Pontificis sui permissu nullum ad sæculare iudicium præsumat attrahere, neque Laico, inconsulto Sacerdote, Clericum in sæculare iudicium liceat exhibere.

Ex Concil. Matisconensi 1. *sub Pelagio II. anno* 581.

7. Quicunque Iudex, cuiuscunque Clericum, absque causa criminali, id est homicidio, furto aut maleficio iudicare fortasse præsumpserit, quamdiù Episcopo loci illius visum fuerit ab Ecclesiæ liminibus arceatur.

Ex Concil. Matisconensi 2. *sub Pelagio II. anno* 588.

10. Vide Forum Ecclesiasticum.

Ex Concilio Toletano 3. *sub Pelagio II. anno* 589.

21. Si quis Iudicum, aut actorum, clericum aut seruum Clerici, vel Ecclesiæ publicis ac priuatis negotiis occupare voluerit, à communione Ecclesiast. efficiatur extraneus.

Ex Concil. Antissiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

43. Quicunque Iudex aut sæcularis, Presbytero aut Diacono, aut cuilibet de Clero, aut de iunioribus (absque audientia seu voluntate Episcopi, aut Archidiaconi, aut Archipresbyteri) iniuriam inferre præsumpserit, anno ab omnium Christianorum consortio habeatur extraneus.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

6. Si quis Index cuiuslibet ord. Clericum publicis actionibus incliuare præsumpserit, aut pro quibuslibet causis absque conscientia & permissu Episcopi distringere, aut contumeliis vel iniuriis afficere præsumpserit, communione priuetur.

30. Iudices qui super authoritate, & edicto Dominico Canonum statuta contemnunt, vel edictum illud Dominicum quod Patribus factum est violauerint, aut contempserint, placuit eos communione priuari.

Ex Concil. Toletano 6. sub Honorio I. anno 638.

13. Qui primatu dignitatis, atque reuerentiæ, vel gratiæ ob meritum in palatio honorabiles habentur, his à iunioribus modestus honor per omnia deferatur.

Ex Concil. Toletano 8. *sub Martino I. anno* 653.

10. Ab hinc deinceps ita erunt in Regni gloriam præficiendi Rectores, vt aut in vrbe Regia, aut in loco vbi Princeps decesserit, cum Pontificum, maiorumque Palatij omnimodò eligantur assensu, non forinsecus cœtu aut conspiratione paucorum, aut rusticarum plebium seditioso tumultu, erunt Catholicæ fidei assertores, eamque & ab hac quæ imminet Iudæorum perfidia, & à cunctarum hæresum iniuria defendentes, erunt actibus, iudiciis, & vita modesti.

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

11. Si præsumptione, vel potestate qua pollent Iudices, excepta inuitatione Abbatis aut Archipresbyteri, in ipsa Monasteria, vel Parochias aliquid fortasse præsumpserint, à communione omnium Sacerdotum eos conuenit sequestrari.

Ex Concil. Metensi sub Stephano I I. ann. 753.

4. De Teloneis vnde exigi non debeant.
5. De Moneta.
7. De Iustitia facienda.

Ex Conc. in Palatio Vernits sub Stephano I I I. anno 756.

23. Vt Comites vel Iudices ad eorum placita primo viduarum orphanorum vel Ecclesiarum causas audiant, & definiant, in eleemosyna Domini Regis, & postea alias causas cum iustitia rationabiliter iudicent.

25. Vide Forum Ecclesiasticum.

26. Vt omnes faciant iustitiam tàm publici, seu Laici, quàm Ecclesiastici.

Ex Concil. Arelatensi 4. *sub Leone III. anno* 813.

13. Vt Comites & Iudices seu reliquus populus inuicem consentiant ad iustitias faciendas, & munera pro Iudicio non recipiant, nec falsos testes, nec per hoc peruertant iudicia iustorum.

15. Vt pondera & mensuræ vbique æqualia sint & iusta.

17. Vide Episcoporum Officium.

22. Placita publica & sæcularia, neque in atriis basilicarum, neque in ipsis basilicis fiant.

23. Nec Comites vel Vicarij, seu Iudices vel Centenarij sub mala occasione vel ingen o, res pauperum amant, nec per vim tollant, aut quolibet argumento surripiant, sed si cui aliquid possessionum emendum aut vendendum sit, id in publico coram Comite & iudicibus, & nobilibus Ciuitatis facere debebit.

Ex Concil. Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

33. Comitibus, Iudicibus reliquoque, populo expedit, vt suis sint Episcopis consentientes, & obedientes propter Dei amorem, suique gradus honorem, &c. Episcopi verò prædictas personas humiliter suscipiant, honorificéque erga eos in omnibus agant, &c.

34. Summopere admonendi sunt Comites & Iudices, ne viles & indignas personas coram se permittant ad testimonium accedere, quoniam multi sunt qui peierare pro nihilo ducunt, &c. Et hoc notandum, quod non solum illi qui peierant, sed etiam qui periuris consentiunt, simili plectendi sunt damnatione.

35. Nullus Christianus, pro quolibet placito vel iuditio, à qualibet persona munera exigere, aut accipere debet.

39. Vide Conc. Arelat. 4. an. 813. c. 22.

45. Mensuræ & pondera iusta vbique habenda sunt.

Ex Concil. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

21. Comitibus & Iudicibus hoc summoperè obseruandum est, vt iustè iudicent, & nequaquam ib iudicio munera seu personas accipiant, &c. Sed & Ministros quos Vicarios & Centenarios vocant, iustos habere debent, &c. Testes verò probatissimi & pauci de pluribus esse debent, tales de quorum fide non dubitetur.

51. Quia constat in Ecclesia diuersarum conditionum homines esse, vt sint nobiles & ignobiles, serui, Coloni, inquilini, & cætera huiuscemodi nomina, oportet vt quicunque eis Prælati sunt Clerici, siue Laici, clementer erga eos agant, & misericorditer eos tractent, sine in exigendis ab eis operibus, siue in accipiendis distributis & quibusdam debitis.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

76. Nemo Comitum, aut quisquam ex iudiciaria potestate, post quartam feriam quæ caput ieiunij nominatur (in qua omnes pœnitentes manus impositionem ad vacandum solummodo pœnitentiæ, & diuinis officiis accipiunt) placitum aut mallum tenere præsumat.

Ex Concil. Moguntino sub Leone IV. anno 847.

7. Vide Episcoporum Officium.

19. Qui ad subueniendam iustitiam à duobus munera accipiunt, hoc est ab eo qui quod sibi iniustè ablatum est iustè requirit, & ab eo qui eadem iniustè inuasit, admonendi sunt, & fortiter increpandi.

Ex Concil. Vormatiensi sub Adriano II. anno 868.

42. Quisquis à quolibet criminatur, nō ante accusatus supplicio deputetur, quàm accusator præsentetur, atque legum & Canonum sententia exquiratur, vt si indigna ad accusandum persona inuenitur, ad eius accusationem non iudicetur.

Ex Concil. Triburiensi sub Formoso. anno 895.

35. Nullus comes, nullusque omnio sæcularis diebus dominicis vel sanctorum infestis, seu quadragesimæ aut Ieiuniorum, placitum habere, sed nec populum illo præsumat coercere, præterea sancimus, & præcipimus vt nullus Comes aliquem Pœnitentem ad placitum ire compellat, nec ipse veniat, ne fortè dum ieiunate & orate, atque pro salute suæ animæ debet inuigilare, vaniloquiis & contentionibus cogatur laborare.

Ex Concil. Romano sub Ioanne IX. anno 904.

1. Vt Comes inter honores rapinam exercitus legi subiiciat.

3. Vt nullus Comitum Arimannos in beneficia suis hominibus tribuat.

4. Vt homines Comitum nullatenus in domibus Arimannorum resideant, sed domos reipublicæ instaurent, ibi resideant.

5. Vt scriptoribus publicis nullatenus interdicatur res Arimannorum transcribere, si quando eis fuerit opportunum.

6. Vt ipsi Arimanni frequentius quam in lege statutum est ad placitum ire non cogantur nec à Comitibus nec à Sculdalisiis.

11. Vide Ecclesia.

Ex Concilio Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

7. Omnes Comites seu maiorini Regales populum sibi subditum per Iustitiam regant, pauperes iniustè non opprimant, in Iudicio testimonium nisi illorum præsentium qui viderunt aut audierunt non accipiant.

Ex Concil. Lateran. Vniuersi 11. sub Alexand. III. anno 1179.

19. In diuersis partibus mundi Rectores & consules Ciuitatum, necnon & alij qui potestatem habere videntur, Ecclesias grauibus crebrisque exactionibus premunt, Iurisdictionem & authoritatem Episcoporum & alioru Prælatorum ita euacuant, vt nihil potestatis eis in suis videatur hominibus remansisse, &c. Sub anathemate prohibemus, ne de cætero talia præsumant attentare, nisi Episcopus & clerus tantam necessitatem vel vtilitatem aspexerint, vt absque vlla exactione ad releuandas communes necessitates vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias existiment conferenda.

Ex Concil. Lateran. Vniuers. 12. sub Innocentio III. anno 1215.

3. Vide Hæretici.

42. Vide Clericorum mores.

Ex Concil. Rauennatensi IV. sub Ioanne XXII. anno 1317.

18. Sæculares potestates, seu Rectores vel Iudices qui Clericos cum armis vel aliàs excessisse & maximè in habitu Clericali repertos detentos retinent, & ad Diœcesanum Episcopum remittere denegant requisiti, seu qui Clericos ipsos tubis præcedentibus tubantibus, armis apud ipsos inuentis ad eorum collum appensis, & cum multitudine armatorum seu aliàs inhonestè ad eum transmittunt Episcopum, declaramus excommunicatos, & eorum sententias & processus per ipsos latas extunc censemus inualidas donec satisfactione præstita à prædicta excommunicatione per Sed. Apost. dumtaxat absolutionem meruerint obtinere.

Ex Conc. Saltzburgensi sub Vrbano VI. anno 1386.

16. Nullus se notarium publicum asserens in officio Tabellionatus aliquatenus admittatur nec credatur eius instrumento, nisi coram loci Ordinario, vel eius Officiali de suo officio faciat plenam fidem.

Ex Conc. Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

34. Nullus cuiuscunque status conditionis aut ordinis existat, etiamsi Pontificali aut Ducali præfulgeat, dignitate, quovis prætextu, personas Ecclesiast. in ipsorum bonis & possessionibus perturbare, inquietare, aut iudicare præsumat, decernentes irritum & inane si secus contra præmissa à quocunque fuerit attentatum, sententiasque latas nullius existere roboris vel momenti.

Ex Concilio Colonensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 12.

4. Singula Collegia ludos litterarios diligenter instituant, eisque de idoneis ludimagistris ac sumptibus prospiciant vbi Collegia non sunt, Senatus & Respublica idem curent.

Ex Concilio Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

18. Principes nobiles, magistratus & Præfecti, Iurisdictionem, libertatem, ac immunitatem Ecclesiast. Imperatorum legibus & sacris Canonibus Episcopis & Clero tributam, ac formatam tueantur nobisque conseruent.

Ex Concil. Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549. Medio 6.

2. Vide Forum Ecclesiasticum.

3. Ne Magistratus aut Iudices sæculares sub excommunicatione in matrimonialibus, aut aliis spiritualibus quibuscunque causis, ad cognitionem solius Ecclesiastici Iudicis spectantibus inter suos subditus, aut alienos iudicent, nec dispensandi aut transigendi potestatem in matrimonio, ac gradibus prohibitis sibi vsurpent, sed eiuscemodi causas omnes ad Iudicis Ecclesiast. cognitionem & deffinitionem remittant.

Ex eod. Conc. Censuræ contra abusus.

27. Ne Magistratus sæculares sub excommunicatione ipso facto incurrenda Decanis & Pastoribus in officiorum suorum executione sint impedimento.

28. 29 30. Vide Monachi.

Ex Concilio Trident. Gener. 18. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 25. De Reformat.

3. Nefas sit sæculari cuilibet Magistratui, prohibere Ecclesiast. Iudici, ne quem excõmunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, sub prætextu quod contenta in præsenti decreto non sint obseruata, cùm non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 1.

3. Principes & Magistratus, publicos ludi Magistros in vrbes, & suæ ditionis loca conducant, non minus fidei & vitæ, quam doctrinæ & scientiæ laude commendatos, qui verò litteras docebunt, non solum libros Indice Pij IV. authoritate edito nominatim vetitos pueris non interpretentur, aut ab illis legi patiantur, sed neque etiam alios quibus obscœna vel turpia contineantur.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

14. Prohibemus sub interminatione diuini iudicij, & pœna suspensionis & excommunicationis quicquam in sacrificio & in templo, nisi sacrum & sanctum dici aut fieri, atque monemus omnes Iudices & Magistratus sæculares, vt sua quæcunque mandata per suos Ministros & fabricarum Rectores; aut alium de vicinia deputatum publicari faciant, extra cœmeteria & Ecclesiam; eosdem obtestamur in Domino, ne liceat festis diebus Parochianos & vicinos venientes aut redeuntes ad Ecclesiam, aut in ipsa inuentos in ius vocare, aut comprehendere, aut aliter vexare.

36. Vide Conc. Trident. 1562. Sess. 25. c. 3.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

42. Non se immisceant Magistratus sæculares reb. Ecclesiasticis, neque iudicium personatum, aut rerum Ecclesiasticarum arrogent, contra facientes excommunicationem ipso facto incurrant.

MARTYRES.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

60. SI quis Idola fregerit, & ibidem fuerit occisus, placuit in numerum eum non recipi Martyrum.

Ex Concil. Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

34. Non oportet Christianum derelictis Martyribus Christi, abire ad falsos Martyres, id est hæreticorum, bi enim alieni à Deo sunt, quicunque autem abire voluerint, anathema sint.

51. Non oportet in Quadragesima Martyrum natalitia celebrari, sed eorum in Sabbato & Dominica tantum memoriam fieri.

Ex Concil. Gangrensi sub Siluestro I. an. 325 & Epist. Adriani I. an. 773.

20. Nullus Collectas exerceat, quæ fiunt in commemoratione Martyrum.

Ex Concil. Carthaginensi 1. sub Iulio I. anno 348.

2. Nullus insania præcipitatos, aut aliquo tali pacto, aut alia ratione peccati disiunctos, Martyrum nomine appellet, & si quis ad iniuriam Martyrum claritati eorum adiungat infamiam, placet eos, si Laici sunt ad pœnitentiam adigi, si autem sunt Clerici, post commonitionem & cognitionem honore priuari.

Ex Conc. Niceno 2. Generali 7. sub Adriano I. anno 787.

7. Vide Ecclesia.

MATRIMONIVM.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

54. SI qui parentes fidem fregerint sponsaliorum triennio abstineant à communione.

61. Si quis post obitum vxoris suæ sororem eius duxerit, & ipsa sit fidelis, quinquennio à communione placuit abstinere, nisi fortis velocius dari pacem infirmitas coëgerit.

66. Si quis priuignam suam duxerit vxorem, eo quod sit incestus, placuit nec in fine dandam esse ei communionem.

67. Prohibendum ne qua fidelis vel catechumena, aut comatos aut viros cinerarios habeant, quæcunque hoc fecerint à communione arceantur.

72. Si qua vidua fuerit mœchata, & eumdem postea habuerit maritum, post quinquennium acta legitima pœnitentia, placuit eam communione reconciliari, si alium duxerit relicto illo, nec in fine dandam ei esse communionem, vel si fuerit ille fidelis quem acceperit, communionem non accipiat nisi post decem annos.

Ex Fragmentis eiusdem Concilij.

Secundum Gratianum.

5. Qui in Quadragesima aut Pascha cognouerit vxorem suam, & noluerit abstinere ab ea, vnum annum pœniteat, aut pretium 25. solidorum ad Ecclesiam tribuat, aut pauperibus diuidat, si per ebrietatem & sine consuetudine acciderit, 40. dies pœniteat. In tribus Quadragesimis anni, & in die Dominico, & in quarta & sexta feria coniugales continere se debent, nec illis diebus copulari; quamdiu grauata fuerit vxor, id est à quo die filius motum fecerit vsque ad partum, à partu post 33. diem, si filius, si autem filia, post 56.

Ex Concil. Ancyrano sub Siluestro I. an. 314 & Epist. Adriani I. an. 773.

11. Desponsatas aliis puellas, & ab aliis postea raptas, visum est iis quibus desponsatæ erant reddi, etiamsi vim passæ sint.

Ex Conc. Neocæsariensi sub Siluestro I. an. 314. & Epist. Adriani I. an. 773.

4. Multinubi pœnitere debent.

Ex

Ex Conc. Laodiceno sub Silvestro I. anno 320.

52. Non oportet in Quadragesima, aut nuptias, aut natalitia celebrari.

53. Non oportet Christianos euntes ad nuptias plaudere vel saltare, sed venerabiliter cœnare vel prandere sicut Christianos decet.

Ex Concil. Niceno 1. Gener. 1. sub Silvestro I. anno 325. Editionis Arabicæ.

21. Nemo fidelium cum patrinis, aut matrinis matrimonium contrahat, qui hoc commiserit, 20. annis pœnitentiam agat, 10. abstineat à communione, alteris 10. licebit intrare in Ecclesiam ad audiendum tantum scripturas, post 20. annos licebit intrare in Ecclesiam, & sumere sacram communionem.

23. Neque vir det filio suo in matrimonium eam quam vxor tenuit in Baptismo, neque mulier det filiam suam in matrimonium ei quam maritus tenuit in Baptismo, quia isti habentur vt fratres & sorores spirituales.

24. Nemo debet duas vxores ducere, nec vxori suæ alteram mulierem per concupiscentiam introducere, qui hoc fecerit, si fuerit Sacerdos, prohibeatur ministerio sacrificandi, & communione fidelium, quousque eiiciat domo secundam, & debet retinere primam, &c. Idem iudicium est de Laicis.

51. Si quis vxorem ducat, & postea inter eos propter aliquam causam non conueniat, & vxor sit in culpa, debet vir patienter eam tolerare, & cum ea societatem habere, quod si non tolerauerit, debet interuenire Episcopus, sed si vir quæsiuit vt ab ea separetur, non est ei credendum, quin potius velit nolit, cogendus est vt cum ea habitet, quod si hoc facere noluerit, oportet vt separetur à communione, & ingressu Ecclesiæ.

53. vt Christiani vxorem ducant ex quacunque generatione, modo ad fidem veniant, sed non debent Christiani dare filias suas nuptum infidelibus, ne ad errorem maritorum peruertantur.

67. Quicunque duas mulieres in matrimonium simul acceperit, ipse eum secunda excommunicetur.

Ex Concil. Gangrensi sub Silvestro I. an. 325, & Epit. Adriani I. ann. 773.

1. Si quis coniugium pro crimine detestatur, anathema sit.

13. Nullus filios suos negligat per occasionem continentiæ.

Ex Concil. Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

12. Placuit vt filij vel filiæ Episcoporum, vel quorumlibet Clericorum, gentibus vel hæreticis, aut schismaticis matrimonio non iungantur.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

13. Sponsus & sponsa cùm benedicendi sunt à Sacerdote, à parentibus suis, vel paranymphis offerantur, qui quùm benedictionem accipiant, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

Ex Concilio Toletano 1. sub Anastasio, anno 400.

17. Si quis habens vxorem fidelem & concubinam habeat, non communicet, cæterum qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, à communione non repellatur, tantum vt vnius mulieris aut vxoris, aut concubinæ (vt ei placuerit) sit coniunctione contentus, alias verò viuens abiiciatur, donec desinat, & per pœnitentiam reuertatur.

Concubina hic sumitur pro vxore minus solemniter ducta.

Ex Fragmentis Conc. Toletanorum. Secundum Burchardum.

Statutum est à sacro Conuentu, vt si quis sponsam alterius rapuerit, publica pœnitentia mulctetur & sine spe coniugij maneat, & si ipsa eidem crimini consentiens non fuerit, licentia nubendi alij non negetur, quod si post hæc coniungere se præsumpserint, vterque ad satisfactionem anathematizetur.

Ex Concil. Mileuitano 2. sub Innocent. I. anno 416.

17. Placuit vt neque dimissus ab vxore, neque dimissa à marito alteri coniungantur, sed ita maneant aut sibimet reconcilientur.

Ex Concil. Chalcedonensi Gener. 4. sub Leone I. anno 451.

27. Eos qui sibi rapiunt vxores, vel eos qui eis auxilium præstiterint, statuit S. Synodus, si quidem Clerici fuerint cadere de proprio gradu, si verò Laici fuerint, anath. sint.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

25. Sæculares qui coniugale consortium sine culpa grauiori dimittunt, vel etiam dimiserunt, & nullas causas dissidij probabiliter proponentes, propterea matrimonia sua dimittunt, vt aut illicita aut aliena præsumant, si antequam apud Episcopos Comprouinciales dissidij causas dixerint, & prius vxores (quàm iudicio damnentur) abiecerint, à communione Ecclesiast. & sancto populi cœtu excludantur.

Ex Concil. Aurelianensi 1. sub Symmacho, anno 507.

20. Nec superstes frater thorum defuncti fratris ascendat, nec se quisquam amissæ vxoris sorori audeat sociare, quod qui fecerint, Ecclesiasticâ districtione feriantur.

Ex Concilio Ilerdensi sub Ioanne I. anno 514.

Secundum Burchardum.

3. Quod non oporteat à Septuagesima vsque in octauas Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festiuitatem S. Ioan. Bapt. & ab aduentu Domini vsque post Epiphaniam nuptias celebrare, quod si factum fuerit separentur.

Ex Conc. Valentino Hispan. sub Ioanne I. anno 514.

Secundum Burchardum.

101. Sponsus & sponsa, &c. Vide Conc. Carthagin. 398. c. 13.

Ex Concil. Arelatensi 4. vel 5. secund. Gandauum.

Viduæ si priusquam continentiam profiteantur nube-

bere elegerunt, illis nubant quos propria voluntate velint habere maritos, similiter hæc conditio & de virginibus habeatur, nec extra voluntatem parentum cogantur accipere maritum.

6. Nullum fine dote fiat coniugium, iuxta possibilitatem fiat dos, ut publicis nuptiis quisquam nubere vel vxorem ducere præsumat.

Ex Concil. Toletano sub Bonifacio II. anno 531.

5. Ne quis fidelium propinquam sanguinis sui vsquequò affinitatis lineamenta generis successione cognoscit, in matrimonio desideret copulari, nec sine denunciatione sententiæ, si quis ergo huius decreti temerator extiterit, tanto annosiori excommunicationis tempore, à Christi corpore, & fraternitatis consortio sequestretur, quanto fuerit propinquioris sanguinis contagione pollutus.

Ex Concil. Aurelianensi 2. sub Silverio, anno 536.

11. Contracta matrimonia accedente infirmitate, nulla voluntaris contrarietate soluantur, quod si qui ex coniugibus fecerint, nouerint se communione priuandos.

Ex Concil. Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

10. De incestis coniunctionibus qui aut modo ad Baptismum veniunt, aut quibus Patrum statuta, Sacerdotali prædicatione antea in notitiam non venerunt, contracta hucusque coniugia non soluantur, sed in futurum ne quis sibi sub coniugij nomine sociare præsumat relictam Patris, filiam vxoris, relictam fratris, sororem vxoris, consobrinam aut sobrinam, relictam Auunculi aut Patrui, quod si qui in hoc incesto adulterio potius quàm coniugio fuerint sociati, quamdiu se non sequestrauerint à communione Ecclesiast. repellantur. In Episcopi autem discussione consistat de his qui in Ciuitate sua ac territorio consistunt, & tali sunt ordine sociati, vtrum ignotanter ad illicita coniugia venerint, an per contumaciam.

Ex Concilio Aruernensi sub Vigilio, anno 541.

7. Ne ad nuptiarum ornatum ministeria diuina præstentur.

Ex Concil. Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

22. Vt nullus per Imperium potestatis filiam comprimere audeat alienam, ne coniugium (quod contra parentum voluntatem piam copulatur) velut captiuitas iudicetur.

27. De incestis si quis post Synodi constituta, illicita thori iura præsumpserit, circa eum secund. statuta Epaunensium Canonum, à Sacerdotibus Ecclesiæ seueritas teneatur.

Ex Concil. Parisiensi 3. sub Ioanne III. anno 559.

4. Nullus illicita coniugia contra præceptum Domini sortiri præsumat, id est fratris relictam, nec nouercam suam, relictamque Patrui, vel sororem vxoris suæ sibi audeat sociare, nec auunculi relictæ, neque nurus suæ vel materteræ coniugio potiatur, pari etiam conditione à coniugio amitæ, priuignæ, ac filiæ priuignæ coniunctionibus præcipimus abstinere.

5. Sacratum virginum neque per raptum, neque per competitiones aliquas, quisquam coniugia sortiatur.

6. Nullus viduam neque filiam alterius, extra voluntatem parentum, aut rapere præsumat, aut Regis beneficio æstimet postulandam, quod si fecerit, anathemate plectatur.

Ex Concil. Turonensi 2. sub Ioanne III. anno 570.

22. De incestis coniunctionibus censuimus statuta Canonum vetera non irrumpi, &c.

Ex Concil. Lugdunensi 2. sub Pelagio II. anno 587.

4. Vide Conc. Turonen. 2. an. 570. c. 22.

Ex Concilio Matisconensi 2. sub Pelagio II. anno 588.

18. Incestam copulationem in qua nec coniux, nec nuptiæ rectè appellari leges sanxerunt, catholica omnino detestatur, atque abominatur Ecclesia, &c.

Ex Concil. Antisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

27. Non Licet vt aliquis suam Nouercam accipiat vxorem.

28. Non licet vt filiam vxoris suæ quis accipiat.

29. Non licet vt relictam fratris sui quis in matrimonium ducat.

30. Non licet duas sorores, si vna mortua fuerit, alteram in coniugium accipere.

31. Non licet consobrinam in coniugium accipere, nec qui de ipsis nati fuerint in coniugio socientur.

32. Non licet vt nepos Auunculi vxorem accipiat.

Ex Concil. Parisiensi 6. sub Deusdedit, anno 615.

14. Si quis relictam fratris, sororem, vxorem, priuignam, consobrinam, sobrinam, vel relictam item Patrui atque Auunculi, vel in Religionis habitu deditam, coniugij crediderit consortio violandam, tamdiu à communionis gratia segregetur, quamdiu ab illicitis coniunctionibus sequestratione manifestissima debeat abstinere.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

11. Si quis infra præscriptum Canonibus gradum incestuoso ordine cum his personis quibus à diuinis regulis prohibetur, se coniunxerit, nisi pœnitentiam sequestratione testentur, communione priuentur, & neque in palatio militiam, neque agendarum causarum licentiam habeant, res eorum ad proprios parentes perueniant, sub ea conditione, vt antequam sequestrentur per nullum ingenium, neque per parentes, neque per emptionem, neque per authoritatem Regiam ad proprias perueniant facultates, nisi præfati sceleris separatione pœnitentiam fateantur.

Ex Concilio Toletano 12. sub Agathone, anno 681.

8. Quicunque citra fornicationis culpam, vxorem suam

ſuam quacunque occaſione dimiſerit, tamdiu ab Eccleſiaſt. communione priuatus, & à cœtu omnium Chriſtianorum maneat alienus quamdiu ſocieratem relictæ coniugis ſinceriter amplectatur & foueat.

Ex Concil. Toletano 17. ſub Sergio, anno 694.

Secundum Garſiam.

10. Non oportet cum omnibus hæreticis miſcere connubia, & vel filios vel filias dare, ſed potius accipere, ſi tamen ſe profitentur Chriſtianos futuros eſſe Catholicos.

Ex Concil. Romano 1. ſub Gregorio II. anno 721.

1. Si quis Presbyteram duxerit in coniugium, anathema ſit.

2. Si quis Diaconam in coniugium duxerit, anathema ſit.

3. 4. Si quis Monacham quam Dei ancillam appellamus, aut Commatrem ſpiritualem in coniugium duxerit, anathema ſit.

5. 6. 7. 8. 9. Si quis fratris vxorem, aut neptem, aut nouercam, aut nurum ſuam, aut conſobrinam, aut de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit vxorem, anath. ſit.

10. 11. Si quis viduam aut virginem quam ſibi non deſponſauerit, rapuerit, vel furatus fuerit in vxorem, anathema ſit.

14. 15. Adrianus filius Exhilarati, qui poſt præſtitum Sacramentum in Apoſtolica confeſſione Epiphaniam Diaconam illicito auſu in vxorem habet, & Epiphania Diacona quæ poſt præſtitum Sacramentum cum Adriano fuga lapſa eſt, anath. ſit.

16. Si quis eis in tam crudeli actu conſenſum præbuit, anath. ſit

Ex Concil. Ratiſponenſi ſub Zacharia, anno 742.

19. Adulteria & inceſta matrimonia prohibeantur & emendentur Epiſcoporum iudicio.

Ex Concil. Leptinenſi ſub Zacharia, anno 743.

3. Vide Conc. Ratiſpon. 742. c. 19.

Ex Concil. Romano ſub Zacharia, anno 743.

5. Vt Presbyteram, Diaconam, Nonnam, aut Monacham, vel etiam ſpiritualem Commatrem nullus ſibi præſumat nefario coniugio copulare, qui hoc perpetrauerit, anathema ſit, & quicunque Sacerdotum eos communicare præſumpſerit, eorum conſortio condemnatus, Sacerdotij ſui honore priuetur.

6. Vt conſobrinam, neptem, nouercam, fratris vxorem, vel etiam de propria cognatione nullus præſumat in coniugio copulare, ſi quis in hoc coniugio conuenerit, anath. ſit.

Ex Concil. Vermerienſi ſub Stephano II. anno 752.

1. De coniugiis in tertio & quarto gradu.

2. De eo qui cum vxoris ſuæ filio carnale commercium habuit.

3. Relictam Sacerdotis vxorem ducere non liceat.

4. De feminis ſponte, vel inuitò, vel ſine virorum conſenſu velatis.

5. De eo cui mortem vxor cum aliis machinata eſt.

6. De ingenuo qui ancillam duxit pro Ingenua, & de ingenua quæ ſeruo nupſit pro ingenuo.

7. De ſeruo qui ancillam ſuam concubinam habuit, & illâ relictâ, Domini ancillam vult ducere.

8. Seruus à Domino libertate donatus, ſi poſtea cum eius ancilla mœchatur, cogi poteſt vt vxorem illam habeat.

9. De muliere quæ virum ſuum in alio pago ſequi non vult.

13. Qui ancillam volens vxorem duxit cum ea permaneat.

17. De muliere quæ viri impotentiam cauſatur.

18. De eo qui cum vxoris ſuæ conſobrina mœchatur.

19. De ſeruo & ancilla, ſi per venditionem ſeparentur.

20. Chartularius qui cum ancilla fornicatur, eam libertate donatam, vxorem habere cogatur.

21. Qui vxorem velari permiſit, aliam ne ducat.

Ex Concil. Metenſi ſub Stephano II. anno 753.

1. De Inceſtis.

Ex Concil. Compendienſi ſub Paulo I. anno 757.

1. Coniuges in conſanguinitatis gradu non ſeparentur, in tertio autem, vel ex tertio & quarto mixti ſeparentur.

2. In tertio affinitatis gradu, vel in tertio & quarto coniuncti ſeparentur.

3. Si vxor ſine viri ſui conſenſu velata eſt, repetere eam vir poteſt ſi velit.

4. Priuigna libera, ſi à vitrico contra ſuam & ſuorum voluntatem viro data eſt, poteſt illo relicto alteri nubere.

5. De coniugibus quorum alter ſeruilis eſt conditionis.

6. De Vaſſallo qui relicta vxore quam in alterius beneficio duxerat, alteri apud ſeniorem ſuum coniungitur.

7. Si vxorem quam virginem duxit corruptam quis inueniens alteram ducat, & hac item ob eamdem cauſam relicta, tertiam accipiat.

8. De eo cuius vxor cum ipſius fratre mœchata eſt.

10. De Patre qui filij ſui ſponſam oppreſſam, & poſtea filius ipſam accepit.

13. Si quis coniugem dimiſerit, & Monaſterium ingredi aut velari permiſerit.

14. De illo qui cum matre & filia mœchatus eſt.

15. De eo qui cum vna ſororum mœchatus, alteram in vxorem ducit.

16. Si coniugum alter ſit leproſus, poteſt alter cum illius conſenſu aliud inire coniugium.

17. Quando vxor negat ſibi fuiſſe cum marito commercium, & maritus contra fuiſſe affirmat.

18. Qui propter inimicitias in aliam regionem dimiſſa vxore fugit, aliam non ducat.

Ex Conc. in Palatio Vernis ſub Stephano III. anno 756.

15. Vt omnes homines Laici publicas nuptias faciant tàm nobiles quàm ignobiles.

Ex Concil. Foroiuliensi sub Adriano I. anno 791.

8. Nemini liceat furtim raptimque nuptias contrahere, &c. Sed interuentis pactis sponsalibus per aliquam dilationis moram requisiti, quia etiam diligenti cura vicini, vel maiores natu loci illius qui possint scire lineam generationẽ vtrorumque sponsi, scilicet & sponsæ; in eo etiam vt sine notitia Sacerdotis plebis illius, nullatenus fiat, si verò hoc ordine cuncta peragantur, ac probatum sine fraude testium fuerit, & causa contigerit, quod postea aut ipsi recordati fuerint, qui primum se nescire professi sunt, aut certè per aliorum veracium hominum testimonium inuenti fuerint in eo gradu consanguinitatis qui segregari solent, segregentur ab inuicem, & agant pœnitentiam, & si fieri potest perseuerent vtrique innupti, quod si propter incontinentiam, vel certè quod est honestius amore filiorum in id permanere nequeunt, transeant ad secundas nuptias.

9. Nullus præsumat ante annos pubertatis, id est infra ætatem, puerum vel puellam in matrimonium sociare, nec in dissimili ætate, sed coætaneos sibi consentientes.

10. Resoluto (fornicationis causa) iugali vinculo, non liceat viro, quamdiu adultera viuit, aliam vxorem ducere, licet sit illa adultera, sed nec adulteræ alium accipere virum, nec viuente, nec mortuo, quem non erubuit defraudare, marito.

Ex Concil. Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

11. Vide Luxuria.

Ex Concilio Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

28. Interrogauerunt nos quidam de affinitate propinquitatum, & in quibus gradibus matrimonia iungenda sint, quibus nos ad Canones currere præcepimus.

29. Quæ in proprio viro, hæc in vxoris parentela de lege nuptiarum regula custodienda est, quia ergo constat eos duos esse in carne vna, communis illis vtrinque parentela credenda esse.

30. Coniugia seruorum non dirimantur, etiamsi diuersos Dominos habeant, sed in vno coniugio permanentes, Dominis suis seruiant, & hoc in illis obseruandum est, vbi legalis coniunctio fuit, & per voluntatem Dominorum.

31. Si qua mulier filium suum desidia, aut fraude aliqua coram Episcopo ad confirmandum tenuit, propter fallaciam suam, quamdiu viuet, agat pœnitentiam, à viro tamen suo non separetur.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

54. In quarta generatione nullus amplius coniugio copuletur, vbi autem, post interdictum factum, inuentum fuerit, separetur.

55. 56. Vide Affinitas.

Ex Concil. Romano sub Eugenio II. anno 826.

37. Non licere vni viro duas habere vxores, siue concubinam cum vxore.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

64 ad 68 Vide Furtum.

Ex Concilio Moguntino sub Leone IV. anno 847.

29. Si quis viduam vxorem duxerit, & postea cum filiastra fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit, aut si qua duabus fratribus nupserit, seu cum patre & filio, item si quis relictam fratris, quæ penè prius soror extiterat, carnali coniunctione violauerit, si quis neptem in coniugium acceperit, si quis nouercam, aut nurum suam duxerit, si quis consobrinæ suæ impudicè se sociauerit, vel relictæ, siue filiæ auunculi, aut Patris filiæ, vel priuignæ suæ concubitu pollutus, vel huiuscemodi coniunctionis attacta maculatus fuerit, eos disiungi, & vlterius nunquam coniugio copulari, sed sub magna distinctione fieri volumus.

30. Vide Affinitas.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

9. Monendi à Presbyteris sunt Patresfamilias, vt filiabus suis tempestiuè nuptias prouideant, & calores feruentis ætatis coniugali lege præueniant, primùm scientes qui tales, & si post corruptelam legitimis viris copulatæ fuerint, non possint tamen cum sponso pariter solemne benedictionis à Sacerdote munus percipere, deinde si in eorum domibus tale nefas acciderit, si quidem illis nescientibus pro sola negligentiæ culpa pœnitentiæ subiiciendi sunt; si verò in corruptionis turpitudinem ipsi consenserint, maior his qui prohibere debuerant pœnitentiæ sarcina, quàm ipsis qui perpetrarunt imponenda est, &c. Nullus publicè pœnitens vsque ad tempus perfectum pœnitentiæ, coniugium contrahere valet.

10. Vide Furtum.

24. Inuenti sunt multi & maximè de rusticis qui adultas fœminas, sub paruulorum filiorum nomine, in domibus suis introduxerint, & postmodum ipsi Soceri nurus suas adulterasse conuicti sunt, idcircò inhibendum decernimus, vt nulli deinceps imperfectæ ætatis puero adulta femina iungatur, sed cùm ad ætatem idoneam adolescentes venerint, tunc legitimo possint coniugio copulari.

Ex Concil. Vuormatiensi sub Adriano II. anno 868.

33. Si quis cum duabus fuerit sororibus fornicatus, aut cum his personis, de quibus sacra Scriptura prohibet, si dignam egerit pœnitentiam, & castitatis non valuerit continentiam sustinere, licet ei legitimam in coniugio vxorem accipere, similiter & mulier quæ tali fuerit scelere lapsa, vt fornicationis non perducatur ad chaos, perficiat, sed hoc de Laicis viris ac mulieribus solummodo statuimus.

36. Si vir viduam in coniugium duxerit, quæ ex priori marito filiam habuit, & cum eadem filia postmodum concubuerit, coniugium modis omnibus dissoluatur, & vir ille pœnitentiæ subiaceat sanctionibus, ita vt per triennij tempus à Sacro corpore D. N. I. C. suspendatur & sanguine; carnem non manducet, abstineat à vino, & singulis diebus ieiunium celebrare festinet, exceptis festis diebus atque Dominicis, orationibus omni insistere sollicitudine studeat, similiter autem de mulieribus, quæ clanculò Patri se in concubitu substernunt, & filio, obseruandum est, taliter quidem & de his sancimus, qui duabus se absconsè sororibus pollutos cognoscunt.

Ex Concil. Triburiensi sub Formoso, anno 895.

38. Quisquis liber libertam, hoc est ex ancilla per manumissionem, & regalem largitionem liberam factam, legitimè in matrimonium duxerit, vlterius habere debebit, tanquam vnam ex nobili genere progenitam, excepta fornicationis causa, & quamdiu illa viuat, nullam aliam accipiat.

39. Quicunque alienigenam, hoc est alienæ gentis feminam vtrorumque consultu propinquorum legitimè, vel sua, vel mulieris lege acquisitam in coniugium duxerit, velit, nolit, tenenda erit, nec vltrò ab eo separanda, excepta fornicationis causa, &c.

47. Qui spiritualem habet Compatrem, cuius filium de lauacro sacri fontis accepit, & eius vxor Commater non est, liceat ei defuncto Compatre suo, eius viduam ducere in vxorem, si nullam habet consanguinitatis propinquitatem.

48. Si quis suæ spiritualis Commatris filiam fortuitò in coniugium duxerit, consilio maturiori seruato habeat, atque honestè legitimo coniugio operam det.

Ex Conc. Salegunstadiensi sub Benedicto VIII. anno 1022.

3. Vide Ritus Ecclesiæ.

Ex Concil. Londinensi 2. sub Paschali II. anno 1102.

22. Vt fides inter virum & mulierem occultè, & sine testibus data de coniugio, si ab alterutro negata fuerit, irrita habeatur.

24. Ne coniugati vsque ad septimam generationem copulentur, vel copulati simul permaneant, & si quis huius incestus conscius fuerit, & non ostenderit, eiusdem criminis participem se esse cognoscat.

Ex Concil. Cassellano in Hybernia sub Alexandro III. an. 1171.

3. Omnes Laici qui vxores habere velint, eas secund. ius Ecclesiast. habeant.

Ex Concil. Abrincensi in Normannia sub Alexandro III. anno 1172.

10. Vir ad Religionem non transeat, vxore in sæculo remanente, vel conuersa, nisi ambo vacandi operibus carnis tempus excesserint.

Ex Concil. Londinensi sub Alexandro III. anno 1175.

17. Nullus fidelis cuiusque conditionis sit occultè nuptias faciat, sed benedictione accepta à Sacerdote, publicè nubat in Domino, Sacerdos qui aliquos occultè coniunxisse inuentus fuerit, triennio ab officio suspendatur.

18. Ne aliqui quorum vterque vel alter ad ætatem legibus constitutam, & Canonibus determinatam non peruenit, coniungantur, nisi fortè aliquando, vrgente necessitate interueniente, pro bono pacis coniunctio talis toleretur.

Ex Concil. in Dalmatiæ & Diocliæ Regnis sub Innocentio III. an. 1199.

10. Excommunicamus illos qui proprias dimiserunt vxores, vel de cætero dimiserint sine iudicio Ecclesiæ, donec ad ipsas reuertantur.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

11. Vir non contrahat cum aliqua consanguinea olim vxoris suæ, nec vxor cum aliquo consanguineo quondam viri sui, & susceptus in Baptismo non contrahat cum filia baptizantis, vel suscipientis, ante vel post genita, nec contrahatur aliquod matrimonium, sine trina denunciatione publica in Ecclesia, neque si fuerint personæ incognitæ, &c. Nulli coniugatorum liceat iter remotum peregrinationis arripere, nisi mutuo consensu publicato.

Ex Conc. Lateran. Vniuers. 12 sub Innocent. III. anno 1215.

51. Clandestina coniugia penitus inhibemus, prohibentes etiam ne quis Sacerdos talibus interesse præsumat, &c. Cùm autem matrimonia fuerint contrahenda, in Ecclesiis per Presbyteros publicè proponantur, competenti termino præfixo, vt infra illum qui voluerit & valuerit legitimum impedimentum opponat, &c. Si qui verò huiusmodi clandestina vel interdicta coniugia inire præsumpserint, in gradu prohibito etiam ignoranter soboles de tali coniunctione suscepta prorsus illegitima censeatur.

52. Statuimus ne super hoc recipiantur testes de cætero de auditu, cùm iam quartum gradum prohibitio non excedat, nisi personæ graues extiterint, quibus fides merito sit adhibenda, & ante motam litem testificata, didicerint ab antiquioribus quidem suis non vtique vno, sed duobus ad minus.

Ex Concil. Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

3. 4. Vide Excommunicatio.

36. Decani Rurales nullam causam matrimonialem de cætero audire præsumant, sed eorum excommunicatio nonnisi viris discretis committatur, quibus assidentibus si commodè fieri potest postmodum pronuncietur.

33. Sententia lata pro matrimonio, Aduocatus qui contra id fecerit, hoc ipso per annum aduocatione priuatus existat, nisi Iudex eum in ipsa sententia propter errorem, vel probabilem ignorantiam habeat excusatum.

Ex Concil. Londinensi sub Gregorio IV. ann. 1237.

22. Matrimoniales causæ quæ inter cæteras magna diligentia sunt tractandæ, viris prouidis & fide dignis, & habentibus iurisperitiam vel saltem competens exercitium committantur.

Ex Concil. Salisburgensi sub Nicolao IV. anno 1291.

1. Quandocunque sponsalia seu matrimonia contrahuntur, non minus quàm sex personæ honestæ, ac fide dignæ de vicinia, è saltem Parochia amborum, vel alterius contrahentium, aut loci in quo contractus agitur, inter quas ad minus tres viriles sexus habeantur, &c. Quod si secus fuerit attentatum, contrahentes, operam dantes, siue scienter præsentiam exhibentes, & spontè in suis domibus hæc fieri patientes, ipso facto sint excommunicati.

Ex Concil. Salisburgensi sub Clemente V. anno 1310.

5. Vide Pœnitentia.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

19. Omnes & singuli qui de cætero voluerint matrimonium contrahere, ante contractum matrimon. siue ante sponsalia, per duas Dominicas successiuè faciant in Ecclesiis Ciuitatis, vel loci vbi sponsalia fuerint celebranda, & in Ecclesiis Parochiarum ad quas debuerint sponsæ traduci, proponi banna, siue edicta per Sacerdotes Parochiales eorumdem, quod infra octo dies proximè subsequentes, si sit aliquis qui sciat aliquod impedimentum legitimum inter eos qui ad inuicem contrahere voluerint, illud opponat, & ipsi Presbyteri nihilominus inuestigent virum aliquod impedimentum subsistat iuxta formam Conc. Gener. & ipsi Parochiales Presbyteri ad requisitionem prædictorum hoc facere teneantur; quod si omissum fuerit ex negligentia vel malitia prædictorum contrahentium, vltra pœnas in prædicto Conc. declaratas, non recipiantur ad benedictionem solemnem sponsaliorum per dictos Presbyteros, & vsque ad satisfactionem condignam, & traductione, & carnali commercio & consortio sint suspensi, & pœna simili puniantur, qui contra interdictum Ecclesiæ nuptias duxerint celebrandas, &c. Omnes Sacerdotes, Parochiales maximè, Dominica ante Aduentum, & Dominica ante Septuagesimam, & Dominica ante octauam Ascensionis Domini studeant publicè in Missarum solemniis nontiare, quod nullus celebret nuptias temporibus ab Eccles. interdictis, scilicet à prima Dominica de Aduentu vsque post Epiphaniam, & à Dominica de Septuagesima vsque ad octauam Paschæ, & à tribus diebus ante Ascensionem vsque ad octauam Pentecostes.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

3. Vide Forum Ecclesiastic.

24. Ne quis clandestinis desponsationibus, aut occultis matrimoniis intersit, plebanus autem postquam ipsi constiterit, pro certò, vel probabili fama aliquem clandestinè contraxisse, ipsum statim ad publicandum in facie Ecclesiæ, aut iuta sua prosequendum coram Ecclesiast. Iudice per subtractionem Sacramentorum, extra tamen necessitatis articulum cogere non postponat.

Ex Concil. Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

12. Ne quis Presbyter sæcularis aut regularis, de cætero clandestina matrimonia celebrare, aut solemnizare præsumat, sub pœna excommunicationis.

13. Insultationes clamores, sonus & alios tumultus fieri solitos in secundis vel tertiis quorumdam nuptiis, quos Chariuarium vulgò appellant, propter multa & grauia inconuenientia fieri omnino prohibemus sub pœna excommunicationis.

Ex Concil. Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

17. Commixtiones carnales, strepitus, choreas, ioculationes, & alias solemnitates ac conuiuia temporibus, quibus solemnia Ecclesiæ interdicuntur, & cessant nuptiales benedictiones, fieri de cætero prohibemus contra facientes ipso facto excommunicationem incurrant, & Clerici qui præfatis nubentibus Missam dixerint 10. florenorum pœna puniantur.

18. Desponsatiunes clandestinas vel occultas fieri omnino prohibemus, & qui sponsalia clandestina contrahere præsumpserint, nisi ad minus quinque testes ibidem adfuerint, ipso facto sint excommunicati, & eisdem contrahentibus nuptiales benedictiones tamdiu denegentur, donec à prædicta excommunicatione absoluantur, Clerici verò qui tali clandestinæ desponsationi interfuerint, eo ipso ab officio & beneficio per tres menses sint suspensi.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

21. Matrimonia in conspectu Ecclesiæ possunt solemnizari, nullo ab Ordinario ad hoc consensu petito, aut quapiam re pro ea exposita, exceptis tamen tota Quadragesima, vltima hebdomada Aduentus, festis Paschæ & Pentecostes, & Natiuitatis Dominicæ cum octauis, ac diebus Rogationum.

Ex Concilio Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

39. Ne in sponsalibus aut nuptiali benedictione fiant risus, cachinnationes, aut alia ridicula verba enuncientur, quinimo moneantur affidari, quatenus ieiuni, contriti, confessi, ac cum multa reuerentia ad hoc Sacramentum accedant, illum abusum qui inualuit, vt benedictio nuptiali & Missa celebrentur statim post mediam noctem, tollimus, statuentes quod talia deinceps non fiant, nisi post ortum solem, ac illucescente die, omnes contrahentes, consulentes, scientes, interessentes, auxiliantes & adiuuantes clandestina matrimonia, excommunicationi subiaceant.

Ex Concilio Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 7.

43. Vide Conc. Senon. 1528. c. 39. quantum fieri potest caueat Parochus, ne liberos citra parentum authoritatem coniungat.

44. Coniunctionem per Sacerdotem cum benedictione Sacerdotali, ac precibus inter Missarum solemnia in templo secund. antiquos Canones, & Ecclesiasticum ritum fieri decernimus, &c. Nec Sacerdos ante, quoslibet coniugio iungat, nisi edictis aut proclamationibus tribus publicè è suggesto ad populum factis præcedentibus, ob multas ac varias fraudes euitandas.

45. Peregrini & ignoti non coniungantur, nisi legitimis testimoniis doceant, se vbi ante versati fuerint, nullis matrimonij vinculis astringi, ipsisque per suum Parochum licere per alium Parochum copulari.

46. Vide Affinitas.

47. Ludicra illa quæ in templis post coniunctionem Sacerdotalem fieri consueuerunt, veluti in pulsando sponso atque alia eiusdem generis, penitus tollantur.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

21. Sacerdotem nuptias alibi quàm in Ecclesia admittere, coniungere aut benedicere prohibemus, nec ante trinas proclamationes tribus diebus sibi succedentibus factas.

Ex Concil. Coloniensi 2. sub Paulo III. an. 1549. Cens. contra abusus.

2. Vide Monachi.

31. Clandestinè contrahentibus tantisper Sacramenta negentur, ab excommunicatione à Iudice competenti absoluan

absoluantur, atque ita in facie Ecclesiæ Sacramenti solemnia celebrēt, idem statuimus de incolis & aduenis illis de quibus suspicio est eos in facie Ecclesiæ non esse coniunctos, qui aut matrimonij solemnes ritus in Ecclesia celebrent, aut alibi id se fecisse idoneis testimoniis probent.

32. Nemo Parochus vel Presbyter (sub pœnis & censuris Canonicis) ausit sibi non subditos copulare, nisi sit alterutrius Parochus proprius, & Pastoris alterius dimissorias litteras acceperit, nec nisi in vtriusque Parochia trinæ proclamationes tribus diebus festis à se inuicem distantibus præcesserint.

33. Ne quis alibi quàm in Ecclesia publicè post Missam auditam iungendos matrimonio copulet, nec alio tempore quam iura permittant, sub pœna suspensionis ab officio, quam, Sacerdotes mandatum hoc prætergredientes, incurrant.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

38. Coniunctiones coniugum in conspectu Ecclesiæ adhibitâ celebritate confirmentur, & ante coniunctionem nomine contrahentium, tribus diebus festiuis per aliquot dierum interualla à se distantibus in Ecclesia coram multitudine proponi debent, Vide Conc. Colon. 1536. c. 45 4. Saltationes lasciuæ & comessationes parum sobriæ, si in totum tolli nequeant, saltem ad moderationem Christianis dignam reducantur.

Ex Concil. Trident. Gener. 18. sub Pio IV. an. 1562. Sess. 24. De Reform. matrim.

1. Imposterum antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus festiuis, in Ecclesia inter Missarum solemnia publicè denuncietur, &c. Quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur, quod si aliquando probabilis fuerit suspicio matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint denunciationes, tunc vel vna tantum denunciatio fiat, vel saltem Parocho, & duob. vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur, deinde ante illius consummationem denunciationes in Ecclesia fiant, vt si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur, nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittantur, &c. Qui aliter contrahere attentabunt, eos S. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, &c. Coniuges ante benedictionem Sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent, &c. Benedictio à proprio Parocho fiat, neque à quoquam nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licentia ad prædictam benedictionem faciendam alij Sacerdoti concedi possit, habeat Parochus librum in quo coniugum & testium nomina, diemque & locum contracti matrimonij describat, quem diligenter apud se custodiat.

6. Decernit S. Synodus inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium, quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto & libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat, & nihilominus raptor ipse ac omnes illi consilium, auxilium & fauorem præbentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, & si Clerici fuerint, de proprio gradu decidant, teneatur præterea raptor mulierem raptam, siue eam vxorem duxerit, siue non, decenter arbitrio Iudicis dotare.

7. Vagantes, & incertas sedes habentes, ad matrimonium facilè non recipiantur, Parochi autem illorum matrimoniis non intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

9. Præcipit S. Synodus omnibus cuiuscunque gradus dignitatis & conditionis existant, sub anathemate quod ipso facto incurrant, ne quouis modo directè, vel indirectè subditos suos, vel quoscunque alios cogant, quo minus liberè matrimonia contrahant.

10. Ab aduentu Domini vsque in diem Epiphan. & à feria quarta cinerum vsque in octauam Paschatis inclusiuè, antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones ab omnibus obseruari S. Synodus præcipit.

Sess. 24. De Reformat.

20. Causæ matrimoniales & criminales, non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio visitando, sed Episcopi tantum examini, & iurisdictioni relinquantur.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

65. Denunciationes quæ matrimonium antecedere debent, festis illis diebus fiunt, quibus Ecclesiæ præcepta seruantur media ea Missâ ad quam frequentior populus conuenire solet, &c. Parochi quum sponsis benedicendum erit id celebratâ Missâ, cui illi intersint semper faciant: vsum autem illum in Ecclesia bibendi & frangendi cyathi, & alia id generis quæ indecorè fiunt, cùm aliqui matrimonio iunguntur, amplius ne adhiberi patiantur.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 1.

25. Ne animarum Curatores, qui in locis finitimis habitant, vbi hæresis impunè grassatur, matrimonij quod inter Parochiæ suæ, & illorum locorum incolas contrahendum est, secundam denunciationem faciant, nisi prius eius qui in locis hæreticorum, aut hæresis nomine suspectis habitat, nomen & cognomen Episcopo denunciarint, ab eoque impetrarint facultatem alias denunciationes faciendi, matrimoniique celebrandi.

26. Episcopus non ante det Parochis facultatem, vt vagos homines matrimonio iungant, quam norit eos & solutos esse, & à Catholica communione non alienos, matrimonij denunciationes à Parochis tùm demum fiant, cùm vir & mulier eorumve parentes, vel ij qui puellæ curam habent id postulauerint, sique ambo diuersis in Parochiis habitant, tunc in vnius & alterius item Parochia fiant.

27. Qui sponsalitia contraxerint, si vna antè coierint quàm coram Parocho & testibus matrimonium inter eos celebratum sit, illius peccati absolutionem Episcopo reseruatam esse volumus.

28. Ne Parochus vllo alio loco quàm in Ecclesia ipsos sponsos matrimonio iungat, nec patiatur Parochus vlla musica instrumenta adferri, cùm in Ecclesiam sponsi conueniunt.

29 Concubinarij legitimè admoniti, si concubinas non eiecerint, contra eos Episcopus excommunicatione, aliisque pœnis procedat.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII. anno 1575.

17. Matrimoniis Denunciationes imposterum à Parocho ne fiant,nisi iis ipsis petentibus aut consentientibus de quorum matrimonio contrahendo agitur,&c. Qui falsum aliquod impedimentum malitiosè attulerit,quo futurum legitimè matrimonium impediat,si prudens sciensque hoc fecerit excommunicationis pœna afficiatur, &c. Quo die de matrimonio contrahendo denunciatio vllnna facta est; ne eo ipso die,nisi impetrata ab Episcopo facultate illud celebretur.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 3.

9. Statas matrimonij denunciationes Tridentina sanctione præscriptas,Episcopus ne facilè remittat.

Ex Concil. Mediolanensi 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 3.

16. Matrimonij futuri denunciationibus in Ecclesia de more factis, si fortè hoc accidit vt illud duorum mensium spatio post non contrahatur, ne idem antea Parochus celebret quam iterum denunciationes ex Conc. Trid. præscripto fecerit edixeritve,&c. Irritum nullumque ab Episcopo matrimonium declaretur,quod à Parocho loci vbi illud fit non ab eo qui Parochus proprius est contrahentium celebratur.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

12. Vide Conc. Trid 1562. Sess.24.c.7.9.10.Mediolan.1565.c.65.Mediolan.1569.c.27.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

20. Sacerdos facultatem non habens ab Ordinario vel proprio contrahentium Parocho si matrimonio interesse contrahentesque coniungere attentauerit, grauiter puniatur, & quidquid attentatum fuerit irritum declaretur. Vide Conc.Trid.1562.Sess.24.c.7.

Matrimonium posthac non domi sed in loco sacro celebretur, benedictio insuper sponsorum in Missa perficiatur,secundæ nuptiæ non benedicantur.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

22. Coniuges antequam contrahant vel saltem triduo ante matrimonij consummationem sua peccata diligentèr confiteantur, & ad Eucharistiæ sacrament. piè accedant,&c. Matrimonium non domi sed in loco sacro celebretur, ab aurora vsque ad meridiem in Missa tantum, non contrahent Catholici cum hæreticis, &c. Prohibeant Episcopi ludos qui impudenter in contemptum secundarum nuptiarum à permultis fieri solent, Cariuarios vulgo appellatos, contumaces & inobedientes excommunicatione coerceant,&c. Qui semel contraxerint, ad contrahendum de nouo non admittantur, nisi certò constiterit de morte alterius cum quo nupserant.

MILITES RELIGIOSI.

Ex Concilio Trecensi sub Honorio II. a. 1127. Regula Templariorum.

1. Matutinas & omne seruitium integrum secundum Canonicam institutionem ac Regularium Doctorum sanctæ Ciuitatis consuetudinem pio ac puro affectu audire vniuersaliter studeatis.

2. Si aliquis frater negotio Orientalis Christianitatis fortè remotus, Dei seruitium non audierit, pro matutinis 13. orationes Dominicas ac pro singulis horis 7. sed pro Vesperis 9. dicere collaudamus.

3. Quando quilibet fratrum mortuus fuerit, Missa solemniter pro eius anima offeratur,fratres autem ibi astantes,& in orationibus pro fratris defuncti salute pernoctantes, centum orationes Dominicas vsque ad diem 7. pro fratre defuncto persoluant,&c. Quotidie sicut fratri in vicibus dabatur & debetur, ita quod est necessarium sustentationi huius vitæ in cibo & potu tantum cuidam pauperi vsque ad 4. diem impendatur.

4. Alias oblationes & omnia eleemosynarum genera quoquomodo fiant Capellonis vel aliis ad tempus manentibus vnitati communia Capituli reddere peruigili cura præcipimus. Seruitores Ecclesiæ victum & amictum habeant, & nihil amplius habere præsumant.

5. Sunt milites in domo Dei ad terminum misericorditer nobiscum degentes, quando fremenda potestas ad vltimum diem aliquem perduxerit, diuino amore,ac fraterna pietate, 7. dies sustentationis pro anima eius quidam pauper habeat.

6. Nullus fratrum remanentium aliam oblationem agere præsumat, sed die noctuque mundo corde in sua professione maneat.

7. Finito Psalmo & *Venite exultemus* cum inuitatorio & Hymno, omnes sedere tam fortes quàm debiles propter scandalum vitandum iubemus, vobis verò residentibus vnoquoq; Psalmo finito,in recitatione Gloria Patri,de sedibus ad altaria supplicando surgere & debilibus inclinare demonstramus, sic etiam in recitatione Euangelij,& ad *Te Deum laudamus*, & per totas laudes,donec finito benedicamus Domino stare adscribimus, & eamdem Regulam in matutinis S.Mariæ teneri iubemus.

8. In vno Refectorio communiter vos cibum accipere credimus, vbi quando aliquid necessarium fuerit, pro signorum ignorantia, leniter ac priuatim quærere oportet.

9. In prandio & cœna semper sit sancta lectio recitata,lector autem vobis indicat silentium.

10. In hebdomada, nisi natalis dies Domini vel Pascha,vel Festum S.Mariæ, aut omnium SS. euenerit,vobis ter refectio carnis sufficiat, si vero in die matris tale ieiunium euenerit, vt esus carnium retrahatur,in crastino abundanter vobis impendatur; die dominico omnibus militibus remanentibus necnon Capellanis duo fercula dentur, alij autem videlicet Armigeri & Clientes vno contenti cum gratiarum actione permaneant.

11. Duos & duos manducare generaliter oportet, hoc autem iustè iudicamus vt vnusquisque miles,aut frater æqualem & æquipollentem vini mensuram per se solus habeat.

12. Aliis diebus videl.secunda & quarta feria necnon & Sabbatho duo aut tria leguminum vel alio-

tum ciborum fercula omnibus sufficere credimus & ita teneri iubemus vt fortè qui ex vno non potuerit edere ex alio reficiatur.

13. Sexta feria cibum quadragesimalem ob reuerentiam Passionis omni congregationi, remota imbecillitate infirmorum, semel sufficere, à festo omnium SS. vsque in Pascha, nisi natalis dies Domini, vel festum 9. Mariæ aut Apostolorum euenerit, collaudamus, alio vero tempore nisi generale ieiunium venerit bis reficiantur.

14. Post prandium & cœnam semper in Ecclesia si propè est, vel si ita non est in eodem loco Christo gratias referre præcipimus, famulis aut pauperibus fragmenta (panibus tamen integris seruatis) distribuere fraterna charitate debent & iubentur.

15. Decimam totius panis quotidie Eleemosynario vestro dare iubemus.

16. Cum sol occidit audito signo, omnes ad Completas oportet incedere vos, ac prius generalem collationem sumere peroptamus hanc autem collationem in dispositione & arbitrio magistri ponimus, vt quando voluerit de aqua & quando iubebit misericorditer ex vino temperato competenter recipiatur.

17. Fratribus à Completorio exeuntibus nulla sit denuo licentia loqui in publico, nisi necessitate cogente, Armigero autem suo quæ dicturus est leniter dicat, &c. Vobis ad lectulum euntibus Dominicam orationem si aliquis quid stultum locutus cum humilitate & puritatis deuotione dicere iubemus.

18. fatigatos milites surgere ad matutinas non ita conlaudamus, sed assensu magistri vel illius cui creditum fuerit à magistro eos quiescere & 13. orationes constitutas cantare.

19. Non sit personatum acceptio sed infirmitatum debet esse consideratio, &c. Nulli immoderatam abstinentiam amplecti liceat, sed communem vitam instanter teneant.

20. Vestimenta vnius coloris semper esse iubemus, alba vel nigra, vel burella, omnibus militibus professis in hyeme & in æstate si fieri potest alba vestimenta concedimus, ac talia habere omnibus iubemus vt solus leniter per se vestire & exuere, & calciare, ac discalciare valeat, &c. Accipientes noua, vetera semper reddant in præsenti reponenda in camera propter armigeros & clientes, & quandoque pro pauperibus.

21. Habeant famuli & armigeri vestimenta nigra, sed si talia non possint inuenire, habeant qualia inueniri possunt in illa Prouincia qua degunt, aut quod vilius vnius coloris comparari potest videlicet burella.

22. Nulli concessum est candidas chlamides deferre aut alba pallia habere nisi nominatis militibus Christi.

23. Nullus frater remanens pelles perenniter aut pelliciam, vel aliquid tale quod ad vsum corporis pertineat etiamque coopertorium nisi agnorum vel arietum habeat.

24. Procurator vel dator pannorum veteres semper armigeris & Clientibus & quandoque pauperibus eroget.

25. Si aliquis frater remanens ex debito aut ex motu superbiæ pulchra vel optima habere voluerit, ex tali præsumptione proculdubio vilissima merebitur.

26. Quantitatem secundum corporum magnitudinem largitatemque vestimentorum obseruare oportet.

27. Longitudinem cum æquali mensura Procurator fraterno intuitu consideraт.

28. Omnes remanentes principaliter, ita tonsos habere capillos oportet, vt regulariter antè & retro & ordinate considerare possint, & in barba & in grenionibus eadem regula obseruetur.

29. De rostris & laqueis manifestum est esse gentilitium, & prohibemus ea; aliis autem ad tempus famulantibus rostra & laquea & capillorum superfluitatem & vestium immoderatam longitudinem habere non permittimus.

30. Vnicuique vestrorum militum tres equos licet habere.

31. Solum armigerum singulis militibus eadem causa concedimus, sed si gratis & charitatiuè ille armiger cuique militi fuerit, non licet ei eum verberare.

32. Omnibus militibus seruire I. Christo in eadem domo ad terminum cupientibus equos in tali negotio quotidiano idoneos & arma, & quidquid eis necessarium fuerit emere fideliter iubemus, deinde ex vtraque parte æqualitate seruata bonum & vtile appretiari equos Iudicauimus, &c. Adueniente autem termino repatriandi, medietatem pretij ipse miles Diuino amore concedat, alteram excommuni fratrum si ei placet recipiat.

33. Obedientiam indesinenter magistro teneant.

34. Sine magistri licentia vel cui creditum hoc fuerit, in villam ire non præsumant, præterquam noctu ad sepulchrum, & ad stationes quæ intra muros sanctæ Ciuitates continentur.

35. Non sine custode; id est milite aut fratre remanente, nec in die nec in nocte, iter inchoare audeant, &c. Nullus secund. proprietatem militet aut quiescat, sed secund. magistri imperium.

36. Nullus frater remanens assignanter & nominatim equum aut equitaturam, vel arma quærere debet, si vero eius infirmitas aut equorum suorum debilitas, vel armorum suorum grauitas talis esse agnoscatur vt sic incedere sit damnum commune, veniat magistro vel cui est debitum ministerium post magistrum & causam vera fide & pura ei demonstret.

37. Nolumus vt omnino aurum vel argentum in frenis & pectoralibus, nec in calcaribus vel in strenis vnquam appareant, si vero charitatiuè talia vetera instrumenta data fuerint, aurum vel argentum taliter coloretur, ne splendidus color vel decor cæteris arrogantia videatur.

38. Tegimen inclypeis & bastis & furellis in lanceis non habeatur.

39. Licet magistro cuiquam dare equos vel arma, vel quamlibet tem cuilibet dare.

40. Sacculus & mala cum firmatura non conceduntur absque magistri licētia, vel cui creduntur domus post eum negotia, in hoc præsenti capitulo Procuratores & per diuersas Prouincias degentes non continentur, nec ipse magister intelligitur.

41. Nullatenus cuiquam fratrum liceat à parentibus suis neque à quoquam hominum, nec sibi inuicem accipere vel dare sine iussu magistri vel Procuratoris.

42. Ne aliquis frater remanens stultitias quas in sæculo in militari negotio tàm enormiter egit, & carnis delectationes & miserrimarum mulierum cum fratre suo vel alio aliquo commemorare audeat.

43. Si aliqua res sine quæstu cuilibet fratri data gratis fuerit, deferat magistro vel Dapifero; si vero aliter suus amicus vel parens dare nisi ad opus voluerit, hoc prorsus non recipiat donec licentiam à magistro suo habeat, in hac regula ministratores non continentur quibus specialiter hoc ministerium debetur

debetur & conceditur de mala & sacco.

44. Nullus frater pro equis facere præsumat manducalia linea vel lanea, ideirco principaliter facta nec habeat ulla, excepto pro finello.

45. Nullus præsumat cambiare sua frater cum fratre sine licentia magistri & aliud quærere nisi frater fratri, & sit res parua, vilis & non magna.

46. Nullus autem cum aue accipere audeat, &c. Cum homine talia operante, cum accipitre vel alia aue, nullus frater remanens ire præsumat.

47. Nullus in bosco cum arcu aut balista, aut iaculari audeat, nec cum illo qui hoc fecerit ideo pergat nisi gratia eum custodiendi à perfido gentili, nec cum cane sit ausus clamare vel garrolare, nec equum suum cupiditate accipiendi feram, pungat.

48. Vobis specialiter creditum est & debitum pro fratribus vestris animas ponere, atque incredulos qui semper virginis filio minitantur, de terra delere.

49. Si aliquis in partibus orientalis Religionis in quocunque alio loco super vos rem aliquam quæsierit, vobis per fideles & veri amatores Iudices audire Iudicium præcipimus, & quod iustum fuerit indeclinabiliter vobis facere præcipimus.

50. Hæc eadem Regula in omnibus rebus vobis immerito ablatis teneatur.

51. Cum milites templi dicamini, vos ipsos ob insigne meritum & speciale probitatis, domum, terram & homines, & agricolas possidere & iustè eos regere Iudicamus, & institutum debitum vobis specialiter debetur impendi.

52. Male habentibus fratribus supra omnia adhibenda est cura peruigil, vt quasi Christo eis seruiatur.

53. Procuratoribus infirmantium præcipimus, vt quæcunque sustentationi diuersarum infirmitatum sunt necessaria fideliter, ac diligenter, iuxta domum facultatem, eis administrent donec sanitati restituantur.

54. Ne aliquis aliquem commouere ad iram præsumat.

55. Fratres coniugatos hoc modo habere vobis permittimus, vt si fraternitatis vestræ beneficium & participationem petunt, vterque suæ substantiæ portionem & quidquid amplius acquisierint vnitati communis Capituli post mortem concedant, & interim honestam vitam exerceant, & bonum agere fratribus studeant; sed veste candida & chlamyde alba non incedant; si vero maritus antè obierit partem suam fratribus relinquat & Coniux de altera vitæ sustentamentum habeat.

56. Sorores amplius periculosum est coadunare, &c.

57. Ne aliquis ex Christi militibus homini excommunicato nominatim ac publicè aliquo modo se iungere, aut sua accipere præsumat, si vero interdictus fuerit, cum eo participationem habere, rem suam charitatiuè recipere non immerito licebit.

58. Si quis miles vestram communionem, velit eligere, legatur regula io eius præsentia, & si ipse præceptis expositæ regulæ diligenter obtemperauerit, tunc si magistro & fratribus eius recipere placuerit, conuocatis fratribus desiderium & petitionem suam cunctis animi puritate patefaciat, deinde vero terminus probationis in consideratione & prouidentia magistri omnino pendeat.

59. Non semper omnes fratres ad consilium conuocare iubemus, sed quos idoneos & consilio prouidos magister cognouerit, cùm autem de maioribus tractare voluerit, omnem congregationem si magistro placet conuocare est competens, auditoque communis Capituli consilio, quod melius & vtilius magister consideraverit, illud agatur.

60. Orare fratres prout animi & corporis affectus postulauerit, stando vel sedendo, tamen summa cum reuerentia simpliciter & non clamosè, vt vnus alium non conturbet communi consilio iubemus.

61. Vtile est vt fidem eorum qui in domo nostra mancipantur accipiatis, ne fortè veteranus hostis in Dei seruitio aliquid furtiuè vel indecenter eis intimet, vel à bono proposito repentè exterminet.

62. Qui filium suum vel propinquum in militari Religione perenniter dare voluerit, vsque ad annos quibus viriliter armata manu possit inimicos Christi de terra sancta delere, eum nutriat, de hinc secundum Regulam in medio fratrum Pater vel Parentes eum statuant, & suam petitionem iunctis patefaciant.

63. Senes pia consideratione secundum virium imbecillitatem supportare, ac diligenter honorare oportet, & nullatenus in his quæ corporis sunt necessaria districtè teneatur, salua tamen authoritate Regulæ.

64. Fratres qui per diuersas Prouincias diriguntur Regulam in quantum vires expetunt seruare in cibo & potu & cæteris studeant, &c. Apud quem hospitari decreuerint fama optima sit decoratus, & si fieri potest, domus hospitis in illa nocte non careat lumine, ne tenebrosus, hostis occasionem inferat, vbi autem milites non excommunicatos congregare audierint, illuc pergere dicimus, illis autem fratribus in vltra marinis partibus spe subuectionis ita directis, hac conuentione eos qui militari ordini se iungere perenniter voluerint recipere collaudamus, vt io præsentia Episcopi illius Prouinciæ, vterque conueniant, & voluntatem petentis Præsul audiat, auditaque petitione mittat eum frater ad magistrum & ad fratres qui sunt io templo quod est in Ierusalem, & si vita eius est honesta, suscipiatur, si magistro & fratribus bonum videtur, si vero interim obierit, pro labore & fatigatione, quasi vni ex fratribus totum beneficium & fraternitas pauperum & Commilitonum Christi ei impendatur.

65. Omnibus fatribus remanentibus victus secund. loci facultatem æqualiter tribuatur, &c.

66. Decimas vobis communi vita viuentibus iustè habere hoc modo demonstrauimus, si Episcopus Ecclesiæ cui decima iustè debetur, vobis charitatiuè eam dare voluerit, assensu communis Capituli de illis decimis, quas tunc Ecclesia possidere videtur, vobis tribuere debet, si autem laicus quiliber adhuc illam vel ex patrimonio suo damnabiliter amplectitur & seipsum in hoc valde redarguens vobis eamdem reliquerit ad nutum eius qui præest tantum, sine consensu Capituli id agere potest.

67. Si aliquis frater loquendo vel militando, aut aliter aliquid leue deliquerit, ipse vltro delictum suum satisfaciendo magistro ostendat, &c. Si vero eo tacente per aliquem alium culpa cognita fuerit, maiori & euidentiori subiaceat disciplinæ & emendationi si autem grauerit delictum, retrahatur à familiaritate fratrum, &c.

68. Si frater emendare noluerit, ei districtior correptio accedat, quod si piis admonitionibus & fusis pro eo orationibus emendare voluerit, sed in superbia magis ac magis erexerit tunc secund. Apostolum de pio eradicetur grege.

69. A Paschali festiuitate vsque ad omnium SS. solemnitatem, vnicuique vna camisia linea tantum, non ex delicto sed ex sola gratia detur, illi dico qui ea vti voluerit, alio autem tempore generaliter omnes camisias laneas habeant.

70. Singulo

70. Singulorum non aliter per singula lecta dormientium dormire, nisi per maxima causa vel necessitas euenerit, communi consilio conlaudamus, lectualia vel lecti sternia moderata dispensatione magistri vnusquisque habeat, credimus enim potius saccum, culcitram & coopertorium vnicuique sufficere, qui vero ex his vno carebit carpitam habeat & in omni tempore tegmine lineo, id est voluto frui benè licebit, vestiti autem carmsiis dormiant, & femoralibus semper dormiant, dormientibus itaque fratribus & iugiter vsque manè nunquam desit lucerna.

71. Æmulationes inuidas, liuorem, murmur, susurrationes, detractiones, diuina admonitione vitare & quasi quamdam pestem fugere vobis præcipimus.

72. Nec viduam nec virginem, nec matrem, nec sororem, nec amitam, nec vllam aliam feminam aliquis frater osculari præsumat.

Ex Concilio Lateran. Vniuers. 11. sub Alexandro III. anno 1179.

9. Si templarij siue hospitalarij ad Ecclesiam interdictam venerint, nonnisi semel in anno ad Ecclesiast. admittantur officium, nec tunc ibi corpora sepeliant interdictorum de fraternitatibus hoc statuimus, vt si non se prædictis fratribus omnino reddiderint, sed in suis proprietatibus duxerint remanendum, propterea ab Episcoporum sententia nullatenus eximantur, sed potestatem suam in eos sicut in alios Parochianos suos exerceant, &c. Quod autem de prædictis fratribus dictum est, de aliis quoque Religiosis præcipimus obseruari.

Ex Concil. Londinensi sub Innocent. III. anno 1200.

14. Vide Conc. Lateran. 1179. c. 9.

Ex Concilio Sabinensi in Hispan. sub Ioanne XXII. anno 1322.

6. Vide Clericorum mores.

Ex Concilio Coloniensi sub Paulo III. anno 1536. Parte 10.

14. Visitandæ imprimis & reformandæ erunt domus hospitaliũ, militũ Theutonicorũ, præterea Ord. D. Ioan. Baptistæ, ac Antonitarum, ac p ouidendũ vt in eisdem domibus cultus diuinus ritè, ac debitè peragatur, vt hospitalitas pro pauperibus seruetur, &c. Vt prædæ illæ bonorum mobilium quæ post mortem Prælatorum per primores ordinis fieri, ac in exteras Regiones deferri consueuerunt amodò nequaquam fiant, sed quidquid parsimonia defuncti Prælati coaceruatum ac relictum fuit, vel necessariis vsibus Ecclesiæ aut successorum, aut pauperum eius Regionis vbi Religiosa ista domus sita est applicetur.

MISSA.

Ex Conc. Nicæno Generali 1. sub Siluestro I. anno 325. Editionis Arabicæ.

34. Chorepiscopus si in Ecclesia fuerint pauci Sacerdotes debet augere numerum, &c. Vt oratio sit assidua, & non cesset ministerium altaris, destituantur templa oratione & Missa, & Christiani non habentes Pastorem nomine & opere sint gentiles.

Ex Concil. Vasionensi sub Iulio I. anno 351.

2. In omnibus Missis siue matutinis, siue quadragesimalibus, siue in illis quæ in defunctorum commemorationibus fiunt, semper sanctus, sanctus, sanctus eo ordine quo ad Missas publicas dici debet, &c. Et nomen Domini Papæ quicunque Sedi Apostolicæ præfuerit in nostris Ecclesiis recitetur.

Ex Concil. Romano 4. sub Damaso I. anno 382.

5. Ex præscripto Nicæni Canonis vt ibi ponitur ne diebus festis ante 3. Horam Missæ cauerentur, aliis vero diebus à media quarta ad nonam facere liceret.

Ex Conc. Carthaginensi 4. sub Anastasio, ann. 398.

84. Vt Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire Verbum Dei, siue gentilem, siue hæreticum, siue Iudæum vsque ad Missam Cathecumenorum.

Ex Concil. Toletano sub Anastasio, anno 400.

5. Presbyter vel Diaconus vel Subdiac. vel quilibet Ecclesiæ deputatus Clericus, si intra Ciuitatẽ fuerit, vel in loco in quo Ecclesia est, aut Castello, aut vico, aut villa, & ad Ecclesiam, ad sacrificium quotidianum non accesserit, Clericus non habeatur, si castigatus per satisfactionem veniam ab Episcopo voluerit promereri.

Ex Concil. Mileuitano sub Innocentio I. anno 416.

12. Placuit vt preces vel orationes seu Missæ quæ probatæ fuerint in Concilio, siue præfationes, siue commendationes, seu manus impositiones ab omnibus celebrentur.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

21. Clerici si qui in Ciuitatibus Paschæ, &c. In oratoriis (nisi iubente aut permittentẽ Episcopo) Missas facere aut tenere voluerint, à communione pellantur.

47. Missas die Dominico sæcularibus totas tenere speciali ordine præcipimus, ita vt antè benedictionem Sacerdotis egredi populus non præsumat, qui si fecerint, ab Episcopo publicè confundantur.

Ex Concil. Aurelianensi 1. sub Symmacho, anno 507.

28. Cùm ad celebrandas Missas in Dei nomine conuenitur, populus non ante discedat quam Missæ solemnitas compleatur, & vbi Episcopus non fuerit, benedictionem accipiat Sacerdotis.

Ex Concil. Gerundensi sub Hormisda, anno 517.

1. Vt institutio Missarum sicut in Metropolitana Ecclesia agitur, ita in omni Tarraconensi Prouincia, tàm

tàm ipsius Missæ ordo, quam psallando vel ministrando consuetudo seruetur.

Ex Concil. Vasionensi 3. sub Felice IV. anno 529.

4. Vide Conc. Vasionen. 351.c.2.

Ex Conc. Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

14. In præcipuis dumtaxat festiuitatibus hora tertia Missarum celebratio inchoetur quo facilius intra horas competentes ipso officio expedito Sacerdotes possint ad vespertina officia conuenire.

18. De missis nullus Laicorum antè discedat, quam dominica dicatur oratio, & si Episcopus præsens fuerit, eius benedictio expectetur, sacrificia vero matutina Missarum, siue vespertina ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum vsum spectet, quod qui fecerit, in Sacerdotis potestate consistat, qualiter eius districtione debeat castigari.

Ex Conci. Braccarensi 1. sub Ioanne III. ann. 563.

2. Placuit vt per solemnium dierum vigilias vel Missas omnes easdem & non diuersas lectiones in Ecclesia legant.

3. Placuit vt non aliter Episcopi & aliter Presbyteri populum, sed vno modo salutent dicentes, Dominus sit vobiscum, & respondeatur à populo, & cum spiritu tuo, sicut & ab ipsis Apostolis traditum, omnis retinet, Oriens, & non sicut priscilliana prauitas permutauit.

4. Placuit vt eodem ordine Missæ celebrentur ab omnibus quem Profuturus quondam huius Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus ab ipsa Apost. Sedis authoritate suscepit scriptum.

Ex Concil. Braccarensi 2. sub Ioanne III. anno 572.

10. Si quis Presbyter post hoc edictum nostrum non ieiunus, sed quocunque tam cibo præsumpto oblationem consecrauerit in altari (hoc est Missas defunctorum) continuo ab officio suo priuatus à proprio deponatur Episcopo.

Ex Concil. Matisconensi 1. sub Pelagio II. anno 582.

6. Vt Archiepiscopus sine pallio Missas dicere non præsumat.

Ex Concil. Matisconensi 2. sub Pelagio II. anno 588.

4. Decernimus vt omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur tàm panis quàm vini, vt per has immolationes, & peccatorum suorum fascibus careant, & cum Abel vel cæteris iustè offerentibus promereantur esse consortes.

6. Nullus Presbyter confertus cibo aut crapulatus vino sacrificia contrectare, aut Missas priuatas, festisque diebus concelebrare præsumat, &c. Sacramenta altaris nonnisi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersario quo cœna Domini celebratur.

Ex Concil. Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

2. Vide prædicatio.

Ex Concil. Narbonensi sub Pelagio II. anno 589.

12. Dum Missa celebratur nullus Presbyter aut Diacon. absque aliqua infirmitate dum Missa perficitur egredi de altario audeat, ne Diacon. aut Subdiac. vel Lector antequam Missa consumetur abbas præsumat exuere.

Ex Concil. Antisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

8. Non licet in altario in sacrificio diuino, mellitum quod mulsum appellant, nec vllum aliud poculum extra vinum cum aqua mixtum offerre, quia ad grande peccatum pertinet Presbytero illi, quicunque aliud proculum extra vinum in consecratione sanguinis offerre præsumpserit.

10. Non licet super vno altario in vna die duas Missas dicere, nec in altario vbi Episcopus Missas dixerit, Presbyter in illa die Missas dicat.

19. Non licet Presbytero aut Diacono aut Subdiacono post acceptum cibum aut poculum Missas tractare, aut in Ecclesia, dum Missæ dicuntur, stare.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

13. In omnium Missarum solemnitate Hymnus trium puerorum decantetur, communionem amissuri qui & antiquam huius Hymni consuetudinem nostramque definitionem excesserint.

17. Post orationem dominicam & coniunctionem panis & Calicis, benedictio in populum sequatur, & tunc demum corporis & sanguinis Domini sacramentum sumatur.

Ex Concil. Toletano 6. sub Theodoro, anno 646.

2. Cùm à Sacerdotibus Missarum tempore sacra Mysteria consecrantur, si ægritudinis acciderit quilibet euentus, quo cœptum nequeat consecrationis expleri mysterium, sit liberum Episcopo vel Presbytero alteri, cõsecrationem exequi officij cœpti, &c. Nullus tamen post cibum potumque quamlibet minimum sumptum Missas facere, nullusque absque patentis prouentu molestiæ minister vel Sacerdos cum cœperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere: si quis hæc temere præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

Ex Concilio Emeritensi sub Vitaliano anno 664.

19. Pro singulis quibusque Ecclesiis in quibus Presbiter iustus fuerit per sui Episcopi ordinationem præesse, pro singulis diebus Dominicis sacrificium Deo procuret offerri, & eorum nomina à quibus eas Ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his sanctis Ecclesiis videntur aut visi sunt contulisse, si viuentes in corpore sunt antè altare recitentur tempore Missæ, quod si ab hac decesserint luce nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur suo ordine, &c.

Ex Concilio Toletano 11. sub Adeodato, anno 675.

14. Vbi temporis vel loci siue Cleri copia suffragatur, habeat quisquis ille canens Deo atque sacrificans post se vicini solaminis adiutorem, vt si aliquo casu ille qui officia impleturus accedet, turbatus fuerit, vel ad terram elisus, à tergo semper habeat qui eius vicem exequatur intrepidus.

Ex Conc. Braccarensi 3. sub Adeodato, anno 675.

1. Nulli deinceps licitum sit aliud in sacrificiis Diuinis offerre, nisi (iuxta antiquorum sententiam Conciliorum) panem tantum & Calicem vino & aqua permixtum.

2. Quisquis de cætero sciendo Diuina vasa vel ministeria, aut in vsus suos transtulerit, aut comedere in his vel poculum sibi sumendum elegerit, gradus sui vel officij periculum sustinebit, ita tamen vt si de Sæcularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur: si vero Religiosus ab officio deponatur, sub hac quoque damnatione, & illi obnoxij tenebuntur qui Ecclesiast. ornamenta, vela, vel alia quælibet indumenta, atque etiam vtensilia sciendo in vsus suos transtulerint, vel aliis donanda, vel vendenda crediderint.

3. Cùm Sacerdos ad solemnia Missarum accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus aut sacramentum corporis & sanguinis D. N. I. C. sumpturus, non aliter accedat, quam orario vtroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus, ita vt de vno eodemque orario ceruicem pariter & vtrumque humerum premens, signum in suo pectore præparet Crucis.

Ex Concil. Toletano 12. sub Agathone, anno 681.

5. Quicunque Sacerdotum diuino altario sacrificium oblaturus accesserit, & se à communione suspenderit, ab ipsa quo se indecenter priuauit gratia communionis anno vno repulsum se nouerit.

Ex Concil. Toletano 17. sub Sergio, anno 694.

5. Quidam Sacerdotes Missam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro viuis student celebrare hominibus non ob aliud nisi vt is pro quo id ipsum offertur sacrificium, ipsius Sacrosancti libaminis interuentu, mortis ac perditionis incurrat periculum, si quis hoc perpetrauerit à proprio deponatur gradu, & tàm ipse Sacerdos quàm etiam ille qui ad talia peragenda incitasse perpenditur, exilij perpetui ergastulo religati, excepto in supremo vitæ periculo [illegible]ncti vitæ suæ diebus sacræ Communionis eis dene[illegible]r perceptio.

Ex Concil. Ratisponensi sub Zacharia, anno 742.

5. Vide Clericorum Mores.

Ex Concil. Romano sub Zacharia, anno 743.

1. [illegible] nullus Episcopus, Presbyter, aut Diacon. ad [illegible]um Missarum solemnia præsumat cum baculo introire, aut velato capite altario Dei assistere, si præsumpserit, communione priuetur.

14. Vt Episcopus aut Presbiter dùm ingressus fuerit ad Missarum solemnia celebranda, nullo modo audeat dicta oratione recedere, aut ab alio Episc. aut Presbytero suppleantur Missarum solemnia, si qui initium ponit suppleat vsque ad finem.

Ex Concil. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

39. In omnibus Missarum solemnitatibus pro defunctorum spiritibus loco competenti Dominus deprecetur, &c. Antiquitus enim hunc morem S. Ecclesia tenet vt & in Missarum solemnitatibus & in aliis precibus Domino spiritus quiescentium commendet.

49. In quibus locis & quo apparatu missarum solemnia exceptis basilicis celebrari debeant & vtrum celebrari debeant, videant Episcopi.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

43. Nullus Presbyter solus missam cantare valet rectè, quomodo enim dicet Dominus vobiscum vel sursum corda, & alia multa his similia cum alius nemo cum eo sit.

Ex Concil. Romano sub Eugenio II. anno 826.

33. Vt Laici ad Missas audiendas in Presbyterium non intrent.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

47. Pletique Presbyteri neglectis Basilicis Deo dicatis in domibus & hortis, Missarum celebrationes contra diuinam authoritatem & Canonicam institutionem facere præsumunt, &c. Vnusquisque Episcoporum huiuscemodi temerariam consuetudinem à Parochia sua penitus amoueat, & si quis Presbyterorum ab hinc excepto quando in itinere *pergitur & locus basilicæ procul est, & id in altaribus ab Episcopo consecratis fieri necessitas compellit, &c. Missarum celebrationes in huiuscemodi illicitis locis post tot tantasque prohibitiones facere attentauerit, dignum est vt gradus sui periculum incurrat, &c.

48. Prouideat vnusquisque Episcoporum, ne in sua Parochia quisquam Presbyterorum Missam solus celebrare præsumat, & si hanc definitionem superbiendo transgressus fuerit, Canonicæ correctionis subiaceat.

Ex Concil. Moguntino sub Leone IV. ann. 847.

27. Vide Rei.

Ex Concil. Tycinensi sub Leone IV. anno 850.

2. Vide Episcoporum officium.

Ex Conc. Vvormatiensi sub Adriano I I. anno 868.

4. Calix dominicus vino & aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Chr. Ergo quando in calice vinum aqua miscetur, Christo populus adunatur,

tur, & credentium plebs ei in quem credidit copulatur & iungitur.

Ex Concilio Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

9. Missarum solemnia non vbique sed in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi permiserit, celebranda esse censemus, concedimus etiam vt sicubi Ecclesiæ fuerint incensæ in Capellis Missas interdum liceat celebrare, donec ipsæ Ecclesiæ restaurari queant, in itinere verò positis si Ecclesia defuerit, sub dio seu in tentoriis, si tabula Altaris consecrata, cæteraque ministeria ad id officium pertinentia adsint Missarum solemnia celebrari permittimus.

Ex Concilio Metensi sub Stephano VI. anno 888.

5. In locis non consecratis, id est in solariis, siue in cubiculis propter infirmos vel longius iter, à quibusdam Presbyteris sacrificium offerebatur quod omnimodis interdictum est.

Ex Concilio Triburiensi sub Formoso. anno 895.

18. Nullus deinceps Sacerdos sacrum mysterium corporis & sang. D. N. I. C. in ligneis vasculis vllo modo conficere præsumat, ne, vnde placari debet, inde irascatur Deus.

19 Ne vllus, sine commixtione vini & aquæ, sacra mysteria conficiat, sed duæ partes sint vini, quia maior est maiestas sanguinis Christi, quam fragilitas populi, tertia aquæ per quam intelligitur infirmitas humanæ naturæ.

Ex Concil. Nannetensi sub Formoso, anno 895.

1. 2. Vide Presbyteri.

Ex Conc. Salegunstadiensi sub Benedicto VIII. anno 1122.

4. Presbyter aliquis post gallicantum æstiuis noctibus bibens proximo die Missam non celebret, hyemalibus similiter, nisi necessitas cogat.

5. Vnusquisque Presbyter in die non amplius quā tres Missas celebrare præsumat.

6. Decretū est sub anathematis interdictione, ne vlterius corporale Dominico corpore consecratum, ad extinguendum incendium in ignem proiiciatur.

10. Quidam laicorum & maximè Matronæ habēt in consuetudine, vt per singulos dies audiant Euangelium, *In principio erat Verbum*, &c. Et Missas peculiares, hoc est de S. Trinitate, aut de S. Mihaele, hoc vlterius non fiat, nisi suo tempore, & nisi aliquis fidelium audire velit pro reuerentia S. Trinitatis, non pro aliqua diuinatione, & si voluerint vt sibi Missæ cantentur, de eodem die audiant Missas, vel pro salute viuorum, aut pro defunctis.

Ex Concil. Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

3. Presbyteri non sacrificent cum calice ligneo vel fictili, vestes Presbyteri sint in sacrificio, amictus, alba, cingulum, stola, dalmatica, manipulus, Altaris ara tota sit lapidea, & ab Episcopis consecrata, hostia sit ex frumento sana & integra, vinum sit mundum, & aqua munda, ita vt inter vinum, hostiam & aquam, Trinitas sit significata, Altare sit honestè inductum, & desuper lineum indumentum, mundum subtus calicem, & desuper corporale lineum mundum & integrum.

Ex Concilio Compostellano sub Victore II. anno 1056.

1. Sacerdotes omnes, Episcopi atque Presbyteri Missam quotidie celebrent.

Ex Concil. Romano sub Nicolao II. anno 1059.

3. Nullus Missam audiat Presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem.

Ex Concilio Romano sub Alexandro II. anno 1063.

3. Vide Conc. Roman. 1059. c. 3.

Ex eod. Concil. secund. Gratianum.

Sufficit Sacerdoti vnam Missam in die vno celebrare, quia Christus semel passus & totum mundum redemit.

Ex Concilio Romano 5. sub Gregorio VII. anno 1078.

13. Omnis Christianus procuret ad Missarum solemnia aliquid Deo offerre.

Ex Concil. Pictauiensi sub Paschali II. anno 1100.

10. Quicunque Sacerdotis Concubinarij, sine per pecuniam ordinati Missam scienter audierint, excommunicationi subiacere debeant.

Ex Concil. Londinensi 2. sub Paschali II. anno 1102.

5. Vide Presbyteri.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 10 sub Innocent. II. anno 1139.

7. Nullus Missas eorum audiat, quos vxores vel Concubinas habere cognouerit.

Ex Concilio Londinensi sub Alexandro III. anno 1175.

14. Inuenimus tantum decem præfationes in sacro cathalogo recipiendas, in albis Paschalibus in die Ascension. in Pentecost. de natali, de apparitione Domini, de Apostolis, de S. Trinit. de Cruce, de Ieiunio Quadrages. de B. Virg. ne quis præfatis præfationibus aliquam omnino præsumat adiicere.

Ex Concilio Eboracensi sub Celestino III. anno 1194.

3. Archidiaconorum sollicitudo prouideat vt singulis Ecclesiis, ad verum & probatum exemplar, Canon Missæ cum omni diligentia corrigatur.

4. Vide Pœnitentia.

5. Ne Sacerdos aliquis pro celebratione Missarum pretio constituto pactum ineat, sed hoc dumtaxat quod offertur in Missa recipiat.

9. Cum ornamentis ministerio congruis ministretur, cum calice argenteo, vbi facultas suppetit, Sacramentum Eucharistiæ conficiatur.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

1. A quolibet Sacerdote celebrante verba Canonis rotundè dicantur, & distinctè, nec ex festinatione retracta, nec ex diuturnitate nimis protracta, non est enim ibi diu immorandum propter insurgentes cogitationes, quæ vt muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti.

2. Non liceat Presbytero bis in die celebrare, nisi necessitate vrgente; & tunc post primam celebrationem diligentissimè absorbeantur stillulæ de calice, & digiti sugantur, vel lingua lambantur & lauentur, reseruata lotura in vase mundo, ad id specialiter deputato, quæ lotura sumatur post secundam celebrationẽ, nisi in prima celebratione adsit Diaconus vel alius Minister honestus qui loturam sumere possit.

4. Nullus Sacerdos post lapsum antequam confiteatur ad altare præsumat accedere celebraturus, Missæ non iniungantur in pœnitentia his qui non fuerint Sacerdotes.

Ex Concilio Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

11. Vide Officium diuinum.

12. Presbyter postquam Dominicum corpus sumpserit in Altari, si in eadem die Missarum solemnia ipsum celebrare oporteat iteratò, vinum Calici infusum, vel digitis superfusum sumere non præsumat.

13. Ne Sacerdos quispiam Missarum solemnia celebret bis in die, excepto die Natiuitatis, & Resurrectionix Dominicæ, vel in exequiis defunctorum, videlicet cùm corpus alicuius in Ecclesia eodem die fuerit tumulandum, & tunc prior Missa de die, posterior vero pro defuncto celebretur, &c.

34. Vide Archidiaconus.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287:

7. Vide Conc. Ozonien. 1222. c. 13.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

4. De cætero semel in anno, videlicet quarta die Ianij, vel in proxima sequenti feria, si festum incideret in die illa, fiat solemne anniuersarium per Coepiscopos in tota Prouincia, pro expiatione animarũ fidelium defunctorum Patronorum, Ecclesiarum benefactorum; ad quod sicut in anniuersario Episcoporum Clerus & populus conuocetur, & ipsa die pauperes reficiantur.

9. Ne quis de cætero nisi vnam tantum in die celebret Missam, nisi in casibus à iure permissis; omnes & singuli Parochiani saltem in diebus Dominicis audiant Missam integram in sua Parochiali Ecclesia, à qua prius non recedant quam benedictionem post Missam receperint, & quicunque contrà fecerit, tertiò admonitus excommunicatione percellatur, Vide Prædicatio.

Ex Concil. Rauennat. tempore Interregni, anno 1314.

13. Si aliquis iam promotus ad Sacerdotium, aut in futurum quemquam promoueri contigerit, à die suæ promotionis, aut à die publicatæ huius constitutionis infra tres menses celebrare debeat primã Missam, & deinde prout poterit Missarum solemnia frequentare, vel saltem semel in anno, alioquin beneficiis omnibus quæ obtinet in Prouinc. Rauennat. sit eo ipso priuatus si sæcularis est, Religiosus verò extunc sit ineligibilis actiuè & passiuè, & vltimus in Choro, & in Refectorio habeatur, &c. Quibuslibet diebus Mercurij vel Iouis dicatur specialis collecta in Missa pro studentibus. Durante vacatione præsenti S. R. Eccl. in singulis Ecclesiis Cathedralibus quolibet die, & in aliis Ecclesiis Collegiatis vel Conuentualibus, saltem semel in septimana vna Missa celebretur in honorem B. Virg. de Spiritu S. vel de Trinitate.

Ex Concil. Rauennatensi 4. sub Ioanne XXII. anno 1317.

12. Cum Missa celebratur in nota in aliqua Ecclesia, nullus alius Sacerdos Missam celebret in eadem, donec Missa præfata fuerit plenè completa.

Ex Concil. Toletano sub Ioanne XXII. anno 1324.

7. Ne aliquis Presbyter pro Missis celebrandis pecuniam exigat, vel rem aliam temporalem, sed gratè accipiat, si aliquid per facientem Missas celebrari, oblatum sibi charitatiuè fuerit absque pacto & conuentione quacunque, qui verò contrarium fecerit à celebratione Missæ per annum nouerit se suspensum.

8. Nullus absque causa necessitatis, excepto die Natiuitatis Domini præsumat nisi vnam Missam celebrare in die; Presbyteri Missam celebrent, vt frequentius poterunt, & ad minus quater in anno, nisi ex causa rationabili quam propriis Episcopis notificare habeant.

Ex Conc. Saltzburgensi sub Vrbano VI. anno 1386.

15. Ne Presbyteri peregrini vel ignoti ad Missarum solemnia celebranda in publico admittantur, nisi per litteras testimoniales, vel Canonicè de ipsorum ordinatione Ecclesiarum Prælatis & Rectoribus fiat fides.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino VI. anno 1420.

10. Cùm in celebratione Missarum leuatur Hostia salutaris quilibet Deo deuotè flectat genua, vel saltem se reuerenter inclinet, idem faciens cùm eam portat Presbyter ad infirmum quam in decenti habitu, superposito mundo velamine ferat manifestè ac honorificè ante pectus, cum omni reuerentia & timore, & semper nola paruula & lumine, (nisi locorum repugnet distantia, vel temporis qualitas) præcedentibus.

28. Quilibet Sacerdos Prouinc. Saltzburg. cuiuscumque status vel Religionis fuerit, infra octo dies, causa legitima cessante, postquam ei de morte Archiepiscopi vel proprij Episcopi constiterit, per se vel per alium Missam pro defunctis dicat.

31. Nullus Sacerdotum nouitiorum, illa die qua primam Missam celebrare voluerit, aliquos ad conuiuium inuitare, aut inuitatos habere, aut procurare per se vel per alium vllo modo præsumat.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

19. Nullus Missam sine luminibus celebrare præsumat, nec Hostiam ante consecrationem in altum quoquomodo eleuare.

20. Vide Hæretici.

Ex Concil. Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

6. Sacerdotes nisi in locis consecratis Missas non celebrent.

Ex Concil. Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

12. Clerici vniuersi postquam in Presbyteratus ordinem ascenderint, quater in anno Missam deuotè per se saltem celebrent, nisi de consilio sui Prælati duxerint abstinendum, contrarium facientes 30 Regalium qualibet vice pœnam incurrant, Prælati verò ter in anno ad minus celebrent.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

14. Ordinati in aliena Diœcesi ad diuina peragenda prius non admittantur, quam ab Episcopo vel Vicario seu officiali fuerint rite admissi

17. Presbyteri peregrini & ignoti ad Missarum sacrificium non admittantur, nec vltra mensis spatium in consortio Presbyterorum tolerentur, nisi exhibeant litteras admissionis alterius ex Archiepiscopis vel Episcopis, in cuius diœcesim se transtulerint ac documenta & litteras testimoniales sui Ordinarij à cuius diœcesi proximè discesserunt.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Fide.

11. Vide Confessiones fidei Catholicæ.

14. Non liceat in Oratoriis priuatis quæ in domibus priuatorum interdum habentur Missas celebrare prætextu dispensationis Sedis Apostolicæ, nisi prius visis ab Episcopis recognitis, & approbatis dictis litteris dispensationis.

15. In Capellis ab antiquo etiam, Episcoporum authoritate fundatis, aliæ Missæ non celebrentur quā illæ quæ de fundatione extiterint, & quæ sint Missæ quæ ex tenore fundationis dici debeant die Dominico, non dicantur nisi post Missam Parochialem.

Ex Concil. Coloniensi I. sub Paulo III. anno 1536. Parte 2.

11. Prosas indoctas nuperius Missalibus cæco quodam iudicio inuectas prætermittere per nos licere, videbimur ergo operæ pretium facturi, si missalia perinde ac breuiaria peruideri curemus.

12. Recitatio verborum propheticorum aut Apostolicorum, quam Epistolam vocamus symbolum fidei, præfatio quæ & gratiarum actio, atque precatio Dominica ob cantorum & organorum concentum non omittantur aut decurtentur, sitque cantus quo Presbytero respondetur æqualis nec præcipitatus.

13. Qui legit Missam cum reuerenda modestia clarè, distinctè & exertè legat omnia vsque ad Canonem.

14. Antiphonæ contra mortalitatem seu cladem aut pro pace, satius post finitam Missam canantur, quam post eleuationem consecrati corporis & sanguinis Dominici.

15. Organorum melodia in templis sic adhibebitur, ne lasciuiam magis quam deuotionem excitet, neve præter Hymnos diuinos ac Cantica spiritualia quicquam resonet.

16. Quæ prisca Ecclesia singulis Dominicis peculiaria fecit obseruentur, quod si illorum loco alia vsurpanda erunt, videbitur quod de resurrectione Domini est, diei Dominico magis conuenire.

17. Confessio illa, Missæ præambulum, deuotè cum Ministris vno aut pluribus vicissim consistentibus, ac Sacerdotis benedictionem in verbo Christi recipientibus recitanda.

Parte 7.

24. Qui iuxta Ecclesiæ ritum singulis Dominicis diebus ad communicandum corpori & sang. Dominico non se præparant, Missæ saltem Parochiali hisce aliisque festis diebus intersint, &c. Ne vero populus ab hac Missa Parochiali, & ab auditione Verbi Dei distrahatur, placuit nobis vt si quæ sint aliæ Missæ legendæ die Dominico hæ inchoentur primum post verbi prædicationem finitam.

26. Omnes fideles qui in solemnitatibus sacris ad Ecclesiam conueniunt, & Scripturas Apostolorum & Euangelium audiant.

28. Exequias ac Missas quæ pro defunctis peculiariter dicuntur, malumus in alium diem transferri, quam die Dominico celebrari, nisi tamen plebs diei translatione grauaretur.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

18. Canon Missæ submissa voce, excepta Dominica oratione, pacis exoptatione, Dei inuocatione, & postrema populi salutatione pronuncietur, sub eleuatione sacræ Hostiæ, Antiphonæ ad hoc sacrificium tantùm pertinentes cantentur, &c. Ignotos Sacerdotes, & qui publicis criminibus infames sunt, aut solum quæstum sectantur, à celebratione huius sacri repelli iubemus.

Ex Concil. Coloniensi 2. sub Paulo III. an. 1549. Cens. contra abusus.

18. Tollatur abusus, quo quidam vbi multæ celebrantur Missæ ab Altari ad Altare discurrunt, nulli sacrificio penè intenti, in oppidis vero & pagis cœmeteria circumambulant, donec detur ad Hostiæ eleuationem signum, qua vel è longinquo conspecta ac salutata putant se hominis Christiani officio abundè perfunctos.

19. In Ecclesiis Parochialibus, vbi propter populum in vnum collectum, & in minoribus collegiis ac Monasteriis dicendæ sunt Missæ speciales, Sacerdotes eas finiant ante solemnis Missæ Euangelium, aut ad summum ante actionem, aut ab eius communione facta incipiant, ne populus in diuersa distrahatur, &c. Vbi vero ampla sunt Ecclesiæ sic in Oratoria distinctæ vt in locis diuersis, diuersus accipiatur populus, poterunt singulis populorum turmis, singulæ Missæ celebrari, sub concione autem nulli Sacerdotum liceat in Ecclesia illa Missam celebrare.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

54. Ne quis Sacerdos solus ad celebrandam Missam accedere præsumat, sed ad minimum vno aut altero quasi teste adhibito.

55. Presbyter qui vespertinam compotationem vsque ad intempestam noctem produxerit, & manè adhuc hesternam crapulam eructans celebrare præsumpserit, aut qui hoc sacro mysterio ad superstitiones abvti ausus fuerit, Prælati sui arbitrio seuerè puniatur, similiter & hi qui talem vitæ turpitudinem, leuitatē aut negligentiam ad celebrationem Missarum attulerint.

56. Ne aliter liceat cuiquam Missam celebrare quam præmissa confessione & oblatione emendato, iis quæ huios sacrificij deuotio requirit antea persolutis.

57. Ne deinceps Concionis tempore, aut sub solemni Missa, aliæ speciales Missæ celebrentur, sed aut Concionem & solemne sacrum præcedant, aut in aliud tempus differantur.

60. Dùm à nouitiis Sacerd. &c. V. Conc. Salisburg. 1420. c. 31. choreæ & secul. pōpæ omnino omittantur, & conuiuia non permittatur, nisi inter paucos amicos,

& ea sobria tamen, & quæ siue luxu & in timore Domini iteantur.

95. Sacellani nobiliom in sacellis Castrorum Missas celebrare, aut alia Sacramenta conferre, aut etiam prædicare non præsumant, nisi super eo authoritatem & consensum ordinarium obtinuerint, & prius manualem promissionem Episcopo seu loci illius Archipresbytero fecerint, se in obedientia diœcesani mansuros, & ad Synodos & Capitula venturos, &c.

Ex Concil. Treuirensi sub Paulo III. ann. 1549.

9. Ne quis Sacerdos Missarum solemnia publica celebrare præsumat, nisi ad minus duobus præsentibus, quod si in priuata Missa commodè fieri non potest, ad minus adsit vnus, &c. Ieiunus quilibet celebret, & velato capite Altari assistere, aut ita ad illud accedere nullus omnino præsumat, qui contrarium præsumpserit excommunicetur, &c. Vide Conc. Mogunt. 1549. c. 57.

Ex Conc. Trident. Generali 18. sub Iulio III. an. 1551. Sess. 13. De SS. Euchar. Sacram.

7. Si necessitate vrgente Sacerdos (mortalis peccati conscius) absque præuia confessione celebrauerit, quamprimum confiteatur.

Sub Pio IV. an. 1562. Sess. 22. De obseruandis in celebratione Missarum.

1. Episcopi omnino prohibeant cuiusvis generis mercedum conditiones, pacta & quidquid pro Missis nouis celebrandis datur, necnon importunas atque illiberales eleemosynarum exactiones potius quam postulationes, &c.

2. Singulis in suis Diœcesibus interdicant, ne cui vago & ignoto Sacerdoti Missas celebrare liceat.

3. Neminem qui publicè & notoriè criminosus sit, aut sancto Altari ministrare, aut sacris interesse permittant.

4. Ne patiantur priuatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria ab eisdem Ordinariis designanda & visitanda, S. hoc sacrificium à sæcularibus aut regularibus quibuscunque peragi.

5. Ab Ecclesiis musicas eas vbi siue organo siue cantu lasciuum aut impudicum aliquid miscetur, item sæculares omnes actiones, vana atque adeo prophana colloquia, deambulationes, strepitus clamores arceant.

6. Ne Sacerdotes aliis quam debitis horis celebrent, neve ritus alios, aut alias cæremonias, aut preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas quæ ab Ecclesia probatæ ac frequenti, & laudabili vsu receptæ fuerint.

7. Quarumdam Missarum, & candelarum certum numerum, qui magis à superstitioso cultu, quam à vera Religione inuentus est, omnino ab Ecclesia remoueant.

8. Moneant populum vt frequenter ad suas Parochias saltem diebus Dominicis, & maioribus festis accedant.

Sess. 23. De Reformat.

14. Curet Episcopus vt Presbyteri saltem diebus Dominicis & festis solemnibus, si autem curam habuerint animarum, tàm frequenter vt suo muneri satisfaciant, Missas celebrent.

Sess. 25. De Purgator.

Vide Confessiones Catholicæ.

4. Episcopi in Synodo diœcesana, item Abbates & Generales ordinum possint pro sua conscientia, in Ecclesiis (quibus incumbit onus multarum Missarum celebrandarum) statuere circa hæc quidquid magis ad Dei honorem & cultum, atque Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire, ita tamen vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute, legata ea ad pios vsus reliquerunt.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

5. Nemo Clericus vel Laicus in suis sæcularibus Ecclesiis, Capellis vel Oratoriis, quamuis ab Ordinario probatis, etiamsi Iurispatronatus sint, quemquam sæcularem, vel regularem Sacerdotem celebrare patiatur, qui scriptam celebrandi facultatem singulis sex mensibus renouandam ab Episcopo non impetrarit. Clericis alienæ Diœcesis rei diuinæ faciendæ facultatem ne permittat Episcopus, nisi ostendant litteras testimoniales seu dimissorias Ordinarij sui, &c. Missæ nec ante auroram, nec post meridiem, nisi ex causa iure permissa celebrentur, &c. Nemini sine facultate ab Ordinario scriptis impetrata, in Oratoriis sodalitatum sæcularium quas Confraternitates vocant, aliisve Ecclesiis, Capellis aut Oratoriis sæcularibus, quæ Parochialis Ecclesiæ finibus continentur Missam celebrare liceat Dominicis, & reliquis festis diebus, nisi absoluta concione, &c.

56. Episcopus Missam maiorem & Vesperas, nisi impediatur, Paschalibus & aliis maioribus festis diebus canter, diebus Dominicis & festis duplicibus Canonicus hebdomadarius id faciat, Episcopo & omni qui in Eccl. dignitate præditus sit, & Canonico, die festo solemnem Missam celebranti adsistat Sacerdos, qui adsistens dicitur, pluuiali indutus, Diaconus etiam & Subdiac. eisdem ministrent sacris vestibus induti, &c. Diaconi vel subdiaconi qui ex iure statuto, vel cõsuetudine, certis diebus Altari ministrare debent, si defuerint, eius horæ distributionem ne capiant, quorum vices subeant ij quos Chori Præfectus iusserit, quibus detur aliqua pars distributionis quæ absentibus est adempta, &c.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 2.

2. Missas celebrandi facultas sexto quoque mense renouanda, ea vel longiori temporis spatio arbitrio Episcopi concedi, vel semel concessa prorogari possit.

3. Ne in Monialium Ecclesiis, ac ne in aliis quidem quæ Episcopi curæ subiectæ non sunt, sæculari cuiquam Sacerdoti Missæ sacrum facere liceat, præterquam cui nominatim id ab Episcopo concessum est.

4. Ecclesiastica dignitate, aut Canonicatu præditus si in Eccles. vbi eam eumve obtinet Missas Conuentuales ad Episcopi præscriptum celebrare contempserit, vel neglexerit non solum tridui distributionibus mulctetur, verum etiam ab ordinis sui munere suspendatur.

5. Qui Ecclesiasticum beneficium obtinet cui id oneris iniunctum est, vt Rector vel toto anno, vel certis diebus Missam celebret, is singulis mensibus saltem semel Missam quæ de defunctis dicitur, pro illis mortuis celebret, qui vel illud dotarint, vel aliquid ei legarint.

6. Cùm Corpus I. C. sustollendum est in Missa Conuentuali vel Parochiali, tùm signum sono campanæ detur.

Ex Concil. Mediolan. 3. sub Gregorio XIII. anno 1573.

1. Festis diebus sacrosancto Missæ sacrificio fideles omnes intersint, nec excusentur puellæ nubiles, nec deinceps viduæ ob recentem mariti mortem.

11. Missæ

11. Missæ Conventualis sacrum pro diei festi feriæve ratione in Cathedralibus, Collegiatisque Ecclesiis omittatur; quo in Altari Episcopus Missæ sacrificium fecit, ne illo die in eodem alius quivis Sacerdos faciat, nisi illius concessu, &c. Ne peregrino Sacerdoti sine dimissoriis testimonialibusve litteris Missæ sacrum facere liceat, in Regularium etiam cuiusvis ordinis Ecclesiis; ne patena, cùm oblatio fit, sed crux aut sacra aliqua Imago offerentibus fidelibus ad osculum præbeatur, &c. Qui publicè notorieque criminosi sunt, sacris ne intersint.

12. Sacerdotes quo die eorum vnusquisque Sacerdotio initiatus est, illum etiam quotannis recolant Missæ sacrificio & precibus.

Ex Concil. Mediolan. 4. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 2.

4. Quinque saltem particulæ consecratæ seruentur assiduè, vbi sanctissimum Sacramentum conseruatur, quæ octauo quoque die renouentur, idque fiat ex hostiis non ante viginti dies ad summum confectis, &c. Dum sanctissimum Sacramentum in Altari propositum est interdiu Clerici duo superpelliceo induti, capite aperto ad Altare semper assistant, quorum alter Diaconus saltem sit, noctu vero saltem vnus isque in sacro ordine constitutus.

Ex Concil. Mediolanensi 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 3.

6. Ne ob vllam necessariam causam, neque etiam ob Parochialis alteriusve Ecclesiæ egestatem, neque ob Sacerdotum penuriam, nec verò ob locorum distantiam Episcopus cuiquam Sacerdoti pluries in die Missæ sacrificium offerendi facultatem det.

Ex Concil. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

14. In vnoquoque Altari in quo Missa celebranda est, crux adsit.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

9. Sacerdos Calices stanneos vbi ex necessitate Episcopus concesserit, graui aliqua de causa, vt toti intus & extra niteant, singulis hebdomadis linteo atque etiam cinere cum aqua, ne negligat detergere, quam in piscinam, aut alium sacratum locum effundat, corporalia quoque à se aut ab honestiori quopiam Sacerdote, aut etiam tantum à Subdiacono ablui curet, tertio quoque mense, &c. Curatus in sua Ecclesia nullum permittat celebrare, qui scriptis facultatem ab Episcopo impetratam non exhibuerit, & eam licentiam quam anno vno vetustiorem reperierit non admittat, &c. Imposterum decernimus in sacrificio Missæ adhiberi ab omnibus candelas duas cereas, itaut quævis vnciæ vnius sit ad minimum, nec vltra quis Missæ sacrificium sine talibus candelis celebrare audeat sub pœna aurei vnius, ne quis vel vir, vel mulier gradibus Altaris hæreat, aut prope altare sit, dùm sacrum fit. Vide Conc. Trid. 1562. sess. 25. de Purgatorio c. 4.

28. Vide Altare.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

21. Congregationem pro cæremoniis, ritibus Missæ erigant Episcopi in sua quique Ecclesia in qua semel in hebdomada diligenter de cunctis ad Missam, & cætera diuina officia spectantibus edisseratur. Capitula Magistrum cæremoniarum instituant qui probetur ab Episcopo, quique accuratè à congregatione probata non modo ædificet, verum cæteros etiam doceat, non admittatur Sacerdos alterius diœcesis ad celebrandam Missam & alia diuina officia, qui non habeat litteras dimissorias.

23. Vide Conc. Trid. 1562. sess. 25. de purgat.

24. Vide Altare; prohibemus facularum seu candelarum minutiorum vsum.

32. Presbyteri teneantur singulis saltem Dominicis & festis Missam celebrare, Curati vero ter in hebdomada; omnes abusus circa Missas nouas prorsus tollantur.

Ex Concil. Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

4. Qui Ecclesias curatas obtinent, debent festis omnibus diebus & reliquis tàm frequenter vt muneri suo satisfaciant, celebrare, &c. Qui ad Sacerdotium promoti sunt, & impedimento non laborant legitimo diebus saltem Dominicis & festis solemnibus celebrent, &c. Peregrinos, &c. Vide Conc. Mediolan. 1. an. 1565. c. 5.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

19. Pacta & conditiones sordidas quæ simoniam sapiunt pro missarum celebratione vitabunt Presbyteri, & cauebunt ne ipsis ministrantibus Laici certo & superstitioso candelarum numero vtantur, aut alia agant quæ superstitionem denotant, ipsi vero Missam de officio recitent, nisi aliud necessitas exigat, nec per eos sub excommunicatione addantur Psalmi, aut alia quæcunque in Missa præter tertiam orationem, quas quisque celebrans ad libitum celebrare potest. Non celebretur Missa pro defunctis, nisi corpore præsenti, nec fiant publicæ mortuorum absolutiones diebus Dominicis & festiuis solemnibus post Missæ celebrationem, &c. Ministrantes celebrantibus, induantur toga talari, nec ad id admittantur feminæ, quibus nec est parare Altare, &c. Vide Conc. Moguntin. 1549. c. 60. quod ex deuotione pro Missarum celebratione per fideles Sacerdoti in eleemosynam erogatur, ipse recipiat, à pluribus idem non petiturus sub excommunicatione, &c. Piæ defunctorum voluntates mandari executioni cum non possint propter modicitatem rerum legatarum, & Sacerdotes non habeant ex his, vnde vitæ necessaria recipiant, decernimus vt re diligenter inspecta, in synodo diœcesana, vniant diuersa legata aut beneficia in quibusuis sint Ecclesiis, aut officia minuant, prout viderint expedite.

20. Vide litteræ Ecclesiasticæ.

MONACHI.

Ex Conc. Niceno Generali 1. sub Siluestro I. anno 325. Editionis Arabicæ.

14. Si quis Laicus fieri Monachus voluerit sine licentia Episcopi, qui illius Monasterij potestatem habet, mouendus est ille statu suo in quo est, & non est recipiendus in Religiosum.

54. Eligat Chorepiscopus eos qui sunt idonei, & in sermone suo constantes, quos Ecclesiis & Monasteriis præficiat, & eis qui curam habent Ecclesiarum, ne imponat curam Monasteriorum, & eis qui præfecti sunt Monasteriis, ne mandet curam Ecclesiarum, obligetque eos ad ea loca quæ eis data sunt.

56. Qui fuerit tunc primo factus caput in aliquo Monasterio, debet proficisci ter per annum ad salutandum Episcopum,& tradendum se ei,semel & iterum proficiscetur solus, vt ab Episcopo adiuuetur in officio suo, tertiò cum omnibus suis fratribus.

73. Monachi non audeant eligere sibi Superiorem sine authoritate Chorepiscopi, & si aliquis Superior dum viuit, præcipiat vt aliquis sit Superior post mortem suam, non succedet iste, si sit nationis suæ aut consanguineus, succedet tamen si sit aliquis ex filiis prædecessoris,propter vtilitatem,probitatem, sanctitatem, continentiam, & timorem Dei, vt omnes sint mundi à vitiis.

75. Omnes ordines, etiam in Monasteriis,si causam dederint, de gradu suo deiiciendi sunt.

76. Vt Religiosi tùm Monachi, tùm Moniales habeant alia indumenta,& alios mores quam habent Laici, ac tondeant caput in modum coronæ, & cingant se honestè, nec sigillis aureis aut argenteis obsignent, nec ferant crumenam ad latus,nec cultèllos, quin potius sint probi, & inter se & alios patientes, & ne eant per plateas,nisi cum modestia,nec inter se ioculariter & ridiculè loquantur, ne alius alium irrideat, aut ludat, sed potius silentium teneant, & grauitatem.

Ex Concil. Gangrensi sub Silu. 1. an. 325. & Epit. Adriani I. an. 773.

12. Nullus virorum in signum continentiæ pallio vtatur, despiciens eos qui birrhis & vestibus solitis vtuntur.

Ex Concil. Carthaginensi 1. sub Iulio I. anno 348.

3. Nullus, nullaque sanctimoniæ & virginitati deseruiens, propter blasphemiam Ecclesiæ in vna domo cum extraneis penitus commorari debent, si sanum consilium respuunt, si Laici sunt post commonitionem si contempserint, à communione separentur.

Ex Conc. Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

25. Hi qui post sanctam Religionis professionem apostatant, & ad sæculum redeunt, & postmodum pœnitentia, communionem penitus non accipiant, quos etiam iubemus ad Clericatus officium non admitti, & quicumque ille sit post pœnitentiam, sæcularem habitum non præsumat, quod si præsumpserit ab Ecclesia alienus habeatur.

Ex Concil. Carthagin. secundum Gratianum.

4. Si quis Clericus aut Monachus verba scurrilia, ioculatoria, risum mouentia loquitur, acerrimè corripiatur.

Ex Concil. Carthaginensi 5. sub Anastasio, anno 398.

13. Si quis de alterius Monasterio repertum, vel ad Clericatum promouere voluerit, vel in suo Monasterio maiorem Monasterij constituere, Episcopus qui hoc fecerit à cæterorum communione seiunctus, suæ tantum plebis communione contentus sit, & ille neque Clericus, neque Præpositus perseueret.

Ex fragmentis Conc. Toletanorum.

Secundum Burchardum.

5. Vt Clerici qui se fingunt habitu & nomine Monachos esse & non sunt, omnimodis corrigantur atque emendentur, vt vel veri Monachi sint, vel veri Canonici.

Si aliquis incognitus Monasterium ingredi voluerit, ante triennium Monachi habitus ei non præstetur, & si intra tres annos aut seruus, aut libertus, vel colonus quæratur à Domino suo reddatur ei cũ omnibus quæ attulit,fide tamen accepta de impunitate, si autem intra triennium requisitus non fuerit,postea quæri non potest, nisi sit tàm longè quod inueniri non possit, sed tantum ea quæ in Monasterium adduxit Dominus serui recipiat.

Ex Concil. Arausicano 1. sub Leone I. anno 441.

28. Hi vero qui sunt desertores professæ castitatis, præuaricatores habendi, & his omnibus per pœnitentiam legitimam consulendum.

Ex Conc. Chalcedonensi Gener. 4. sub Leone I. anno 451.

4. Placuit neminem aut ædificare, aut constituere Monasteria, aut Oratorij domum sine conscientia ipsius Ciuitatis Episcopi, eos vero qui per singulas Ciuitates seu possessiones in Monasteriis sunt, subiectos esse debere Episcopo, & quieti operam dare, atque obseruare ieiunia & orationes in locis in quibus semel Deo se deuouerunt permanentes, & neque communicare Ecclesiasticis, neque sæculares aliquas tractare actiones, relinquentes propria Monasteria, nisi forte iubeantur propter vrgentes necessitates ab ipsius Ciuitatis Episcopo, & neminem seruorum suscipi in Monasterium, vt sit cum eis Monachus, nisi cum Domini proprij conscientia, prætereuntem vero hæc, decreuimus extra communionem esse, ne nomen Domini blasphemetur, conuenit vero Ciuitatis Episcopo,curam,sollicitudinemque necessariam Mõnasterij exhibere.

7. Vide Clerus.

8. 23. Vide Clerici.

16. Vide Moniales.

24. Quæ semel consecrata fuerint Monasteria cum iudicio sui Episcopi, maneant perpetuò Monasteria & res ad ea pertinentes conseruari ipsis Monasteriis decreuimus, nec alterius posse ea fieri sæcularia habitacula, qui vero permiserint hæc fieri subiaceant his condemnationibus quæ per Canones constitutæ sunt.

Ex Concil. Andegauensi sub Leone I. anno 453.

8. Monachi qui cœptam obseruationis viam relinquunt, & absque Epistolis, & absque certis negotiis vel necessitatibus per Regiones vagantur alienas, cognita districtione, si se non emendauerint, ab Abbatibus suis, vel à Sacerdotibus ad communionem non recipiantur.

Ex Concil. Venetico sub Leone I. anno 453.

5. Monachis, sine cõmendatitiis Epistolis Episcopi sui,licentia non pateat ambulandi aut euagandi,& in omni loco ad quem sine Epistolis Episcopi sui venerint, à communione habeantur alieni.

6. Quos si verborum increpatio non emendauerit, etiam verberibus statuimus coerceri.

7. Seruandum est de Monachis, ne eis ad solitarias cellulas liceat à congregatione discedere, nisi fortè probatis post emeritos labores, aut propter infir-

mitatis

mitatis necessitatem asperior ab Abbatibus regula remittatur, quo ita demum fiet, vt intra eadem Monasterij septa, manentes tamen sub Abbatis potestate, separatas habere cellulas permittantur.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho, anno 506.

27. Monasterium nouum nisi Episcopo aut permittente, aut probante, nullus incipere aut fundare præsumat, Monachi etiam vagantes ad officium Clericatus, nisi eis testimonium Abbas suus dederit, nec in Ciuitatibus nec in Parochiis ordinentur.

38. Vide Conc. Veneticum 453. c. 7.

56. Mancipia Monachis donata, ab Abbate non liceat manumitti, iniustum enim putamus, vt Monachis quotidianum rurale opus facientibus, serui eorum libertatis ocio potiantur.

58. Cellulas nouas aut congregatiunculas Monachorũ absque notitia Episcopi prohibemus institui.

Ex Concil. Aurelianensi 1. sub Symmacho, ann. 507.

9. Vide Abbas.

21. Monachi Abbatibus omni obedientia & deuotione subiaceant, quod si quis per contumaciam extiterit indeuotus, aut per aliqua loca vagari, aut peculiare aliquid habere præsumpserit, omnia quæ acquisierit ab Abbatibus auferantur secund. regulam Monasterio profutura, ipsi autem qui fuerant peruagati, vbi inuenti fuerint cum auxilio Episcopi tanquam fugaces sub custodia reuocentur.

22. Monacho orarium in Monasterio, nec zonas habere liceat.

23. Monachus in Monasterio conuersus, si pellici postea vel vxori fuerit sociatus, nunquam Ecclesiastici gradus officium sortiatur.

24. Nullus Monachus, congregatione Monasterij derelictâ, ambitionis vel vanitatis impulso cellolam construere, sine Episcopi permissione, vel Abbatis sui voluntate præsumat.

Ex Concil. Epannensi sub Symmacho, anno 507.

8. 10. Vide Conc. Agathen. 506. c. 56. 58.

Ex Concil. Tarraconensi sub Hormisda, anno 507.

1. Vide Mulieres.

11. Monachi à Monasterio foras egredientes, ne aliquod ministerium Ecclesiast. præsumant agere, nisi fortè cum Abbatis imperio, similiter nullus Monachorum forensis negotij susceptor, vel executor existat, nisi id quod Monasterij exposcit vtilitas, Abbate sibi nihilominus imperante, Canonum ante omnia Gallicanorum de eis constitutione seruata.

Ex Concil. Ilerdensi sub Ioanne I. anno 524.

3. De Monachis id obseruare placuit quod Synod. Agath. c. 27. noscitur decreuisse, hoc tantummodo adiiciendo, vt cùm pro Ecclesiæ vtilitate aliquos Episcopus probauerit, in Clericatus officio promouendos, cum Abbatis voluntate debeant ordinari, ea vero quæ in iure Monasterij de facultatibus offeruntur, in nullo, diœcesana lege, ab Episcopis contingantur, &c. Vide Ecclesia.

Ex Conci. Arelatensi 3. sub Ioanne I. anno 524.

Secundum Gratianum.

Monasteria, vel Monachorum disciplina ad eum pertineant Episcopum in cuius sunt territorio constituta.

Ex Concilio Barcinonensi sub Vigilio, anno 540.

10. De Monachis id obseruari præcipimus, quæ Synod. Chalcedonens. constituit.

Ex Concil. Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

11. Vide Ecclesiastica bona.

Ex Concil. Turonensi 2. sub Ioanne III. anno 570.

15. Nullus Sacerdotum, aut Monachorum colligere alium in lecto suo præsumat, nec liceat Monachis cellulas habere communes, vbi, aut bini maneant, aut singulares reponi possint, sed schola labore communi construatur vbi omnes iaceant, aut Abbate aut Præposito gubernante, vt dum duo vel tres vicissim & legant & excubent, alij consolentur.

16. Si qui in Monasterio conuersi sunt, aut conuerti voluerint, nullatenus exinde habeant licentiam euagandi, nec vllus eorum coniugem ducere, aut extranearum mulierum familiaritatem habere, &c. Si vxorem duxerit, excommunicetur.

17. Vt mulier intra septa Monasterij nullatenus introire permittatur, si Abbas in hac parte, aut Præpositus negligens apparuerit, qui eam viderit, & non statim eiecerit, excommunicetur.

18. Vide Ieiunium.

Ex Concil. Toletano 3. sub Pelagiô II. anno 589.

4. Si Episcopus vnam de Parochianis Ecclesiis suis Monasterium dicare voluerit, vt in ea Monachorum regulariter congregatio viuat, hoc de consensu Concilij sui habeat licentiam faciendi, qui etiam de rebus Ecclesiæ pro eorum substantia aliquid quod detrimentum Ecclesiæ non exhibeat, eidem loco donauerit, sit stabile, &c.

Ex Concil. Antisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

23. Si Monachus in Monasterio adulterium commiserit, aut peculiare habere præsumpserit, aut furtum fecerit, & hoc Abbas per se non emendauerit, aut Episcopo, aut Archidiacono non intimauerit, ad pœnitentiam agendam in alio Monasterio retrudatur.

24. Vide Abbas.

25. Non licet Monachis Commatres habere.

Ex Concil. Romano 2. sub Gregorio I. anno 595.

2. Vide Pontifex Romanus.

6. Quisquis ex Iuris Ecclesiastici, vel sæcularis militiæ seruitute, ad Dei seruitium conuerti desiderat, probetur prius in Laico habitu constitutus, & si mores eius atque conuersatio bono desiderio eius testimonium ferunt, absque retractatione seruire in Monasterio omnipotenti Domino permittatur, &c.

& Monachi ab Abbate victum, & vestitum consuetum accipiant.

5. Vt Compatres nullus eorum audeat habere.

6. Vt in ciuitatibus non inueniantur, quod si causa vtilitatis Monasterij, cum litteris Abbatis sui ad Archidiaconum Ciuitatis scriptis dirigantur.

8. Vt Abbati suo ac Præposito sint obedientes.

10. Vt nullus familiaritates extranearum mulierum præsumat habere, vt mulieribus in Monasterium Monachorum nullatenus ingredi liceat, nullus Monachum alterius absque permissu sui Abbatis præsumat retinere, sed cùm inuentus fuerit vagans, ad cellam propriam reuocetur, ibi iuxta culparum merita coërcendus.

15. De Abbatibus vero vel Monachis, ita obseruare conuenit, vt quidquid Canonicus Ordo vel Regula S. Benedicti edocet, & implere & custodire in omnibus debeant.

Ex Concil. Toletano 17. sub Sergio, anno 694.

Secundum Garsiam.

9. Vide Abbas.

11. Vide Conc. Agathense 506. c.58.

Ex Concil. Ratisponensi sub Zacharia, anno 742.

13. Vide Luxuria.

16. Monachi & ancillæ Dei Monasteriales, iuxta Regulam S. Benedicti viuere studeant.

Ex Concil. Leptinensi sub Zacharia, anno 743.

1. Vide Conc. Ratispon. 742. c.16.

Ex Concil. Romano sub Zacharia, anno 743.

8. Vide Clericorum Mores.

Ex Concil. in Palatio vernis sub Stephano III. ann. 756.

5. Vt Monasteria tàm virorum quàm puellarum secund. ordinem regulariter viuant, & si hoc facere contempserint, Episcopus in cuius Parochia esse videntur, hoc emendare debeat, quod si non potuerit, illi quem Metropolitanum constituimus hæc innotescant, & ipse hoc emendari faciat, quod si hoc nec ipse emendare potuerit, ad Synod. publicam exinde veniant, & ibid. Canonicam sententiam accipiant.

10. Vt Monachi qui veraciter regulariter viuunt, ad Rom. Sedem vel alicubi vagari non permittantur, nisi obedientiam Abbatis sui exerceant, & si talis caussa euenerit quod ille Abbas sic remissus vel negligens inueniatur, & in manus Laicorum ipsum Monasterium veniat, & hoc Episcopus emendare non potuerit, & aliqui tales Monachi ibidem fuerint, qui propter Deum de ipso Monasterio migrare velint, propter eorum animas saluandas, hi per consensum Episcopi licentiam habeant.

11. De illis hominibus qui dicunt quod se propter Deum tonsurassent, & modo res eorum, vel pecunias habent, & nec sub manu Episcopi sunt, nec in Monasterio, sint sub ordine regulari, aut sub manu Episcopi sub ordine Canonico, & si aliter fecerint, & correpti ab Episcopo suo se emendare noluerint excommunicentur, & de ancillis Dei eadem forma seruetur.

Ex Concil. Nicæno 2. vniuers. 7. sub Adriano I. anno 787.

14. Vide Clerus.

17. Quidam Monachi suis Monasteriis relictis, vt qui imperare desiderent, & parere recusent, Oratoria ædificare aggrediuntur, cùm ea non habeant, quæ ad perfectionem pertinent, si quis ergo hoc facere aggressus fuerit, prohibeatur ab eius loci Episcopo, &c.

18. Vide Clericorum Cœlibatus.

19. Vide Simoniaci.

20. Vide Monasterium.

21. Non oportet Monachum vel Monacham proprium relinquere Monasterium, & ad aliud se conferre, si hoc autem contigerit, ipsum vt hospitem accipi est necessarium, sed eum recipi sine mente Monasterij eius Præfecti non conuenit.

22. Cui quieta est vita & solitaria, vt qui Domino Deo iugum Monasticum tollere statuerit in solitudine & silentio sedebit, atque nec iis etiam qui vitam Sacerdotalem elegerint, licet omnino seorsum cum mulieribus comedere, nisi vtrique cum diuinis & religiosis viris ac mulieribus, vt ipsum etiam conuiuium ad spiritalem correctionem adducat.

Ex Concil. Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

8. Vt non amplius suscipiantur in Monasterio Canonicorum & Monachorum, seu etiam puellarum, nisi quantum ratio permittit, & in eodem Monasterio absque necessariarum rerum penuria viuere possint.

Ex Concil. Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

25. Monasteria Monachorum in quibus olim Regula S. Benedicti Patris conseruabatur, sed nunc fortè qualicunque negligentia subrepente remissius ac dissolutius custoditur, bonum videtur, vt ad pristinum reuertantur statum, & Abbates eorumdem, in eodem habitu ac vita, qua ipsa regula præcipit eos incedere, viuere studeant.

31. Vide Conc. Arelat. 4. an. 813. c.8.

Ex Concil. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

7. 13. Vide Episcoporum mores.

12. Vide Presbyteri.

22. Inquiratur diligenter, vbi secundum S. Benedicti ordinem viuitur, & vbi ab ipso ordine digressum est, vt iuxta eiusdem B. Viri institutionem viuere certent, qui se vt ita viuerent cum attestatione professi sunt.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

11. Abbates ita cum Monachis suis pleniter viuant, secund. doctrinam S. Regulæ Benedicti, quantum humana permittit fragilitas.

12. Monachi ad secularia placita nullatenus veniant, neque ipse Abbas sine consilio Episcopi sui, & cum necessitas exigit, nequaquam tamen contentiones aut lites aliquas ibi mouere præsumat, sed quidquid quærendum vel etiam respondendum sit, per Aduocatos suos hoc faciat, Abbates & Monachi vsque ad interrogationem silentium habeant, & cùm interrogantur, cum humilitate & reuerentia respondeant, alias querelas omnino deuitent, in eorum claustro permaneant, nullusque ex eis foras vadat, nisi per

necessita

necessitatem ab Abbate mittatur in obedientiam, nec foras manducent, neque bibant, sine permissione Abbatis, nec ad conuiuia sæcularia vadant.

14. Vide Clericorum mores.

21. Vnusquisque Episcopus sciat per singula Monasteria quantos quisque Abbas Canonicos in Monasterio suo habeat, & hoc omnino ambo pariter prouideant, vt si Monachi fieri voluerint, regulariter viuant, sin autem canonicè.

23. Vide Clerici.

Ex Concil. Rhemensi 2. sub Leone III. anno 813.

25. Vt Monachi & Canonici pleniter consilium habeant qualiter Deo militare, animasque eorum melius valeant custodire, ne, propter aliquam necessitatem, occasionem, quærant euagandi.

26. Vt Monachi & Canonici tabernas ad edendum vel bibendum non ingrediantur.

27. Vt in Ciuitatibus & Monasteriis non maior numerus seruientium Deo mittatur, quàm possibilitas eis ministrandi fuerit.

28. Vt cupiditatis & auaritiæ malum nullatenus sectentur.

29. Vt Monachi ad placita sæcularia nullatenus vadant.

30. Vt nemo Sacerdotum, vel Monachorum negotiis illicitis se implicet.

31. Vt turpia lucra, & vsuras minimè exerceant.

Ex Concil. Aquisgranensi I. sub Stephano V. anno 816.

115. Quia Monachi nihil sibi proprium reliquerunt, manifestum est illos copiosius Ecclesiæ sumptibus, quam Canonicos qui suis & Ecclesiæ licitè vtuntur rebus, indigere.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Paschali I. anno 817.

2. Vt Monachi omnes qui possunt, Regulam memoriter teneant.

3. Vt officium quod in Regula S. Benedicti continetur, celebrent Monachi.

4. Vt in coquina, in pistrino, & in cæteris officinis, propriis operentur manibus, & vestimenta sua, opportuno tempore lauent.

5. Vt nullo vnquam tempore post vigilias causa dormiendi, nisi contigerit eos ante horam constitutam surgere, ad lectos redeant suos.

6. Vt in quadragesima nisi in Sabbato S. non radantur, in alio enim tempore semel per quindecim dies radantur, & in octauis Paschæ.

7. Vt balneorum vsus in arbitrio Prioris consistat.

8. Vt volatilia intus forisve, nisi pro infirmitate, nullo tempore comedant.

9. Vt nullus Episcoporum Monachis volatilia comedere præcipiat.

10. Vt poma & lactucæ, nisi quando alios sumitur cibus, non comedantur.

11. Vt certum phlebotomiæ tempus non obseruent, sed vnicuique quod necessitas expostulat concedatur, & specialis in cibo & in potu tunc consolatio præbeatur.

12. Vt si necessitas poposcerit ob operis laborem post refectionem vespertinam, etiam & in quadragesima pari modo, & quando officium mortuorum celebratur priusquam lectio completorij legatur, bibant.

13. Vt cùm à quocunque Priore suo increpatus quis eorum fuerit, mea culpa primo dicat, dehinc prosternens se illius pedibus, cum cappa si habuerit, veniam petat, & tunc, iubente Priore, surgat, & vnde interrogatus fuerit, rationem humiliter reddat.

14. Vt nudi, pro qualibet culpa, coram fratrum obtutibus non flagellentur.

15. Vt soli sine alio fratre, in via non dirigantur.

16. Vt sibi Compatres, Commatres non faciant, neque osculentur feminas.

17. Vt si necessitas fuerit eos occupari in frugibus colligendo constitutum legendi, & meridie pausandi tempus prætermittatur, & operantes non murmurent.

18. Vt quarta & sexta feria ieiunantes ante nonam, aut post nonam, si necessitas fuerit, iuxta Prioris arbitrium leuia opera exerceant.

19. Vt in Quadragesima libris de Bibliotheca, secundum Prioris dispositionem, acceptis, alios, nisi Prior decreuerit expedire, non accipiant.

20. Vt eis vestimenta nec multum vilia, nec multum pretiosa, sed mediocria dentur.

21. Vt mensura cucullæ duobus consistat cubitis.

23. Vt in Quadragesima sicut & in alio tempore vicissim sibi pedes lauent, & antiphonas huic officio congruentes decantent.

24. Vt mandatum post cœnam fiat.

26. Vt villas frequenter &, nisi necessitas coëgerit, non circumeant, neque suis illas Monachis custodiendas committant, & si eos ire ad eas necessitas fuerit, expleto necessitatis negotio ad sua mox Monasteria redeant.

28. Vt seruitores non ad vnam mensam, sed in propriis locis post refectionem fratrum reficiant, quibus eadem lectio quæ fratribus recitata est, recitetur.

29. Vt lectori nihil, nisi quod Regula iubet, detur.

30. Vt Alleluia in Septuagesima dimittatur.

33. Vt de Senioribus Monasterium circumeuntibus quidam cum fratribus in obedientiam exeant, quidam in Monasterio remaneant.

34. Vt nouitio non facilis in Monasterium tribuatur ingressus, & vt in cella hospitibus seruiat paucis diebus, res vero quas habet parentibus suis commendet, expleto probationis suæ anno, secund. quod Regula præcipit inde faciet; ipse verò nec tondeatur, nec vestimenta pristina immutet, priusquam obedientiam promittat.

35. Vt Monachus professione facta, tribus diebus cuculla coopertum habeat caput.

36. Vt puerum pater aut mater tempore oblationis offerant Altari, & petitionem pro eo coram Laicis testibus faciant, quam tempore intelligibili ipse puer confirmet.

37. Vt infantes oblati carnem, nonnisi causa infirmitatis, manducent.

38. Vt quando fratres post Sextam dormiunt, si quis eorum voluerit legere, in Ecclesia aut in lecto suo legat.

39. Vt in Quadragesima vsque ad Nonam operentur fratres, quatenus Missa celebrata, congruo tempore reficiant.

40. Vt domus remota habeatur huiusmodi his qui fugere, aut pugnis baculisve inter se voluerint confligere, aut quibus ex integro factæ sunt regulares disciplinæ, qua in hyeme ignis possit accendi, & atrium iuxta sit in quo valeant, quod eis iniungitur operari.

41. Vt si quis negligenter sonitum fecerit, aut aliud quid excesserit in Refectorio, mox à Priore veniam petat.

42. Vt nullus plebeius seu Clericus sæcularis in Monasterio adhabitandum recipiatur, nisi voluerit fieri Monachus.

43. Vt

43. Vt nemini liceat sermonem iuramenti aut affirmationis, nisi sicut sancti Patres soliti fuerint loqui.

45. Vt schola in Monasterio non habeatur, nisi eorum qui oblati sunt.

46. Vt in præcipuis solennitatibus, id est in Natali & in Octauis Domini in Epiphania, in Pascha quoque & Ascens. Domini, in Pentecost. & in SS. festiuitatibus, id est S. Stephani, B. Ioan. Euang. & in natali infantium, in Purificatione & Assumptione S. Mariæ, similiter & in BB. Apostol. festis,& in S. Ioannis Bapt. Natiuitate S. quoque Laurentij atque Martini, seu in natalitiis quibuslibet Sancti, cuius honor in qualicumque Parochia specialiter celebratur, plenarium officium agatur, & bis reficiatur.

47. Vt in Paralceue non aliud nisi panis & aqua sumatur.

48. Vt benedictio post Completorium à Sacerdote dicatur.

49. Vt de omnibus in eleemosyna datis tàm Ecclesiæ quàm fratribus decimæ pauperibus dentur.

50. Vt prætermissis partialibus psalterij psalmis, speciales pro eleemosynariis & defunctis cantentur.

51. Vt in hebdomada Pentec. non flectantur genua & non ieiunetur, nisi statuti fuerint dies.

52. Vt Laicus causa manducandi ac bibendi, in Refectorium non ducatur.

53. Vt quoties exposcit necessitas, vestimenta & calceamenta, & omnia necessaria fratribus dentur.

55. Vt senior Decanus reliquis Decanis præponatur, & Abbate vel Præposito præsente locum proprium teneat.

56. Vt Præpositus, Decanus, Cellarius de eorum ministerio, nisi causa vtilitatis, aut necessitatis non remoueantur.

57. Vt libra panis 30. solidis per 12. denarios metiatur.

58. Vt Dormitorium iuxta Oratorium constituatur, vbi superuenientes Monachi dormiant.

60. Vt duo tantum signa ad Tertiam, Sextam, Nonamque pulsentur.

61. Vt Monachi cappas disconsutas præter villosas non habeant.

63. Vt docti fratres eligantur qui cum superuenientibus Monachis loquantur.

64. Vt de furto incerto, oratio & excommunicatio à corpore & sang. Christi fiat, quousque culpabilis confiteatur.

65. Vt si frater aduersus fratrem pro qualibet culpa testimonium protulerit, fratri perfectiori credatur.

66. Vt Psalmus inuitatorius & gloria pro defunctis non cantetur.

67. Vt lector stando benedictionem postulet.

68. Vt Eulogiæ fratribus à Presbyteris in Refectorio dentur.

69. Vt ad Capitulum primitus Martyrologium legatur,& dicatur versus, deinde Regula aut homilia quælibet legatur, deinde Tu autem Domine dicatur.

70. Vt ad Capitulum lectio tradatur similiter ad consolationem, si tempus fuerit opportunum.

71. Vt quando fratres æstiuo tempore ieiunant,post Sextam dormiant.

72. Vt is qui noxæ culpa tenetur, die Dominico remissius habeat,& veniam non petat.

74. Vt ad Missam, *Sanctus*, stantes, & *Pater noster*, genuflectentes dicant.

75. Vt nullus pro munere recipiatur in Monasterio, nisi quem bona voluntas, & merita commendant.

76. Vt vnicuique fratri in cibo & potu sua mensura separatim detur, & de tota mensura sibi data alicui nihil tribuat.

77. Vt fratres aliquid pinguedinis in victu quotidiano habeant, excepta sexta feria, & diebus octo ante Natale Domini, & à Quinquagesima vsque ad Pascha.

78. Vt volatilia in Natale Domini, & in Pascha tantum quatuor diebus (si est vnde) comedant, si vero non fuerit vnde, non requiratur per debitum? si autem Abbas aut Monachi abstinere se voluerint,in eorum sit arbitrio.

79. Vt mussulæ veruecinæ Monachis dentur.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

28. Vide Episcoporum officium.
46. Vide Confessio.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

2. Ipsos Monachos absque canonicæ auctoritatis iugo effrenatos, per sæcularia negotia minimè oportet discurrere, & villicis atque sæcularibus curis inseruire, sed secund. institutionem Canonicam in quibus renunciauerunt contentos esse, & neque sæcularibus neque Ecclesiasticis negotiis,nisi in causa necessitatis accepta tamen propriæ Ciuitatis Episcopi licentiâ, interesse.

5. Monachi non debent paruipendere Pastores suos in cuiuscumque Parochia consistentes, sicut aliqui faciunt.

23. Monachi in publicis locis sine ratione decenti discurrere prohibeantur, quia hoc à proposito ipsorum procul absistit.

Ex Concilio Vernensi sub Sergio II. anno 844.

3. Religiosi & idonei viri dirigantur qui Monasteria scrutentur, in quibus collapsa est disciplina.

4. Monachi vagi ad sua loca reuertantur, & profugi vel eiecti corrigantur.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

10. Vide Monasterium.
54. Vide Prædicatio.

57. Vt Monachi quibus Monasteriorum cura commissa non est, passim & sine authoritate palatium non adeant, nec in eo immorentur, vel vbi & vbi discurrere, ac peruagari præsumant, sed si tales quilibet fuerint, vt vtiles & necessarij Ecclesiæ ac Principi reperiantur, cum authoritate Episcopi canonicè ac religiosè pergant, sin autem in Monasteriis suis sicut Canonica & Regularis institutio, religiosè resideant, quos etiam nec Episcopus, nec Abbas, vel quilibet alius,vetedariorum more,in mussaticis instanter transmittat, &c.

59. Vt Monachos de Monasterio sine consultu vel præsentia Episcopi aut Vicarij eius ad hoc regulariter deductus non eiiciatur, cuius dispositione & authoritate de cætero vita, & conuersatio electi, ne perditus perpetuo fiat, si aliquo modo saluari poterit, ordinari debet atque decerni.

Ex Concil. Moguntino sub Leone IV. anno 847.

13. Vide Clericorum Mores.

14. Nullus Monachorum aliquid proprietatis habeat,

beat, & res sæculares quibus renunciauit nullatenus sibi vsurpet, nec Parochias Ecclesiarum accipere præsumat sine consensu Episcopi, de ipsis vero titulis in quibus constituti fuerint, rationem Episcopo, vel eius Vicario reddant, & conuocati ad Synodum veniant.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

23. Vide Clericorum officium.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 855.

9. Ea Monasteria quæ adhuc statum suum retinent, vnumquemque Episcoporum, in cuius Parochia constituta sunt prouidere oportet, vtrum ordinem suum teneant, quod si aliter inuenerit, vna cum Rectore Monasterij corrigere debebit, quod si Rectoris Monasterij principaliter culpa fuerit, & se suosque subditos ad Episcopi sui admonitionem corrigere dissimulauerit, synodica debet auctoritate percelli.

Ex Concil. Tullensi 2. sub Nicolao, anno 860.

5. Clericis & Monachis vagis omnis necessitas imponatur, quatenus ad ordinationem Episcoporum & Abbatum suorum reuertantur, & sub disciplina eorum maneant.

Ex Concil. Vvormatiensi sub Adriano II. anno 868.

22. Vide Conc. Tolet. 10. an. 856. c. 6.

23. Monachum aut paterna deuotio, aut propria professio facit, quidquid horum fuerit alligatum tenebit.

Ex Conc. Constantinop. Gener. 8. sub Adriano II. anno 869.

14. Vide Episcoporum officium.

Ex Concil. Triburiensi sub Formoso, anno 895.

26. Si quis Monachus pro lucro animæ, vel animarum à suo Monasterio exire, & aliud proposuerit intrare, consentientibus Episcopo, Abbate & fratribus, consentimus & concordamus, quia id fecisse multos SS. legimus, si vero fuga regularis disciplinæ elapsus, propositum sanctitatis calcauerit, omnimodis coërcendus, & ab omnibus detestandus, atque omni onere est grauandus, vt saltem rubore verecundiæ confusus, & onere paupertatis afflictus redeat, quem relicta singularitatis professione inimicus tenebat.

Ex Concil. Augustano sub Ioanne XI. anno 952.

5. Diuersa sæcularis vitæ negotia fugientes, & Monasticæ institutionis normam aggredientes extra claustrum sine licentia proprij Abbatis ire non licet, sed tantummodo ieiunio & orationi vacare, in locis quibus renunciauerunt sæculo, permanentes.

6. Vide Conc. Ticinen. 855. c. 9.

7. Vide Conc. Toletan. 633. c. 49.

Ex Concil. Rhemensi sub Leone IX. anno 1049.

9. Vide Clericorum mores.

Ex Concil. Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

2. Vide Abbas.

Ex Concil. Toletano sub Victore II. anno 1056.

5. Si quis Clericorum, adipiscendæ Abbatiæ causa, Monachus effectus fuerit, in Abbatia quidem Monachus permaneat, sed ad ipsum honorem ad quem spirabat, nullatenus accedat, quod si præsumpserit, excommunicetur.

6. Abbates & curam Monasteriorum exerceant, & eis victum & vestitum secundum Regulam S. Benedicti præbeant, & hoc agentes proprium eos habere nullatenus permittant, ipsi vero Monachi absque voluntate Abbatis Præposituram aliquam non teneant.

Ex Concil. Romano sub Nicolao II. ann. 1059.

7. Nullus habitum Monachi suscipiat, spem aut promissionem habens, vt Abbas fiat.

Ex Concilio Romano sub Alexandro II. anno 1059.

11. Vide Conc. Roman. 1059. c. 7.

Ex Concilio Anglicano sub Gregorio VII. anno 1063.

2. Monachi ordinem debitum teneant, infantes præcipuè & iuuenes, in omnibus locis deputatis sibi idoneis Magistris custodiam habeant, nocte luminaria ferant, generaliter omnes nisi à Prælatis concessa Prioritate careant, si quis aliquid proprij, sine præfata licentia, habere in morte fuerit deprehensus, nec ante mortem id reddiderit, nec signa pro eo pulsentur, nec salutaris pro eius absolutione Hostia immoletur, nec in cœmeterio sepeliatur.

Ex Concil. Ostionensi in Gallia sub Vrbano II. anno 1094.

3. Monachis interdicitur, ne Parochialium Sacerdotum officia in Parochiis vsurpent.

Ex Concilio Pictauiensi sub Paschali II. anno 1100.

5. Vide Pœnitentia.

Ex Concilio Londinensi sub Paschali II. anno 1102.

11. Vide Clericorum mores.

19. Ne Monachi Compatres, nec Monachæ Commatres fiant.

20. Ne Monachi teneant villas ad firmam.

21. Ne Monachi Ecclesias nisi per Episcopos accipiant, neque sibi datas ita expolient suis redditibus, ne Presbyteri ibi seruientes in his quæ sibi & Ecclesiis necessaria sunt penuriam patiantur.

Ex Concil. Pictauiensi 2. sub Paschali II. anno 1109.

5. Nemo Monachorum deinceps manipulis vtatur, nisi fuerit Subdiaconus ordinatus.

10. Clerici regulares iussu Episcopi sui baptizare, prædicare, pœnitentiam dare, mortuos sepelire licenter possint.

11. Nullus

11. Nullus Monachorum Parochiale Ministerium Presbyterorum baptizare, prædicare, pœnitentiam dare præsumat.

Ex Conc. Lateran. 1. vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1112.

19. Possessiones Ecclesiarum Episcoporum, tricennales Abbates vel Monachos habere omnimodis prohibemus.

Ex Concil. Londinensi sub Honorio II. anno 1127.

1. 3. Vide Simoniaci.
7. Vide Episcoporum Officium.

Ex Conc. Lateran. 3. vniuers. 10. sub Innoc. II. anno 1139.

9. Monachi & Regulares Canonici leges temporales & medicinam gratia lucri temporalis non addiscant, Episcopi autem Abbates & Priores tantæ enormitati consentientes, & non corrigentes propriis honorib. spolientur, & ab Ecclesiæ liminibus arceantur.
15. Vide Clerici honorandi.

Ex Concil. Turonensi sub Alexandro III. anno 1163.

8. Nulli omnino post votum Religionis, post factam in aliquo loco professionem ad Physicam, legesve mundanas legendas permittantur exire, si verò exierit, ac ad Claustrum suum infra duorum mensium spatium non redierit ab omnibus euitetur.

Ex Conc. Londinensi sub Alexandro III. anno 1175.

7. Vide Schismatici.
9. Ne Monachi vel Clerici causa lucri negotientur, ne Monachi à Clericis vel Laicis firmas teneant.

Ex Conc. Later. 4. vniuers. 11. sub Alexand. III. anno 1179.

6. Ne Monachi siue quicunque Religiosi pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra Regularem Prælati sui & Capituli disciplinam appellare præsumant, sed humiliter & deuotè suscipiant quod pro salute sua vtiliter eis fuerit iniunctum.

9. Religiosi in Ecclesiis quæ ad eos pleno iure non pertinent, instituendos Presbyteros Episcopis præsentent, vt eis quidem de plebis cura respondeant, ipsis verò pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem, institutos autem, Episcopis inconsultis, non audeant remouere. Vide milites Religiosi.

10. Monachi non precio recipiantur in Monasterio, non peculium permittantur habere, non singuli per villas & oppida, seu ad quascunque ponantur Ecclesias Parochiales, sed in maiori Conuentu, aut cum aliquibus fratribus maneant, nec soli inter seculares homines spiritualium hostium conflictionem expectent, &c. Si quis autem exactus pro sua receptione aliquid dederit ad sacros ord. non ascendat, &c. Prioratus quoque siue obedientiæ pretij datione nulli tradantur, alioquin & dantes & accipientes à Ministerio Ecclesiast. hant alieni.
11. Vide Clericorum Mores.

Ex Concil. Eboracensi sub Celestino III. anno 1194.

14. Ne Monachi, Canonici Regulares redditus, quos obedientias vocant, ad firmam teneant, nec iter peregrinationis arripiant, nec extra Monasteria sine certa & rationabili causa, nec absque societate cuius certa sit honestas & indubitata, proficiscantur.

Ex Concil. in Dalmatia & Dioclia Regnis sub Innocentio III. anno 1199.

5. Vide Clerici honorandi.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

7. 14. Vide Conc. Lateran. vniuers. 11. an. 1179. cap. 6. 9. 10.
14. Ne Monachi aut Canonici nigri vel Moniales nigræ, cappis coloratis vtantur, sed tantum nigris; nec vtantur coopertoriis nisi nigris vel albis cum pellibus agninis, vel catinis, vel vulpinis, Monachi etiam aut alij Religiosi pileis non vtantur, nec obtentu peregrinationis claustrum egrediantur; in qualibet Ecclesia Monachorum vel quorumlibet Religiosorum suis vsibus canonice appropriata, Vicarius constituatur prouisione Episcopi, honestum & sufficientem sustentationem de bonis Ecclesiæ percepturus.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 12. sub Innocent. III. anno 1215.

13. Ne quis de cætero nouam Religionem inueniat, sed quicunque voluerit ad Religionem conuerti, vnam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit Religiosam domum fundare de nouo, regulam & institutionem accipiat de Religionib. approbatis, &c. ne quis in diuersis Monasteriis locum Monachi habere præsumat.
55. Vide Decimæ.
57. Quibusdam Regularib. Sedes Apost. indulsit, vt iis qui eorum fraternitatem assumpserit, si forsan Ecclesiæ ad quas pertinent fuerint officiis interdictæ, ipsusque mori contingat, sepultura Ecclesiast. non negetur nisi excommunicati vel interdicti fuerint nominatim, suos Confratres quos Ecclesiarum Prælati apud Ecclesias suas non permiserint sepeliri, nisi excommunicati vel interdicti fuerint nominatim, ipsi ad Ecclesias suas deferant tumulandos, hoc autem de illis Confratrib. intelligimus, qui vel adhuc manentes in sæculo eorum ordini sunt oblati, mutato habitu sæculari, vel qui eis sua bona dederunt, retento scilicet, quamdiu in sæculo vixerint, vsufructu, qui tamen sepeliantur apud ipsorum Regularium vel aliorum interdictas Ecclesias in quibus elegerint sepulturam, &c. Illud etiam pro huiusm Regularib. est indultū, si qui fratrum suorum qui ab eis missi fuerint ad recipiendas fraternitates seu collegas in quamlibet Ciuitatem, castellum vel vicum aduenerint, si fortè locus ille à diuinis sit officiis interdictus, in eorum iucundo aduentu semel in anno aperiantur Ecclesiæ, vt exclusis excommunicatis diuina ibi officia celebrentur, sic intelligi volumus quod in ead. Ciuitate aut Castro, aut villa, vna tantum Ecclesia eiusd. ord fratrib semel aperiatur in anno.
59. Ne quis Religiosus absque Abbatis & maioris partis Capituli sui licentia pro aliquo fideiubeat, vel ab alio pecuniam mutuo accipiat, vltra summam cōmuni prouidentia constitutam, alioquin non teneatur Conuentus pro his aliquatenus respondere.
61. Ne quilibet Regulares Ecclesias seu decimas sine consensu Episcoporum de manu præsumant recipere laicali, nec excommunicatos vel nominatim interdictos admittant aliquatenus ad diuina, &c. In Ecclesiis verò quæ ad ipsos pleno iure non pertinent Episcopis, &c. Vide Conc. Lateran. Vniu. 11. an. 1179. c. 9.
64. Vide Moniales.

Ex Concilio Oxonienſi ſub Honorio III. anno 1222.

48. Vide Eccleſiaſtica bona.

50. De cætero pro receptione alicuius in domum Religionis pecuniam aut quidquid aliud extorquere non præſumant, adeo vt ſi præ paupertate domus, debeat veſtire ſeipſum, prætextu veſtium, vltra iuſtum pretium earum ab eo nihil penitus recipiatur.

54. Tàm Monachi quàm Canonici Regulares & Moniales in vno dormitorio pariter dormiát & quieſcant, ſingulis perſonis, ſingulis lectis aſſignatis, & in vno refectorio ſimul edant, nec per ſe cuilibet, ſed cómuniter omnibus victualia præparentur, nec ſingulis eorũ denarij pro veſtibus tribuantur, ſed talia per certas perſonas ad hæc deputatas puta Camerarios vel Camerarias diligenter expediantur, &c. Et cum eis noua tradita ſunt, vetera ab eis recipiantur, quæ in vſus pauperum vel alias neceſſitates de conſilio Abbatis vel Prioriſſæ vel Abbatiſſæ vel Prioris conuertantur, Camerario autem vel Camerariæ non liceat aliquid recipere, &c. Monachus non recipiatur minor 18. annis, niſi euidens vtilitas ſeu neceſſitas inducat.

55. Tàm à Monachis quàm Canonicis Regularib. & Monialib. ſilentium inpunimus obſeruari in temporib. & locis conſtitutis, nec viris aut mulieribus Religioſis abſque Superioris licentia egredi liceat ſepta domus, nec ſine certa & honeſta cauſa egrediendi eis licentia concedatur, ita tamen quod nulli clauſtraliũ, cauſa orationis aut viſitandi parentes pateat aditus exeundi, niſi talis fortè fuerit de quo nihil ſiniſtrum poſſit quis aut debeat merito ſuſpicari, qui ſemper habeat Collegam, & quoties aliter licentia exeundi indulgeatur, certus dies eid. præfigatur in quo redeat. Vbicunque propter exceſſum viderit Epiſcopus vel Abbas vel Prior Conuentualis non habens Abbatem expedire, vt quis ad tempus alibi mutetur, ad aliam domum Religionis eiuſd. in eod. Epiſcopatu transferatur, &c. Ita vt ſi ex mora ipſius Eccleſia in qua moratur grauata videatur, vice verſa mittat aliquem de ſuis qui interim moram faciat in Monaſterio delinquentis, nec prius rediens ipſe qui deliquit in domo ſua recipiatur, quam plené pœnituerit de commiſſo, & per ſuum Superiorem reuocetur.

56. Omnem ſingularitatem interdicimus in Refectorio, vt cibus aliter vni quàm alteri præparetur, ſed qui præeſt videat, vt ſcilicet interdum talia præparentur, de quibus aliorum debilitas, vel infirmitas, prout viderit expedire, valeat releuari, &c. Totum reſiduum, ſine diminutione aliqua cedat in eleemoſy, nam indigentibus fideliter erogandam, ita quod nec Abbas nec Prior, nec Eleemoſynarius poſſit huc diſpenſare.

57. Per nullam ſocietatem vel conſiderationem admittantur Monachi in alterius Monaſterio ad moram faciendam, niſi cum litteris Epiſcopi, vel Abbatis vel Prioris Conuentualis non habentis Abbatem, idem inter Canonicos Regul. & Moniales volumus obſeruari.

58 Nulla perſona in Regulari ord. conſtituta condere teſtamentum præſumat, cum nihil habeat ſuum temporale quod transferre valeat in dominium alienum, nec Monachus nec Canonicus Eccleſiam vel Monaſterium, vel quodlibet prædium Eccleſiæ ſuæ audeat retinere ad firmam.

59. Nec Monachi nec Canonici Regulares niſi ſtatutis locis & horis, potationi aut comeſſationi vacare præſumant, ſi quis vero ſitiuerit, impetrata licentia Refectorium regulariter intret, &c. Ab hac generaliter eximimus infirmos, & eos qui fuerint in obſequio Prælatorum.

60. Cùm ratione debilitatis vel alia iuſta ratione Monachi ſeorſum in miſericordia morentur, ſemper habeant ſecum ad minus alios ſeniores, qui aliorum leuitatem debita correctione compeſcant, & qui poſtmodum in Capitulo teſtificentur qualiter in miſericordia fuerint conuerſati.

Ex Concil. Londinenſi ſub Gregor. IX. anno 1237.

18. Quod Abbates ord. S. Benedicti per Angliam conſtituti nuper ſtatuerunt, vt de cætero ſecundum S. Bened. Regulam ab eſu carnium debeant abſtinere, exceptis debilibus & infirmis, approbantes ſtatuimus inuiolabiliter obſeruari.

Ex Concil. Viennenſi ſub Clemente IV. anno 1267.

9. Vide Clericorum Officium.

14. Vniuerſis Epiſcopis Saltzburgenſis Prouinc. & Epiſcopo Pragenſi præcipimus, vt quilibet ipſorum intra dimidium annum aſſumptis ſecum duobus Abbatibus Ciſterſien. ordin. omnia clauſtra nigrorum Monachorum ſuæ Diœceſis corrigat & reformet, tàm in capite quàm in membris, illis tamen exceptis qui R. Eccleſiæ nullo medio ſubeſſe noſcuntur.

Ex Conc. Lugdun. Gener. 14. ſub Gregor. X. anno 1274.

23. Cunctas Religiones & Ordines mendicantium poſt Conc. Lugdun. vniu. 13. an. 1246. adinuentos qui nullam confirmationem Sedis Ap. meruerunt, perpetuæ prohibitioni ſubiicimus, confirmatos tamen per Sed. eamd. poſt tamen idem Conc. inſtitutos quibus ad congruam ſuſtentationem redditus aut poſſeſſiones habere profeſſio ſiue Regula vel conſtitutio quælibet interdicit, ſed per quæſtum publicum tribuere victum ſolet incerta mendicitas, modo ſubſiſtere decernimus infra ſcripto, vt Profeſſorib. eorumd. ordinum ita liceat in illis remanere ſi velint, quod nullum deinceps ob eorum profeſſionem admittant, nec de nouo domum aut aliquem locum acquirant, nec domos ſeu loca quæ habent alienare valeant, ſine Sed. eiuſd. licentia ſpeciali, nos enim diſpoſitioni Sed. Ap. reſeruamus in terræ S. ſubſidium vel pauperum aut alios pios vſus per locorum Ordinarios, vel eos quib. ipſa Sedes commiſerit conuertenda, contrarium facientes excommunicationem incurrant, perſonis quoque ipſorum ordinum omnino interdicimus, quoad extraneos, prædicationis, & audiendæ confeſſionis officium aut etiam ſepulturam; ſane ad Prædicatorum & Minorum Ordines quos euidens ex eis vtilitas Eccl. vniuerſali prouenniens perhibet approbatos, præſentem non patimur conſtitutionem extendi, cæterum Carmelitarum & Eremitarum S. Auguſt. ordines quorum inſtitutio dictum Conc. Generale præceſſit, in ſuo ſtatu manere concedimus, donec de ipſis fuerit aliter ordinatum, &c. Ad hæc perſonis ordinum ad quos conſtitutio præſens extenditur, tranſeundi ad reliquos ord. approbatos licentiam concedimus generalem, ita quod nullus ordo ad alium, vel Conuentus ad Conuentum ſe ac loca ſua totaliter transferat, Sedis eiuſdem permiſſione ſuper hoc ſpecialiter non obtenta.

28. Vide Clerici honorandi.

Ex Concilio Saltzburgenſi ſub Greg. X. ann. 1274.

1. Nullus deinceps Prælatus, nullus Plebanus aut alius cuiuſcunque ord. vel Religionis exiſtat, maſculũ aut feminam tonſurare, aut benedicere ſibi veſtes præſumat, niſi certam de approbatis profiteatur Regulam, & ſe deſtinet certo loco, eos verò vel eas, qui vel

quæ

quæ contrarium fecerint, à locorum Rectoribus, vel Plebanis per censuram Ecclesiast. monitione præmissa compelli præcipimus.

21. Nulli Religioso liceat extra suam professionem vel ordinem sibi eligere Confessorem, nisi de Prælati sui licentia speciali.

23. Si aduers. correctionem Superioris sui Monachus aut Religiosus quicunque, sæcularis personæ adiutorium aut potentiam duxerit inuocandam, si huiusm. inuocatione vsus fuerit, carcerali custodia tantoperè concludatur donec præsumptionem huiusm. pro Superioris arbitrio pœna sufficiens recompenset, & præsumptor nullo vnquam tempore in ead. Eccl. seu Monasterio, cuiusquam dignitatem vel administrationis officium consequatur.

Ex Concil. Mediolan. sub Nicolao IV. anno 1287.

1. Abbates Monachi & reliqui omnes Religiosi ex formula S. Benedicti & S. Augustini viuant.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino IV. anno 1291.

1. Vide Ecclesiastica bona.

2. Prælatus cuiuslibet Conuentus semel in anno de omnibus redditibus & prouentibus Monasterij plenam faciat rationem præsente Episcopo vel eius Nuncio ad hoc specialiter deputato, si Episcopus fuerit ad hoc requisitus, & bis vel ter in anno a suis Officialibus, Monachis & Laicis computationem discretam faciat & fidelem.

3. Item à festo S. Martini ab omnibus Religiosis vsque ad Natiuitatem Domini Ieiunium obseruetur, & à quinquagesima ieiunium in cibis quadragesimalibus inchoetur.

4. Monachi vel Regulares nisi à notitia præsentium infra dies 15. vel ante ad manus suorum offerant Prælatorum vsque ad restitutionem debitam ab officio sint suspensi, & nihilominus si manifesta sit proprietas carcerali custodiæ mancipentur.

5. Religiosi & Religiosæ tàm Monachi tàm intra quàm extra Monasteria veste suæ Religionis vtantur, & vestes sæculares nullatenus assumere præsumant.

Ex Concil. Rauennat. 2. sub Clemente V. anno 1311.

14. De cætero quolibet anno tempore magis apto & loco fiat Capitulum Prouinciale Abbatum & Priorum Ord. S. Benedicti non exemptorum, iuxta institutiones Canonicas, & si ex causa legitima non posset dictum Capitulũ Prouinc. fieri, saltem singuli Abbates & Priores cuiuscunque Diœcesis pro reformatione conueniant certo tempore loco & die sicut melius viderint expedire, & hoc de Prioribus & præpositis Canonicorum Regularium obseruetur.

17. Vide Officium diuinum.

21. Vide Obedientia.

22. Nulli Apostatæ & maximè mendicantium ordinum de cætero admittantur, vel recipiantur, vel eligantur in Ecclesiis sæcularibus vel regularibus, seu ad diuinum officium, non obstante seu eis alicuius excusationis patrocinium afferente, quod ab obseruantia suorum ordinum fuerint absoluti, vel datam ei licentiam quamcunque à Prælatis eorum habuerint ad Religiones alias vel obseruantias transeundi, vel beneficium Curatum acceptandi siue obtinendi, & qui contra fecerint ipso iure ab officio & beneficio sint suspensi, à qua suspensione non possint absolui, nisi in Conc. Prouinciali, prius satisfactione præstita cum effectu, ad Metropolitani arbitrium, & talium receptio siue ipsius facta promissio sit irrita ipso iure, &c. Nec prædicti Apostatæ dùm in apostasia permanserint aliquo priuilegio Ecclesiasticæ immunitatis vel defensionis gaudeant, &c. Idem intelligatur de aliis Religiosis Monachis & Canonicis ord. S. August.

24. Vide Ordines Sacri.

Ex Con. Rauennat. 3. tempore Interregni. anno 1314.

2. Vide Ordines sacri.

4. Rogamus omnes & singulos exemptos intra Rauen. Prouinc. constitutos vt nullos Episcopos peregrinos vel ignotos, & populum subditum citra mare non habentes inuitent seu admittant ad ordinationes tenendas, seu alia Pontificalia exercenda in ipsorum Ecclesiis, Monasteriis vel locis, quod si contra fecerint, volumus eos priuilegiis, beneficiis & fauoribus præsentis Conc. & omnium aliorum Conciliorum Rauen. Prouinciæ ipso facto esse priuatos.

10. Vide Clericorum mores.

13. Vide Missa.

Ex Concil. Rauennat. 4. sub Ioanne XXII. anno 1317.

6. Nonnulli Religiosi Prælati nostræ Prouinc. propter minas & potentiam Laicorum coguntur indebitè nonnullos in suorum locorum fratres recipere vel conuersos, declaramus quod modo prædicto recepti in fratres seu conuersos quorumcunque locorum ad eligendum tam actiuè quàm passiuè fiant inhabiles, nec ad tractus quoslibet admittantur, nec eisd. in vestimentis per locorum Prælatos modo aliquo debeat prouideri, quod & in receptis in monialium Monasteriis modo prædicto volumus habere vigorẽ.

17. Ne de cætero Religiosi venari seu ad venandum exire præsumant, si quidem Abbates, Priores vel Præpositi, seu alias administrationes habentes fuerint, per annum ipso facto sint suspensi ab omni administratione, donec ad mandatum Ordinarij plenè satisfecerint, inferiores verò sint ineligibiles, & vltimi semper in choro habeantur, donec ad mandatum Abbatis Prioris vel Præpositi sufficienter pœnitentiam egerint de commissis.

Ex Conc. Sabinensi in Hispan. sub Ioanne XXII anno 1322.

6. Vide Clericorum Mores.

11. Vide Decimæ.

12. Religiosi exempti & non exempti infra legationis nostræ terminos constituti de triennio in triennium loco & tempore opportunis Concilia celebrent, & faciant omnia quæ in statuto præfati Conc. continentur.

Ex Conc. Saltzburgensi sub Vrbano VI. anno 1386.

1. Vide Chorus.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

15. Abbates, Præpositi, Priores, Decani cæteriquè Monasteriorum professi, monastica & regulari vigeant disciplina, Regulamque eis à SS. Patribus institutam, præsertim tria Ordinis substantialia videlicet abdicationem proprietatis, obedientiam & continentiam cæremonialiaque Religionis studeant in omnibus obseruare.

Ex Concil. Lateran. vniuers. 17. sub Leone X. anno 1517. Sess. 11. De Religiosis.

1. Vide Episcoporum Officium.

2. Religiosi à Prælatis ad processiones solemnes pro tempore faciendas requisiti, dummodo eorum loca suburbana vltra vnum milliare a Ciuitatibus non sint remota, accedere teneantur, necnon Superiores eorumd. fratrum fratres quos ad audiendas confessiones subditorum eorumdem Prælatorum pro tempore elegerint, eisdem Prælatis personaliter exhibere ac præsentare, si eos sibi exhiberi & præsentari petierint, alioquin eorum Vicariis, dummodo ad Prælatos vltra duas diætas accedere non cogantur, omnino teneantur, possintque illi per eosd. Episcopos & Prælatos super sufficienti litteratura, & aliqua saltem huiusm. Sacramenti peritia dumtaxat examinari, &c. Ipsique fratres etiam forensium confessiones audire valeant, Laicos tamen & Clericos sæculares à sententiis ab homine latis nullatenus absoluere possint.

4. Eucharistiæ & extremæ Vnctionis aliaque Sacramenta illis quorum etiam infirmorum ac decedentium Confessiones audierint, dicentibus proprium Sacerdotem illa sibi dare denegasse, dare nequeant, nisi denegatio sine legitima causa facta vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram Notario publico facta doceretur.

5. Eorumdem fratrum obsequio insistentibus Sacramenta huiusmodi nullatenus ministrare valeant, nisi illorum durante obsequio.

6. Pacta & cōuentiones inter eosdem fratres & Prælatos atque Curatos pro tempore inita valeant, nisi per subsecutum Capitulum proximum generale vel Prouinc. refutata, ac per eos refutatio huiusm. intimata debito tempore fuerit.

7. Parrochias cum cruce, ad leuanda funera eorum, qui apud Ecclesias domorum & locorum eorumdem suam elegerint sepulturam, intrare non possint, nisi prius præmonito & requisito, ac non recusante Parochiano Presbytero, & tunc sine eius & Ordinarij præiudicio.

8. Volentes sepeliri in habitu eorumd. fratrum in claustra non degentes, sed in propriis domibus habitantes, in eorum vltima voluntate sepulturam sibi liberè eligere possint.

9. Fratres ipsi ad ordines promouendi per Ordinarios de grammatica & sufficientia examinati, & dummodo competenter respondeant, per eosd. Ordinarios liberè admitti, ac nullatenus in eorum Ecclesiis seu domib. aut aliis eorum locis ab alio quàm à Diœcesano Episcopo vel eius Vicario, super hoc cum debita reuerentia requisito, & absque rationabili causa contradicente, vel eo in Diœcesi absente ad dictos ordines promoueri debeant.

10. Nec ab alio Episcopo consecrationem Ecclesiæ vel Altaris, aut Cœmeterij benedictionem petere, seu in Ecclesiis per eos pro tempore ædificandis, primum lapidem per alienum Episcopum poni facere possint, nisi vbi Ordinarius, bis aut ter cum debitis reuerentia & instātia requisitus, sine legitima causa id recusauerit.

11. Absque Curatorum consensu sponsum & sponsam benedicere nequeant.

12. Tàm ipsi fratres quàm alij Clerici seculares, etiam super hoc Apost. Sedis priuilegio muniti, die Sabbati majoris hebdomadæ, antequam campana Cathedralis vel Matricis Ecclesiæ pulsauerit, campanas in Ecclesiis pulsare minimè possint, contra facientes poenam 1000. ducatorum incurrant.

13. Censuras per Ordinarios latas & promulgatas, ac in Matrici Ecclesia Ciuitatum, necnon in Collegiatis & Parochialibus Eccl. publicatas, quando super hoc ab eisd. Ordinariis requisiti fuerint, in Ecclesiis domorum suarum publicare ac seruare teneantur.

14. Illos quorum Confessiones audierint, ad soluendū decimas in locis in quibus decimæ solui consueuerunt, monere & hortari, ipsisque illas soluere recusantibus absolutionem denegare, & super hoc requisiti, id populo etiam publicè prædicare, & persuadere teneātur.

15. Conseruatores eisd. fratrib. pro tempore a Sede Apost. deputandi, doctrina & probitate præstantes, & in Ecclesiast. dignitate constituti esse debeant, & coram eis, per eosd. fratres quibus dati fuerint vltra duas diætas à loco suæ solitæ habitationis, nullus trahi possit.

16. Excommunicati ordinem mendicantium profiteri volentes, vbi de interesse tertij agitur, absolui non possint nisi præuia satisfactione.

17. Procuratores & negotiorum gestores ac operarij eorumd. fratrum seruitiis insistentes, sententiis excommunicationis illaqueati sint & esse censeantur, si illis causam dederint, aut dantibus consilium, auxilium vel fauorem præstiterint.

21. Fratres, Episcopos loco SS. Apostolorum subrogatos, pro debita & nostra ac Apost. Sedis reuerentia, congruo honore, & conuenienti obseruantia venerentur, Episcopi fratres ipsos affectu beneuolo prosequentes, charitatiuè tractent, ac benignè foueant, seque illis minime difficiles ac duros vel morosos, sed potius faciles, mites, propitios, piaque munificentia liberales exhibeant, ac in omnibus prædictis tanquam in agro Dominico cooperatores eorumque Laborum participes, prompta benignitate recipiant, eorumque iura omni cum charitate custodiant atque defendant.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

12. Ne cura Ecclesiarum beneficiorumque concedatur Religionem quamcunque professis, etiam exemptis, quod si hactenus aliqui admissi vel recepti essent nisi de voluntate, fauoreque Superioris sui, legitimisque causis constiterit extra Monasteria sua degere, per Ordinarios vel Vicarios, ad Superiores suos, per victus denegationem, aut alia iuris remedia remittendos esse iubemus.

13. Monasteriorum Prælati vnitas Ecclesias habentes, Vicarios perpetuos vel ad nutum amouendos in eisd. Ecclesiis inposterum non constituant, nisi prius per Ordinarios aut eorum Vicarios, vt idonei & apti fuerint admissi; Ecclesiæ tamen suis Monasteriis vnitæ vsque adeo propinquæ, quod Religiosi earumdem curam habituri sub Religione in Monasterio, sub debitaque obedientia stare possent, modo sint habiles & idonei per huiusm. Religiosos prouideri possint, & ita Volentes Religiosos, & qualitercunque exemptos, curata beneficia habentes Ordinario loci esse subiectos.

16. Fratribus mendicantib. (quoad eleemosynas quærendas) integras saluasque concessiones à Sede Apostolica factas reliquimus.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

19. Vide Chorus.

21. Abbates, Abbatissæ, Priores, Priorissæ, & alij Religiosorum Superiores, sic sua Monasteria in cultu diuino, vita & morib. vestimentis Monachalib. cibis & potibus reforment, & suos Religiosos & Moniales ad vitam regularem & monasticam, secund. institutiones suorum Ord. reducant, quod in eis nihil repetiatur, quod diuinam majestatem, & simplicium animas offendere possit.

27. Cùm Conc. Viennense statuerit vt Monachi in suis sibi commissis administrationibus & Prioratibus non præsumant, soli habitare, sed si prouentus soli non suppetant, duobus aliis viciniorib. locis

ad

ad eorum Monasteria pertinentibus, vel ipsorum Monasteriorum officiis, aut inter se inuicem prout erit commodius, cum consensu & consilio Abbatum per locorum Ordinarios vniantur, nos illud statutum obseruari præcipimus.

37. Illi soli mendicantes habeant potestatem absoluendi, qui primum per suos Prouinciales, Custodes, Ministros, Priores, Guardianos, aliosve eorumdem mendicantium prælatos electi fuerint tanquam sufficientes & idonei, vita probati, discreti, modesti atque periti, inde Episcopis in suis Diœcesibus per præfatos Prælatos præsentati, qui ab eisdem Episcopis ad audiendas confessiones sint commissi, &c. Declaramus autem non competere mendicantibus sic deputatis in absoluendo ampliorem potestatem quam Curatis est à iure concessa, nisi forsan eis Ecclesiarum Prælati vberiorem, in hac parte, gratiam specialiter duxerint faciendam.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 4.

7. Fratres mendicantes ad Verbi ministerium non ante accedant, quàm per ipsorum Prælatos, vt viri inculpatæ vitæ, discreti pariter ac modesti, ac Verbi diuini probè gnari iudicentur, deinde Vicariis in Pontificalibus præsentari, tales inuenti fuerint ac permissi.

8. Qui cùm in subsidium tantum vocati sint, Ordinariis Ecclesiarum Rectoribus molesti esse desinent, ita videlicet ne eosdem, quùm suo munere fungi ipsimet velint, præoccupent.

11. 12. Vide Prædicatio.

16. Ex ordine mendicantium qui oppidatim soli commorantur, quos terminarios appellamus vitam interdum agere monachismo plurimum dissimilem cognouimus, &c. Hos, quùm officio prædicationis statis illis diebus perfuncti fuerint, ad Monasteria sua regredi malumus quàm vitam communem, ne dicamus licentiosam inter Ciuium turmas ducere, vbi tamen Monasteria ab oppidis aut vicis tam longè dissita fuerint, vt vnius diei itinere repeti non possint, volumus terminarios istos hac lege teneri.

17. Nolumus per prædicta priuilegiis ordinibus fratrum mendicantium ritè & legitimè concessis præiudicare.

18. Monachi qui Parochiales Ecclesias cum cura animarum, apud ipsum Monasterium, non personam, incorporatas Monasteriis suis habent, non per Religiosos, sed per Vicarios, Presbyteros sæculares examinandos, admittendosque gubernari procurent.

Parte 10.

3. Parentes, liberos in Monasterium inuitos non detrudant.

5. Habendus est in virorum Monasteriis vir pius ac doctus, qui doceat Monahos ab adolescentia meditari in lege Domini die ac nocte, ad quod munus in monasteriis Monialium, sanctimonialis cæteris vita & doctrina præstantior deligatur.

6. In Monasteriis verbi Prædicator erit pius quidem, ac eruditus.

7. Possunt aliquot ex Monachis bonæ indolis ad Vniuersitates publicas & benè Christianas, aliquot annos Theologicis studiis operam nauaturi mitti, illic tamen non alibi quàm in Monasteriis seu Gymnasiis sub cura & oculis præceptorum commoraturi.

13. Vide Moniales.

15. Libertas illa peregrinandi seu exeundi prætextu inuisendi parêtes, moderanda seu penitus tollenda est.

17. Monachi qui peruagati fuerunt, vbicunque inueniẽtur tanquam fugaces nostro auxilio sub custodia reuocentur, & si qui habitum abiecerint, vt eumdem reassumant cogendi.

18. Monachi seu Monachæ litteras nullas vel destinare vel recipere audeant, absque Abbatis seu Abbatissæ, aut eius, qui ipsorum loco Monasterio præest, scientia.

Ex Concilio Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

12. Monasteria cuiuscumque ordinis secundum Regulas quas professi sunt, &c. Intermissa sacrarum litterarum, atque etiam, per quæ ad sacras litteras peruenitur, studia apud opulenta Monasteria, intra sex mensium spatium restaurentur, &c. à rerum prophanarum exercitio Monachi abstineant, atque intra Monasterij septa, nisi Concionum, aut sacrorum peragendorum gratia à suis Prælatis dimittantur, seu ad aliud Monasterium destinentur, vel à nobis tanquam Ordinario ad curam animarum secundum Canonum permissionem euocentur, sese contineant, &c. Frugaliter in humanitate viuant, & quæ necessitati supersunt pauperibus, studiosorumque educationi erogent, &c. Monasteria excisa, aut deserta, quantum fieri poterit, restaurentur.

19. Vide Presbyteri.

Ex Concil. Treuirensi sub Paulo III. anno 1548.

7. Vtriusque sexus Apostatæ ad propria Monasteria, habita singulorum iusta ratione, aggregentur.

8. Nullus post hac sub censuris, tales Apostatas recipere, fouere, tueri, aut animarum curis præficere vllamve in Ecclesia Prouinciam illis committere præsumat.

9. Quocunque loco, vel sub quacunque Ecclesiastica vel prophana ditione, Monachi, Moniales aut aliis sacris ordinibus initiati, nuptiali fœdere delitescant, ab officialibus prehensi suis impensis Ordinario præsententur.

Ex Concil. Coloniensi 2. sub Paulo III. an. 1549. Censura contra abusus.

1. Vide Conc. Treuir. 1548. c. 8.

2. Nuptias Monachorum, Sanctimonialium & Sacerdotum pronunciamus illicitas, prophanas, sacrilegas, atque incestuosas esse, & nusquam tolerandas, & anathemate eos omnes qui ita contraxerunt esse innexos, prolesque inde susceptas illegitimas esse, &c.

3. Monachi Apostatæ qui Ministeriis Ecclesiast. perfunguntur, & scortis seu concubinis adhærent, seueriori ordinis disciplinæ pro tanti scandali expurgatione submittantur.

4. Quidam Monachi profugi extra obedientiæ iugum, & ordinis sui obseruantiam, alij in habitu, alij habitu cum Religione rejecto degeores, regimini se intromittunt Ecclesiarum, præcipimus sub anathemate ne quis tales Ecclesiarum regimini, aut Sacramentorum administrationi admoueat.

6. Monachis Apostatis præcipimus, vt relictis falsis coniugibus & concubinis, si quibus adhærent, postpositisque negotiis quibus se implicuerunt, habitum Religionis suæ resumant, & ad suum quique Monasterium reuertantur.

10. Si qui Apostatæ ordinis sui desertores excæcati

non patiantur se, inuitari ad vitæ emendationem, aut ad Ecclesiæ sinum benignè adduci, eos decernimus post spretam beneuolentiam nostram paternam, vi cogendos per Dei Ministros illos qui gladium tenent, ad vindictam malorum & laudem bonorum, vt intrare vel inuiti compellantur, qui spontè redire nolebant.

21. Qui dispensationes Apostolicas obtinuerunt, vt extra Monasteria degant in habitu & obedientia suæ Religionis quam professi sunt, coram Episcopis compareant, atque ita dispensationes exhibeant examinandas, & vocatis eorum Superioribus ac quorum intererit discutiendas, aut si iam habitum temerè & absque prævia Bullarum examinatione deposuerunt, eum reassumant, & in Monasterio ac sub obedientia se contineant, donec dispensationibus ad examinandum oblatis, inueniantur non etiam summum Pont. & eius Legatos, vel alios Dispensatores fefellisse, aut sinistrè aliquid impetrasse, quod si dispensationibus obtentis aliter atque iam statutum est voluerint vti, eos pro Apostatis habendos, vitandos, à Magistratu capiendos, & Superioribus cum rebus omnibus quas habent, expensis tamen Monasteriorum tradendos decernimus.

26. Vide Baptismus.

28. Ne Magistratus seculares onerent domos Religiosorum, & earum personas seruitiis secularibus sub anath. violatæ immunitatis Ecclesiast. ipso facto incurrendo.

29. Ne etiam Ecclesiarum colonos (sub eod. anathem.) seruitiis & impositionibus grauent.

30. Ne liceat vllis Iudicibus vel Scabinis Clericos & Religiosos impensis maioribus quàm Laicos grauare, aut ad dupli solutionem eos quocunque prætextu cogere.

35. Ne quis fratrum ordinis mendicantium, confessiones audire præsumat, nisi legitimè, & secundum formam Iuris, Episcopis præsentatus, & de his quæ ad officium illud pertinent probè informatus sit, & iudicatus idoneus. quod si Priores & Guardiani non compulerint suos fratres ad ordinationis huius obseruantiam, & dissimulauerint, tales nouerint se ab omni Ministerio Ecclesiarum nostrarum, cum suis fratribus submouendos.

Ex Concilio Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

25. Vide Confessio.

26. Vide Peccata Reseruata.

27. Nulli Religioso liceat cuiquam Laico sacrosanctæ Eucharistiæ communionem, sine speciali consensu Parochi, ad cuius curam ille pertinet, porrigere.

66. Monasteria opulentiora, intermissa studia, imprimis verò Theologica, apud se instaurent.

78. Monasteriorum Abbates, & Prælati, Abbatissæ Præpositi, Priores & Magistratus cuiuscunque ordin. nobis subiecti, Regulares personas in apostasiam ex quacunque causa lapsas, & cum humilitate redire volentes, iuxta cuiuscumque ordinis disciplinam siue Regulam, & consuetudinem obseruatam benignè recipiant; Prælatos verò huic constitutioni contrauenientes, sententiæ suspensionis à diuinis, simul etiam ab administratione tàm spiritualium quàm temporalium volumus subjacere; Religiosos per ordinarios locorum ad Regimen Ecclesiarum Parochialium de consensu suorum Prælatorum euocatos, sub eorumdem obedientia, qui eos corrigere & reuocare valeant, volumus permanere.

Ex Concil. Treuirensi sub Paulo III. anno 1549.

11. Ne aliquis ante 15. annum ad probationis annum admittatur, ne quis anno probationis non completo, ad professionem recipiatur, &c. Religiosi quascunque mulieres & Religiosas & seruientes Deo in ambitum seu periodum Monasterij recipere aut introducere nullatenus præsumant, conuiuia secularium, non frequentent, sed nec facilè illos ad cœnobia inuitent, &c. Non nudis byrrhis aut pileis, sed capitibus cucullo tectis in publico incedant, nullatenus ad balnea promiscua, aut alia loca publica intrent, sed nec ad nuptias, aut nuptiarum conuiuia vadant, neque pueris de sacro Baptismatis fonte per se vel suffectas personas suscipere præsumant, nullus Monachorum pro lucro terreno de Monasterio suo exire nefandissimo ausu, aut secularibus negotiis sese immiscere præsumat; mendicantium ordinum Prælati prouideant, ne posthac terminarij eleemosynarum partem quouis modo sibi vendicent, sed eas colligentes cum honestate motum, integram ad conuentum & in commune conferre & præsentare studeant.

12. Ne quis aliquam Religionem professus, Ecclesiarum Parochialium gubernacula, & curam suscipiat, nisi de nostra vel Ordinariorum admissione, subsistente causa legitima, & Superiorum suorum voluntate & licentia obtenta, ita tamen quod per Superiores suos reuocari possint, Ecclesias Monasteriis incorporatas, si non tanta intercapedine distant, quin Religiosi earumdem curam habituri, in communis vitæ regulari obseruantia degere possint, per huiusmodi Religiosos prouideri & regi, modo idonei sint, permittimus, &c. Mendicantium ord. fratres in Verbi Dei propositione & prædicatione in audiendis confessionibus Christi fidelium, in sepulturis & funeralibus, & aliis huiusmodi se per omnia conforment constitutionibus & ordinationibus Apostolicis.

Ex Concilio Trident. Gener. 18. sub Paulo III. anno 1545. Sess. 5. De Reformat.

2. Vide Prædicatio.

Sess. 14. sub Iulio III. anno 1551. De Reform.

5. Vide Forum Ecclesiasticum.

10. Vide Beneficium Ecclesiasticum.

11. Nemo cuiuscumque ord. Prælatus vel Superior cuiuscumque facultatis, aliquem ad habitum & professionem admittere possit, nisi vt in ordine ipso ad quem transfertur, sub sui Superioris obedientia in claustro perpetuo maneat, ac taliter translatus etiamsi Canonicorum Regularium fuerit, ad beneficia secularia etiam curata omnino incapax existat.

Sess. 25. sub Pio IV. an. 1562. De Regularib.

1. Omnes Regulares tàm viri quàm mulieres ad Regulæ, quam professi sunt præscriptum vitam instituant, & componant, omnisque cura & diligentia à Superioribus adhibeatur tàm in Capitulis Generalib. & Prouincialib. quàm in eorum visitationibus quas suis temporibus facere non prætermittant, vt ab illis non recedatur.

2. Nemini Regularium tàm virorum quàm mulierum liceat bona immobilia, & mobilia cuiuscumque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita tanquam propria, aut etiam nomine Conuentus

possidere

possidere vel tenere, sed statim ea Superiori tradant, Conuentuique incorporentur, nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem aut Commendam, &c. Mobilium verò vsum, ita Superiores permittant vt eorum supellex statui paupertatis quam professi sunt conueniat, nihilque superflui in ea sit, nihil etiam quod sit necessarium, eis denegetur.

3. Concedit S. Synodus omnibus Monasteriis tàm virorum quàm mulierum & mendicantium (exceptis domibus Fratrum S. Francisci Capucinorum, & eorum qui Minorum de Obseruantia vocantur) etiam quibus aut ex constitutionibus suis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apostolico non erat concessum, vt deinceps bona immobilia possidere liceat, in prædictis autem Monasteriis & domibus tàm virorum quàm mulierum bona immobilia possidentibus vel non possidentibus, is tantum numerus constituatur ac in posterum conseruetur qui vel ex redditibus propriis Monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commodè possint sustentari, nec de cætero similia loca erigantur, sine Episcopi licentia prius obtenta.

4. Ne quis Regularis, sine sui Superioris licentia prædicationis vel lectionis, aut cuiusvis pij operis prætextu, subiiciat se obsequio alicuius Prælati, Principis vel Vniuersitatis vel Communitatis, aut alterius cuiuscumque personæ seu loci, nec liceat Regularibus à suis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi aut vocati fuerint, qui verò sine prædicto mandato in scriptis obtento repertus fuerit, ab Ordinariis locorum tanquam desertor sui instituti puniatur. Illi autem qui studiorum causa ad Vniuersitates mittuntur in Conuentibus tantum habitent, alioquin ab Ordinariis contra eos procedatur.

8. Monasteria omnia quæ Generalibus aut Episcopis non subsunt, nec suos habent Ordinarios Regulares Visitatores, sed sub immediata Sedis Apost. protectione ac directione tegi consueuerunt, teneantur infra annum à fine præsentis Conc. & deinde quolibet triennio sese in Congregationes redigere, ibique certas Regulares personas deputare, quæ de modo & ordine, de prædictis Congregationibus erigendis, ac statutis in eis exequendis deliberent & statuant, quod si in his negligentes fuerint, liceat Metropolitano in cuius Prouincia, prædicta Monasteria sunt, tanquam Sedis Apost. Delegato eos pro prædictis causis conuocare, &c. Quod si etiam, Metropolitano instante, prædicta exequi non curauerint, Episcopis in quorum Diœcesibus loca prædicta sunt tanquam Sedis Apost. Delegatis subdantur.

11. In Monasteriis seu domibus virorum seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, præter eas quæ sunt de illorum Monasteriorum seu locorum familia, personæ tàm Regulares quàm seculares huiusmodi curam exercentes, subsint immediatè in iis quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi & correctioni Episcopi in cuius Diœcesi sunt sita, nec ibi aliqui etiam ad nutum amouibiles deputentur, nisi de eiusdem consensu ac præuio examine, per eum aut eius Vicarium faciendo, excepto Monasterio Cluniacensi cum suis limitibus, & exceptis etiam iis Monasteriis seu locis in quibus Abbates, Generales aut Capita ordinum Sedem ordinariam principalem habent, atque aliis Monasteriis seu domibus in quibus Abbates aut alij Regularium Superiores iurisdictionem Episcopalem & temporalem in Parochos & Parochianos exercent.

12. Censuræ & interdicta neodum à Sede Apost. emanata, sed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Episcopo, à Regularib. in eorum Ecclesiis publicentur atque seruentur, dies etiam festi quos in Diœcesi sua seruandos idem Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus etiam Regularibus seruentur.

13. Exempti omnes tàm Clerici sæculares quàm regulares, quicunque etiam Monachi ad publicas processiones vocati, accedere compellantur iis tantùm exceptis qui in strictiori clausura perpetuo viuunt.

14. Regularis non subditus Episcopo qui intra claustra Monasterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit, Episcopo instante à suo Superiore intra tempus ab Episcopo præficiendum, seuerè puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minus a suo Superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

15. In quacunque Religione tàm virorum quàm mulierum professio non fiat ante 16. annum expletùm, nec qui minore tempore quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur.

16. Nulla quoque renunciatio aut obligatio antea facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscumque causæ piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi siue eius Vicarij fiat, intra duos menses proximos ante professionem, ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione, &c. finito tempore Nouitiatus, Superiores, nouitios quos habiles inuenerint ad profitendum, admittant, aut è Monasterio eos eiiciant (per hæc tamen S. Synodus non intendit aliquid innouare & prohibere, circa Religionem Clericorum Soc. Iesu) sed neque ante professionem, excepto victu & vestitu, nouitij vel nouitiæ illius temporis quo in probatione est, quocunque prætextu à parentibus vel propinquis, aut curatoribus eius, Monasterio aliquid ex bonis eiusdem tribuatur, &c. Quin potius præcipit S. Synodus sub anath. dantibus & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat, & vt abeuntibus ante professionem omnia restituantur quæ sua fuerant, quod vt rectè fiat Episcopus etiam per censuras Ecclesiast. si opus fuerit compellat.

19. Quicunque Regularis prætendat se per vim & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, velitque habitum dimittere, aut etiam cum habitu discedere, sine licentia Superiorum, non audiatur, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter nisi causas quas prætenderit, deduxerit coram Superiore suo & Ordinario, &c. Nemo etiam Regularis transferatur ad laxiorem Religionem, nec detur licentia cuiquam Regulari occulte ferendi habitum suæ Religionis.

20. Quamdiu durabunt Commendæ, Priores Claustrales, aut in Prioratibus Conuentum habentibus, Subpriores qui correctiones & spirituale regimen exercent, à Capitulis Generalibus, vel ipsorum ordinum visitatoribus instituantur.

21. Vide Beneficium Ecclesiasticum.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregor. XIII. Ann. 1563.

12. Episcopus cum Regularib. agat propositis etiam censuris & pœnis, vt tùm in vrbe, tùm in Diœcesi vbicunque ij Monasterium habent, vna cum reliquo Clero seculari, ad Trident. Conc. præscriptum processiones publicas ipsi obeant, ipsisque intersint.

13. Episcopus, Regulares ad quos animarum cura

quouis iure pertinet, compellat vt in Ecclesiis in quibus animarum cura exercenda est, Dominicis & aliis diebus Conc. Tridentino præscriptis sacram Concionem habeant, doctrinæ Christianæ pueris rudimenta tradant, tùm alia Parochorum munera præstent.

Ex Concil. Mediolan. 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 3.

10. Quod Tridentini Decreto de interpretatione sacræ Scripturæ in Monachorum Monasteriis instituenda, sancitum est, id Episcopi omnino efficiant.

Ex Concilio Mediolanensi 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 1.

1. Vide Confessiones fidei Catholicæ.

3. Regulares tabellam habeant dierum festorum quos in ea vrbe aut Diœcesi coli consuetudinis est, vbi Monasteria illi habent, ac ieiunia obseruent quæ à reliquo Clero populoque vniuerso obseruari moris est, &c.

Parte 3.

10. Vide Concilia & Episcoporum Officium.

11. Regulares quibus ex priuilegio ius competit Conseruatores eligendi, ad quos in iudicium vocentur, quos semel delegerint ne mutent, eorumque præterea nomina mensis spatio, Episcopo Diœcesano significent, alioquin ad Episcopale Forum in ius illos vocari liceat.

Ex Concil. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

2. Vide Prædicatio.

6. Monachi Regularesve cuiusvis ord. etiam exempti non aliunde, sed ab Eccl. Cathedrali intra cuius Diœcesis fines habitant, olea sacra sumant, si secus fecerint, arbitrio Episcopi, in cuius Diœcesi manent, puniantur.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

8. Religiosi qui SS. Euchar. Sacramentum in Paschate, absque Parochi consensu administrarint, iuxta Clem. I. de priuil. sciant se excommunicatione innodatos.

11. Confessionis sacræ audiendæ munus Sacerdotibus Regul. quamuis ad illud ob peritiam scientiamque idoneis, ne committatur, nisi per examen approbati sint, & nisi à Monasterij Præfecto testatum literis fiat, eos vitæ disciplina moribusque probatos esse ac dignos, quibus id muneris imponatur, &c. Vnusquisque Monasterij Regul. Præfectus, bis quotannis semel scilicet ineunte aduentu, iterum Quadragesimæ initio, Confessariorum sui Monasterij probatorum nomina in folio scripta ad Episcopum deferat, &c. Confessarius Sacerdos quicunque sit etiam Regul. ne audiat Confessionis testimonium scriptum aut impressum manu sua suoque sigillo signatum, sibi peccata confessis dare recuset, &c. Efficiat Episcopus vt Regulares tàm Monachi quàm mendicantes in confessionis ministerio eum habitum vestitumque adhibeant, quem ex Regulæ præscripto in Choro ad diuina officia celebranda adhibent.

14. Regularis qui ad sacram ordinationē conueniet, primam tonsuram, aut ordines susceptorus caueat ne obstrictus sit aliqua culpa, aut Canonico impedimēto, ipse quoque mense ante statam ordinationis diem ad Episcopum conueniat, & nomen cæteraque aliis ordinandis præscripta ad Secretarium Episcopalem deferat, &c. loco ntuli censusve, afferat testificationem præstitæ professionis regul. & nihilominus coram Episcopo iuramento affirmet, scripto manu sua subsignato se illam sponte fecisse, aut ratam habuisse, &c. Testimonium item habeat de denunciatione sui nominis in Ecclesia publicè facta, &c. Afferat literas dimissorias à Superiore, de ordine suscipiendo.

18. Vide Episcoporum officium.

20. Vide Prædicatio.

33. Exempti omnes, &c. V. Conc. Trid. sess. 25. c. 13. Regularib. sub excommunicatione interdicitur, ne processiones solemnes & publicas ipsi soli in Ciuitatibus aut oppidis insignioribus obeant, absque facultate in scriptis ab Episcopo impetrata, ac etiam Capituli vbi id ex consuetudine seruatur, sed cum aliqua ex causa processionem illos obire necesse est, eam obire liceat in Ecclesia sua, vel in suo Cœmeterio, vel in claustro Monasterij.

41. Omnes Officiarij teneantur in Capitulis generalibus rationem reddere de suis officiis, nullus in eodem claustro plura exerceat aut possideat officia, &c. Ne liceat Regularib. à suis Conuentibus, &c. Vide Conc. Trid. sess. 25. c. 4. vniuersis & singulis qui habitu sui ordin. deposito in hac Prouinc. extra Religionis suæ Monasteria viuunt, vel beneficia Ecclesiast. obtinent hoc edicimus, vt post mensem ab horum Decretorum publicatione facultatem Episcopo loci ostendant, atque exhibeant, quasi sibi liceat putent habitu dimisso ab ord. sui Monasteriis abesse, vel prædicta beneficia obtinere, qui verò ad constitutam diem hoc non præstiterit, contra eos tanquam veros Apostatas, tùm ab ordinum Superioribus, tùm à locorum Ordinariis diligenter inquiratur, &c. Quicunque, &c, Vide Conc. Trid. sess. 25. c. 19.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

9. Vide Conc. Trid. 1562. sess. 24. c. 4.

10. Vide Conc. Mediolan. 4. anno 1576. part. 3. cap. 10.

53. Monasteria quæ animarum curam habent annexam, quoties erit eligenda persona ad eam exercendam idonea, Ordinariorum iudicium & examen omnino sequantur, meminerint Regulares sibi non licere Clericis aut Laicis Sacramentum Vnctionis extremæ vel Euchar. ministrare, matrimonia absque licentia Parochi solemnizare, aut quemcunque absoluere excommunicatum à Canone, præterquam in casibus à iure expressis, aut vigore priuilegiorum à Sede Apost. concessorum, vel à sententia per decreta Conc. Prouinc. aut Diœcesana promulgata, quod si in aliquo ex supradictis contrafecerint, excommunicationem Sedi Apostol. reseruatam incurrant. Vide Conc. Trid. 1562. sess. 25. c. 4. Bullam Pij V. aduersus mulieres quæ Monasteriorum virorum claustra ingrediuntur, & Regulares qui eas ingredi permittunt, editam, trāsgredientes cunctos excommunicatos decernimus.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

1. Vide Confess. fidei Catholicæ.

4. Vide Prædicatio.

20. Si Religiosus cuiuscunque ord. extra Monasterij sui septa repertus fuerit sine Regulari habitu, per locorum Ordinarios incarceretur, & iuxta sanctiones Canonicas puniatur.

53. Extra

33. Extra septa Monasterij degere Religiosam non sinant Episcopi, nisi eid. ad hoc concessam in scriptis facultatem ab eius Superiore videntes, cuius si causam legitimam non probauerint, intra Monasterium redire compellant, intra claustra virorum debitè disposita, non ingrediantur mulieres sub excom. vbi vero claustra diruta, aut ita disposita sunt, vt intra illa mulieres admittere cogantur, volumus ea infra tres annos per Abbates in bonum statum Regularium disponi, &c. Vide Conc. Trid. sess. 25. c. 14. Monasteria quæuis ista componant Abbates aut Superiores illorum, vt sub vna claui & sera claudi possint, quam noctu seruent, nec liceat cuiquam Religiosorum quoquomodo egredi per portas sibi proprias, aliàs per Diœcesanum expensis Monasterij claudantur.

MONACHI AN Pœnitentiam dare possint.

Verbo Abbas, Conc. Londin. 2. 1102. c. 18. Lateran. vniu. 9. an. 1122. c. 17. Lateran. vniuer. 12. 1215. c. 6.

MONASTERIVM.

Ex Conc. Chalcedon. Gener. 4. sub Leone I. anno 451.

24. Vide Monachi.

Ex Concil. Cæsaraugustano sub Sergio, anno 691.

3. Placuit vt nullus abinceps sæcularium seu potestatiue, seu etiam vel ex permisso Abbatis vel cuiuslibet Monachorum infra claustra Monasterij, hospitandi vel commorandi habeat receptaculum, excepto quos vita probabiles, egenos aut paupertate depressos inspectio præuiderit Abbatis, de reliquis autem personis sæcularibus nullum penitus patimur infra claustra Monasteriorum hospitandi habere receptaculum, cæterum si secretius aut sequestratim à Monasterio, ad id quod cont... ...ctum pr... ...peruenientibus domicilium patuerit, ibi eos suscipere Abbates vel Monachos oportebit.

Ex Conc. Nicæno 2. vniuers. 7. sub Adriano I. anno 787.

11. Vide Episcoporum Officium.
12. Vide Ecclesiastica bona.
20. A præsenti statuimus non fieri duplex Monasterium, si qui autem volunt cum cognatis mundo renunciare, & vitam sequi monasticam, viros quidem oportet in virorum Monasteria discedere, feminas autem ingredi in mulierum Monasteria &c. Quæ autem hucusque duplicia fuerunt seruentur secund. Canonem S. P. nostri Basilij, & secund eius constitutionem ita regantur, in vno autem Monasterio ne versentur Monachi & Monachæ.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

19. Vt plus non mittatur in Monasteria Canonicorum, vel Monachorum aut etiam puellarum quam ... possit.

20. Monasterium ita debet constitui, vt omnia necessaria infra Monasterium exerceantur, vt non sit necessitas Monachis vel Clericis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

15. In custodiis Congregationum tàm Canonicorum quàm Monachorum, necnon Sanctimonialium, summoperè studendum censuimus, vt in omnibus locis claustra eis præuideantur Religioni eorum congruentia, sed & habitacula domorum in quibus Religio Deum sequi volentibus perfici atque augeri possit, potius quam vitia nutriri.

18. Monasteria diuinis solummodò cultibus dicata non debere sæcularibus dari, & Canonica prodit authoritas, & ipsorum destructio locorum; sed quia id exigit Reip. necessitas saltem collapsa loca erigi debent, & Clerici locis in quibus fuerant restitui, quousque opportunitas id permittat emendari plenius.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

10. Contra omnem authoritatem, contra Patrum decreta, & totius Christianæ Religionis consuetudinem, in Monasteriis Regularibus Laici in medio Sacerdotum & Leuitarum ac cæterorum Religiosorum virorum vt Domini, & Magistri resident, & velut Abbatés de illorum vita & conuersatione decernunt, eosque diiudicant, ac regimina animarum ac diuina eis secund. Regulam, non solum sine præsentia, verum etiam sine conscientia Epi cupi committunt Sacraria, & ita præsumptiue docent, qui noluerunt fieri discipuli veritatis, & saltu inordinato Magistri fiunt erroris, &c. Si quis hoc de cætero præsumpserit, & admonitus à tali præsumptione se corrigere noluerit, & idem & qui ei fauerit, vel consenserit à corpore Christi separetur & sanguine; qui autem de Monachis per talem manum obedientiam regularem susceperit, grauioris culpæ vindicta puniatur, &c. Si Monachus contemnens, gradum Ecclesiast. habuerit, eo priuetur, & si non habuerit gradum, pane & aqua contentus ergastulo diebus 40. detrudatur, &c. Episcopi verò qui hactenus tantam silentio consenserunt præsumptionis perniciem, durius arguantur; & si deinceps istud fine vindicta dimiserint, aut agere in suis Parochiis consenserint, tribus mensibus hoc synodali iudicio à Missarum solemniis se abstineant, & suæ tantum Ecclesiæ communione contenti fiant.

41. Prouidendum est Regiæ Majestati, vt Monasteria ab hominibus Deum timentibus in sua proprietate constructa Prædecessores illius causa defensionis; & Mundeburdi susceperant, vt libera libertate, remota spe hæreditaria de illorum propinquitate ibidem Religio obseruaretur, & nunc in allodium fundata, quapropter omnis exinde Religio funditus est euersa, qualiter vota fidelium inconuulsa permaneant, ne voces eorum contra se ante Deum clamantes, adiuncto periculo de eorum perditione, qui in eisdem locis necessitate non frangantur, condemnabiles sentiant.

60. Vt hi qui Monasteria atque sacra loca vel Ecclesias infringunt, & deposita vel alia quælibet exinde abstrahunt, & Sacerdotes ac viros Ecclesiast. non solùm dehonorant, verum & diuerso atque aduerso modo affligunt, velut sacrilegi Canonicæ sententiæ quæ ex his decreta esse dignoscitur, subiganrur.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone I V. anno 850.

14. Ab Episcopis omnia Monasteria destructa quæ ab Episcoporum sunt potestate, protinus restaurentur, & quicunque Episcoporum ad venturam sequentis anni synudum, Monasteria quæ sub sua potestate neglecta fuerant, aliqua ex parte recuperasse, repertum non fuerit, excommunicetur.

Ex Conc. apud S. Macram sub Ioanne VIII. anno 881.

4. De suscipienda cura Monasteriorum.

Ex Concilio Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

25. De Monasteriis Clericorum, Monachorum atque puellarum quæ Clericis siue Laicis beneficij iure donata sunt, placuit vt tales eis præficiant Prouisores & Præpositos, qui præesse nouerint & prodesse, & qui ad Episcopum recurrant, & secund. eius ordinationem ad conuentum Synodi recurrant.

Ex Concil. Tolosano sub Victore II. anno 1056.

10. Vide Decimæ.

Ex Concilio Romano 5. *sub Gregorio VII. ann.* 1078.

2. Vide Ecclesiastica bona.

Ex Concil. Melfitano sub Vrbano II. anno 1089.

5. Vide Decimæ.

Ex Conc. Lateran. 1. *vniuers.* 9. *sub Calixto II. anno* 1119.

19. Seruitium quod Monasteria, aut eorum Ecclesiæ a tempore Greg. VII. vsque ad hoc tempus Episcopis facere & nos concedimus.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 12 *sub Innocent. III. anno* 1215.

12. Præcipimus tàm Diœcesanis Episcopis, quàm personis quæ præerunt Abbatum Capitulis celebrandis, vt per censuram, appellatione remota compescant, Aduocatos, Patronos, Vicedominos, Rectores & Consules, Magnates, & milites seu alios, ne Monasteria præsumant offendere in personis ac rebus.

Ex Conc. Lugdunensi Gener. 14. *sub Greg. X. anno* 1274.

25. Vide Monachi.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

39. Conseruatores qui personis Religiosis & Monasteriis maximè dari consueuerunt, exemptis per summum Pontif. aut Legatos eius missos à latere, sub certa forma cum additione illa videlicet attentius prouisurus, vt eis & de his quæ causæ cognitionem exigunt, & quæ indulta huiusmodi non attingunt, se nullatenus intromittant.

Ex Conc. Sabinensi in Hispan. sub Ioanne XXII. anno 1322.

12. Ne quæuis Ecclesiasticæ vel sæculares personæ, Monasteria seu grangias, vel quælibet alia ipsorum loca grauent, aut opprimendo deuastent bona ipsorum, &c. Alioquin per Prælatos ad requisitionem Religiosorum ipsorum per sententiam excommunicationis in personas, ac interdicti in loca & vassallos eorum ab insolentiis huiusm. compescantur.

Ex Concil. Coloniensi 1. *sub Paulo III. anno* 1549. *Medio* 1.

2. Theologia in Monasteriis opulentioribus & Collegiis Canonicorum iuxta reformationis formulam debet doceri.

Ex Concilio Treuirensi sub Paulo III. anno 1549.

12. Multi Barones, Præfecti, Officiari, aut alij nobiles & ignobiles in transigendis aut componendis suis vel aliorum controuersiis & dissidiis, vel simili prætextu sese cū equis & iumentis in Monasteria vel earum curtes aut possessiones conferunt, & hospitio excipi volunt, prædictis mandamus, vt nunc & post hac talia iam prædicta tentare & facere nullo modo præsumant, &c. Ac Singulis Abbatibus, Prioribus & Religiosis, ne deinceps tales, etiam proprio suo consensu recipiant vel admittant.

Ex Concilio Trident. Gener. 18. *sub Paulo III. anno* 1545. *Sess.* 5. *De Reformat.*

1. In Monasteriis Monachorum vbi commodè fieri queat, lectio sacræ Scripturæ habeatur, qua in re, si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc vt Sedis Apost. Delegati, eos ad id opportunis remediis compellant, in Conuentibus verò aliorum Regularium vbi commodè poterit, sacræ scripturæ lectio habeatur. Vide Prædicatio.

Ex Concil. Mediolanensi 4. *sub Gregor. XIII anno* 1576. *Parte* 3.

10. Si quæ femina cuiusvis conditionis & dignitatis ac generis splendore illustris, virorum Regularium claustra ingrediatur contra Pij V. & Gregor. XIII. constitutiones, pro earum sanctionum iure, Episcopus pœnarum censurarumve declaratione & irrogatione contra illam seuerè agat, in claustrorum autem finibus censeantur etiam horti ac viridaria, vineæ & eius modi loca quæ Monasteriis domibusque Regularium ita continenter sunt adiuncta, vt ab illis domibus vel Monasteriis ad eos hortos locave aditus sit, nulla via locove publico interiecto.

MONASTERIIS Retrudendi.

Verbo Abbas, Conc. Narbon. 589. c. 6. Antisiodor. 590. c. 26.

V. Clericorum cœlibatus, Conc. Toletan. 8. an. 653. c. 6. 7.

V. Clericorum mores, Conc. Epaunen. 509. c. 22. Aurelian. 3. anno 540. cap. 7. Toletan. 4. an. 633. c. 44. 45.

V. Clericorum officium. Conc. Narbon. 589. c. 11. Hispal. 619. c. 3. Tolet. 7. an. 645. c. 3.

V. Depositio, Conc. Agathen. 506. c. 50. Cabilon 813. c. 4.

MONIA

MONIALES.

Vide Virgines & Viduæ.

Ex Conc. Niceno. Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325: Editionis Arabicæ.

74. VT Monasteria non relinquantur sine sororib. inter quas erunt mulieres viduæ quæ maritos habuerint, & constituetur illis diligens & probus Magister qui doceat legere librum Psalmorum donec benè didicerint & discant memoriter Psalmos præsertim Diaconissæ.

76. Vide Monachi.

Ex Concil. Valentino in Gallia sub Damaso I. anno 374.

2. De puellis quæ se Deo vouerunt, si ad terrenas nuptias spontè transierint, id custodiendum esse decreuimus, vt pœnitentialis non statim detur, & cùm data tamen fuerit, nisi plenè satisfecerint Deo quantum ratio poposcerit eorumdem communio differatur.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

11. Sanctimonialis virgò quum ad consecrationem suo Episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper vsura est, professioni & sanctimoniæ aptis.

97. Qui Religiosis feminis præponendus est, ab Episcopo loci probetur.

Ex Fragmentis Concil. Toletanorum.

Secundum Burchardum.

8. De viduis & puellis quæ habitum Religionis in domibus propriis tàm à parentibus quàm per se mutauerunt, si postea contra instituta Patrum vel præcepta Canonum, coniugia crediderint copulanda, tamdiu vtræque habeantur à communione suspensæ, quousque quod illicitè perpetrauerunt emendent, quod si emendare neglexerint, à communione & omnium Christianorum conuiuiu perpetuo sint sequestratæ.

Ex Concil. Chalcedonensi Gener. 4. sub Leone I. anno 451.

16. Si qua virgo se dedicauerit Deo similiter & Monachus, non licere eis iungi nuptiis, si vero inuenti fuerint hoc facientes, maneant excommunicati, statuimus vero posse facere in eis humanitatem, si ita probauerit loci Episcopus.

Ex Concil. Andegauensi sub Leòne I. anno 453.

6. Illæ quæ de virginitate sanctimonialium crimine proprio deciderunt, non solum à communione habeantur alienæ, sed ne conuiuiorum quidem admittantur esse participes.

Ex Concil. Turonico sub Simplicio, anno 482.

6. Qui se sacratis virginibus per coniunctionem nefandam miscuerit, vel propositum professæ Religionis dereliquerit, vtrique à communione habeantur alieni, donec resipiscentes ad auxilium pœnitentiæ reuertantur.

Ex Concil. Agathensi sub Symmacho, anno 506.

19. Sanctimoniales quamtumlibet vita eorum & mores probati sint, ante annum ætatis suæ 40. non velentur.

28. Monasteria puellarum longius à Monasteriis Monachorum, aut propter insidias Diaboli, aut propter oblocutiones hominum collocentur.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

38. Monasteria puellarum, nonnisi probatæ vitæ, & ætatis prouectæ, ad quascunque earum necessitates vel ministrationes permittantur intrare, ad faciendas vero Missas qui ingressi fuerint, statim exacto ministerio regredi festinabunt; alias autem nec Clericus, nec Monachus iuuenis, vllum ad puellarum congregationem, habebit accessum, nisi hoc aut paterna aut germana necessitudo probatur admittere.

Ex Concil. Ilerdensi sub Ioanne I. anno 524.

6. Qui pœnitenti viduæ vel virgini Religiosæ vim stupri intulerit, si se ab eo sequestrari voluerit, pariter à commonione, & à Christianorum consortio segregentur, si verò illa quæ vim pertulit ad sanctam Religionem redierit, in illo solo quoad vsque publicè pœniteat, data sententia perseueret.

Ex Concilio Arelatensi 3. sub Ioanne I. anno 524.

Secundum Gratianum.

7. Violatores sacrarum fœminarum, sacrilegi, ac iuxta Apostolum, filij perditionis esse noscuntur.

Ex Concil. Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

16. Si quis consecratæ vel deuotæ, id est, Religionem professæ vim inferre præsumpserit à communione Ecclesiast. vsque ad exitum repellatur, viatico tantum ei infirmitatis periculo reseruato, quod si rapta dicitur cum raptore habitare consenserit, & ipsa excommunicatione simili feriatur, quæ forma & de pœnitentibus ac viduis in proposito manentibus sub districtione Ecclesiast. conseruetur, quod si quis Sacerdos sciens, huiusmodi personis communicauerit, anno integro pacem Ecclesiæ non habebit.

Ex Concil: Aurelianensi 5. sub Vigilio, anno 552.

19. Quæcunque puellæ seu propria voluntate Monasterium expetunt, seu à parentibus offeruntur, annum in ipsa qua intrauerint veste permaneant, in his vero Monasteriis vbi non perpetuo tenentur inclusæ, triennium in ea qua intrauerint veste permaneant, & postmodum secundum statuta Monasterij ipsius, in loco quo elegerint permanere, vestimenta Religionis accipiant, quæ si deinceps, sacra relinquentes loca, propositum sanctum sæculi ambitione transcenderint, illæ quæ domibus propriis tàm puellæ quàm viduæ, commutatis vestibus conuersæ

ſantur, cum his quibus coniugio copulantur Eccleſiæ communione priuentur.

Ex Concilio Arelatenſi ſub Pelagio I. anno 554.

5. Vide Epiſcoporum Officium.

Ex Concil. Pariſienſi ſub Ioanne III. anno 559.

5. De earum erit coniunctionibus abſtinendum (& hi qui eas rapere & competere voluerint à communione ſunt remouendi) quæ veſtium commutatione tam viduæ quam puellæ Religionem, pœnitentiam, aut virginitatem publicè fuerint declaratione profeſſæ: quod ſi contra interdicta quis venerit, & in præſenti à communione Eccleſiæ Catholicæ habeatur extraneus, & perpetuo anathemate feriatur.

Ex Concil. Turonenſi ſub Ioanne III. anno 570.

14. Nullus ſacratam Deo virginem quæ in honorem Chriſti veſtem mutauit, aut rapere aut competere, aut ſibi coniugem ſociare præſumat, &c.

Ex Conc. Matiſconenſi 1. ſub Pelagio II. anno 582.

2. Nullus Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, Clericus vel quicunque ſæcularis in Monaſteriis puellarum niſi probatæ vitæ & ætatis prouectæ, præter vtilitatem, aut pro quacunque reparatione Monaſterij in quacunque earum neceſſitate habitare, aut ſecretas collocutiones habere præſumat, ne intra ſalutatorium aut oratorium ingredi permittantur præcipuè Iudæi.

12. Vide fragmenta Conc. Toletan. c. 8.

19. Idem definitum contra quandam Agnetem monialem.

Ex Concil. Lugdunenſi 2. ſub Pelagio II. anno 587.

3. Puellæ quæ ſe voluntariè dedicauerint, & intra Monaſterium puellarum concluſionem elegerint, & ſe de eodem Monaſterio quacunque animi leuitate aut vilitate corporis, extra captiuitatis incurſum voluntate ſua ſubtraxerint, &c. Quouſque in Monaſterium vnde egreſſæ ſunt reuertantur à communionis gratia ſegregentur, viaticum tamen illis miſerationis intuitu præbeatur.

Ex Concil. Barcinonenſi ſub Gregor. I. anno 599.

4. Si qua virgo propria voluntate, abiecta laicali veſte deuotarum more induta, caſtitatem ſeruare promiſerit, vel ſi qui hominum vtriuſque ſexus pœnitentia benedictionem expetendo à Sacerdote perceperint, & ad terrena connubia ſponte tranſierint, aut violenter abſtractæ feminæ, à pudicitiæ violatore ſe ſequeſtrare noluerint, vtrique ab Eccleſiarum liminibus expulſi, ita ab hominum communione ſint ſeparati, vt nulla prorſus ei vel conloquij conſolatio ſit relicta.

Ex Concil. Pariſienſi 6. ſub Deuſdedit. anno 615.

12. Vide Monachi.

13. De viduabus & puellis quæ ſibi veſtes in habitu Religionis in domibus propriis tam à parentibus, quàm per ſeipſas mutauerint, & ſe poſtea contra ſtatuta Patrum, vel præcepta Canonum coniugio crediderint copulandas, tamdiu vtrique habeantur à communione ſuſpenſi, quouſque quod illicite perpetrauerant emendent, aut ſi emendare neglexerint, à communione Eccleſiaſtica, vel omnium Chriſtianorum conuiuio in perpetuum ſint ſequeſtrati.

Ex Concil. Hiſpalenſi 2. ſub Bonifacio V. anno 619.

11. Monaſteria virginum, Monachorum adminiſtratione ac præſidio gubernentur, &c. ea tamen circa Monachos cautela ſeruata, vt remoti ab earum familiaritate, nec vſque ad veſtibulum habeant accedendi familiarem permiſſum, ſed neque Abbati, nec ei qui præficitur, extra eam quæ præeſt, loqui virginibus Chriſti aliquid quod ad inſtitutionem morum non pertineat, licebit, neque cum ea ſola quæ præeſt, frequenter eis loqui oportet, ſed ſub teſtimonio duarum vel trium Sororum, itaut rara ſit acceſſio, & breuis omnino locutio, &c. Vnus Monachorum probatiſſimus eligatur, cuius curæ ſit prædiis earum ruſticis vel vrbanis intendere, fabricas extruere, & ſi quid aliud eſt ad neceſſitatem Monaſterij prouidere, ſanè is qui ab Abbate proponitur iudicio ſui Epiſcopi comprobetur.

Ex Concil. Rhemenſi ſub Honorio I. anno 630.

19. Viduas quæ ſe Domino conſecrari petierunt, vel puellas Domino conſecratas, nullus neque per auctoritatem Regiam, neque qualicunque poteſtate ſuffultus, aut propria temeritate rapere aut trahere audeat, quod ſi vtrique conſenſerint, communione priuentur.

Ex Concil. Toletano 4. ſub Honorio I. anno 633.

54. Vide Monachi.

Ex Concilio Toletano 6. ſub Honorio I. anno 638.

6. Vide Monachi.

Ex Concil. Toletano 10. ſub Vitaliano, anno 656.

4. Vide Viduæ.

5. Omnibus feminis quæ iam in præteritum Religionis veſte probantur indutæ fuiſſe, nihil excuſationis valeat in oppoſitionem qualibet obiectio, &c. Commoneantur Sacerdotis authoritate vt redeant ſponte, quæ ſi redire noluerint, impulſu Sacerdotis ad Religionis habitum reducantur, & in Monaſteriis redactæ, excommunicationis condignæ ſententia feriantur.

Ex Concil. Romano 1. ſub Gregorio II. anno 721.

3. Vide Matrimonium.

Ex Concil. Ratiſponenſi ſub Zacharia, anno 741.

15. Vide Luxuria.

Ex Concilio Romano sub Zacharia, anno 743.

5. Vide Matrimonium.

Ex Concil. in Palatio Vernis sub Stephano III. anno 756.

5. Vide Monachi.

6. Nulla Abbatissa duo Monasteria præsumat habere, nec extra Monasterium licentiam habeat exire, nisi hostilitate cogente, sed Dominus Rex quando aliquam de ipsis Abbatissis ad se venire iusserit, semel in anno per consensum Episcopi in cuius Parochia est, vt tùm ad eum aliqua veniat ex sua iussione, si necessitas fuerit, & alibi omnino non debeat, nec per villas, nec per alia loca demorari, nisi tantum quàm celerius potuerit ambulare, & reuerti, & antè non moueat de suo Monasterio, antequam suum missum ad Dominum Regem mittat, & si iusserit Rex venire veniat, similiter nec illæ Monachæ extra Monasterium exire debeant; quod si aliqua in aliquem lapsum ceciderit, infra Monasterium per consilium Episcopi pœnitentiam agat, &c. Si tales feminæ velatæ ad præsens ibidem congregatæ inueniuntur, quæ regulariter viuere nun velint, nec ad hoc dignæ sint, vt cum illis aliis habitent, Episcopus vel Abbatissa prævideat locum aptum, vbi separatim cum custodia in pulsatorio habitare debeant, vel operari manib. quod ipsa Abbatissa eis iusserit. 11. Vide Monachi.

Ex Concil. Compendiensi sub Paulo I. anno 757.

11. Quoquomodo mulier spontè velum acceperit, non dimittat.

Ex Conc. Bauuarico apud Dingoluingam, sub Adriano I. anno 772.

4. Sanctimoniales quæ in seruitio Dei sunt, nullus ausus sit in coniugium & matrimonium ducere, aut si quis ausus fuerit contra decreta Canonum, ita componat sicut Canones decreuerunt.

Ex Conc. Nicano 2. vniuers. 7. sub Adriano I. anno 787.

19. Vide Simoniaci
20. Vide Monasterium.
21. Vide Monachi.

Ex Concilio Foroiuliensi sub Adriano I. anno 791.

12. Monasteria puellarum quæ sub disciplina Regulæ degunt, obstructius munitis claustris nulla pateant, nisi fortè summa compellente necessitate, aditu virorum, sed neque Presbyteri vel Diacones, vel quilibet de Clero, vel etiam Archimandritæ quasi visitationis vel prædicationis causâ, sine permissu Episcopi Ciuitatis, sibi licentiam tribuant incundi, quinetiam nec Episcopus absque Sacerdotibus vel Clericis suis, vt decet & honestè conuenit, adire illuc licentius se existimet, nulla vllo vnquam tempore licentia sit Abbatissæ vel cuilibet Monachæ quasi orationis causa Romam adire, vel alia loca venerabilia circuire.

Ex Concilio Arelatensi 2. sub Leone III. ann. 81[illegible]

7. Vide Conc. E[illegible]
8. Vide Monachi.

Ex Concil. Turonensi 3. sub [illegible] II. anno 81[illegible]

26. In Monasteriis puellarum multa [illegible]ri possunt quæ emendatione indigent, nam quædam Abbatissarum negligentius quam oporteat viuere dicuntur, & ob hoc eorum vita & conuersatio, à multis diffamatur, sed & talium actus subditam familiam imitari velle credendum est, victus etiam & vestimenta, aliaque necessaria quæ iure ab Abbatissis præparari debuerant, abstracta sibi eadem conqueritur familia.

27. Iuuenes viduæ citò nequaquam velentur, vsque dùm probetur illarum Religio, & bona eis nota conuersatio.

28. Virginibus sacrum velamen accipiendum decreta Patrum interdicunt, ante 25. annos, nisi fortè aliqua cogente necessitate.

29. Presbyteris, Diaconis, cæterisque Clericis infra claustra Monasteriorum puellarum non sit concessum habitare, neque intrent Monasteria, nisi tempore quo Missarum solemnia celebranda sunt, vel alia quælibet Ecclesiast. officia peragenda, quibus peractis statim egrediantur, ne ibi postea aliquam moram faciant, similiter & aliis hominib. eadem Monasteria importunè frequentare cupientib. omnis aditus præcludatur.

30. Abbatissæ absque sui Episcopi licentia foras Monasterij egrediendi non habeant potestatem, nisi cùm ad piissimum Imperat. nostrum proficisci voluerint, sed tantùm in suis permaneant Monasteriis.

31. Vide Monachi.

Ex Concil. Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

52. Monasteriis puellarib. tales præesse debent feminæ & Abbatissæ creari, quæ & se & subditum gregem cum magna Religione & sanctitate custodire norint, & bis quibus præsunt, prodesse non desinant.

53. Libuit huic sacro Conuentui quasdam admonitiunculas breuiter eis sanctimonialib. scribere, quæ se Canonicas vocant, quoniam hæ quæ sub Monasticæ regulæ norma degunt, totius vitæ suæ ordinem in ead. quam profitentur regulam scriptum habent.

54. Abbatissa diligentem habeat curam de congregatione sibi commissa, & prouideat vt in lectione & in officio, & in psalmorum modulatione, ipsæ sanctimoniales strenuæ sint, & illis stipendia tribuat necessaria.

55. Abbatissa cum viris Clericis siue Laicis, horis incompetentib. non loquatur, sed quidquid cum masculis Clericis siue Laicis de rebus necessariis peragere debet, à prima hora vsque ad vespertinam peragat, & hoc non cum singulis sed coram pluribus.

56. A Vespera vsque ad Primam, neque Abbatissa, neque aliqua sanctimonialium cum quibuslibet masculis vllum colloquium habeant, nisi fortè talis fuerit occasio quam euitare non possint, & si necessitas incubuerit, id coram testib. facere debebunt.

57. Abbatissa quæ in Ciuitate Monasterium habet, nequaquam de Monasterio egrediatur, nisi per licentiam Episcopi sui, aut qui eius vicem obtinet, nisi fortè aut imperialis iussio eam cogat, aut prolixitas itineris, id facere minimè permittat, &c.

58. Habeat Abbatissa studium aut in ædificando ea quæ ad sanctimonialium necessitatem pertinent, aut in restaurando.

59. Sanctimoniales in Monasterio constitutæ habeant studium in legendo, & in cantando, & in Psalmorum celebratione siue oratione, & horas Canonicas, Matutinam videlicet, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vespertinam, Completoriam pariter celebrent, & omnes, excepta quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, & omnib. dieb. ad collationé veniat.

60. Non debere Presbyteros amplius in Monasterio puellari immorari, nisi donec Missarum so-

lemnia celebrent, aut aliquid ibi de Dei seruitio, & suo ministerio expleant.

61. Non debere sanctimoniales in propriis mansionibus cum aliquibus masculis Clericis sine Laicis consanguineis siue extraneis bibere siue comedere, sed si quando id agendum est in auditorio agatur, & vbi auditorium decet fiat, & cum nullo masculo eis colloquium habere liceat, nisi in auditorio & ibi coram testibus.

62. Sanctimoniales, nisi fortè Abbatissa sua pro qualibet necessitate incumbente, illas mittenre, nequaquam de Monasterio egrediantur, hæ verò quæ famulos & famulas non habent ad exercenda negotia, ad mediam portam Monasterij perueniant, & ibi coram testibus negotium suum exerceant.

63. Nullus vassus Abbatissæ, nec Minister aliquis, nec Clericus nec Laicus claustra ancillarū Dei ingrediatur, nisi fortè quando necessitas operandi incūbit.

64. Portaria non eligatur, nisi quæ ætate matura sit & testimonium habeat bonum, & vitæ probabilis sit.

65. Quidquid in his Capitulis minus est, ab Episcopo suo Abbatissa perquirat, & illi in omnibus obediens sit.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

13. Quæ professionem S. Regulæ Benedicti fecerunt, regulariter viuant, sin autem canonicè viuant, pleniter & sub diligenti cura custodiam habeant, & in claustris suis permaneant neque foras exitum habeāt, sed & ipsæ Abbatissæ in Monasteriis sedeant, nec foras vadant sine licentia & consilio Episcopi sui.

26. Vide Presbyteri

Ex Concilio Romano sub Eugenio II. anno 826.

29. De Religioso habitu feminis consistentibus, ne viris sociari permittantur.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

21. Vide Episcoporum Mores.

43. Quædam Abbatissæ & cæteræ sanctimoniales non solum viduas sed etiam virgines puellas velare solitæ sunt, &c. Idcirco etenim huiusm. hoc modo potius quàm à Sacerdote velari volunt, quia dum clanculò se corrumpunt, nihil sibi obesse tale velamentum putant, hoc ergo ita habetur in vsu, vt vix aut viduæ velari à Presbyteris aut puellæ virgines consecrari expetant à Pontificibus, verum ne deinceps fieri præsumatur, decreuimus, &c. Quod si Abbatissa aut alia sanctimonialis hoc præsumat, congrua ab Episcopo suo correctione coerceatur, & pœnitentiæ Canonicæ vsque ad satisfactionem subdatur.

46. Canonici & Monachi Monasteria sanctimonialium tàm Monachatum quàm Canonicatum inconsulto Episcopo suo adire non præsumant, quod si fermo prædicationis faciendus est congruo in loco coram omnibus fiat, si vero colloquendum cum aliqua, id non alicubi nisi in constituto loco, id est in auditorio sub testimonio virorum Religiosorum, & Religiosarum feminarum fiat, quando vero Sacerdotibus Missarum celebrationes faciendæ sunt, cum Ministris sibi deputatis illuc ingrediantur, quibus ritè peractis non ad secretas collocutiones sanctimonialium se vllo modo diuertant, sed cum Ministris suis illicò egrediantur, porrò si Sacerdotibus sanctimoniales peccata sua confiteri voluerint, id non nisi in Ecclesia coram sancto Altari astantib. haud procul testib. faciant, &c. Episcopis sanè idcirco summoperè prouidendum est, ne Canonicorum aut Monachorum accessus indiscretus in Monasteriis puellarib. passim fiat, quia persæpè hac occasione multos vtriusque ord. Canonicos videlicet & Monasticos viros, muscipulam Diaboli incurrisse cognouimus.

Ex Conc. Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

12. de Monasteriis puellarum quæ in quibusdam locis lupanaria potius videntur esse quam Monasteria, propter negligentiam stipendiorum anr certè insolertiam Prælatorum Religiosi viri ad hoc dirigantur, vt talia inquirant, & secund. Religionem Deo placabilem emendare studeant.

13. Admonendæ sunt Prælatæ Monasteriorum subditas moribus probis atque exemplis præcedant, & de necessariis subditarum victualib. ad proprios vsus subtrahere non præsumant.

14. Admonendæ Prælatæ sunt vt prævideant, ne in ipsis Monasteriis multimodi sint anguli vel talia loca quæ sint tenebrosa, aut certe visui Prælatorum occulta in quib. Deus pro scelerib. inibi commissis ad iracundiam prouocetur.

Ex Concil. Vernensi sub Sergio II. anno 844.

5. De his qui sanctimonialib. illicitè miscentur.

7. De sanctimonialib. quæ Religionis causa virilem habitum sumunt, vel crines adtondent.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

67. Vide Furtum.

70. Vt illæ quæ quasi sanctimoniales velamine Religionis degere cognoscuntur, sed potius iuxta Apost. in deliciis viuentes mortuæ in diuinis oculis computantur, libidinibusque & cæteris carnis voluptatib. inseruire accusantur, si manifestè detegi potuerint, Episcopali auctoritate, & Regia potestate in talib. locis residere, sub testimonio Religioso cogantur, vbi pœnitentiam si fecerint dignam, adsequantur etiam fructuosam, si autem manifestè detegi non valuerint, erga Ecclesiam suæ opinionis malam famam legaliter purgare cogantur, & vt Religiosius de cætero viuant, Episcopali decreto & Regia potestate coërceantur.

Ex Concil. Moguntino sub Leone II. anno 847.

16. V. Conc. Cabil. 813. c. 57. & si quando Abbatissa foras pergit, de sanctimonialib. quas secum ducit curā & vigilantiā habeat, sed & cùm pergit, in Monasterio talem in vice sua constituere debet, quæ de sanctimonialium animab. curam & vigilantiam gerat, habeat etiam, &c. Vide vt supra c. 58. 59. & omnibus diebus ad consolationem veniant.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

7. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concil. Tullensi 2. sub Nicolao, anno 860.

2. De velatis & sacratis Deo tàm viduis quàm virginibus si clàm adulterauerint, vel si publicè nupserint, siue de viduis incontinentibus quæ luxuriando turpissimè in domib. suis viuunt, vsque ad finem vitæ in ergastulis retrusæ pœnitentiam agant, viri autem qui vim eis intulerint, & ipsi censura Ecclesiastica ad pœnitentiam constringantur.

Ex

Ex Concilio VVormatiensi sub Adriano II. anno 868.

20. Feminæ quæ sacro velamine sunt consecratæ, si fuerint fornicatæ velamen deponere non præsumant, sed pœnitentiæ iugo summissæ, summopere decertare festinent, vt ad indulgentiæ & remissionis valeant gratiam peruenire.

Ex Concil. Metensi sub Stephano VI. anno 888.

6. Duæ sanctimoniales propter suum facinus de Monasterio S. Petri sine velamine erant eiectæ, sed iuxta sacros Canones S. constituit Synod. vt velamina illis redderentur, & intra Monasterium in ergastulo ponerentur, paruo pane & aqua breui cum abundantia diuini verbi vsque ad satisfactionem ftuerentur.

Ex Concilio Triburiensi sub Formoso, anno 895.

23. Si quis sacro velamine consecratam in coniugium duxerit, & post dicatum Deo propositum, incœsta fœdera sacrilegaque miscuerit, protinus æquum est à sacra communione detrudi, & nisi per publicam probatamque pœnitentiam omnino recipi, si tamen pœnituerint, transeuntibus de sæculo viaticum non negetur, &c. Præcipimus vt omnino separentur, & iuramento constringentur, vlterius sub vno non cohabitent tecto, nec familiari frui colloquio, excepto in Ecclesia & in publico, aut pariter vllam habere communionem, &c. Si quæ etiam inter se diuidenda sint diuidantur, & vterque sua prouideat.

24. Quæcunque virgo suo patrocinio ante annos 12. non coacta, sed propria voluntate sacrum velamen sibi imposuerit, annuoque & diem nullo repetente velata permanserit, ab eodem S. habitu vlterius non recedat, &c. Si vero idem Patronus post annum & diem, sanctum propositum corrumpere, & velatam studuerit repetere, atque Christo suam sponsam rapere secundum præstituta Canonum præiudicemus, vt vires non obtineat, sed Christo Regi suam sponsam relinquat, &c.

Ex Concil. Nannetensi sub Formoso, anno 895.

19. Nulla sanctimonialis virgo vel vidua Conuentus generales adeat, nisi à Principe fuerit euocata, aut ab Episcopo suo, nisi fortè propriæ necessitatis ratio impulerit, & hoc ipsum cum licentia Episcopi sui.

Ex Concilio Augustano sub Ioanne XII. anno 952.

8. Sanctimonialis quæ spontanea voluntate strictiori vitæ proposito se alligare voluerit nulla re obstante, id quod bona intentione disposuerat peragendum ab Episcopo impediatur.

Ex Concilio Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

2. Vide Abbas

Ex Concilio Londinensi sub Honorio II. anno 1127.

3. Vide Simoniaci.

10. Nulla Abbatissa vel sanctimonialis cariorib. vestitur indumentis quàm agninis vel caninis.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 10. *sub Innocent. II. anno* 1139.

8. Sanctimoniales quæ nubere attentauerint separentur.

26. Perniciosam & detestabilem consuetudinem quarumdam mulierum quæ licet neque secund. Regulam S. Benedicti, neque Basilij aut Augustini viuant, Sanctimoniales tamen vulgò censeri desiderant, aboleri decernimus, cùm enim iuxta Regulam degentes in cœnobiis, tàm in Ecclesia quàm in Refectorio atque dormitorio communiter esse debeant, propria sibi ædificant habitacula & priuata domicilia, in quibus sub hospitalitatis velamine passim hospites & minus Religiosos contra sacros Canones & bonos mores suscipere nullatenus erubescunt, &c.

27. Prohibemus ne Sanctimoniales simul cum Canonicis vel Monachis in Ecclesia in vno choro conueniant ad psallendum.

Ex Concilio Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

4. Sanctimoniales & mulieres quæ Canonissæ nominantur, & irregulariter viuunt iuxta BB. Benedicti & Augustini Regulam, vitam suam in melius corrigant, & emendent, &c. Quod si vsque ad proximum Apostolorum festum non adimpleuerint, extunc in eatum Ecclesiis diuina prohibemus officia celebrari.

Ex Conc. Londinensi sub Alexandro III. anno 1175.

7. Vide Schismatici.

Ex Concil. Later. vniuers. 11. *sub Alexand. III. anno* 1179.

11. Monasteria sanctimonialium, si quisquam Clericus sine manifesta & necessaria causa frequentare præsumpserit, per Episcopum arceatur, & si non destiterit, à beneficio Ecclesiast. reddatur immunis.

Ex Concilio Eboracensi sub Celestino III. anno 1194.

15. Moniales absque societate Abbatissæ vel Priorissæ ambitum Monasterij non egrediantur.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 12. *sub Innocent. III. anno* 1215.

64. Simoniaca labes adeo plerasque moniales infecit, vt vix aliquas sine pretio recipiant in sorores, paupertatis prætextu volentes huiusm. palliare, &c. Quæ cunque de cætero talem prauitatem commiserit, tam recipiens quàm recepta, siue sit subdita, siue Prælata, sine spe restitutionis de suo Monasterio expellatur in locum arctioris Regulæ ad agendum perpetuam pœnitentiam retrudenda, de his autem quæ ante hoc Synodale statutum taliter sunt receptæ, ita duximus prouidendum, vt remotæ de Monasteriis quæ perperam sunt ingressæ, in aliis locis eiusdem ordin. collocentur, quod si propter nimiam multitudinem alibi fortè nequiuerint commode collocari, ne fortè damnabiliter in sæculo euagentur, recipiantur in eodem Monasterio dispensatiuè de nouo mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis, &c. Hoc etiam circa Monachos & alios Regulares decernimus obseruandum.

Ex Concilio Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

49. Moniales & cæteræ mulieres diuino cultui dedicatæ, velum vel peplum sericum non habeant, nec in velo acus argenteas vel aureas audeant portare, nec ipsæ vel Monachi vel Canonici Regulares Zonas sericas auri vel argenti ornamenta habentes, nec de cætero burneta, vel aliquo panno irregulari vtantur, metiantur etiam iuxta dimensionem corporum vestem suam, ita quod longitudinem corporum non excedat, sed pede decenter superducto sufficiat eis, sola monialis consecrata deferat annulum, & vno solo sit contenta.

54. Vide Monachi.

55. Ne Moniales intra septa domorum suarum præter necessarios seruientes, nec ad cohabitandum mulieres sæculares recipiant, nisi Episcopi Diœcesani accedat assensus. V. Monachi.

56. Ne Moniales aliquæ singulariter in Refectorio comedant carnes, in quibus non solent communiter carnes comedere.

57. Prouideant Episcopi quod Moniales in omnibus necessariis competenter sustentari possint de bonis Monasterij, ne sustineant vltra numerum, aliquam admitti, nec etiam suscipiatur aliqua, quousque redactæ fuerint ad numerum illum, &c. Confiteantur Moniales Sacerdotib. ab Episcopo sibi deputatis, Clerici autem vel Laici frequentem non habeant accessum ad claustra monialium sine causa rationabili. Vide Monachi.

Ex Concilio Germanico sub Honorio III. anno 1225.

15. Quicunque pudicitiam sanctimonialium cuiuscunque habitus, ausu sacrilego sollicitare præsumpserit, ab officio si Clericus fuerit, si Laicus à perceptione corporis Domini nouerit se suspensum, qui vero sacrilegum carnis commercium cum talibus habuerit, ipso facto excommunicatum se nouerit, sanctimonialis vero seu Canonissa quæ huiusm. crimen perpetrauerit, vlterius ad officium aliquod in Monasterio nullatenus admittatur, sed in signum iniquitatis suæ vltima tàm in claustro maneat, quàm in Choro.

Ex Conc. Salisburgensi sub Martino IV. ann. 1281.

9. Volumus vt Moniales communiter Regularia loca frequentent, & in eod. Refectorio communibus cibis vtantur, & quod Abbatissa ab aduentu Domini vsque ad Octauam Epiphaniæ, & à Septuagesima vsque ad octauam Paschæ in dormitorio dormiat, & in Refectorio comedat cum eisdem.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

3. Personis Ecclesiast. maximè in dignitatibus & sacris ordinibus constitutis frequentationem Claustrorum seu Monasteriorum monialium, ac inhonestam collocutionem, vel ludum noxium cum ipsis monialibus in Cameris vel publicè prohibemus sub pœna excom. hanc circa monialium curam, Abbatissas & Priorissas volumus adhibere cautelam, vt monialis post 12. aut 15. ætatis suæ annum probatione in Monasterio facta, vltra annum, professionis velum cogatur recipere, ac sibi capillos iuxta scapulas amputare, eisque sine manifesta vel rationabili causa exitus claustri per eam quæ regit monasterium prohibeatur omnino.

Ex Conc. Mediolanensi sub Nicolao IV. anno 1287.

5. Ne Moniales quouis prætextu septa Monasteriorum in quibus reclusæ, egrediantur.

Ex Concil. Rauennat. tempore Interregni. anno 1314.

11. Ad Monialium Monasteria nullus vir accedat sine petita licentia & obtenta sui Episcopi, si quis contrafecerit, pœnam 10. solidorum incurrat ipso facto, etiamsi non intret intra claustrum monialib. tantummodo deputatum, quam pœnam si non soluerit infra mensem, excommunicatus ipso facto existat, si verò fuerit Religiosus per mensem ieiunet in pane & aqua, bis in hebdomada coram fratribus; quam pœnitentiam si non inchoauerit infra mensem, vel inchoatam non compleuerit, eo ipso excommunicatus existat, & nihilominus ad dictum ieiunium teneatur, si autem intra claustrum seu locum monialib. deputatum intrauerit, sit ipso facto excommunicatus. Monialis quæ exierit claustrum seu locum ei specialiter deputatum, sine licentia obtenta sui Episcopi, licet clausuram sui Monasterij non exierit per mensem carceri deputetur, si autem clausuram ipsam exierit Monasterij, prædictæ pœnæ subiaceat, & tamdiu plus in carcere remaneat, quamdiu plus stetit extra Monasterium, & sit vltima semper in Choro, nullamque cum aliis habeat in Capitulo vocem.

Ex Concil. Rauennatensi 4. sub Ioanne XXII. anno 1317.

6. Vide Monachi.

Ex Conc. Sabinensi in Hispania sub Ioan. XXII. anno 1322.

12. Prælati in quorum Diœcesibus Monasteria mulierum consistunt, vel Prælati sui ordin. qui iurisdictionem in eis exercent de priuilegio vel de iure, certos viros antiquos probatos & honestos omni suspicione carentes, & maximè sui ord. si habere potuerint deputent, qui circa ipsarum custodiam inuigilent diligenter, ne quivis sæculares vel Religiosi suspecti ad eas intrent, vel ipsæ exeant ad eosdem, si vero ex aliqua rationabili causa aliquæ bonæ & non suspectæ personæ ad eas intrare debuerint, vel ipsæ exire ad eas, hoc fiat de voluntate expressa illius qui ad custodiam earum fuerit deputatus, de licentia illius qui Monasterio illi præest, eis etiam cum dictis personis confabulari non liceat, nisi sub testimonio duarum vel trium sororum, loco conuenienti & hora congruenti.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

a. Vide Abbas.

Ex Concilio Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

15. Omnes Prælati quorumcunque Ordinum mendicantium, non Monachi nostræ Diœcesis quibus à Deo deuotarum mulierum cura est commissa, easdem paternè, piè & solerter secundum suam Regulam & Patrum definitiones ad obseruantiam Regulæ, & Monasticæ vitæ inducant, ac diligenter vigilent, ne in receptione alicuius ipsarum, quidquam per simoniam exigatur,

insuper constit. Bonif. VIII. sup. clausura Monial. executioni demandari volumus.

Ex Concil. Lateran. vniuers. 17. sub Leone X. anno 1517. § ss. 10. De Exemptis.

4. Cùm Diœcesanis vt Monasteria Monialium Sedi Ap. immediatè subiecta in eorum Diœcesib. consistentia semel in anno visitare possint, per Constit. in Conc. Viennen. editam (quæ incipit attendentes) plena fuerit data facultas, illam innouamus, &c.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

11. Vide Monachi.

27. Moniales cuiuscunque ord. existant, morantes in Prioratib. qui non sunt idonei ad consouendam reformationem & Conuentum custodiendum, neque ad id fortè redditus eorum suppetere possunt, remittantur ad Abbatiam seu Monasterium, vnde huiusm. Prioratus dependent, redditus autem prædictorum Prioratuum applicentur Abbatiæ vel Monasterio, vbi etiam pro mensura augmenti, augeatur numerus Religiosarum; ex ordinatione autem Episcopi prouidebitur de seruitio competenti in prædicto Prioratu celebrando per Presbyterum sæcularem, cui de consensu Religiosarum per eumdem Episcopum congrua portio assignabitur.

28. In Monasteriis Monialium tot instituantur Moniales, quot de facultatib. eorumd. Monasteriorum (reparationib. Ecclesiæ, clausuræ, & aliarum Regularium domorum, necnon & processuum expensis deductis) commodè & sine penuria sustentari possint, à quibus pro ingressu aut receptione, nihil prorsus prætextu consuetudinis, aut quouis alio quæsito colore exigatur, si qua tamen vltra eas in huiusmodi Monasteriis se recipi petat, id non interdicimus dummodo congruam secum afferat pensionem qua cum cæteris Religiosis numerariis alatur, non tamen in locum numerariorum succedat, sed decedentibus numerariis aliæ nouæ & pauperes surrogentur. Prouideant Episcopi vt illud salubre ac frugiferum decretum (incipiens periculoso) in eo præsertim quod continet de clausura perpetua Monialium seruetur, ac perpetuo custodiatur.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 10.

5. Vide Monachi.

8. Sint in Monasteriis virginum præsertim, præter Abbates aut Præpositos, alij conscientiarum examinatores ac à Confessionib. at saltem virginib. liberum sit bis aut ter in anno aliis quos elegerint probis ac doctis viris, de suorum Superiorum consensu, conscientias suas exomologesi exponere, Confessiones autem Monialium non priuatim audiet, sed in cæterorum conspectu.

11. Sumptuosi Monialium Præpositi abrogandi, & frugales œconomi constituendi.

12. Moniales victum ac mensam communem vbique habeant, & quæ pari sunt officio destinatæ, pari etiam cibo alantur.

13. Quædam Monasteria quosdam Præpositos habent qui in Capellis solitarij commorantur, Episcopus Abbates, monitione præmissa, per censuram Ecclesiast. compellat, vt eiusmodi Præpositos aut Priores ad claustrum reuocent, faciantque Ecclesiis ipsis seu Capellis per sæculares Clericos deseruiri, aut certè alios Monachos ipsis adiungant.

19. Vitam conuersationem, ac mores Canonissarum quæ sæculares ob id appellantur, quod perpetuæ castitatis ac reliqua vota monastica non emittant, reformari omnino ducimus necessarium.

Ex Concilio Augustensi sub Paulo III, anno 1548.

12. Moniales ab egressu Monasteriorum suorum, virorumque conspectu contineant, earumque Monasteria, viri non ingrediantur, nisi id postulet ineuitabilis necessitas, œconomum ad res suas foris procurandas deligant honestum, fidum, &c. Canonissæ continentiæ studium nulla voti solemnitate obstrictum sectantes, commune habeant dormitorium, habitu modesto, &c.

Ex Concil. Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549. Medio 3.

7. Abbatissæ Canonissarum, Collegiis suis adsint & perpetuò resideant, ac diligenter obseruent, num omnes in dormitorio communi noctè decumbant, & in habitu ipsas decenti, incedant ac horas Canonicas ritè persoluant.

Ex eod. Concilio, Censura contra abusus.

5. Ne qua Religiosa virgo sub excommunicatione habitum alium quàm suæ Religioni conuenientem sibi induat, aut alia videri velit sponsa Deo consecrata quàm ea quæ se esse profiteatur.

17. Prohibemus posthac vel comœdos admitti in virginum Monasteria, vel virgines comœdias spectare.

28. Vide Monachi.

37. Sanctimonialib. bis aut ter in anno fiat potestas alij quàm suo Presbytero confitendi ab Ordinario loci deputando, nisi proptius earum Visitator aut Commissarius huic rei prius prouiderit.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

79. Sanctimoniales cuiuscunque ordin. quacumque de causa (nisi sola ineuitabili necessitate compulsæ) consortium sororum suarum relinquere, aut extra Monasterium prodire nullo modo præsumant, Ecclesiastici verò Regulares ac Laici in ipsa Monasteria, nisi ex necessaria causa cum honesto comitatu, & manifesto consensu Superioris introire non audeant, contrauenientes Ecclesiastici, suspensionis ab officio & beneficio, sæculares excommunicationis pœna percellantur.

Ex Concil. Treuirensi sub Paulo III. anno 1549.

11. Moniales nulla ratione vel causa, nisi tanta & talis sit quod omnino notoriè excusat, Monasteria sua egredi facultatem habeant, sed & tunc nonnisi cum honesto & decenti habitu, & associatæ egrediantur, idque de expressa licentia Episcopi, Abbatis, Visitatoris, aut ab iis potestatem habentis, quam Patri Confessori concedi prohibemus: nulli prorsus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ, nisi rationabilis & manifesta causa subsit, ac tunc speciali licentia illius ad quem spectat, petita & obtenta, accessus, vel ingressus ad moniales pateat, ne moniales ordinem aliquem professæ Confessorem habeant alium quàm eiusd. ord. & Regulæ.

Ex Concilio Trident. Gener. 18. sub Pio IV. anno 1562. Seß. 25. De Regular.

5. Episcopi in omnibus Monasteriis sibi subiectis, ordinaria, in aliis verò Sedis Apost. auctoritate clausuram sanctimonialium vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi inuiolata est conseruari maxime procurent, inobedientes atque contradictores per censuras Ecclesiast. aliasque pœnas quacuoque appellatio. ne postposita, compescentes, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis &c. Nemini autem sanctimonialium liceat post professionem exire à Monasterio etiam ad breue tempus quocunque prætextu, nisi ex aliqua legiôma causa ab Episcopo approbanda, &c. Ingredi autem intra septa Monasterij nemini liceat, cuiuscunque generis aut conditionis sexus vel ætatis fuerit sine Episcopi vel Superioris licentia io scriptis obtenta, sub excommunicatione ipso facto incurrenda, & quia Monasteria Monialium extra mœnia vrbis vel oppidi constituta, malorum hominum prædæ & aliis facinotibus sine vlla sæpe custodia sunt exposita; curent Episcopi & alij Superiores, si ita videbitur expedite, vt sanctimoniales ex iis ad noua vel antiqua Monasteria intra vrbes vel oppida reducantur, inuocato etiam auxilio, si opus fuerit, brachij sæcularis.

7. Abbatissa & Priorissa, & quocunque alio nomine Præfecta vel Præposita appelletur, eligatur non minor annis 40. & quæ 8. annis post expressam professionem laudabiliter vixerit, quod si his qualitatibus non reperiatur in eod. Monasterio, in alio eiusd. ordin. eligi possit, si hoc etiam incommodum Superiori qui electiooi præest videatur, ex iis quæ in eod. Monasterio annum 30. excesseriot, & 5. saltem annis post professionem rectè vixerint, Episcopo vel alio Superiore consentiente eligatur, duobus verò Monasteriis nulla præficiatur, & si qua duo vel plura quocunque modo obtinet cogatur vno excepto intra sex menses cætera resignare, post id vero tempus nisi resignauerit, omnia ipso iure vacent.

9. Monasteria sanctimonialium S. Sedi Apost. immediatè subiecta, ab Episcopis tanquam Sedis Apost. Delegatis gubernentur, &c. Quæ verò à Deputatis in Capitulis Generalib. vel ab aliis Regularib. reguntur, sub eorum cura & custodia relinquantur.

10. Sanctimoniales saltem semel singulis mensib. confessionem peccatorum faciant, & sacrosanctam Eucharist. suscipiant, &c. Præter ordinarium autem Confessarium alius extraordinarius ab Episcopo & aliis Superioribus bis aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debeat, quod verò sanctiss. Christi corpus intra chorum vel septa Monasterij, & non in publica Ecclesia conseruetur S. Synodus prohibet.

17. Si puella quæ habitum regularem suscipere voluerit maior 12. annis fuerit, non antè eum suscipiat, nec postea ipsa vel alia professionem emittat quàm explorauerit Episcopus, vel eo absente, vel impedito eius Vicarius, aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus virginis voluntatem diligenter an coacta, an seducta sit, an sciat quid agat, &c. Liberè profiteri liceat, cuius professionis tempus, ne Episcopus ignoret teneatur Præfecta Monasterio, eum antè mensem certiorem facere.

18. Anathemati S. Synodus subiicit omnes & singulas personas cuiuscunque qualitatis fuerint, tàm Clericos quàm Laicos sæculares vel regulares, si quomodocunque coëgerint aliquam virginem vel viduam aut aliam quamcunque mulierem inuitam præterquam in casibus in iure expressis, ad ingredidum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscunque Religionis, vel ad emittendam professionem, quique consilium, auxilium vel fauorem dederint, quique scientes eam non spontè ingredi vel profiteri, quoquomodo eid. actui vel præsentiam vel consensum, vel auctoritatem interposuerint, simili anathemati subiicit eos qui sanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi, quoquomodo sine iusta causa impedierint; eaque omnia quæ antè professionem vel in ipsa professione fieri oportet seruentur, non solum in Monasteriis subiectis Episcopo, sed & in aliis quibuscumque.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 3.

3. Monasteria io quibus tt. non sunt quæ professæ velo vtantur, quæque eum numerum propriis fructibus aut consuetis eleemosynis alere non possunt, transferre, & cum aliis Monasteriis eiusd. aut alterius ord. vnire studeat Episcopus, vocatis ad id Superio. rib. Regularib. si modò res agatur eius Monasterij, cuius cura ad illos pertineat, &c. Si vero eiusmodi vnio minimè expedire videatur, cum numerum monialium tempore interire, & ad nihilum redigi sinat, adempta omnino illis monialib. facultate recipiendi nouioas, &c.

4. Præfecta monialium ne minor 40. anois eligatur, &c. Vide Conc. Trid. 1562. c. 7. Præfecta Vicaria & Discretæ à Capitulo taciois suffragiis corà Superiore, aut eius Ministro eligantur qui extra Monasterium ad Cancellos siue clathros stet, &c. In quibus Monasteriis plures germanæ sorores sunt, si earum vna Monasterio præficitur, reliquæ sorores neque Vicariæ, neque Discretæ, neqoe Ianitrices fieri, neque Scribæ aut Celerariæ officio fungi possint, &c. Earum officia ad qnæ electæ fuerint duorum annorum, aut in quibus ea esset consuetudo ad summum triam. Illis eum persunctæ fuerint, tantumdem saltem temporis vacent ab officiis, &c. Nouitiarum curam sola Magistra electa, loco à cæteris monialib. Separato habeat, &c. Ianuæ septorum Monasterij die clausæ sint vna saltem claue, quæ ab antiquiori Ianitrice custodiatur, nequaquam autem aperiantur nisi duabus Ianitricibus præsentibus, at noctu duabus clauibus diuersis clandantur, quarum altera asseruetur à Præfecta, altera verò ab eadem Ianitrice anôquiore, &c. Præfecta & Moniales, bona Monasterij alienare, permutare, locare aut contrahere, nullo modo possint, nisi sciente, consentiente, aut præsente earum Superiore, aut eius Vicario; si verò aliqua moritur, Confessor cum Comite quem Superior approbarit ingrediatur septa Monasterij tunc cùm eius corpus ad sepulturam dandum fuerit.

5. In iis Monasteriis io quibus Moniales pauciores sint 50. duæ tantum germanæ sorores, aut tres quæ sint vnius generis ac familiæ recipi possint, vbi verò plures sunt 50. ibi tres tantummodo sorores aut quatuor eiusdem familiæ recipi liceat, &c. Puella postquam Monialium vestem suscepit, amplius è Monasterij septis exire non possit, si verò semel exierit, nulla illi in posterum facultas redeundi concedatur, nouitiæ causa antè professionem nihil Monasterio detur, præter id quod necessarium sit ad victum & vestitum eius temporis quo fuerit in nouitiatu.

6. Præfecta Monasterio 30. ante diebus Episcopo significet quo tempore Nouitia professura sit, vt vel ipse vel alius cui ille id negotij dederit Nouitiæ voluntatem cognoscat, Nouitia ne examinetur intra septa Monasterij,

Monasterij, sed extra in publica eiua Monasterij Ecclesia, &c. Nulla renunciatio bonis à Nouitia fiat, nisi facultate ab Episcopo vel eius Vicario permissa ad duos proximos menses ante professionem fiat, &c. Quo die puella profitetur, vel monialem habitum induit, in foresteriis ædibusque Monialium ab eius propinquis & amicis, conuiuia ne fiant, neve bellaria dentur.

7. Moniales & velatæ & conuersæ præter horas Canonicas, aliasque orationes quas ex officio habere debent, quotidie in Chorum vniuersæ conuenientes nisi necessariò impediantur, saltem per horam mentalem orationem adhibeant, semihora videlicet post Matutinum, itemque post Nonam aut Completorium.

8. In omnibus Monasteriis quod ad cibum, potum, somnum, cæterasque res attinet omnes communiter viuant, neque vlla sit quæ quidquam possideat, aut adhibeat vt proprium, etiamsi ad necessitatem concessum sit, ter autem in singulos annos Præfecta vna cum discretis cellas & supellectilem singularum Monialium diligenter inquirat & scrutetur, ne vlla quidquam habeat proprij, aut plusquam quantum ei ad suum vsum concessum fuerit, quod si quæ proprij aliquid tenere deprehensa fuerit, ea biennio actiua & passiua voce priuata sit.

9. Curent Episcopi, vt ad omnes fenestellas vbi colloquendum sit duo ferrei clathri seu cancelli constituantur, qui saltem palmo distent alter ab altero, inter virgas ferreas, quibus singuli cancelli compacti sunt, non plus omnino quam vncia intersit, intimo verò cancello quo Moniales ad colloquendum accedunt, ferrea lamina appingatur quæ moueri nequeat, sitque exiguis foraminibus ad audiendi tantum commoditatem perforata, cui lineus pannus nigri coloris, lineis tabellis affixus instar fenestræ quæ aperiri possit cùm erit colloquendum, apponatur. In ea lamina fieri possit quadrata fenestellula 9. tantummodo vnciarum, cuius clauis à Præfecta custodiatur, neque eam fenestellulam aperire liceat, nisi quo tempore colloquendum sit cum Episcopo vel ordinis Superioribus, aut cum parentibus & aliis arcta propinquitate coniunctis, aut cùm instrumentum aliquod confici, aut sacrum sermonem audiri oporteat, &c. Omnes fenestræ & cancelli, & quicunque locus per quem Moniales externam Ecclesiam introspicere possint ædificentur, præter fenestram in qua collocata est rota, & fenestellulam ad solum sacrosanctæ Euchat. sumendæ vsum constitutam, ac illam fenestram per quam corpus & sanguinem D. N. I. C. à Sacerdote celebrante aspicere possint. Regulares viri in posterum ne areas Monasteriis Monialium proximas ædificandi causa emant, vnde Monialium aspectus fieri possit, Moniales Monasteriorum ædificatione vicina Regularium virorum ædibus, aut iis locis vnde ipsæ ab illis inspici possint prohibemus, &c. Quicunque Clericus siue regularis siue sæcularis, cuiuscunque ordinis, aut Laicus cuiuscunque status aut dignitatis, ipsarum Monialium septa interdiu vel noctu introire ausus fuerit, præter excommunicationem quam ex Conc. Trid. ipso iure subit, aliis etiam grauissimis pœnis, habita personæ criminisque ratione puniatur, quo decreto excipimus eos quib. ob necessariam Monasterio earum operam & industriam Superior septa ingrediendi facultatem quotannis renouandam scripto permiserit, &c. Intra septa Monasterij mares & feminæ cuiusuis generis nulla de causa pernoctare possint, proposita excommunicatione latæ sententiæ, quam & is qui pernoctarit, & præfecta quæ id permiserit subeat, &c. Moniales cum nemine externo omnino colloquantur, nisi is licentiam scriptam & obsignatam à Superiore Monasterij, aut ab eo quem is suo nomine substituerit, atque in Cancellaria Episcopali gratis descriptam attulerit, &c. Quibus diebus sumitur sacrosancta Euchar. & quoties dies festi ex præcepto celebrantur tempore etiam Aduentus & Quadrages. in vigiliis de præcepto, omni denique tempore, cum diuina fiunt officia; Moniales cum externo nemine colloqui possint, nisi id necessitas ita postulet; nulli Moniali fas sit ad quemquam secreto litteras scribere præter Episcopum & Superiorem, si de aliqua graui re eset admonendus, neque ad se missas litteras aperire & legere, nisi prius Præfecta eas coram Vicaria legerit, aut se præsente legi iusserit.

10. Conuersis minimùm 40 annis natis & Superiori probatis facultas sit exeundi septis Monasterij, propter negotia Monasterij necessaria, &c. Ad funera ne prodeant, aut nisi quæ ordinis sint mendicantium, exeuntes binæ prodeant, neque longius discedant altera ab altera, quam vt se inuicem aspicere & audire possint.

11. Puellæ sæculares quæ nunc in clausura Monasterij, educationis aliave causa commorantur, post annum è Monasterio exire cogantur, nisi omnibus iis prædita quæ ad suscipiendam Religionem requiruntur, Monachalem vestem sumere voluerint, &c. In posterum puellæ educationis causa in Monasterio ne recipiantur, sine licentia scripto permissa ab Episcopo ac Superiori Regulari, si ei subiectum fuerit Monasterium, hæc autem licentia non concedatur puellis quæ habeant à quibus regi & educari commodè possint; aut iis quæ decimum annum non compleuerint, aut maioribus 15. annis, quæ semel exeunt è Monasterio, amplius aut in illud, aut in vllum præterea aliud admitti non possint, nisi cum Moniales fieri voluerint, nigri tantummodo, aut fusci vel albi coloris vestes non sericas adhibeant, &c. Cum propinquis aliisve externis ne colloquantur; nisi eisd. seruatis quæ de Monialib. eo in genere decreta sunt.

12. Qui Monasteriis præsunt doctos prudentes ac pios Concionatores adhibeant, quibus saltem in singulos menses ad cancellos collocutionis Monialium, vel ad fenestellas Ecclesiæ, Dei verbum prædicent, &c. Nemo Regularis peccata Monialium possit audire, nisi priua è Generali Capitulo, aut sui ord. Generali, aut eo absente ab ipsius Vicario Gener. probatus fuerit. Iidem Monasterij septa ingredi non possint, nisi id eis à Superiore aliqua de causa concessum fuerit, excepta causa administrandi sacramenta ægrotis Monialibus, &c. Confessores in Monasteriorum locis quos foresterias vocant cibi capiendi causa ne morentur, nisi Confessionis tempore, &c. Regularibus qui fratres sint Monialium permissu Superiorum semel in singulos annos cum sororibus Monialibus tantum colloqui liceat, idque præsentibus iis quæ collocutioni præpositæ sunt.

13. In singulis Monasteriis ab aliqua Moniali, ceteris professis audientibus quotidie legatur saltem caput vnum constitutionum Regulæ aut ordinis cui adscriptæ sunt.

Ex Concilio Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII. anno 1573.

20. Qui ordinarius Confessor in aliquo Monialium Monasterio constitutus aliquando fuerit, ne idem ad earum Confessiones extraordinariè audiendas mittatur;

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 3.

11. Monasterium ianuas, per quas ad illius septa aditus pateat, duas habeat, & alias praeterea nullas, quarum duarum ianuarum vna iumentis, curribus, vehiculisque agendis, altera aliis vsibus & commodis necessariis inseruiat.

Ex Concil. Mediolan. 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 2.

18. Tempore pestis ne extra clausurae septa finesve egrediendi facultas, nisi vrgente necessariaque causa, monialibus permittatur, si verò aliquando necessitas efflagitat, vt illae intus visitentur aut inspiciantur, hoc ne à viris fiat sed à feminis honestis curabit Episcopus.

Parte 3.

18. Contra Moniales & illas etiam quarum curam Regulares gerunt, si quando clausurae finibus exierint, facultate à Sede Ap. non impetrata, censuris Ecclesiast. aliisque iuris remediis agat Episcopus.

Ex Concil. Mediolan. 6. sub Gregor. XIII. anno 1582.

29. Ne quis Clericus Laicusve cuiuscunque conditionis sexus, aetatisve sit, absque Episcopi aut eius Vicarij concessu litteris exarato, ad monialium Monasteria quouis praetextu, ac ne eo quidem nomine inuisendi alloquendive puellas tantum quae ibi educantur vmquam accedat, &c. Ne quis absque eiusdem Episcopi facultate scripta intra septa Monasterij monialium ingredi audeat, sub excom. ipso facto incurrenda, à qua nisi à summo Pont. absolui non possit, Abbatissae & Priorissae aliaeque moniales quae ingredi permiserint eamdem excommunicationem incurrant.

Ex Concil. Aquensi sub Gregor. XIII. anno 1585.

18. Vide Conc. Trid. 1562. sess. 25. c. 5.

19. Monialium Monasteria, Regularium iuri, curaeve subiecta, quoad clausuram attinet diligenter accuratéque visitent Episcopi.

42. Vide Conc. Trident. 1562. sess. 25. c. 5. 17. 18.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

50. Vide Conc. Trident. 1562. sess. 25. c. 5. 7. 17. Renunciationes ante professionem factae à monialib. irritae habeantur, nisi facultas ab Episcopo ante duos menses obtineatur, quam mox professio sequatur. Antequam professio emittatur à virginib. diligenter de eleemosyna agatur in numerata pecunia, quae super fundo statuatur, cuius sors principalis non possit aut debitis soluendis, aut quotidianis vsibus insumi. Curent Episcopi, expensis antea Monasteriorum monialium sibi subditarum facultatib. vel ex consuetis eleemosynis certum monialium numerum constitui, qui nullo modo possit augeri, nisi facultatib. vel ex consuetis eleemosynis auctis.

Ex Concil. Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

20. A tempore Nouitiatus, è septis Monasterij exire nouitiis nullatenus permittatur in nouitiatu nulla recipiatur sine habitu Regulari, ad habitum nulla nisi maior 12. annorum, at verò antequam inducatur in Monasterium de libero eius consensu interrogata ab Episcopo vel Vicario Genet aut aliquo ab eis deputato, &c. Clausuram monialium si Episcopis subsint, ordinaria, sin minus Apostolica auctoritate iuxta Trid. decretum ab ipsis reuideri conuenit & reformari, &c. feminas quae meretricium exercuerunt, aut quarum honestas in dubium renocata aliquando fuit, cum monialib. tractare, loqui, negotium habere nullatenus concedatur, etiamsi causa praetendatur honesta, &c. Presbyteros saeculares ac regulares sine expressa licentia Episcoporum decernimus non permittendos, vt in Ecclesiis monialium Episcopis subiectarum celebrent; musicas Laicorum seu Clericorum in monialium Ecclesiis, Episcopi non permittant, nisi licentia praecedente; nec permittant Episcopi Conuersas à Monasteriis suae Dioecesis ad colligendas eleemosynas extra Dioecesim discedere sine litteris commendatitiis.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

33. Vide Conc. Trident. 1562. sess. 25. De Reformat. c. 5.

MVLIERES.

Ex Concil. Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

81. NE feminae suo potius absque maritorum nominibus Laicis scribere audeant, quae fideles sunt, vel litteras alicuius pacificas ad suum solum nomen scriptas accipiant.

Ex Concil. Ancyrano sub Siluestro I. an. 314. & Epitome Adriani I. an. 773.

20. Feminae quae partus suos ex fornicatione necant, decennio poeniteant.

Ex Conc. Neocaesariensi sub Siluestro I. an. 314. & Epitome Adriani I. an. 773.

2. Mulier duobus fratr. nupta vsque ad mortem abiiciatur, verum in exitu suscipiatur si promiserit se talem copulam non iteraturam, si vita concedatur.

Ex Concil. Gangrensi sub Siluestro I. an. 325. & Epitome Adriani I. an. 773.

13. Nulla femina virilem habitum sumat quasi pro continentia.

14. Nulla femina virum relinquat pro execratione nuptiarum.

17. Ne mulieres quasi pro diuino cultu attondeantur.

Ex Concil. Caesaraugustano sub Damaso I. anno 381.

1. Vt mulieres omnes Ecclesiae Catholicae & fideles à virorum alienorum lectione & coetibus separentur, nec ad ipsas legentes alij vel aliae studio vel docendi vel discendi conueniant, quoniam & hoc Apost. iubet, mulieres in Ecclesiis taceant.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

99. Mulier quamuis docta & sancta, viros in conuentu docere non præsumat.

100. Mulier baptizare non præsumat.

Ex Concil. Tarraconensi sub Hormisda, anno 517.

1. De his quibus cura parentelæ proximitate haberi permittitur, ea cautela earum necessitates sustineant, vt pietatis beneficia quæ eis sunt necessaria à longius præbeant, ipsi verò pro visendis eis eùm ingressi fuerint celeri salutatione recurrant, nec ibi faciant mansionem, qui tamen cùm ad earum visitationem pergunt, testem solatij sui fide & ætate probatum adhibeant secum, si quis hæc à nobis statuta contempserit, si Clericus est loci sui dignitate priuetur, si verò Religiosus vel Monachus in cella Monasterij inclusus, pœnitentiæ lamentis incumbat. vbi singulari afflictione panis & aquæ victum, ex Abbatis ordinatione percipiat.

Ex Concilio Bauarico apud Dingoluingam, sub Adriano I. anno 772.

12. Quisquis de nobili genere deprehensus fuerit, de illis tribus causis de quibus supra diximus, ille hæreditatis suæ portionem pro illius criminis reatu perdat; vxor autem illius suo iure non priuetur. Vide Homicidium.

Ex Conc. Niceno 2. vniuers. 7. sub Adriano I. anno 787.

18. Vide Clericorum cœlibatus.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

42. Quædam feminæ maximè hæ quæ valdè sensu tenues sunt, sine consensu Sacerdotum idcirco sibimeipsis velum imponunt, vt sub prætextu huius velaminis Ecclesiarum excubatrices, & administratrices fieri possint, hæc igitur in causa velatio, vnusquisque Episcopus prouideat, ne in Parochia sua fiat, &c.

44. Nobiles feminæ quæ amissis viris velantur, & non in Monasteriis sub spiritualis matris regimine, sed potius in domibus propriis, occasione liberorum, rerumque suarum residere, deliciisque affluere delectantur, ab Episcopis pastorali sollicitudine admoneantur & instruantur, quatenus suæ saluti consulant, &c. Et abhinc ab omnibus obseruandum statuimus, vt huiuscemodi viduæ, amissis viris repentè non velentur, sed cum continentia Episcopi sui 30. diebus expectent, quibus peractis aut nubant, aut si potius Deo se sacrari expostulauerint admoneantur & instruantur, vt non in domibus propriis, sed in Monasteriis sub spiritualis matris regimine Deo se seruituros subdant, &c.

45. In quibusdam Prouincijs feminæ sanctis Altaribus se vltrò ingerunt, sacrataque vasa impudenter contingunt, & indumenta Sacerdotalia Presbyteris administrant, & quod his maius, indecentius, ineptiusque est, corpus & sanguinem Domini populis porrigunt, & alia quæque quæ ipso dictu turpia sunt exercent, &c. Proinde vnusquisque Episcoporum sollicitè sagaciterque prouideant, ne in sua Parochia tale quid fieri deinceps sinat.

Ex Concilio Moguntino sub Leone IV. anno 847.

21. De mulieribus quæ fornicantur, & partus suos necant, vel quæ agunt secum, vt vtero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio vsque ad exitum vitæ eos ab Ecclesia remouet, humanius autem nunc definimus, vt eis 10. annorum tempus secund. præfixos gradus pœnitentiæ largiatur.

Ex Concil. Nannetensi sub Formoso, anno 895.

3. Nulla femina ad Altare præsumat accedere, aut Presbytero ministrare, aut infra cancellos stare, aut sedere.

Ex Concil. Tarraconensi sub Celestino IV. ann. 1242.

6. Vide Hæretici.

Ex Concilio Toletano sub Ioanne XXII. anno 1324.

3. Mulieres quædam quæ soldaderas vulgariter nuncupantur, intrant publicè domos Presbyterorum & Magnatum ad comedendum, & alia loquentes praua & inhonesta colloquia, facientes spectaculum de seipsis, præcipimus omnibus & maximè prælatis, ne huiusmodi mulieres permittant intrare vel esse in domibus eorumdem, nec aliquid dent eisdem.

Ex Concil. Saltzburgensi sub Martino V. anno 1420.

40. In nonnullis Prouinc. nostræ partibus mulieres habitu induuntur satis inhonesto, vt puta caudam ad modum aspidis, ac aliàs ornatum exquisitissimum, & supra modum sumptuosum habentes, faciunt enim quædam mulieres suis peplis, crinibus, aliis atque capitis ornamentis, ac si ante & post facies habeant monstruosè; vniuersos & singulos Laicos nostræ Prouinciæ obsecramus & præcipiendo mandamus, vt vxores suas & filias, & alias mulieres in sua patria seu familiari potestate existentes, faciant honestè incedere, prohibentes ne nimium in vestibus & aliis mulierum ornamentis superfluitatem habeant, eisdem etiam mulierib. sub excommunicatione præcipimus, vt in hoc maritorum suorum obtemperent mandatis.

Ex Concilio Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

18. Mulieres cuiusuis ordinis, status & conditionis sint, pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ, velato in Ecclesia capite sint.

NOTARII.

Vide Testamentum, Simoniaci.

Verbo Beneficium Ecclesiast. Conc. Mediolan. 5. an. 1565. p. 2. cap. 11.

V. Episcoporum Officium, Conc. Aquensi 1585. cap. 19.

V. Magistratus Conc. Saltzburg. 1586. c. 16.

V. Vsura Conc. Rauennat. 1286. c. 6. Mediolan. 1569. tit. 1. c. 19.

OBEDIENTIA.

Ex Conc. Nicæno Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325.

Secundum Iulium I.

10. Omnes qui aduersus Patres armantur infames esse censemus.

13. Infames esse censemus omnes qui suam aut Christianam præuaricantur legem, aut Canonicam postponunt authoritatem.

Ex Concil. Gangrensi sub Siluestro I. an. 325. & Epitome Adriani I. an. 773.

3. Si quis seruum pro Religione, Dominum suum contemnere docet, anathema sit.

16. Ne filij parentes, occasione Christianitatis despiciant.

Ex Conc. Carthaginensi secund. Gratian.

5. Vt Laici contemptores Canonum excommunicentur, Clerici honore priuentur.

Ex Concil. Mileuitano sub Innocentio I. anno 416.

23. Oportet eos qui putauerint spretis maioribus aliquid præsumendum, competenter esse ab omni Conc. coërcendos.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

40. Si quis sanctorum Antistitum qui statuta præsentia subscriptionibus propriis firmauerunt, necnon & quos eorum, Deus, esse voluerit successores, relicta integritate, obseruationes excesserit, reum se Diuinitatis pariter & fraternitatis iudicio futurum esse cognoscat.

Ex Concil. Ilerdensi sub Ioanne I. anno 524.

10. Qui iubente Sacerdote pro quacunque culpa ab Ecclesia exire contempserit, pro noxa contumaciæ, tardius recipiatur ad veniam.

Ex Concil. Antisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

4. Si quis ad id quod constitutum est conseruandum negligens inuentus fuerit, & hoc obseruare distulerit, aut eos qui ipsum audire neglexerint, celauerit, aut suppresserit, anno à consortio fratrum, vel ab omnium Christianorum communione habeatur extraneus.

Ex Concil. Hispalensi 2. sub Bonifacio V. anno 619.

8. Eorum status qui contra Episcopum suum vel Patronam Ecclesiam nituntur, decidi potius quàm conseruari conuenit.

Ex Concil. Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

2. Canonum statuta ab omnibus intemerata seruentur.

Ex Concilio Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

15. Vt Comites Iudices, seu reliquus populus, obedientes sint Episcopo.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

13. Si quis publicus diuinæ legis præuaricator, vel pro manifestis criminibus erga Ecclesiastica iusta & rationabilia iudicia contemptor repertus fuerit, si monitionib. Episcopalib. obtemperare distulerit; anathematizetur.

78. Vt Capitula Ecclesiast. à Domino Carolo Magno Imp. necnon & à Domino Ludouico Pio Augusto promulgata obnixè obseruari præcipiantur, sicut & legalia obseruanda esse noscuntur.

79. Quicunque quæ à Diuino spiritu per Pontificalem authoritatem & Regiam maiestatem promulgata & prolata atque confirmata sunt, contumaci atque rebelli animo contraire præsumpserit, si Ecclesiastico ordine qualibet persona fuerit honorata Synodali authoritate gradus proprij amissione mulctetur, si autem in sæculari habitu qualibet potestate vel dignitate fuerit sublimata persona, honore quo in Republica fruitur, sine retractatione à Regia maiestate priuetur.

Ex Conc. Constantinop. vniu. 8. sub Adrian. II. anno 869.

1. Sanctiones Ecclesiæ Cathol. & Apost. per traditionem à sanctis omnique laudis præconio celebrandis Apostolis, tùm ab Orthodoxis Oecumenicisque & Prouincialib Conc aut à quouis Deiloquo Patre & Doctore Ecclesiæ acceptas, seruandas custodiendasque profitemur.

Ex Concil. Rauennat. 2. sub Clemente V. anno 1311.

21. Prohibemus ne quis Clericus sæcularis vel Religiosus de cætero contra Prælatum suum, se debeat superbè erigere, sed in iis quæ Dei sunt maximè debeat humiliter obedire, qui contrafecerit, & trinâ monitus non destiterit, durante contumacia postquam publicè denunciatus fuerit, ab omnibus & in omnibus euitetur, & ab officio & beneficio donec resipuerit, & plenariè satisfecerit, & ad mandata Prælatorum suorum redierit, sit suspensus.

Ex Concil. Rauennat. 3. tempore Interregni, anno 1314.

6. Quicunque monitus à Prælato seu Prælatis Superioribus suis in iis quæ spectant ad correctionem, contumaciter renuerit obedire, sit ipso facto suspensus, quàm quidem suspensionem si sustinuerit per mensem animo indurato, sententiam excommunicationis incurrat.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

14. Nulla rerum perditio aut metus corporis nec legitimè probatus subditi inobedientiam mandatum Prælati exequi non curantis, valeat excusare.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

48. Constitutiones Ecclesiæ, siue ex consuetudine seruentur,

seruantur siue tradantur scriptis Canonib. libenter fideles amplectantur.

OBLATIONES.

Ex Canon. Apostol. Clementis I. an. 93. & Epitome Adriani I. anno 773.

3. NE mel & aliud in sacrificio offeratur, nisi quod Dominus statuit.

4. Nouas spicas, vuas, oleum & incensum ad Altare licet offerri.

5. Reliqua omnia ad domum Episcopi & Presbyteri dirigantur.

Ex Concilio Laodiceno sub Silnestro I. anno 320.

14. Sanctæ oblationes ad vicem Eulogiarum per festiuitatem paschalem ad alias Parochias mitti minimè debent.

49. Non oportet in Quadragesima panem benedictum offerri, nisi in Sabbato & Dominica.

58. Non oportet in domibus oblationes celebrari ab Episcopis vel Presbyteris.

Ex Concil. Gangrensi sub Silnestro I. an. 325. & Epitome Adriani I. an. 773.

7. Nullus oblationes Ecclesiæ extra Eccl. præter conscientiam Episcopi vel Vicarij eius suscipiat.

8. Nullus accipiat, vel distribuat oblationes pauperib. pæter Episcopum vel eius Vicarium.

Ex Concil. Vasionensi 1. sub Iulio I. anno 351.

1. Qui oblationes defunctorum retinent, & Ecclesiis tradere demorantur, vt infideles sunt ab Ecclesia reiiciendi.

Ex Concilio Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

18. Qui oblationem fidelium sopptesserit, aut negauerit, ab Eccl. qui fraudem fecit excludatur.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

93. Oblationes dissidentium fratrum neque in sacrario, neque in Gazophylacio recipiantur.

94. Eorum qui pauperes opprimunt dona, à Sacerdotibus refutanda.

95. Qui oblationes defunctorum aut negant Ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur.

Ex Fragmentis Concil. Toletanorum.

Secundum Burchardum.

De his quæ Altaribus offeruntur tertia pars fidelibus deferatur, duæ Clericis; decimæ autem secund. quosdam singulis annis tertia pars, aut in tertio tota, sed tamen nos sequentes Romanos singulis annis quartam partem, aut in quarto totam Episcopi recipiant.

Ex Conc. Vasionensi 2. sub Leone I. anno 442.

2. Horum qui pœnitentia accepta in bono vitæ cursu satisfactoria compunctione viuentes, sine communione, inopinato nonnunquam transitu in agris, aut in itinerib. præueniuntur, oblationem recipiendam, & eorum funera, ac deinceps memoriam Ecclesiastico affectu prosequendam, quia nefas est eorum commemorationes excludi à salutaribus sacris qui ad ead. sacra fideli affectu contendentes, dum se diutius reos statuunt & indignos salutiferis mysteriis iudicant, ac dum purgatiores restitui desiderant, absque Sacramentorum viatico intercipiantur; quibus fortasse nec absolutissimam reconciliationem Sacerdos denegandam putasset.

4. Qui oblationes, &c. Vide Conc. Vasion. 1. 351. c. 1. quia vsque ad inanitionem fidei peruenire certum est hanc diuinæ pietatis exacerbationem, quia & fideles corpore recedentes votorum suorum plenitudine, & pauperes consulatu alimoniæ, & necessaria sustentatione fraudantur, hi enim tales quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei, habendi sunt.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho, anno 506.

4. Clerici vel sæculares qui oblationes parentum aut donatas, aut testamento relictas retinere perstiterint, aut id quod ipsi donauerint Ecclesiis vel Monasteriis crediderint auferendum, velut necatores pauperum quousque reddant excludantur Ecclesiis.

Ex Concil. Valentino in Hispan. sub Ioanne I. anno 524.

Secundum Burchardum.

4. Vide Conc. Agathen. 506. c. 4.

Ex Concil. Aurelianensi 2. sub Silnerio, anno 536.

15. Oblationes defunctorum qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis manibus intulisse.

Ex Concil. Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

5. Si quæ oblationes in quibuslibet rebus atque corporib. collatæ fuerint Basilicis in Ciuitatib. constitutis, ad potestatem Episcopi redigantur, & in eius arbitrio sit quid ad reparationem basilicæ, aut obseruantium ibi substantiam deputetur.

22. Vide Conc. Vasion. 351. c. 1.

Ex Concil. Aruernensi sub Vigilio, anno 541.

13. Si quis cuiuscunque Ecclesiæ munuscula quælibet sub Sacramenti scriptura collata, nefaria calliditate fraudauerit, inuaserit, retinere tentauerit, aut suppresserit, & non statim à Sacerdote commonitus collata reddiderit, ab Ecclesiæ Cathol. communione pellatur.

Ex Concil. Braccarensi 1. sub Ioanne III. anno 563.

21. Placuit vt si quid ex collatione fidelium, aut per festiuitates Martyrum, aut per commemorationem defunctorum offertur, apud vnum Clericorum fideliter colligatur, & constituto tempore, aut semel aut bis in anno inter omnes Clericos diuidatur.

Ex

Ex Concilio Bracarensi 2. sub Ioanne III. anno 572.

2. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concil. Matisconensi 1. sub Pelagio II. anno 587.

4. Vide Conc. Vasion. 2. an. 442. c. 4.

Ex Concil. Antissiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

17. Quicunque se propria voluntate in aquam iactauerit, aut collo ligato se suspenderit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percusserit, aut qualibet occasione voluntariæ se morti tradiderit, ipsorum oblata non recipiantur.

Ex Concilio Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

13. Vide Conc. Agathen. 506. c. 4.

Ex Concilio Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

14. Quidquid pecuniæ à fidelibus in Ecclesia fuerit oblatum fideliter collectum Episcopo præsentetur, qualiter exinde tres partes fiant æquales, vnam Episcopus habeat, alteram Presbyteri & Diaconi inibi deseruientes consequantur, & inter se diuidant, tertia Subdiaconis & Diaconis tribuatur, vt à Primiclerio singulis dispensetur.

Ex Concilio Toletano 11. sub Adeodato, anno 675.

12. Qui accepta, &c. Vide Conc. Vasion. 2. anno 442. c. 2.

Ex Concilio Bauarico apud Dingoluingam, sub Adriano I. anno 772.

6. Si qui de nobili genere, de hæreditate sua dare vellent ad sanctuarium Dei, in sua potestate sit.

Ex Concilio Moguntino sub Leone III. anno 813.

44. Oblationem & pacem in Ecclesia facere iugiter admonea tur populus Christianus.

Ex Concil. Nannetensi sub Formoso, anno 895.

9. Vt de oblationibus quæ offeruntur à populo, & consecrationi supersunt, vel de panibus quos offerunt fideles ad Ecclesiam, vel certè de suis Presbyter conuenienter incisas habeat in vase nitido, vt post Missarum solemnia, qui communicare non fuerint rati, Eulogias omni die Dominico in diebus festis exinde accipiant, & illa vnde eulogias Presbyter daturus est, ante in hæc verba benedicat; Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus benedicere digneris hunc panem tua sancta & spirituali benedictione, vt sit omnibus salus mentis & corporis, atque contra omnes morbos & vniuersas inimicorum insidias tutamentum per D. N. I. C. filium tuum panem vitæ qui de cœlo descendit & dat vitam ac salutem mundo, & tecum viuit & regnat, &c.

10. Vide Decimæ.

Ex Concilio Engilenheimensi sub Agapeto II. anno 948.

8. Vt oblationes fidelium quater Altari deferantur, nihil omnino ad laicalem pertineat potestatem.

Ex Concil. Romano 5. sub Gregorio VII. anno 1078.

13. Vide Missa.

Ex Concil. Melfitano sub Vrbano II. anno 1090.

5. Vide Decimæ.

Ex Concil. Pictauiensi 2. sub Paschali II. anno 1109.

14. Nullus Laicorum de oblationibus quæ offeruntur vel donantur ad Altare, siue ad manum Presbyteri vel quod pro sepultura fidelium deuotè donatur, præsumat participare sub exeom.

Ex Conc. Lateran. 2. vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1122.

14. Oblationes de sacratissimo & reuerendissimo Altari B. Petri & Saluatoris & sanctæ Mariæ Rotundæ, & de aliis omnium Ecclesiarum Altarib. siue crucibus à Laicis auferri penitus interdicimus, & sub anathematis districtione firmamus.

Ex Concil. Abrincensi in Normannia, sub Alexandro III. anno 1172.

1. Laici partem oblationum in Ecclesia non percipiant.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 2.

14. Ne in vllis eleemosynarum oblationibus quæ cuiuis Ecclesiæ fiunt, musica instrumenta, organo excepto in Ecclesia adhibeantur, neve alia fiant quæ domo Dei indigna sunt, ne puellæ eleemosynas Ecclesiarum aut Ecclesiasticorum hominum nomine quæritent.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 2.

14. Sacerdoti Missam celebranti oblationis accipiendæ causa ab Altari paululum se remouere licet, at inde longè discedere, ac per Ecclesiam vagari nullo modo liceat, ab iis verò oblationes ne accipiantur qui inter se iniquo animo dissidentes inimicitias exercent, qui vsurarij, meretrices, sacrilegi, raptores, aut publicè notorieque criminosi sunt, &c. Ne Imagines certæ voti causa Ecclesiis piisque locis oblatæ, vendi rati vllo modo possint, ac ne confractæ quidem etiam vetustate temporis nisi concessu Episcopi in vsum Ecclesiæ conuertendæ.

Ex Concil. Aquensi sub Gregor. XIII. anno 1585.

22. Ne de cætero vllæ in Ecclesiis oblationes fiant aut colligantur, quæ non in ipsius Ecclesiæ & Ministrorum eius vtilitatem conuertantur, pœna excommunicationis contra facientibus proposita, prouideanque Parochi, ne in huiusm. oblationib, vllæ superstitiones admittantur.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

32. De oblatis in Ecclesia quæ omnia ad Parochum pertinent, vel minimam portionem, quacunque consuetudine non obstante, sub excommunicatione accipere Laici non præsumant.

OECONO

OECONOMVS.

VErbo Cletus, Conc. Trid.vniu.18. an. 1562. sess. 24.c.16.
V. Decimæ Conc. Colonien.1536. p.8.c.6.
V. Ecclesiastica bona, Conc. Chalcedonen. Gen.4. anno 451.cap.26. Tolet.4. anno 633. cap.47. Rauennat. 1317.c.1.
V. Episcopi, Conc.Lateran.vniu.10.an.1139.c.5.
V. Episcoporum mores, Conc.Hispal.619. c.9.
V. Episcoporum Officium, Conc.Nicæn.Gener.7. an.787. cap.11.

OFFICIVM DIVINVM.

Ex Concilio Romano 4. sub Damaso, anno 382.

6. IVbetur in fine cuiusque Psalmi apponi *Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto.*

Ex Concilio Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

2. Placuit vt omnes Sacerdotes qui Catholicæ fidei vnitate complectimur, nihil vltra aduersum aut dissonum in Ecclesiasticis Sacramentis agamus,&c. Vnus ergo ordo orandi,atque psallendi à nobis per omnem Hispaniam atque Galliciam conseruetur, vnus modos in Missarum solemnitatibus, vnus in vespertinis officiis, nec diuersa sit vltra in nobis Ecclesiastica consuetudo,quia vna fide continemur & Regno.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

1. Omnes horæ & omnia officia spertè & distinctè dicantur, ita quod ex festinatione nimia non præcidantur, vel syncopentur.

Ex Concilio Oxoniensi sub Honorio III. anno 1221.

11. Diuinum officium nocturnum pariter & diurnum, secund. quod Deus dederit, studiosè celebretur & deuotè, vniuersa quoque Ecclesiast. Sacramenta,& præcipuè Baptismatis & Altaris,verba quoque Canonis præsertim in consecratione corporis Christi plenè & integrè proferantur.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

17. Omnes Abbates ; Priores Conuentus,& Monachi ord. S.Benedicti io responsoriis & aliis diuinis officiis se debeant de cætero conformare.

Ex Concil. Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

1. Quilibet Sacerdos singulis diebus non solemnibus, dicat officium mortuorum, ad minus cum tribus lectionib. maximè cùm pro fidelib. defunctis celebrabit.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

40. Vt in omnibus vnitas sit in Ecclesia quæ vna est, à quibuscunque Ecclesiasticis tàm Metropolitanæ, Cathedralium, Collegiatarum, aliarumque Ecclesiarum officium recitari in Choris & Ecclesiis decantari præcipimus & mandamus iuxta ritum, ordinem, modum & formam à felicis memoriæ Pio Papa huius nominis V. præscriptam.

ORATIO.

Ex Canon. Apostolorum Clementis I. an. 93. & Epitome Adriani I. an. 773.

12. SI quis cum damnato Clerico, veluti cum Clerico orauerit,damnetur.

Ex Concilio Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

19. Oportet seorsum primùm post Episcoporum sermones Catechumenorum orationem peragi, & postquam exierint Catechumeni, eorum qui pœnitentiam agunt fieri orationem, quùm ij sub manum accesserint & secesserint, fidelium preces sic ter fieri vnam quidem scilicet primam silentio, secundam autem & tertiam per pronunciationem impleri, deinde sic pacem dari, & sic sanctam oblationem perfici, solis autem Ministris Altaris liceat ingredi ad Altare, & ibi communicare.

Ex Conc. Nicæno Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325.

20. Quoniam sunt quidam in die Dominico genua flectentes, & in dieb. Pentecost. vt omnia in vniuersis locis consonanter obseruentur, placuit S. Concilio stantes Domino vota persoluere.

Editionis Arabicæ.

64. Vt in omnibus horis diurnis & nocturnis, in principio & in fine orationis fiat memoria Episcopi, & oretur pro salute eius,& vt in oratione eius adiuuetur populus.

Ex Concil. Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

23. Nemo in precibus vel Patrem pro filio, vel filium pro Patre nominet, & quicunque sibi preces aliunde describit non eis vtatur, nisi prius eas cum instructionib. fratribus contulerit.

Ex Concilio Gerundensi sub Hormisda, anno 517.

10. Placuit nobis vt omnibus diebus post matutinas & vespertinas,oratio Dominica à Sacerdote proferatur.

Ex Concilio Toletano 4. sub Honorio I. ann. 633.

9. Quisquis Sacerdotum vel subiacentium Clericorum, orationem Dominicam quotidie aut in publico aut in priuato officio præterierit, propter superbiam iudicatus, ordinis sui honore priuetur.

Ex Concil. Toletano 5. sub Honorio I. anno 636.

1. A die Iduum Decembr. Litania triduo vbique annua successione peragatur, & indulgentia delictorum lachrymis impetretur, quod si dies Dominica intercesserit,in sequenti hebdomada celebretur.

Ex Concil. Toletano 6. sub Honorio I. anno 638.

2. Hi dies Litaniarum, qui in Synodo præmissa, sunt instituti, eod. tempore quo iussi sunt exeoli, annuo recursu, omni obseruatione habeantur celeberrimi.

Ex Concil. Toletano 17. sub Sergio, anno 694.

6. Decernimus vt deinceps per totum annum in cunctis 12. mensib. per vniuersas Hispaniæ & Galliarum Prouincias pro statu Ecclesiæ Dei, pro incolumitate Principis nostri atque salutatione populi, & indulgentia totius peccati, & a cunctorum fidelium cordib. expulsione Diaboli, exomologeses votis gliscentibus celebrentur.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

33. Placuit vt Litania maior obseruanda sit à cunctis Christianis, diebus trib. sicut SS. Patres nostri instituerunt, non equitando, nec pretiosis vestibus induti, sed discalceati cinere & cilicio induti, nisi infirmitas impedierit.

Ex Concilio Rhemensi 2. sub Leone III. anno 813.

2. Vt orationem quam D. N. I. C. discipolos suos orare docuit verbis suis discerent, & sensu bene intelligerent, quia illa ignorare nulli Christiano licet.

Ex Conc. Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

10. De Litania maiore atque de Rogationibus decretum est, iuxta morem Romanum, 8. Kal. Maij illam celebrationem secund. consuetudinem nostræ Eccl. non omittendam.

Ex Concil. Tullensi sub Nicolao I. anno 859.

14. Placuit omnibus qui ad hoc vniuersale Conc. confluxerunt, vt pro se inuicem omnes dum adviuerent preces in eiusm. frequentarent, scilicet vt singuli pro cunctis per singulas hebdomadas feria quarta Missam celebrarent; post vocationem autem cuiuslibet eorum, superstites obtineant, vt pro eo qui decesserit in Sedibus septenæ Missæ totidemque Vigiliæ Domini persoluantur, Presbyteris autem Monasteriorum siue villarum totidem Vigiliæ dependantur, exitus autem vniuscuiusque vicissim pùs currentibus litteris innotescat, præsentes etiam Abbates in tàm profutura societate recepti, ead. se conditione iunxerunt.

Ex Concil. Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

1. Vide Principes.

Ex Concil. Metensi sub Stephano VI. anno 888.

9. Precando rogauerunt Episcopi orare pro Domino Rege Arnulpho, & triduanum in proximo celebrare ieiunium, vbi cum Litaniis & magna corporis afflictione precaremur.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino IV. anno 1281.

16. Per præsentis anni decursum in instanti aduentu Domini inchoandum, in singulis Cathedralibus, Conuentualibus, Parochialibus Ecclesiis Psalmus, *Domine quid multiplicati sunt*, cum oratione Dominica, & Versu *Fiat pax, &c.* Et Collecta, *Deus à quo sancta, &c.* Clerus in Missa post Tertiam *Agnus Dei*, quotidie semel dicat, quatenus D. N. I. C. pacem in populo suo multiplicatis intercessoribus largiatur.

Ex Concilio Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

1. De Suffraganeorum nostrorum consilio & assenso in primis districtè iniungimus, vt per Cathedrales, Collegiatas, Parochiales & alias quascunque ipsius nostræ Prouinc. Ecclesias fiant preces tàm publicè quàm priuatim quibus auertatur ira Dei, & de peccatis nostris meritam non sumat vltionem.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

31. Sacerdotes, tàm Religiosi quàm sæculares pro Papa, pro Imperat. ac aliis Principibus Catholicis in Missis, Orationibus, & Concionibus suis deuotissimè precentur.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 1.

16. Oratio quæ 40. horarum dicitur, ne vlla in Ecclesia extra ordinem constituatur sine Episcopi concessu.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 3.

23. Orationis vespertinæ signum disiunctis campanæ ictibus detur, vbi verò in vicis & pagis ob campanæ exiguitatem sonus ita difficilius exauditur, non intermisso, sed continenti sono per horæ quadrantem illius significationem fieri, si ita censuerit, iubeat Episcopus, &c. Nimbis procellisve imminentibus, sicut Ecclesiasticæ consuetudinis est, campanis sonetur tùm ad tempestatem vi diuina, quæ ex solemni prece, sacraque benedictione illis inest depellendam, tùm ad Dei misericordiam implorandam.

Ex Concilio Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

45. Quadraginta horarum Oratio fiat in conspectu sanctiss. Sacramenti quod è tabernaculo expositum in maiori aliove Altari, si ita expedierit, palàm collocetur, nocte appetente nulli mulieri liberum sit in Ecclesia manere, absque Episcopi licentia non fiat.

ORDINES SACRI.

Ex Canon. Apostolorum Clementis I. an. 93. & Epitome Adriani I. an. 773.

17. Ne bigamus vel concubinam habens ordinetur.

18. Ne corruptarum mariti ordinentur.

Ex Concil. Eliberitano sub Marcello I. annô 305.

3. Subdiaconum eum ordinari non debere qui in adolescen

adolescentia sua fuerit mœchatus, si autem aliqui sunt in præteritum ordinandi amoueantur.

76. Si quis Diaconum se permiserit ordinari, & postea fuerit in crimine detectus mortis quod aliquando commiserit, si spontè fuerit confessus, placuit eum acta pœnitentia post triennium accipere communionē, quod si alius detexerit post quinquennium acta pœnitentia accipere laicam communionem debere.

80. Prohibendum est vt liberti quorum Patroni in sæculo fuerint ad Clerum non promoueantur.

Ex Concilio Arelatensi 1. *sub Siluestro I. anno* 314.

13. Si traditores aliquos ordinasse fuerint deprehensi, & de his quos ordinauerunt ratio subsistit, non illis obsit ordinatio.

Ex Concil. Ancyrano sub Siluestro I. an. 314. *& Epist. Adriani I. anno* 773.

13. Eos qui ante Baptismum sacrificarunt, & postea baptizati sunt, visum est ad ordinem promoueri, vt qui abluti sunt.

Ex Conc. Neocæsariensi sub Siluestro I. an. 314. *& Epist. Adriani I. an.* 773.

9. Laicus cuius vxor adulterata est ordinetur.

11. Presbyter ante 30. annos non ordinetur.

13. In ægritudine baptizatus Presbyter non fiat nisi necessitate.

Ex Concilio Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

3. Non oportet Neophytum promoueri ad ordinem Sacerdotalem.

Ex Concil. Romano 2. *sub Siluestro I. anno* 324.

11. Vt nullus ex laica persona ad honorem acolythi vsque ad Episcopatum subleuaretur, nisi prius fuisset lector annis triginta deinde vno, die Exorcista, & post ea caperet onus acolythi, & faceret in eodem ordine acolythi anno 10. vt acciperet onus subdiaconi, & in Subdiaconam esset an. 5. Deinde ad Diaconatus honorem pertingeret fixus rogantibus 30. Presbyteris examen vt esset Diaconus Cardinalis, quia à prima sede erat constitutum vt seruiret an. 7. Si quis desideraret ordinem Presbyteri, ita exigeretur, vt in 7. annis à cuncto Clero Romano probaretur, doctrinæ, natiuitatis, & generositatis & consilio, non expetens prædam, à quaquam opinione clara firma omnes Presbyteri declararent & firmarent, & sic ad ordinem Presbyteri accederent, & facerent in eod. ord. an. tres; & si exigat ordo vel dispositio, vel cura pietatis aut sanctitatis ad onus Episcopatus accedere, vt omnis Clerus peteret ordinari ex vno voto perenni.

Ex Concil. Nicæno Generali 1. *sub Siluestro I. anno* 325.

2. Quoniam multa siue per necessitatem, siue ex quacunque causa, contra regulam gesta sunt, itaut homines ex vita gentili, nuper adhuc catechisati vel instituti statim ad spiritalem baptismum venissent, & continuò cùm baptizati sunt etiam ad Episcopatum vel ad Presbyterium prouecti sunt, rectè igitur visum de cætero nihil tale debere fieri, nam & tempore opus est vt sit Catechumenus, & post baptismum multa probatione indiget, si verò procedente tempore aliquod peccatum admiserit, & conuictus duob. vel tribus testibus fuerit, cesset à Clero qui huiusmodi est.

9. Si qui Presbyteri sine examine sunt prouecti, vel cùm discuterentur peccata sua confessi sunt, & homines contra Canones commoti, manus confessis imponere tentauerint, tales regula non admittit, quia quod irreprehensibile est, Catholica defendit Ecclesia.

17. Si quis ausus fuerit aliquem qui ad alterum pertinet ordinare in sua Ecclesia, quùm non habeat consensum Episcopi ipsius à quo recessit Clericus, irrita sit huiusm. ordinatio.

Ex eod. Concil. Editionis Arabicæ.

1. Nullus insanus fiat Clericus, nisi ex ægritudine insania exiftat.

2. Serui infidelium non prius debent fieri Clerici quàm sint manumissi ac liberi, satisque probati ad digni sint gradu.

49. Nullus audeat ordinare Episcopum aut Sacerdotem aut Diaconum pro quauis re data siue ante ordinationem siue post, & qui secus fecerit deponatur.

60. Si qui sunt ex populo eligendi ad Sacerdotium, primum quidem præsentandi sunt Episcopo aut Patriarchæ, postea examinent eos Archidiaconus & Chorepiscopus, qui si fuerint approbati orabunt pro eis orationem solitam, vt fiant digni remissione, & accipiant Indulgētiam, postea adducendi sunt ad Episcopum ut imponat eis manus & benedicat; eosque ordinet.

Ex Concilio Romano 3. *sub Siluestro I. anno* 325.

4. Nulli Episcopo liceat sine cuncta Eccl. à nouissimo gradu vsque ad primum ordinare neophytum.

5. Nulli Episcopo liceat quemlibet gradum Clerici ordinare aut consecrare, nisi eum omni adunata Ecclesia.

Ex Concil. Carthaginensi 1. *sub Iulio I. anno* 348.

5. Non liceat Episcopo Laicum vsurpare sibi de plebe aliena, vt eum ordinet sine conscientia eius Episcopi de cuius plebe est.

8. Procuratores & actores etiam per se tutores pupillorum non debent ordinari, nisi post deposita vniuersa & reddita ratiociuia.

Ex Concilio Arelatensi 2. *sub Siricio, anno* 389.

1. Ordinari ad Diaconatus vel Sacerdotij officium Neophytum non debere.

15. Si aliquis, inuito Episcopo suo in aliena Ecclesia habitans ab Episcopo loci Clericus fuerit ordinatus, huiusmodi ordinatio irrita habeatur.

Ex Concil. Capuano sub Siricio, anno 389.

1. Ne fiant rebaptizationes, reordinationes, & Episcoporum translationes.

Ex Concil. Hipponensi sub Siricio, anno 393.

3. Vt Clerici instructi promoueantur.

Ex Concil. Carthaginensi 3. *sub Siricio, anno* 397.

3. Placuit vt ordinandis Episcopis vel Clericis, prius ab ordinatoribus suis decreta Conciliorum auribus eorum

eorum inculcentur, ne aliquid contra statuta Concilij fecisse asserant.

4. Placuit vt ante 25. an. ætatis nec Diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur.

18. Vt Episcopi, Presbyteri, & Diaconi non ordinentur priusquam omnes qui sunt in domo eorum Christianos Catholicos fecerint.

22. Vt nullus ordinetur Clericus nisi probatus vel Episcoporum examine, vel populi testimonio.

38. Non liceat fieri rebaptizationes & reordinationes, vel translationes Episcoporum.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

6. Acolytus quùm ordinatur ab Episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat, sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt sciat se ad accendenda Eccl. luminaria mancipari, accipiat & vrceolum vacuum ad suggerendum vinum in Eucharistiam sanguinis Christi.

7. Exorcista quùm ordinatur accipiat de manu Episcopi libellum in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo, Accipe & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum siue baptizatum, siue catechumenum.

8. Lector quùm ordinatur faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans eius fidem ac vitam, atque ingenium, post hæc spectante plebe tradat ei codicem de quo lecturus est dicens, accipe & esto lector Verbi Dei, habiturus, si fideliter & vtiliter impleueris officium, partem cum eis qui verbum Dei ministrauerunt.

9. Ostiarius quùm ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit qualiter in domo Dei debeat conuersari; ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus claues Ecclesiæ dè Altari dicens, sic age quasi redditurus Deo rationem pro his rebus quæ his clauibus recluduntur.

22. Vt Episcopus sine consilio Clericorum suorum Clericos non ordinet, itaut Ciuium conniuentiam & testimonium quærat, quod si præ accepta ordinatione in fraude inuentus fuerit ipsi qui eum testimoniant, quamdiu Episcopo visum fuerit, ab Ecclesiæ liminibus arceantur.

66. Seditionarios nunquam ordinandos Clericos, sicut nec vsurarios, iniuriarum suarum vltores.

68. Si sciens Episcopus ordinauerit pœnitentem, etiam ab Episcopatus sui ordinandi duntaxat potestate priuetur.

69. Simili sententiæ subiacebit Episcopus si sciens ordinauerit Clericum eum qui viduam aut repudiatam vxorem habuit, aut secundam.

Ex Concil. Toletano 1. sub Anastasio, anno 400.

10. Clericos, si quidem obligati sunt vel pro æquatione vel de genere alicuius domus, non ordinandos, nisi probatæ vitæ fuerint, & Patroni consensus accesserit.

Ex Fragmentis Concil. Toletanorum.

Secundum Burchardum.

De rebus verò illorum vel peculiari, qui à Dominis propriis libertate donantur, vt ad gradus Ecclesiast. promoueri debeant, statutum est vt in potestate Dominorum consistat quidquid ante libertatē habuerunt, vtrum illis concedere, an sibi retinere voluerint.

Ex Concil. Mileuitano 2. sub Innocentio I. anno 416.

14. Placuit vt quicunque deinceps ab Episcopis ordinantur litteras accipiant ab ordinatoribus suis manu eorum subscriptas continentes consulē & diem.

Ex Concil. Regiensi sub Sixto III. anno 439.

1. Ordinationem quam Canones irritam definiunt, nos quoque vacandam esse censuimus, in qua prætermissa trium præsentia, nec expetitis Comprouincialium litteris, Metropolitani quoque voluntate neglecta, prorsus nihil quod Episcopum faceret ostensum est.

Ex Concil. Arausicano 1. sub Leone I. anno 441.

8. Si quis aliquem consistentem Clericum ordinandum putauerit prius definiat vt cum ipso habitet, nec eum sine consultatione eius Episcopi cum quo antè habitauit ordinare præsumat, quia non sine causa diu ab alio non ordinatus remansit.

9. Si qui alienos ciues aut alibi consistentes ordinauerint, nec ordinari in vllo accusamur, aut ad se eos reuocent, aut ipsi (gratiam) eis impetrent cum quibus habitent.

Ex Concil. Chalcedonensi Gener. 4. sub Leone I. anno 451.

6. Neminem absolutè ordinari Presbyterum vel Diaconum, vel quemlibet in Ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifestè in Ecclesia Ciuitatis siue possessionis, aut in Martyrio, aut in Monasterio, qui ordinatur mereatur ordinationis publicatæ vocabulum eorum qui absolutè ordinantur, decreuit S. Synodus vacuam haberi manus impositionem, & nullum eis tale factum valere, ad iniuriam ipsius qui eum ordinauit.

Ex Concilio Andegauensi sub Leone I. anno 453.

10. Quicunque vel de Laicis vel de Clero Ministri fuerint ordinati & obseruare noluerint, si laicus communicare non liceat, nisi fortè reprobauerint criminosos.

11. Nonnisi vnius vxoris viri, iidemque virginibus copulati, Diaconi vel Presbyteri ordinentur.

Ex Concilio Romano sub Hilaro, anno 467.

2. Ne ad sacratos gradus quisquam qui vxorem non virginem duxerit aspiret, repellendus est etiam quisque qui in secundæ vxoris nuptias contra Apostolica præcepta conuenit.

3. Inscij litterarum, necnon & aliqua membrorum damna perpessi, & hi qui ex pœnitentib. sunt, ad sacros ordin. aspirare nonaudeant; quisquis talium consecrator extiterit, factum suum ipse dissoluet.

Ex Concil. Turonico sub Simplicio, anno 482.

10. Ordinationes illicitas irritas denunciamus, nisi per satisfactionem quæ ad pacem pertinent; componantur.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho, anno 506.

16. Episcopus benedictionem Diaconatus minorib. quam 25. annorum penitus non committat.

17. Presbyterum vel Episcopum ante 30. annos, & Diaconos ante 25. nullus Metropolitanorum ordinare præsumat.

69. Vide Conc. Carthagin.4. an.398. c.66.

Ex Concil. Aurelianensi sub Symmacho, anno 507.

10. Si seruus absente vel nesciente Domino suo; Episcopo tamen sciente quod seruus sit, Diaconus aut Presbyter fuerit ordinatus, ipso in Clericatus officio permanente, Episcopus eum Domino duplici satisfactione compenset, si verò Episcopus eum seruum nescierit, qui testimonium perhibent, aut eum supplicauerint ordinari, simili redhibitioni teneantur obnoxij.

Ex Concilio Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

37. Ne Laicus nisi Religione promissa Clericus ordinetur.

Ex Concilio Arelatensi 3. sub Ioanne I. anno 524.

1. Nullus Episcoporum Diaconum antequam 25. an. impleat ordinare præsumat, Episcopatus verò vel Presbyteri honorem nullus Laicus, ante præmissam anni conuersionem, vel ante 30. annos ætatis accipiat.

2. Nullus Metropolitanorum cuicumque Laico dignitatem Episcopatus tribuat, sed nec reliqui pontifices presbyteri vel Diaconatus honorem conferre præsumant, nisi anno integro fuerit ab eis præmissa conuersio.

3. Nullus pœnitentē nullus digamum, nullus viduarum maritos in prædictis honoribus audeat ordinare, & quicunque ab hac die contra ea quæ superius sunt comprehensa Clericum ordinare præsumpserit, ab ea die qua ei potuerit hoc approbari, anno integro Missas facere non præsumat, quam rem si quis obseruare noluerit, & contra confessum fratrum faciens, Missas celebrare præsumpserit, ab omnium fratrum charitate nouerit se alienum.

Ex Concil. Ilerdensi sub Ioanne I. anno 524.

12. Qui contra decreta Canonum indiscretè Clericos vsque nunc ordinauerunt, eis Dominus, vel S. Ecclesiast. charitas ignoscat; amodò verò si in tali ausu proruperint, nullum ordinare iam audeant, vel qui deinceps ordinati fuerint deponantur, hi verò qui tales hactenus ordinati sunt, nullo tempore promoueantur.

Ex eod. Concilio, secundum Burchardum.

20. Si quis in infirmitate positus Clericus, in Medicorum incisione claudus efficitur, promoueri eum ad sacros ordines non denegamus.

Ex Concil. Aurelianensi 2. sub Siluerio, anno 536.

Presbyter vel Diaconus sine litteris, vel si baptizandi ordinem nesciat, nullatenus ordinetur.

Ex Concil. Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

6. Ne Vllus ex Laicis ante annualem conuersionem, vel ætatem legitimam id est 25. annorum Diaconus, & 30. Presbyter ordinetur, itaut de ipsis quoque qui ordinandi sunt Clericis regulari custodiatur studio, ne aut duorum vxorum vir, aut renuptæ maritus, aut pœnitentiam professus, aut senius (seu seruus) corpore, aut qui publicè aliquando arreptus sit, ad suprascriptos ordines promoueantur, quod si sciens Episcopus ordinauerit, is quidem qui ordinatur, suscepto priuatur officio, sed ille pro ordinationis temeritate sex mensib. à celebrandis officiis sequestretur, qui si Missas intra statum tempus facere præsumpserit, anno integro omnium fratrum charitate priuetur.

15. Nullus seruilib. colonariisque conditionibus obligatus, ad honores Ecclesiast. admittatur, nisi prius aut testamento, aut per tabulas eum legitimè constiterit absolutum, Episcopus qui sciens talem ordinauerit, anni spatio Missas facere non præsumat.

Ex Concil. Aurelianensi 5. sub Vigilio, anno 552.

5. Vt nullus Clericum seu Lectorem alienum sine sui concessione Episcopi, vel promouere, vel sibi quibuslibet conditionib. audeat vendicare, Clericus ab honore vel officio suscepto, iuxta arbitrium sui Pontif. suspendatur, Episcopus verò qui ordinauerit sex mensib. Missas facere non præsumat,

6, Vt seruum qui libertatem à Dominis propriis non acceperit, aut etiam iam libertum, nullus Episcoporum ab eius tantum voluntate cuius seruus est, & eum absoluisse dignoscitur, Clericum audeat ordinare, quod si quisquam fecerit, is qui ordinatus est à Domino reuocetur, & ille collator ordinis, si sciens fecisse probatur, sex mensib. Missas tantum facere non præsumat.

Ex Conc. Braccarensi 1. sub Ioanne III. anno 563.

8. Placuit vt nullus Episcopus Clericum alterius ordinare præsumat, sicut & antiqui Canones vetuerũt, nisi fortè signata ipsius Episcopi scripta susceperit.

20. Placuit vt ex Laico ad gradum Sacerdutij ante nemo veniat, nisi prius anno integro in officio lectorum, vel Diaconatus disciplinā Ecclesiast. discat, & ita per singulos gradus eruditus ad Sacerdotium veniat.

Ex Conc. Narbonensi sub Pelagio II. anno 589.

11. Amodò nulli liceat Episcoporum ordinare Diaconum aut Presbyterum litteras ignorantem; sed & qui ordinati fuerint, cogantur discere.

Ex Conc. Barcinonensi sub Gregorio I. annó 599.

3. Nulli deinceps Laicorum liceat ad Ecclesiast. ord. prætermisso Canonum præfixo tempore, aut per sacra Regalia, aut per consensionem Cleri vel plebis, vel per electionem assensionemque Pontificum ad summum Sacerdotium adspirare aut prouehi; sed cùm per Canonum conscripta tempora, Ecclesiasticos per ordinem conscenderit gradus, ad sum. Sacerdotium, si dignitati vita responderit prouehatur, ita tamen vt duobus aut trib. quos ante consensus Cleri & plebis elegerit, Metropolitani iudicio eiusque Coepiscopis præsentatis, quem sors præeunte Episcoporum ieiunio, Christo Domino terminante monstrauerit, benedictio consecrationis adcumulet.

Ex Concil. Hispalensi 2. sub Bonifacio V. anno 619.

5. Dùm vnus ad Presbyterium, duo ad Leuitarum Ministerium sacrarentur, Episcopus eorum oculorum dolore detentus, fertur manum suam super eos tantum posuisse, & Presbyter quidam illis contra Eccles. ordinem benedictionem dedisse, &c. Decreuimus vt tales à gradu Sacerdotalis vel Leuitici ordinis quem peruerse adepti sunt, depositi æquo iudicio abiiciantur.

Ex Concilio Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

18. Vide Episcopi.

Ex Concilio Toletano 8. sub Martino I. anno 653.

8. Nullus cuiuscunque dignitatis Ecclesiast. deinceps percipiat gradum qui non totum psalterium vel Canticorum vsualium, & hymnorum, siue baptizandi perfectè nouerit supplementum.

Ex Concilio Toletano 11. sub Adeodato, anno 675.

10. Vnusquisque qui ad Ecclesiast. gradus est accessurus, non ante consecrationem accipiat quam promittat, vt fidem Catholicam, sincera cordis deuotione custodiens, iustè & piè viuere debeat, & vt in nullis operibus suis Canonicis Regulis contradicat.

Ex Concilio Romano sub Zacharia, anno 743.

11. Statutum est in multis Conciliis, vt primi, quarti, septimi, & decimi mensis horum Sacerdotum debeant fieri ordinationes, &c. Sed & hoc interdicimus, vt nullus Episcoporum audeat iuxta SS. Canonum instituta quemlibet Clericum bigamum, aut qui viduam duxerit vxorem, ad sacros ordin. promouere, aut alterius Ciuitatis Clericum sine dimissoriis sui Episcopi suscipere vel ordinare, neque eum vsurpet, nisi Episcopus suis precibus exoratus concedere voluerit.

Ex Concilio Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

13. Dictum est de quibusdam fratribus, quod eos quos ordinaturi sunt iurare cogunt quod digni sint, & contra Canones non sint facturi, & obedientes sint Episcopo qui eos ordinat, & Ecclesiæ in qua ordinantur, quod iuramentum quia periculosum est omnes vnà inhibendum statuimus.

23. Decreuimus Presbiterorum Diaconorum & cæterorum graduum inferiorum ordinationes, statutis temporibus fieri debere.

Ex Concil. Rhemensi 1. sub Leone III. anno 813.

3. Vt quicunque ad gradus Ecclesiasticos condigne ascendere voluerit, vnusquisque intelligeret qualiter secund. possibilitatem intellectus sui in eo gradu vbi constitutus est, Deo militare, & seipsum valeret custodire.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

8. Vide Baptismus.

12. De Clericis Laicorum nonnulli conqueri videntur eo quod quidam Episcopi ad eorum preces nolunt in Ecclesiis suis, cùm vtiles sint, ordinare; visum nobis fuit, vt in vtrisque partibus pax & concordia seruetur, & cum charitate & ratione, vtiles & idonei eligantur, & si Laicus idoneum vtilemque Clericum obtulerit, nulla qualibet occasione ab Episcopo sine certa ratione repellatur, & si reiiciendus est diligens examinatio & euidens ratio, ne scandalum generetur, manifestum faciat.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

52. Qui ex nostris Parochiis aut ad titulum aut absolutè ordinari petuntur, nullatenus ordinentur, nisi aut in Clero certo & Religioso, vel etiam in Ciuitate saltem vno anno immorentur, vt de vita & conuersatione atque doctrina illorum certitudo possit agnosci, & nemo absolutè quemquam ordinare præsumat.

Ex Concilio VVormatiensi sub Adriano II. ann. 868.

Si seruus absente, &c. Vide Conc. Aurelian. 507. cap. 10.

Ex Conc. Constantinop. vniu. 8. sub Adriano II. anno 869.

5. Vide Episcopi.

Ex Concilio Triburiensi sub Formoso, anno 895.

29. Nullum seruum Episcopus ordinare præsumat antequam perfecta ditetur ingenuitate, quia non debet talis persona fungi Sacerdotij dignitate.

33. Si quis à Medicis per langorem defectus est, vel per aliquam infirmitatem claudus effectus est, inoniaturque aliàs dignus, permaneat Clericus & sacro ordini aptus.

Ex Concilio Nannetensi sub Formoso, anno 895.

11. Episcopus, quando ordinationem facere disponit, omnes qui ad sacrum Ministerium accedere volunt, feria quarta ante ipsam ordinationem euocandi sunt ad Ciuitatem vna cum Archipresbyteris qui eos repræsentare debent, & tunc Episcopus e latere suo dirigere debet Sacerdotes & alios prudentes viros gnaros legis diuinæ, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem, institutionem, locum vbi educati sunt, si sint bene litterati, si in lege Domini instructi diligenter inuestigent, &c. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur, & sic Sabbato qui probari inuenti sunt Episcopo repræsententur.

Ex Concil. Romano sub Clemente II. anno 1047.

1. Vide Simoniaci.

Ex Concil. Romano sub Leone IX. anno 1049.

2. Vide Hæretici.

Ex Concil. Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

5. Archidiaconi, tales constituntis quatuor temporibus

ribus ad ordines ducant, qui perfectè totum psalterium, Hymnos & cantica, Epistolas, Euangelia & orationes sciant.

Ex Concil. Tolosano sub Victore II. anno 1056.

2. Episcopus vel Abbas, Presbyter ante 30. annos, Diaconus ante 25. non ordinentur, nisi aut studio sanctitatis, aut sapientiæ ornati, prouidentia Episcopi simul & Cleri promoueantur, & eadem ordinatio ne fiat nisi temporibus secundum Canones statutis, aliter irrita fiat ordinatio.

Ex Concil. Romano sub Nicolao II. anno 1059.

13. Vide Laici.

Ex Concil. Romano 5. sub Gregorio VII. anno 1078.

5. Vide Simoniaci.

Ex Concilio Melfitano sub Vrbano II. anno 1090.

3. Vide Clericorum Mores.

4. Nemo ante annos 15. aut 14. Subdiaconus ordinetur, nemo ante an. 25. vel 24. Diaconus fiat, nemo ante 30. in Presbyterum consecretur.

Ex Concil. Placentino sub Vrbano II. anno 1095.

4. Vide Simoniaci.

Ex Concilio Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

11. Vide Clericorum Cœlibatus.

13. Vide Clericorum Officium.

24. Ne fiant Ordinationes nisi quatuor certis temporibus & Sabbato Medianæ Quadragesimæ, & tunc protrahatur ieiunium vsque ad vesperas, & si fieri potest vsque in crastinum, vt magis appareat in die Dominico ordinationes fieri.

31. Ne filij Presbyterorum, Diaconorum vel Subdiaconorum, Canonicorum ad ordines vel alios honores Ecclesiasticos promoueantur, nisi Monachus vel Canonicus fuerit.

Ex Concilio Romano 3. sub Vrbano II. anno 1099.

4. 5. 6. Vide Simoniaci.

7. Ordinationes quæ à Guiberto hæresiarcha factæ sunt, postquam ab Apostolicæ memoriæ Papa Greg. vel à R. Ecclesia est damnatus, quæque etiam à Pseudo Episcopis per eum postea ordinatis perpetratæ sunt, irritas esse iudicamus.

8. Similiter & eas quæ à cæteris hæresiarchis nominatim excommunicatis factæ sunt, & ab eis qui Catholicorum & adhuc viuentium Episcoporum Sedes inuaserunt, nisi probare voluerint se cùm ordinarentur, eos nescisse damnatos.

9. Qui ab Episcopis quondam quidem catholicè ordinatis, sed in schismate à R. Ecclesia separatis, consecrati sunt, eos cùm ad Ecclesiæ vnitatem redierint, seruatis propriis ordinibus misericorditer suscipi iubemus, si tamen eos vita & scientia commendat.

10. Amodò quicunque à prædictis schismaticis S. R. Ecclesiæ aduersariis se ordinari permiserit, nullatenus hac venia dignus habeatur.

13. Vide Clericorum Cœlibatus.

Ex Concil. Pictauiensi sub Paschali II. anno 1100.

9. Filij Presbyterorum & cæteri in fornicatione nati ad sacros ordin. non promoueantur, nisi aut Monachi fiant, aut in congregatione regulariter viuentes, Prælationes vero nullatenus habeant, sed neque serui nisi à Dominis libertate donentur.

Ex Conc. Londinensi 2. sub Paschali II. ann. 1101.

6. Nullus ad Subdiaconatum aut supra ordinetur, sine professione castitatis.

Ex Conc. Lateran. 1. vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1122.

2. Nullus in Præpositum, nullus in Archipresbyt. nullus in Diaconum nisi Presbyter, nullus in Archidiac. nisi Diaconus ordinetur.

6. Vide Schismatici.

22. Vide Ecclesiast. bona.

Ex Concil. Londinensi 1. sub Honorio II.

1. Vide Simoniaci.

5. Vide Beneficium Ecclesiasticum.

7. Nullus in Presbyterum, nullus in Diaconum nisi ad certum titulum ordinetur; qui verò absolutè fuerit ordinatus, sumpta careat dignitate.

Ex Concil. Londinensi 2. sub honorio II. anno 1127.

2. Vide Simoniaci.

4. Vide Archidiaconus.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 10. sub Innocent. II. anno 1139.

10. Vide Archidiaconos.

Ex Concil. Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

9. Vide Archidiaconus.

Ex Conc. Abrincensi in Norm. sub Alexand. III. anno 1172.

6. Sacerdotes non ordinentur nisi certo titulo.

Ex Concil. Londinensi sub Alexand. III. anno 1175.

5. Quidam Clerici extrà Prouinciam suam, interdum etiam à transmarinis Episcopis ordinantur, vel ordinatos se mentiuntur, statuimus talium ordinationem irritam esse habendam.

Ex Concil. Later. vniuers. 11. sub Alexand. III. anno 1179.

5. Episcopus si aliquem sine certo titulo de quo necessaria vitæ percipiat, in Diacon. vel Presbyt. ordinauerit, tamdiu necessaria ei subministret, donec in aliqua ei Ecclesiæ conuenientia stipendia militiæ Clericalis assignet, nisi forte talis, qui ordinatur, extiterit, qui de sua vel paterna hæreditate subsidium vitæ possit habere.

10. Vide Monachi.

Ex Concil. in Dalmatia & Dioclia Regnis sub Innoc. III. anno 1199.

2. Ne aliquis Episcopus nisi in quatuor temporibus aliquem ad sacros ordin. promouere præsumat, solus enim R. Pont. Dominicis diebus Subdiaconos ordinare potest. Cùm autem Episcopus ordinationem fecerit, nonnisi votum ordinem à Subdiacono & supra conferre præsumat, ordinatus autem in Subdiacon. ad minus per annum in officio deseruiat, & Diaconus similiter faciat.

11. Vide Conc. Pictauien. an. 1100. c. 9.

12. Nullus ordinetur in Sacerdotem, nisi 30. expleuerit annum.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

5. Vide Conc. Lateran. vniuers. 11. an. 1179. c. 5.

Ex Concil. Lateran. vniuers. 12. sub Innoc. III. anno 1215.

27. Episcopi promouendos in Sacerdotes diligenter instruant & informent, vel per seipsos vel per alios viros idoneos super diuinis officiis & Ecclesiasticis Sacramentis qualiter ea ritè valeant celebrare.

Ex Concil. Londinensi sub Gregorio IX. anno 1237.

2. In susceptione curæ animarum & ord. Sacerdotij de Sacramentis examinentur præcipuè ordinandi.

6. Cùm periculosum sit minus dignos, idiotas, illegitimos, irregulares, & extraneos, aut sine titulo certo & vero ordinari, statuimus vt ante collationem ordinum de his omnibus per Episcopum indagatio diligens habeatur.

Ex Conc. Lugdunensi Gener. 14. sub Gregorio X. anno 1274.

15. Eos qui Clericos Parochiæ alienæ absque Superioris ordinandorum licentia scienter seu affecta ignorantia vel quocunque alio figmento quæsito præsumpserint ordinare, per annum à collatione ordinum decernimus esse suspensos, &c. Clericis quoque Parochiæ taliter suspensorum, postquam eorum suspensio fuerit manifesta, absque ipsorum etiam licentia iterum recipiendi ordinis, ab aliis vicinis Episcopis liberam concedimus facultatem.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

24. Nullus Clericus sæcularis vel regularis admittatur ad ordines per aliquem Episcopum de Prouinc. Rauennat. sine licentia vel litteris Diœcesani Episcopi vnde fuerit oriundus vel domicilium seu beneficium obtineat in eod. nisi sit de ordinib. mendicantium, vel aliorum priuilegiatorum de quibus constet.

Ex Concil. Rauennat. 3. tempore Interregni. anno 1314.

2. Nullus ad Sacerdotium ordinetur nisi 25. ad Diaconatum nisi 20. ad Subdiaconatum nisi 16. annum ætatis attigerit, nec ad ordinandum aliquem alterius Diœcesis, ad quoscunque ord. vel officia sufficiant litteræ simpliciter præsentatoriæ, seu dimissoriæ, nisi fuerint & testimoniales super vita & litteratura eiusdem, & per duos dies saltem ante diem ordinationis fuerit Ordinatori præsentatus, nec in hoc alterius litteræ valeant, quam Ordinarij Episcopi vel Vicarij eius, & hoc nisi sint de ordinibus mendicantium, vel aliorum exemptorum priuilegiatorum de quorum priuilegiis constet.

Ex Conc. Sabinensi in Hispan. sub Ioanne XXII anno 1322.

9. Nullus Deinceps ad sacros ordin. promoueatur, nisi saltem litteraliter sciat loqui, quod si forte secus actum fuerit, Prælatus à collatione sacrorum ordin. quos tali contulit, & promotus ab executione suscepti ordin. per annum nouerint se suspensos, &c. Prælati infra annum aut saltem infra biennium cuio consilio discretorum ordinent & prouideant ipsamque prouisionem in scriptis redactam apud se conseruent, quot Clerici ad oculum cuiuslibet Ecclesiæ iuxta ipsarum redditus poterunt ordinari.

19. Vide Simoniaci.

Ex Conc. Toletano sub Benedicto XXII. anno 1339.

2. Quamdiu inuenitur Clericus qui literatè sciat loqui, vel promotus ad Sacerdotium qui possit & velit in beneficio, cui cura imminet animarum, institui, Episcopis dispensandi, vt is promoueatur ad sacros ordin. & ad beneficium cum cura, qui litteraliter nescit loqui, & illud eid. conferendi facultas præterquam circa beneficiatos in Ecclesiis Cathedralibus & collegiatis sit penitus interdicta, quod si secus factum fuerit, sit irritum & inane.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

5. Nullus ad examen per sacrorum ordin. susceptionem aliquatenus admittatur, nisi recenter confessus fuerit omnia sua delicta idoneo Sacerdoti. Nullus admittatur ordinandus vel promouendus ad ordinem super Vicaria, nisi sit perpetua Vicaria. Episcopi ac eorum Vicarij committant examinatorib. Clericorum ordinandorum sub anathemate, fideli diligentia perquirant, vt si patres, aut progenitores eorum vsque ad quartam lineam ascendentem, captiuauerint, captiuatum detinuerint, occiderint, aut mutilauerint temerè Clericum aliquem in sacris ordinib. constitutum, aut pro Clerico se gerentem, quem autem inuenerint, si huiusm. factum sit notorium, non admittant.

6. Nullus illegitimè natus ad aliquem sacrum ord. vel beneficium aut officium curam habens animarum sine dispensatione Sedis Apost. admittatur in aliqua Eccl. sæculari, & tales qui hactenus sunt admissi, si de his constiterit per eorum Ordinarios repellantur.

Ex Concil. Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

3. Vide Conc. Sabinen. 1322. c. 9. Examinatores vero in præmissis culpabiles ab officio & beneficio per annum nouerint se suspensos.

26. Episcopi pro conferendis ordinibus quibuscunque nihil penitus ante vel post exigant, seu recipiant, nec Ianitores, Barbitonsores, & alios Officiales quicquam exigere seu leuare permittant, etiam pro sigillo & cera, Notarij verò pro litteris ordinum & reuerendis, 10. dumtaxat Morabetinos recipere debeant, & si

contra

contra fecerint, quod receperint duplicatum restituant, sequenti Concilio applicandum.

Ex Concil. Lateran. vniuers. 17. sub Leone X. anno 1517. Seß. 11. De Religiosis.

9. Vide Monachi.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

13. Deinceps non initientur sacris ordinibus, nisi viri motum vitæ candore & doctrina præ cæteris spectati, probatique per testimonium examinis ritè seruandi.

14. Ordinati in vrbe vel in alia quacunque aliena diœcesi suarum ordinationum litteras & titulos ostendant.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

3. Non prius promoueant Diœcesani suos ad aliquem sacrum ordin. quàm viderint litteras testimoniales Presbyteri Parochialis, quæ contineant duorum aut trium testium probatorum non suspectorum dispositiones iuramento solemni firmatas de sufficientia ætatis promouendi, & de probata & inculpata illius vita, quo absoluto inquirant, si promouendus habeat scientiam à iure ad ordinem suscipiendum requisitam.

4. Ne aliqui ad Subdiaconatus ordinem assumantur, nisi sub titulo beneficij 10. librarum Parisiensium ad minus, vel patrimonij similis valoris, &c. Ordinatus autem ad titulum Patrimoniale, non eumdem vendat aut alienet, sine permissione Episcopi ordinantis, donec beneficium prætaxati valoris fuerit assecutus.

5. Volentes impetrare litteras dimissorias accedant ad Diœcesanos qui super ætate litteratura moribus, beneficio, seu patrimonio inquirant, seruentque diligenter prædictas solemnitates perinde ac si in propria ordinare vellent, ac tunc sic examinato concedantur litteræ dimissoriæ, remittaturque sic examinatus cum litteris ipsis.

6. Diœcesani sup. promotis ad Sacerdotium diligentem & accuratam faciant inquisitionem, & quos inuenerint promotos ante ætatem legitimam, iuxta iuris dispositionem; ab executione ordinum suspendant, donec ad ætatem legitimam peruenerint, sic & de non sufficienter litteratis, donec in scientia quæ ordini est requisita ad plenum fuerint instructi.

7. Promotis in Curia Rom. Diœcesani non permittant executionem suorum ordinum, nisi visis diligenter eorumdem litteris, constito etiam sufficienter de potestate ordinantium, & eorum commissione eis à Rom. Pont. concessa, ad hæc etiam quod rursus examinentur de vita, scientia, ætate, ac inquiratur de beneficio seu patrimonio.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 1.

18. Olim Diaconus ante 25. Presbyter ante 30. ætatis annos non ordinabantur, in Viennen. Concilio sub Clem. V. ordines facti, minori etiam ætati concessi sunt, nempe Subdiaconatus 18. Diaconatus 20. Presbyteratus deinque 25. ætatis annum nato, num ad antiquos Canones regredi referat, futurum concilium dispiciet.

19. De doctrina, vita ac moribus Suffraganeus noster, testimonium Præceptorum qui ipsos in litteris instituerunt, docueruntque, eorum quoque apud quos iniriandus potiorem vitæ partem transegit, ac diuersatus est exigere non omittet, ne manifestè criminosi irrepant.

20. De eruditione quoque & scientia disquiret, ne statim à stiua ad Ecclesiast. munia confugiatur.

21. Quo denique affectu ac proposito accedant ordinandi, videndum accurateque inuestigandum est, num videlicet Dei causa tantum, an potius suæ commoditatis gratia, ad ordines capescendos adspirent, quærentes quæ sua sunt non quæ Iesu Christi.

22. Qui ad sacros ordines capescendos adspirant, quatuor temporibus, quæ tempus impertitionis eiuscemodi ordinum proximè præcedunt, Vicariis in Pontificalibus sese repræsentent qui eos rogabunt, &c.

23. Qui Ciuitatem aut oppidum, Senatus, qui verò pagum aut vicum incolit, Iudicis eius loci litteras sigillatas quæ gratis dabuntur secum feret, qui vero in longinqua regione moram traxerunt, hi Canonicis satisfaciant institutis.

24. Ordinandi maximè ad Sacerdotij gradum, quod die sabbatino ex more Ecclesiastico fieri solet, die Mercurij proximè præcedente, Vicariis ipsisque per Episcopum adiungendis Theologis se repræsentent, examinationique eorum submittant.

25. A qua nemo excipiatur, & si magisterij titulum prætexat, nisi quem publicum sit & vitam integram egisse, & ea quæ ordo impertiendus requirit, facilè callere.

26. Pridie ordinationis admonebit Vicarius iterum omnes quò se quisque discutiatur, ne officio se alliger, cui non possit satisfacere.

27. Nemo posthac ordin. minorib. insigniendus est, nisi quem & vita commendet, & litteraturæ ætatisque sit pro ratione suscipiendi ord. sufficientis, ac rectæ sinceræque voluntatis.

28. Nihil ab initiatis sigilli nomine à Vicariis in Pontificalib. exigatur, sed tantum scribis earum litterarum (quæ formata appellantur) vnus albus soluatur.

29. Vide litteræ Ecclesiast.

30. Tituli ordinandorum exequantur, plerique enim inueniri sunt, qui fictis & emendicatis titulis ad Sacerdotij dignitatem euecti, eamdem turpiter prostituere postea coacti sunt vendibiles quandocunque dolosi spes refulserit nummi.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

5. Ordinandi super hæresibus hoc tempore iactatis, quid de illis & contra, quid de Rom. Catholica & Apostolica Ecclesia sentiant diligenti examinatione explorentur, nullus ordinetur, nisi qui publicum à primario Sacerdote, vel Magistratu patriæ suæ aut eius loci vbi maiorem vitæ suæ partem exegerit, de vita eius & moribus, probatis testimonium litteris consignatum attulerit, ad hæc vt ordinandi, explendis saltem Ecclesiæ ministeriis sufficiens, non titulis sed diligenti constans examinatione, eamdem quoque rationem in his qui ad Prælaturas, aut Ecclesias Parochiales prouehendi sunt, volumus haberi, pro examinatione verò nullam ab his qui à nobis deputati ad hoc fuerint pecuniam exigi debere præcipimus.

Ex

Ex Concil. Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549. Medio 2.

1. Ne quis ad sacrorum ordin. perceptionem admittatur, nisi diligenter examinatus de fide quam teneat, de affectu quo ducatur ad petendos ordin. de scientia, morib. & ætate legitima.

2. Episcopi ipsimet examinis muneri satisfaciant, vel curam imponant viris piis, doctis, & de Ecclesiæ profectu sollicitis.

3. Nemini post hac (vbi digna & iusta causa non est) dentur licentiatoria, ordines extra suam diœcesim recipiendi, nisi prius sit examinatus.

4. Quemadmodum iungendi matrimonio trina proclamatione populo denunciantur ita maiorib. ordinibus initiandi, trina proclamatione denuncientur in Eccl. Parochiæ quam inhabitant, ad percipienda impedimenta si quæ sunt, quæ debeat Parochus Episcopo aut Officialib. eius significare.

5. Volentes ad Subdiaconatus vel Diacon. ordinem promoueri, præsententur, & dent intitulatorib. nomina sua feria quarta diem ordinationis præcedente, ac eodem & sequenti die examinentur; promouendi ad Sacerdotis gradum, dent nomina sua feria quinta ante diem ordinationis, adferant verò promouendi omnes secum testimonia, non modo suorum Parochorum, verum etiam Præceptorum, aut proborum virorum apud quos maiorem vitæ partem transegerunt.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

81. Nemo ad quemquam ordinem maiorem recipiendum admittatur, nisi qui populo ante confessus fuerit idoneo Sacerdoti, &c. Nec quisquam ordinandus recipiatur, nisi ad certum titulum Ecclesiastici beneficij quod sit perpetuum.

82. Ordinandi, morum & vitæ testimonium idque in litteris sigillatis adferant acceptum à Prælatis Ecclesiast. seu Parocho, atque etiam à Senatu seu iudicio eius loci in quo maiorem vitæ partem exegerint, &c.

83. Qui consuetas vnctiones dùm baptizarentur non receperint, nisi eas in se per Catholicum Sacerdotem piè supplere curauerint, ab ordin. prorsus repellantur.

84. Commissarij nostri in posterum alicui litteras dimissorias ad aliam diœcesim sine magna & necessaria causa non concedant, qui verò in aliena Diœcesi ordines susceperint, ad ministerium seu exequutionem ordinum quos se habere asseuerant non admittantur nisi prius Vicariis seu Commissariis nostris de susceptis ordinibus legitimo documento fidem fecerint.

Ex Conc. Tridentino Generali 18. sub Paulo III. an. 1545. Seff. 7. De Reformat.

11. Facultates de promouendo à quocunque, non suffragentur, nisi habentes legitimam causam ob quam à propriis Episcopis ordinari non possint in litteris exprimendam, & tunc non ordinentur nisi ab Episcopo in sua diœcesi residente, aut pro eo Pontificalia exercente & diligenti præuio examine.

12. Facultates de non promouendo, præterquam in casib. à iure expressis, concessæ, ad annum tantum suffragentur.

Seff. 14. De Reformat.

1. Ei cui ascensus ad sacros ordin. à suo Prælato ex quacunque causa etiam ob occultum crimen quomodolibet etiam extraiudicialiter fuerit interdictus, aut qui à suis ordinib. seu gradib. aut dignitatibus Ecclesiast. fuerit suspensus nulla contra ipsius Prælati voluntatem concessa licentia de se promoueri faciendo, aut ad priores ordines, gradus & dignitates siue honores restitutio suffragetur.

Seff. 21. sub Pio IV. anno 1562. De Reform.

2. Ne quis deinceps Clericus sæcularis ad sacros ord. promoueatur, nisi prius legitimè constet eum beneficium Ecclesiast. (quod sibi ad victum honestè sufficiat) pacificè possidere; id verò beneficium resignari non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi constito quod aliunde viuere commodè possit, &c. Patrimonium vero vel pensionem obtinentes ordinari post hac non possint, nisi illi quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum, &c.

Seff. 23. De Reformat.

3. Episcopi per semetipsos ordines conferant, quod si ægritudine fuerint impediti subditos suos non aliter quàm iam probatos & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant.

4. Prima tonsura non initientur qui Sacramentum confirmationis non susceperint, quique legere & scribere nesciant.

5. Ad minores ord. promouendi, bonum à Parocho & à Magistro scholæ in qua educantur testimonium habeant, hi vero qui ad singulos maiores erunt assumendi, per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui Parocho aut alteri cui magis expedire videbitur committant, vt nominibus ac desiderio eorum qui volent promoueri, publicè in Ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalib. ætate morib. & vita à fide dignis diligenter inquirat, & litteras testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes ad ipsum Episcopum transmittat.

7. Quando Episcopus ordinationem facere dispofuerit, omnes qui ad sacrum ministerium accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur ad Ciuitatem euocentur Episcopus autem Sacerdotibus & aliis prudentibus viris sibi ascitis, ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inuestiget, & examinet.

8. Ordinationes sacrorum ordinum, statutis in iure temporibus, ac in Cathedrali Ecclesia vocatis, præsentibusque ad id Ecclesiæ Canonicis publicè celebrentur, si autem in alio Diœcesis loco, præsente Clero loci, dignior quantum fieri poterit Ecclesia semper adeatur, vnusquisque autem à Proprio Episcopo ordinetur.

9. Episcopus familiarem suum non subditum ordinare non possit, nisi per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium, quacunque fraude cessante, statim reipsa illi conferat.

10. Vide Abbas.

11. Minores ordines iis qui saltem Latinam linguam intelligant per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, conferantur. Nemo maioribus ordinibus initietur, quem non scientiæ spes iis dignum ostendat, hi verò nonnisi post annum à susceptione postremi gradus Minorum ordinum, ad sacros ordines promoueantur, nisi necessitas aut Ecclesiæ vtilitas iudicio Episcopi aliud exposcat.

12. Nullus

12. Nullus in posterum ad Subdiaconatus ord. ante 22. ad Diacon. ante 23. ad Presbyteratus ante 25. ætatis suæ annum promoueatur, &c. Regulares quoque nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur, &c.

13. Promoti ad Subdiaconatus ord. si per annum saltem in eo non fuerint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur, duo sacri ordines non eadem die etiam Regularibus conferantur. Vide Communio, Clericorum Cœlibatus.

Ex Concil. Mediolan. 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

9. Ne in conferendis ordinibus Episcopi aut eorum Ministri quidquam etiam sponte quauis de causa datum accipiant.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 1.

22. Vide Ieiunium.

23. Episcopus ne Clericum vllum Regularem neque sæcularem qui Regularium more in communi vitæ disciplina sit, beneficium Ecclesiast. non habeat, ordinibus sacris ascribat, nisi à Superiore fidem attulerit, se Religioni cui adscriptus est professionem confecisse.

24. Quicunque aliquem Ecclesiast. ordinem suscipit, is certæ Ecclesiæ ascribatur, in qua functiones quas ei Episcopus præscripserit obeat, nec alius eid. ordo ante conferatur quam ipso Episcopo fidem testimoniumque ille attulerit, se in Ecclesia cui adscriptus est præstitisse præscriptas sibi functiones.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 2.

7. Impedimento ad sacros ord. irretiti hi sunt, minores natu, Sacramento Chrismatis non confirmati, rudes & ignari, criminosi, solemniter pœnitentes, neophyti, ebrietati & gulæ dediti, impudici, lapsi post ordinem susceptum, periuri, vsurarij manifesti, infames, ratiociniis obligati, serui, corpore vitiati, insigniter deformes, illegitimè nati, peregrini & ignoti, bigami, irregulares quouis alio modo, suspensi, interdicti, excommunicati, amentes, morbo caduco laborantes, energumeni, non examinati & probati, &c. Nemo titulo seminarij sacris maioribus ordinibus adscribatur, neque titulo item beneficij aut pensionis alteriusve census, quem ei ad victum Episcopi iudicio satis esse non constet.

Ex Concilio Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

11. Ne quis patrimonij ab alio cuiusvis conditionis homine assignati, aut promissionis titulo, quæ certa cautione de re omni, victui necessaria suppeditanda facta sit, sacris ordinibus maioribus initietur, nisi præter cæteras præscriptas cautiones illud etiam publico instrumento caueatur, ea certa adiecta clausula, vt vterque & qui patrimonium assignat, & cui assignat, iureiurando affirmet id patrimonium verè possideri, obtineriq; &c. Statuimus autem patrimonium eo nomine assignatum cautionemque item, ita ei vsui annecti, vt qui initiatus est illud patrimonium aut cautionem alienare vel remittere nullo modo possit, donec beneficium Ecclesiast. sufficiens sit adeptus, vel aliunde habeat vnde viuere possit.

Ex Concil. Aquensi sub Gregor. XIII. anno 1585.

1. Vide Confessiones fidei Catholicæ.

14. Dominico illo die qui quatuor stata ieiunij tempora quibus ordinis Sacramentum ministratur proximè antecedit, Parochi non solum solemne illud ieiunium huius rei causa institutum denuncient, verum etiam in sua vnusquisque eorum Parochiali Ecclesia supplicationes, Litaniasque piè ac religiosè vel intus habeat, vel prosequente fidelium multitudine foris Ecclesiam sicut moris est obeat, tùm præterea ad nonitionem populum ad illud excitet, &c. Constitutione Pij V. quicunque Clerici sine Canonica dispensatione extra stata tempora, vel ante legitimam ætatem, vel absque dimissoriis Ordinarij sui litteris, se ad aliquem sacrum ordinem promoueri fecerint, à suorum ordinum, quos susceperint, executione, ipso iure suspensi sint, sique suspensione durante, illorum ordinum ministerium functionesve obierint, statim irregularitatem subeant, &c. Vide Conc. Trid. 1562. sess. 23. c. 3. 5. 7. 8. Vide Monachi, item vide Conc. Mediol. 2. 1569. c. 24.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

5. Quisquis pro sacris ordinibus suscipiendis examinandus est, ætatis, natalium, aut dispensationis obtentæ, beneficij Ecclesiast. vel pensionis patrimoniive attestationes scriptas, & documenta authentica ante omnia in medium producat.

19. Vide Conc. Mediolan. 6. an. 1582. cap. 11. quotiescunque ordinatio de more publicè celebranda erit edictum antea promulgetur, affigaturve in valvis Ecclesiarum, in quo omnes recenseantur qui ab ordinum susceptione procul arceantur. Vide Conc. Trid. sess. 23. c. 7.

Ex Concilio Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1598.

12. Vide Conc. Trid. sess. 23. c. 4. 5. 9.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

21. Vide Conc. Trident. sess. 23. cap. 3. 4. 5. Concil. Mediolan. 1576. cap. 7. litteræ dimissoriæ illis tantum conferantur quos præuio examine, & diligenti facta inquisitione de ipsorum vita & moribus idoneos, & probatæ vitæ repererint, quique vel titulo beneficij, vel patrimônij valorem 30. aureorum annuis redditibus actualiter possideant, &c. In litteris dimissoriis non inseratur clausula illa (conscientiam nostram exonerantes, vestram onerando) cùm nullus remitti debeat, quin eius ordinis ad quem sumendum remittitur ab Ordinario capax & idoneus fuerit iudicatus, &c. In litteris dimissoriis non detur facultas nisi ad solum ordinem sacrum suscipiendum intra annum, quo elapso dictæ litteræ nullius sint effectus. Nullæ externorum admittantur dimissoriæ, sed cum illis à susceptione ordinum reiiciantur, nisi sint Regulares qui saltem per annum intra annum resederint, & ibidem ab Ordinariis præsentis Regni dimissorias obtinuerint.

PAGANI.

Ex Concil. Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

15. PRopter copiam puellarum Gentilib. minimè dandæ sunt virgines Christianæ.

Ex Concilio Arelatensi I. sub Siluestro I. anno 314.

11. De puellis fidelibus quæ Gentilibus iunguntur placuit vt aliquanto tempore à communione separentur.

Ex Concilio Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

39. Non oportet cum paganis festa celebrare, & eorum impietati communicare.

Ex Concil. Nicæno Generali I. sub Siluestro I. anno 325. Editionis Arabicæ.

67. Quæcunque mulier fidelis viro infideli nupserit, ipsa quoque à communione fidelium separetur, quæ si pœnitentiam malefici fecerit,& virum infidelē dimiserit, non est recipienda, nisi eo modo quo recipitur is qui postquam negauit, ad fidem reuertitur.

68. Si quis fidelis filiam aut sororem non consciam neque volentem, neque præsentem dederit nuptum infideli, separabitur & prohibebitur communione fidelium, ipsa verò quæ data est in matrimonium, non est prohibenda.

Ex Conc. Sabinensi in Hispan. sub Ioanne XXII. anno 1322.

21. Ne quiuis infideles in Ecclesiis interesse præsumant, eùm diuina celebrantur officia, quod si forte ex aliqua necessitate, vel rationabili causa in Ecclesia eos interesse contigerit, postquam præfationem Missæ Sacerdos inceperit, ab Ecclesia per Sacristam in secretiori loco iuxta Ecclesiam recludantur, &c. Vide Iudæi.

Ex Concil. Toletano sub Ioanne XXII. anno 1324.

9. Quicunque cum Sarracenis mercimonium habuerint, vel eis aliqua rerum subsidia seu consilia per se vel alios quocunque ingenio quamdiu inter nos & ipsos guerra durauerit, impendenda duxerint, sint excommunicati.

PARENTVM OBLIGATIO.

Ex Concilio Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

19. PArentes filios suos & Patrini eos quos de fonte lauacri suscipiunt, erudire summoperè studeant, illi quia eos genuerunt, isti quia pro eis fideiussores existunt.

Ex Concilio Moguntino sub Leone III. anno 813.

45. Parentes filios suos donent ad scholam, siue ad Monasteria siue foras Presbyteris, vt fidem Catholicam ritè discant, & orationem Dominicam vt domi alios edocere valeant, & qui aliter non potuerit vel in sua lingua hoc discat.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 2.

2. Quæcunque mulier, infante anno ætatis non expleto, secum in lecto iacentem, non ex cautione tenuerit quam ab Episcopo præscriptam Parochus vnusquisque ei sigillatim demonstrari, excommunicationem ipso facto subeat.

Ex Concil. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

7. Si quis quicunque sit etiam præter nutricem & matrem non adhibita cautione, neque dispensatione impetrata infantem in lecto tenuerit, aut matrem nutricemque id facere coëgerit, aut impedierit quominus decreto Conc. Prou. IV. præscripta cautio adhiberetur, eadem excommunicatione irretitus sit quæ illo decreto mulieri in eo genere delinquenti constituta est.

Parochi, vide Presbyteri.

PASCHA.

Ex Canon. Apost. Clementis I. an. 93. & Epit. Adriani I. an. 773.

8. SI quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus sanctum Paschæ diem ante vernale æquinoctiū cum Iudæis celebrauerit, abiiciatur.

Ex Concil. Romano 1. sub Victore I. anno 198.

Decretum est Pascha non quatuordecima Lunæ primi mensis, sed potius die Dominico post quartamdecimam Lunam & vernale æquinoctium occurrente, prout ab Apostolis traditum est, celebrandum esse.

Ex Concil. Arelatensi 1. sub Siluestro I. anno 314.

1. Pascha vno die & tempore per omnem orbem obseruetur, & iuxta consuetudinem, litteras ad omnes, Pontifex Romanus dirigat.

Ex Concilio Romano 3. sub Siluestro I. anno 325.

1. Omnibus Episcopis & Presbyteris præceptum est Paschæ obseruantiam custodire à Luna quartadecima vsque ad vigesimam primam, ita ut Dominicus dies coruscet.

Ex Concil. Antiocheno sub Iulio I. an. 340. & Epit. Adriani I. anno 773.

1. Quicunque cum Iudæis contra statuta Nicæni Concil. Pascha celebrauerit, excommunicetur, & damnatus Clericus omni quoque honore extrinsecus quem sancta Regula, vel Sacerdotium promeruit, priuetur.

Ex

Ex Concil. Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

1. Vt omnes Affricanæ Prouinciæ Episcopi, obseruationem Paschalem ab Eccl. Carthaginensi curent accipere.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

65. Paschæ solemnitas vno die & tempore celebranda.

Ex Concilio Carthaginensi 5. sub Anastasio, anno 398.

7. Placuit vt dies venerabilis Paschæ formatarum subscriptione omnibus intimetur.

Ex Concil. Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

1. Placuit vt sanctum Pascha secund. laterculum Victoris ab omnibus Sacerdotibus vno tempore celebretur, quæ festiuitas annis singulis Epiphaniarum die in Eccl. populis denuncietur.

3. Quisquis de prioribus Ciuibus Pascha extra Ciuitatem tenere voluerit, sciat sibi à cuncta Synodo esse prohibitum, sed principales festiuitates sub præsentia Episcopi teneant.

Ex Concilio Braccarensi 2. sub Ioanne III. anno 572.

9. Placuit vt (postquam omnia in Conc. Sacerdotum fuerint ordinata) superuenturam ipsius anni Pascha, quota Kalendarum die, vel quota Luna debeat suscipi à Metropolit. Episcopo nuncietur, quod cæteri Episcopi vel Clerus reliquus breuiculo subnotantes, vnusquisque in sua Eccl. adueniente Natalis Domini die, adstante populo post lectionem Euangelicam nuncient, in cuius principio conuenientes in vnum vicinæ Ecclesiæ per triduum cum Psalmis per Sanctorum basilicas ambulantes celebrent Litanias, tertia autem die celebratis horâ nona vel decima Missis, dimisso populo præcipiant Quadragesimæ seruare ieiunia, & mediante Quadragesima, ex 20. diebus baptizandos infantes ad exorcismi purgationem afferre.

Ex Concilio Matisconensi 2. sub Pelagio II. anno 588.

2. Pascha nostrum debemus omnes festinissimè colere, vt illis sanctissimis diebus sex, nullus seruile opus audeat facere, sed omnes simul coadunati Hymnis Paschalibus indulgentes.

Ex Concil. Toletano 4. sub honorio I. anno 633.

4. Placuit vt ante tres menses Epiphaniorum, Metropolitani Sacerdotes litteris se inuicem inquirant, vt communi scientia edocti, diem Resurrectionis Christi Comprouincialibus suis insinuent, & vno tempore celebrandum annuncient.

8. Lucerna & Cereus in peruigiliis apud quosdam Eccl. non benedicuntur, & cur à nobis benedicantur inquirunt, propter gloriosum enim noctis ipsius Sacramentum hæc solemniter benedicimus, vt sacræ Resurrectionis Christi mysterium quod tempore huius noctis votiuè aduenit, benedictionem sanctificati luminis suscipiamus.

Ex Concil. Cæsaraugustano 3. sub Sergio, anno 691.

2. Placuit vt deinceps cuncti confinitimi Episcopi, nullam sibi occasionem subiicientes, aut longinquitate itineris præcauentes annua recursione de festiuitate Paschali tempore congruo Primatem suum inquirant, vt quo die & tempore illis Paschæ festum pronunciauerit, sollicita veneratione peragant.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 12. sub Innoc. III. anno 1215.

21. Vide Confessio.

PATRIARCHÆ.

Ex Conc. Nicæno Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325.

6. Antiqua consuetudo seruetur in Ægypto, Lybiâ & Pentapoli, vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quia & vrbis Romæ Episcopo parilis mos est (seu potius quoniam talis Episcopo Romano consuetudo est) similiter autem & apud Antiochiam cæterasque Prouincias, suis priuilegia seruentur Ecclesiis, quod si quis præter sententiam Metropolitani fuerit factus Episcopus, hunc magna Synodus definiuit Episcopum esse non oportere.

7. Quia consuetudo obtinuit & antiqua traditio, vt Æliæ (Ierosolymorum) Episcopus honoretur, habeat honoris consequentiam, salua Metropoli propria dignitate.

Ex eod. Conc. Editionis Arabicæ.

33. Patriarcha sit in Ciuitate Regia, vt sit honori ipsi & Regi & aliis simul Presbyteris; honoretur etiam Episcopus Æliæ plusquam alij Episcopi, quia ipse residet in sancta Ciuitate, honoretur quoque similiter sedes Seleuciæ, quæ est ex Ciuitatib. Orientalib. qui debeat etiam appellari nomine, & possit is ordinare Archiepiscopos sicut faciunt Patriarchæ, vt Orientales non patiantur damnum expectando Patriarcham Antiochiæ, quia in hoc non fit iniuria Patriarc. Antiochiæ, siquidem ipse consensit.

34. Si acciderit vt necesse sit conuenire Episcopos Græciæ, & fuerit præsens Prælatus Seleuciæ, quia Seleucia est in Prouinc. Babyloniæ in Regno Zabur, & hodie est Ciuitatula, oportet honorare eum multum, & magnifacere atque extollere supra omnes Episcopos Græciæ, siquidem ipse tenet locum Patriarchæ in Oriente, & Sedes eius in Conc. debet esse sexta post Episcopum Ierosolymitanum, quicunque hanc constitutionem violauerit, Synodus eum excommunicat.

35. Non permittit magna Synodus vt congregentur in Prou. Persidis ad disponendum aliquid ad ordinem Eccl. pertinens sine consensu & authoritate Patriarchæ Antioch. quia quamuis Prælatus Persidis sit loco Patriarchæ, tamen non licet immittere se ad constituendum ordinem Eccl. sed potius in omnibus sint Metropolitani Patriarchæ obedientes.

36. Vt non possint Æthiopes creare nec eligere Patriarchas, quin potius eorum Prælatus sub potestate eius sit qui tenet Sedem Alexandriæ; sit tamen apud eos loco Patriarchæ & appelletur Catholicus, non tamen ius habeat constituendi Archiepiscopos vt habet Patriarcha, quod si acciderit vt Concilium in Græcia habeatur, fueritque præsens hic Prælatus Æthiopum, habeat septimum locum post Prælatum Seleuciæ.

37. Si Episcopus Cypri diem suum in hyeme obierit, & non potuerint populi propter tempestatem maris mittere Antiochiam vt Patriarcha Antiochenus constituat ipsi Archiepiscopum loco mortui debent scribere ad Patriarch. & petere ab eo vt permittat eis constituere quem voluerint qui Patriarcha concedat iis

Episcopis vt congregentur & constituant Archiepiscopum loco mortui.

38. Vt nullus Archiepiscoporum in Parochiam alterius ordinationes Presbyterorum vel Diaconorum faciat, exceptis Patriarcha & Archiepiscopo in locis qui sub potestate eorum sunt.

39. Consideret Patriarcha quæ Archiepiscopi & Episcopi eius in Prouinciis suis faciunt, & si quid reperiat secus quam oporteat, factum mutet, & disponat vt sibi videbitur, siquidem ipse est pater omnium, & quamuis sit Archiepiscopus in Episcopos tanquam frater maior qui curam habet fratrum suorum, & ei debet obedientiā quia præest, est tamē Patriarcha loco Patris, sub cuius dominatu ac potestate sunt filij eius.

41. Et dispertiatur (in Conc. Archiepiscoporum) benedictio Patriarchæ secund. vires omni Prou. & omni loco magno vel paruo quæ sub potestate eius sunt mittantur eis singulis annis, vt inde viuat & alatur.

44. Vt Archiepiscopus nullum Episcopum ex iis qui sub potestate eius sunt, cuius peccatum sciat iudicet, nec imponat ei penitentiam pro peccato, nisi interueniente Patriarcha.

45. Vt non admittatur quærela Archiepiscopi cōtra suum Patriarch. de vllo peccato, nisi adhibito altero Patriarcha vno ex fratrib. eius, qui eius causam exeutient, & nullus in hac re Archiepiscopo accusatori faueat, neque cum eo consentiat, nisi authoritate alterius Patriarchæ.

47. Patriarcha re cognita habet authoritatem soluēdi omnes ligatos à quocunq; (etiam ipsis qui ligauerint viuentib.) si ei visum fuerit, siquidem est loco Patrisfamilias qui in eos & in alios potestatem habet.

Ex Concil. Romano 1. sub Gelasio I. anno 494.

2. Est ergo prima Petri Apost. Sedes Rom. Ecclesia, non habens maculam neq; rugam, nec aliquid huiusm. secunda autem Sedes apud Alexādriam B. Petri nomine à Marco eius discipulo & Euangelista consecrato, ipseque à Petro Ap. in Ægyptum directus, tertia vero Sedes apud Antiochiam eiusd. Beatissimi Petri Apost. nomine habetur honorabilis, eo quod illic priusquam veuisset habitauit, illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est.

Ex Conc. Constantinopol. Gener. 8. sub Adrian. II. anno 869.

17. Patriarchæ iura in conuocandis Metropolitanis illibata seruari vult, execraturque S. Synodus omnes dicentes inualidas esse Synodos quib. non intersit persona Principis, monens vt non intersint nisi Conciliis Oecumenicis Principes.

Ex Concil. Lateran. vniuers. 12. sub Innoc. III. anno 1215.

5. Antiqua Patriarchalium Sedium priuilegia renouantes sancimus, vt post Rom. Ecclesiā quæ disponēte Domino super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet Principatum, Constantinopolitana primū, Alexandrina secundū, Antiochena tertiū, Ierosolym. quartū locum obtineat, seruata cuilibet propria dignitate, ita quod postquam eorum Antistites à Rom. Pontif. receperint pallium quod est plenitudinis officij Pontificalis insigne, præstito sibi fidelitatis & obedientiæ iuramento, licenter & ipsi suis suffraganeis pallium largianmr, recipientes pro se professionem Canonicam & pro Rom. Eccl. sponsionem obedientiæ ab eisdem; Dominicæ verò Crucis vexillum ante se faciant vbiq; deferri, nisi in vrbe Rom. & vbicunque summus Pont præsens extiterit, vel eius Legatus vtens insigniis Apostolicæ dignitatis. Vide Appellatio.

PAVPERES.

Ex Conc. Carthaginensi 5. sub Anastasio I. anno 398.

9. Ab Imperatorib. vniuersis visum est postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia, vt defensores eis aduersus potentias Diuitum, cum Episcoporum prouisione delegentur.

Ex Concil. Chalcedonensi Gener. 4. sub Leone I. anno 451.

11. Omnes pauperes & indigentes Ecclesiastici[a] auxiliis cùm proficiscuntur sub probatione Epistolij siue pacificis quæ dicuntur Ecclesiasticæ tantummodo commendari statuimus, & non commendatitiis Epistolis quia, &c.

Ex Concil. Aurelianensi 5. sub Vigilio, anno 552.

20. Qui pro quibuscunque culpis in carceribus detinentur ab Archidiacono seu à Præposito Ecclesiæ diebus Dominicis requirantur, vt necessitas vinctorum secund. præceptum diuinum misericorditer subleuetur, atque à Pontifice instituta fideli & diligenti persona quæ necessaria prouideat, competens victus de domo Ecclesiæ tribuatur.

21. Vnusquisque Episcoporum incolis quos infirmitatem incurrisse tàm territorij sui quàm Ciuitatis agnouerit, de domo Ecclesiæ iuxta possibilitatem victui & vestitui necessaria subministret, &c.

Ex Conc. Turonensi 2. sub Ioanne III. anno 570.

5. Vt vnaquæque Ciuitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus pascat secund. vires, vt tàm vicini Presbyteri quàm Ciues omnes suum pauperem pascant, quo fiet vt ipsi pauperes per Ciuitates alias non vagentur.

27. Vt Iudices aut Potentes qui pauperes opprimunt, si commoniti à Pontifice suo se non emendauerint, excommunicentur.

Ex Conc. Londinensi 2. sub Pelagio II. anno 587.

6. Placuit vt vniuscuiusque Ciuitatis leprosi qui intra territorium Ciuitatis ipsius, aut nascuntur aut videntur consistere, ab Episcopo Ecclesiæ ipsius, sufficiencia alimenta, & necessaria vestimenta accipiant, vt illis per alias Ciuitates vagandi licentia denegetur.

Ex Concil. Matisconensi 2. sub Pelagio II. anno 588.

14. Cognouimus quod hi qui lateri Regis adhærent, vel aliqui qui potentia sæculari inflantur, res alienas competere, & nullis exertis actionib. aut conuictionib. prærogatis miseros non solum de agris, sed etiam de domib. propriis exulare; idcircò decernimus vt deinceps huiusm. licentiam quispiam non habeant, sed secundum Canonum atque Legum tenorem, causarum suarum actionem proponant, vt nullus miserorum per vim aut assentationem quamlibet defraudetur.

Ex Concil. Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

14. Vnusquisque tempore famis aut cuiuslibet necessitatis ad se pertinentes pro viribus suis gubernare studeat.

23. Vide Magistratus.

Ex Concil. Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

36. Vnusquisque omni tempore suam familiam, & ad se pertinentes inopes alere & vegetare studeat, quoniam impium est, & Deo odibile eos qui diuitiis affluunt, nimiisque opibus abundant, non adiuuare miseros & indigentes.

44. Propter diuersas occasiones res pauperum multis in locis attenuatæ sunt, eorum scilicet dicimus qui liberi esse noscuntur, & sub potestate potentiorum sunt constituti, quorum si negotia & causas, clementia pijssimi Principis nostri diligenter inuestigari iusserit, reperientur quamplurimi diuersis occasionibus ad vltimam paupertatem iam redigi.

Ex Concilio Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

8. Vide Episcoporum Mores.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

6. Orphani & pauperes qui debitè vel indebitè dicuntur amisisse hæreditatem paterni vel materni iuris ad se legibus pertinentem, si alicubi inuenti fuerint, quos patres vel matres propter traditiones illorum exhæredes fecerunt, aliorum scilicet suasionibus aut petitionibus vel aliquo ingenio, omnino volumus atque decreuimus emendari.

7. Ne Episcopi, nec Abbates, nec Comites, nec Vicarij, nec Iudices, nullusque omnino sub mala occasione vel malo ingenio res pauperum vel minus potentum, nec emere, nec vi tollere audeat, sed quisquis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico placito coram idoneis testibus & cum ratione hoc faciat.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregorio IV. ann. 836.

3. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concilio Moguntino sub Leone IV. anno 847.

17. Monemus Regiam potestatem de oppressione pauperum liberorum, vt non à potentioribus per aliquod malum ingenium contra iustitiam opprimantur, vel cogantur vt res suas vendant siue tradant, ne fortè parentes eorum contra iustitiam fiant exhæredati, &c. Et vt sæpius non fiant mannirii, (idest viritim vocati) nisi sicut in Dominico capitulari olim facto præcipitur.

18. Placuit nobis vt nec Episcopi, &c. Vide Conc. Moguntin. 8. 3. c. 7.

Ex Concil. Rhemensi sub Leone IX. anno 1049.

11. Ne quis pauperes homines rapinis vel captionibus vexet.

Ex Conc. Later. vniuers. II. sub Alexand. III. anno 1179.

18. Per vnamquamque Ecclesiã Cathedralem, Magistro qui Clericos eiusd. Ecclesiæ & scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium assignetur, &c. In aliis quoque restituatur Ecclesiis siue Monasteriis, si retroactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuerit deputatum, pro licentia vero docendi nullus pretium exigat.

Ex Concil. in Dalmatia & Dioclia Regnis sub Innoc. III. anno 1199.

9. Excommunicamus eos qui latinos detinent in seruitute, nisi recepta pecunia quam dederunt eos pristinæ restituant libertati.

Ex Concil. Rauennatensi sub Honorio IV. anno 1286.

2. Per Prouinciæ nostræ Prælatos & Clericos vniuersos, prout eis suppetunt facultates, necessaria pauperibus ministrentur, is autem suffraganeorum nostrorum qui per totam septimanam, quatuor semel in die refecerit pauperes, Abbatum qui duos, Archidiaconorum, Præpositorum, Archipresbyterorum & aliorum Prælatorum qui vnum, ac aliorum Clericorum qui semel in die in septimana refecerit pauperes, de pœnitentiis iniunctis eidem, vnius anni indulgentiam habeat, hanc etiam indulgentiam illi concedimus, qui nouum pauperi dederit indumentum, si autem antiquum, 40. dierum indulgentiam, de iniuncta ei pœnitentia relaxamus.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. ann. 1311.

30. Eleemosynæ generales fiant, iuxta possibilitatem per Episcopos & Capitula Cathedralium Ecclesiarum, & Abbates seu Conuentus Monasteriorum, & quilibet etiam Episcopus secund. suum beneplacitum & possibilitatem quotidie in prandium reficiat aliquos pauperes, & vt pauperibus verecundis valeat prouideri in quolibet quarterio vel sexterio cuiuslibet, quolibet anno eligantur quatuor vel sex sicut videbitur Episcopo esse sufficiens Catholici & deuoti & honorabiles viri, qui quæstam requirant pro eleemosyna huiusm. pauperibus facienda, &c. Quicunque laborauerit, vel dederit eleemosynam secundum sui possibilitatem, pro hoc ei indulgentia 40. dierum conceditur per hoc Conc. illa die si verè fuerit pœnitens & confessus.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

29. Hi qui præsunt Ecclesiis, nullam quæstumcunque occasione litterarum petere vel colligere eleemosynam permittant, nisi litteris eorumd. prius diligenter perspectis, & nostris aut Vicarij nostri, quibus appareat, quod suæ litteræ sint veræ, quo comperto, nulla portione recepta, exacta vel requisita ab eodem pro eleemosyna petenda admittatur.

Ex Concil. Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

14. Quæstores, etsi bullas Apostolicas aut gratiarum concessiones asserant se habere, nihilominus teneantur eas Diœcesano diuulgandas præsentare, qui postquam illas examinauerit, continentiam & veritatem ipsarum bullarum seu indulgentiarum plenè deductam, per litteras suas eisdem quæstoribus exhiberi curabit, idemque quæstores sola lectione huiusmodi litterarum per Rectores Ecclesiarum, vbi eos declinare contigerit contenti, nihil aliud verbo tenus vel scriptis per se vel per alios proponere audeant: contrarium facientes

per tres menses de mandato Diœcesani in carcere detrudantur, & sic ablata duplicata testituant fabricæ Ecclesiarum & Cameræ & Prælati æqualiter applicanda.

Ex Concil. Lateran. vniuerſ. 17. ſub Leone X. anno 1517. Seſſ. 10. De Monte Pietatis.

1. Declaramus montes pietatis per Respublicas institutos, & auctoritate Sedis Apost. hactenus probatos & confirmatos, in quibus pro eorum impensis, & indemnitate aliquid moderatum ad solas Ministrorum impensas, & aliarum rerum ad illorum conseruationem pertinentium pro eorum indemnitate dumtaxat vltra sortem absque lucro eorumdem montium recipitur, neque speciem mali præferre, nec peccandi incentiuum præstare, neque vllo pacto improbari, quinimo meritorium esse ac laudabile, licereque illorum pietatem & misericordiam populis prædicare etiam cum indulgentiis à S. Sede Apost. eam ob causam concessis, ac deinceps alios etiam similes montes, cum Apostolicæ Sed. approbatione erigi posse, multo tamen perfectius, multoque sanctius fore si omnino tales montes gratuiti constituerentur, hoc est si illos erigentes, aliquos census assignarent, &c.

Ex Concil. Ratiſponenſi ſub Clemente VII. anno 1524.

16. Ne quis quauis auctoritate & litterarum occasione, ad prædicandum vel subsidia eleemosynasque colligendas se ingerat, vtcunque se iactet indulgentiis abundare, nisi prius litteræ admissionis & approbationis Ordinatiorum, vel Vicariorum ab eo prolatæ fuerint.

33. Hortamur cùm Prælatos, tùm reliquos Sacerdotes vt meminerint pauperum & eleemosynis studeant alteralterum vincere.

Ex Concil. Colonienſi 1. ſub Paulo III. anno 1536. Parte 11.

2.3.4.5. Vide Xenodochium.

PAX.

Ex Concilio Arelatenſi 4. ſub Leone III. anno 813.

De pacis bono atque concordia, vt ab omnibus omnino indisrupta teneatur inter Episcopos & Comites, inter Clericos & Monachos, & omnem populum Christianum.

Ex Conc. Turonenſi 3. ſub Leone III. anno 813.

32. Omnes homines & maximè Christiani studeant inter se pacem, vnanimitatem, & concordiam habere, &c. Neque pro terreno & caduco quæstu, quis inuidiæ stimulis agitatus felicitatis fratris inuideat.

Ex Concil. Cabilonenſi 2. ſub Leone III. anno 813.

20. Episcopi & Comites ita inter se concordare debent vt alterutrum sibi ad Dei seruitium peragẽdum, & miuisterium suum explendum non solum non noceant, quin potius adminiculo sint.

Ex Concil. Moguntino ſub Leone III. anno 813.

5. Vt pax & concordia sit atque vnanimitas in populo Christiano, quia vnum Deum Patrem, habemus in cœlis, & vnam matrem Ecclesiam, vnam fidem, vnum Baptisma, non est autem dissensionis Deus sed pacis.

Ex Concilio Moguntino ſub Leone IV. anno 847.

4. Vide Episcoporum Mores.

5. Statuimus, atque authoritate Ecclesiast. confirmamus eos qui contra Regem vel Ecclesiasticas dignitates siue Reip. potestates, in vnoquoque ordine legitimas dispositiones constitutas, coniurationes, & conspirationes rebellionis & repugnantiæ faciunt, à communione & consortio Catholicorum veram pacem amantium summouendos, & nisi per pœnitentiam & emendationem paci se Ecclesiasticæ incorporauerint, ab omnibus filiis pacis sancimus extorres.

Ex Concilio Valentino Galliæ ſub Leone IV. anno 855.

13. Vt tanta inter nos charitas & vnitas teneatur, vt quoties aliqui in populis quibus regendis præesse dignoscimur, aduersus Ecclesiam & Sacerdotalem auctoritatem contemptores & rebelles existunt, tanta instantia inuicem & litteris & verbis iuuare studeamus, vt pondere Ecclesiastici iuris retusi & pressi, vel ad humilitatem pœnitentia compellantur, aut si ab vna Ecclesia fuerint excommunicati in nulla alia falsò & furtiuè communicandi inueniant facultatem.

Ex Concil. apud S. Macram ſub Ioanne VIII. anno 881.

5. De rapinis compescendis & pace restituenda.

Ex Concil. Moguntino ſub Stephano VI. anno 888.

24. Vide Conc. Cabilonen. 813. c. 20.

Ex Concilio Treburienſi ſub Formoſo, anno 895.

9. Vt vnanimitas & concordia sit inter Episcopos & Comites, placuit vt si quis Episcopus domi residens Conuentum populi esse voluerit, & Comes nihilominus in ipsa eademque die placitum esse dixerit, effectum obtineat qui prior indicauerat, salua tamen dignitate & potestate Episcopi.

Ex Concil. Claramontano ſub Vrbano II. anno 1095.

1. Omni die & Monachi & Clerici & feminæ, & quæ cum eis fuerint in pace permaneant, tribus autem diebus, scilicet secunda, tertia & quarta iniuria alicui illata non reputabitur pacis fractio, à quarta autem reliquis diebus si quis alicui iniuriam intulerit, fractionis sanctæ pacis reus habeatur.

Ex Conc. Lateran. 2. vniuerſ. 9. ſub Calixto II. anno 1122.

13. Si quis treugam diffregerit vsque tertio, ad satisfactionem ab Episcopo admoneatur, quod si tertio admonitus satisfacere contempserit, Episcopus vel Metropolitan. cum duob. aut vno vicinorum Episcoporũ in rebellem anathematis sententiam dictet, & per scripturam Episcopis circumquaque denunciet.

Ex Conc. Lateran. 3. vniuerſ. 10. ſub Innoc. II. anno 1139.

11. Præcipimus vt Presbyteri, Clerici, Monachi peregrini, & mercatores & rustici, euntes & redeũtes, & in agricul

agricultura persistentes, & animalia cum quibus aratur, & semina portant ad agrum, omni tempore securi sint.

12. Treugam autem ab occasu solis in quarta feria vsque ad ortum solis in secunda feria, & ab aduentu Domini vsque ad Octauas Epiphaniæ, & à Quinquagesima vsque ad Octauam Paschæ, ab omnibus inuiolabiliter obseruari præcipimus.

Ex Concil. Londinensi sub Celestino II. anno 1143.

3. Aratra in campis cum ipsis agricolis talem pacem habeant in agris, qualem haberent in cœmeterio si extitissent.

Ex Concilio Rhemensi sub Leone III. anno 1148.

11. Vide Conc. Lateran. 1139. cap. 11.

Ex Conc. Later. 4. vniuers. 11. sub Alexand. III. anno 1179.

21. Vide Conc. Lateran. 1139. c. 12.

22. Presbyteri, Monachi, Clerici, Conuersi, Peregrini, Mercatores & Rustici euntes & redeuntes, de congrua securitate lætentur, nec quisquam alicubi nouas pedagiorum exactiones, sine authoritate & consensu Regum, & Principum statuere, aut statutas de nouo, tenere, aut veteres augmentare, aliquo modo temerè præsumat sub anathemate.

Ex Concil. Saltzburgensi sub Martino IV. anno 1281.

16. Vide Oratio.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

30. Quotiescunque inter aliquas Ciuitates Prouinciæ Rauen. verisimilè videatur discordia oriri, duo de Prouinc. Episcopi cum Ordinario conueniant, quos Ordinarius duxerit requirendos, ad tractandum de compositione si commodè fieri possit, & si eis per octo dies ad plus laborantib. non videretur quod possent proficere, significetur Coepiscopis per Prouinc. quod donec discordia huiusm. durabit, dicatur Collecta pro pace, & quicunque pro eis laborauerit, & orauerit, si fuerit verè pœnitens & confessus 40. dies de iniunctis sibi pœnitentiis relaxentur.

PECCATA RESERVATA.

Ex Concil. Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

3. Si quis graui lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere sine Episcopi consultu, sed potius apud Episcopum agat, non est Presbyterorum aut Diaconorum communionem talibus præstare debere, nisi eis iusserit Episcopus.

Ex Concil. Lateran. 3. vniu. 10. sub Innoc. II. anno 1139.

15. Vide Clerici honorandi.

Ex Concil. Londinensi sub Celestino I. anno 1143.

1. Ne aliquis qui Ecclesiam cœmeteriumque violauerit, vel in Clerico aut Viro Religioso manus iniecerit violentas, ab alio quàm ab ipso Papa possit absolui.

2. Ne qui alicui Clerico violentas manus iniecerit, ab alio possit absolui quàm ab ipso Papa, & in præsentia ipsius.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Honorio IV. anno 1286.

3. Ecclesiarum Rectoribus nostræ Prouinc. sub excommunicatione mandamus, ne de casibus (in quib. volumus solos adiri Episcopos) se vllatenus intromittant, sed illos ad suum Diœcesanum remittant, casus autem sunt hi, cùm quis petit absolui ab excommunicatione maiori lata vel inducta ab homine, vel à iure, item incendio vel crimine publico, sicut in blasphemante Deum vel Sanctos, item in voto qualitercumque emisso, & cum illis qui filios oppresserunt ex proposito siue casu, & cum quibuslibet homicidis & sacrilegis, falsariis, violatoribus Ecclesiarum, & immunitatum Ecclesiasticæ libertatis, & sortilegis, item cum iis qui cum brutis libidine polluuntur, item cum incestuosis & corruptoribus sanctimonialium, & in omni occupatione, vsurpatione, & detentione rei alienæ, vbi cui restitutio fieri debeat non inueniri potest, item cum periuris & clandestinè matrimonium contrahentib. ex quo matrimonio dubitatio oriatur vel oriri possit, & in omnibus aliis criminibus, delictis, & excessib. in quib. de consuetudine generali vel speciali Episcopis reseruatur confessio.

Ex Concil. Salisburgensi sub Vrbano VI. anno 1386.

2. Ne aliqui maiori excommunicatione nodatos aut suspensos, vel in homicidio, furto, sacrilegio, falso testimonio, periurio, incestu, instrumentorum & literarum falsitate, & aliis casibus Sedi Apost. vel nobis specialiter, vel nostris Suffraganeis, aut aliis competentibus Iudicibus reseruatis, præsumant absoluere, vel vota commutare, si quis fecerit ab officio suspendatur.

3. Quia nonnulli indulto (pro absolutione à casib. reseruatis) abutentes, pœnitentias in pecuniarum proprium & bursalem quæstum vertunt, decernimus huiusm. indulgendas à nobis concessas, vel in posterum concedendas post huiusm. abusum esse nullas, declarantes etiam absolutiones quas tales abutentes impenderint, similiter fore nullas, abutentes quoque eo ipso suspendimus à diuinis.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

28. Ne quisquam Sacerdotum Regularis vel sæcularis nostræ Diœcesis sub excommunicatione, quemcunq; sibi consistentem in casib. Sedi Ap. de iure vel consuetudine reseruatis absoluere præsumat, nisi habito desuper eiusd. Sed. indulto & mandato speciali, nec etiam in casib. de iure aut consuetudine Episcopo reseruatis, præsertim excommunicationis maioris vinculo innodatum, hæreticum, Iudæum, fautorem alterius eorũdem Laicum Prædicatorem, aut Auditorem eius, spoliatorem alicuius dotis Ecclesiast. aut Sacerdotis maximè in agone laborantis, aut temerarium occupatorem bonorum Eccl. depopulatorem agrorum, vinearum, & hortorum, incestuosum, fornicatorẽ cum sacra moniali, homicidam etiam casualem, publicantem confessionem sibi factam, peccantem contra naturam aut cum brutis, sacrilegum, incantatorem seu incantatricẽ præcipue cum Sacramentis, Sacramentalib. vel ossib. mortuorũ prolis oppressorem etiam à casu, incendiariũ, commercia habentẽ cum Iudæis maximè in vsuris,

propinantem, ementem, aut vendentem venenum præsertim in machinationem mortis proximi, Dæmonem inuocantem, cudentem falsam monetam, vtentem scienter auro vel argento falso, cogentem Christianum date ad vsuram, blasphemum nominis Christi vel Sanctorum, falsum testem, coëuntem cum Iudæo, obligatum ad vagas restitutiones, nec quemquam alium enormib. criminib. irretitum, non habita à nobis desuper commissione speciali & expressa.

Ne quisquam Sacerdotum Religiosus vel secularis sub excommunicatione, non habita desuper Sedis Apost aut nostra, seu Vicarij nostri speciali licentia, se intromittat de distributione rerum malè acquisitarum, incertarum, & vagarum.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 7.

37. Visum nobis est potestatem absoluendi à peccatis & casibus nostræ absolutioni reseruatis, occultis tamen, omnibus Parochis per diœcesim constitutis ritè vocatis delegare, modo Vicariorum nostrorum in Pontificalibus consilium requirant ac adhibeant.

38. In publicis criminibus quemadmodum necesse est, ita iubemus ad Canones antiquos publicæ pœnitentiæ regredi.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

26. Deinceps omnes Parochi per Prouinciam nostram ritè ordinari & vocati, omnesque fratres mendicantes per suos Superiores præsentati, & per Commissarios nostros approbati, potestatem habeant absoluendi Laicos confessos, à quibuscumque peccatis occultis quantumuis grauibus & enormibus, exceptis duntaxat homicidis, hæreticis, & excommunicatis ad nos mittendis.

Ex Concilio Trident. Gener. 18. sub Pio IV. an. 1562. Sess. 24. De Reformat.

6. Vide absolutio.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

6. Neminem Confessores infrascriptis criminibus absoluant, nisi facultas eis ab Episcopo permissa sit, nimirum raptores virginum, qui Moniales violarint, qui abortum procurarint, qui secundo vel propinquiori cognationis gradu incæstum admiserint, incendiarios, & qui damni iniuriæve causa vites vel arbores alienos inciderint, Ecclesiam polluentes, homicidas voluntarios, qui parentes percusserint, qui locis piis infantes exposuerint, cùm habeant vnde ipsos alant, neque eorum locorum damnum resarcierint, Notarios qui legata ad pias causas facta non denunciarint, qui ad magicas artes, veneficia, superstitiones, & alia huius generis, Eucharistia, sacris rebus abutuntur, qui stateras, mensuras, monetasve adulterarint, corruperintve.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 1.

27. Vide Matrimonium.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 2.

5. Casus restitutionis rerum quæ incertum est quibus restitui debeant, Episcopo deinceps reseruati sunt.

Ex Concilio Mediolanensi 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 1.

11. Ne facultatum, priuilegiorumve iure quæ cuicunque concessa sunt, Confessoris cuiusvis ord. sit, ab iis casibus quos sibi Episcopus in sua diœcesi reseruauerit, pœnitentes sine illius facultate absoluat, si contra fecerit suspensionem à diuinis incurrat.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

11. Vide Matrimonium.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

17. Simpliciter approbatus non potest ab omnib. casib. absoluere, sed ad Episcopum aut sum. Pont. remittet pœnitentem, in quo casus Sedi Apost. aut Episcopo reseruatos inueniet, Episcopus tamen à casibus sibi reseruatis absoluendi facultatem quadragesimali tempore gratis concedat Sacerdotibus, quos aliàs idoneos ad audiendas confessiones iudicauerit, demptis iis quos grauiores, & propter nimiam indulgentiam absoluendi frequentiores repererit, &c. Cùm sibi reseruandi casus facultatem habeant Episcopi, ea tamen parcè vtentur, sed eos tantum sibi reseruabunt, quos ad bonum animæ subditorum conducere iudicabunt.

PEDAGIA.

Verbo Peregrinatio Conc. in Palatin Vernis 756 c. 22. Lateran. vniu. 9. an. 1122. c. 16.

PENSIONES.

Verbo Clerici, Conc. Lateran. Gener. 12. an. 1215. cap. 32.

V. Clericorum Officium, Conc. Aquileien. 1596 c. 12. Auenionen. 1594. c. 34.

PEREGRINATIO.

Ex Conc. in Palatio Vernis sub Stephan. III. anno 756.

22. De peregrinis qui propter Deum vadunt, vt de eis telonium non tollant, & de illis aliis teloniis, quod Dominus Rex antea perdonauit, sic fiat, vt vbi legitimè non debent esse donati, non sint.

Ex Concilio Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

45. Qui peccata sua Sacerdotib. in quorum Parochiis confessi sunt, & ab iis agendæ pœnitentiæ consilium acceperunt, si orationib. insistendo, eleemosynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apostolorum limina, vel quorumlibet SS. inuisere desiderant, horum est deuotio modis omnibus collaudanda.

Ex

Ex Concil. Salegunstadiensi sub Benedicto VIII. anno 1022.

16. Nullus Romam eat, nisi cum licentia sui Episcopi vel eius Vicarij.

Ex Concil. Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

2. Quicunque pro sola deuotione, non pro honoris vel pecuniæ adeptione ad liberandam Ecclesiam Dei, Ierusalem profectus fuerit, iter illud pro omni pœnitentia ei reputetur.

Ex Conc. Lateran. 2. vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1120.

11. Eis qui Ierosolymam proficiscuntur, & ad Christianam gentem defendendam, & Tyrannidem infidelium debellandam efficaciter auxilium præbuerint, suorum peccatorum remissionem concedimus, & domos & familias atque omnia bona eorum in B. Petri & Rom. Ecclesiæ protectione suscipimus, &c. Eos autem qui pro Ierosolymitano vel Hispano itinere cruces sibi in vestibus posuisse noscuntur, & viam dimisisse, cruces iteratò assumere, viam ab instanti Pascha vsque ad subsequens proximum Pascha perficere præcipimus, alioquin extunc eos ab Ecclesiæ introitu sequestramus, in omnibus terris eorum diuina officia, præter infantium baptisma, & morientium pœnitentias interdicimus.

16. Si quis Romipetas, & peregrinos Apostolorum limina, & aliorum SS. Oratoria visitantes capere, seu rebus quas ferunt spoliare, & nouis teloneorum seu pedagiorum exactionibus molestare tentauerit, donec satisfecerit, communione abstineat Christiana.

Ex Conc. Salisburgensi sub Gregorio X. anno 1274.

17. Sub vagorum scholarium nomine quidam discurrentes Monasteriis & Ecclesiis se exhibent onerosos, &c. Ne quis Prælatorum, Plebanorum aut Vicariorum, seu quæcunque persona Ecclesiast. post spatium duorum mensium, infra quem terminum de ordinata sibi vita prouideant, ipsis aliquid beneficij vel iuuaminis erogare præsumat, qui contrarium fecerit, tamdiu ab ingressu Ecclesiæ sit suspensus, donec in subsidium terræ sanctæ, vsualis monetæ conferat vnam libram, hanc tamen constitutionem extendi nolumus ad pauperes aduenas, & pro necessitatibus suis publicè mendicantes.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

44. Peregrinationes ad certas Sanctorum reliquias, aut ad templa memoriis eorum dicata, Christiano populo censemus permittendas.

Ex Conc. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. *Parte* 1.

9. Ne quisquam Sacerdos, Clericusve cuiusvis ordinis peregrinaturus, Itineri peregrinationis causa, sine litteris dimissoriis ac testimonialibus Episcopi, se committat, nec sine benedictione quam Episcopus Sacerdoti, Clericoue peregrinaturo statis precibus libro Sacerdotali, ritualine præscriptis impartiet, &c. Laici item antequam peregrinationem suscipiant, suum quisque Parochum conueniant, à quo sanctè peregrinandi consilium capiant, & litteras habeant ab Episcopo Canonicas.

POENITENTES.

Ex Concil. Lateran. vniuers. 17. sub Leone X. anno 1517. *Sess.* 11. *De Religiosis.*

18. FRatres & sorores tertij Ordinis necnon Mantellati, Corrigiari, Pizochatæ, Chordellari & alij quocunque nomine nuncupati, in propriis domibus habitantes, sepulturam, vbi voluerint, eligere valeant, sed die Paschatis tantum Eucharistiam, necnon extremam vnctionem, cæteraque Ecclesiast. Sacramenta, pœnitentiæ Sacramento dumtaxat excepto, à proprio Sacerdote recipere, & ad onera quæ Laicis incumbunt, perferenda teneantur, ac in foro sæculari, coram Iudicibus sæcularib. conueniri possint.

19. Iidem dicti tertij Ordinis ad diuina audienda in Ecclesiis suorum ordinum tempore interdicti nullatenus admittantur, si causam dederint interdicto, vel causam ipsam nutriant, & foueant, aut dantibus auxilium, consilium vel fauorem quoquomodo præstiterint.

20. Collegialiter viuentes seu cum Claustralibus habitantes, ac mulieres virginalem seu cœlibem, aut castam vidualem (expresso voto, & sub dicto habitu) vitam ducentes priuilegiis quibus fratres ord. cuius tertia Regula habitum gestat, gaudere debeant.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. *Titulo* 3.

22. Sodalitates quascunque seu Confratrias quæ disciplinatorum nomine vocantur, Episcopus visitet librosque vel constitutionum vel meditationum orationumve, &c. Efficiat præterea vt Confratres etiam nominatim non vocati ad statas & solemnes processiones accedant, vtque non mercede conducti sed pietatis gratia, flagella sibi adhibeant.

POENITENTIA.

Ex Concil Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

2. DE his qui diuersis facinoribus peccauerunt, & perseuerantes in oratione confessionis & pœnitentiæ, pro qualitate delicti, talibus pœnitentiæ tempus impensum propter clementiam & bonitatem Dei communio concedatur.

79. Quicunque ex Ecclesia aliquid indignum fecier, adhibebitur ei remedium per exhortationem & diligentem admonitionem, dùm non est manifestum quod facit, &c. Imponendaque ei pœnitentia prout conueniet, quod si pœnitentia & exhortatione non emendatur, separetur à communione fidelium.

Ex Concil. Romano 2. sub Siluestro I. anno 324.

10. Nemo det pœnitentiam nisi 40. annorum pœnitenti, baptismum enim omnibus date.

Ex Concil. Niceno Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325. *Editionis Arabicæ.*

67. Erit pœnitentia eius qui ad fidem reuertitur, & eius quæ virum infidelem (quem habere non potest

rat) reliquit, ferre cilicium, dormire super cinerem,& iejunare quantum sibi conueniat, & tunc licebit cum fidelibus conuersari, & communionem sacram accipere.

69. Si quis fidelium mulieri infideli motem gerat propter fornicationem, aut mulier fidelis viro infideli,& ob hanc causam a fide recedant, pœnitentia horum sit, vt spatio trium annorum stent ad ianuam templi, in cilicio & cinere, & peracto hoc tempore intrent in Ecclesiam ad orationem, sed itaut spatio vnius anni stent in angulo Ecclesiæ ab alus separati, neque liceat communicare cum eis in salutatione,nec in communione, transacto autem anno debet Sacerdos benedicere aquam & oleum, vt oleum infirmorum,& vt aqua ad mundationem immunditiæ eorum qui comederunt morticinium,& sic debet benedicere eis Sacerdos & aspergere eos aqua ista, & ipse qui aspergitur debet lugere, & mundabuntur ab immunditia sua, remittetur que eis peccatum orando pro eis, fierique debet diligens inquisitio de eis.

78. Si quis Sacerdos lapsus fuerit in adulterium,& hoc peccatum nunquam ante commiserit, quin potius semper benè audierit, & non duxerit vxorem, pœnitentia eius erit in ieiunio & in oratione, & de eleemosynis secund. vites vno anno, quo exacto debet redire ad communionem fidelium, & communionem sacram, & ad ministerium & sacrificium vt prius, &c. Si verò ad idem peccatum reuersus fuerit, deponendus est omnino & non est prohibendus cómunione fidelium, & sacra communione, quod si vxorem duxit imponenda est ei duplex pœnitentia; idem de Diacono: Sacerdos qui nunquam vxorem habuit, nec viduus recipiendus est ad pœnitentiam, qui vxorem habet non est recipiendus, Diaconus qui nunquam habuit vxorem vel viduus, bis est ad pœnitentiam recipiendus, Diaconus coniugatus semel, & non erunt prohibiti communione fidelium, & communione sacra sed ministerio Altaris, alij verò ex Clero & Monachi & Laici, si huiusm. peccatum commiserint, fiet iudicium de eis, vt eorum Iudici, vt ei qui eis præest, prout pœnitentiæ conuenit, visum fuerit.

Ex Concilio Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

21. Pœnitentes quæ defuncto viro alij nubere præsumpserint, vel suspecta, vel interdicta familiaritate cum extraneo vixerint, cum eod. ab Ecclesiæ liminibus arceantur, hoc etiam de viro in pœnitentia posito placuit obseruari.

Ex Concil. Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

31. Vt pœnitentibus secundum peccatorum differentiam Episcopi arbitrio, pœnitentiæ tempora decernantur.

32. Vt Presbyter inconsulto Episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absente Episcopo & necessitate cogente, cuiuscunque autem pœnitentis publicum & vulgarissimum crimen est, quod vniuersa Ecclesia nouerit, ante absidem manus ei imponatur.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

68. Ex pœnitentibus (quamuis sit bonus) Clericus non ordinetur,si per ignorantiam Episcopi factum fuerit deponatur à Clero, quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse pœnitentem.

74. Vt Sacerdos pœnitentiam imploranti absque personæ acceptione pœnitentiæ leges iniungat.

75. Vt negligentiores pœnitentes tardius recipiantur.

76. Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu dùm ad eum Sacerdos inuitatus venit oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierint, & accipiat pœnitentiam, & si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia, si superuixerit admoneatur à supradictis testibus petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quamdiu Sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probauerit.

Ex Concilio Toletano 1. sub Anastasio, anno 400.

2. Placuit vt de pœnitente non admittatur ad Clerum, nisi tantùm, si necessitas aut vsus exegerit, inter Ostiarios deputetur, vel inter lectores,itaut Euangelia & Apostolum non legat, si qui autem ante ordinati fuerit Diaconi, inter Subdiaconos habeantur, ita vt manum non imponant, aut sacra nn contingant, eum verò pœnitentem dicimus qui post Baptismum, aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, grauissimisque peccatis publicam pœnitentiam gerens, sub cilicio, diuino fuerit reconciliatus altario.

16. Deuotam peccantem non recipiendam in Ecclesia nisi peccare desierit, & si desinens receperit aptam pœnitentiam 10. annis, recipiat communionem, prius autem quam in Ecclesia admittatur ad orationem, ad nullum conuiuium Christianæ mulieris accedat, quod si admissa fuerit, etiam hæc quæ eam recepit,habeatur abstenta; corruptorem etiam par pœna constringat, quæ autem maritum acceperit non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc viuente ipso viro castè viuere cœperit, aut postquam ipse decesserit.

Ex Fragmentis Concil. Toletanorum.

Secundum Burchardum.

De vitiis ordinatis quorum occulta peccata sunt, nec manifestè ab aliquo argui possunt, si salubriter compuncti pro peccatis suis, confessionem Episcopo siue Presbytero occultè faciunt, bonum mihi videtur, vt secundum id quod sibi decretum fuerit ab Episcopo siue Presbytero pœnitentiam agant, feruenter & sollicitè, ac sic se veniam peccatorum à Domino percepturos, & gradum se retenturos confidant.

Ex Concil. Milenitano sub Innocentio I. anno 416.

23. Placuit vt quicunque conuersus ab hæreticis, dixerit se apud eos pœnitentiam accipere vnusquisque Catholicus Episcopus requirat, vbi & ob quam causam apud eosd. hæreticos pœnitentiam susceperit, vt cum documentis certis hoc ipsum approbauerit, sibi pro qualitate peccati, sicut eid. Episcopo Catholico visum fuerit, tempus pœnitentiæ, vel reconciliationis decernat.

Ex Concil. Arausicano 1. sub Leone I. anno 441.

4. Pœnitentiam desiderantibus, etiam Clericis non negandam.

Ex

Ex eod. Conc. secund. Cratianum.

Cùm aliquis excommunicatus, vel anathematizatus pœnitentia ductus veniam postulat & emendationem promittit, Episcopus qui eum excommunicauit, ante ianuas Ecclesiæ venire debet, & 12. Presbyteri cum eo qui eum hinc & inde circumstare debent, vbi etiam esse debent illi quibus iniuria vel damnum commissum debet emendari, aut si iam emendatum est eorum testimonio comprobari, deinde interroget Episcopus si pœnitentiam iuxta quod Canones præcipiunt pro perpetratis sceleribus suscipere velit, & si ille terræ prostratus veniam postulat; culpam confitetur, pœnitentiam implorat, & de futuris cautelam spondet, tunc Episcopus apprehensa manu eius dextra in Ecclesiam illum introducat, & ei communionem & societatem Christianam reddat, & septem Psalmos pœnitentiales decantet, &c. Post hæc secund. modum culpæ pœnitentiam ei iniungat, & literas per Parochiam suam dirigat, vt omnes nouerint eum in societate Christiana receptum, aliis etiam Episcopis hoc notum faciat.

Ex Concil. Andegauensi 1. sub Leone I. anno 453.

6. Qui accepta pœnitentia resilierint, non solum à communione habeantur alieni, sed ne conuiuiorum quidem admittantur esse participes.

12. Pœnitentiæ sanè locus omnibus pateat, qui conuersi errorem suum voluerint confiteri, quibus perspecta qualitate peccati, secund. Episcopi æstimationem erit venia largienda.

Ex Concilio Venetico sub Leone I. anno 450.

3. Pœnitentes qui suspectam publicè pœnitentiam intermiserint, & ad prioris erroris consuetudinem reuoluti, vitæ se sæculari, conuersationique reddiderint, non solum à communione Dominicorum Sacramentorum, sed etiam à conuiuiis fidelium submouendos statuimus.

Ex Concilio Turonico sub Simplicio, anno 481.

8. Si quis post acceptam pœnitentiam sicut canis ad vomitum, ita ad sæculares illecebras, derelicta quam professus est pœnitentia, fuerit reuersus, à communione Ecclesiæ, vel à conuiuio fidelium, extraneus habeatur.

Ex Concilio Romanò 3. sub Felice III. anno 483.

2. De Clericis & Monachis aut puellis Dei aut sæcularib. seruari præcipimus, hunc tenorem quem Nicæna Synod. circa eos qui lapsi sunt vel fuerint, seruandum esse constituit, vt scilicet qui nulla necessitate, nullius rei timore, aut periculo se vt rebaptizentur hæreticis impiè dediderunt, si tamen eos ex corde pœniteat, tribus annis inter audientes sint, septem autem annis subiaceant, inter pœnitentes, manibus Sacerdotum, duobus autem annis oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed tantummodo sæcularib. in oratione socientur, &c. Quod si intra metas præscripti temporis cœperit vitæ finis vrgere, subueniendum est imploranti, & seu ab Episcopo qui pœnitentiam dederit, seu ab alio qui tamen datam esse probauerit, aut similiter à Presbytero Viaticum abeunti de sæculo non negetur.

3. Pueris autem seu Clericis siue Laicis, aut etiam similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur ætatis, aliquamdiu sub manus impositione decretis reddenda communio est, nec eorum expectanda pœnitentia, quos excipit à coercitione censura.

Quod si antè præfinitum pœnitentiæ tempus desperatus a medicis, aut euidentibus mortis pressus indiciis, recepta quisquam communionis gratia conualescit, seruemus in eo quod Nicæni Canones ordinauerunt, vt habeatur inter eos qui in oratione sola communicant, donec impleatur spatium temporis eid. præstitutum; nec Catechumenos nostros qui sub tali professione baptizati sunt prætermittimus, quia non est causa dissimilis eius qui quolibet modo Christum quem semel confessus abiurauit, tribus annis inter audientes sint, & postea cum Catechumenis permittantur orare, per manus impositionem communionis Catholicæ gratiam percepturi, exceptis tantummodo Episcopis, Presbyteris & Diaconibus quos solo mortis suæ tempore reconciliandos esse iam diximus. Cæteros idest Clericos siue Monachos seu Laicos vtriusque sexus personas, quos violentiæ periculis coactos, iterationem Baptismatis subiisse constiterit, vel qui aliquo commento huiusce facinoris piaculo dixerint non teneri, his pœnitentiam per triennium durare decreuimus.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho, anno 506.

15. Pœnitentes tempore quo pœnitentiam petunt impositionem manuum & cilicium super caput à Sacerdote (sicut vbique constitutum est) consequantur, si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutauerint, abiiciantur, & nisi dignè pœnituerint non recipiantur, iuuenibus etiam pœnitentia non facilè committenda est, propter ætatis fragilitatem, viaticum tamen omnibus in morte positis non est negandum.

43. Nullus de pœnitentibus Clericus ordinetur, & qui iam sunt per ignorantiam ordinati, aut sicut bigami, aut internuptarum mariti locum teneant, ministrare Diaconus, consecrare Altare Presbyter non præsumat.

Ex Concil. Aurelianensi sub Symmacho, anno 507.

13. Vide Conc. Venetic. 453. c. 3 quod si post interdictum cum eis quisquam præsumpserit manducare, & ipse communione priuetur.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho, anno 509.

23. Si quis accepta professaque pœnitentia ad sæcularia reuoluatur, prorsus communicare non poterit, nisi professioni quam illicitè prætermiserat reformetur.

36. Ne vllus sine remedio aut spe veniæ ab Ecclesia repellatur, neve vlli, si aut pœnituerit, aut se correxerit, ad veniam redeundi aditus obstruatur, sed si cui forsuan discrimen mortis immineat, damnationis constitutæ tempora relaxentur.

Ex Concil. Lugdunensi sub Hormisda, anno 517.

6. Stephanus (qui cognatæ suæ se sociauerat) admittatur ad loca sancta vsque ad orationem plebis, quæ post Euangelia legitur, mitius cum eo agentes.

Ex

Ex Concil. Gerundensi sub Hormisda, anno 517.

9. Is qui ægritudinis languore depressus pœnitentiæ benedictionem (quam viaticum deputamus) per communionem acceperit, & postmodum reconualescens caput pœnitentiæ in Ecclesia publicæ non subdiderit, si prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad Clerum.

Ex Concil. Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

16. Vide Moniales.

24. De pœnitentium conuersione, vt ne quis benedictionem pœnitentiæ iuuenibus personis credere præsumat, certè coniugatis nisi ex consensu partium, ætate iam plena, eam dare non audeat, si quis pœnitentiæ benedictione suscepta, ad sæcularem habitum militiamque reuerti præsumpserit, Viatico concesso, vsque ad exitum excommunicatione plectatur.

Ex Concilio Barcinonensi sub Vigilio, anno 540.

6. Pœnitentes viri tonso capite & Religioso habitu vtentes, & ieiuniis & obsecrationibus vitæ tempus peragant.

7. Pœnitentes epulis non intersint, nec negotiis operam dent, in datis & acceptis, sed tantum in suis domib. vitam frugalem agere debeant.

8. De his qui in infirmitatibus poscunt pœnitentiã, & à Sacerdote accipiunt, si postea conualuerint, vitam pœnitentium peragant, excepta manus impositione segregati à communione, quamdiu probabilem Sacerdos eorum approbauerit vitam.

9. Iubemus vt in infirmitate positi beatificam benedictionem percipiant.

Ex Conc. Braccarensi 2. sub Ioanne III. anno 572.

Ex Fragmentis secundum Burchardum.

8. Vide Ecclesia.

Ex Concilio Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

11. Secund. formam Canonum antiquorum dentur pœnitentiæ, hoc est vt prius eum quem sui pœnitet facti à communione suspensum faciat Presbyter, inter reliquos pœnitentes ad manus impositionem crebrò recurrere, expleto autem satisfactionis tempore sicut Sacerdotalis contemplatio probauerit, eum communioni restituat.

12. Quicunque ab Episcopo vel Presbytero sanus vel infirmus pœnitentiam postulat, id ante omnia Episcopus obseruet vel Presbyter, vt si vir est sanus siue infirmus, prius eum tondeat, & sic pœnitentiam ei tradat, si verò mulier fuerit, non accipiat pœnitentiam nisi prius mutauerit habitum.

Ex Conc. Narbonensi sub Pelagio II. anno 589.

6. Vide Abbas.

8. Vide Ecclesiastica bona.

Ex Concil. Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

10. Ille qui sanctæ Ecclesiæ beneficio liberatur à morte, non prius egrediendi accipiat libertatem quàm pœnitentiam se pro scelere esse facturum promittat, & quod ipsi canonicè imponetur impleturum. Vide Ecclesia asylum.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

53. Vide Clerus.

54. Quicunque ex sæcularib. accipientes pœnitentiam totondetunt se, & rursus præuaricantes Laici effecti sunt, comprehensi ab Episcopo suo, ad pœnitentiam ex qua recesserunt reuocentur, quod si aliqui per potentiam irreuocabiles sunt, nec admoniti reuertuntur, vt Apostatæ coram Ecclesia anathematis sententia condemnentur.

Ex Concil. Toletano 6. sub Honorio I. anno 638.

7. Si qui ingenuorum, vtriusque sexus, sub nomine pœnitentis, in habitu Religioso sunt conuersati, post hæc autem comam nutrientes vel vestimenta sæcularia sumentes, ad id quod reliquerant redierint ab Episcopo, &c. Vide Conc. Tolet. 4. an. 633. c. 54.

8. Qui in ætate adolescentiæ positus, dum mortis formidat casum, peruenerit ad pœnitentiæ remedium, si coniugatus & forte fuerit incontinens, ne postea adulterij incurrat lapsum, tedeat ad pristinum coniugium quousque possit adipisci, temporis maturitate, continentiæ statum, quod nos sicut de viris ita de feminis æquo modo censemus, non quidem hoc generaliter canonicè præceptum, sed constat à nobis pro humana fragilitate indultum, ea dumtaxat ratione, vt si is qui pœnitentiæ non est legibus deditus, ante ab hac vita decesserit, quàm ex consensu ad continentiam eorum fuerit regressus, superstiti non liceat ad vxoris transire amplexus, si autem illis vita extiterit, superstes qui non accepit benedictionem pœnitentis, nubat si se continere non potest, &c.

Ex Concilio Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

8. Vide Confessio.

Ex Concil. Toletano 11. anno 675. sub Adeodato.

4. 5. Vide Episcoporum Mores.

12. Qui pœnitentiam in mortis agit periculo non diutinè à reconciliationis gratia differendus est. Vide Oratio.

Ex Conc. Constantinop. 3. vniu. 6. sub Agathone, anno 680.

2. Sicut Baptisma quod nescientibus paruulis sine vlla contentione in fide tantum proximorum accipitur, ita pœnitentiæ donum, quod nescientibus illabitur absque impugnantia violationis, hi qui illud acceperint obseruabunt, si quis autem quolibet modo pœnitentiam accipiens, hoc violauerit synodale institutum, vt verè transgressor paternis regulis ferietur, neque enim ista statuenies, Sacerdotes quosque vt passim & licenter donum pœnitentiæ non pœnitentibus audeant prorogare absoluimus, sed hos qui qualibet forte pœnitentiam susceperint, ne viterius ad militare redeant cingulum, religamus. Vide Absolutio.

Ex Concil. Toletano 13. *sub Leone II. anno* 683.

10. Quicunque Pontificum vel Sacerdotum deinceps per manus impositioné pœnitentiæ donum exceperint, nec se mortalium criminum professione notauerint, tenorem retentandi regiminis non omittant, sed per Metropolitanum reconciliatione, more pœnitentium suscepta, solita compleant ordinis sui officia, vel cætera mysteriorum sibi credita Sacramenta.

Ex Concilio Arelatensi 4. *sub Leone III. anno* 813.

26. Qui publico crimine conuicti sunt rei, publicè iudicentur, & publicam pœnitentiam agant secund. Canones.

Ex Concil. Cabilonensi 2. *sub Leone III. anno* 813.

25. Pœnitentiam agere iuxta antiquam Canonum constitutionem in plerisque locis ab vsu recessit, & neque excommunicandi, neque reconciliandi antiqui moris ordo seruatur, vt à Dño Impetat. impetretur adiutorium, qualiter si quis publicè peccat publica molctetur pœnitentia.

35. Multi in pœnitentia, non tàm peccati remissionem, quàm temporis constituti expectant expletionem, &c. Ille ergò magis parsimoniæ seruire censendus est, qui sibi non solum quarumdam rerum perceptione, sed delectatione corporis penitus interdicit.

36. Quidam ex industria peccantes propter eleemosynarum largitionem, quamdam sibi promittunt impunitatem, eleemosyna enim extinguit peccata, sed ea quæ aut necessitate aut casu, aut qualibet fiunt fragilitate, ea verò quæ ex industria, aut cuiuslibet libidinis explendæ causa idcircò fiunt, vt eleemosynis redimantur, nequaquam eis redimi possunt, quia qui hoc perpetrarunt, videntur Deum mercede conducere, vt eis impunè peccare liceat, non ergo quis idcircò peccare debet, vt eleemosynam faciat, sed ideo eleemosynam facere, quia peccauit.

Ex Concilio Rhemensi 1. *sub Leone III. anno* 813.

3. Vt discretio seruanda sit inter pœnitentes qui publicè, & qui absconsè pœnitere debent.

Ex Conc. apud Theodonis Villam sub Leone III. anno 814.

1. 2. 4. 5. Vide Clerici honorandi.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

32. Quoniam multi Sacerdotum partim incuria, partim ignorantia, modum pœnitentiæ reatum suum confitentibus secus quam iura Canonica decernant, imponunt, vtentes scilicet quibusdam codicillis contra Canonicam authoritatem scriptis, quos pœnitentiales vocant, & ob id non vulnera peccatorum curant, sed potius fouentes palpant; vnusquisque Episcoporum in sua Parochia, eosdem erroneos codicillos diligenter perquirant, & inuentos igni tradant, &c.

54. Qui propter reatum suum publica pœnitentia sunt mulctati, nec alios de sacri fontis Baptismate suscipiant, nec etiam ad percipiendum S. Spiritus donum, nec aliorum Patroni coram Pontificib. existant, donec per dignam pœnitentiæ satisfactionem reconciliationem mereantur.

Ex Concil. Moguntina 1. *sub Leone IV. anno* 847.

20. Vide Homicidium.
21. Vide Mulieres.
26. Vide Infirmi.

31. Modus tempusque pœnitentiæ peccata sua confitentibus, aut per antiquorum Canonum institutionem, aut per sanctarum Scripturarum authoritatem, aut per Ecclesiast. consuetudinem imponi debet à Sacerdotib. sed & discretio seruanda est, &c. Vide Conc. Rhemen. 813. c. 3. nam qui publicè peccat, oportet vt publica mulctetur pœnitentia, & secund. ordinem Canonum, pro merito suo & excommunicetur & reconcilietur, pœnitentes vero tàm expletionem constituti temporis quàm facinoris remissionem desiderent, nec eis sufficiat si à quarumdam rerum perceptione abstineant, ni se etiam à noxiis delectationibus subtrahant.

Ex Conc. Ticinensi 1. *sub Leone IV. anno* 850.

7. Vide Episcoporum Officium & Presbyteri.
8. Vide Chrisma.
9. Vide Matrimonium.

11. Inueniuntur nonnulli per diuersas Prouincias & Ciuitates habentes possessiones, qui cùm aliquod publicé scelus perpetrauerint, & ab Episcopo vel Presbytero loci conuenti fuerint vt pœnitudinem gerant, ab alterius Ciuitatis Episcopo vel Presbytero se iam pœnitentiam suscepisse vel suscipere velle fateantur, &c. Tales ergo ab Episcopo Ciuitatis in cuius Parochia scelus commissum est, statim communione priuati ad agendam pœnitentiam cogantur, scribet autem qui eum communione priuauerit aliis quoque Episcopis in quorum Parochiarum territoriis huiusmodi prædia possidet, vt & ipsi non scientes, à sua illum communione remoueant, ne fortè postmodum per ignorantiam sibi subreptum quærantur.

12. Hi qui sacri Altaris communione priuati, & pro suis sceleribus reuerendis adytis exclusi, publicæ pœnitentiæ subiugati sunt, nullo militiæ vti cingulo, nullamque Reip. debent administrare dignitatem, quia nec populatib. gentib. eos misceri oportet, nec vacare salutationibus, nec quorumlibet causas iudicare, &c. Domesticas autem necessitates curare non prohibentur, qui vero administrationem Episcopi seu Sacerdotum, perpetrato palàm scelere pœnitentiæ remedium suscipere noluerint, tanquam putrida ac desperata membra, ab vniuersalis Ecclesiæ corpore dissecandi sunt.

Ex Concil. Ticinensi 2. *sub Leone IV. anno* 855.

11. Sacra docet authoritas vt publicè peccantes, publicæ pœnitentiæ subiiciantur.

Ex Concilio VVormatiensi sub Adriano II. anno 868.

25. Pœnitentibus secundum differentiam peccatorum, Sacerdotis arbitrio pœnitentiæ decernantur, debet itaque Sacerdos in pœnitentia danda, singulorum causas singulatim considerare, originem quoque mo-

dumque culparum, & affectus gemitusque delinquentium diligenter examinare, manifesteque cognoscere, temporum etiam & personarum, locorum quoque & ætatum qualitates inspicere, vt etiam pro consideratione locorum, ætatum vel temporum, seu pro qualitate delictorum atque gemituum vniuscuiusque delinquentis, à sacris regulis oculos non reflectat.

26.27.28.29.35.38.39. Vide Homicidium.

36. Vide Matrimonium.

37. Illi qui pro diuersis erroribus, vel quibuscunque piaculis pœnitentiæ iugo fuerint summissi, legitimo nullatenus matrimonio separentur, ne in fornicationis voragine demergantur.

44. Vide Adulterium.

Ex Concil. apud S. Macram sub Ioanne VIII. anno 881.

7. De præstanda per pœnitentium emendationem.

Ex Concil. Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

16. Qui Sacerdotem morti voluntariè tradiderit, carnem non comedat, nec vinum bibere præsumat omnibus diebus vitæ suæ, ieiunet autem vsque ad vesperam, exceptis diebus festis atque Dominicis, arma non sumat, & vbicunque ire maluerit, nullo vehiculo deducatur, sed propriis pedibus proficiscatur, Ecclesiam per quinquennij tempus non ingrediatur, sed eùm orationum officia, aut Missarum solemnia celebrantur, ante fores basilicæ perseueret orans, post expletum vero quinquennij tempus ingrediatur Ecclesiam, non tamen communicet, sed inter audientes tantummodo stet, vel dum facultas conceditur sedeat, dùm autem 12. anni cursus fuerit finitus, communicandi ei tribuatur medela, maneat tamen in reliquis obseruationibus tres dies per hebdomadam, vt ad perfectionis, purificatus, mereatur venire culmen.

Ex Concilio Metensi sub Stephano VI. anno 888.

6. Diaconus qui de sacrilegio confessus & conuictus fuit, pro misericordia in carcere poni iussus est, interdicto ministerio, & vt pro eo omnes generaliter orarent iniunctum est.

Ex Concilio Triburiensi sub Formoso, ann. 895.

5. Si quis Sacerdotem non coactus, sed propria voluntate seductus morti tradiderit, quinquennio plenissimæ castigationi pœnitentia substernatur, &c. Vide Conc. Moguntin. 888. c. 16. cùm decimi anni cursus fuerit expletus, &c. Vt supra.

53. Quartum annum & quintum, sextum & septimum isto modo obseruet, ieiunet autem his singulis tres Quadragesimas, vnam ante Pascha à caseo & pinguib. piscib. à vino & medone & mellita ceruisia, alteram ante Natiuitat. S. Ioan. Bapt. si vero desunt 40. dies ante Natiuitatem impleantur post Natiuitatem, tertiã Quadragesimam ante Natiuit. Domini Saluatoris ieiunet, & abstineat se à carne, & à cæteris rebus prædictis, & in his quatuor annis tertia feria & quinta ac Sabbato manducet & bibat quodcunque libeat, & tertiam atque quartam feriam denario aut prædicto denarij pretio redimere ius habeat, sextam vero feriam cautè obseruet, his septem annis ritè expletis reconcilietur, & more pœnitentium sacris Altaribus, & sanctæ communioni restituatur, atque perfectionem consequatur.

55. Si quis sponte homicidium fecerit 40. diebus ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & nihil manducet illis 40. dieb. præter solum panem & salem, neq; bibat nisi puram aquam nudis pedib. incedat, lineis non induatur vestib. nisi tantum femoralib. sæcularia arma non portet, nullo vehiculo vtatur, ad nullam feminam nec ad propriam vxorem his diebus misceatur, nullam communionem illis 40. dieb. cum aliis Christianis, nec cũ alio habeat pœnitente in cibo vel potu, aut illis reb. si vero sint aliqui vitæ suæ insidiatores, vt præ illis non possit dignè pœnitere, interim differatur ei cad. pœnitentia, donec ab Episcopo proprio pax ei ab illis sit facta, si enim aliqua corporali infirmitate detentus sit, vt non possit rite ieiunare, adhibeatur ei misericordia, quousque conualescat, & tunc demum pœniteat, si verò longo tempore eadem sit occupatus infirmitate ad Episcopum pertinebit vt prudenter pertractet quomodo infirmum peccatorem curare disponat.

56. Post illos 40. dies vnum annum integrum ab introitu Ecclesiæ suspendatur, & abstineat se à carne & caseo, à vino & medone, ac mellita ceruisia, nisi Dominicis diebus & festis qui per illum Episcopatum celebrantur apud cunctum populum, & nisi vel in hoste, aut in aliquo magno sit itinere, vel longè aut diu ad Dominicam curtem, vel si infirmitate detentus sit, tunc licitum sit ei tertiam feriam & quintam atque Sabbatum redimere vno denario vel pretio denarij, siue tres pauperes pro nomine Domini pascendo, ita duntaxat vt vel carne vel vino vel medone, idest de tribus vna re vtatur non omnibus vescatur, postquam autem de itinere domum reuertatur, aut de infirmitate liberetur, prædictas ferias non redimat, sed statuto modo pœniteat, complero vero vnius eiusdemque anni curriculo, ita castigatus ritè & ordinabiliter more pœnitentium introducatur in Ecclesiam.

57. Secundum vero & tertium annum simili modo pœniteat, excepto quod prædictas tres ferias redimere ius habeat, vbicunque est siue in domo siue in itinere, cætera per omnia obseruet vt in primo anno faciebat.

Ex Concil. Nannetensi sub Formoso, anno 895.

12. 14. Vide Adulterium.

13. Vide Luxuria.

17. 18. Vide Homicidium.

Ex Concil. Saleganstadiensi sub Benedicto VIII. anno 1022.

17. Sub anath. præceptum est, vt nullus Presbyter totã cuiquam pœnitenti carinam, seu careenam dimitter a præsumat, si infirmitas non interuenerit.

18. Multi tanta mentis suæ falluntur stultitia, vt in aliquo capitali crimine inculpati, à Sacerdotibus suis accipere nolint pœnitentiam, in hoc maximè confisi, vt Romam euntibus, Apostolicus omnia sibi dimittat peccata, sancto visum est Conc. vt talis indulgentia illis non prosit, sed prius iuxta modum delicti, pœnitentiam sibi dictam à suis Sacerdotib. adimpleant, & tunc Romam ire si velint, ab Episcopo proprio licentiam & litteras ad Apostolicum, ex iisd. rebus, deferendas accipiant.

19. Omnis pœnitens dum carinam suam ieiunat, de loco in locum non migret, sed ibi permaneat vbi suam acceperit pœnitentiam, si autem ibi propter hostilea iniurias ieiunare non poterit, suus Sacerdos eum Confratrum suorum alicui, vbi pacificè possit ieiunare, diligentissimè commendet.

20. Nullus Presbyterorum quempiam nisi iussu Episcopi in Ecclesia introducere præsumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat.

Ex

Ex Concil. Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

4. Vide Archidiaconus.

Ex Concil. Romano 5. sub Gregorio VII. anno 1078.

6. Falsas pœnitentias dicimus, quæ non secund. authoritatem SS. Patrum pro qualitate criminum imponuntur, ideoque quicunque miles vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpis grauioribus irretitus ad pœnitentiam venerit, vel qui bona alterius iniustè detinet, vel qui odium in corde gerit, & recognoscat se veram pœnitentiam non posse peragere, nisi arma deponat, vlteriusque nō ferat nisi consilio Religiosorum Episcoporum pro defendenda iustitia, vel negotium derelinquat, vel officium deserat, & odium ex corde dimittat, bonaque quæ iniustè abstulit restituat, ne tamen desperet, interim quidquid boni facere poterit, hortamur vt faciat, &c.

Ex Concil. Romano 7. sub Gregorio VII. anno 1080.

3. Vide Confessio.

Ex Concil. Melfitano sub Vrbano II. anno 1090.

16. Episcopos & Presbyteros admonemus, ne falsis pœnitentiis Laicorum animas decipi, & in infernum protrahi patiantur, falsam pœnitentiam esse constat, cum spretis pluribus de vno solo peccato pœnitentia agitur, aut sic, cùm agitur de vno, & non discedatur ab alio peccato, &c. Falsa fit pœnitentia cùm penitus ab officio Curiali vel negotiali non recedit, quæ sine peccatis agi vlla ratione non præualet, aut si odium in corde gestet, aut si offenso cuilibet non satisfaciat, aut si non offenderit, offensus non indulgeat, aut si arma quis contra iustitiam gerat.

Ex Concil. Placentino sub Vrbano II. anno 1095.

1. Ad pœnitentiam nullo modo recipiantur qui concubinas & odium ex corde & quodlibet mortale peccatum dimittere noluerint.

2. Nullus Presbyter aliquos ad pœnitentiam recipiat, nisi cui proprius Episcopus hanc curam commiserit.

Ex Concilio Claramontanō sub Vrbano II. anno 1095.

21. Ne aliquis Laicus alterius sibi hæreditates vsurpet, quod si quis fecerit, nec reus satisfecerit, nullus Sacerdos eum interim ad pœnitentiam admittat.

22. Similiter nec alium quemlibet, nisi perfectam confessionem fecerit, vt si de perpetrato homicidio confessus fuerit, & manserit in adulterio, ad perfectā pœnitentiam minimè recipi debet.

Ex Concil. Pictauiensi sub Paschali II anno 1100.

5. Nullus Abbas vel Monachus, vel quilibet alius Pœnitentias iniungat, nisi cui proprius Episcopus hanc curam dederit.

Ex Concil. Lateran. vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1122.

17. Vide Abbas.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 10. sub Innocent. II. anno 1139.

18. Vide Incendiarij.

21. Vide Conc. Melfitanum 1090. c. 16.

Ex Concil. Eboracensi sub Celestino III. anno 1194.

4. Prohibemus ne Sacerdos Laico ad pœnitentiam venienti, obtentu cupiditatis iniungat, vt Missas faciat celebrari.

Ex Conc. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

4. Sacerdotes in pœnitentia diligenter attendant circumstantias, & vt pœnitentia talis iniungatur vxori, vnde non reddatur marito suo suspecta de aliquo occulto & enormi peccato, idem de marito conseruetur. Vide Missa.

Ex Concil. Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

55. Vide Monachi.

Ex Concil. Tarraconensi sub Cœlestino IV. anno 1242.

1. ad 7. Vide Hæretici.

Ex Concil. Salisburgensi sub Clemente V. anno 1310.

5. Circa constitutionem de Clandestinis matrimoniis dudum per nos editam, tollimus pœnam excommunicationis, & quod statutum ipsum aliàs sub vi præcepti maneat in vigore suo, absolutionem autem illorum, qui ante sublationem huiusm. in pœnam inciderunt, eamdem committimus plebanis, vt eisd. & qui in posterum contra constitutionem prædictam venerint, iniungant stare ad modum pœnitentium ante fores Ecclesiæ tribus diebus Dominicis, quando maior adest populi multitudo, eosque qui in hoc contumaces extiterint vel rebelles, puniant ipsi Plebani in aliqua pœna pecuniaria pro fabrica Ecclesiæ Salzburgensis.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 7.

38. Vide Peccata reseruata.

Ex Concilio Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

32. Pœnæ Canonicæ tàm in corpore Iuris clausæ quàm Prouincialibus Synodalibusve statutis aliàs editis annexæ, transgressoribus horum statutorum, sicubi specialis pœna expressa non sit, infligantur, &c.

Ex Concilio Coloniensi 2. sub Paulo III. an. 1549. Censura contra abusus.

9. Omnibus Prælatis, Abbatib. Prioribus, Guardianis & Monasteriorum vtriusque sexus Superioribus mandamus vt pœnitentia ductos suos subditos, & vltro reuertentes veniamque petentes, & emendationem pollicentes, paternè recipiant ad pœnitentiam tolerabilem, quam, emendatione eorum perspecta, sensim minuant, vt sanent, non interimant suas oues.

Ex Conc. Tridentino Generali 18. sub Pio IV. anno 1562. Sess. 24. De Reformat.

8. Quando ab aliquo publicè & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, vnde alij scandalo sunt offensi, huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam iniungi oportet, Episcopus tamen publicæ hoc pœnitentiæ genus in aliud secretum poterit commutare, &c. In omnibus Cathedralib. Ecclesiis vbi id commodè fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendæ proximè vacaturæ, ab Episcopo instituatur, &c.

Ex Concil. Mediolan. 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

6. Confessores secundum Conc. Trid. publicè peccantib. publicam pœnitentiam imponant, neque illud publicæ pœnitentiæ genus, nisi data ab Episcopo facultate, secreta alia pœna commutare audeant.

Ex Conc. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII. anno 1573.

8. Studeat Episcopus ad sacrorum Canonum & Trid. Concilij præscriptum, pro publicorũ delictorum grauitatis ratione, & publicam & solemnem pœnitentiã in vsum reuocare, quos vero ita solemniter pœnitere oportet, mense ante Quadragesimæ initium ad se per Parochos deferri curet, vt primum ineunte Quadragesima illi pœnitentia affici, tùm die cœnæ Domini Ecclesiæ reconciliari possit statu solemni ritu.

POENITENTIÆ IMPOSITIO.

VErbo Chorepiscopi, Conc. Meldensi 845. c. 44.

PONTIFEX ROMANVS.

Ex Concilio Romano 2. sub Silnestro I. anno 324.

3. PRæsul summus à quoquam non iudicabitur, quoniam scriptum est, *Non est Discipulus super Magistrum.*

Ex Concil. Nicæno Gener. 1. sub Silnestro I. anno 325. Secundum Iulium I.

1. Non debent præter sententiam Romani Pontificis, Concilia celebrari.

4. Si quis putauerit se à proprio Metropolitano grauari, apud Primatem diœceseos aut penes vniuersalis Apostolicæ Ecclesiæ Papam iudicetur.

Ex eod. Conc. Editionis Arabica.

39. Sic præest Patriarcha iis omnibus qui sub potestate eius sunt, sicut ille qui tenet Sedem Romæ, caput est & Princeps omnium Patriarcharum, quandoquidem ipse est primus sicut Petrus.

Ex Concil. Sardicensi sub Iulio I. an. 347. & Epit. Adriani I. ap. 773.

3. Vt inter discordes Episcopos, Comprouinciales Episcopi audiãt, quod si dãnatus appellauerit Roman. Pontificem, id obseruandum est quod ipse censuerit.

4. Vt nullus appellantis Episcopi Sedem vsurpare præsumat, priusquam Rom. Episcopus, causa cognita, sententiam tulerit.

7. Quod Prouincialis Synod. per Vicarios Romani Pont. retractari possit, si ipse ita decreuerit.

70. Vt Papa Diaconos Romam ad Comitatum venientes sollicitè discutiat, si iustam causam veniendi habe ant.

Ex Concilio Carthaginensi 6. sub Bonifacio, anno 419.

3. Placuit vt si Episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati Episcopi Regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum, & appellasse Episcopus videatur & confugerit ad beatissimũ Eccl. Rom. Episcopum, & voluerit audiri, & iustum putauerit vt renouetur examen, scribere his Episcopis dignetur qui in finitima & propinqua Prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant, quod si is qui rogat causam suam iterum audiri deprecatione sua mouerit Episcopum Rom. vt è latere suo Presbyterum mittat, erit in potestate Romani Episcopi, quid velit & quid existimet.

Ex Concilio Romano 4. sub Symmacho, anno 502.

3. Si cuiuslibet Prouinciæ Sacerdotes intra terminos suos Concilio habito quidquam sine Metropolitani siue Antistitis authoritate tentauerint irritum esse debere, Patres SS. sanxerunt, quanto magis quod in Apostolica Sede non existente Præsule, qui prærogatiua Beati, meritis Apostoli Petri per vniuersum orbem Primatũ obtinens Sacerdotij statutis synodalib. consueuit tribuere firmitatem, &c.

Ex Concilio Braccarensi 1. sub Ioanne III. anno 563.

4. Vide Missa.

Ex Concil. Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

1. Maneant in suo vigore Conciliorum omnium constituta, simul & synodicæ SS. Præsulum Romanorum Epistolæ.

Ex Concil. Romano 2. sub Gregorio I. anno 595.

2. Quidam ex Clericis vel etiam ex Monachis electi ministerio cubiculi Pontificalis obsequantur, vt is qui in loco est tegiminis habeat testes tales qui vitam eius in secreta conuersatione videant, & ex visione sedula, exemplum profectus sumant.

4. Feretrum quo Romani Pont. corpus ad sepeliendum ducitur, nullo tegimine veletur.

Ex Conc. Constãtinopol. vniuer. 8. sub Adrian. II. anno 869.

2. Quæcunque à B. Papa Nicolao veluti Spiritus S. instrumento eiusq; successore SS. Papa Adriano declarata sunt, quæque diuersis temporib. de constituenda, componendaque S. Eccl. Constantinop. deque sancto illius Patriarcha Ignatio, ac de Photij eiectione atque damnatione in synodo pronunciata sunt, ea omnia vna cum expositis capitibus seruanda & custodienda semper decernimus & sancimus.

13. 21. Vide Apostolica Sedes c. 13.

Ex Concil. Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

11. Præsul summus à quoquam non iudicabitur. Vide Forum Ecclesiasticum.

Ex Conc. Rhemensi sub Leone IX. an. 1049.

1. Lectis sententiis olim promulgatis ab Orthodoxis Patribus declaratum est quod solus Rom. Sedis Pontifex vniuersalis Ecclesiæ Primas esset & Apostolicus.

Ex Concil. Romano sub Nicolao II. anno 1059.

1. Vide Electiones.
2. Vide Episcopi.

Ex Conc. Lateran. I. vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1122.

Concessio Calixti II. Henrico Imperatori facta.

Ego Calixtus seruus seruorum Dei dilecto filio suo Henrico, Dei gratia Romanorum Imperatori Augusto concedo electiones Episcoporum & Abbatum Teutonici Regni quæ ad Regnum pertinent, in præsentia tua fieri, absque simonia & aliqua violentia, vt si qua inter partes discordia emerserit, Metropolitani & Prouincialium consilio vel iudicio saniori parti assensum & auxilium præbeas; electus autem Regalia per sceptrum à te recipiat, exceptis omnibus quæ ad Rom. Ecclesiam pertinere noscuntur, & quæ ex his iure tibi debet faciat. Ex aliis vero partibus Imperij, consecratus intra sex menses regalia per sceptrum à te recipiat. De quibus vero mihi querimoniam feceris & auxilium postulaueris, secundum officij mei debitum, auxilium meum præstabo. Do tibi veram pacem, & omnibus qui in parte tua sunt vel fuerunt tempore huius discordiæ. Data anno 1122. 9. Kal. Octobris.

Ex Conc. Later. vniuers. 17. sub Leone X. an. 1517. *Sess.* 9. *De Reformat.*

11. Vide Cardinales.

Ex Concilio Trident. Gener. 18. *sub Pio IV. anno* 1562. *Sess.* 25. *De Indice libror.*

Vide Librorum Impressio.

Ex Concil. Mediolanensi 2. *sub Pio V. anno* 1569. *Titulo* 1.

5. Summorum Pontificum Bullas quæ quotannis de quauis causa ab illis edentur, Episcopus duobus saltem post mensibus quam illas Romæ editas cognouerit, in sua diœcesi promulgandas curet.

PRÆDICATIO.

Ex Concil. Cæsaraugustano sub Damaso I. anno 381.

7. Vide Episcopi.

Ex Concil. Carthaginensi 4 sub Anastasio, anno 398.

14. Sacerdote verba faciente in Ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

84. Vt Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam & audire verbum Dei siue Gentilem siue hæreticum siue Iudæum vsque ad Missam Catechumenorũ.

98. Laicus præsentib. Clericis, nisi ipsis iubentibus non audeat docere.

99. Mulier quamuis docta & sancta, viros in Conuentu docere non præsumat.

Ex Concil. Valentino in Hispan. sub Ioanne I. anno 524.

1. Sacrosancta Euangelia ante munerum illationem in Missa Catechumenorum in ordine lectionum post Apostolum legantur.

16. Vt Episcopus, &c.

Secundum Burchardum.

Vide Conc. Carthag. 4. an. 398. c. 84.

Ex Concilio Vasionensi 3. sub Felice IV. anno 529.

2. Placuit vt non solum in Ciuitatib. sed etiam in omnibus Parochiis verbum faciendi daremus Presbyteris potestatem, ita vt si Presbyter aliqua infirmitate prohibente per seipsum non potuerit prædicare SS. Patrum homilia à Diacono recitetur.

Ex Concilio Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

2. Per omnes Ecclesias Hispaniæ vel Gallæciæ secundum formam Orientalium Ecclesiarum Concil. Constantinop. 150. Episcoporum symbolum fidei recitetur, & priusquam Dominica dicatur oratio voce clara populo prædicetur.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

6. Comperimus quod per nonnullas Ecclesias in die sextæ feriæ passionis Domini, clausis basilicarum forib. nec celebretur officium, nec passio Domini populis prædicetur, &c. Oportet ergo eadem die mysterium crucis quod ipse Dominus cunctis annunciandum voluit prædicari, atque indulgentiam criminum clara voce omnem populum postulare, &c.

Ex Concilio Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

10. Prouidimus pro ædificatione omnium Ecclesiarum, & pro vtilitate totius populi, non solum in Ciuitatib. sed etiam in omnibus Parochiis, vt Presbyteri ad populum verbum faciant, & vt bene viuere studeant, & populo sibi commisso prædicare non negligant.

Ex Concilio Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

17. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concilio Moguntino sub Leone III. anno 813.

25. De officio prædicationis si fortè Episcopus non fuerit in domo sua, aut infirmus est, aut alia aliqua causa exigente non valuerit, numquam tamen desit diebus Dominicis aut festiuitatib. qui verbum Dei prædicet, iuxta quod intelligere vulgus possit.

Ex Conc. Rhemensi 1. sub Leone III. anno 813.

14. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

31. Quisquis sui quæstus non Dei causa, Euangelicam prædicationem implet, longè se à discipulatu Christi seiungit.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

34. In exponendis vel prædicandis diuinis scriptur. SS. Catholicorum & probatissimorum veritas non quisque sequatur in quorum scriptis vacillet;

vacillet, sed & qui in suis Monasteriis religiosè residere debent, & vocū nouitates vt inootescant studio proferre satagunt, acerrimè vt præsumptores arguantur, & comprimantur.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

5. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concil. Valentino Galliæ sub Leone IV. anno 855.

16. 22. Vide Episcoporum Officium.

Ex Conc. Ticinensi 2. sub Leone IV. ann. 855.

4. Admonendi sunt potentes vt ad maiores Ecclesias, vt prædicationem audire possint conueniant.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 12. sub Innoc. III. anno 1215.

3. Omnes qui prohibiti vel non missi præter auctoritatem ab Apostolica Sede, vel Catholico Episcopo loci susceptam. publicè vel priuatim prædicationis officium vsurpare præsumpserint, excommunicentur.

10. Præcipimus tàm in Cathedralib. quàm in Conuentualib. Ecclesiis viros idoneos ordinari, quos Episcopi possint coadiutores & cooperatores habere, non solum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus, & pœnitentiis iniungendis.

62. Eleemosynarum quæstores quorum quidam se alios mentiendo, abusiones nonnullas in sua prædicatione proponunt, admitti, nisi Apostolicas vel Diœcesani Episcopi litteras veras exhibeant, prohibemus, &c. *Forma litterarum Prædicatorum.* Quoniam (vt ait Apost.) omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus siue bonum siue malum fuerit, oportet nos diem missionis extremæ, misericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitum seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu colligere debeamus in cœlis, firmam spem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet in vitam æternā. cùm agitur ad sustentationem fratrum & egenorum ad tale confluentium hospitale, propriæ non suppetant facultates, vniuersitatem vestram monemus & exhortamur in Domino, atque in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus de bonis à Deo vobis collatis, pias eleemosynas, & grata eis charitatis subsidia erogetis, vt per subuentionem vestram, ipsorum inopiæ consulatur, & vos per hæc & per alia bona, quæ à Domino inspirante feceritis, ad æterna possitis gaudia peruenire.

Ex Concilio Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

20. Vide Presbyteri.

Ex Conc. Lugdunensi Gener. 14. sub Gregorio X. anno 1274.

23. Vide Monachi.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

9. Nullus alienigena audeat prædicare vel celebrare, vel in sacro ordine ministrare nisi fuerit prius præsentatus Ordinario, & eid. de ipsius ordinatione facta fuerit plena fides.

13. Ad prædicationis ministerium qui 30. ad minus non attigit annum, cuiuscunque Religionis existat, de cætero in aliqua Ecclesia nullatenus admittatur, nec etiam quæstuarij recipiantur ad officium.

Ex Concil. Salisburgensi sub Vrbano VI. anno 1386.

8. Rectores Ecclesiarum nequaquam Religiosos, seu fratres mendicantes inuitent, vel admittant, nisi de proponendo verbum Dei à suis Superioribus licentiam habeant, & de illa dictis Rectoribus faciant plenam fidem; in Ciuitate vero & diœcesi in quibus ipsorum fratrum loca consistunt, ac in locis vicinis, nullatenus ad dictum officium prædicandi, vel ad audiendas confessiones admittantur, nisi locorum diœcesanis canonicè præsentati fuerint prius & admissi.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

14. Vide Decimæ.

21. Nullus in diœcesi nostra ad prædicandum, siue annunciandum verbum Dei admittatur, nisi missus sit, & de missione sua constiterit sufficienter.

Ex Concil. Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

§ 6. Prædicatores cuiuscunque gradus vel conditionis existant, non in erectis ad hanc rem theatris, sed locis Deo dicatis, cum omni reuerentia & humilitate verbum Dei annuncient.

Ex Concilio Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

13. Ne de cætero quicunque Prædicatores tàm Religiosi, quàm sæculares per nostram Prouinciam gratia prædicationis officium exercendi, discurrere audeant quomodolibet, nostra & Episcoporum, in quorum diœcesi moram traxerint, non obtenta & edocta licentia. Vide Pauperes.

Ex Concil. Lateran. vniuers. 17. sub Leone X. anno 1517. S. ss. 11. De modo prædicandi.

1. Nullus tàm Clericus sæcularis quàm cuiuscunq; etiam mendicantium ord. Regularis, aut quiuis alius ad quem facultas prædicandi tàm de iure quàm de consuetudine, vel priuilegio, aut aliàs pertinet, ad huiusm. officium exercendum admittatur, nisi prius per Superiorem suum respectiuè diligenter examinatus, ac morum honestate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate ad illud aptus & idoneus reperiatur, & hic quocunque postea prædicaturus accesserit, de huiusm. examine, & idoneitate sua per litteras authenticas seu aliàs Episcopis & aliis locorum Ordinariis fidem legitimè faciat, &c.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

1. Non liceat cuiquam etiam Religionem professo, ac quomodolibet exempto, Euāgelium docere, nisi ab Ordinario vel eius Vicario tàm morib. quàm doctrina probatus fuerit, facta fide per patentes litteras, quæ præter Notarij mercedem gratis prorsus concedantur.

16. Vide pauperes.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

35. Præcipimus omnib. & singulis Suffraganeis nostris, ne vllos cuiuscunq; status, ord. vel conditionis existant Prædicatores, quæstores, Religiosos seu sæculares, extraneos

extraneos siue diœcesanos, quauis occasione seu causa ad officium prædicationis in Ecclesiis per suas diœceses constitutis, permittant tolerentve, nisi ab ipsis suffraganeis eorumve Vicariis approbati, & ad hoc nominatim missi extiterint, &c. Euangelium Christi syncere populo annuncietur, essent in sanctis illis concionibus prophanatum legum minimè necessariarum citationes Poetarumque authoritates supervacaneæ, subtilium quæstionum, & plerumque futilium allegationes, à ridiculis etiam histrionicisque sermonibus abstineant Prædicatores.

36. Sint Prædicatores in verbo discreti, ne vel tacenda proferant, vel dicenda reticeant: prædicent sacrum Euangelium, innitantur interpretationibus sacrorum Doctorum, instruant populum, sint eorum sermones casti & examinati, ad amorem Dei populum trahentes, si secus fecerint ab officio prædicationis suspendantur, & à suis Superioribus acriter puniantur.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 4.

5. Vide Presbyteri.
7. 8 Vide Monachi.

9. Non ferendi qui in iurisdictiones Episcopales ac ordines Ecclesiasticorũ, pariter & ciuilium Magistratuum inuehentes temerè vociferantur ad populum.

11. Qui ex fratrib. huic muneri accingi voluerint, nostris Vicariis in Pontificalib. seriò promittant, sese hisce synodalib. institutis omnino obtemperaturos.

12. Qui vt ordinariæ nostræ potestati, quod ad eiusdem functionem attinet subiiciantur, & eatenus Monasticæ professionis regulis obligationibusque eximatur, non decens tantum, sed & iustum putamus.

13. Qui semel præsentati & admissi fuerint vt certo loco hoc ministerio fungantur, non debebunt temerè seu præter nostrũ assensum à suscepto munere retrahi.

14. Extraordinarios Parochos, illorumque legitimos cooperarios, nemo deinceps neque suggestum occupet, neque conuenticula, vel in priuatis domibus vel in vicis faciat, aut quouis tandẽ modo vsurpet, qui secus agere præsumpserit, tanquã seditiosus corripiatur.

15. Prohibemus omnes Apostatas Monach. ignotos, ac peregrinos spermologos, quorum neque doctrina neq; vita vlli perspecta est, eritq; proinde curæ ciuilib. Magistratib. ac Præsidib. vt de his inquirant diligẽter.

Parte 6.

7. Vide Presbyteri.

9. Cauebit modis omnib. ne lubricus in docendo sit, huc illucque effluens.

10. Ineptas aut aniles fabulas deuitabit.

11. Vitabit futilem & inanem loquacitatem qua nonnulli ratiocinationibus humanis falsam scientiæ opinionem sibi venantur.

13. Inter concionandum à scommatis, maledictis ac conuitiis omnino abstinendum est.

14. In controuersis & contentiosis obscurisque dogmatib. quæ sacris voluminib. vel vniuersalis Ecclesiæ consensu expressim decisa non sunt, populus priuatim ita docendus est sapere, atque hac cautione profiteri se credere sicut credit Ecclesia.

15. Erit Parochus in reprehendendis criminib. vehemens atq; acer, sic tamen vt in suggesto vitia tantũ reprehendat, non personas nominatim perstringat.

16. Vitanda manifesta reprehensio vtriusque potestatis tàm Ecclesiast. quàm ciuilis, neque inuehendum in ord. aliquem aut aliquod ab Eccl. receptum viuẽdi genus, per eiusmod. enim incautam reprehensionem, plebs ad seditionem magis ac rebellionem incitatur.

17. In corripiendis Magistratibus correctioni quoque fraternæ locus est.

18. Est autẽ populus frequenter in concionib. post conciones vero semper diligentissimè commonendus, vt Deum optim. maximum pro Potestatib. deprecetur.

22. Simpliciores ac minus eruditi concionatores festis quibuscunq; dieb concione in nomine SS. Trinitatis cum imprecatione gratiæ Dei coepta, initio ambas lectiones quæ Epistola & Euangelium Missæ eius diei appellantur, ad verbum denarrabunt, deinde post imploratam diuini numinis clementiam, regrediantur ad vtriusque lectionis breuem dilucidationem, & denunciabunt quoque quid Ecclesia Dei eo die potissimùm Deum precetur, &c.

23. Sanctorum historiis ne nimis diu immorentur, quod si fabulosa videbitur historia, ne attingant quidem, si verisimilis leuiter, eaque decerpant quæ imitanda videantur, miracula ne impudentius iactentur, nisi quæ scripturis prodita, aut a non leuibus scriptorib. tradita fuerint.

24. Si quas allegorias aut sensus scripturæ recondítiores, spiritualia spiritualib. conferentes adferre velint, has ex exceptis Ecclesiæ Doctorib. desument.

25. Vbi ad calcem concionis deuentum fuerit breui epilogo, quo argumentum & capita totius concionis renarret, vtatur.

26. Debet finita concione decalogus ac symbolum fidei & succinctè ac exactè recitari, illa quoque exomologesis, ac publica peccatorum confessio, &c. Ac moneri populus vt eisd. verbis Sacerdotem pronunciantem subsequatur.

27. Finita concione populus ad communem pro defunctis orationem piè ac deuotè dicendam accendatur.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

13. Concionandi officium soli vocati, & ab ordinaria Ecclesiastica potestate admissi, sustineant, Pastores animarum, Vicarios Sacerdotes, si ipsi insta ex causa munus hoc explere nequeant, admittere possunt, &c. In concione nihil prophani, fabulosi, suspectiuè proferatur. Concionatores Clerum aut Magistratum, aut absentes quouis, suos quosque iudici relinquendos apud populum non accusent, non deferãt, non calumnientur, &c. Aduersũ grassantium hætesum tempestatem populum præmoneant sæpè & confirment.

Ex Concil. Maguntino sub Paulo III anno 1549.

49. Homines vagi & ignoti, qui testimonia Episcoporum suorum tam eius à quo recesserint, quàm illius ad cuius diœcesim diuerterint, non habeant, à prædicationis officio prohibeantur, fratres mendicantes à concionandi munere excludere non intendimus, quos tamen nobis aut Vicariis nostris præsentari, & per eos vel examine præuio, vel sufficienti & fide digno suorum Superiorum testimonio tanquam ad id munus idoneos approbari volumus.

50. Visitatores, Archipresbyteri, seu Decani rurales, & testes synodales, si quos compererint Ecclesiæ Ministros in exponendis scripturis sacris, & administrandis Sacramentis ab orthodoxorum Patrum communi consensu, & recepta Ecclesiæ consuetudine & authoritate deflectentes, tales Ordinario loci, aut eius fiscali corripiendos, aut abiiciendos denuncient.

51. Tempore concionum & diuinorum officiorum, Præfecti locorum ociosam turbam à tabernis & foro & plateis abigant, & concionibus, & diuinis officiis interesse, nisi legitimis causis impeditos, debitis pœnis compellant.

57. Vide Missa.

Ex Concil. Trevirensi sub Paulo III. anno 1549.

2. Ne quisquã posthac etiam quamcunq; Religionẽ professus publice prædicare præsumat nisi ab Episcopo Ordinario vel eius Vicario admissus fuerit&c. Laicis vero prorsus interdicimus, ne prædicandi officium vsurpent, aut occulta conuenticula faciant, & Sacerdotum simplicitatem eludant, omnes autem prædicare præsumentes sint ipso facto excommunicati, & excommunicati declarentur.

3. Non tàm eloquentiores quàm sapientiores, neque tàm argutiores quàm meliores eligendi sunt, modo gregi sana doctrina pascendo non sint inidonei.

4. Missi & admissi verbi Prædicatores, omissis bis quæ à puritate Euangelij aliena sunt vel superuacanea, vel parum ædificantia, sed nec opinabilia ac dubia, pro certis & receptis asseuerare audeant, ab Apochryphis abstineant, comicas, aniles & interim obscœnas fabulas populi aurib. non ingerant, &c.

Ex Conc. Tridentino Generali 18. sub Paulo III. an. 1545. Sess. 5. De Reformat.

1. In illis Ecclesiis in quibus præbenda aut præstimonium, aut aliud quouis nomine nuncupatum stipendium pro lectorib. sacræ Theologiæ deputatum reperitur, Episcopi, Archiepiscopi, Primates & alij locorum Ordinarij eos qui præbendam aut præstimonium seu stipendium huiusm. obtinent ad ipsius sacræ scripturæ expositionem & interpretationem per seipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum ab ipsis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & aliis locorum Ordinariis eligendum, etiam per substractionem fructuum cogant & compellant, de cætero vero præbenda aut præstimonium seu stipendium huiusmodi nonnisi personis idoneis, & quæ per seipsos id munus explicare possint, conferantur, &c. In Ecclesiis autem Metropolitanis vel Cathedralibus ac Collegiatis, &c. Vbi nulla præbenda, aut præstimonium seu stipendium huiusm. deputatum reperitur, præbenda quomodocunque præterquam ex causa resignationis primò vacatura, cui aliud onus incompatibile iniunctum non sit, ad eum vsum ipso facto perpetuo constituta & deputata intelligatur. Ecclesiæ quarum annui prouentus tenues fuerint, & vbi tàm exigua est Cleri & populi multitudo, vt Theologiæ lectio in eis commode haberi non possit, saltem Magistrum habeant ab Episcopo cum consilio Capituli eligendum, qui Clericos aliosque scholares pauperes Grammaticam gratis doceat, cui Magistro vel alicuius simplicis beneficij fructus quos tamdiu percipiat, quamdiu docendo perstiterit, assignentur, dum tamen beneficium ipsum suo debito non fraudetur obsequio, vel ex Capitulari vel Episcopali mensa condigna aliqua merces persoluatur, &c. Nemo autem ad huiusmodi lectionis officium tàm publicè quàm priuatim admittatur, qui prius ab Episcopo loci de vita & morib. & scientia examinatus & approbatus non fuerit, quod tamen de lectorib in claustris Monachorum non intelligatur, &c.

2. Omnes Episcopi, Archiepiscopi, Primates & omnes alij Ecclesiarum Prælati teneantur per seipsos, si legitimè impediti non fuerint, ad prædicandum sanctum I. C. Euangelium, quod si legitimè impediti fuerint, viros idoneos ad prædicandum assumere teneantur, Archipresbyteri, Plebani & quicunque Parochiales vel alias animarum curam habentes, Ecclesias quocunque modo obtinent, per se vel alios idoneos, si legitimè impediti fuerint, diebus saltem Dominicis & festis solemnibus plebes sibi commissas pascant salutaribus verbis, &c. Id vero si quis eorum præstare negligat, etiamsi ab Episcopi iurisdictione exemptum se esse prætenderet, etiamsi Ecclesiæ quouis modo exemptæ dicerentur, aut alicui Monasterio etiam extra diœcesim existenti, forsan annexæ, vel vnitæ modo re ipsa in diœcesi sint, prouida Pastoralis Episcoporum solicitudo non desit, &c. Itaque vbi ab Episcopo moniti, trium mensium spatio muneri suo defuerint, per censuras Ecclesiast. cogantur, &c. Si quæ vero Parochiales Ecclesiæ reperiantur subiectæ Monasteriis in nulla diœcesi existentibus, si Abbates & Regulares Prælati in prædictis negligentes fuerint, à Metropolitanis in quorum Prouinciis diœceses ipsæ sitæ sunt, tanquam quoad hoc Sedis Apost. Delegatis compellantur, Regulares vero cuiuscunque ordin. nisi à suis Superioribus de vita, morib. & scientia examinati & approbati fuerint, ac de eorum licentia etiam in Ecclesiis suorum ordinum prædicare non possint, cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant, in Ecclesiis vero quæ suorum ordinum non sunt, vltra licentiam suorum Superiorum, etiam licentiam Episcopi habere teneantur, si vero Prædicator errores aut scandala disseminauerit in populum, etiamsi in Monasterio sui vel alterius ord. prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicat, quod si hæreses prædicauerit, contra eum secund. iuris dispositionem aut loci consuetudinem procedat, &c. Caueant Episcopi ne aliquem vel eorum qui cùm sint nomine Regulares extra claustra tamen & obedientiam Religionum suarum viuunt, vel Presbyterorum sæcularium, nisi ipsis noti sint, & morib. atque doctrina probati, etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu, in sua Ciuitate vel diœcesi prædicare permittant, donec ab ipsis Episcopis super ea re S. Sedes Apost. consulatur, &c. Quæstores eleemosynarij qui etiam quæstuarij vulgo dicuntur cuiuscunque conditionis existant, nullo modo nec per se, nec per alium prædicare præsumant, & contra facientes ab Ordinariis arceantur.

Sess. 24. sub Pio IV. an. 1562. De Reform.

4. Prædicationis munus, quod Episcoporum præcipuum est, in Ecclesia sua ipsi per se aut si legitimè impediti fuerint, per eos quos ad prædicationis munus assument, in aliis autem Eccles. per Parochos, siue iis impeditis per alios, ab Episcopo (impensis eorum qui eas præstare vel tenentur vel solent) deputandos in Ciuitate aut in quacunque parte diœcesis censebunt expedire, saltem omnibus Dominicis & solemnibus diebus festis, tempore autem ieiuniorum Quadragesimæ & aduentus Domini quotidie vel saltem tribus in Hebdomada diebus sacras scripturas, diuinamque legem annuncient, &c. Nullus autem sæcularis siue Regularis etiam in Ecclesiis suorum ordinum, contradicente Episcopo prædicare præsumat, iidem etiam saltem Dominicis & aliis festiuis diebus pueros in singulis Parochiis fidei rudimenta & obedientiam erga Deum & parentes diligenter ab iis ad quos spectabit doceri curabunt, &c.

7. Parochi inter Missarum solemnia sacra eloquia & salutis monita vernacula lingua singulis diebus festis vel solemnibus explanent.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 1.

5. Quæ Ecclesiæ Cathedrales aut Collegiatæ in oppidis insignibus præbendam aut stipendium quoruis nomine Theologiæ interpreti assignatum non habent, secund. Conc. Trid. præbendam primo vacaturam ad hunc vsum constituent.

6. Episcopi greges sibi commissos ipsimet præsertim in Ecclesia sua verbo Dei pascant, sin autem se interdum verè impeditos cognouerint, per viros idoneos hoc munus studiosissimè populo præstent; in aliis Ecclesiis Parochialibus, vel aliis curam animarum habentibus saltem omnibus Dominicis & solemnibus diebus festis, ieiuniorum autem Quadragesimæ & aduentus tempore, quotidie, vel iis saltem diebus quibus Episcopus iusserit proprio Parocho & Curato oues sibi commissas pro earum sensu & intelligentia salutaribus verbis pascendas mandamus: extra vrbem vero in vniuersa diœcesi præter officium quod Curati præstabunt tàm multos Episcopi distribuant Concionatores, vt in Curatis Ecclesiis cæterisque omnibus etiam non Curatis in quibus ipsi opportunum iudicauerint intra cuiusque mensis spatium saltem semel in aliquo die festo verbum Dei prædicetur. Ne certum tempus Antichristi aduentus, & extremi iudicij prædicent, neve quidquam prætetea futurum ex sacris litteris diuinare, eique euentui certam diem præfinite audeant, neque temerè id sibi diuinitus reuelatum esse affirment, ne historias apocryphis scriptoribus populo narrent, neve miracula quæ probata scriptoris fide non commendentur, ne ineptas & ridiculas fabulas recenseant, neve superuacanea, & parum fructuosa, ne hæreticarum opiniones, & argumenta apud imperitam multitudinem referantur, &c. In prauas consuetudines inuehantur, ne quemquam nominatim aut tacitè illum designantes insectentur, ne in ordinem vllum statum aut vitæ genus ab Ecclesia receptum inuehantur, ne Episcopos aliosvè Prælatos, neve ciuiles Magistratus cum auditorum offensione asperius obiurgent, sed piè potius admoneant, &c. Sacra Concio noctu nunquam sed opportuno tempore Episcopi præscripto habeatur, dùm habetur nec Missæ aut horæ Canonicæ clara aut submissa voce in Ecclesia dicantur, &c. Concionis audiendi causa, loca virorum aut mulierum si fieri potest, Episcopi cura distinguantur.

8. Deinceps Saluatoris passio, nec in sacro nec in prophano loco agatur, sed doctè & grauiter earenus à Concionatoribus exponatur, vt pietatem & lachrymas commoueat auditoribus.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 1.

4. Quæ de quauis scientia problemata vel axiomata vel alia proponi solent, curet Episcopus ne imposterum antea proponantur quàm ab ipso aut ab iis quos huic rei præfecerit cognitum sit, nihil in his subesse quod doctrinæ fidei, pietati Christianæ repugnet.

Ex Conc. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII. anno 1573.

3. Ne patiatur Parochus cuiusvis ordin. Regulares in ordinis sui Ecclesiis intra fines Parochiæ suæ sitis, concionem habere, nisi ex scripto testimonio perspexerit eos se ad Episcopum cum concionandi facultate, quàm à Superioribus suis ipsi obtinuerint, contulisse & benedictionem ab eo petiisse, neque in alienis eiusd. Parochiæ Ecclesiis nisi ibi concionandi facultatem sibi ab Episcopo litteris concessam, illi ostendant.

Ex Concilio Mediolanensi 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 1.

2. Nemini concionandi facultatem concedat Episcopus nisi præter alia, vel examine, vel alia ratione pro arbitrio suo illius scientiam & peritiam in eo munere probarit.

Ex Concil. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

2. Concionator in vrbe ne sine scripta Episcopi facultate pecuniæ collectam inter concionandum proponat faciatve, neque itidem in diœcesi sine Vicarij foranei licentia, liceat tamen Concionatoribus Regularib. in eorum Ecclesiis absque facultate illis tradita ab Episcopo sua Monasteria populo commendare; ne in Monasteriis quidem & locis vbi Regulares spiritualem temporalemque iurisdictionem habent, quisquam Ecclesiast. homo etiam Regularis exemptus, prædicationis munus obeat, nisi primum ab Episcopo probatus intra cuius diœcesis fines ea Monasteria locata sunt.

Ex Concil. Aquensi sub Gregor. XIII. anno 1585.

20. Vide Conc. Trid. sess. 24. c. 4. Nulli Prædicatori per Episcopum ad certum locum nominato liceat sine consensu illius, illo relicto ad alium transilire, aut alterum sibi substituere, si quis alter munus prædicationis vsurpauerit, aut si quis quacunque fulgeat dignitate Prædicatores in præiudicium Episcoporum mittere præsumpserit, excommunicetur. Quoniam Parochi debent in suis Ecclesiis prædicandi munus ipsi subire, in munere suo non impediantur à Regularib. etiam ab Episcopo missis, quin dieb. festis manè ipsi proprio muneri satisfaciant, post prandium vero poterunt Regulares concionari, nisi Parocho quandoque aliter videatur. Missi autem Regulares teneantur licentiam suam exhibere Curatis, nec aliter ab ipsis admittantur, &c. Prædicatur errores & scandala si disseminauerit in populum, etiamsi in Monasterio sui ord. vel alibi prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicat, &c. Neminem etiam Regularem, ne in sui quidem ordinis Ecclesia concionari permittat Episcopus antequam sibi aut eius Vicario ille quicunque concionaturus est fidei professionem præstiterit; vbi vero semel præstiterit non opus erit iterum ob eam causam eidem Episcopo præstare, idem intelligatur de Confessario. Vide Conc. Trident. an. 1545. sess. 5. c. 2. Concionator de cætero ne paciscatur super mercede Prædicationis.

21. Quicunque præbendam Theologalem in Cathedrali Collegiatave Ecclesia obtinet, is & quæ sacrarum lectionum genera, & quibus diebus Episcopus de consilio Episcopi præscripserit, vt interpretationis suæ munere fungatur, accuratè ad illius præscriptum præstet, cuius lectioni etiam Clerici seminarij intersint, si ita Episcopo videbitur, in Ecclesia vero Cathedrali saltem die festo semper sacram scripturam publicè interpretetur & exponat; idem ab Episcopo aut ab alio consultus Theologiæ quæstionibus aliisve eius generis gratis respondeat, &c. Ad præbendam Theologalem quantum fieri poterit ne vnquam admittatur Regularis, &c.

22. In collegiatis Ecclesiis vbi fuerint saltem sex præbendæ, optamus vnam conferri Doctori Theologiæ seu licentiato, &c.

Ex Concilio Auenionensi sub Clemente VIII anno 1594.

Nemo ad prædicationis munus aut ad curam animarum exercendam, etiam sine titulo beneficij admittatur, nisi præstita coram Ordinario fidei professione.

9. Vide Concil. Trident. sess. 14. cap. 4. sess. 5. c. 2.
10. Vide Conc. Trident. an. 1545. sess. 5. c. 1.

Ex Concilio Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

1. Prædicatores verbi si sæculares fuerint vel Regulares in Ecclesiis non suorum ord. prædicationes habituri, ab Episcopo licentiam obtinere debent, Regulares autem in Ecclesiis suorum ordin. prædicaturi personaliter se coram Episcopo præsentare, atque ab eo benedictionem petere debent, ac tam sæculares quàm Regul. nullo pacto ad prædicationes admittantur antequam sæculares in manibus Episcopi, Regulares vero in manib. suorum Superiorum Regul. fidei professionem emiserint.

2. Sacræ Scripturæ, &c. Vide Conc. Trid. 1545. sess. 5. De Reform. c. 1. in Monasteriis quoque Monachorum etiam Carthusianorum vbi commodè fieri queat, item lectio sacræ Scripturæ habeatur.

3. Vide Conc. Trid. 1545. sess. 5. c. 2.

Ex Conc. Narbonensi sub Pelagio V. anno 1609.

4. Vide Conc. Trident. 1545. sess. 5. c. 2. sess. 24. c. 4. sess. 5. c. 1. quæ nunquam conferri possit nisi Doctori vel licentiato, aut Baccalaureo in Theologia, qui per seipsum singulis diebus Dominicis verbum Dei publicè in eisdem Ecclesiis actualiter prædicet, & bis in hebdomada casus conscientiæ doceat, in Ecclesiis Cathedralibus Regularium in quibus nullæ sunt præbendæ, sed tantum portiones monachales, ex nunc vnam ex dictis portionibus Monachalibus pro dicta præbenda Theologali constituimus & assignamus, cui, si non sit sufficiens, aliquod beneficium vniant Episcopi, dummodo Ecclesia sic vniti beneficij debitis non fraudetur obsequiis,

30. Vide suprà, c. 4.
47. Vide Decimæ.

PRECARIVM.

Verbo Ecclesiastica bona, Conc. Ratisponen. 741. cap. 17. Rhemen. 813. cap. 36. 37. Melden. 845. cap. 21.

PRESBYTERI.

Ex Conc. Niceno Gener. 1. sub Siluestro I, anno 325. Editionis Arabicæ.

62. Vt non sint pauci Presbyteri in Ecclesia, ne desit oratio & Ministerium Ecclesiæ, & ne sit magnus Sacerdotum numerus, ne sumptus Ecclesiæ augeatur.

72. Non oportet Presbyteros & Diaconos migrare ad alia loca, sed manere vbi sunt ordinati nisi de licentia Chorepiscopi ex causâ iusta, quod si spontè sua hoc fecerint ob aliquam causam ex supradictis, non licebit hoc illis, quin potius mouendi sunt gradu suo qui hoc commiserint, & non est admittenda eorum excusatio.

Ex Concil. Gangrensi sub Siluestro I. an. 325. & Epit. Adriani I. an. 773.

4. Si quis spernit Presbyterum eo quod legitimè coniugatus fuerit, anath. sit.

Ex Concil. Sardicensi sub Iulio I. an. 347. & Epit. Adriani I. an 773.

10. Ne Presbyteri extra suam Parochiam plus quàm três septimanas demorentur.

Ex Concilio Valentino in Gallia sub Damaso I. anno 374.

Secundum Gratianum.

2. Presbyteri qui diœcesanas Ecclesias regunt, non à quibuslibet Episcopis, sed à suo, non per iuniorem Clericum sed per seipsos, aut per illum qui eiusdem ord. sit ante Paschæ solemnitatem Chrisma petant.

Ex Concilio Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

36. Si quis sæcularium, amore Religionis se ad quemcunque Sacerdotem crediderit conferendum, ipse sibi eum quem erudiendi gratia suscepit vindicabit.

Ex Concil. Carthaginensi 2. sub Siricio, an. 397. seu sub Celestino, an. 425.

3. Chrismarià confectio & puellarum consecratio à Presbyteris non fiant, nec reconciliare quemquam in publica Missa Presbytero non liceere, hoc omnibus placet.

4. Si quisquam in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari diuinis Altaribus petierit, si Episcopus absens fuerit, debet vtique Presbyter consulere Episcopum, & sic periclitantem eius præcepto reconciliare.

Ex Concil. Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

36. Vt Presbyter inconsulto Episcopo virgines non consecret, chrisma vero nunquam conficiat.

Ex Concilio Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

3. Presbyter quùm ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes Presbyteri qui præsentes sunt, manus suas iuxta manum Episcopi super caput illius teneant.

35. Vt Episcopus in Ecclesia & in consessu Presbyterorum sublimior sedeat, intra domum vero Collegam se Presbyterorum esse cognoscat.

36. Vide Conc. Valentin. 374. c. 2.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho, anno 506.

44. Benedictionum super plebem in Ecclesia fundere, aut pœnitentem in Ecclesia benedicere Presbytero penitus non licebit.

Ex

Ex Concil. Aurelianensi sub Symmacho, anno 507.

11. Vide Diaconus.

Ex Concil. Epaonensi sub Symmacho, anno 509.

5. Ne Presbyter territorij alieni, sine conscientia sui Episcopi, in alterius Ciuitatis territorio præsumat Basilicis aut Oratoriis inseruire, nisi fortè Episcopus suus illum concedat Episcopo illi in cuius territorio habitare disposuit.

Ex Concil. Arelatensi 3. sub Ioanne I. anno 524.

Secundum Gratianum.

Vt Episcopi prouideant quem honorem Presbyteri pro suis Ecclesiis facere debeant.

Ex Concil. Vasionensi 3. sub Felice IV. anno 529.

1. Placuit vt omnes Presbyteri, qui sunt in Parochiis constituti, secundum consuetudinem quam per totam Italiam satis salubriter teneri cognouimus, iuniores lectores quantoscunque sine vxorem habuerint, in domo vbi habitare videntur recipiant, eos quomodo boni Patres spiritualiter nutrientes, Psalmos parare, diuinis lectionibus insistere, & in lege Domini erudire contendant, vt & sibi dignos successores prouideant, & à Domino præmia æterna recipiant, quum vero ad ætatem perfectam venerint, si aliquis eorum pro carnis fragilitate vxorem habere voluerit, potestas ducendi coniugem non negetur.

Ex Concil. Barcinonensi sub Vigilio, anno 540.

5. Episcopo præsente orationes Presbyteri eum ordine colligant.

Ex Conc. Arelatensi sub Pelagio I. anno 554.

4. Ne Presbyter Diaconum vel Subdiaconum deponere præsumat.

Ex Concil. Cæsaraugustano sub Gregorio I. anno 592.

1. Presbyteri qui ex hæresi Arriana ad S. Cathol. Ecclesiam conuersi sunt, qui sanctam & puram fidem atque castissimam tenuerint vitam, acceptam denuo benedictionem Presbyterij sanctè & purè ministrare debeant, cæteri vero qui hanc suprascriptam vitam adimplere vel tenere neglexerint, ab officio depositi sint in Clero, ita & de Diaconis.

Ex Concilio Hispalensi 2. sub Bonifacio V. anno 619.

7. Quamuis cum Episcopis plurima Presbyteris ministeriorum communis sit dispensatio, quædam nouellis & Ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint, sicut Presbyterorum, & Diaconorum ac virginum consecratio, constitutio Altaris, benedictio vel vnctio, si quidem nec licere eis Ecclesiam vel Altarium consecrare, nec per impositionem manus fidelibus baptizatis vel conuersis ex hæresi Paracletum spiritum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontem signare, sed nec publicè quidem in Missa quemquam pœnitentium reconciliare, nec formatas cuilibet Epistolas mittere, sed neque coram Episcopo licere Presbyteris in baptisterium introire, nec præsente Antistite infantem tingere aut signare, nec pœnitentes sine præcepto Episcopi sui reconciliare, nec eo præsente Sacramentum corp. & sang. Ch. conficere, nec eo coram posito populum docere, benedicere vel salutare.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

25. Quando Presbyteri in Parochiis ordinantur libellum officialem à suo Sacerdote accipiant, vt ad Ecclesias sibi deputatas instructi succedant, ne per ignorantiam etiam in ipsis diuinis Sacramentis offendant, itaut quando vel ad Litanias vel ad Conc. venerint rationem Episcopo reddant qualiter susceptum officium celebrent vel baptizent.

26. Quando Presbyteri aut Diaconi per Parochias constituuntur, oportet eos primum professionem Episcopo suo facere, vt castè & purè viuant sub Dei timore.

Ex Concil. Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

16. Omnes Presbyteri qui virtutem habuerint, Episcopo suo placitum faciant, vt reparare Ecclesias sibi commissas intendant, quod si facere distulerint, ab Episcopo suo districti Ecclesias sibi redditas dignè reparent.

17. Vide Episcopi.

18. Omnes Parochiani Presbyteri, iuxta vt in reb. sibi à Deo creditis sentiunt habere virtutem, de Ecclesiæ suæ familia, Clericos sibi faciant, quos per bonam voluntatem ita nutriant, vt & officium sanctum dignè peragant, & ad seruitium suum aptos eos habeant, hi etiam victum & vestitum dispensatione Presbyteri merebuntur.

19. Vide Missa.

Ex Concil. Toletano 16. sub Sergio, anno 693.

5. Plures Ecclesiæ vni nequaquam committantur Presbytero, ea scilicet ratione, vt Ecclesia quæ vsque ad decem habuerit mancipia, super se habeat Sacerdotem, quæ vero minus decem mancipia habuerit, aliis coniungatur Ecclesiis.

Ex Concil. Ratisponensi sub Zacharia, anno 742.

7. 8. 9. 10. Vnusquisque Presbyter in Parochia habitans subiectus sit illi Episcopo in cuius Parochia habitat, & semper in Quadragesima rationem & ordinem Missarum ipso Episcopo reddat, & ostendat, & quandocunque iure Canonico Episcopus circumit ad confirmandos populos, semper Presbyter paratus sit ad suscipiendum Episcopum cum collectione, & adiutorio populi qui ibi confirmari debet, & in cœna Domini chrisma accipiat ab Episcopo.

11. Statuimus vt secundum Canonicam cautelam omnes vndecunque venientes Episcopos ignotos vel Presbyteros, ante probationem synodalem in Ecclesiast. ministerium non admittant.

Ex Concil. Vermeriensi sub Stephano II. anno 752.

14. Ab Episcopis vagis Presbyteri non ordinentur.

15. Presby

15. Presbyter degradatus potest in necessitate baptizare.

Ex Concil. in Palatio Vernis, sub Stephano III. anno 756.

8. Vt omnes Presbyteri qui in Parochia sunt sub potestate Episcopi esse debeant, & de eorum ord. nullus Presbyter præsumat in illa Parochia baptizare, nec Missas celebrare, sine iussione Episcopi in cuius Parochia est, vt omnes Presbyteri ad Conc. Episcopi sui conueniant.

Ex Concil. Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

4. Vt Laici Presbyteros absq; iudicio Episcopi non eiiciant de Ecclesiis, nec alios immittere præsumant, quia quando Presbyteri ab Episcopis in Parochiis ordinantur, necesse est vt ab ipsis Episcopis diligenter instructi Ecclesias sibi deputatas accipiant.

10. Vide Prædicatio.

18. Presbyteri sub sigillo custodiant chrisma, & nulli sub prætextu medicinæ vel cuiuslibet rei, donara præsumant, genus enim Sacramenti est, & non ab aliis nisi à Sacerdotibus contingi debet, quod si fecerint, honore priuentur.

Ex Concil. Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

12. Presbyterum ordinari non debere, ante legitimum tempus, hoc est 30. ætatis annum, sed priusquam ad consecrationem Presbyteratus accedat, maneat in Episcopio discendi gratia officium suum, donec possint & mores, & actus eius animaduerti, & tunc si dignus fuerit ad Sacerdotium promoueatur.

13. Vnusquisque Episcoporum Parochiam suam diligenter perscrutari nitatur, ne aliquis Presbyter ab alterius Parochia in suam commigrans, officium celebrare præsumat sine litteris commendatitiis.

14. De titulo minori ad maiorem migrare, nulli Presbytero licitum sit, sed in eo permaneat, ad quem ordinatus est.

15. Quicunque Presbyter per pretium Ecclesiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur; ne quis cuilibet Presbytero præsumat dare Ecclesiam sine licentia & consensu Episcopi sui.

18. Vide Episcoporum Officium.

19. Vide Communio.

20. Presbyteris iniungendum est, ne sacrum chrisma foras conclaue dimittant, vbi à quolibet attingi possit.

21. Seruandum Presbyteris firmiter statuimus, ne tabernas ingrediantur comedendi & bibendi causa.

29. Vide Moniales.

Ex Concilio Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

11. Vide Episcoporum mores.

12. Vt neque Presbyteri, neque Diaconi, neque Monachi villici fiant.

41. Presbyter proprio loco dimisso ad alium migrans nequaquam recipiatur, nisi suæ migrationis causam dixerit, & innocenter vixisse in Parochia in qua ordinatus est sub testibus probauerit, litteras etiã habebit in quibus sint nomina Episcopi & Ciuitatis plumbo impressa, quibus cognitis & talib. inuentis, quibus fides adhiberi possit, recipiatur.

42. Nullus absque consensu Episcopi cuilibet Presbytero Ecclesiam det, quam si iustè adeptus fuerit, hanc nonnisi graui culpa sua, & coram Episcopo Canonica seueritate amittat.

44. Presbyteros in tabernis bibere, cancellarios publicos esse, nundinas insolenter peragrare, Romam siue Turonum absque licentia Episcopi sui adire, penitus decreuimus inhibendum.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

26. Vt Presbyteris per Monasteria puellarum opportuno tempore, liceat Missarum solemnia celebrare, & iterum ad proprias Ecclesias redire.

27. Presbyteri, &c. Vide Conc. Arelatens. 813. cap. 18.

28. Presbyteri sine intermissione vtantur orariis, propter differentiam Sacerdotij dignitatis.

29. Laici, &c. Vide Conc. Arelat. 813. c. 4.

30. Laici omnino munera iniusta non exigant à Presbyteris propter commendationem Ecclesiæ cuiquam Presbytero.

Ex Concilio Rhemensi 1. sub Leone III. anno 813.

16. Vide Confessio.

20. Vide Conc. Turonen. 813. c. 14.

21. Vide ibid. c. 15.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

29. Quorumdam Prælatorum temerario ausu, Ecclesiæ suis ad tempus viduantur Sacerdotibus, quoniam si quid eis in forensibus negotiis agendum, si quid iam in diuersis aliis partibus nunciandum occasio necessitatis opponit, id potius per Sacerdotes Domini currentes & discurrentes, quam per alios effici præcipiunt, non attendentes quod eorum absentia & loca Deo dicata sibi cultu debito priuentur, & homines sine confessione, & infantes sine baptismatis regeneratione plerumque moriantur, &c. Cauendum est ergo omnibus Prælatis ne illicita sibi Presbyterorum transmissione, animarum suarum habeant damnationem, Presbyteri porro qui non sui Prælati imperio coacti, sed potius voluptatum suarum delectatione imo auaritiæ æstuatione succensi id facere præsumunt, &c. Ab Episcopo suo rigida corripiantur inuectione.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

5. Presbyteri in doctrina præsint populis & in officio prædicandi, nec in aliquo desides inuenti appareant, item vt de omnibus hominibus qui ad eorum Ecclesiam pertinent, per omnia curam gerant scientes se pro certo reddituros rationem pro ipsis in die iudicij.

6. Summoperè prouidendum vt ea quæ à Domino Imperat. consensu Episcoporum ob honorem & amorem Dei in Ecclesiis concessa sunt, non in auaritiam Presbyterorum aut in rapacitatem Episcopalium Ministrorum cedant, sed in vtilitatem Ecclesiæ, & in vsus Clericorum & pauperum deueniant.

7. In quorumdam Episcoporum Parochiis quidam Presbyteri contra interdicta sanctorum Canon. feminas in domib. suis, non solum habitare, sed etiam ministrare sibi faciunt, Episcopi qui tantæ transgressionis incorrectores hactenus extiterint, si abhinc huius

rei

rei correptores esse neglexerint, quasi consentientes malorum coerceantur.

11. Presbyteris nulla omnino cohabitet feminarum, contemnentes autem hanc constitutionem, periculum proprij sustineant gradus.

12. De Presbyteris qui hinc inde de diuersis Parochijs veniunt, & in palatio morantur sine proprij Episcopi consensu, ibi locum consistendi non habeant, nec recipiantur.

Ex Concilio Meldensi sub Sergio II. anno 845.

36. Vt Presbyteri nullatenus vbicunque hospitari sinantur, aut aliquo modo ipsi præsumant, sed assiduè apud suas Ecclesias esse studeant, propter sacra mysteria vel ministeria fidelibus exhibenda, nec etiam alibi habitare permittantur, neque mulieres quamcunque frequentationem habeant in locis in quibus Presbyteri aliquem tecursum habuerint.

45. Decet Presbyteros cum voluntariis Eulogiis tempore congruo visitare & venerari suos Episcopos.

48. Vide Baptismus.

49. Vt nemo Laicorum Presbyteros Ecclesiarum suarum turpi villicationi, & (secundum Apost.) sæculari & inhonestæ negotiationi implicare, nec secum aliorsum contra authoritatem præsumat ducere, quo ministerium sibi commissum cogantur negligere, quod si contra interdictum præsumpserit excommunicetur.

75. Vide Principes.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

7. Oportet per oppida singula villasque curam gerere Presbyteros, qualiter pœnitentes impositam sibi abstinentiæ formam custodiant, & vtrum eleemosynarum largitione, vel aliis remissionem peccatorum promerentibus piis operibus insertulant, & qua cordis contritione, vel lamentatione seipsos afficiant, vt hac consideratione, pœnitudinis tempus, rationalem possit accipere terminum, & vel extendatur si pœnitentia negligenter iniuncta prosequutus est, vel breuietur si desideranter veniam studuit promereri. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concil. Valentino in Gallia sub Leone IV. anno 855.

9. Placuit vt Parochiales Presbyteri sub Episcopis quibus adiutores sunt maneant, & sub Matre Ecclesia liberi & quieti officium Ecclesiast. exequantur; dotes vero à fidelibus designatæ Basilicis, ad hoc quod statutum est ab eis vendicentur, nullaque redhibitio census inde à quolibet sæculari exigatur, sed quod canonicè tantum ordinatum est suppleatur, si quis autem sæcularium, nostram hanc ordinationem confundere præsumpserit, ab Ecclesia nouerit se canonicè feriendum.

Ex Concilio VVormatiensi sub Adriano II. anno 868.

8. Vide Conc. Hispalen. 619. c. 7.

Ex Concil. Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

5. Quicunque Presbyter per precium Ecclesiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur, quoniam contra Ecclesiasticæ regulæ disciplinam agere dignoscitur, qui alium Presbyterum legitimè ad Ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit, eamque sibi totaliter vendicauerit, quod vitium latè diffusum summo studio emendandum est, itemque interdicendum Clericis siue Laicis ne quis cuilibet Presbytero præsumat dare Ecclesiam sine licentia & consensu Episcopi sui.

Ex Concilio Metensi sub Stephano VI. anno 888.

3. Cunctis Presbyteris vt libros & Sacerdotalia vestimenta suo Episcopo in proxima Synodo ostendant, & vt chrisma suum sub sigillo & sera semper custodiant, à prædictis Episcopis expresse commendatum est.

Ex Concilio Triburiensi sub Formoso, anno 895.

4. Si quis Presbyter vulneratus, vel quibuslibet iniuriis & contumeliis dehonestatus euaserit & superuixerit, tota compositio persoluatur Presbytero, si autem articulo mortis præuentus obierit, precium VVeregeldi tripartita partiatur diuisione, id est Altari cui ordinatus fuerat pars vna, Episcopo in cuius diœcesi erat altera, tertia parentibus de quibus ortus fuerat, si vero in atrio Ecclesiæ aliquid ex istis Presbytero factum fuerit, supradicto modo Presbytero & pro Presbytero soluatur.

Ex Concil. Nannetensi sub Formoso, anno 895.

1. Dominicis & festis diebus antequam Missas celebrent, plebem interrogent si alterius Parochianus in Ecclesia sit, qui proprio contempto Presbytero, ibi Missam velit audire, quem si inuenerint statim ab Ecclesia eiiciant, & ad suam Parochiam redire compellant, similiter interrogent si aliqui discordantes sint, qui inter se litem implacabilem habeant, & si inuenti fuerint, statim reconcilientur, quod si renuerint pacē suscipere, ab Ecclesia eiiciantur, vsquequò ad charitatem redeant, his ita peractis Sacerdotes Missarum solemnia ritè peragant.

2. Vt nullus Presbyter alterius Parochianum, nisi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad Missam recipiat.

4. 5. Vide Infirmi.

Ex Concil. Engilenhteimensi sub Agapito II. anno 948.

4. Vide Conc. Arelat. 813. c. 4.

5. Vt Nullus Laicorum Presbyterum fatigare, vel aliquam sibi iniuriam inferre audeat.

Ex Concil. Augustano sub Ioanne XII. anno 948.

9. Vide Conc. Arelat. 813. c. 4.

Ex Concil. Romano sub Nicolao II. anno 1059.

8. Nullus Presbyter duas Ecclesias simul obtineat.

Ex Concilio Romano sub Alexandro II. anno 1063.

7. Vide Conc. Roman. 1059. c. 8.

Ex

15. Presbyter degradatus potest in necessitate baptizare.

Ex Concil. in Palatio Vernis, sub Stephano III. anno 756.

8. Vt omnes Presbyteri qui in Parochia sunt sub potestate Episcopi esse debeant, & de eorum ord. nullus Presbyter præsumat in illa Parochia baptizare, nec Missas celebrare, sine iussione Episcopi in cuius Parochia est, vt omnes Presbyteri ad Conc. Episcopi sui conueniant.

Ex Concil. Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

4. Vt Laici Presbyteros absq; indicio Episcopi non eiiciant de Ecclesiis, nec alios immittere præsumant, quia quando Presbyteri ab Episcopis in Parochiis ordinantur, necesse est vt ab ipsis Episcopis diligenter instructi Ecclesias sibi deputatas accipiant.

10. Vide Prædicatio.

18. Presbyteri sub sigillo custodiant chrisma, & nulli sub prætextu medicinæ vel cuiuslibet rei, donare præsumant, genus enim Sacramenti est, & non ab aliis nisi à Sacerdotibus contingi debet, quod si fecerint, honore priuentur.

Ex Concil. Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

12. Presbyterum ordinari non debere, ante legitimum tempus, hoc est 30. ætatis annum, sed priusquam ad consecrationem Presbyteratus accedat, maneat in Episcopio discendi gratia officium suum, donec possint & mores, & actus eius animaduerti, & tunc si dignus fuerit ad Sacerdotium promoueatur.

13. Vnusquisque Episcoporum Parochiam suam diligenter perscrutari nitatur, ne aliquis Presbyter ab alterius Parochia in suam commigrans, officium celebrare præsumat sine litteris commendatitiis.

14. De titulo minori ad maiorem migrare, nulli Presbytero licitum sit, sed in eo permaneat, ad quem ordinatus est.

15. Quicunque Presbyter per precium Ecclesiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur; ne quis cuilibet Presbytero præsumat dare Ecclesiam sine licentia & consensu Episcopi sui.

18. Vide Episcoporum Officium.

19. Vide Communio.

20. Presbyteris iniungendum est, ne sacrum chrisma foras conclaue dimittant, vbi à quolibet attingi possit.

21. Seruandum Presbyteris firmiter statuimus, ne tabernas ingrediantur comedendi & bibendi causa.

29. Vide Moniales.

Ex Concilio Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

11. Vide Episcoporum mores.

12. Vt neque Presbyteri, neque Diaconi, neque Monachi villici fiant.

41. Presbyter proprio loco dimisso ad alium migrans nequaquam recipiatur, nisi suæ migrationis causam dixerit, & innocentes vixisse in Parochia in qua ordinatus est sub testibus probauerit, litteras etiã habebit in quibus sint nomina Episcopi & Ciuitatis plumbo impressa, quibus cognitis & talib. inuentis, quibus fides adhiberi possit, recipiatur.

42. Nullus absque consensu Episcopi cuilibet Presbytero Ecclesiam det, quam si iustè adeptus fuerit, hanc nonnisi graui culpa sua, & coram Episcopo Canonica seueritate amittat.

44. Presbyteros in tabernis bibere, cancellarios publicos esse, nundinas insolenter peragrare, Romam siue Turonum absque licentia Episcopi sui adire, penitus decreuimus inhibendum.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

26. Vt Presbyteris per Monasteria puellarum opportuno tempore, liceat Missarum solemnia celebrare, & iterum ad proprias Ecclesias redire.

27. Presbyteri, &c. Vide Conc. Arelatens. 813. cap. 18.

28. Presbyteri sine intermissione vtantur orariis, propter differentiam Sacerdotij dignitatis.

29. Laici, &c. Vide Conc. Arelat. 813. c. 4.

30. Laici omnino munera iniusta non exigant à Presbyteris propter commendationem Ecclesiæ cuiquam Presbytero.

Ex Concilio Rhemensi 1. sub Leone III. anno 813.

16. Vide Confessio.

20. Vide Conc. Turonen. 813. c. 14.

21. Vide ibid. c. 15.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

29. Quorumdam Prælatorum temerario ausu, Ecclesiæ suis ad tempus viduantur Sacerdotibus, quoniam si quid eis in forensibus negotiis agendum, si quid iam in diuersis aliis partibus nunciandum occasio necessitatis opponit, id potius per Sacerdotes Domini currentes & discurrentes, quam per alios effici præcipiunt, non attendentes quod eorum absentia & loca Deo dicata sibi cultu debito priuentur, & homines sine confessione, & infantes sine baptismatis regeneratione plerumque moriantur, &c. Cauendum est ergo omnibus Prælatis ne illicita sibi Presbyterorum transmissione, animarum suarum habeant damnationem, Presbyteri porro qui non sui Prælati imperio coacti, sed potius voluptatum suarum delectatione imo auaritiæ æstuatione succensi id facere præsumunt, &c. Ab Episcopo suo rigida corripiantur inuectione.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

5. Presbyteri in doctrina præsint populis & in officio prædicandi, nec in aliquo desides inuenti appareant, item vt de omnibus hominibus qui ad eorum Ecclesiam pertinent, per omnia curam gerant scientes se pro certo reddituros rationem pro ipsis in die iudicij.

6. Summoperè prouidendum vt ea quæ à Domino Imperat. consensu Episcoporum ob honorem & amorem Dei in Ecclesiis concessa sunt, non in auaritiam Presbyterorum aut in rapacitatem Episcopalium Ministrorum cedant, sed in vtilitatem Ecclesiæ, & in vsus Clericorum & pauperum deueniant.

7. In quorumdam Episcoporum Parochiis quidam Presbyteri contra interdicta sanctorum Canon. feminas in domib. suis, non solum habitare, sed etiam ministrare sibi faciunt, Episcopi qui tantæ transgressionis incorrectores hactenus extiterint, si abhinc huius rei

rei correptores esse neglexerint, quasi consentientes malorum coerceantur.

11. Presbyteris nulla omnino cohabitet feminarum, contemnentes autem hanc constitutionem, periculum proprij sustineant gradus.

12. De Presbyteris qui hinc inde de diuersis Parochiis veniunt, & in palatio morantur sine proprij Episcopi consensu, ibi locum consistendi non habeant, nec recipiantur.

Ex Concilio Meldensi sub Sergio II. anno 845.

36. Vt Presbyteri nullatenus vbicunque hospitari sinantur, aut aliquo modo ipsi præsumant, sed assiduè apud suas Ecclesias esse studeant, propter sacra mysteria vel ministeria fidelibus exhibenda, nec etiam alibi habitare permittantur, neque mulieres quamcunque frequentationem habeant in locis in quibus Presbyteri aliquem recursum habuerint.

45. Decet Presbyteros cum voluntariis Eulogiis tempore congruo visitare & venerari suos Episcopos.

48. Vide Baptismus.

49. Vt nemo Laicorum Presbyteros Ecclesiarum suarum turpi villicationi, & (secundum Apost.) sæculari & inhonestæ negotiationi implicare, nec secum aliorsum contra authoritatem præsumat ducere, quo ministerium sibi commissum cogantur negligere, quod si contra interdictum præsumpserit excommunicetur.

75. Vide Principes.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

7. Oportet per oppida singula villasque curam gerere Presbyteros, qualiter pænitentes impositam sibi abstinentiæ formam custodiant, & vtrum eleemosynarum largitione, vel aliis remissionem peccatorum promerentibus piis operibus insetuiant, & qua cordis contritione, vel lamentatione seipsos afficiant, vt hac consideratione, pœnitudinis tempus, rationalem possit accipere terminum, & vel extendatur si pœnitens negligenter iniuncta prosequutus est, vel breuietur si desideranter veniam studuit promereri. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concil. Valentino in Gallia sub Leone IV. anno 855.

9. Placuit vt Parochiales Presbyteri sub Episcopis quibus adiutores sunt maneant, & sub Matre Ecclesia liberi & quieti officium Ecclesiast. exequantur; dotes vero à fidelibus designatæ Basilicis, ad hoc quod statutum est ab eis vendicentur, nullaque redhibitio census inde à quolibet sæculari exigatur, sed quod canonicè tantum ordinatum est suppleatur, si quis autem sæcularium, nostram hanc ordinationem confundere præsumpserit, ab Ecclesia nouerit se canonicè feriendum.

Ex Concilio VVormatiensi sub Adriano II. anno 868.

8. Vide Conc. Hispalen. 619. c. 7.

Ex Concil. Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

5. Quicunque Presbyter per precium Ecclesiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur, quoniam contra Ecclesiasticæ regulæ disciplinam agere dignoscitur, qui alium Presbyterum legitimè ad Ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit, eamque sibi totaliter vendicauerit, quod vitium latè diffusum summo studio emendandum est, itemque interdicendum Clericis siue Laicis ne quis cuilibet Presbytero præsumat dare Ecclesiam sine licentia & consensu Episcopi sui.

Ex Concilio Metensi sub Stephano VI. anno 888.

3. Cunctis Presbyteris vt libros & Sacerdotalia vestimenta suo Episcopo in proxima Synodo ostendant, & vt chrisma suum sub sigillo & sera semper custodiant, à prædictis Episcopis expressè commendatum est.

Ex Concilio Triburiensi sub Formoso, anno 895.

4. Si quis Presbyter vulneratus, vel quibuslibet iniuriis & contumeliis dehonestatus euaserit & superuixerit, tota compositio persoluatur Presbytero, si autem articulo mortis præuentus obierit, pretium VVeregeldi tripartita partiatur diuisione, id est Altari cui ordinatus fuerat pars vna, Episcopo in cuius diœcesi erat altera, tertia parentibus de quibus ortus fuerat, si vero in atrio Ecclesiæ aliquid ex istis Presbytero factum fuerit, supradicto modo Presbytero & pro Presbytero soluatur.

Ex Concil. Nannetensi sub Formoso, anno 895.

1. Dominicis & festis diebus antequam Missas celebrent, plebem interrogent si alterius Parochianus in Ecclesia sit, qui, proprio contempto Presbytero, ibi Missam velit audire, quem si inuenerint statim ab Ecclesia eiiciant, & ad suam Parochiam redire compellant, similiter interrogent si aliqui discordantes sint, qui inter se litem implacabilem habeant, & si inuenti fuerint, statim reconcilientur, quod si renuerint pacé suscipere, ab Ecclesia eiiciantur, vsquequò ad charitatem redeant, his ita peractis Sacerdotes Missarum solemnia ritè peragant.

2. Vt nullus Presbyter alterius Parochianum, nisi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad Missam recipiat.

4. 5. Vide Infirmi.

Ex Concil. Engilenheimensi sub Agapito II. anno 948.

4. Vide Conc. Arelat. 813. c. 4.

5. Vt Nullus Laicorum Presbyterum fatigare, vel aliquam sibi iniuriam inferre audeat.

Ex Concil. Augustano sub Ioanne XII. anno 948.

9. Vide Conc. Arelat. 813. c. 4.

Ex Concil. Romano sub Nicolao II. anno 1059.

8. Nullus Presbyter duas Ecclesias simul obtineat.

Ex Concilio Romano sub Alexandro II. anno 1063.

7. Vide Conc. Roman. 1059. c. 8.

Ex

Ex Concilio Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

18. Nullus Presbyter, Capellanus alicuius Laici esse possit absque concessione sui Episcopi.

Ex Concil. Pictauiensi sub Paschali II. anno 1100.

6. Presbyter de cura animarum & de Christianitatis ministerio Episcopo respondeat.
7. Abbates, Decani qui Presbyteri non sunt, Presbyteri fiant.
8. Qui Presbyteratus tenent, Presbyteri fiant, quod si aliqui iusta causa prohibente, Presbyteri esse non possunt, Prælationes amittant.
9. Vide Ordines sacri.

Ex Concil. Londinensi 2. sub Paschali II. anno 1102.

5. Presbyter quamdiu illicitam conuersationem mulieris habuerit, non sit legalis, nec Missam celebret, nec si celebrauerit, eius Missa audiatur.
7. Filij Presbyterorum non sint hæredes Ecclesiarum Patrum suorum.
9. Presbyteri non eant ad potationes, nec ad pinnas bibant.

Ex Concil. Lateran. 2. vniu. 9. sub Calixto. II. anno 1122.

3. Vide Ordines sacri.
18. In Parochialib. Ecclesiis Presbyteri per Episcopos constituantur, qui eis respondeant de animarum cura, & de iis quæ ad Episcopum pertinent decimas & Ecclesias à Laicis non suscipiant absque consensu & voluntate Episcoporum.

Ex Concil. Londinensi 1. sub Honorio II. anno 1125.

6. Nullos in Decanum, nullus in Priorem nisi Presbyter, nullus in Archidiaconum nisi Diaconus promoueatur.

Ex Concil. Londinensi 2. sub Honorio II. anno 1127.

4. Nullus, &c. Vide Conc. Londin. 1125. c. 6. Vide etiam Archidiaconus.

Ex Conc. Lateran. 3. vniuers. 10. sub Innoc. II. anno 1139.

10. Ne conductitiis Presbyteris Ecclesiæ committantur & vnaquæque Ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat Sacerdotem. Vide Archidiaconus.
21. Presbyterorum filios sacri Altaris ministerij remouendos decernimus, nisi aut in cœnobiis aut in Canonicis religiosè fuerint conuersati.

Ex Concil. Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

10. Vide Conc. Lateran. 1139. cap. 10. nec ab eius regimine, alicuius, nisi Episcopi in cuius Parochia fuerit vel Archidiaconi, Canonico iudicio depellatur, cui de bonis Ecclesiæ tantum beneficij præbeatur vnde conuenienter valeat sustentari.

Ex Conc. Abrincensi in Norman. sub Alex. III. anno 1172.

1. Pueri ad regimen illarum Ecclesiarum, & ad illa administranda in quibus cura est animarum minimè admittantur.
2. Filii Sacerdotum non ponantur in Ecclesiis Patrum suorum.
4. Ecclesiæ Vicariis annuis non committantur.
5. Sacerdotes maiorum Ecclesiarum quibus ad hoc suppetunt facultates, alium sub se Presbyterum cogantur habere.

Ex Concil. Londinensi sub Alexandro III. anno 1175.

1. Ne Filij Sacerdotum in paternis Ecclesiis amodò personæ instituantur, nec eas qualibet occasione, media non intercedente persona obtineant.

Ex Concilio Eboracensi sub Celestino III. anno 1194.

8. Quoties Sacerdos ad puerum baptizandum, vel infirmum communicandum inuitatur, moras innectere non præsumat.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

9. Vide Decimæ.
10. Vide Archidiaconus.

Ex Conc. Later. 4. vniuers. 12. sub Innoc. III. anno 1215.

21. Vide Confessio.
32. Consuetudine qualibet Episcopi vel Patroni seu cuiuscunque alterius non obstante, portio Presbyteris ipsis sufficiens assignetur, qui vero Parochialem habet Ecclesiam, non per Vicarium, sed per seipsum illi deseruiat in ordine, quem ipsius Ecclesiæ cura requirit nisi fortè præbendæ vel dignitati Parochialis Ecclesia sit annexa, in quo casu concedimus, vt is qui talem habet præbendam vel dignitatem, cùm oporteat eum in maiori Ecclesia deseruire, in ipsa Parochiali Eccl. idoneum & perpetuum studeat habere Vicarium canonicè institutum, qui congruentem habeat de ipsius Ecclesiæ prouentibus portionem.

Ex Concil. Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

20. Presbyteri Parochialium Ecclesiarum plebes sibi commissas pabulo verbi Dei secundum quod eis fuerit inspiratum informare procurent, &c. Et quoties fuerint accersi celeriter accedant, & hilariter ad ægrotos.
24. Nullus Episcoporum ad Vicariam quemquam admittant, nisi velint in Ecclesia in qua Vicaria ei conceditur personaliter ministrare, aut talis existat, qui infra breue tempus, super hoc limitatum, valeat & velit in Presbyterum ordinari, quod si admissus fuerit fortè quis & noluit in Presbyterum ordinari, Vicariæ beneficio priuetur.
25. Ecclesiæ quæ in redditibus vltra quinque marcas non habent, nisi personis talibus conferantur, quæ resideant in eisdem, & in propria persona ministrent.
26. Vicario perpetuo ad minus redditus quinque marcarum assignetur, qui saltem pro quinque marcis dari possit ad firmam, prouideat quoque diœcesanus Episcopus

Episcopus, pensata Ecclesiæ facultate, vtrum Vicarius onera Ecclesiæ subire debeat in persona, an ad ea vterque debeat conferre.

27. In singulis Parochialibus Ecclesiis quarum Parochia est diffusa, duo sint vel tres Presbyteri, pensata pariter magnitudine Parochiæ & Ecclesiæ facultate.

Ex Concil. Londinensi sub Gregorio IX. anno 1237.

3 Parochiales Presbyteri formam Baptismi firmiter addiscentes, eam Parochianis suis frequenter exponant diebus Dominicis in vulgari, vt si articulus necessitatis emergat, quo ipsos aliquem oporteat baptizare, eam sciant obseruare.

4. Vide Simoniaci.

10. Ad Vicariam statuimus nullum admittendum, nisi iam Presbyterum ordinatum vel saltem Diaconum in proximis quatuor temporibus ordinandum, qui renuncians beneficiis aliis, si quæ habet curam animarum habētia, iuret residentiam ibi facere, ac eam faciat continuè corporalem, alioquin institutionem illius fore nullam decernimus, & Vicariam alij conferendam, de iam institutis vero Vicariis qui non sunt Presbyteri, cùm Vicarij teneantur personis & Ecclesiis deseruire, præcipimus vt infra annum ad minus se faciant in Presbyteros ordinare.

Ex Concil. Viennensi sub Clemente IV. anno 1267.

13. Prælati & curam animarum habentes in suis Ecclesiis corporaliter resideant, & ad hoc à suis Episcopis per subtractionem fructuum compellantur.

17. Vide Iudæi.

Ex Conc. Lugdunensi Gener. 14. sub Gregorio X. ann. 1274.

13. Nullus ad regimen Parochialis Eccl. assumatur, nisi sit idoneus scientia, morib. & ætate, decernentes collationes de Parochialib. Eccl. iis qui non attigerīt 25. annum de cætero faciendas, viribus omnino carere; is etiam qui ad eiusmodi regimen assumetur in Parochiali Eccl. cuius Rector extiterit residere personaliter teneatur, quod si infra annum ad Sacerdotium promotus non fuerit, Ecclesia sibi commissa, nulla etiam præmissa monitione, sit præsentis constitutionis auctoritate priuatus.

Ex Concil. Salisburgensi sub Gregorio X. anno 1274.

10. Omnes & singulos Clericos in Saltzburg. Prou. curam animarum habentes, ad personalem in beneficiis residentiam reuocamus, terminum eis peremptorium festum Purific. B.M.V. venturum proximò assignantes, &c. Quod si præmissa contempserint aut neglexerint adimplere, & tunc ipsos à perceptione fructuum & administratione temporalium suspendimus, quod si temerè se iniecerint, priuati sint beneficiis ipso iure, fructus autem per locorum Archidiaconos in vtilitatem illius Ecclesiæ conuertantur, salua Vicarij sufficienti & debita portione. Eisd. insuper Ecclesiarum Rectorib. præcipimus vt ad ordinem quem beneficij sui cura requirit se faciant ordinari infra tempus à Canone institutum sub ead pœna, &c. In beneficiis quibus licet per Vicarios deseruire, viri idonei loci Episcopo præsententur, qui per se vel per alios, ipsos in huiusm. Vicariis perpetuet, & sufficientem suis necessitatib. de Ecclesiarum redditibus eis constituat portionem, alioquin singuli Episcopi per suas diœceses elapso trimestri tempore prouidere curabunt.

Ex Concilio Rauennatensi sub Honorio IV. anno 1286.

4. Infra proximum festum Resurrectionis Dominicæ, assumpti ad regimen Parochialium Eccles. se faciant in Presbyteros ordinari, quod si non fecerint, nulla alia monitione præmissa, omni iure, quod in ipsis Ecclesiis habebant, decernimus fore priuatos.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

10. Presbyteris duas communicaturas recipere prohibemus, qui contrafecerit prima Vicaria ipso facto, & de secunda quamdiu primam retinuerit, prouentib. sit priuatus, quos in vtilitatem ipsius Ecclesiæ decernimus per Ordinarium conuertendos.

16. Rectores qui matrices habent Ecclesias à quib. dependent Capellæ, circa ipsas in tali volumus cura versari, vt in ipsa Capella quæ subiacet curæ suæ, si facultates suppetant, Vicarium idoneum statuant qui resideat continuè in Ecclesia & deseruiat in diuinis, & Parrochianis spiritualia præbeat alimenta.

17. Vide Abbas.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

9. V. Episcoporum Officium, Missa, Ritus Ecclesiæ.

10. Vide Festa.

10. Vide Matrimonium.

Ex Concil. Sabinen. in Hispan. sub Ioanne XXII. anno 1322.

2. Quilibet Rector Parochialis Eccl. in scriptis habeat in Latina & vulgari lingua articulos fidei, præcepta Decalogi, Sacramenta Ecclesiæ, species vitiorum & virtutum, & quater in anno ipsa publicet populo, in festis videlicet Natiuitat. Domini, Resurrectionis, Pentecostes, & in Assumptione B. Virg. & in diebus Dominicis Quadragesimæ.

13. Vide Xenodochium.

Ex Concil. Toletano sub Ioanne XXII. anno 1324.

5. Nullus in Curato beneficio administret donec in eo per diœcesanum Episcopum institutione auctorizabili fuerit institutus, alioquin iure quod habebat in prædicto beneficio, non obstante contraria consuetudine, sit priuatus.

Ex Concilio Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

19. Ne quis alienum Parochianum, cuius cura per Episcopum vel loci Archidiaconum, seu eius Vicarium alij est concessa (excepta necessitatis causa) ad confessionem recipere, aut ei aliquod Ecclesiæ Sacramentum porrigere præsumat, non petita desuper, & obtenta licentia proprij Sacerdotis.

Ex Concilio Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

2. Vide Conc. Sabinen. 1322. c. 1. & diebus Dominicis à Septuagesima vsque ad Dominicam in passione exclusiuè solemniter publicent in suis Ecclesiis; Clerici vero contrarium facientes duarum Regalium pro qualibet Dominica quam prætermiserint, pœnam incurrant, &c.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

5. Sacerdotes Curati, quique vicem eorum referũt subditos in remediis & aliis iuribus Parochialibus vltra ea quæ sibi de iure debentur non grauent, vltraque depositionem eos ad peractiones septimi, tricesimi, vel anniuersarii peragi faciendas non cogant, tum præter oblationes festis solemnibus fieri solitas, cùm illa pro arbitrio fieri non debeant, ab inuitis non exigant.

6. Vide Simoniaci.

7. Vide Episcoporum Officium.

8. Conuiuia Presbyterorum quæ in exequiis & fraternitatib. publicè in tabernis hucusque exhibita sunt, prorsus abrogamus, si autem conuiuium vel consuetudo, vel locorum distantia exiget, fiat illud in domo Sacerdotis, honestèque non ad luxum, sed ad necessitatem instruatur.

10. Ne cui temerè cura animarum committatur, probetur prius per Episcopum vel eius Officialem, etiam Religionem professus, nec liceat vlli Vicarium Ecclesiæ & plebis suæ sufficere, illamve locare, siue emolumentum quod absentiæ nomine recipiet constituere, sine auctoritate Episcopi aut Vicarij.

13. Quilibet Episcopus diligenter prouideat, atque in primis id curet vt Vicarij siue perpetui, siue pro nutu positi, competentem viuendi portionem assequantur. Vide Pauperes.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

8. Diœcesani ad Parochiales Eccl. non instituant præsentatos ab Ecclesiasticis Laicisve Patronis, nisi eos prius diligenter examinauerint, quod si qui sint instituti vel prouisi, etiam per Sedem Apostol. nihilominus Diœcesani eos examinent, & si minus idonei fuerint inuenti non admittantur, sed loco eorum per Episcopos instituantur Vicarij idonei, quibus congrua portio assignetur.

11. Rectores Ecclesiarum compellantur per Episcopos, quoad fieri poterit, ad personalem residentiam & in Ecclesiis Parochialibus per singulos dies Dominicos Presbyteri Parochiales Curati per se aut Vicarios eorum clara voce & intelligibili annuncient, decem præcepta Decalogi & articulos fidei.

12. Admoneant frequenter Curati suos Parochianos vt intersint Missæ Parochiali diebus Dominicis & festis, quod si legitimo cessante impedimento absque licentia sui Curati per tres dies Dominicos neglexerint interesse, denuncient statim promotoribus, vt pro mensura contemptus puniantur. Parochianos etiam commoneant ne peregrinentur sine litteris testimonialib. Christianitatis eorum, quas iidem Curati per se aut eorum Vicarios, si petantur, liberaliter tradant. Curati diligenter aduertant, si Parochiani eorum ad minus semel in anno sanctam Ecclesiæ communionem Eucharistiamque percipiant, & communicantium nomina, si commodè fieri potest, scripto redigant.

Ex Concilio Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 1.

18. Vide Ordines sacri.

Parte 4.

5. Ne vlli ad verbi ministerium seu prædicationis officium, nisi missi authoritateque ordinaria approbati sint, admittantur.

6. Ordinatij verbi Ministri, Ecclesiarum Parochialium legitimi Rectores sunt, quos personaliter apud easdem Ecclesias perpetuò residere volumus, qui deinceps in Vicecuratos assumentur, Vicarij in Pontificalib. ac Theologorum ei per Episcopos adiungendorum censuram expectabunt.

18. Vide Monachi.

Parte 5.

4. Abstineant Parochi ab omni auaritia, hospitales enim erunt, non turpis lucri cupidi, non opes sed animas venantes, non auri sed hominum piscatores.

6. Nesciat Parochi domus comessationes crapulosas, execretur cõpotationes illas ad æquales haustus obligatorias, vitet omnia quæ pastoralem authoritatem aut dedecorant, aut imminuunt, detestetur omnem libidinem.

Parte 6.

7. Parochus cautissima sollicitudine agere debet per gladium Dei, idest, prædicationem secantem à dextris & à sinistris, vt medium iter pateat ad incedendum per viam Regiam mandatorum Dei.

9. Vide Prædicatio.

Parte 8.

2. Parochis Euangelij prædicantib certa ac competens subministratio victus & vestitus fiat.

3. Qui per Vicarios seu Vicecuratos Ecclesias Parochiales regendi potestatem acceperunt, iisdem Vicariis tantam ex prouentib. Ecclesiæ partem assignabunt, qua vitam congruè sustentari possint.

4. Ecclesiæ Cathedrales ac Collegiatæ, itidem Monachi seu Religiosi, qui Eccl Parochiales aut suis Ecclesiis vel Monasteriis finitas habent, aut regendas aliis committunt tantam portionem Rectorib. istis assignent, vnde iura Episcopalia soluere, & congruam sustentationem habere possint.

5. Vbi Redditus Ecclesiarum non suffecerint, duæ vniantur, aut si id graue videbitur, saltem vna aut plures etiam Vicariæ quæ ad alteram in eiusm. Ecclesiis fundatæ sunt, ipsi Ecclesiæ Parochiali incorporentur, sic tamen vt quoad fieri potest, Parochi officium ob quod Vicariæ illæ fundatæ sunt minimè negligatur.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

5. Vide Ordines sacri.

8. Parochi de fide & religione nostra populum sibi commissum doceant atque instruant, Sacramenta administrent, publicis peccatis irretitos canonicè, occultis vero delictis occultè arguant, & ad pœnitentiam adducant, &c. Libros apud Ecclesias suas habeant quatuor, primũ in quo baptizatorum, secundũ in quo statuto ab Ecclesia tempore confitentium & communicantium, tertium in quo eorum qui matrimonia in facie Ecclesiæ contraxerunt, & quartum in quo mortuorum & Ecclesiasticæ sepulturæ traditorum nomina & cognomina cum annotatione Diei & anni describātur.

19. Ne posthac Presbyteri nostræ diœcesis eos qui se Monasteriis aliisve locis in casib. Sedi Ap. aut nobis tanquam Ordinario specialiter reseruatis, aut ad contentiosi fori indignationem pertinentib. absolutos esse prætendunt, tanquam ritè absolutos admittant, aut tolerent, sed eos ad nos, seu ad Pœnitentiarium nostrum remittant.

25. Plebanis Ecclesiarum Parochialium mandamus, vt singulis diebus Dominicis finita concione orationẽ Dominicam, Angelicam salutationẽ, Symbolum Ap. & Decalogi præcepta, vernaculo sermone distinctè ac tractim ita prælegant, vt populus legentem repetitione subsequi ea discere, & memoriæ mandare possit.

Ex Concilio Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549. Medio 2.

6. Nemo electus confirmetur, nemoque præsentatus ad dignitatem vel animarum curam instituatur, priusquam sit à suo Episcopo aut Archidiacono, aut in hac parte Vicario, aliisque sacrarum litterarum, Canonum & traditionum Ecclesiast. peritis viris examinatus.

Medio 3.

10. Vbi Collegia vel Monasteria, vel habentes dignitates habent Ecclesias Parochiales incorporatas cum decimis iuribus & censibus quam committere soleant pastoribus vel perpetuis Vicariis, iusta portio secundum reformationem ei de decimis Collegij vel Monasterij bonis assignetur siue per Episcopum loci, siue per eius visitatores.

11. Omnino vetamus ne vlla Collegia, Monasteria, vel habẽtes dignitates, locent Ecclesiarum suarum regimen cum agris, vineis, syluis, pratis, & iurib. Rectori plus offerenti, sub annua pensione, possunt tamen colonis sæcularib. Ecclesiarum prædia sub annuo censu locari, emolumentaq; pro vtilitate Ecclesiarum commutari vel vendi, quinetiam nun vetamus quin Collegia & Monasteria possint Ecclesiæ Rectori bonorum ad ipsam pertinentium administrationem plenam committere pro moderato censu quem de prædiis pendat, sic tamen, vt ei superfit honestus & sufficiens victus ac vestitus.

Ex Concil. eod. Censura contra abusus.

26 Pastores Rurales Decanis suis obediant.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

64. Singuli plurium Curatorum beneficiorum detẽtores intra trimestre tempus post huius Conc. exitum, Episcopis dispensationes exhibeant, quod ni fecerint talia beneficia quasi eo ipso illicitè obtineri conuincãtur, post trimestre elapsum, per eos ad quos collatio eorum pertinet, aliis personis conferri debent, & eius dispensatio legitima videbitur prouidebit per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum assignationem, ne cura animarum in his Ecclesiis negligatur, &c.

80. Pastores Ecclesiis in quibus per eũsensum Diœcesani instituti sunt, nec tamen eid. per se præsunt, Vicarios idoneos & canonicè institutos præficiant, eisque pro sufficienti victu portionem congruam de prouentibus Ecclesiæ assignent.

Ex Concil. Treuirensi sub Paulo III. anno 1549.

13. Omnium & singularum Ecclesiarum Parochialium Curati intra annum à die acceptæ possessionis per se vel procuratorem legitimum præstent iorametum Decano, quo præstito in fratrem recipiatur, & salnis iuribus Capituli consuetis, Decanus ouuc & posthac à sic recepto habeat pro se vnum aureum Rhenensf. & tenebitur quilibet in Capitulis generalib. & annualib. similiter, quando Decanus Capitulum indicit, sub pœnis consuetis compatere, & quotam expensarum & sumptuum à Decano factorum persoluere, &c. Singuli Capellani aut Vicecurati non residentium Pastorum tenebuntur singulis annualibus Capitulis sub pœna excommunicationis ipso facto, comparere, & ostendere Decano commissionem regendi, &c Deinceps quocunq; Pastore Plebano decedente, nostro nomine marcam nobis debitam ipse Decanus subleuabit, & Sigillifero nostro fideliter tradet, & pro se & iuribus suis à quolibet sic decedente, ipse Decanus habebit tres florenos Rhenens. in auro, &c. Deinceps decedentibus Prælatis Monasteriorum siue Collegiatarum Ecclesiarum quibus. Ecclesiæ Parochiales incorporatæ sunt, ita tamen quod non per fixos Vicarios, sed dumtaxat mobiles Capellanos regantur, quod extunc morte Prælatorum intercedente, nobis marca argenti, aliis verò Archidiaconis sedium Christianitatis Decanis, & Capitulis infra annum iura aliàs præscripta persoluantur.

14. Deinceps Curatis pro licentiatorio seu dimissoriis litteris duodecim albos totatos, pro educendis & benedicendis puerperis duodecim denarios, pro eo tempore quo sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum ad infirmos defertur, quatuor denarios, ob extremæ Vnctionis Sacram. duodecim denarios pro offertorio quatuor festiuitatum, pro qualibet vnum denarium, exigere liceat, vltra tamen nullus Curatus exigere præsumat, datum tamen aut oblatum liberaliter recipere potest, pro baptismi aut pœnitentiæ Sacramentis nihil exigat, liberaliter oblatum recipere potest.

Ex Concilio Trident. Gener. 18. sub Pio IV. an. 1562. Sess. 23. De Reformat.

1. Vide Episcoporum Officium.

Sess. 24. De Reformat.

7. Vide Prædicatio.

12. Nemo deinceps ad dignitates quascunque quibus animarum cura subest, promoueatur nisi qui saltem 25. suæ ætatis annom attigerit, & in Clericali ordine versatus, doctrina ad suum munus exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur. Vide Clericorum Officium.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 1.

4. Parochi singulis Dominicis & aliis festis diebus qui Ecclesiæ præcepto agi soleant, pueris singuli in uis Parochiis initia fidei tradant.

Parte 2.

1. Quæ Parochiales Ecclesiæ partem habent sui populi extra mœnia vrbium vel oppidorum, vel alibi quo fiat, vt Parochos præsertim nocturno tempore, illis hominibus Sacramenta commodè administrare non possit, illis Episcopi aut eam partem commodiori Parochiæ vniant; aut etiam inuitis Rectoribus nouas constituant Parochias. Vide Simoniaci.

21. Vide Clericorum mores.

27. Quicunque plures Parochiales Ecclesias retinentes, intra tempus à Conc. Trid. præstitutum non dimiserunt, eos Episcopi intra duos menses beneficiis omnibus Ecclesiast. iam ipso iure priuatos esse declarent; qui Ecclesiastica quæcunque beneficia obtinent, in quibus etsi curata non sunt, tamen residere iure vel consuetudine debent, si muneri suo defuerint, in eos Episcopi & illis pœnis quæ à Conc. Trid. Saturæ sunt, & aliis arbitrio suo seuerè agant, fructusque quibus ex eod. Conc. mulctandi erunt, piis locis attribuant.

Ex Concil. Mediolan. 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 1.

2. Curet Episcopus vt in singulis diœcesis suæ oppidis & vicis doctrinæ Christianæ sodalitas instituatur, quæ in fidei initiis tradendis ipsos Parochos adiuuet, &c.

8. Quæ Ecclesiæ vel Cathedrales vel Collegiatæ peculia

peculiarem Parochiam habeant, neque Parochiæ cu‑ratio ad certas personas ex officio pertinet, in iis cu‑ret Episcopus, vt quibus ea ipsa cura committetur certum stipendium, aut emolumentum attribuatur.

15. Parochus cùm vel sacrosanctam Eucharistiam, vel extremæ Vnctionis sanctum Oleum ad ægros de‑fert, in via septem Psalmos dicat, vel alias religiosas preces.

Titulo 2.

15. Parochum Vrbanum ægrotantem, & is qui vi‑cinior est Parochus & Clerici in illa regione vbi æget est Præfectus, Diœcesanum vero itidem & vicinior Parochus & Plebanus, vel Archipresbyter vel Præpo‑situs in quorum finibus ægrotus habitat, statim inui‑sant eique sacram Eucharist. & sacrum extremæ Vn‑ctionis Oleum Parochus vicinior ministret, &c. Eius mortui funus vniuersi illius regionis Parochi obeant, nisi foraneus illius regionis Vicarius minorem nume‑rum statuendum censuerit.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII. anno 1573.

13. Parochiali Ecclesiæ præficiendus, primum Epi‑scopo iuret se sanctæ Sedi Apost. & Episcopo eiusque Successoribus obedientem fore tùm se residentem in Ecclesia futurum quam obtinet, tùm iura illius Ec‑clesiæ se pro viribus conseruaturum ac defensurum esse, bona denique eiusdem se absque legitima aucto‑ritate non alienaturum, &c.

Ex Concil. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 1.

8. Ne diebus festis qui præcepto Ecclesiæ, aut con‑suetudine votove coluntur, ad alienam Ecclesiam Missam celebraturus Parochus accedat, nisi ab eo cui id curæ Episcopus dederit, facultatem scripto exara‑tam impetrarit.

25. Clerici quicunq; Dominicis festisque dieb. qua hora in Choro diuinis officiis concelebrandis astricti non sunt, Parochum intra cuius Parochiæ fines habi‑tant in doctrinæ Christianæ scholis vbicunque loci intra fines illius Parochiæ constitutis, adiuuent.

Ex Concil. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

5. Quibus locis ex Concil. Trid. præscripto Paro‑chias nouas institui, erigive licet, Episcopus etiam in Parochiis quæ Regularium quouis modo sunt, illas constituat, certa fructuum portione attributa.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

2. Vide Episcoporum Officium.

4. Parochi omnesque alij ad quos cuiusvis Sacra‑menti administratio spectat, quàm diligentissimè vi‑deant, ne lethali peccato sint infecti, mundo superpel‑liceo stolaque eius coloris qui Sacramento ministran‑do congruat, induti sint semper, &c. Ne ad Sacramen‑ta quævis, aliquem admittant, nisi armis depositis mo‑destoque habitu, &c. Ne pro illis administrandis ab vllo, vel omnium rerum inope Sacerdote, verbis aut etiam signis quicquam prorsus, vel minimum quouis modo petatur, exigaturve, &c. Quod si Laici homi‑nes eleemosynas dare consuetas, impendereque tenue‑rint, eos Episcopus ex Canonum iure ad piè introdu‑ctam consuetudinem perpetuo retinendam cogat at‑que compellat.

9. Curatus in sua Ecclesia nullum permittat celebra‑re qui in scriptis facultatem ab Episcopo impetratam non habuerit, & eam licentiam quam anno vno ve‑tustiorem repererint ne admittant, &c. Curati ter in hebdomada sacrum faciant, aut eo etiam sæpius si vel loci consuetudo vel necessitas postulabit.

24. Vide Conc. Mediol. 3. an. 1573. c. 3. Mediol. 1. c. 4. Concionem nullo modo diebus festis intermittat in‑ter Missarum solemnia, processionem per cœmiterium aut etiam per pagum & vicum ante Missam quouis die Dominico & festo habeat. Parochi in vrbe & in oppidis saltem insignioribus constituti, vt à reliquis Sa‑cerdotib. animarum curam non gerentib. internoscan‑tur, signum aliquod quod proprium illorum insigne sit, ab Episcopis in diœcesana Synodo eis præscriben‑dum ferant cùm domo exeunt, supra exteriorem veste, & supra superpelliceu cùm in Ecclesia sunt, &c. Om‑nes Presbyteros Parochiæ, sicut omnes alios Paro‑chianos, Parochis decet esse obedientes, & correctioni eorum ac directioni subditos de quorum vita & offi‑cio, Parochi Episcopum aut Vicarium foraneum cer‑tiorem sæpe reddere teneantur, &c. Nullus Parochus (pœna illis excommunicationis proposita) Sacramen‑tum vllum administrare audeat hæreticis quibusvis vel quocunque modo à fide Catholica aneris, nisi prius constiterit illos resipuisse, & Ecclesiæ ritè reconcilia‑tos fuisse. Vide Oblationes.

25. Declaramus Parochialib. Ecclesiis quocunque nomine & titulo Præfectos, obligari ad personalem in sua Ecclesia, & Parochia residentiam, neque abesse posse nisi ex iusta, legitima & canonica causa ab Or‑dinario in scriptis approbanda.

40. Curati quicunque quauis dignitate prædiri Vica‑riis foraneis obtemperent. V. Episcoporum officium.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

8. Parochi singulis saltem Dominicis populos in sin‑gulis Parochiis fidei rudimenta & obedientiam erga Deum & parentes diligenter doceant.

9. In Ecclesiis Parochialib. per Parochos, siue illis impeditis per alios ad id idoneos ab Episcopo depu‑tandos, impensis eorum qui eas præstare tenentur aut solent, munus prædicationis exercebitur.

32. Vide Missa.

41. Curabunt Parochi vt omnium familiarum ac personarum numerum & qualitatem libro ad hoc peculiari deputato quàm diligentissimè describant. Quilibet Parochus quatuor libros conficiat, baptiza‑torum scilicet confirmatorum, matrimoniorum & mortuorum, &c. Abusus, prauas consuetudines, super‑stitiones, morum ac fidei subotientes nouitates, vi‑gilantia sua tollere curet. Vide Episcoporum Officiũ. Vbi ob locorum distantiam Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta & diuina officia audienda accedere non possunt, nouæ parochiæ constituantur iuxta Alexandri III. sanctionem & Trid. Conc. decretum.

Ex Concil. Aquileiensi sub Celestino VIII. anno 1596.

7. Curati extra Parochiæ fines habitare non præsu‑mant, sed inter suum gregem diuerticulum habeant, sciant Episcopi eorumque Vicarij, licentiam Curatis discedendi, gratisque non vltra bimestre tempus nisi ex graui causa esse concedendam, &c.

10. Qui ad Parochiales Ecclesias vel Curatas assu‑muntur, præter ea quæ sustinendi muneris causa re‑quiruntur, 25. annos saltem attingere debent.

Ex

Ex Conc. Narbonensi sub Pelagio V. anno 1609.

1. Vide Confess. fidei Catholicæ.

2. Parochi omnes singulis diebus Dominicis in seadafallo Ecclesiæ, ac inter Missarum solemnia populo nunciabunt quæcunque per nos aut per Coepiscopos nostros constituentur, & nominatim distinctâ & intelligibili voce recitabunt orationem Dominicam, salutationem Angelicam, Symbolum Apost. & Ecclesiæ præcepta, septem peccata mortalia, Virtutes Theologales & Cardinales, & fusius ea populum docebunt, quibus ad virtutem allici, & à vitio abduci possit. Rectores, Vicarij perpetui, & alij curam animarum habentes singulis diebus Dominicis post prandium dato campanæ signo Patresfamilias cum pueris in Ecclesia conuocent, vbi eos fidei rudimenta edoceant, & super eisdem diligenter interrogent, formam Catechismi insequentes; hanc eamdem doctrinam Christianam faciant semel in quacunque hebdomada suis discipulis scholarum Magistri.

3. Vide librorum Impressio.

30. Vide Conc. Trident. an. 1562 sess. 24. c. 12.

32. Curam animarum non sibi assumant, nec habere præsumant Sacerdotes nisi titulum Parochialis Ecclesiæ, vel aliàs munus curæ animarum aut ab Ordinario obtinuerint, aut aliàs canonicè obtentum eid. exhibuerint, qui vero aliter attentauerit, tanquam furem & latronem præsenti decreto à diuinis suspendimus, fructibus beneficij priuamus, & Ordinariorum arbitrio puniri volumus, &c. Parochi inquirant si qui sint in Parochia de fide malè sentientes, nominatim excommunicati vsurarij, concubinatij, & blasphemi notorij, quos moneant priuatim testibus vocatis, & nisi resipuerint eorum nomina ad promotorem in Synodo diœcesana deferant, &c. Olea sancta intra cremerias nitidas, mundas & non fractas distinctè custodiant, quæ singulis annis postquam recenter facta fuerint ab Archipresbytero statim recipiant, librum habeant Parochi in quo describant nomina & cognomina baptizatorum patris & matris & suscipientium, & separatim in eodem libro Coniugatorum & duorum aut trium testium in matrimonio præsentium. In alia parte eiusdem libri describant nomina decedentium in Parochia, nomen Notarij qui testamentum receperit, & legata pia, &c. Describant inuentarium rerum omnium mobilium aut immobilium ad suas Ecclesias pertinentium; diebus Dominicis pronum faciant, non tamen concionabuntur nisi expressè examinati ad hoc per Episcopum in scriptis fuerint approbati, &c. Per seipsos Sacramenta ministrent, & munera atque officia suarum Ecclesiarum præstent, neque ab ipsis etiam Secundariis, nisi insta causa detenti, fieri aut ministrari permittant. Prohibemus Sacerdotibus quibuscunque in Ecclesiis quicquam publicare præter banna matrimoniorum, matrimonia & alia quæ de mandato Ordinarij, aut officialium Ecclesiasticorum recipient sub pœna carceris: quos sciuerint hæreticos aut excommunicatos in Ecclesiis non recipiant, nisi sibi constiterit illos resipuisse, & in gremium Ecclesiæ receptos fuisse. Omnes curam animarum habentes residere debent in suis Parochiis sub pœnis à sacris constitutionibus & Trident. Synodo latis, &c. Non censeantur residere qui tres menses in anno etiam per diuersa interualla absentes fuerint, & qui intra fines Parochiæ non habitauerint, &c. Litteræ de non residendo ab Ordinario obtentæ non conferentur vltra duos menses, nisi causa videatur grauissima, &c. Beneficiarij fructus beneficij Laicis aut aliis quibuscunque attentandò; non apponant clausulam, quod Renterij Ecclesiæ seruitium facere per seipsos aut per alios teneantur, sed pensionem ab Episcopo pro inseruientibus Ecclesiæ designandam reseruabunt, & Presbyteros pro seruitio faciendo per Episcopum approbandos præsentabunt, inhibentes quibuscunque Sacerdotibus in Ecclesiis munus aliquod Ecclesiasticum obire, nisi mandato Prioris aut alterius ad quod beneficium in titulum pertinebit.

48. Vide Episcoporum Officium.

PRINCIPES.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

7. De futuris Regibus hanc sententiam promulgamus, aut si quis ex eis contra reuerentiam legum superba dominatione, & fastu Regio in flagitiis & facinoribus siue cupiditate crudelissimam in populis potestatem exercuerit, anathe. sit.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 636.

Omni benignitate, omnique firmitate circa omnem posteritatem Principis nostri Chintillani Regis teneatur dilectio & præbeatur rationabile defensionis adminiculum, &c. Quod si quisquam nostræ contestationis temerator extiterit atque contemptor, & quacunque argumentatione odiosè eos molestare, aut in aliquo fuerit conatus lædere, sit anathema.

3. Si quis ad Regiæ Maiestatis peruenire fastigium meditatus fuerit, quem nec electio omnium præficit, nec Gotticæ gentis nobilitas ad hunc honoris apicem trahit, sit anathema.

4 Quisquis innetus fuerit, viuente principe, in alium attendisse, pro futura Regni spe, aut alios in se propter id attraxisse, à consensu Catholicorum excommunicationis sententia expellatur.

5. Ne quis in Principem maledicta congerat, &c. Quod si quis fecerit excommunicatione Ecclesiastica plectatur.

6. Quisquis superstes Principum extiterit, iustè in rebus profligatis aut largitate Principis acquisitis, nullam debet habere iacturam.

7. In omni Concilio Episcoporum Hispaniæ, vniuersalis Conc. decretum quod propter Principum nostrorum & salutem constitutum, peractis omnibus in Synodo publica voce debet pronuntiari.

8. In his omnibus quæ præmisimus potestatem indulgentiæ in culpis delinquentium Principi reseruamus, &c.

Ex Concilio Toletano 4. sub Honorio I. anno 638.

14. Si post Chintillani Regis discessum quispiam repertus fuerit eius vitæ fuisse infidelis, quicquid largitate ipsius in rebus habuit conquisitis careat, confiscandum & fidelibus largiendum.

16. Præbeatur filiis Regia dilectio benigna & firma, & tribuantur, vbi loci opportunitas exhibuerit defensionis adminiculâ insta, ne de rebus iustè prouisis, aut parentum dignitate procuratis; aut largitate Principum vel alicuius impensis; aut etiam proprietate debitis fraudentur, quibuslibet insidiis calliditatis; quia dignum est vt cuius regimine habemus

habemus securitatem, eius posteritati decreto Concilio impertiamus quietem.

17. Regis vita constante, nullus sibi aliquo opere vel deliberatione, cuiuscunque dignitatis, Laicus seu gradus Episcopatus, Presbyterij aut Diaconi consecratus, &c. Regem prouideat contra viuentis Regis vtilitatem & voluntatem, nullo blandimento vel suasione pro eadem spe aut alios in se trahat, aut ipse in alium acquiescat, &c. Rege vero defuncto, nullus tyrannica præsumptione Regnum assumat, nullus sub Religionis habitu detonsus aut turpiter decaluatus, aut seruilem originem trahens, vel extraneæ gentis homo nisi genere & moribus dignus promoueatur ad apicem Regni, temerator autem huius præceptionis feriatur perpetuo anathemate.

18. Nemo intendat in interitum Regis, nemo vitam Principis nece attrectet, nemo eum Regni gubernaculis priuet, &c. Quod si in quidpiam horum quisquam nostrorum temerario ausu præsumptor extiterit, anathemate diuino percussus, absque vllo remedij loco, habeatur condemnatus æterno iudicio.

Ex Concilio Toletano 7. sub Theodoro. anno 645.

1. Si quicunque Catholicæ fidei præuaricator Princeps surrexerit, Sacerdos nullatenus fauore Principis vel terrore, à rectæ credulitatis lumine ad tenebras cogatur reuerti, si quicunque Laicorum quandoque intra fines patriæ Gottorum superbiens Regni apicem sumere fortasse tentauerit, eique Clericorum quilibet adiutorium vel fauorem præstiterit, atque ad Regnum peruenire contigerit, ex ea die eumdem Episcopum vel cuiuslibet ord. Clericum excommunicatum manere oportebit.

Ex Concilio Toletano 10. sub Vitaliano, anno 656.

2. Si quis Religiosorum ab Episcopo vsque ad extremum ordinis Clericorum siue Monachorum, generalia iuramenta in salutem Regiam, gentisque aut patriæ data reperiatur violasse mox propria dignitate priuatus, & loco & honore habeatur exclusus.

Ex Concilio Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

3. Quandocunque Regem causa ingredi fecerit contra suos hostes, vnusquisque nostrum in Ecclesia sua hunc teneat ordinem, ita vt omnibus diebus per bonam dispositionem sacrificium omnipotenti Deo pro eius suorumque fidelium atque exercitus sui salute offeratur, &c.

Ex Concil. Toletano 12. sub Agathone, anno 681.

1. Non erit ab anathematis sententia alienus, aut à diuinæ animaduersionis vltione securus, quisquis contra salutem Principis aut exerexit vocem, aut commouerit cœlum, aut quamcunque exquisierit lædendi vltionem.

Ex Concil. Toletano 13. sub Leone II. anno 683.

5. Si quis præsumpserit aut superstitem Reginam post decedentis Principis mortem sibi in connubio copulare, aut adulterina pollutione contaminare, siue sit Rex, siue quilibet hominum, sit ab omnium Christianorum communione seclusus.

Ex Concil. Cæsaraugustano sub Sergio, anno 691.

5. Statuimus vt deinceps relicta Principis, statim decessito ab sæculo Principe vestem sæcularem deponat, & halacri curiositate Religionis habitum adsumat, quam etiam & confestim in cœnobio virginum mancipandam esse censemus.

Ex Concil. Toletano 16. sub Sergio, anno 693.

9. Sponsio Principibus compromissa absque aliquo fraudis næuo custodiatur, & fides eis reddita nullis factionibus, nullisque etiam nequitiæ machinationibus temeretur.

10. Vide Iuramentum.

Ex Concil. Ratisponensi sub Zacharia, anno 742.

5. Vnum vel duos Episcopos cum Capellanis, Presbyteris Princeps secū habeat in exercitu, & vnusquisque Præfectus vnum Presbyterum qui hominibus peccata confitentibus indicare pœnitentiam possit.

Ex Concilio Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

2. Vt pro Domino nostro Carolo Rege seu liberis eius omnes Episcopi, Presbyteri seu Abbates & Monachi in vnum collecti, psalmodiam, Missarum solemnia, atque Litaniarum officia omnipotenti Deo exoluant, decreuimus.

Ex Concilio Turonensi 3. sub Leone II. anno 813.

1. Admonuimus cunctos qui nostro Conuentui interfuere, vt obedientes sint excellentissimo Imperatori nostro, & fidem quam ei promissam habent inuiolabiliter conseruare studeant, orationes quoque assiduas intentè fundere pro eius stabilitate aut incolumitate.

Ex Concil. Cabilonensi sub Leone III. anno 813.

66. Ab omnibus indesinentes orationes fiant pro vitæ incolumitate, pro salute animæ & corporis Domini Imperat. prolisque eius, pro statu Regni, pro remissione peccatorum, & cœlestis Regni collatione, ita dumtaxat vt semper magis ac magis, per incrementa temporum, talis crescat obseruatio.

Ex Conc. Rhemensi 1. sub Leone III. anno 813.

40. Vt pro Domino Imperat. suaque nobilissima prole orationes & oblationes super has quæ hactenus pro ipsis Deo omnipotenti oblatæ sunt, augeantur.

41. Vt Dominus Imperator misericordiam faciat, ne solidi qui in lege habentur per 40. denarios discurrant, quoniam propter eos multa periuria, multaque falsa testimonia reperiuntur.

42. Vt in sua eleemosyna firmiter statuat, ne quilibet in suum pergentibus seruitium vllatenus prohibere audeat, neque aliis quibus necessitas incumbit.

43. Vt eius magnificum & cuncto Imperio eius, suis & futuris temporibus firmetur Capitulum siue ab anno tertio à quo adhuc testes haberi possint, &c. Qualiter omnes lites & iurgia in sua misericordia terminum habere potuissent, pro talibus multa periuria, multaque dissensiones eriuntur in populo.

44. Vt de falsis testibus eius simili modo piissimum firmetur capitulum, &c. Ne propter eorum falsa testimonia, iniquaque periuria, tot damna, totque iniustitiæ oriantur.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

12. Si quispiam Episcoporum aut quilibet sequentis ordinis Ecclesiast. deinceps timore aut cupiditate, aut qualibet suasione, à Domino & Orthodoxo Ludouico Imperat. defecerit, aut etiam Sacramentum fidelitatis illi promissum violauerit, & eius contrariis maleuola intentione quolibet modo se copulauerit, gradum proprium canonica atque synodali sententia amittat, quod si quisquam Laicus superius comprehensa facere tentauerit, sciat se ab vniuerso gradu anathematizandum.

Ex Concil. Vernensi sub Sergio II. anno 844.

1. Cultum Dei Rex omnibus præferat & misericordiam cum iudicio & iustitia conseruet.

2. Mittantur à Rege Legati qui scelerum patratores, & Apostolicæ disciplinæ contemptores coerceant.

Ex Concil. Meldensi sub Sergio II. anno 845.

14. Si quis contra Regiam dignitatem dolosè, callidè ac perniciosè satagere comprobatus fuerit, nisi dignissimè satisfecerit anathematizetur.

15. Si quis potestati Regiæ contumaci ac inflato spiritu contra authoritatem & rationem pertinaciter contradicere præsumpserit, & eius iustis & rationabilibus Imperiis secund. Deum & authoritatem Ecclesiast. ac ius ciuile obtemperare irrefragabiliter noluerit, anathematizetur.

32. Vide Concilia.

71. Vt authoritatem sigillo Regio roboratam more tractatoriæ Christianissimus Princeps singulis donet Episcopis, quam quisq; Episcoporum penes se habeat, vt quando ei necesse fuerit per eamdem authoritatem Reipublicæ Ministros conueniat, vt ipsi in quibuscunque ciuili ingruerit adiutorio, Reip. Ministris concurrentibus suum imo diuinum possit peragere ministerium.

74. Prouideant viri potentes & maximè potentes feminæ, vt in suis domibus adulteria & luxuriæ concubinaticæ, & incesta adulteria non vigeant.

75. Si Capellas vestras Presbyteris aut viris Ecclesiast. dederitis, & dominicas decimas acceperint, sarta tecta Ecclesiæ & luminaria exinde competenter prouideant, & Presbyteri Parochianas decimas accipiant, & populi necessitatibus debitè inuigilent, si autem Laici Capellas habuerint, à ratione & authoritate alienum habetur, vt ipsi decimas accipiant, & inde canes aut geniciarias pascant, sed potius Presbyteri Ecclesiarum eas accipiant, &c.

Ex Conc. Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

16. Suggerendum est beatissimis Imperatoribus, quia hi qui Monasteria & Xenodochia sub defensione sacri Palatij posuerunt, ideo fecisse probantur quod à nullo melius quàm à summis Potestatibus protegenda crediderint, & si ea contra decreta institutorum personis quibus non licet dederint, ipsi impugnatores efficiuntur qui propugnare debuerunt, & cauendum summoperè Principibus, vt quià minimè nunc iudicantur, ne in futuro iudicio ab omnipotenti Deo grauius iudicentur, &c.

Ex Concil. Apud S. Macram sub Ioanne VIII. anno 881.

1. Quod distinctæ sunt potestas Regia, & authoritas Pontificum.

6. Admonitio ad Regem & Ministros Reipublicæ.

8. Ad Regem vt bonos deligat Consiliarios.

Ex Concil. Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

1. Statuimus vt oratio ab omnibus nobis tàm pro glorioso Rege Arnolpho, seu etiam pro gloriosa coniuge sua, necnon & pro statu totius Christianitatis, prout nos debitores esse cognoscimus, in Ecclesiis nostris assiduè celebretur.

2. Vt annuncietur glorioso nostro Regi Arnulpho quid sit Rex, quidve vocari debeat, Rex à rectè tegendo vocatur, si enim piè & instè misericorditer regit, meritò Rex appellatur, si his caruerit, non Rex sed tyrannus est, &c. Ita se sanctæ Matris Eccl. meminerit filium, vt eius paci atque tranquillitati per vniuersum mundum prodesse suum faciat Principatum.

3. Regale ministerium specialiter est populum Dei gubernare & regere cum æquitate & iustitia, & vt pacem concordiam habeat studere.

Ex Concilio Romano sub Ioanne IX. anno 904.

2. Vt Imperiales homines ad colloquium siue seruitium Imperatoris properantes, suis stipendiis sint contenti.

Ex Concil. Coyacensi sub Leone IX. anno 1050.

13. Omnes maiores & minores, veritatem & iustitiam Regis non contemnant.

Ex Concilio Melfitano sub Vrbano II. anno 1090.

9. Quia nouum hoc tempore Clericorum Acephalorum genus emersit, qui morantur in Curiis, & vitiis & feminis ad sui ordin. dedecus subditi, &c. Prohibemus ne quis retineat huiusmodi, sed proceres ab Episcopis animarum suarum procurent Clericos postulare.

Ex Conc. Later. vniuers. 10. sub Innocent. II. anno 1139.

10. Vide Incendiarij.

Ex Concil. Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

2. Vide Excommunicatio.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. Anno 1536. Parte 6.

18. Vide prædicatio.

Processiones, vide Ritus Ecclesiæ.

Procuratio in visitationibus.

VErbo Archidiaconus, Conc. Londinen. 1237. cap.14.

V. Auaritia Concil. Lugdunen. gener. 14. an. 1274. cap.24.

V. Concilia, Conc. Colon. 1536. p.14. c. 24. Colonien. 1549. m.5. c.1.

V. Episcoporum officium Conc. Ticinen. 855. c.15. Constantinop. gen. 8. an.869. c.19. Lateran. vniuers. 12. an. 1215. c. 33. 34. Rauennat. 1317. c. 11. Colonien. 1549. med.4. c.7.

Protonotarij.

VErbo Forum Ecclesiasticum, Conc. Later. vniu. 17. an. 1517. contra exempt. c.2.

Raptores virginum.

VIde Furtum, Moniales, Virgines.

REI.

Ex Concilio Moguntino sub Leone IV. anno 847.

27. QVæsitum est ab aliquibus fratribus de his qui in patibulis suspenduntur pro suis sceleribus post confessionem Deo peractam, vtrum cadauera illorum ad Ecclesias deferenda sint, & oblationes pro eis offerendæ, & Missæ celebrandæ an non, quibus respondimus, si omnibus de peccatis suis confessionem agentibus, & dignè pœnitentibus communio in fine secund. Canonicum iussum danda est, cur non eis qui pro peccatis suis pœnam extremam persoluunt.

Religiosi Nomen & Vita.

VErbo Chorepiscopi, Conc. Niczeno Gen. 1. an. 325. cap.54.

V. Electiones Conc. Niczeno Gener. 1. an. 325. cap. 48.

V. Missa Conc. Rauenat. an. 1314. c.13.

V. Monachi, Conc. Nicæn. Gener. 1. an. 325. c.76. Lateran. vniu. 11. an. 1176. c. 6. 9. Londin. 1200. c.14. Lateran. vniu. 12. an. 1215. c.59. Oxonien. 1222. c.55. Saltzburg. 1274. c. 21. 23. Salisburg. 1281. cap. 3. 5. Mediolan. 1287. c.2. Rauennat. 1311. cap.22. Rauennat. 1317. c.6. 17.

Conc. Sabinen. 1322. c.12. Lateran. vniu. 17. anno 1517. c.2. Colon. 1549. c.2. 8. 29. Mogunt. 1549. cap. 27. 78. Treuiren. 1549. c.11. 12.

Verbo Monasterium, Conc. Herbipol. 1287. c.39.

V. Moniales Conc. Rauennat. 1314. c. 11. Sabinen. 1322. c.12.

V. Mulieres Conc. Tarracon. 517. c.1.

V. Obedientia Conc. Rauennat. 1311. c.21.

V. Oratio Conc. Augusten. 1548. c.31.

V. Peccata reseruata, Conc. Londin. 1143. c.1.

V. Pœnitentia, Conc. Barcinon. 540. c.6. Tolet. 6. 636. c.7.

Religiosorum Episcoporum habitus.

VErbo Episcoporum Officium Conc. Constantinop. Gen. 8. an. 869. c.14.

RELIQVIÆ SANCTORVM.

Ex Concil. Epaunensi sub Symmacho. anno 509.

25. SAnctorum Reliquiæ in oratoriis Villarib. non ponantur, nisi forsan, Clericos cuiuscunque Parochiæ vicinos esse contingat, qui sacris cineribus psallendi frequentia famulentur.

Ex Concil. Cæsaraugustano sub Gregorio I. anno 592.

2. Statuit S. Synodus vt Reliquiæ in quibuscunque locis de Arriana hæresi inuentæ fuerint prolatæ à Sacerdotibus, in quorum Ecclesiis reperiuntur Pontificibus præsentatæ igne probentur, quod si à quibuslibet occultatæ fuerint & deteguntur, à sacrosanctæ Catholicæ Eccl. cœtus segregentur.

Ex Concil. Toletano sub Gregorio I. anno 597.

2. Vide Ecclesia.

Ex Conc. Braccarensi 3. sub Adeodato, anno 675.

5. In festis quibusque diebus arcam Domini cum reliquiis non Episcopi sed Leuitæ in humeris gestent, quod si & Episcopus reliquias per se deportare elegerit, non ipse à Diaconis in sellula vehatur, sed pedissequa eo vnà cum populis progressione procedente ad conuenticula sanctarum Ecclesiarum, sanctæ Dei Reliquiæ per eumdem Episcopum portabuntur, &c.

Ex Conc. Nicæno 2. vniuer. 17. sub Adriano I. anno 787.

7. Vide Ecclesia.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

36. Vide Festa.

51. Deinceps corpora Sanctorum de loco in locum nullus præsumat transferre sine consilio Principis vel Episcoporum & sanctæ synodi licentia.

Ex Concil. Pictauiensi 2. sub Paschali II. anno 1109.

11. Sanctorum reliquias, causa pecuniæ & quæstus circumferentes, ad prædicationem non admittantur.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 12. sub Innocent. II. anno 1215.

62. Antiquæ reliquiæ amodò extra capsam non ostendantur, nec exponantur venales, inuentas autem de nouo nemo venerari præsumat, nisi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ.

Ex Concil. Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

21. Vide Ecclesia.

Sx

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

5. Si in Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, conuentualib. & cæteris, extra Altaria reliquiæ habeantur, de ipsarum veritate & certitudine, quorum Sanctorum sint, per singulos Comprouinciales Episcopos in singulis eorum Ciuitatibus & Diœcesibus cum diligentia exquiratur, quatenus, de ipsis habita certitudine deuotè venerentur & publicentur populis, & venerari mandentur, de quibus vero nulla certitudo possit haberi, in Altarib. vel alibi, si cùm visum fuerit recondantur, nec de cætero populis exponantur.

Ex Concil. Turonensi sub Nicolao V. anno 1448.

16. Ne ignotæ Sanctorum reliquiæ quæstus gratia per nostram Prouinciam deferantur.

Ex Concilio Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

43. Reliquias Sanctorum velut diuinæ gratiæ olim receptacula, &c. Monemus in Ecclesiis nostris proponendas,& religiosa pietate venerandas.

44. Caueant tamen Pastores nostri ne vspiam incertæ reliquiæ, aut nouæ sine Ecclesiæ authoritate, aut ne vllæ etiam ad quæstum proponantur.

Ex Conc. Tridentino Generali 18. sub Pio IV. anno 1562. Seff. 25. De Purgat.

Nulla admittantur noua miracula, nec nouæ reliquiæ recipiantur, nisi recognoscente Episcopo.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 1.

9. Sanctorum reliquiæ in locis honestissimis ac decoris vasculis qua debent religione obseruentur, cùm populo pietatis causa ostenduntur, lumina accendantur, ne temerè omnium oculis, neve quæstus gratia exponantur.

Ex Conc. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 1.

2. Reliquiæ Sanctorum ne in priuatis ædibus, neve apud Laicos homines, sed in Ecclesia loco conspicuo benè septo, atque vndique ornato collocentur & asseruentur, &c. Cùm vero ab Ecclesiastici ordinis hominibus, illæ cum suis loculis vasculisve suscipiuntur, vt vel populo ostendantur, vel in Altari exponantur, vel in processionibus ferantur, primùm illis thurificatio adhibeatur, sique in via ferantur tunc acoluthus Sacerdoti illas ferenti præat, qui item thurificet, &c. Dùm in Altari expositæ sunt candelæ saltem quatuor grandiores accensæ ibi colluceant, ad earumque custodiam adhibeantur qui semper assistant, vnus duove sacris ordinibus initiati, iisque moribus probati, ac superpelliceo induti.

Ex Concilio Mediolanensi 5. sub Gregorio XIII. anno 1579. Parte 1.

6. Ne sacræ reliquiæ in Ecclesia eiusve sacristia reconditæ, è loco vbi asseruantur, ad ægrotos vllo modo exportentur.

Ex Concil. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

3. Ne sine Episcopi facultate litteris consignata extra diœcesim sacras reliquias portari, nec quæ etiam aliunde allatæ sunt, intra diœcesis quoque fines ab vna Ecclesia eiusve Rectore, etiam de consensu Capituli, alteri Ecclesiæ donari, ac particulari concedi liceat, proposita excommunicationis pœna quam subeat, tùm is qui dederit concesseritve, tùm ille qui acceperit vel asportarit, etiam Ecclesiæ suæ nomine.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

35. Vide Conc. Mediolan. 1. an. 1565. p. 1. cap. 9. Mediol. 4. an. 1576. p. 1. c. 2.

Ex Conc. Aueniouensi sub Clemente VIII. anno 1594.

25. Vide Conc. Trident. sess. 25. de purgat. Non vulgò neque facilè nimis frequenterve populo inspiciendæ proponantur, sed diebus dumtaxat solemnibus, ne ad infirmos afferantur, nisi maxima ex causa ab Episcopo approbanda, si rumor incertus de miraculo vel ad Reliquias vel ad imagines SS. edito in vulgus prodierit, diligenter rem totam explorabit Episcopus, ne falsa pro veris irrepant.

Ex Concil. Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

16. Cùm publicæ venerationi in Ecclesia sacræ reliquiæ proponuntur, ne permittant capsulas apponi ad eleemosynas colligendas, &c. Corpora Sanctorum transferri non possunt, sine Sedis Apostolicæ licentia.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

6. In locis honestis ac decentibus vasculis siue capsis qua debent religione asseruentur SS. reliquiæ, nunquam tamen & nullibi proponantur venerandæ, nisi quæ ab Episcopo probatæ fuerint veræ reliquiæ, qui de nouo inuentas non nisi consultò & expressè approbante summo Pontifice venerandas exhibeat, &c. Populo dumtaxat festis solemnioribus proponantur, atque nonnisi à Sacerdote aut in sacris ordinibus constituto, & superpelliceo induto, ardenti face præeunte deferantur. In loco decenti & mundo, panòque serico ornato, ardente in eodem si fieri possit perpetuò lampade asseruentur, clauibus obserentur capsæ aut armaria in quibus reconduntur, nec aperiantur capsæ nisi de expresso solius Episcopi mandato, &c. Curent Episcopi earumdem inuentarium in singulis Ecclesiis fieri, cuius transcriptum penes se habeant, originale vero in Ecclesiis in quibus tales reliquiæ fuerint, perpetuo maneat, dictæ vero reliquiæ ad ægrotos nonnisi in extrema necessitate, & tunc de expresso mandato Episcopi deferantur, caueantque Sacerdotes & alij omnes cuiuscunque ordinis & sexus, illis vel ad superstitiosas obseruationes vsusque prophanos, sub excommunicatione ipso facto incurrenda.

RITVS ECCLESIÆ.

Ex Concilio Toletano 17. sub Sergio, anno 694.

3. Decernimus vt deinceps non aliter per totius Hispaniæ & Galliarum Ecclesias solemnitas Cœnæ Domini celebretur, nisi pedes, vnusquisque Pontificum

Pontificum seu Sacerdotum secundum sacrosanctum exemplum, suorum leuare studeat subditorum, quod si quisquam Sacerdotum hoc nostrum distulerit adimplere decretum, duorum mensium spatiis se nouerit à sanctæ communionis perceptione frustratum.

4. Non tantum de sacris Ministeriis, sed etiam de vniuersis Ecclesiæ ornamentis nihil vnusquisque Sacerdotum pro suis vsibus vel voluntatibus confringere, vendere, aut naufragare pertentet, si quis vero Sacerdotum hoc violare tentauerit, bonoris proprij ordinem amittat, vt sacrilegus perenni infamia denotatus, à sacræ communionis perceptione (excepto in supremo temporis cursu) omnibus diebus vitæ suæ maneat alienus.

Ex Concil. Nicæno 2. vniuer. 7. sub Adriano I. anno 787.

7. Vide Ecclesia.

Ex Concil. Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

37. Exceptis diebus Dominicis & illis solemnitatibus quibus & vniuersalis Ecclesia ob recordationem Dominicæ Resurrectionis solet stando orare, fixis in terram genibus suppliciter Dei clementia nobis profutura, nostrorum criminum indulgentia deposcenda est.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Paschali I. anno 817.

50. 51. 74. Vide Monachi.

Ex Concil. Nannetensi sub Formoso, anno 895.

4. Vide Infirmi.
9. Vide Oblationes.
15. Vide Fraternitates.

Ex Concil. Salegunstadiensi sub Benedicto VIII. anno 1022.

2. Si quando ieiunium mensis Iunij in vigilia Pentecost. euenerit, non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solemni Pentecostes, & tunc propter solemnitatem Spiritus S. Diacones dalmaticis induantur, & *alleluya* cantetur, & *flectamus genua* non dicatur.

3. Nullus Christianus vxorem ducere debet ab aduentu Domini vsque in octauas Epiphaniæ, & à Septuagesima vsque ad octauas Paschæ, nec in quatuor diebus ante festiuitatem S. Ioan. Baptistæ, nec in ieiuniorum diebus siue in omnium solemnium dierum præcedentibus noctibus.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

9. Omnes & singuli Sacerdotes Parochiales maxime quando omnibus diebus Dominicis celebrare debuerint, alba cocta siue stola induti aquam exorcizent, seu benedicant cum sale & aqua, Altare Ecclesiarum & populum antequam celebrent aspergant, cum antiph. *Asperges me*, &c. vel alia quæ tempore occurret, & psalmo vel versu *Miserere*, &c.

Ex Concil. Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

Omnes Sacerdotes, qui Parochiis præsunt, singulis diebus Dominicis aquam & sal benedicant, ac vnà cum toto Clero ad ipsas Ecclesias spectante, horis consuetis ante Missarum solemnia processionaliter circumeant, omnibus autem verè pœnitentibus confessis & contritis ipsam processionem deuotè sequentibus 40. dies indulgentiarum de iniunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxamus.

Ex Concilio Toletano sub Sixto IV. anno 1473.

20. Laruas, ludos, monstra, spectacula, figmenta, & tumultuationes fieri, carmina quoque turpia, & sermones illicitos dici tàm in Metropolitanis quàm Cathedralibus cæterisque nostræ Prouinc. Ecclesiis, dùm diuina celebrantur, omnino prohibemus, & Clerici qui præmissa ludibria & inhonesta figmenta officiis diuinis immiscuerint aut immisceri permiserint, si in Metropolitanis seu Cathedralibus Ecclesiis beneficiati extiterint, eo ipso per mensem portionib. suis mulctentur, si vero in Parochialibus fuerint beneficiati 50. & si beneficiati non fuerint 15. regalium pœnam incurrant, &c. Per hoc tamen honestas repræsentationes, & deuotas quæ populum ad deuotionem moueant, non intendimus prohibere.

Ex Concil. Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 3.

28. Collegia in Ciuitate Coloniensi in quatuor summis anni festis ac diebus celebribus sequentibus, quæque in suis Ecclesiis diuinum officium statis horis concelebrent ac peragant, neque his diebus, nisi cùm nos in summo templo nostro præsentes erimus, collegialiter accedant.

29. Reliquas processiones, more antiquo, obseruari volumus.

30. Collegia singula in suis templis, vigilias in anniuersariis Episcoporum deuotè absoluant, deinde Ecclesiam maiorem ad sacrum tantum accedant, illic tantisper facturi moram donec id compleatur.

Parte 9.

18. Processiones ac supplicationes de cætero, intra septa Ecclesiarum, religiosè fiant.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

23. Quotiescunque in sacris concionibus aut missis, nominis sanguinis vel corporis Christi, aut Dei genitricis Mariæ Virg. fiet mentio, aut quando *Gloria in excelsis*, aut *Gloria tibi Domine* ante Euangelij initium, aut Natiuitatis Christi ex Virg. & incarnatio in Symbolo, aut gratiarum actio in præfatione canuntur, vel commemorantur, omnes detecto capite, genibusque flexis ante Altare, vel vt locus tempusque postulauerit, Deo reuerentiam exhibeant debitam.

Ex Concilio Coloniensi 2. sub Paulo III. an. 1549. Cens. contra abusus.

22. Quidquid non valet ad deuotionem excitandam, à processionibus remoueatur, sed sint processiones compositæ, graues & modestæ, absint risus, ioci, & confabulationes, nec B. Virginis aut alterius cuiuslibet Sancti, plures quam imago vna vniuscuiusque circumferantur, at vbi populus vnus noluerit abusum hunc corrigere, & insolentiam prohibere Sacerdotes & Clerus talibus processionibus non intersint.

23. In omnibus cuiuscunque generis processionibus, Clerus exemplis bonis populum ædificet, & aut oret,

oret, aut cantet, cum grauitate per plateas incedens, nec dilabantur ad ientacula, nec in Ecclesiis dùm sacrum in stationibus peragitur deambulent aut confabulentur, sed Choro omnes intersint.

15. Decanis ruralibus committimus, vt ruri vbi maior est abusus per suas regiunculas Pastores adhortentur, vt ad prædictum modum suas processiones instituant, nec vagi & incompositi per agros discurrant, & præsertim rogationis tempore.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

39. Veterem morem quem in Ecclesia sequimur dum salem, aquam, & cæteras quasdam res in vsum fidelium per orationes in verbo Dei præparamus, præcipimus conseruandum.

40. Reliquas cæremonias quales sunt quæ in administratione Sacramentorum adhiberi consueuerunt, quibus adnumeramus vt templa per loca idonea habeantur, ad quorum ornatum in iis signa crucis, aliasque imagines, vexilla, vestes sacras, Altaria, & vasa sacra conseruari volumus.

42. Ordinariis locorum iniungimus vt si fortè in territoriis suis ad imaginem aliquam concursus fieri, & homines ad ipsius figuram respectum habere, & quasi quandam diuinitatis opinionem illi tribuere animaduerterint, ipsam imaginem (adhibitis prius in consilium Theologis, & Christianarum antiquitatum scientissimis, iuxta ac pientissimis viris) pro causæ qualitate, auttollant aut mutent, & aliam à prima, notabili quantitate differentem reponant.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

60. Præfecti Ecclesiarum Collegiatarum cum suis quisque Canonicis ac beneficiariis vocatus superpelliceo vel aliis sacris vestibus indutus publicas processiones prælata cruce semper obeat, ad huiusm. processiones Episcopi, cùm eis videbitur, vocent Regulares omnes quamuis exemptos, cruces Clerici ferant talari veste & superpelliceo induti, &c. Edendi & bibendi consuetudinem, secumve esculenta & poculenta deferendi, aut ea vendendi in sacris supplicationibus habendis vineisque lustrandis, & suburbanis Ecclesiis visitandis Parochi tollere studeant.

Parte 3.

1. Curent Episcopi, vt retento piæ eleemosynæ instituto, tollantur publicæ illæ comessationes, cæteraque huius generis quæ à sodalitatibus quas confratrias vel confraternitates vocant præsertim intra ambitum Ecclesiarum die Pentecostes, & die cœnæ Domini, aut certis aliis solemnibus festis diebus pietatis specie fieri solent.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio IV. anno 1569. titulo 2.

7. Quæ processiones post solemnem illam quæ manè in celebritate Corporis Domini fit vel eo die, vel reliquis septem diebus sequentibus obiri solent, ea ne fiant, nisi quibus Ecclesiis Episcopus concesserit, iisque facultatem tantum det, vt manè non a prandio habeantur.

10. Sexta quoque feria in singulas hebdomadas, paulò ante horam nonam signum in vnaquaque Ecclesia campanæ sono detur, quo fideles admoniti eadem hora Iesu C. D. passionem recolant, terque orationem Dominicam & salutationem Angelicam pronunciantes quadraginta dierum indulgentiam, quam in sua quisque Episcopus Diœcesi concedet, consequantur.

18. Ne quis ad templa ornanda, peristromatis aulæisque vtatur quæ obscœnis figuris intexta sint, neque item pictas imagines & signa adhibeat, quæ vel Ethnicorum hominum vel aliarum rerum loci sanctitati repugnantium formam & speciem præseferant, in omni præterea publicarum supplicationum processionumve apparatu, quæ obscœnarum rerum speciem ostendunt, ea ne adhibeantur.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII. anno 1573.

5. Curet Episcopus & sacrosanctæ Crucis insigne vel ligno vel lapide vel marmore expressum in vrbe & diœcesi sua, vbi trivia frequentiora sunt publicè proponatur, & ne humi exprimatur, neve sordidis & aliqua labe inquinatis locis; singulis diebus Dominicis Sacerdos Missæ Parochialis sacrum facturus, antequam illud inchoet, aquam sale aspersam benedicendo renouet, eamque vt moris est aspergat. Constitutio Gregor. XIII. qua sub excommunicatione ipso facto interdicitur, ne agni imagines figuratæ ceræ illæ formæ, & per Rom. Pont. consecratæ, minio auro aut vllo colore inficiantur, neque venales proponantur promulgetur in Ecclesia, &c. Dominico die qui de palmis dicitur, in Ecclesia palmæ & oliuæ solemni ritu benedicantur, vt festo die Purificationis B. M. V. candelæ, &c. Ad preces quæ super puerperam funduntur, cùm post prolem emissam illa acturа gratias ad Ecclesiam se confert, Parochus puerperæ domum ne ingrediatur, nec illis panis benedictus sub hostiæ forma præbeatur.

Ex Conc. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII, anno 1576. Parte 1.

14. Parochialis Ecclesia campanas tres aut saltem duas habeat, simplex Ecclesia Oratoriumve vnam tantum campanulam, nec ipsis res vlla prophana deinceps insculpatur, sed crux & sacra aliqua imago, neque tursus ex in turrim campanilem sustollantur antequam ab Episcopo ritè precibus ac benedictione consecratæ sint.

Parte 2.

10. In omni processione, in illa præsertim quæ solemni die Corp. Domini agitur, Clerus sæcularis superpelliceo mundo candidoque indutus adsit, &c. Sacratum imaginum insignia vexillave Cleri, ne Laicus homo in processione præferat, vbi Clericus quisquam est qui hoc munus præstare possit, &c. Musicis vero cuiusvis generis instrumentis in processionibus sonari ne vllo modo permittantur.

Ex Concil. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

17. Stati dies processionum quæ pro gratiarum actione fient, hi sint, Dominicus dies, vel feria quinta, si vero pro calamitatibus peste, bello, fame, aliisque id generis supplicandum est, processiones publicæ agantur feria quarta, sexta & Sabbato.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

55. Populorum processiones quæ festis diebus ad aliquas

aliquas Eccl. deuotionis causa fieri consueuerunt approbantes præcipimus ipsarum Ecclesiarum Curatis, vt studeant paratum ibi habere Concionatorem, &c. Comessationes vero, ebrietates, lusus improbos & inhonestos, choreas, turpes cantilenas, omnem denique luxum & lasciuiam, atque omnem festorum prophanationem damnamus & reprobamus.

24. Die festo B.M.V. Purificationi dicato, &c. Vide Conc. Mediol. 1573. c. 5. vtroque autem tempore in singulis Eccl. vbi solemnis illa candelarum & oliuarum benedictio facta est, aut in earum ambitu alibive processio agatur, Curati ne permittant esculenta appendi oliuis benedicendis, moneantque populum benedictionem illam non cadere super esculenta, sed super oliuas, caueant ne benedictionem impertiant ad veneficia, maleficia, aut alia huiusm. superstitiosa. Parochus puerperam ne benedicat nisi in Eccl. cui etiam solum detur aliqua sacra imago deosculanda, cum aspersione aquæ benedictæ, neque vllo modo detur panis benedictus sub hostiæ forma, aut quid huiusm.

31. Vide Ecclesia.

33. Controuersias omnes de præcedentia quæ persæpe oriuntur inter Ecclesiast. personas tàm sæculares quàm regulares, tùm in processionibus publicis, tùm in iis quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporib. & in deferenda vmbella & aliis similibus, Episcopus amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscunque componat. In Processionibus Clerici omnes sæculares & regul. & qui in Ecclesia Cathedrali dignitates obtinent bini semper procedant, neque inter eos Laici homines vllo modo interiecti incedant, neque item inter eosdem & Episcopum Laicis locus sit. Sacras imagines, &c. V. Conc. Mediol. 1576. p. 2. c. 10. ad tollendas controuersias declaramus Clericos seminarij esse de gremio Eccl. Cathedralis, & propterea in processionibus ac aliis actib. publicis cum Clero Ecclesiæ Cathedralis incedere debere.

34. Parochus Concionatorve quo tempore indulgentiæ exponuntur doceat diligenter eius consequendæ causa non esse necessariam præstitutæ eleemosynæ largitatem, vt celebrem eum Ecclesiæ thesaurum spiritualiaque munera exponi omnes intelligant, non ad quæstum sed ad peccatorum satisfactionem.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

46. Vide Conc. Mediolan. 1569. c. 7. Aquensi. 1585. cap. 33.

48. Parochus Concionatorve indulgentiarum valorem interdum explicet simulque ostendat, quo in pretio à cunctis fidelibus haberi debeat.

SABBATI ABSTINENTIA à carne.

VErbo Abstinentia, Conc. Roman. 1078. cap. 18. Mogunt. 1549. c. 47.

SACRAMENTA.

Ex Concil. Londinensi sub Gregorio IX. anno 1237.

2. SAcramenta Ecclesiast. in quibus tanquam in vasis cœlestibus salutis remedia continentur, nec non oleum sanctificatum est Chrisma, à Ministris Ecclesiæ pnrè atque deuotè qualibet exclusa cupiditate, statuimus & statuendo præcipimus exhiberi, sunt autem Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema-vnctio, Matrimonium atque Ordo.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

6. Omnia Sacramenta Ecclesiast. quantum possibile fuerit à ieiunis ministretur, cum ornamentis necessariis seu paramentis, & gratis.

Ex Conc. Later. vniuers. 17. sub Leone X. anno 1517. Sess. 11. De Religiosis.

4. 5. Vide Monachi.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De fide.

10. Vide Confess. fidei Cathol.

Ex Concilio Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 8.

1. Sacramenta Ecclesiast. gratis ministrentur, neque pro baptizandis consignandisque fidelibus, neque pro collatione Chrismatis vel promotionibus graduum, neque aliis Sacramentis distribuendis pretia qualibet vel præmia, nisi quid voluntariè offeratur, recipienda sunt.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

15. Lingua Latina in Sacramentorum administratione, aliisque Ecclesiasticis officiis per totam nostram diœcesim retineatur, & exclusa reuocetur.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

1. Sacerdotes in Sacramentorum administratione semper superpelliceum & stolam adhibeant.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

4. Vide Presbyteri.

Ex Conc. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

11. Pro Sacramentorum ministerio nullus Sacerdos quantumvis egens, verbis aut nutib. quidquam prorsus vel minimum petat, exigatve, excommunicati, hæretici, infideles, Iudæi, ne Sacramentorum administrationi interesse permittantur, imo nec Catechumeni.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

13. Parochi ritè & qua decet sedulitate Sacramenta fidelibus administrent, nec aliis vnquam nisi præscriptis à Roman. Ecc. Sacramenta administrandi formulis & cæremoniis, neque cum alio rituali aut Ordinario quam ad vsum Romanum, vt iisdem omnes cæremoniis vbique vtantur, &c. Sit insuper Parochus purus, & ab omni labe lethalis peccati alienus, mundo superpelliceo stolaque sit semper indutus, &c. Caueant maximè, ne in Sacramentorum administratione quidquam prorsus verbis aut etiam signis, vel minimum quovis modo petatur aut exigatur, &c. Nulla Sacramenta conferantur arma gestantibus, sed ea deponant suscipientes, & eorum Patrini quando necessarij sunt.

SACRILEGI.

Ex Concilio Tullensi 2. sub Nicolao, anno 860.

1. SI quis oblationes fructuū & rerum omnium quæ Ministris Ecclesiæ conferuntur aut collatæ sunt, extra Ecclesiam accipere vel dare voluerit, præter conscientiam Episcopi, vel eius qui constitutus est ab eo ad dispensanda officio Ecclesiastico disposita, tàm is qui dat, quàm is qui accipit, anath. sit.

Ex Conc. Constantinop. Gener. 8. sub Adrian. II. anno 869.

16. Prohibetur sacrilegus ille vsus à Michaële Imperat. introductus quo Laici, lusus causa sacra indumenta gestarent Sacerdotum, grauissimis pœnis eius criminis reos afficientes.

Ex Concilio Triburiensi sub Formoso, anno 895.

6. Vide Ecclesia.

Ex Concil. Tolosano sub Victore II. anno 1056.

8. Nemo Laicorum Abbatiam Monachorum, vel Clericorum, Archidiaconatum, neque Præpositurtam vel honorem Presbyterij aut Sacristæ seu Magistri scholæ, neque vllos honores ad ius prædictum pertinentes ausit suis vsibus retinere, & si fecerit excommunicetur.

Ex Conc. Quintilineburgensi sub Gregorio VII. anno 1085.

3. Pro sacrilegio excommunicati non recipiendi absque solida reconciliatione, & nisi dudum quæ sacrilegè sibi vendicauerint, reddiderint.

Ex Conc. Sabinensi in Hispan. sub Ioanne XXII. anno 1322.

25. Purgatio Canonica in causis sacrilegiorum vel aliis quibuscunque nullatenus indicatur, nisi tali casu pro quo de iure sit purgatio indicenda.

Ex Conc. Later. vniuers. 17. sub Leone X. anno 1517. Sess. 9. De Reformat.

20. Vide Absolutio.

Ex Concil. Trident. Gener. 18. sub Paulo III. anno 1545. Sess. 4.

Ne de cætero quisquam quomodolibet verba scripturæ sacræ ad scurrilia, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, impias & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiam famosos audeat vsurpare, & omnes huius generis homines temeratores & violatores Verbi Dei, iuris ac arbitrij pœnis per Episcopos coërceantur.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 1.

2. Episcopi grauiter animaduertant in eos qui sacræ scripturæ verbis vel sententiis ad iocum adtentationem, contumeliam, superstitionem, impietatem aut ad quosvis prophanos sensus abutuntur.

11. Quicunque Deo palàm seu publicè maledixerit, contumeliosisque aut obscœnis verbis D. N. I. C. vel gloriosam Virginem Mariam expressè blasphemauerit, si Clericus sit, primum fructib. vnius anni beneficiorum Ecclesiast. mulctetur, si iterum in eo peccauerit, eo beneficio quod habet priuetur, si tertio blasphemauerit, dignitates ac beneficia omnia eo ipso amittat, si vero Laicus fuerit, primo aut etiam secundo pecunia mulctetur, tertio grauem pœnitentiam publicè agat.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569, Titulo 1.

3. Vide Fraternitates.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

16. Si quis personatus, vestes Clericales aut Monachales, aut ad eorum formam induerit, & is qui eas assumpserit, & is qui accommodarit graues pœnas subeant.

26. Vide Ecclesia. Nullus vestibus Religiosorum hominum aut mulierum vtatur ad laruas vel ad scurrilia sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

39. Ad scurrilia vel laruas indumentis sacris aut vestibus Sacerdotum aut Religiosorum qui temerè ausus fuerit vti, excommunicatus nominatim deuuncietur.

SCHISMATICI.

Ex Canon. Apostolorum Clementis I. an. 93. & Epitome Adriani I. an. 773.

32. PResbyter qui contempto Episcopo suo seorsum conuentus fecerit, deponatur, cæteri quicunque tali consentiunt, deponantur, Laici vero segregentur, hæc autem post vnam, & secundam & tertiam obsecrationem fieri conueniunt.

Ex Concilio Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

33. Non oportet vnà cum hæretico vel schismatico orare.

Ex Conc. Carthaginensi 2. sub Siricio, an. 397. seu sub Celestino, anno 425.

8. Si quis Presbyter à Præposito suo excommunicatus vel correptus fuerit, debet vtique apud vicinos Episcopos conqueri, vt ab ipsis eius causa possit audiri ac per ipsos suo Episcopo reconciliari, quod nisi fecerit sed superbiat (quod absit) inflatus, secernendum se ab Episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquib. Schisma faciens sacrificium Dei obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat, nihilominus & de ciuitate & congregatione in qua fuerit longius repellatur, ne vel ignorantes vel simpliciter viuentes serpentina fraude decipiat.

Ex Concil. Ephesino Gener. 3. sub Celestino, anno 431.

1. Si quispiam Metropolita Prouinciæ, derelicta sancta & œcumenica Synodo, aut accessit ad illorum defectionis consessum, aut accedet imposterum, siue cum Celestio sit aut sentiet, ipse nihil amplius poterit agere aduersus Prouinciæ Episcopos, vt qui iam inde à Synodo totius Ecclesiast. cōmunionis expers sit factus,

& prorsus inutilis, sed & ipsis Episcopis illius Prouinciæ circumque vicinis Metropolitis recta sentientib. subiacebit, vt omnino deiectus sit à Sede Episcopatus.

2. Si qui Prouinciales Episcopi à S. Synodo absuerunt, & deficientib. adhæserunt, aut adhærere tentauerint, vel etiam postquam subscripserunt Nestorij depositioni, rursus ad defectionis consessum recurrerunt, istos placuit sanctæ Synodo penitus alienos esse à Sacerdotio & à gradu cecidisse.

4. Si qui Clericorum defecerint & ausi fuerint vel priuatim vel publicè quæ sunt Nestorij aut Celestij sapere, sancitum est à S.Synodo, istos quoque depositos esse.

Ex Concilio Regiensi sub Sixto III. anno 439.

3. Statuitur ne qui Episcopi aut Clerici ex Schismaticis aut hæreticis ad Ecclesiam redirent, sedib. ac dignitatib. suis quib. priuati erant, restituerentur.

Ex Concilio Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

2. Si qui Clericorum rebelli authoritate se in vnum, coniuratione intercedente, collegerint, & aut Sacramenta inter se data, aut chartulam conscriptam fuisse patuerit, nullis excusationib. hæc præsumptio præueletur, cùm in Synodum ventum fuerit, in præsumptorib. iuxta personarum & ordinum qualitatem, à Pontificib. qui tunc in vnum collecti fuerint, vindicetur.

Ex Conc. Constantinop. vniuer. 8. sub Adrian. II. anno 869.

4. Photium contra ius fasque præcipiti temeritate velut atrocem lupum in gregem Christi insilientem, orbemque terrarum perturbatione complentem, nunquam antea Episcopum fuisse, neque nunc vlla ratione esse iusto decreto declaramus, nec ab illo creatos, in eo Sacerdotij gradu in quem ab eo promoti sunt manere, Præfectis quoque Monasteriorum ab eo prouectis, Præfecturam abrogamus.

6. Vt cunctæ res gestæ per Photium, potissimum in Nicolaum Rom. Pont. nullius sint roboris.

25. Ne qui hactenus adhærentes Photio, Episcopi consecrati à Methodio siue Ignatio, etiamsi resipiscant, spem vllam habeant restitutionis Episcopatus.

Ex Concil. Coloniensi sub Stephano VI. anno 887.

2. Schismatici & raptores rerum Ecclesiast. in festiuitate S. Ioannis Baptistæ, 8. Kal. Iul. in foro Iulij, quando iterum Synodus celebranda erit, pœnitentiæ & emendationi secund. Priscorum statuta Patrum, se summittant, aut si hoc contempserint, perpetuo & irreuocabili eos anathemate feriendos esse denunciamus.

Ex Concil. Lateran. 1. vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1122.

6. Ordinationes quæ à Burdino Hæresiarcha, postquam à Rom. Eccl. est damnatus, quæque à pseudo Episcopis per eum postea ordinatis factæ sunt, irritas esse decernimus.

Ex Conc. Later. 2. vniuers. 10. sub Innocent. II. anno 1139.

30. Ordinationes factas à Petro Leonis & aliis Schismaticis & hæreticis euacuamus, & irritas esse cēsemus.

Ex Concilio Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

17. Ordinationes factas à filio Petri Leonis & aliis Schismaticis euacuamus, & irritas esse censemus.

Ex Concilio Turonensi sub Alexandro III. anno 1163.

9. Ordinationes factas ab Octauiano, & aliis Schismaticis & hæreticis euacuamus, & irritas omnes esse dicimus & decernimus.

Ex Conc. Lateran. vniuer. 11. sub Alexand. III. anno 1179.

Ordinationes ab Octauiano & Guidone Hæresiarchis, necnon & Ioan. Strumensi qui eos sequutus est, factas & ab ordinatis ab eis, irritas esse censemus, &c. Alienationes quoque seu inuasiones de reb. Ecclesiasticis per eosdem seu Laicos factæ, omni careant firmitate, &c. Qui autem spontè iuramentum de tenendo Schismate præstiterint, à sacris ordinib. & dignitatib. maneant suspensi.

SEMINARIVM.

Vide Conclaue Episcopi.

Verbo Beneficium Ecclesiast. Conc. Trid. sess. 23. cap. 6.

V. Clerus, Trident. 1562. c. 18. Aquens. 1585. c. 38. Auenion. 1594. c. 49.

V. Ritus Ecclesiæ Conc. Aquens. 1585. c. 33.

SEPVLTVRA.

Ex Concil. Valentino Hispan. sub Ioanne I. anno 524.

4. Vide Episcopi.

Ex Concilio Arelatensi 3. sub Ioanne I. anno 524.

Iuxta decretorum lib. MS.

Laici qui excubias funeris obseruant, cum timore & terrore & reuerentia hoc faciant, nullus ibi diabolica carmina præsumat cantare, nec ioca nec saltationes facere, quæ Pagani (docente Diabolo) idinuenerunt, &c. Si quis autem cantare desiderat, *Kyrie eleison* cantet, si autem aliter, omnino taceat, si autem tacere non vult, in crastino à Presbytero taliter coërceatur, vt alij timeant.

Ex Concilio Vasionensi 3. sub Felice IV. anno 529.

Præcipiendum est secund. Canonum authoritatem, vt de sepulturis & hominib. sepeliendis nil muneris exigant, nisi fortè qui sepelitur viuens iusserit, Ecclesiæ in cuius atrio sepelitur aliquid de reb. suis tribuere, aut etiam post mortem ipsius, illi quib. commissum est eius eleemosynam facere, de reb. illius aliquid spontè dare voluerint.

Ex Concilio Aurelianensi 2. sub Silverio, anno 536.

5. Nullus Episcopus ad sepeliendum Episcopum venire, conficta occasione, dissimulet, &c. Is vero Episcopus

ſcopus qui defunctum aduenerit ſepelire, præter expẽſam neceſſariam, nihil pretij pro fatigatione depoſcat.

Ex Concilio Aruernenſi ſub Vigilio, anno 540.

3. Nec pallis vel miniſteriis diuinis defunctorum corpuſcula obuoluantur.

3. De opertorio Dominici corporis, ſeu palla Altaris, nunquam Sacerdotis corpus dum ad tumulum euehitur, obtegatur.

Ex Concilio Braccarenſi 1. *ſub Ioanne III. anno* 563.

18. Placuit vt corpora defunctorum nullo modo in Baſilica Sanctorum ſepeliantur, ſed ſi neceſſe eſt, de foris circa murum Baſilicæ, vſque adeo non abhorret.

Ex Concil. Matiſconenſi 2. *ſub Pelagio II. anno* 588.

17. Comperimus multos necdum marcidatis mortuorum membris ſepulchra reſerare, & mortuos ſuos ſuperimponere, vel aliorum, mortuis ſuis religioſa loca vſurpare ſine voluntate Domini ſepulchrorum, ſtatuimus vt nullus deinceps hoc peragat, quod ſi factum fuerit ſecund. legum decreta, ſuperimpoſita corpora de eiſdem tumulis reiactetur.

Ex Concilio Toletano 3. *ſub Pelagio II. anno* 589.

22. Religioſorum omnium corpora qui diuina vocatione ab hac vita recedunt, cum pſalmis tantummodo, & pſallentium vocibus debere ad ſepulchra deferri, nam funebre carmen quod vulgò defunctis cantari ſolet, vel in pectorib. ſe aut proximos aut familias cædere omnino prohibemus, &c.

Ex Concilio Antiſiodorenſi ſub Gregorio I. anno 590.

12. Non licet mortuis nec Euchariſtiam nec oſculum tradi, nec velo vel pallis corpora eorum inuolui.

14. Non licet in baptiſterio corpora ſepelire.

15. Non licet mortuum ſuper mortuum mitti.

Ex Concil. Toletano 7. *ſub Theodoro, anno* 646.

3. Si quis Sacerdotum ad humanda decedentis Epiſcopi membra venire commonitus, pigra voluntate diſtulerit, appellantib. Clericis obeuntis Epiſcopi, ad Synodum ſiue apud Metropolitanum Epiſcopum tempore anni vnius, nec faciendi Miſſam, nec communicandi habeat omnino licentiam.

Ex Conc. Bauarico apud Dingoluingam, ſub Adriano I. anno 772.

13. Notitia qualem conuenientiam gentis Bajoariorum Epiſcopi & Abbates inter ſe fecerunt, vt eorum quis de hac luce migraret, vnuſquiſque ſuperſtitum Epiſcoporum vel Abbatum pro defuncto in domo ſua Epiſcopali vel cœnobio 100. Miſſas ſpeciales, & eod. numero pſalteria cantare faciat, ipſe vero de propria perſona ſua 30. ſpeciales Miſſas compleat, vel à Religioſis ſibimet ſubiectis implere omnino prænotatum faciet numerum, Presbyteris ſiue Monachis cùm de hoc ſeculo migrauerint, Epiſcopus ſeu Abbas vno Presbytero vel Monacho 30. Miſſas ſpeciales, totidem pſalteria faciat celebrari.

Ex Concilio Arelatenſi 4. *ſub Leone III. anno* 813.

21. De ſepeliendis in Baſilicis mortuis illa conſtitutio ſeruetur, quæ ab antiquis Patribus conſtituta eſt.

Ex Concil. Moguntino ſub Leone III. anno 813.

52. Nullus mortuus intra Eccleſiam ſepeliatur, niſi Epiſcopi aut Abbates, aut digni Presbyteri, vel fideles Laici.

Ex Concilio Meldenſi ſub Sergio II. anno 845.

63. Si quilibet pro loco ſepulturæ aliquid largitus Eccleſiæ fuerit, neque de decimis & oblationibus fidelium cuiquam Presbyter aliquem cenſum perſoluere cogat, nec quiſquam cuiuſlibet ordinis vel dignitatis exinde quidquam ſubtrahat, aut redhibitionem quamcunque exigat temporalem, quod ſi fecerit, communione vſque ad ſatisfactionem priuetur, &c.

72. Vt nemo quemlibet mortuum in Eccleſia quaſi hæreditario iure, niſi quem Epiſcopus aut Presbyter pro qualitate conuerſationis & vitæ dignum duxerit, ſepelire præſumat, nec quiſquam oſſa cuiuſlibet mortui de ſepulchro ſuo eiiciat, aut ſepulturam cuiuſquam temerario auſu quoquomodo violet, &c. Si quando autem proximi vel hæredes ſpontè aliquid offerre in Eccleſia voluerint, in eleemoſyna defuncti accipere non vetamus, peti vero aut aliquid exigi omnino prohibemus.

Ex Concilio Valentino in Gallia ſub Leone IV. anno 855.

12. Vide Duellum.

Ex Concil. Metenſi ſub Stephano VI. anno 888.

2. Pro ſepultura nullum pretium detur.

Ex Concilio Triburienſi ſub Formoſo, anno 895.

15. Vbicunque facultas rerum & opportunitas temporum ſuppetit, ſepultura morientium apud Eccleſiam vbi Sedes eſt Epiſcopi celebretur, ſi autem propter itineris longinquitatem aut difficultatem impoſſibile videatur, expectet eum terra ſepulturæ ſuæ, quò Canonicorum aut Monachorum aut Sanctimonialium congregatio ſancta communiter degit, quod ſi & hoc ineptum & difficile æſtimetur, vbi decimam perſoluebat viuus, ſepelietur mortuus.

16. Interdictum ſit omnibus omnino fidelibus terram mortuis vendere, & debitam ſepulturam denegare, niſi fortè proximi & amici defuncti, propter nomen Domini, & redemptionem animæ viri, gratis aliquid donare velint.

17. Nullus deinceps Laicus in Eccleſia ſepeliatur, &c. Corpora antiquitus in Eccleſia ſepulta nequaquam proiiciantur, ſed pauimento deſuper facto, nullo tumulorum veſtigio apparente, Eccleſiæ reuerentia conſeruetur; vbi vero præ multitudine cadauerum difficile ſit facere, locus ille cœmeterium, & polyandrium habeatur, ablato inde Altari, & conſtituto vbi religioſè ſacrificium Deo valeat offerri.

Ex Concilio Nannetenſi ſub Formoſo, anno 895.

6. Præcipiendum ſecund. Canonum authoritatem,

ac de sepulchris & hominib. sepeliendis nihil muneris exigant Presbyteri, siue illi qui locis & vicis præsunt, nisi fortè qui sepelitur, viuens iusserit Ecclesiæ, in cuius atrio sepelitur de suis aliquid tribuere, aut etiam post mortem illius, quibus commissum est eius eleemosynam facere, de rebus illius aliquid dare spontè voluerint, &c. In Ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio aut in porticu, aut extra Ecclesiam, infra Ecclesiam vero aut propè Altare vbi corpus Domini & sanguinis conficitur, nullatenus habeat licentiam sepeliendi.

Ex Concil. Coyacensi sub Leone IV. anno 1050.

5. Clerici & Laici qui ad conuiuia defunctorum venerint, sic panem defuncti comedant, vt aliquid boni pro eius anima faciant, ad quæ tamen conuiuia vocentur pauperes & debiles pro anima defuncti.

Ex Concilio Placentino sub Vrbano II. anno 1095.

7. Vide Simoniaci.

Ex Concilio Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

8. Nullus deinceps sepulturam exigat.

Ex Concil. Romano 3. sub Vrbano II. anno 1099.

11. Vide Simoniaci.

Ex Concil. Londinensi 2. sub Paschale II. anno 1102.

2. Ne corpora defunctorum extra Parochiam suam sepelienda portentur, ne Presbyter Parochiæ perdat, quod illi inde iustè debetur.

Ex Concil. Londinensi 1. sub Honorio II. anno 1125.

2. Vide Simoniaci.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 10. sub Innocent. II. anno 1139.

24. Vide Simoniaci.

Ex Concil. Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

2. Vide Episcopi.

Ex Concilio Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

36. Quicunque amodò intra cœmeterium loci interdicti aliquod corpus seu corpora defunctorum sepelire præsumpserint, aut qui talia præsumentib. opem quocunque modo adhibuerint, excommunicationem ipso facto incurrant.

Ex Concilio Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

12. Ne Laici de sepulturis dandis se intromittant, nec campanas vel alia ad diuinum cultum deputata, contra voluntatem Plebanorum quocunque modo præsertim ad prophana, & Religioni Ecclesiasticæ aduersa contrectent, nec in Ecclesia & reb. earumdem, quidquam statuant, vel quomodocunque ordinare præsumant, sub pœna catentiæ sepulturæ pro decedentibus, & ingressus Ecclesiæ pro viuis.

13. Nullus Clericus suspensos patibulo, decollatos vel alios qualitercumque per sententiã morti traditos, in torneamentis, ludis, publicis spectaculis, aut alios occisos, vel subitò defunctos, qui non eod. anno confessi, vel aliàs in mortalib. peccatis morte præuenti fuerint, vel non receperint Eucharistiam, nisi de consilio Sacerdotis duxerint abstinendum tradere præsumant Ecclesiast. sepulturæ absque licentia nostra aut Vicarij nostri, nihilque pro concessione huiusm. exigatur, neque recipiatur, nisi voluntariè offerant, sed dumtaxat sibi salarium competens soluatur.

Ex Conc. Later. vniuers. 17. sub Leone X. anno 1517. Sess. 11. De Religiosis.

7. Vide Monachi.

Ex Conc. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

6. Vide Simoniaci.
8. Vide Presbyteri.
28. Vide Communio.

Ex Concilio Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 7.

28. Vide Missa.

29. Cauenda summoperè post exequias delicata conuiuia, crapulæ & comessationes, ne Deus placandus magis irritetur.

51. A sepultura Ecclesiast. nemo Christianus qui in communione decessit Ecclesiæ, arceatur, etsi casu mortuus fuerit, &c. Soli hæretici, excommunicati, publici latrones, & hi qui sibi mortem criminis conscientia adacti consciuerint, & quos in peccato lethali, nullis pœnitentiæ signis præcedentibus decessisse constiterit, prohibeantur.

Parte 8.

1. Neminem ad quæstuosas exequias cogi, aut pro sepultura munus aut precium exigi volumus, secund. Canonum sanctiones, Custodi interim ac Vespilloni de sua mercede nihil detrahentes.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

62. Ante solis ortum & post occasum, mortuum & efferri, & ad sepulturam recipi prohibemus; inter maiores Missæ celebrationem, mortuorum corpora sepulturæ causã in Ecclesiam ne inferantur. Singularum Cathedralium, Collegiatarum, & Parochialium Ecclesiarum Clericis qui in funus venerint, vna tantum suæ Ecclesiæ Crux præferatur, neque aliæ in funere deferantur, nisi quas suus quamque Clerus subsequatur, quod si alij quoque Clerici inuitati fuerint, & eius Rectoris qui inuitarit crucem prosequantur, exequiarum sepulturæ & anniuersariorum causa nemini quidquam pacisci aut exigere liceat, neque etiam petere.

63. Episcopi morem multis locis intermissum, mortuos in cœmeteriis sepeliendi, restituendum curent, & si cui locus sepulturæ deinceps dabitur in Ecclesia, humi tantũ detur & sepulchrum in quo condetur, operte foruicato, cum reliquo Ecclesiæ pauimento æquatũ sit.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 2.

16. Candelæ, cerei & quæ intortitia vocãtur in mortui funere adhibita, si quæ in Missarum celebratione, & reliquis diuinis eiusd. Ecclesiæ officiis superfuerunt, ea omnia vel ipsius Ecclesiæ Rectori, vel iis ad quos ante decreti

decreti superioris Conc. promulgationem pertinebant.

17. Episcopus, habita & locorum & personarum ratione, in funerib. & exequiis, quæ pia instituta & consuetudines laudabiles sibi videbuntur, arbitratu suo seruari iubeat, &c.

Ex Conc. Mediolanensi 4. sub Gregorio XIII. anno 1576. Parte 1.

11. Ne sepulturæ locus quouis nomine cuiquam detur, neve sepulchra fiant, construanturve in vlla quavis Ecclesia sine Episcopi concessu scriptis exarato, in Choro autem vel Capella maiori nullo modo, nec in aliis Ecclesiæ locis prope Altaria, nisi tàm longè sepulchra distent, vt sepulchrale os à scabello seu bradella Altaris procul absit spatio saltem cubitorum trium.

13. Cœmeteria muro, vel aliàs tutè vndique sepiantur, & eorum ingressus bestiis occludatur, in eorum medio crux firmiter erecta sit, &c.

15. Ex cœmeteriis vites, arbores frugiferæ, & aliæ etiam infrugiferæ cuiusvis generis, aut arbusta stirpesve omnino connellantur atque eacidantur.

Parte 2.

11. Ne cuiquam ex vlla cuiusvis ordinis Ecclesia, mortui cadauer perpetuæ sepulturæ traditum asportari liceat, nisi facultate ab Episcopo impetrata, &c. Parochus in cuius Parochiæ fines aliquis alienæ Parochiæ occisus est, eius cadauer liberè aliò transferri nullo prætextu prohibeat, nihilque ea de causa accipiat, si vero translatio ea cum funere fit, liberum ei sit vti iure suo, &c. Crucis vel campanarum, aliove quovis nomine ne ab iis qui funeris curationem habere solent, quicquam in funere, vel funetis vel exequiarum causâ exigi accipive liceat.

Ex Concil. Mediolanensi 6. sub Gregorio XIII. anno 1582.

16 Clericus mortuus vestitu Clericali Ecclesiast. quem ordinis sui ratio deposcit, indutus efferatur Diaconali Ecclesiasticaque veste Diaconus, Sacerdotali Sacerdos, Clericus superpellicco tonsuraque ornatus.

Ex Concil. Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

30. Vide Conc. Mediolan. 4. an. 1576. p. 1. cap. 13. neve per illud accessus & transitus sit ad prophanas res, custodiantur ab immunditiis, purgentur sæpè à vepribus, spinis & herbis, quæ herbæ vsui non sint animalium comestioni, sed in eisdem cœmeteriis comburantur.

32. Vide Conc. Mediol. 1. an. 1565. p. 1. c. 6a. Mediol. 2. an. 1569. tit. 2. c. 16. hæredum impensa accenduntur, eius Ecclesiæ Sacristiæ in qua mortuum corpus humandum erit, continuo addicta sint excipimus ea quæ Clericis cuiusvis generis eleemosynæ causa dari solent; & quæ funeralium nomine Cathedralib. & Parochialib. Ecclesiis ex sacris Canonibus debentur, quibus nihil obsit quominus quartam funeralium huiusmodi eis debitam consequantur, nemini quemquam in funere laudare liceat, nisi & eum quem laudare velit Episcopus dignum censuerit, & laudationem scriptam antè probarit.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

29. Quæ in posterum sepulchra construentur, illorum ostia omnino duplici lapide contegantur, in quorum superiori, sine licentia Episcopi, nihil effingatur, ipsaque epitaphia, non sine ipsius consensu & approbatione insculpantur, nulla prorsus in Choro. Vide Conc. Mediol. 4. an. 1576. p. 1. c. 12. aut saltem duos cubitos procul distet.

30. Cœmeteria sint semper clausa parietibus trium cubitorum altitudinis circumsepta, ne illac animalia pertransire possint. Vide Conc. Mediol. 4. an. 1576. p. 1. c. 15. nisi in extremitate areæ forte sitæ sint, nemo in cœmeteriis deambulet, ludat, merces exponat, linteamina & alia id genus expandat, aut denique quidquam in illis prophanum exerceat.

47. Vide Conc. Aquens. 1585. c. 32.

Ex Concil. Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

17. Sepulchra quæ fiunt in Ecclesiis, præcipimus opere presso extrui, vt nihil emineat, quod incedentibus impedimento sit, cruces, calices, nomen venerabile Dei, imagines Dei & SS. insculptæ, siue inscriptæ sepulchris, vel in solo Ecclesiæ quamprimum omnino tollantur.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

24. Secunda quaque feria si fieri poterit, Missam pro defunctis celebrari curabunt Parochi, &c. Dùm publica sacrorum solemnia peraguntur, aut noctu, mortui nusquam efferantur. Intra Ecclesiam & maximè prope Altare non ita facilè admittantur sepeliendi, sed illi tantum quos aut dignitas Ecclesiast. aut nobilis prosapia, aut virtutis laudabilis splendor commendarint, quod si sepulchra intra Ecclesiam construaerint, super soli planiciem non attollantur, quibus nullæ inscriptiones nisi consulto & approbante Episcopo, Archidiacono aut Rectore Ecclesiæ apponantur, &c. Non sepelientur defunctorum corpora nisi post horas 24. nisi fuerint puerali, nec in funere, mortuum habita oratione laudabit aliquis, nisi hoc sciente & approbante Episcopo, &c. Cœmeteria omnia religiosè & honestè teneantur, debitèque claudantur muris aut fossa, ita vt bestiis in ea non pateat aditus ad quod communitates locorum per Ordinarios compellantur; &c. Decedentes in Parochia, si alibi sepeliendi sunt, id non fiat nisi vocato Parocho, & tunc matri Ecclesiæ præsententur, quæ ex funeralib. iurib. recipiat iuxta consuetudinem. Vide Forum Ecclesiast. excommunicatio, Simoniaci.

SERVI.

Vide Libertus, Ordines sacri.

SIMONIACI.

Ex Canon. Apostolorum Clementis I. an. 93. & Epitome Adriani I. an. 773.

30. Episcopus, Presbyter aut Diaconus per pecuniam ordinatus, cum ordinatore suo deponatur & excommunicetur, vt Simon Magus à Petro.

Ex Concil. Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

48. Emendari placuit vt hi qui baptizantur (vt fieri solebat) nummos in concham non mittant, ne Sacerdos quod gratis accepit pretio distrahere videamr.

Ex Conc. Nicano Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325. Editionis Arabicæ.

49. Nullus audeat ordinare Episcopum aut Sacerdotem aut Diaconum pro quauis re data, siue ante ordinationem, siue post, & qui secus fecerit deponatur.

Ex Concilio Carthaginensi, secundum Gratianum.

1. Placuit vt vnusquisque Episcopus per Ecclesias suas hoc faciat, vt hi qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntariè pro suo voto offerunt, ab eis suscipiatur, si vero per necessitatem paupertatis aliquid non habeant quod offerant, nullum eis pignus violenter trahatur à Clericis.

Ex Concilio Chalcedonensi Gen. 4. sub Leone I. anno 451.

2. Si quis Episcoporum, accepta pecunia, ordinationem fecerit, & sub pretium deduxerit impretiabilem gratiam, atque ordinauerit per pecunias Episcopum siue Chorepiscopum, siue Presbyterum, siue Diaconum, aut quemcunque alium qui connumeratur inter Clericos, aut accepta pecunia, ordinauerit Oeconomum, idest defensorem siue paramonarium, (idest mansionatium) quicunque ergo hæc meditatus fuerit, si conuictus fuerit, ipse quidem subeat gradus sui periculum, & qui sic ordinatus fuerit, nullum habeat fructum ex huiusmodi mercimonio & creatione probrosa, sed sit alienus & dignitatis & sollicitudinis eius quam per pecunias acquisiuit, sed & ille qui instans tàm turpibus & illicitis intercessor apparuit, si quidem Clericus fuerit de proprio decidat gradu, si vero Laicus siue Monachus fuerit, anath. sit.

Ex Concil. Constantinop. sub Leone I. anno 459.

1. Si quis Episcopus, &c. Vide Conc. Chalcedon. 451. c. 2.

Ex Concilio Aurelianensi 2. sub Siluerio, anno 536.

3. Vide Episcoporum Officium.

4. Si quis Sacerdotium per pecuniæ nundinum execrabili ambitione quæsierit abiiciatur vt reprobus.

Ex Concilio Aurelianensi 5. sub Vigilio, anno 552.

10. Vt nullum Episcopatum præmiis aut comparatione liceat adipisci, sed cum voluntate Regis iuxta electionem Cleri ac plebis (iuxta antiquos Canones) à Metropolitano vel quem vice sua miserit, cum Comprouincialib. Pontifex consecretur.

Ex Concil. Turonensi 2. sub Ioanne III. anno 570.

28. Nullus Episcoporum de ordinationibus Clericorum præmia præsumat exigere, quia non solum sacrilegum sed hæreticum est, &c.

Ex Concilio Braccarensi 2. sub Ioanne III. anno 572.

3. Placuit vt de ordinatione Clericorum Episcopi munera nulla accipiant, sed sicut scriptum est quod gratis, donante Deo, accipiunt, gratis dent.

4. Placuit vt modicum balsami quod benedictum pro baptismi Sacramento per Ecclesias datur, quia singuli tremisses pro ipso exigi solent, nihil vlterius exigatur.

Ex Concil. Romano 2. sub Gregorio I. anno 595.

5. Antiquam Patrum regulam sequens, nihil vnquam de ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarum, neque ex ea quam noua per ambitionem simulatio inuenit, appellatione pastelli, &c. Is tamen qui ordinatus fuerit si non ex placito, neque exactus necque petitus, post acceptas chartas, & pallium aliquid cuilibet ex Clero, gratiæ tantummodo causa, dare voluerit, hoc accipere nullo modo prohibemus, quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ ex accipientis ambitu non processit.

Ex Concilio Barcinonensi sub Gregorio I. anno 599.

1. Cùm ad officia Ecclesiast. Clerici prouehuntur, nihil pro benedictione aut Subdiaconij aut Presbyterij conlata quidquam vel sub obligationis nomine à quocunque Episcopo, vel ab eius Clerico inquiratur.

2. Cùm Chrisma Presbyteris Diœcesanis pro neophytis confirmandis datur, nihil pro liquoris pretio accipiatur.

Ex Concil. Toletano 6. sub Honorio I. anno 638.

4. Quicunque Simonis imitator simoniacæ quoque hæresis extiterit auctor, vt Ecclesiasticorum gradus non dignitate morum obtineat, sed munerum impensione conquirat, talis inuentus, sacrorum ordinum apices penitus adipisci nullo modo permittatur, sed & si adeptus fuerit, communione priuetur cum ordinatoribus suis propriorum bonorum amissione damnetur.

Ex Concilio Toletano 8. sub Martino I. anno 653.

3. Quicunque deinceps propter accipiendam Sacerdotij dignitatem quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse, anath. sit, &c. Qui hunc ordinem, munerum fuerat acceptione lucratus, & suscepto honoris gradu priuetur, & in Monasterio, sub perenni pœnitentia religetur, illi vero qui pro hac causa munerum acceptores extiterint, si Clerici fuerint honoris amissione mulctentur, si laici anathemate perpetuo condemnentur.

Ex Concilio Cabilonensi sub Vitaliano, anno 663.

16. Nullus Episcopus nec Presbyter, vel Abbas aut Diaconus per præmium ad sacrum ordinem penitus accedat.

Ex Concilio Emeritensi sub Vitaliano, anno 664.

9. Vide Baptism. & Chrisma.

Ex Concilio Toletano 11. sub Adeodato, anno 675.

8. Quicunque in Ecclesiast. ordine constitutus, aut pro baptizandis consignandisque fidelib. aut collatione chrismatis vel promotionib. graduum, precia quælibet vel præmia nisi voluntarie oblata susceperit, si sciente loci Episcopo tale quidquam à subditis perpetratur, idem Episcopus duobus mensib. excommunicationi subiaceat, sin autem suorum quispiam eodem nesciente, si Presbyter est, trium mensium excommunicatione plectatur, si Diaconus quatuor, Subdiaconus vero vel Clericus competenti pœna, & debita excommunicatione plectendus est.

9. Cùm quisque Pontificale culmen ante Domini Altare perceperit, Sacramenti exactione adstringatur, quod pro conferenda sibi consecratione honoris, nulli personæ cuiuslibet præmij collatione vel aliquando dedisset, vel aliquando in futurum dare procuret, quos autem deinceps post Prælationem per præmium ordinatos fuisse patuerit, duorum annorum spatio exilio relegati, excommunicatione coërceantur.

Ex Concil. Braccarensi 3. sub Adeodato, anno 675.

7. Vide Conc. Chalcedon. 451. c. 2.

Ex Concil. in Palat. e Vernis sub Stephano III. anno 756.

2. Vt nullus per pecunias, ad honorem vel gradum Ecclesiast. accedere debeat, quæ hæresis simoniaca esse videtur.

Ex Concil. Nicano vniuers. 7. sub Adriano I. anno 787.

5. Eos qui per auri dationem se fuisse in Ecclesia constitutos gloriantur, &c. Primum quidem vltimum proprij ordin. gradum sumere, sin autem perseuerauerint, inflicta quoque pœna corrigi decernimus, si quis autem in ordinatione hoc quandoque fecisse visus fuerit, fiat vt vult Canon. Apostol. 30. & Chalcedon. 2.

6. Vide Concilia.

19. Nonnulli eorum virorum ac mulierum qui pij ac Religiosi dicuntur, eos qui ad Sacerdotalem ord. & vitam Monasticam accedunt, pecuniis admittunt, &c. Si quis ergo inuentus fuerit hoc facere, si sit quidem Episcopus vel Monasterij Præfectus, vel ex Sacerdotali ord. vel cesset, vel deponatur, sin autem Monasterij Præfecta, à Monasterio extrudatur, & alij Monasterio tradatur ad subiectionem, &c. De iis autem quæ dantur liberis à parentibus instar dotis, vel reb. suis proprijs oblatis profitentib. iis qui ea offerunt esse Deo consecrata statuimus, vt siue maneant siue exeant, ea in Monasterio maneant, vt fuit ipsorum professio, nisi is qui præest in culpa fuerit.

Ex Concilio Foroiuliensi sub Adriano I. anno 791.

1 Nullus Canonicæ deditus ditioni, donum S. Spiritus pecuniæ precio fraudulenter deceptus vendere vel emere præsumat, ne cui in quolibet sacrum Ecclesiastici ordin. gradum muneris exigente merito, liceat quempiam subuehendo promouere, &c.

Ex Concilio Arelatensi 4. sub Leone III. anno 813.

5. Vt Laici omnino à Presbyteris non audeant munera exigere propter commendationem Ecclesiæ.

Ex Concilio Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

15. Vide Presbyteri.

Ex Concilio Cabilonensi 2. sub Leone III. anno 813.

16. Sicut pro dedicandis basilicis, & dandis ordinibus nihil accipiendum est, ita etiam pro balsamo siue luminarib. emendis, nihil Presbyteri Chrisma accepturi dent, Episcopi itaque de facultatib. Ecclesiæ balsamum emant, luminaria singuli in Ecclesiis suis concinnanda prouideant.

17. In quibusdam locis Presbyteri duodenos vel quaterdenos denarios Episcopis incensum singulis annis dant, quod penitus abolendum esse decreuimus.

18. In quibusdam locis Episcopi & Comites ab incestuosis, & ab his qui decimas non dant VVadias seu Vades accipiunt, & à Presbyteris pro quibusdam negligentiis, & inter se pecuniam diuidunt, quod penitus abolendum.

43. Sunt in quibusdam locis Scoti, qui se dicunt Episcopos esse & multos negligentes absque licentia Dominorum suorum siue Magistrorum Presbyteros & Diaconos ordinant, quorum ordinationem quia plerumque in simoniacam incidit hæresim, & multis erroribus subiacet, modis omnibus irritam fieri debere omnes, vno consensu decreuimus.

Ex Concil. Moguntino sub Leone III. anno 813.

30. Vide Presbyteri.

Ex Concilio Rhemensi 2. sub Leone III. anno 813.

21. Vide Presbyteri.

Ex Concil. Romano sub Eugenio II. anno 826.

2. Vt nullus Episcopus aliusve Sacerdos muneribus ordinetur.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

11. Prouidendum ac summoperè cauendum est, vt hi per quos & Religio Christiana constare, & cæteri ab offensione debent saluari, tales post habita simoniaca peste, eligantur quales & Apostolicus sermo & Canonicus ordo, & B. Gregorij pastoralis regula docet, scilicet vt nullius terrenæ rei gratia, nisi Dei solius eligantur.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

5. Nullus Episcoporum vel Ministrorum ipsorum deinceps pro distributione sacrorum ordinum, pro dedicatione sanctæ Ecclesiæ, seu pro acceptione sacri Chrismatis, vel pro immutatione titulorum aliquid exigere præsumat,

Ex Concilio Meldensi sub Sergio I I. anno 845.

8. Quandocunque Deo dispensante quilibet Episcopus ad Dominum migrauerit, submota funditus peste simoniacæ hæreseos, siue dilatione, iuxta authoritatem Canonicam, Sedes vacans Episcopum regulariter designatum, & gratia sancti Spiritus consecratum accipiat.

43. Cauendum, & per virtutem Christi sanguinis interdicendum, & Episcopis & Regibus, & omnibus sublimiorib. potestatibus, atque cunctis fautoribus & electorib. quotumcunque atque Censorib. seu Ordinatorib. in gradu Ecclesiast. vt nemo per simoniacam hæresim, regiminis locum obtineat, quacunque factione, calliditate, promissione seu commoditate, aut datione per se aut per emissam personam.

Ex Concil. Moguntino sub Leone IV. anno 847.

14. Quicunque Presbyter, per precium Ecclesiam fuerit adeptus, omnino deponatur.

Ex Concil. Moguntino sub Stephano V I. anno 888.

5. Vide Presbyteri.

Ex Concilio Nannetensi sub Formoso, anno 895.

7. Nullus quocunque munere aut fauore corruptus, Clericum alterius Parochiæ latenter ac furtiuè ad ordinationem subintroducere præsumat, quod si fecerit, is qui ordinatus est donum S. Spiritus, quod furari conatus est, amittat, & qui mediator extiterit, si Clericus est proprio gradu decidat, si Laicus aut Monachus anathematizetur.

Ex Concilio Romano sub Clemente I I. anno 1047.

1. Quicunque à Simoniaco consecratus fuerit, in ipso ordinationis suæ tempore non ignorans simoniacum esse cui se obtulerit promouendum, 40. nunc dierum pœnitentiam agat, & sic in accepti ordinis officio ministret.

Ex Concil. Romano 1. sub Leone I X. anno 1049.

1. Vide sup. Conc. Roman. 1047. c. 1.

Ex Concil. Rhemensi sub Leone I X. anno 1049.

3. Ne quis sacros ordines aut ministeria Ecclesiast. vel Altaria emat aut vendat, si quis Clericorum quodlibet eorum emat, id cum digna satisfactione suo Episcopo reddat.

6. Ne quis pro sepultura vel baptismo, siue pro Eucharistia aut infirmorum visitatione quidquam exigat.

Ex Concil. Tolosano sub Victore II. anno 1056.

1. Si quis Episcoporum, accepta quocunque modo pecunia ordinauerit Episcopum, Abbatem, Presbyterum, Diaconum aut quemcunque alium, ipse gradus sui subiaceat periculo, & qui sic ordinatur, sit alienus dignitatis & ordinis quem per pecuniam acquisiuit.

3. Dedicationes Ecclesiarum eadem S. Synodus per pecunias fieri nullatenus voluit.

4. Nullus Clericus vel Monachus, vel aliàs aliquis pro eis Episcopatum vel Abbatiam, vel Presbyteratum emere præsumat, sed neque Comes vel alia vlla potestas eadem vendere aut pretium pro eis accipere præsumat, qui præsumpserit communione priuetur.

Ex Concilio Romano sub Nicolao I I. ann. 1059.

9. Per simoniacam hæresim nemo ordinetur vel promoueatur ad quodlibet Ecclesiast. officium.

Ex Concilio Romano sub Alexandro I I. anno 1063.

1. Erga simoniacos nullam misericordiam in dignitate seruanda habendam esse decernimus, sed iuxta Canonum sanctiones & decreta SS. Patrum eos omnino damnamus, ac in Ecclesia non præesse Apostolica authoritate sancimus.

2. Eos qui vsque modo gratis sunt à simoniacis ordinati, non tàm obtentu iustitiæ quàm intuitu misericordiæ in acceptis ordinib. manere permittimus, nisi fortè alia culpa ex vita eorum secund. Canones eis obsistat, &c. Si quis autem in posterum ab eo quem simoniacum esse non dubitat se consecrari permiserit, & consecrator & consecratus non disparem sententiam subeant, vt vterque depositus agat pœnitentiam, & priuatus ab ea propria dignitate persistat.

8. Vide Conc. Roman. 1059. c. 9.

Ex Concilio Anglicano sub Gregorio V I I. anno 1075.

7. Nullus sacros ordin. seu officium Ecclesiast quod ad curam animarum pertineat, emat vel vendat.

Ex Concilio Romano 5. sub Gregorio V I I. anno 1078.

4. Si quis Præbendas, Archidiaconatus, præposituras vel aliqua officia Ecclesiast. vendiderit, vel aliter quam statuta SS. Patrum præcipiunt ordinauerit, ab officio suspendatur.

5. Ordinationes quæ interueniente pretio, vel precibus vel obsequio alicuius personæ ea intentione impenso, vel quæ non communi consensu Cleri & populi secund. Canonicas sanctiones fiunt, & ab his ad quos consecratio pertinet non comprobantur, & irritos esse iudicamus.

12. Si quis Episcopus fornicationem Presbyterorũ, Diaconorum seu Subdiaconorum, vel crimen incestus in sua Parochia precib. vel pretio interueniente consenserit, vel commissum, sique compertum authoritate sui officij non impugnauerit, ab officio suspendatur.

Ex Concilio Beneuentano sub Victore I I I. anno 1087.

3. Cum Episcopis, Abbatibus, aut Clericis reliquis vendentib. aut ementibus Ecclesiast. dignitates, qui communicat vel orat, aut ipsorum audit Missas, vna excommunicationis sententia plectitur, qui nec Sacerdotes quidem ritè putari possunt.

4. Vide Communio.

Ex Concilio Melfitano sub Vrbano I I. anno 1090.

1. Ne quis vlterius dato, vel promisso, vel pretio vel seruitio, ea intentione impenso, vel precibus Episcopalem

scopalem nitatur assequi dignitatem, nec vllus eam prætexato tenere indulgeat, &c. Hoc idem de omni Ecclesiast. dignitate vel officio, Apostolicæ potestatis authoritate præfigimus, aliàs & datot & acceptor proprij ordinis dignitate priuetur.

7. Nullus Abbas pretium exigere ab eis qui ad conuersionem veniunt, aliqua placiti occasione præsumat.

Ex Concilio Constantiensi sub Vrbano II. anno 1094.

1. Simoniaca hæresis damnatur.

Ex Concil. Ostionensi in Gallia sub Vrbano II. anno 1094.

1. Simoniaca hæresis sub excommunicatione damnatur.

Ex Concilio Placentino sub Vrbano II. anno 1095.

4. Quidquid in sacris ord. & in Ecclesiasticis reb. data & promissa pecunia acquisitum fuerit, pro irrito habeatur, nullasque vires habeat, his tamen qui non simoniacè & nescienter à simoniacis ordinati sunt, misericordia in seruando ordine conceditur.

7. Pro Chrismate & Baptismo & sepultura, nihil vnquam exigatur.

Ex Concilio Claramontano sub Vrbano II. anno 1095.

6. Nullus sibi præbendam emat, quod si quis emerit, vel parentes eius illi emerint, in manum & dispositionem Ep̄iscopi sui reddant, hoc idem de altari, & de omni Ecclesiastico beneficio fiat.

Ex Concilio Romano 3. sub Vrbano II. anno 1099.

1. 2. Vide Conc. Placentin. 1095. c. 4

3. Qui scienter se a simoniacis consecrari, imo execrari passi sunt, eorum consecrationem irritam esse decernimus.

4. Quicunque cupiditate parentum, cùm adhuc essent paruuli Ecclesias vel Ecclesiarum beneficia per pecunias adepti sunt, postquam eas omnino dimiserunt, si canonicè in iis viuere voluerint, pro misericordia ibidem eos esse concedimus, neque hoc facto à sanctis ordinibus remouemus, si aliàs digni inueniantur.

5. Illi qui per seipsos, cùm iam maiores, nefanda cupiditate eas emerunt, si in aliis Ecclesiis canonicè viuere voluerint, seruatis propriis ordinibus pro magna misericordia ibi eos ministrare permittimus, quod si ad alias fortasse transferri non potuerint, minorib. ord. contenti ad sacros ordines non accedant.

6. Si qui ante emptionem canonicè ordinati sunt, ea quæ emerint, dimiserint, & vitam canonicam egerint, in suis gradib permittantur, nisi fortè eiusm. Ecclesia sit, vt ibi primum locum debeant obtinere.

11. Vide Conc. Placentin. 1095. c. 7.

16. Vide Conc. Melfitan. 1090. c. 7.

17. Nullus Primatum, Archiepiscoporum & Episcoporum in ordinatione & consecratione Episcoporum vel Abbatum cappas, tapetia, bacinos & manutergia qualibet ea actione requirat vel suscipiat.

Ex Concilio Pictauiensi sub Paschali II. anno 1100.

2. Nemo Episcopatum, Abbatiam, Archidiaconatum, Archipresbyteratum, Præbendam vel alios Ecclesiasticos honores vel prælationes in duabus Ecclesiis exerceat, nisi in vna tantum, & neutram harum quisquam per pecuniam acquirat, & quicquid tali modo acquisisse comprobabitur, omni remota occasione deponantur.

4. Nullus Episcopus pro sacris orationibus, vel pro Ecclesiarum benedictionib. vel quibuslibet aliis benedictionib. munus accipiat.

6. Abbas, Monachi, Canonici Ecclesias quas nunquam habuerunt non emant, vel aliquo modo sibi vendicent, nisi consentiente Episcopo in cuius fuerint diœcesi, in illis vero quas hactenus absque calumnia habuerunt, redditus beneficiaque obtineant.

Ex Concil. Londinensi 2. sub Paschali II. anno 1102.

14. Vide Ecclesia.

Ex Concilio Pictauiensi 2. sub Paschali II. anno 1109.

2. Nemo in faciendis Coronis forcipes vel manutergia exigat.

7. Præbenda non vendatur, vel ematur, neque pastus inde exigatur.

9. Vide Inuestitura.

12. Vide Reliquiæ Sanctorum.

13. Neque Archiepiscopi ab Episcopis, neque Episcopi ab Abbatib. cappas, tapetia, bacinos, vel manutergia in consecratione eorum exigant; sub excommunicatione interdicimus.

Ex Concilio Rhemensi sub Calixto II. anno 1119.

1. Si quis vendiderit aut emerit per se, vel per quamlibet submissam personam Episcopatum, Abbatiam, Decanatum, Archidiaconatum, Presbyteratum, Præpositturam, Altaria, vel quælibet Ecclesiast. beneficia, promotiones, ordinationes, consecrationes, dedicationes Ecclesiarum, Clericalem tonsuram, Sedes in Choro, aut quælibet Ecclesiast. officia, & vendens & emens dignitatis officij sui, & beneficij periculo subiacet.

4. Vide Conc. Placentin. 1095. c. 7.

Ex Concil. Later. 2. vniuers. 9. sub Calixto II. anno 1122.

1. Ordinari quemquam per pecuniam in Ecclesia Dei vel promoueri modis omnibus prohibemus.

22. Vide Ecclesiastica bona.

Ex Concil. Londinensi 1. sub Honorio II. anno 1125.

1. Sanctorum Patrum vestigiis inhærentes, quemquam in Ecclesia per pecuniam ordinari auctoritate Apost. prohibemus.

2. Pro Chrismate, pro Oleo, pro Baptismate, pro pœnitentia, pro visitatione infirmorum, seu vnctione, pro commendatione corporis Christi, pro sepultura, nullum omnino pretium exigatur.

3. In consecrationibus Episcoporum, vel Abbatum benedictionibus, seu in dedicationibus Ecclesiarum, non cappa, non tapetes, non manutergia, non baccilia,

baccilia, & nihil omnino per violentiam, nisi spontè oblatum fuerit, penitus exigatur.

Ex Concil. Londinensi 2. sub Honorio II. anno 1127.

1. Ecclesias & Ecclesiastica beneficia seu quoslibet Ecclesiasticos honores, vendi vel emi prohibemus, qui hoc præsumpserit Clericus, Canonicus, vel Monachus ab ordine deponatur, Laicus vero exlex & excommunicatus habeatur, & eiusdem Ecclesiæ vel beneficij potestate priuetur.

2. Ordinari quemquam per pecuniam in Ecclesia Dei vel promoueri interdicimus.

3. Exactiones certas pecuniarum pro recipiendis Monachis, Canonicis & Sanctimonialibus condemnamus.

Ex Conc. Lateran. 3. vniuers. 10. sub Innoc. II. anno 1139.

1. Si quis simoniacè ordinatus fuerit ab officio omnino cadat, quod illicitè vsurpauit.

2. Si quis præbendam, vel Prioratum seu Decanatum, aut honorem vel promotionem aliquam Ecclesiast. seu quodlibet Sacramentum Ecclesiast. vtpotè Chrisma vel Oleum sanctum, consecrationes Altarium vel Ecclesiarum, interueniente execrabili ardore auaritiæ per pecuniam acquisiuit, honore malè acquisito careat, & emptor atque venditor & interuentor nota infamiæ percellantur, & nec pro pastu, nec sub obtentu alicuius consuetudinis, antè vel post à quoquam aliquid exigatur, vel ipse dare præsumat.

24. Vide Conc. Placentin. 1095. c. 7.

Ex Concilio Rhemensi sub Eugenio III. anno 1148.

16. Vide Conc. Placentin. 1095. c. 7.

Ex Concil. Turonensi sub Alexandro III. anno 1163.

5. Enormis quædam consuetudo in qoibusdam locis inualuit, vt sub annuo pretio Sacerdotes ad Ecclesiarum regimen constituantur, id ne fiat modis omnibus prohibemus.

6. Ne ab omnibus qui ad Religionem transire voluerint alia pecunia requiratur, & ne Prioratus aut Capellaniæ quælibet Monachorum aut Clericorum, decimæ detractione vendantur, neque ab eo cui regimen ipsarum committitur pro earum commissione exigatur. Vide. Conc. Placentin. 1095. c. 7. neque sub obtentu alicuius consuetudinis reatum suum quisquam tueatur, quia diuturnitas non minuit peccatum sed auget.

7. In quibusdam Episcopatibus Decani quidam vel Archipresbyteri ad agendas vices Episcoporum seu Archidiaconorum, ad terminandas causas Ecclesiasticas constituuntur sub annuo pretio, id vlterius fieri districtius prohibemus.

Ex Concilio Londinensi sub Alexandro III. anno 1175.

6. De cætero nec pro ordinatione, nec pro chrismate, nec pro baptismo, nec pro extrema vnctione, nec pro sepultura, nec pro communione, nec pro dedicatione quidquam exigatur, si quis contra hoc facere præsumpserit, anath. sit.

7. Nullus prælatus in recipiendo Monacho vel Canonico, vel Sanctimoniali, pretium sumere vel exigere ab his qui ad conuersionem veniunt, aliqua pacti occasione præsumat, si quis hoc fecerit, anathema sit.

8. Nulli liceat Ecclesiam nomine dotalitij ad aliquem transferre, vel pro præsentatione alicuius personæ pecuniam vel aliquod emolumentum pacto interueniente accipere.

Ex Concil. Later. 4. vniu. t 1. sub Alexand. III. anno 1179.

7. Ne pro personis Ecclesiasticis deducendis ad Sedem, vel Sacerdotib. instituendis, aut mortuis sepeliendis, seu etiam nubentibus benedicendis, seu aliis Sacramentis aliquid exigatur districtius inhibemus, &c. Prohibemus insuper ne noui census ab Episcopis vel Abbatibus aliisve Prælatis, imponantur Ecclesiis, nec veteres augeantur, nec partem reddituum suis vsibus appropriare præsumant.

10. Vide Monachi.

15. Quidam in quibusdam partibus sub pretio statuuntur qui Decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate Episcopalem iurisdictionem exercent, qui de cætero id præsumpserit officio suo priuetur, & Episcopus huc officium conferendi, potestatem amittat.

Ex Concil. in Dalmatia & Dioclia Regnis sub Innocentio III. anno 1199.

1. Nullus Episcopus aliquem ad sacros ordin. per pecuniam promoueret, seu Ecclesiast. beneficia alicui, pretio interueniente, concedere præsumat, &c. Episcopus qui hoc egerit, omni Ecclesiast. careat dignitate, & scienter recipiens, perpetuo deponatur.

Ex Concilio Londinensi sub Innocentiô III. anno 1200.

8. Vide Conc. Lateran. 1179. c. 7.

14. Vide Monachi, Conc. Lateran. 1179. c. 10.

Ex Concil. Lateran. 5. vniuer. 12. sub Innoc. III. anno 1215.

62. Pro consecrationibus Episcoporum, benedictionibus Abbatum, & ordinibus Clericorum, nemo aliquid quocunque prætextu exigere aut extorquere præsumat.

64. Vide Moniales.

65. Quidam Episcopi decedentib. Ecclesiarum Rectorib. ipsas interdicto subiiciunt, nec patiuntur aliquos in eisdem institui, donec ipsis certa summa pecuniæ persoluatur; præterea cùm miles aut Clericus domum Religionis ingreditur, vel apud Religiosos eligit sepulturam; etiamsi nihil loco religioso reliquerit, difficultates ingerunt & malitias donec aliquid muneris manus contingat eorum, &c. Exactiones huiusmodi penitus inhibemus, quod si quis transgressor extiterit, exacta duplicata restituat in vtilitates locorum in quorum fuerint soluta dispendium, fideliter conuertenda.

66. Quidam Clerici pro exequiis mortuorum, & benedictionib. nubentium, & similib. pecuniam exigunt & extorquent, prauas huiusm. exactiones super his fieri prohibemus.

Ex Concil. Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

8. Ne Prælatus aliquis cùm Ecclesiam contulerit

aut

aut Præbendam, fructus eiusdem Eccl. siue Præbendæ nondum collectos sibi præsumat aliquatenus vsurpare, vel in institutione vel missione in possessionem, vel charta super hoc facienda aliquid audeat extorquere, nec ab Officiariis suis Archidiaconis vel Decanis sustineat extorqueri.

9. Si aliquis ad Ecclesiam aliquam, nullo contradicente præsentetur, Episcopus præsentatum ipsum, dùm tamen idoneus sit, nequaquam admittere differat vltra duos menses, alioquin quidquid ex eadem Ecclesia post factam præsentationem fuerit fortè perceptum, illi cùm institutus fuerit restituatur, quatenus fructus illi ad Episcopum peruenerint, & id in Archidiaconis, si per eos steterit, obseruetur.

28. Episcopus ab eo qui sibi præsentatus fuerit recipiat iuramentum, quod propter præsentationem illam, nec promiserit, nec dederit aliquid præsentanti, nec aliquod propter hoc, pactum inierit.

40. Ne pro aliqua pecunia denegetur sepultura vel baptismus vel aliquod Ecclesiast. Sacramentum, vel etiam matrimonium contrahendum impediatur.

Ex Concilio Germanico sub Honorio III. anno 1225.

9. Quidam fundatores Ecclesiarum vel hæredes ipsorum, partem decimarum vel aliarum obuentionum Ecclesiast. in quibus ius obtinent Patronatus, sibi retinentes ex pacto repræsentant Clericos ad easdem decernimus, vt ex quo constiterit Patronum huiusmodi flagitium perpetrasse anathemate feriatur, & eius terra supponatur Ecclesiast. interdicto, donec Ecclesiam liberam cum suo iure dimittat.

10. Qui vero taliter à Patronis præsentationem receperint, officio beneficioque priuetur, nec ad beneficium vel actus Ecclesiast. admittantur, nisi cùm eis per Sedem Ap. fuerit dispensatum.

11. Episcopi & Archidiaconi qui talibus scienter curam animarum commiserint ab institutione & collatione perpetuò sint suspensi, nullus Clericus ad curam animarum ab Episcopo vel Archidiacono admittatur, nisi prius iurauerit quod nullam in adeptione beneficij ad cuius curam præsentatur admiserit simoniam.

Ex Concil. Londinensi sub Gregorio IX. anno 1237.

5. Quidam Sacerdotes dùm in beneficium Vicariæ vel ad firmam, seu quacunque alia quæstus causa prouentus ex Altari aut ex pœnitentia venientis recipiunt, non aliter admittunt ad pœnitentiam confitentes, nisi prius ab ipsis aliquid recipiant, sicque faciunt de aliis Sacramentis, &c. Inquisitio arctissima per Episcopos de his facta, qui tale aliquid commiserit, & à beneficio quod obtinet remoueatur, & ab officio perpetuo suspendatur.

19. Vide Archidiaconus.

20. Vide forum Ecclesiasticum.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

15. Obscœnam illorum abominationem detestantes qui vendere dicuntur benedictiones nubentium, & sepulturas mortuorum, talia de cætero fieri prohibemus, &c. Possunt tamen Rectores Ecclesiarum licitè recipere si nubentes post benedictionem, & consanguinei vel alij pro defunctis post sepulturam aliquid offerre voluerint deuotionis intuitu, & etiam pietatis.

Ex Concil. Sabinen. in Hispan. sub Ioanne XXII. anno 1322.

19. Nullus Archiepiscopus vel Episcopus, Abbas, Archidiaconus, Archipresbyter, aut quivis alius ad quem spectat Clericorum præsentatio, Officiales eorum seu Portarij pro ordinib. collatis seu conferendis, vel quocunque actu vel littera ipsos ordines præcedente quicquam recipere audeant, alioquin si Laicus fuerit ipso facto excommunicationem incurrat, si vero Clericus qui nondum Ecclesiasticum beneficium obtinet, vsque ad biennium eo ipso reddatur inhabilis ad Ecclesiast. beneficium obtinendum, si autem beneficiatus extiterit vt Decanus, Archidiaconus, Abbas sæcularis, Archipresbyter, vel quivis alius iurisdictionem habens ipso facto à perceptione beneficij sit suspensus, donec duplum eius quod receperit restituat, cuius medietas Clerico à quo recepta fuit pecunia, alia vero medietas fabricæ Cathedralis Ecclesiæ applicetur, Prælatus vero fide eius conscientia vel mandato quicquam receptum fuerit, eo ipso à collatione ordinum sit suspensus, &c. Ordinati si post receptiones ordinis pro scripturæ labore charta & cera aliquid offerre voluerint hoc accipi minimè prohibetur, ita tamen quod hæc gratuita oblatio summā quinque morabetinorum vsualis monetæ aliquatenus non excedat, à pauperibus aut nihil aut minus recipiat pro prædictis, Prælati vero seu Vicarij eorū nihil omnino recipiant pro præsentatione ad ordines, vel præsentati litteris alteri Episcopo facienda. Cùm Clerici qui ad titulum alicuius Eccl. ad Subdiaconatus, Diaconatus, aut Presbyteratus ordines sint promoti, nouiter celebrare voluerint, alij Clerici illius Eccl. eos liberè admittant, & eis ad celebrandum ministrent Ecclesiæ paramenta, &c. Clerici qui contra hoc edictum quicquam malitiosè commiserint, exegerint aut perceperint, quarta parte fructuum & prouentuum beneficij quod in dicta Ecclesia obtinent sint priuati, Laici vero qui aliquid præsumpserint, sint ipso facto excommunicati. Vide Beneficium Ecclesiast.

Ex Concil. Toletano sub Benedicto XII. anno 1339.

4. Pro qualibet litterarum possint sex Morabetini, & duodenarij pro cancellaria, & vnus Morabetinus pro regesto & non amplius recipi vllo modo, qui contrarium fecerit, mille Morabetinorum pœnam incurrat.

Ex Concil. Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

19. Nullus Clericus ad curam animarum ab Episcopo, &c. Vide Conc. German. 1225. c. 11.

Ex Concilio Frisingensi sub Eugenio IV. anno 1440.

25. Ne quisquam Sacerdotum pro reconciliatione pœnitentium, aut pro administratione Sacramenti, vel aliquorum Sacramentalium paciscatur de sibi danda pecunia, nec aliquo alio æquiualenti pro eadem, &c. Quod tamen rationis & iuris explorati existit, permittimus expost exigi, etiam cum imploratione officij Iudicis, quantitatem in talib. consuetudine debitam, ne aliquis Sacerdotum quemquam notoriè delinquentem accepta pecunia, vel alio commodo tempori pœna condigna corrigere prætermittat, &c. Ne quisquam Clericorum censum de aliquo beneficio aut pecuniam vel emolumentum aliud ex pacto quocunque nomine anticipandæ pensionis, vel alio

alio quocunque quæsito colore augeat, vel quempiam augere compellat contra facientes tàm dantes quàm recipientes duplum quàm dederint vel receperint nobis soluere teneantur.

Ex Concil. Lateran. vniuers. 17. sub Iulio II. anno 1512. Sess. 5. Contra Simoniacos.

Vide Electiones.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

6. De sepultura ac administratione Sacramentorum aliisque spiritualibus pacisci, aut aliquid ab inuito exigere nemo possit aut debeat, & propter eiusm. à Parochianis neglecta cuiquam non liceat aliquot Sacramentorum denegare, neque propter debita quempiam ab Ecclesiastica sepultura prohibere, Parochialia tamen iura quæ vsus recepit, & debentur Altari seruienti per prædicta non abrogamus.

30. Contra Simoniæ labem, non discedimus à Patrum sanctionib. iubentes eas obseruari.

Ex Concil. Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

2. Prouideant Diœcesani, ne Ecclesiarum Parochialium Rectores, matricularij aut alij quicunque in debitas exactiones pro Sacramentorum, sacramentaliumque ac diuinorum administratione faciant.

Ex Concilio Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 1.

9. Vide Electiones.

Parte 8.

1. Vide Sacramenta.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

22. Vide Conc. Frisingens. 1440. c. 25.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

91. Quicunque vel munerib. vel pollicitationibus seu quibuscunque pactionib. vnius vel plurium sibi fauorem conciliauerit, vt per eos ad beneficium seu dignitatem qualemcunque promoueatur, eo ipso excommunicationem incurrat, & reddatur inhabilis, ne amplius ad tale beneficium seu dignitatem eligi aut assumi possit, quod si assumptus postea fuerit deprehensus, tales donationes, promissiones seu pactiones fecisse, beneficio sic occupato priuari, & de dignitate omnino deponi debet, nullus in posterum Cler. &c. Vide Conc. German. 1225. c. 11.

92. Ne quid Parochi seu Ecclesiarum Ministri de Sacramentorum administratione à quoquam velut debitum aut exigant aut recipiant, & vltra id quod consuetudo rationabilis laudabiliter introducta, & hactenus obseruata permittit, etiam oblatum quasi non debitum modestè recusent, non obstamus tamen quin quod libera voluntate & ex charitate offertur, recipere valeant.

Ex Concilio Trident. Gener. 18. sub Pio IV. an. 1562. Sess. 21. De Reformat.

1. Nihil pro collatione quorumcunque ordinum etiam Clericalis tonsuræ, nec pro litteris dimissoriis aut testimonialib. nec pro sigillo, nec alia quacunque de causa, spontè oblatum Episcopi & alij ordinum Collatores, aut eorum Ministri quouis prætextu accipiant, Notarij verò, in his tantum locis in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissoriis aut testimonialib. decimam tantum vnius aurei partem accipere possint, dummodò eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo, nec Episcopis ex Notarij commodis aliquod emolumentum ex eisdem ordinum collationib directè vel indirectè prouenire possit, &c.

Sess. 24. De Reformat.

14. In pluribus Ecclesiis obseruari intelligitur vt in electione, præsentatione, collatione, vel alia prouisione, siue admissione ad possessionem alicuius Ecclesiæ, &c. Certæ conditiones seu deductiones ex fructib. solutiones, promissiones compensationesue illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Ecclesiis dicuntur Turnorum lucra interponantur. Episcopi quæcunque huiusmodi in vsus pios non conuertuntur, aut ingressus eos qui simoniacæ labis aut sordidæ auaritiæ suspicionem habent, fieri non permittant.

18. Caueant Examinatores pro beneficiis, ne quidquam prorsus occasione huius examinis, nec antè, nec post accipiant, alioquin simoniæ vitium tàm ipsi quàm alij dantes incurrant, à qua absolui nequeant, nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocunque etiam antea obtinebant, & ad alia imposterum inhabiles reddantur.

Sess. 25. De Reformat.

11. Non licet iurisdictiones Ecclesiast. seu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in spiritualib. locare, nec conductorib. per se aut alias ea exercere, aliterque concessiones etiam à Sede Apostol. factæ, surreptitiæ censeantur, locationes vero rerum Ecclesiast. etiam authoritate Apost. confirmatas, S. Synodus irritas decernit, quas à 30. annis citra ad longum tempus seu vt in nonnullis partib. ad 29. seu bis 29. annos vocant factas, Synodus Prouincialis vel deputandi ab ea, in damnum Ecclesiæ & contra Canonicas sanctiones contractas fuisse iudicabunt.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

1. Caueant Parochi oe in Sacramentorum administratione quidquam exigant, aut etiam verbis vel signis, directè vel indirectè petant, &c.

9. Vide Ordines sacri.

11. Vide Benef. Ecclesiast.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

4. Vide Presbyteri.

8. Animaduertat Parochus ne quid in sacra communione quæritetur in pelui vel alio vase.

19. Notarij vel Secretarius Episcopi, ne quicquam pro visitatione ab iis qui visitantur quouis nomine exigat, neque vllum doni etiam parui quocunque modo oblati genus accipiat.

57. Tàm Custodes beneficiorum qui Confidentiarij vocantur, quàm eos quorum cupiditati deseruiunt, tùm à Parochis in prono Missarum, singulis diebus Dominicis, tùm etiam à Concionatorib. frequenter in Aduentu & Quadragesima excommunicatos declarari, & denunciari iubemus, & teneri ad restitutionem fructuum, tàm ipsos quàm eorum hæredes, quod intelligi

intelligi etiam volumus de vsurpatoribus iurium & fructuum beneficiorum, etiamsi hi Patroni fuerint. Quicunque vero Clerici tàm nefandæ fraudis & vsurpationis fabricatores seu fautores fuerint, illos eisdem pœnis subiicere, nectnon quibuscunque beneficiis priuatos; & ad quæcunque alia obtinenda inhabiles, atque à diuinis suspensos declaramus.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

11. Vide Sacramenta.

33. Iuxta decretum Conc. Trident. & Bullam Pij V: decernimus, &c. Vide Conc. Trident. 1562. sess. 24 de Reformat. c. 14. Quod si alicubi vigeat laudabilis consuetudo; qua admissi, aliquid Capitulo conferunt in vsus pios, & Ecclesiæ ornamenta erogandum, volumus ab Episcopo diligenter examinari, &c.

38. Vide Conc. Aquens. c. 37.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

24. Sordidas exactiones, & pro exequiis defunctorum illicitas pactiones, à Sacerdotibus fieri non permittant Episcopi.

45. Quidam Sacerdotes nomen sacræ dignitatis deferunt, & ab aliis Sacerdotibus aut etiam Laicis, imo quod peius mulierculis redditus percipi patiuntur, qui diuina, ornatum templi, ædium constructionem, & pauperum educationem contemnentes, per eos qui titulum nudum ferunt, tanquam vilia mancipia, portiunculam sibi dari sunt contenti, pacto etiam inito quod ad libitum eorum, eidem muneri & beneficio cessuri; in eos propter quos etiam in populum exerceatur diuina vindicta, inuehantur Episcopi, hortantes vt à talibus abstinentes etiam de præteritis dolentes, absolutionem à censuris per Pium IV. & V: contra tales prolatis, à Sede Apost. obtineant, & si in forma iuris tales esse probauerint, beneficiorum priuationem, carcerem & alias illis pœnas irrogabunt grauissimas, &c. Excommunicet etiam Episcopi eos quos quacunque re temporali, aut pacto illicito, res sacras aut beneficia obtinuisse sciuerint, & incapaces ad quæcunque beneficia obtinenda denuncient, &c. In Synodis diœcesanis authoritate Apost. excommunicatos passiuè aut actiuè Simoniacos & confidentiarios declarent, & moneant ad fructum omnium perceptorum & percipiendorum restitutionem teneri, & eamdem excommunicationem bis in anno à Parochis, alta & intelligibili voce, in prono publicati Episcopi mandent & iubeant.

13. Vide Sacramentum.

14. Vide Baptismus.

15. Vide Confirmatio.

16. Vide Confessio.

19. Vide Missa.

SPECTACVLA.

Ex Concil. Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

61. Si Auriga, & Pantomimus credere voluerint; placuit vt prius actibus suis renuncient, & tunc recipiantur, quod si fecerint contra interdictum, proiiciantur ab Ecclesia.

Ex Concilio Arelatensi 1. sub Siluestro I. anno 314.

4. De agitatorib. qui fideles sunt, placuit eos quamdiu agitant à communione separari.

5. De theatricis & ipsos placuit quamdiu agunt à communione separari.

Ex Concilio Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

54. Non oportet Ministros Altaris, in nuptiis vel conuiuiis aliqua spectacula contemplari, sed, priusquam ingrediantur thymelici, surgere, & secedere.

Ex Concilio Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

20. Vide Conc. Arelat. 1. 314. c. 4. 5.

Ex Conc. Carthagin. & Epit. Adriani I. an. 773.

15. Ne filij Sacerdotum exhibeant sæcularia spectacula vel spectent, vt vbi blasphemiæ fiunt non accedant.

Ex Concilio Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

35. Vt scenicis & histrionibus cæterisque huiusmodi personis, vel Apostaticis, conuersis vel reuersis ad Dominum, gratia vel reconciliatio non negetur.

Ex Concilio Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

88. Qui die solemni, prætermisso solemni Ecclesiæ conuentu, ad spectacula vadit, excommunicetur.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 10. sub Innocent. II. anno 1139.

29. Artem illam mortiferam balli, stadiorum, & sagittariorum aduers. Christianos & Catholicos exerceri de cætero sub anathemate prohibemus.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

67. Principes, & Magistratus, histriones & mimos, cæterosque circulatores à suis finibus eiiciant, vagum & fallax cingarorum genus arceant, nisi certis Sedibus collocati, vitam honestis artibus, & vt Christianos homines decet, agere velint, gancas & tabernas meritorias, omnisque nequitiæ sentinas è Prouincia tollendas curent.

Ex Concil. Mediolanensi 3. sub Gregorio XIII. anno 1573.

1. Vide Festa.

SPVRII.

Verbo Clerici, Conc. Lateran. Gener. 12. an. 1215. c. 51. Narbon. 1609. c. 36.

V. Clericorum Cœlibatus, Concil. Toletano 655. c. 10. Londin. 1237. c. 16.

SVPERSTITIOSI.

Ex Concilio Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

6. Si quis maleficio interficiat alterum, eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit, placuit nec in fine impartiendam esse illi communionem.

34. Cereos per diem placuit in cœmeterio non incendi more gentilium, qui hæc non obseruauerint arceantur ab Ecclesiæ communione.

Ex Concil. Ancyrano sub Siluestro I. an. 314. & Epit. Adriani I. an. 773.

Qui diuinationes expetunt more gentilium, 5. annis pœniteant.

Ex Concil. Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

36. Non oportet Ministros Altaris, aut Clericos magos & incantatores esse, aut facere quæ dicuntur phylacteria, quæ sunt magna obligamenta animarum, hos autem qui talib. rebus vtuntur, proiici ab Ecclesia iussimus.

Ex Concil. Niceno Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325. Editioni Arabicæ.

20. Nemo fidelium conuersetur cum maleficis & diuinis, qui hoc fecerit si Sacerdos fuerit, mouendus est gradu suo, ac prohibendus communione fidelium, & ingressu Ecclesiæ ac communione sacra, si vero fuerit Laicus, prohibendus est Ecclesia, quod si ad agendam pœnitentiam venerit, agat annis 20. quo tempore, pane tantum & sale vesci debet.

Ex Concil. Romano 4. sub Damaso, anno. 382.

4. Omnes maleficos, sacrilegos, augures aliisve superstitionibus vacantes excommunicandos esse, feminas illas quæ à dæmone illusæ, putant se noctu super animalia ferri, atque cum herodiade circumuagari, eadem sententia plectendas esse.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

89. Auguriis vel incantationibus seruientem, à conuentu Ecclesiæ separandum.

Ex Fragmentis Conc. Toletanorum. Secundum Burchardum.

27. De femina quæ menstruum suum sanguinem immiscuit cibo vel potui, & dedit viro suo vt comederet, & de illa quæ semen viri sui in potu bibit, & de ea quæ testam hominis combussit igni, & viro suo dedit, pro infirmitate vitanda, vt nobis videtur tali sententia sunt feriendæ, sicut magi & arioli, quia magicam artem exercuisse noscuntur, qui autem immolat dæmoniis in minimis, vno anno pœniteat, qui vero in magnis decem annis pœniteat.

Ex Concilio Venetico sub Leone I. anno 453.

16. Ne fortasse id videatur omissum quod maximè festum Catholicæ Religionis infestat quod aliquanti Clerici student auguriis, & sub nomine confictæ Religionis (quas Sanctorum sortes vocant) diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt, in hoc quicunque Clericus detectus fuerit, vel consulere, vel docere, ab Ecclesia habeatur extraneus.

Ex Concilio Agathensi sub Symmacho, anno 506.

42. Vide Conc. Veneticum 453. c. 16.

68. Vide Conc. Laodicenum an. 320. c. 36.

Ex eod. Concilio. Secundum Iuonem.

Si aliqua femina sit quæ per quædam maleficia & incantationes, mentes hominum immutare se posse dicat, & si sit quæ se dicat cum dæmonum turba in similitudinem mulierum transformata, certis noctibus equitare super quasdam bestias, & in eorum consortio annumeratam esse, hæc talis omnimodis scopis correcta, ex Parochia eiiciatur.

Ex Concil. Aurelianensi sub Symmacho, anno 507.

42. Si quis Clericus, Monachus vel sæcularis, diuinationem vel auguria crediderit obseruanda, vel sortes (quas mentiuntur esse Sanctorum) quibuscunque putauerint intimandas cum his qui eis crediderint, ab Ecclesiæ communione pellantur.

Ex Concilio Aurelianensi 4. sub Vigilio, anno 545.

16. Si quis Christianus apud cuiuscunque feræ vel pecudis exta, inuocatis insuper nominibus paganorum, fortasse iurauerit, si se ab hac superstitione, commonitus noluerit cohibere, donec reatum emendet à consortio fidelium, vel Ecclesiæ communione pellatur.

Ex Concil. Narbonensi sub Pelagio II, anno 589.

14. Si qui viri ac mulieres diuinatores, quos dicunt esse Caragios, atque sorticularios in cuiuscunque domo fuerint inuenti, aut quis ausus fuerit amodò in eorum vana carmina interrogare, & non publicè hoc voluerit annunciare, pro hoc quod præsumpsit ab Ecclesia suspendatur, & sex auri vncias Comiti Ciuitatis inferat, qui vero sortes & diuinationes faciunt, vbi inuenti fuerint, siue liberi, siue serui, vel ancillæ sint, grauissimè publicè fustigentur & venundentur, & pretia ipsorum pauperibus erogentur.

15. Quidam execrabili ritu diem quintam feriam (quæ & dicitur Iouis) excolunt, & operationem non faciunt, quicunque ab hac die præter festiuitates in eo die venientes, ausus fuerit vacare, & opera non facere, si ingenuus est de Ecclesia repellendus, & sub pœnitentia mittendus anno vno, & eleemosyna & metu satisfaciat, si seruus aut ancilla fuerit, centenis flagella correcti Domino consignantur.

Ex Concilio Antisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

1. Vide festa.

4. Non licet ad sortilegos vel auguria respicere, nec ad characteres, nec ad sortes, quos Sanctorum vocant, vel quas de ligno vel de pane faciunt aspicere, sed quæcunque homo facere vult, omnia in nomine Domini faciat.

Ex Concilio Rhemensi sub Honorio I. anno 630.

19. De his qui auguria vel paganorum ritus inueniuntur imitari, vel cum paganis superstitiosos comedunt cibos, pœnitentia dignum tempus exoluant.

Ex

Ex Concilio Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

28. Si quis Episcopus aut Presbyter siue Diaconus vel quilibet ex ordine Clericorum, Magos aut aruspices, aut ariolos, aut certè augures, vel sortilegos, vel eos qui profitentur artem magicam, vel aliquem eorum similia exercentem consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus, Monasterij censuram excipiat, ibique perpetuæ pœnitentiæ deditus, scelus admissum sacrilegij soluat.

Ex Concilio Romano 1. sub Gregorio II. anno 721.

12. Si quis ariolos, aruspices, incantatores, obseruauerit, aut phylacteriis vsus fuerit, anath.sit.

13. Si quis in qualibet partem præcepta ante emissa Apostolicæ Ecclesiæ, de oliuetis & locis diuessis temerauerit, & non in omnibus obseruauerit, anathema sit.

Ex Concilio Ratisponensi sub Zacharia, anno 742.

11. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concilio Leptinensi sub Zacharia, anno 743.

3. Qui paganas obseruationes in aliqua re fecerit, mulctetur & damnetur 15. solidis.

Ex Concilio Romano sub Zacharia, anno 743.

9. Si quis Kal. Ianuar.& broma colere præsumpserit, aut mensas cum dapibus in domib. præparare, aut per vicos & plateas cantationes & choros ducere, anath. sit.

Ex Concilio Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

42. Admoneant Sacerdotes fideles populos, vt nouerint magicas artes, incantationesque quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedij conferre, sed hæc esse laqueos & insidias antiqui hostis, quib. ille perfidus, genus humanum decipere nititur.

Ex Concilio Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

25. Quædam maleficæ illicitum amorem aliorum mentib, aliis vero odium immittere dicuntur, quædam etiam ita Venenariæ sunt, vt quosdam peremisse multo populi rumore dicuntur, huiusm.diaboli Ministras diligenti examinatione proditas, sub acerrima pœnitentia redigendas statuimus, & in ipso tantum exitu, si tamen prius digna pœnitentiæ opera fecerint, reconciliandas esse permittimus.

Ex Concil. Erpfordiensi sub Ioanne XI. anno 932.

5. Vt nemo, nisi consentiente proprio Episcopo aut eius misso, sub obtentu Religionis ieiunium sibi imponat vnum præ aliis, excipiendo omnimodo interdicimus, quia plus causa ariolandi esse cognoscitur, quam supplementum legis Catholicæ.

Ex Concil. Saleguntadiensi sub Benedicto VIII. anno 1022.

10. Vide Missa.

Tom. I.

Ex Conc. Anglicano sub Gregorio I. anno 1075.

8. Ne ossa mortuorum animalium, quasi pro vitanda animalium peste, alicubi suspendantur, nec sortes vel aruspicia seu diuinationes vel aliqua huiusm.opera Diaboli ab aliquo exerceantur.

Ex Concil. Londinensi 1. sub Honorio II. anno 1125.

12. Sortilegos, ariolos, & auguria quæque sectantes, eisque consentientes, excommunicari præcipimus, perpetuaque notamus infamia.

Ex Concil. Sabinen. in Hispan. sub Ioanne XXII. anno 1322.

24. Ne aliqui ad sortilegos, maleficos, incantatores, diuinatores accedere, aut ab eis super suis vel aliorum actibus consilium petere præsumant, alioquin tàm ipsi, quàm ab eis consilia requirentes, ipso facto excommunicationem incurrant.

Ex Conc. Lateran. vniuers. 17. sub Leone X. anno 1517. Sess. 9. De Reformat.

28. Clerici qui in sortilegiis per inuocationem dæmonum, incantationibus ac diuinationibus superstitionibusque culpabiles inuenti fuerint, arbitrio Superiorum infamia notentur, si vero non destiterint deponantur, atque in Monasterium ad tempus arbitrio Superioris persiniendum detrudantur, beneficiisque & officiis Ecclesiast. priuentur, Laici vero vtriusque sexus, excommunicationis & aliis pœnis iuris tàm ciuilis quàm Canonici subiaceant.

Ex Concil. Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

31. In sortilegos, diuinaculos, incantatoresque Clericos statuimus, vt arbitrio Superiorum infamia notentur, si qui moniti non destiterint, ordine amoueantur, inque Monasterium ad tempus iuxta arbitrium Superioris relegentur, beneficiis, officiisque suis Ecclesiasticis priuati.

Ex Concilio Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 9.

16. Quidquid in reb. ad abusum & superstitionem spectat, & quo populus à Deo ad collocandum in externis istis aliquam fiduciam abduci possit prohibemus, quale inter alia est quod SS. Imagines cum Indulgentiis & impositione incertarum reliquiarum dedicantur, quod quidam sale, aqua, cereis ac herbis benedictis in medicandis pecoribus superstitiosius abutuntur.

Ex Concil. Treuirensi sub Paulo III. anno 1548.

6. Qui auguria & sortes tractant, siue sacri sine prophani, aut diuinationib. aut incantamentis vacant, per Officiales anathemate percussi in vincula coniiciuntur.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

101. Clericum sortilegum protinus ab omni functione Ecclesiast. & ordine remouendum, & excommunicatione censemus allignandum, & si incorrigibilis esse perrexerit, ad monasterium arctum pro agenda pœnitentia detrudatur, aut prorsus abiiciatur, Laici vero ab hac arte execrabili publicatione bonorum suo-

rum, aut pernicaciaeorum exigente perpetua captiuitate, aut grauiore pœna coërceantur.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 1.

10. Magos & maleficos qui se ligaturis, nodis, characteribus, verbis occultis, mentes hominum perturbare, morbos inducere, vel expellere, corporum figuram & constitutionem immutare, ventis, tempestati, aëri ac mari, incantationibus imperare posse sibi aut aliis persuadent, &c. Episcopi acriter puniant, & è societate fidelium exterminent, &c. Deinde omnem diuinationem ex aëre, aqua, terra, igne, ex inanimatis, ex sortibus, somniis, mortuis, aliisve rebus quib. per dæmonum significationem incerta pro certis affirmantur, exterminent, & eiiciant.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

3. Damnamus magos, veneficos, diuinatores, sortilegos, coniectores, augures, Aruspices, Mathematicos iudiciarios, cum dæmonib. fœdera, & pacta tacitè vel expresse habentes, morbos imprecationibus, verbis, ligaturis, aut actionibus superstitiosè sanare intendentes, eosque, vti sacra decreta excommunicarunt ipso facto, sic & nos excommunicamus.

12. Excommunicationis ipso facto incurrendæ sententiam ferimus in eos qui sortilegia & veneficia, aut incantationes in matrimonia coottahentes, aut benedictionem nuptialem suscipientes exercent.

TERMINARII.

Verbo Monachi, Conc. Colonien. 1536. p. 4. c. 16 Treuir. 1549. c. 11.

TESTAMENTUM.

Ex Concilio Africano 1. sub Stephano I. anno 257.

1. Qui testamento Clericos tutores constituunt, excommunicantur.

Ex Concilio Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

31. Notarij qui testamentum seu quamlibet vltimam voluntatem vel scedulam ad piam causam scripserint, eam infra mensem Episcopo ordinario vel eius Vicario præsentent & assignent & tradant, alioquin sententiam excommunicationis incurrant, ita quod de cætero fides instrumentis per eum confectis non adhibeatur, & executores post legitimum tempus, hoc est annum, nisi fuerint executi, vlterius se non possint intromittere, sed Episcopi ordinarij ea exequantur.

Ex Concil. Rauennatensi 4. sub Ioanne XXII. anno 1317.

17. De cætero quælibet persona quæ restituere, vel restitui voluerit aliqua male ablata incerta, in suo testamento, codicillo vel vltima voluntate expresse dicat & clarè, relinquo istud vel illud seu tantum de malè ablatis, incertis, seu restitutioni ipsorum, nec dicat relinquo pro remedio animæ meæ, seu parentum meorum, neque aliquid aliud inferatur propter quod quæ sunt ipsius malè ablata, incerta non plenariè cognoscantur, sub pœna 10. librarum Rauennat. quas in in vsus pauperum conuertendas decernimus, Rectores & Capellani Ecclesiarum sub excommunicatione, huiusmodi vltimis voluntatibus eorumdem non intersint, quos sciuerint vel crediderint contra mentem attentare hoiusm. constitutionis vel in fraudem, & sic disponentes priuentur Ecclesiastica sepultura.

Ex Concilio Salisburgensi sub Martino V. anno 1420.

27. Vbicunque iura à testamentorum non prohibent factione, vel in lecto ægritudinis constituto legandi, disponendi, de bonis collectis circa pia loca personas Ecclesiast. & alias quascumque dummodo contra legitimas non veniat sanctiones, libera sit facultas, Clerici autem & Laici impedientes defunctorum legata, seu vltimas voluntates excommunicentur.

Ex Concilio Ratisponensi sub Clemente VII. anno 1524.

25. Ne imposterum Episcopi Clericis legitimis ab intestato decedentibus, in Patrimonialibus bonis, aut industria propria acquisitis, succedere possint aut debeant.

Ex Concilio Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 13.

10. Procuratores fiscales aduigilabunt vt testamenta maximè Ecclesiasticarum personarum intra anni spatium executioni mandentur, vtque, intra idem tempus executores testamentorum legitimum calculum reddant, quorum testamentorum insinuationem, approbationemque intra 30. dies à morte Sacerdotis peti volumus atque obtineri.

11. Vbi Sacerdos nostræ diœcesis mortuus est intestatus, bona ipsius, præter patrimonialia quæ hæredibus cedunt, deducto ære alieno & funeralib. in piam causam pro defuncti animæ salute conuertantur.

Ex Concil. Moguntino sub Paulo III. anno 1549.

97. Qui deinceps nominati fuerint testamentarij, quamprimùm & ante omnia ipsius defuncti hæreditatem siue substantiam coram Notario & testib. fide dignis conscribant, & io inuentarium fideliter redigant, omnimodamque morientis voluntatem, arbitrium & ordinationem intra debitum tempus executioni demandent & exequantur, de quo Ordinario aut ipsius Commissario rationem faciant.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 3.

1. Pœnam excommunicationis eo ipso subeundam proponimus Notariis scribisque omnibus qui testamenta, codicillos, aliasve tabulas de legatis ad pias causas de reb. quæ pro malè partis, vel furto ablatis relictæ sunt, quas ipsi rogati conscripserint, aut ab aliis scripta apud se habent, nisi ad tres menses Episcopo id significauerint.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 3.

16. Hæres vltimarum voluntatum exequutor, si quæ piarum causarum nomine legata relictaue sunt, ex anni spatio

ni spatio ad summum aut tempore ab ipso testatore præscripto non præstiterit, ab Episcopo, pœnis ipso iure constitutis, cogatur piam testatoris voluntatem explere.

17. Qui in posterum Notarij, testamenta, aliasve vltimæ voluntatis tabulas de reb. piarum causarum nomine relictis scripserint, excommunicationem ipso iure incurrant, nisi tribus post mensib. quam testatoris mortem cognouerint, pia legata, relictave Episcopo denunciarint.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

37. Parochus semel in mense moneat inter Missarum solemnia, Notarios, testes & alios quoscunque scientes aliqua legata facta fuisse ad pias causas, vt ea reuelent intra tres menses sub pœna excommunicationis.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

56. Nemo testatorum mentes, qui propenso studio ad relinquenda Ecclesiis legata feruntur, metu, precibus consiliove à pietatis amore deducat. Vide Conc. Aquens. 1585. c. 37.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

25. Si ambiguum aliquid sit, aut præter naturam rei piæ fundatæ, in testamento aut clausula legati appositum, id authoritate sua interpretentur, explicent, & moderentur Episcopi, &c. Si quid perpetuum aut temporaneum piè legatum sit, Notarius post 8. dies à morte testatoris eiusdem testamenti clausulas legata continentes, Parocho defuncti remittere debet sub excommunicatione, Rector vero post 8. dies illarum copiam ad Officialem vel promotorem mittere teneatur, vt per eum nomine Ordinatij, qui executor est piarum voluntatum, ea executioni demandari procuret, omnibus piis legatis infra sex menses post mortem testatoris satisfiat, nisi aliud in testamento fuerit designatum. Executores testamentarij reddere debent rationem administrationis Diœcesano, quemvt Procuratorem animarum piarum vocare debent in distributionib. legatorum, alioquin tales distributiones nullæ sint, & ad cond. hæredes iterum cogantur.

TESTIS SYNODALIS.

VErbo Clericorum mores, Concil. Toletan. 1473. cap. 6.

V. Concilia Conc. Salisburg. 1420. c. 2. Mediolan. 1576. p. 3. c. 6. Lateran. 1215. c. 6.

V. Forum Ecclesiast. Conc. Frisingen. 1440. c. 32. Tolet. 1473. c. 30. Aquens. 1585. c. 39. Auenion. 1594. cap. 4.

THEOLOGALIS PRÆBENDA.

VErbo Beneficium Ecclesiast. Conc. Lateran. vniu. 17. an. 1513. de concordat c. 4.

V. Clerici, Conc. Lateran. Gen. 12. an. 1215. c. 15. V. Clerus Conc. Augusten. 1548. c. 9. 26. Colon. 1549. med. 1. c. 9. Mogunt. 1549. c. 67.

V. Prædicatio, Conc. Trid. 1545. sess. 5. de reform. c. 1. Mediolan. 1565. p. 1. c. 5. 1582. c. 2. Aquens. 1585. c. 21. 22. Narbon. 1609. c. 4.

TRADITORES.

Ex Concil. Arelatensi 1. sub Siluestro I. anno 314.

13. De his qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa Dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis vt quicunque eorum ex actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis ab ordine Cleri amoueatur.

Ex Concil. Lugdunensi 1. sub Ioanne III. anno 570.

3. Vide Furtum.

Ex Concilio Toletano 6. sub Honorio I. anno 638.

12. Quisquis patrator culparum extiterit, virtute se nitens defendere aduersariorum, & patriæ vel genti suæ detrimenta intulerit rerum, in potestate Principis ac gentis reductus, excommunicatus & retrusus, longinquioris pœnitentiæ legib. subdatur, quod si ipse mali sui prius reminiscens ad Ecclesiam fecerit confugium, intercessu Sacerdotum, & reuerentia loci, Regia in eo pietas reseruetur, comitante iustitia.

Ex Concilio VVormatiensi sub Adriano II. anno 868.

43. Quicunque Laicorum in aduersitate propriæ gentis aut patriæ, vel Regiæ potestatis ad externas partes se conferendo, noxius fuerit vltra repertus, non solum omni rerum suarum proprietate priuetur, sed & perpetua excommunicatione damnato, nunquam illi, præterquam in vltimo mortis suæ, communio tribuatur.

Ex Concil. Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

5. Vide Excommunicatio.

Ex Concilio Salisburgensi sub Martino IV. anno 1281.

17. Qui Clerici vel Laici sigilla vel litteras Principum vel Prælatorum falsare, vel falsis scienter vti præsumant, aut etiam falsam monetam cudere, aut his omnibus vti scienter præsumpserint, ipso facto excommunicationem incurrant, Clericis, si de hoc conuicti fuerint carcere Episcopali mancipandis, Laicis vero sæculari iudicio condemnandis.

Ex Concil. Herbipolensi sub Honorio IV. anno 1287.

37. Falsarios litterarum seu Bullæ sum. Pontificum, Monetarum aut litterarum vel sigilli eorum excommunicamus; qui autem scienter eos receptarint, aut eis præstiterint auxilium quominus capiantur, ipso facto sint excommunicati.

Ex Concil. Mediolanensi sub Nicolao IV. anno 1287.

7. Falsi criminis obnoxij à communione Sacramentorum atque fidelium sint segregati.

Ex

VICARII CANONICORVM.

VErbo Chorus Conc. Colonien. 1536. p.3. c.11. 1549. c.12. Moguntin. 1549. c.70. V. Clerus Conc. Augusten. 1548. c.9.

VIDVÆ.

Ex Concilio Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

1. MVlieres quæ apud Græcos Presbyteræ appellantur, apud nos autem Viduæ seniores, vniuiræ & matriculariæ nominantur, in Ecclesia tanquam ordinatæ constitui non debent.

Ex Concilio Carthaginensi 1. sub Iulio I. anno 348.

4. Qui cum Viduis commorantur, & nulla secum germanitate coniuncti sunt, manere prohibeantur.

Ex Concilio Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

27. Professas Viduas si conuenta non præstiterint (hoc est si promissis non steterint) cum raptorib. esse damnandas.

Ex Concilio Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

12. Viduæ vel sanctimoniales quæ ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur, tàm instructæ sint ad officium, vt possint apto & sano sermone docere imperitas & rusticas mulieres tempore quo baptizandæ sunt qualiter baptizatori interrogatæ respondeant, & qualiter accepto baptismate viuant.

101. Viduæ adolescentes quæ corpore debiles sunt, sumptu Ecclesiæ, cuius Viduæ sunt, sustententur.

102. Ad reatum Episcopi pertinet vel Presbyteri qui Parochiæ præest, si sustentandæ vitæ præsentis causa, adolescentes viduæ vel sanctimoniales Clericorum familiaritatibus subiiciantur.

103. Viduæ quæ stipendio Ecclesiæ sustentantur tàm assiduæ, in Dei opere esse debent, vt & meritis & orationibus Ecclesiam adiuuent.

104. Si quæ viduæ quantumlibet in minoribus annis positæ, & matura ætate à viro relictæ, se deuouerunt Domino & veste Laicali abiecta sub testimonio Episcopi & Ecclesiæ, religioso habitu apparuerint, postea vero ad nuptias sæculares transierunt, secund. Apostolum damnationem habebunt, &c. Tales ergo personæ sine Christianorum communione maneant, quæ etiam nec in conuiuio cum Christianis communicent, quæ & si, violentia irruente, ab aliquo præreptæ fuerint, ac postea delectatione carnis atque libidinis, permanere in coniugio raptori vel violento viro consenserint, damnationis superius comprehensæ tenebuntur obnoxiæ.

Ex Concil. Toletano 1. sub Anastasio, anno 400.

9. Nulla professa vel vidua, absente Episcopo vel Presbytero in domo sua antiphonas cum Confessore vel seruo faciat.

18. Si qua vidua Episcopi siue Presbyteri aut Diaconi maritum acceperit, nullus Clericus, nulla Religiosa cum ea conuiuium sumat, nunquam communicet, morienti tantum ei Sacramentum subueniat.

Ex Concilio Arausicano 1. sub Leone I. anno 441.

27. Viduitatis seruandæ professionem coram Episcopo in secretario habitam, imposita à Presbytero veste viduali, non esse violandam, raptorem vero talium, vel ipsam talis professionis desertricem meritò esse damnandam.

Ex Concilio Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

16. Vide Moniales.

Ex Concilio Matisconensi 2. sub Pelagio II. anno 588.

12. Indices non prius viduas & pupillos conueniant, nisi Episcopo nunciarint, cuius sub velamine degunt, quod si Episcopus præsens non fuerit, Archidiacono vel Presbytero cuidam eius; vt pariter sedentes communi deliberatione causis eorum terminos figant, quod si is qui Iudex est aut impetitor, eis aut iniuriam aliquam iniecerit, aut definitionem tanti Concilij transgressus fuerit, à communione suspendatur.

Ex Concilio Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

10. Nulla vidua ad nuptias iterandas venire cogatur, quod si, priusquam profiteantur continentiam, nubere elegerint, illis nubant quos propria voluntate voluerint habere maritos. Vide Virgines.

Ex Concilio Autisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

21. Non licet relictæ Presbyteri, nec relictæ Diaconi, nec Subdiaconi, post eius mortem maritum accipere.

Ex Concil. Toletano 4. sub Honorio I. anno 633.

55. Duo sunt genera viduarum, sæculares, & sanctimoniales, sæculares sunt quæ adhuc disponentes nubere laicalem habitum deposuerunt, sanctimoniales quæ iam mutato habitu sæculari, sub Religioso cultu in conspectu Sacerdotis vel Ecclesiæ apparuerunt, hæ si ad nuptias transierint, iuxta Apost. non sine damnatione erunt.

Ex Concilio Toletano 6. sub Honorio I. anno 638.

6. Viduæ professionis vel habitus sui desertrices, à Christianorum cœtu habeantur extorres.

Ex Concil. Toletano 10. sub Vitaliano, anno 656.

4. Vidua quæ sanctæ Religionis obtinere propositum voluerit, Sacerdoti vel Ministro ad quem aut ipsa venerit, aut quem ad se venire contigerit, scriptis professionem faciat à se aut signo, aut scriptione notatam, continentem se & Religionis propositum velle, & hoc perenniter inuiolatè seruare; tunc accepta à Sacerdote vel Ministro apta Religionis huius veste, seu lectulo quiescens, siue quocunque in loco consistens,

sistens, inconstanter vtatur, nec diuersi coloris, aut diuersæ partis eadem sit notabilis vestis, sed Religiosa & non suspecta, &c. vt autem deinceps nil denocetur in dubium, pallio purpureo, vel nigri coloris caput contegat, ab initio susceptæ Religionis.

Ex Concil. Romano 1. sub Gregorio II. anno 721.

10. Vide Matrimonium.

Ex Concilio Romano sub Zacharia, anno 743.

7. Vide Virgines.

Ex Concilio Foroiuliensi sub Adriano I. anno 791.

11. Vide Virgines.

Ex Concilio Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

27. Vide Moniales.

Ex Conc. Rhemensi 1. sub Leone III. anno 813.

34. Vt viduæ non sint in delitiis, sed sub potestate Episcopi viuant sicut decet.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

39. Quædam feminæ, amissis viris, eatenus carnaliter viuentes, repentè & sine probationis examine, ad regimen animarum pertrahuntur, præficiunturque sanctimonialibus, vtpotè matres spirituales, quas nunquam contigit eiusdem propositi discipulas extitisse, &c. Quia ergo hæc res diuinæ authoritati non concordat, necesse est vt caueatur, ne fortè & committenti, & his quibus committitur læsura animarum proueniat.

40. Vt Nullos Pontificum viduas velare attentet, canonica authoritas inhibet, quod vero Presbyteri, incosultis Episcopis suis velum viduarum consecrare non præsumant prorsus interdicimus.

Ex Concilio Meldensi sub Sergio II. anno 845.

64. ad 67. Vide Furtum.

Ex Concilio Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

22. Comperimus quod ab his qui secundum humanas leges viduarum & orphanorum tutelam sibi vindicant non solum nec tegantur, verum etiam aliquoties opprimantur, si huiusmodi suppressores post Episcopalem ammonitionem in obstinationis impietate durauerint suggerendum clementissimo Imperatori, quatenus ipse efficacem tutorem eis tribuat.

Ex Concilio Tullensi 2. sub Nicolao, anno 860.

2. Vide Moniales.

Ex Concil. VVormatiensi sub Adriano II. anno 868.

21. Vidua quæ sacrum capiti velamen imposuerit, & inter cæteras velatas feminas in Ecclesia orauerit, & oblationem cum illis obtulerit, si professa est in eodem habitu permanere spondeus nunquam Religionis deponere velamen, à Religionis obseruantia discedere non præsumat, si præsumpserit, à liminibus S. Ecclesiæ segregetur.

Ex Concil. Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

26. Vide Moniales in Conc. Toron. 813. c. 27.

Ex Concilio Triburiensi sub Formoso, anno 895.

25. Viduas velare Pontificum nullus attentet, &c. Quod si spontè, &c. Vide Conc. VVormatiens. 868. c. 21. licet Sacramento confirmare velit eo tenore & ratione velamen sibi imponere, vt iterùm possit deponere.

VIGILIÆ.

Ex Concil. Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

35. Placuit prohiberi ne feminæ in cœmeterio peruigilent, eo quod sæpè, sub obtentu orationis, scelera latenter committant.

Ex Concil. Carthaginensi 4. sub Anastasio, anno 398.

49. Clericus qui absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendiis priuetur.

Ex Concil. Antisiodorensi sub Gregorio I. anno 590.

3. Vide Ecclesia.

5. Omnia, & inter supradictas conditiones, vigilias quas in honorem Domini Martini obseruant omnimodis seruare.

11. Non licet in vigilia Paschæ, ante horam secundam noctis, vigilias expedire, quia in illa nocte non licet post mediam noctem bibere, nec in Natali Domini, nec in reliquis solemnitatibus.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Gregorio IV. anno 836.

9. Vespertinales in vigilia Paschæ, melius celebrandæ sunt, propter lætitiam Resurrectionis Domini quam dimittendæ.

Ex Concil. Erpfordiensi sub Ioanne XI. anno 932.

1. Vt Deinceps natalitia 12. Apostolorum, summa veneratione solemniter celebrentur, & in vigiliis antiquitùs statutis, atque hactenus ab antecessoribus nostris seruatis, ieiuniorum vota, omni diligentia persoluere decernimus.

Ex Concil. Salegunstadiensi sub Benedicto VIII. anno 1022.

2. Vide Ieiunium.

Ex Concil. Oxoniensi sub Honorio III. anno 1222.

28. Hæ sunt vigiliæ statutæ ad vigilandum, vigilia Natiuitatis Domini, vigilia Paschæ, Pentecost. Litania maior, tres dies Rogationum, vigilia S. Ioannis Bapt. vigilia Apostolorum Petri & Pauli, vigilia sancti Laurentij, vigilia Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, sancti Bartholomæi, sancti Matthæi, Apostolorum Simonis & Iudæ, omnium sanctorum, Sancti Andreæ, sancti Thomæ Apostoli.

Ex Conc. Sabinensi in Hispan. sub. Ioanne XXII. anno 1322.

21. Quia in nocturnis vigiliis, quas in Ecclesiis fieri, aliquorum simplicium deuotio introduxit, nefanda sæpe ac enormia sub hac boni specie committuntur, ipsas fieri de cætero firmiter prohibemus.

Ex Concil. Aquileiensi sub Clemente VIII. anno 1596.

17. Statuimus ritum agendi vigilias seu in Ecclesiis pernoctandi omnino tollendum esse ac modis omnibus ab Episcopis delendum.

VIRGINES.

Ex Concil. Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

13. Virgines quæ se Deo dicauerunt, si pactum perdiderint virginitatis, ac libidini seruierint, placuit nec in fine dandam eis esse communionem, quod si pœnituerint, & toto tempore vitæ suæ egerint pœnitentiam, in fine communionem accipere debent.

14. Virgines quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem qui eas violauerint, duxerint & tenuerint maritos, post annum sine pœnitentia reconciliari debebunt, vel si alios cognouerint viros, eo quod mœchatæ sint, placuit per quinquennium acta legitima pœnitentia admitti eas ad communionem oportere.

Ex Concil. Ancyrano sub Siln. I. an. 314. & Epit. Adriani I. an. 773.

18. Quotquot virginitatem promittentes, irritam faciunt sponsionem inter bigamos censeantur, virgines autem quæ conueniunt cum aliquibus, tanquam sorores habitare prohibemus.

Ex Concil. Romano 2. sub Siluestro I. anno 324.

10. Nullus Episcoporum virginem sacratam maritali consortio experierit benedicere, nisi eam probauerit 72. annorum esse constitutam, ibi probabitur iudici à pudicitia vera aut in 70. annis requirens virum Christum, pudicitia custodita, vncta vertice introducatur ad nuptias Christi, velamen capitis serens non cordis.

Ex Concil. Gangrensi sub Siluestro I. an. 325. & Epit. Adriani I. an. 773.

9. Nullus pro virginitate exeratur nuptias.

10. Nullus virginitatem custodiens aduersus coniugatos superbiat.

Ex Concil. Cæsaraugustano sub Damaso I. anno 381.

8. Lectum est non velandas esse virgines, quæ se Deo vouerint, nisi 40. annorum probata ætate, quam Sacerdos comprobauerit.

Ex Concilio Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

33. De puellis quæ se vouerunt Deo, si post 25. annos ætatis, ad terrenas nuptias sponte transierint, cum his cum quibus se obligauerint communione priuentur, ita vt eis postulantibus pœnitentia non negetur, cuius pœnitentiæ communio multo tempore differatur.

Ex Concilio Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

4. Placuit vt ante 25. annos ætatis, nec Diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur.

33. Vt virgines sacræ cùm parentibus à quibus custodiebantur, priuatæ fuerint, Episcopi prouidentia vel Presbyteri (vbi Episcopus absens est) in Monasterio virginum, vel grauioribus feminis commendentur, vt simul habitantes inuicem se custodiant, ne passim vagantes Ecclesiæ lædant æstimationem.

Ex Concilio Toletano 1. sub Anastasio, anno 400.

6. Puella Dei nec familiaritatem habeat cum Confessore, aut cum quolibet Laico sanguinis alieni, aut conuiuium sola audeat, nisi vbi sit seniorum aut honestorum, aut viduarum honestarum frequentia, vt honestè Confessor quilibet cum plurimorum testimonio testium, conuiuio interesse possit, cum lectoribus, aut in ipsorum domibus non admittendas penitus nec videndas, nisi fortè consanguinea soror sit vel vterina.

Ex Concilio Mileuitano 2. sub Innocentio I. anno 416.

26. Placuit vt quicunque Episcoporum necessitat, periclitantes pudicitiæ virginalis (cùm vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si aliquo etiam mortis scrupulo periculoso compuncta fuerit ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet) velauerit virginem, seu velauit intra 25. annos ætatis, non ei obsit Concilium quod de ipso annorum numero constitutum est.

Ex Concil. Venetico sub Leone I. anno 453.

4. Eas quæ virginitatem professæ, & benedictionem fuerint per manus impositionem sub contestatione huius propositi consecutæ, si fuerint in adulterio deprehensæ cum adulteris ipsarum arcendas à communione censemus.

Ex Concil. Toletano 3. sub Pelagio II. anno 589.

10. Virgines citra voluntatem parentum vel suam, maritos non cogantur accipere, & si quis vero propositum castitatis viduæ vel virginis impedierit, à

sancta communione & à liminibus Ecclesiæ habeatur extraneus.

Ex Concil. Romano 1. sub Gregorio II. anno 721.

11. Vide Matrimonium.

Ex Concilio Romano sub Zacharia, anno 743.

7. Si quis temerario ausu præsumpserit virginem aut viduam furari in vxorem, præter si desponsatam habuerit, anathema sit.

Ex Concilio Foroiuliensi sub Adriano I. anno 791.

11. Placuit de feminis cuiuscunque conditionis puellis scilicet vel viduis quæ virginitatis, siue continentiæ propositum spontaneè pollicentes Deo emancipatæ fuerint, & ob continentiæ signum nigram vestem quasi religiosâ indutæ fuerint, licet non sint à Sacerdote sacratæ, in hoc tamen proposito eos perpetim perseuerare mandamus, si vero postea sese siue clanculò corruperint, seu publicè nupserint, segregentur ab inuicem & agant cunctis diebus vitæ suæ pœnitentiam, & à communione corporis & sang. Christi priuentur, in extremo tamen vitæ suæ Viatico non defraudentur, nulli liceat prædicti personis habitum, id est vestem mutare absque Episcopi sui conscientia.

Ex Concilio Turonensi 3. sub Leone III. anno 813.

28. Vide Moniales.

Ex Concil. Parisiensi sub Gregorio IV. anno 829.

41. Quidam Presbyteri, in tantam audaciam proruperunt, vt sacrarum virginum consecratores existerent, & hoc ad negligentiam Episcoporum pertinere dubium non est, quod quia Canonicæ authoritati minimè concordat, ne vlterius quispiam Presbyterorum id facere præsumat, prorsus inhibemus.

Ex Concilio Meldensi sub Sergio II. anno 845.

64. ad 67. Vide Furtum.

Ex Concil. Moguntino sub Stephano VI. anno 888.

26. Vide Conc. Eliberitan. 305. c. 13. 14.

VISITATIONES ARCHIDIACONI.

VErbo Archidiaconus, Concil. Londinen. 1237. c. 19. Turon. 1448. c. 9.

VSVRA.

Ex Canon. Apostolorum Clementis I. an. 91. & Epitome Adriani I. an. 773.

44. EPiscopus Presbyter, Diaconus vsurarij, aut desinant aut deponantur.

Ex Concil. Eliberitano sub Marcello I. anno 305.

20. Si quis Clericorum detectus fuerit vsuras accipere, placuit degradari & abstinere, si quis Laicus accepisse probatur, & promiserit se non vlterius exacturum, placeat ei veniam tribui, si vero in ea iniquitate durauerit, ab Ecclesia sciat se esse proiiciendum.

Ex Concil. Arelatensi 1. sub Siluestro I. anno 314.

12. De Ministris qui fœnerantur placuit eos iuxta formam diuinitus datam, à communione abstinere.

Ex Concil. Laodiceno sub Siluestro I. anno 320.

5. Non oportet Sacerdotes & Clericos fœnerantes vsuras, vel quæ dicuntur sescupla, id est summam capitis & dimidium summæ percipere.

Ex Concil. Niceno Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325.

18. Si quis Clericus inuentus fuerit vsuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, deiiciatur ex Clero, & alienus ab Ecclesiastico habeatur gradu.

Ex eod. Concilio. Editionis Arabicæ.

51. Nullus Sacerdos sæcularia negotia tractet, neque ad vsuram commodet, neque quæstum iniquum quærat, vnde sit postea excommunicandus.

Ex Concilio Carthaginensi 1. sub Iulio I. anno 348.

13. Non liceat Clericis fœnerari.

Ex Concil. Romano 4. sub Damaso I. anno 382.

2. Qui fœnori vacant, anathemate feriantur.

Ex Concilio Arelatensi 2. sub Siricio, anno 389.

14. Si quis Clericus pecuniam dederit ad vsuram, aut conductor alienæ rei voluerit esse, aut turpis lucri gratia aliquod genus negotiationis exercuerit, depositus à Clero, à communione alienus habeatur.

Ex Conc. Carthaginensi 2. sub Siricio, an. 397. seu sub Cœlestino, anno 425.

5. Non liceat cuiquam Clericorum de qualibet re fœnus accipere.

Ex Concil. Carthaginensi 3. sub Siricio, anno 397.

16. Vt Clericus commodans pecuniam, tantùm recipiat quantùm dedit.

Ex Concilio Aurelianensi 3. sub Vigilio, anno 540.

26. Vt Clericus, à Diaconatu & suprà pecuniam non commodet ad vsuras, nec de præstitis benefi-

ciis quidquam amplius quàm datur ſpectet, neve in exercendis negotiis turpis lucri cupiditate verſetur, qui præſumpſerit, communione conceſſa ab ordine regradetur.

Ex Concil. Pariſienſi ſub Gregorio IV. anno 829.

53. Quidam Clericorum & Laicorum in tantam turpiſſimi lucri rabiem exarſerunt, vt multiplicibus atque innomeris vſurarum generibus, ſua adinuentione, & cupiditate repertis adeo pauperes Chriſti affligunt, vt exceptis aliis oppreſſionibus, quibus ad iniuriam Dei atrociter cruciantur, hoc ſpeciali malo multi eorum fame & egeſtate confecti pereunt, multi etiam hac oppreſſione compulſi propriis derelictis, alienas, incolatus gratia, expetunt.

Ex Concilio Meldenſi ſub Sergio II. anno 845.

55. Vide Epiſcoporum mores.

Ex Concilio Titinenſi ſub Leone IV. anno 850.

21. Cenſemus vt quique vſuram perpetraſſe inueniuntur, ſi ſuperſunt à quibus vſuras exegerunt, ipſis reſtituant quæ ſuperabundantius abſtuliſſe probantur, ſi autem deceſſerint, hæredibus eorum ſaltem medietatem refundant, aut eleemoſynis redimant quod cupiditate deliquerunt, deinceps vero qui hæc ſectari inuentus fuerit, ſi Laicus eſt excommunicetur, Sacerdos autem vel Clericus proprij gradus periculum ſuſtinebit.

Ex Concilio Valentino in Gallia ſub Leone IV anno 855.

10. Vſurarum turpia lucra iterum Canonica ſeueritate inhibemus.

Ex Concil. Rhemenſi ſub Leone IX. anno 1049.

8. Vide Clericorum mores.

Ex Concilio Pictauienſi ſub Paſchali II. anno 1100.

11. Vide Clericorum mores.

Ex Concil. Londinenſi 1. *ſub Honorio II. anno* 1125.

11. Vide Clericorum mores.

Ex Conc. Later. vniuerſ. 10. *ſub Innocent. II. anno* 1139.

13. Nullus Archiepiſcopus, nullus Epiſcopus vel cuiuſlibet ordinis Abbas ſeu quiuis in ordine & Clero niſi cum ſumma cautela vſurarios recipere præſumat, ſed in tota vita infames habeantur, & niſi reſipuerint Chriſtiana ſepultura priuentur.

Ex Concilio Turonenſi ſub Alexandro III. anno 1163.

2. Vide Clericorum mores.

Ex Conc. Lateran. vniuer. 11. *ſub Alexand. III. anno* 1179.

25. Vſurarij manifeſti nec ad communionem admittantur Altaris, nec Chriſtianam, ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiant ſepulturam, ſed nec eorum oblationem quiſquam accipiat.

Ex Concil. Lugdunenſi Gener. 14. *ſub Gregor. X. anno* 1274.

26. Nec Collegium nec alia vniuerſitas vel ſingularis perſona cuiuſcunque ſit dignitatis, conditionis aut ſtatus alienigenas, & alios non oriundos è terris ipſorum publicè pecuniam fœnebrem exercentes, aut exercere volentes, ad hoc domos in terris ſuis conducere, vel conductas habere, aut aliàs habitare permittat, ſed huiuſm. vſurarios manifeſtos, omnes infra tres menſes de terris ſuis expellant, &c. Qui contrarium fecerint, ſi perſonæ fuerint Eccleſiaſticæ, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi ſuſpenſionis, minores vero perſonæ ſingulares excommunicationis, Collegium autẽ ſeu alia vniuerſitas interdicti ſententiam ipſo facto ſe nouerint incurſuras, quam ſi per menſem animo ſuſtinuerint indurato, terræ ipſorum quamdiu in eis iidem Vſurarij commorantur, extunc Eccleſiaſt. ſubiaceant interdicto, Laici vero per ſuos Ordinarios ab huiuſm. exceſſu compeſcantur.

27. Quamquam vſurarij manifeſti de vſuris quas receperant ſatisfieri, expreſſa quantitate, vel indiſtinctè in vltima voluntate mandauerint, nihilominus tamen eis ſepultura Eccleſiaſt. denegetur, donec vel de vſuris ipſis fuerit, prout patiuntur facultates eorum, plenariè ſatisfactum, vel illis quib. eſt facienda reſtitutio, ſi præſto ſint, aut alij qui eis poſſint acquirere, vel eis abſentib. loci Ordinario, aut eius vices gerenti, &c. Omnes Religioſos & alios qui manifeſtos vſurarios contra præſentis ſanctionis formam ad Eccleſiaſt. admittere auſi fuerint ſepulturam, pœnæ in Lateran. Conc. contra vſurarios promulgatæ ſtatuimus ſubiacere; nullus manifeſtorum vſurariorum teſtamẽtis interſit, aut eos ad confeſſionem admittat, ſiue eos abſoluat, niſi de vſuris ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo præſtent idoneam cautionem, teſtamenta quoque eorum aliter facta, ſint irrita ipſo iure.

Ex Concil. Rauennatenſi ſub Honorio IV. anno 1286.

6. Nullus Notarius noſtræ Prouinc. alicuius vſurarij teſtamentum conficiat, ſeu vbi conficiatur interſit, niſi Presbyter Parochialis ſit præſens, cuius eſt Parochianus teſtator, & antè omnia ſi dictus Presbyter poſtulauerit quod forma Conc Lugdun. fuerit obſeruata; Notarium qui ſcienter contrarium attentauerit excommunicamus.

Ex Concil. Herbipolenſi ſub Honorio IV. anno 1287.

23. Conſtitutio Greg. X. edita in Conc. Lugdun. in ſingulis Cathedralib. & Collegiatis Eccleſiis publicetur ſtatim lecto Euangelio ſemel in anno in Quadrageſima, & tunc fœneratores & qui exercent vſuras, & retinentes eos in domibus propriis excommunicati nominatim publice nuncientur, &c. Et ſi occultè vſuras exercens moriatur, & trium aut duorum teſtium fide dignorum teſtimonio conſtiterit exercuiſſe vſuras, niſi pro eo ſatisfactum fuerit, nullus ipſum recipiat ad Eccleſiaſt. ſepulturam, quod ſi contra factum fuerit locus ſeu Eccleſia in cuius cœmeterio, de Prælati ſeu Capituli licentia ſepulta fuerint corpora talium, ipſo facto Eccleſiaſt. ſubiaceant interdicto, quamdiu eadem corpora per eos non fuerint exhumata.

Ex

Ex Concil. Rauennatensi 4. sub Ioan. XXII. anno 1317.

15. Declaramus omnes vsurarios manifestos, &c. Vide Conc. Lugdun. 1274. c. 27. omnes etiam qui huiusm. vsurariis communionem Altaris ac corpus Chr. tradiderint, ac eos ad Ecclesiast. admiserint sepulturam, donec ad arbitrium Ordinarij loci satisfecerint, ab officij sui executione decernimus esse suspensos, pœnæ huiusm. subiaceant qui tales vsurarios absoluerint, qui testamentis & sepulturæ interfuerint eorumdem Tabelliones quoque de mutuis & contractibus vsurariis vel in fraudem vsurarum initis, instrumenta conficientes vel recipientes scienter, &c. Illos autem declaramus vsurarios manifestos, de quib. per Parochiam quam inhabitauerint, vel vbi morarentur, fama fuerit extorsisse vsuras, vel ipsorum confessione, aut per idoneæ argumenta, seu alio modo legitimo apparebit.

16. Vide Testamentum.

Ex Concilio Salisburgensi sub Vrbano VI. anno 1386.

13. Vsurarij postquam per suos Rectores trina monitione nominatim moniti fuerint, & infra mensem ipsi ab eadem prauitate non destiterint eo ipso excommunicationi subiaceant, quod si in hoc crimine sine satisfactione aut cautione de satisfactione decesserint, Christiana careant sepultura. Ipsique Rectores scienter sepelientes eosdem simili excommunicatione sint ligati.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

4 Vide Communio.

69. Ex mutuo, vel depositis etiam apud Iudæos factis, nihil præter sortem à quouis homine percipi ex conuento vel principaliter sperari possit, tametsi pecuniæ ipsæ sint pupillorum aut viduarum aut locorum piorum, vel etiam dotales, nisi quatenus id iure nominatim permittatur, ne fiant cambia, cùm litteræ ad destinatum locum verè non mittuntur, & ibi non fit solutio, sed vno & eodem loco pecunia datur & recipitur, &c. Ne quis rem aliquam ob dilatam solutionem carius vendat iusto pretio, ne ob anticipatam solutionem res minoris ematur iusto pretio, vel soluatur minus quam debeatur, &c. In societate animalium quæ inæstimata alicui dantur ad custodiam, siue vt operas præstet, omnes casus etiam fortuiti sint periculo eius qui dederit.

Ex Concil. Mediolanensi 2. sub Pio V. anno 1569. Titulo 3.

18. Ne Parochi vsurarium manifestum (ex statuto Gregorio X.) etiamsi in testamento aliaue quadam vltima volontate ipse mandauerit vsuræ nomine accepta restitui, in sepulturam Ecclesiast. tradant, nisi pro eorum facultatibus reipsa illis satisfactum fit, à quibus vsuras exegerit, aut si ij absunt, Episcopo, Vicario vel Parocho, vel Notario publico de restitutione cautum sit pignoribus, aut idonea sponsione facta, Parochus qui contrarium fecerit ipso facto est excommunicatus.

19. Cum iis qui contractus vsurarios commiserint, & cum Notariis qui scientes rogati conscripserint, prout iuris est agatur.

Titulo 3.

21. Qui ex pacto quidquam ex causa perceperit,

quod montis pietatis pecuniam, vel mutui vel depositi nomine dederit, cum eo tanquam cum vsurario agatur ad iuris præscriptum.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

59. Statuimus omnes qui contractus illicitos, vsurarios & à iure improbatos exercent, si tam nefarij criminis reos esse legitimè & iuris ordine seruato constiterit, pœnis cunctis à iure propositis subiici debere; Notarios, proxenetas, testes lucriue participes, ac quoscunque Ministros quocunque modo, consilio & opera, huiusm. contractibus fauentes excommunicatione innodantes, & ab officio suspendentes.

Ex Concil. Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

46. Contra vsurarios, concubinarios, & adulteros publicos, pœnis à iure canonico statutis seuerè procedatur.

XENODOCHIVM.

Ex Conc. Niceno Gener. 1. sub Siluestro I. anno 325. Editionis Arabicæ.

70. VT sit in omnibus ciuitatibus locus separatus peregrinis infirmis & pauperibus qui vocetur Xenodochium, id est hospitium peregrinorum, & eligat Episcopus aliquem ex fratribus, qui habitant in deserto, qui sit peregrinus & procul distet à patria qui sit etiam vir probus, & hunc præficiat Xenodochio qui in eo faciat lectos, & quæcunque infirmis & pauperibus opus sunt, & si bona Xenodochij non sufficiant, debet colligere, & omni tempore, ex omnibus Christianis prouisionem secund. vniuscuiusque vires, &c. In hoc opere est remissio peccatorum, solutio iniquitatis, & appropinquatio ad Deum.

80. Eligatur in omni ciuitate aliquis sæcularis & Religiosus qui est eloquens & patiens, & quem manifestum sit via recta & orthodoxa incedere, habitetque propè Ecclesiam, aut in hospitali, & habeat apud se bona hospitalis, & visitet hospitalia & ægrotos, visitet etiam eos qui in carcere sunt, quod si inter eos aliquem Christianum reperiat qui sit dignus vt liberetur, debet adiuuare eum vt è carcere liberetur, &c. Et si quis fuit alicuius criminis grauis reus, & non sit dignus liberatione, debet saltem adiuuare eum, ne ei victus & vestitus desint, &c. Et si quis ex fidelibus bona sua epulando & potando & scortando consumpserit, non est deserendus, sed debet vnusquisque fidelium dare secundum vires suas, & colligatur hoc vt ille à creditoribus & afflictione liberetur.

Ex Concilio Aurelianensi 5. sub Vigilio, anno 552.

15. Si quis quolibet tempore, cuiuslibet potestatis vel ordinis, aliquid de consuetudine vel facultate Xenodochij Lugdunensis à Rege Childerico conditi abstulerit, vt Xenodochium esse desinat, vt necator pauperum irreuocabili anathemate feriatur.

Ex Concil. Matisconensi 2. sub Pelagio II. anno 588.

11. Sectatores nos hospitalitatis esse non solum Dominus Iesus admonet, sed etiam Apostol. &c. Propterea vnumquemque nostrum oportet non solum semetipsum ad hoc opus hortari, sed etiam omnium fidelium mentes vt possint apud Deum misericordiæ operibus pro nostris peccatis intercedere, & non ei per puram hospitalitatem reconciliari.

Ex Concil. Aquisgranensi sub Stephano V. anno 816.

141. Prælati Ecclesiæ aliquod præparent receptaculum vbi pauperes colligantur, & de rebus Ecclesiæ, tantum ibidem deputent, vnde sumptus necessarios iuxta possibilitatem rerum habere valeant, exceptis decimis quæ de Ecclesiæ villis ibidem conferuntur, sed & Canonici tàm de fructibus quàm omnibus eleemosynarum oblationibus in vsus pauperum decimas libentissimè ad ipsum conferant hospitale, & boni testimonij frater constituatur, qui hospites & peregrinos aduentantes suscipiat, eisque necessaria libenter pro viribus administret. Clerici si aliis temporibus queunt, saltem Quadragesimæ tempore pedes pauperum in competenti lauent hospitali, &c.

Ex Concilio Meldensi sub Sergio II. anno 845.

40. Admonenda est Regia magnitudo de hospitalibus, quæ tempore prædecessorum suorum & ordinata & exculta fuerunt, & modo ad nihilum sunt redacta, sed & hospitalia Scotorum quæ sancti homines gentis illius in hoc Regno construxerunt, & rebus pro sanctitate sua acquisitis ampliauerunt, ab eodem hospitalitatis officio fundims sunt alienata, & non solum superuenientes in eadem hospitalia non recipiuntur, verum etiam ipsi qui ab infantia in eisdem locis sub Religione Domino militauerunt, & exinde eiiciuntur & ostiatim mendicare coguntur, vnde pertimescenda est Canonica sententia, quia vt necator pauperum & Christi traditor Iudas, idem qui huius sceleris author & perpetrator esse dignoscitur, præsenti & perpetuo anathemate feriendus.

Ex Concil. Ticinensi sub Leone IV. anno 850.

15. De Xenodochiis statuimus, vt quæque in Episcoporum sunt potestate, secundum dispositionem eorum qui instituerunt, gubernentur, quæ autem sub defensione quidem sunt Ecclesiæ, sed iuxta institutorum decreta per hæredes vel pertinentes, qui Religiosam vitam duxerint regi debent, procuret Episcopus, vt ab eis non negligantur, & si in aliquo malæ tractationis obnoxij reperiuntur, Ecclesiasticæ subiaceant disciplinæ.

16. Vide Principes.

Ex Concil. Lateran. vniu. 11. sub Alexand. III. anno 1179.

23. Vbicunque tot leprosi, qui cum sanis habitare non possunt, simul sub communi vita fuerint congregati, quod Ecclesiam sibi cum cœmeterio construere, & proprio gaudere valeant Presbytero, sine contradictione aliqua permittantur habere, caueant tamen, vt iniuriosi veteribus Ecclesiis, de iure Parochiali, nequaquam existant, &c. De hortis vero & nutrimentis animalium suorum, decimas tribuere non cogantur.

Ex Concil. Londinensi sub Innocentio III. anno 1200.

13. Vide Conc. Lateran. 1179. c. 23.

Ex Concilio Rauennatensi 2. sub Clemente V. anno 1311.

25. Hospitalia alicui non concedantur, nec aliqui instituantur in eis, nec ea qui habent, valeant detinere, nisi sint Religiosi & sine vxore, & tales quod profiteantur perpetuo ibidem pauperib. deseruire, & tonsuram & hospitalitatem teneant, & residentiam faciant eisdem, & qui contra fecerit, reddatur inhabilis ad ordines suscipiendos, & beneficia quæcunque Ecclesiast. obtinenda, & ea amittant, &c.

Ex Concil. Sabinen. in Hispan. sub Ioanne XXII. anno 1322.

13. Parochialium Ecclesiarum Rectores & Curati, secundum facultatem bonorum suorum, Religiosos, pauperes & peregrinos transeuntes charitatiue recipiant, & pertractent in locis, nisi vbi ad hoc sit domus aliqua specialiter deputata, Rectores & Curati prædicti diligenter inuigilent, vt domus huiusmodi sic conuenienter paratæ sint, quod hospitalitas ipsa ad quam deputatæ fuerint, in eis debitè obseruetur, & ad hoc Rectores ipsi per ordinarios compellantur.

Ex Concilio Senonensi sub Clemente VII. anno 1528. De Moribus.

29. Præcipimus iuxta Conc. Viennens. Xenodochia, leprosarias, eleemosynarias, & alia hospitalia quocunque nomine censeantur, visitari & reformari per eos ad quos de iure statutoue in locorum fundatione apposito, vel ex consuetudine præscripta, aut priuilegio Sedis Apostol. spectat & pertinet, gubernatio vero viris prouidis & discretis, ac boni testimonij committat, qui instar tutorum & curatorum præstare iuramenta, ac de locorum ipsorum bonis inuentarium conficere, & ordinariis seu locis illis quibus subsunt loca huiusm. vel deputandis ab eis, annis singulis de administratione sua teneantur reddere rationem.

Ex Concilio Coloniensi 1. sub Paulo III. anno 1536. Parte 11.

2. In hospitalibus quæ ad salutem animarum pertinent minimè negligantur, sed ante omnia de Sacramentorum administratione pauperibus, debilibus & ægrotis prouideatur, ac vbi corporis infirmitas medicum postulat, ibi prius animæ, deinde corporis medicus accersatur.

3. In eiusmodi hospitalia miserabiles tantum personæ quæ aut morbo, aut debilitate, aut ætate impeditæ suis manibus laborare, victumque, ac vestitum sibi comparare non possunt, recipiantur.

4. In primis recipiantur in hæc hospitalia personæ miserabiles eius loci vbi hospitalia constituta sunt.

5. Sint mendicantibus validis non solum hospitalia clausa, sed & publicè ac ostiatim mendicare penitus interdictum.

Ex Concil. Augustensi sub Paulo III. anno 1548.

27. Hospitalia conseruari, redditus ad ea destinatus in nullos alios vsus conuerti, atque sicubi alienati, aut in prauos vsus conuersi fuerint, reuocari iubemus, &c. Viduæ, orphani, & qui ad quærendum victum sibi non sufficiunt, ex eo loco vbi hospitalia constituta sunt oriundi, in ea recipiantur, peregrinis autem hospitalia pro refectione tantum, non autem in fraudem indigenarum pauperum, & pro inhabitatione patere concedimus, &c. Hospitalium administratores saltem semel in anno prouisoribus rationem reddant.

Ex Concilio Coloniensi 2. sub Paulo III. anno 1549. Medio 4.

12. Vide Episcoporum Officium.

Ex Concil. Trident. Gener. 18. sub Paulo III. anno 1545. Sess. 7. De Reformat.

15. Curent Ordinarij vt hospitalia quæcunque à suis administratoribus, quocunque illi nomine censeantur, etiam quomodolibet exemptis, fideliter & diligenter gubernentur.

Ex eod. Concilio, anno 1551. sub Iulio III. Sess. 14. De Reformat.

5. Vide Forum Ecclesiasticum.

Ex eod. Concilio, Sub Pio IV. anno 1562. Sess. 25. De Reformat.

8. Illis qui hospitalia seu alia pia loca ad peregrinorū, infirmorum, senum, pauperumve vsum præcipuè instituta in commendam, administrationem, aut quemcūque titulum, aut etiam Ecclesiis suis vnita obtinent, vel si Ecclesiæ Parochiales hospitalibus fortè vnitæ, aut in hospitalia erectæ, earumque Patronis in administrationem concessæ sint, præcipit S. Synodus vt impositum illis onus officiumve administrent, atque hospitalitatem quam debent ex fructibus ad id deputatis actu exerceant, &c. Quod si hospitalia hæc ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum personarum genus suscipiendum fuerint instituta, nec in loco vbi sunt dicta hospitalia, similes personæ, aut perpaucæ reperiantur, mandat adhuc vt fructus illorum in aliam pium vsum qui eorum institutioni proximior sit, ac pro loco & tempore vtilior sit, conuertantur prout Ordinario cum duobus de Capitulo per ipsum deligendis, magis expedire visum fuerit.

Ex Concil. Mediolanensi 1. sub Pio IV. anno 1565. Parte 2.

27. Vide Episcoporum Officium.

Parte 3.

1. Qui hospitalia, seu alia pia loca ad peregrinorum, infirmorum, senum, pauperumve vsum præcipuè instituta in commendam, administrationem, aut quemcunque titulum, aut Ecclesiis suis vnita obtinent, domos & ædificia horum locorum ruinosa, vel disiecta farciant, & restituant, hospitalitatem ex fructibus illi muneri attributis reipsa exerceant, &c. Qui pecuniam Ecclesiis, Confraternitatibus, aut quibuscunque piis locis debent, illorum Procuratores, Syndici, Ministri esse, aut vllam denique eis officij aut negotij partem administrare non possint, &c. Administratores Ecclesiastici vel Laici, piorum locorum qui nunc sunt, intra tres menses qui deinceps deligentur, antequam ad administrationem accedant, iurent se fideliter & accuratè munus suum executuros.

Ex Concilio Aquensi sub Gregorio XIII. anno 1585.

2. Curet Episcopus vt in hospitalibus, & aliis piis locis vbi plures vel mares vel feminæ, præcipuè vero infantes expositi aluntur, doctrinæ Christianæ tradendæ tàm necessarium institutum introducatur.

Ex Concil. Auenionensi sub Clemente VIII. anno 1594.

51. Administratores hospitalium ac piorum locorum quorumcunque, iuxta Conc. Trident. decretũ, rationes reddant ordinariis singulis annis, nisi secus fortè in institutione & ordinatione talis Ecclesiæ seu fabricæ expressè cautum esset, &c. Nullus administrator hospitalium cæterorumque locorum Religiosorum electus antea administret, quam in manibus Episcopi vel Vicarij iuramentum præstiterit, se fideliter diligenterque munus suum executurum, &c.

Ex Concilio Narbonensi sub Paulo V. anno 1609.

38. Episcopi hospitalia sæpius visitabunt, inquirent in quo consistant redditus, qui eorum sint Rectores Ecclesiarum in quorum Parochia sita sint, præsentibus aliis qui ad hoc interesse consueuerunt, annis singulis videbunt, nec tamen alicui vltra triennium administratio concedatur.

INDEX.

INDEX TITVLORVM.

Index Titulorum.





BREVIS HISTORIA OMNIVM CONCILIORVM,

Tum Generalium, tum Prouincialium.

CVM SVBSCRIPTIONIBVS PRÆCIPVORVM PATRVM Maximè Gallorum.

BENEVOLO LECTORI.

HISTORIAM Conciliorum breuiter, quantum licuit, ex Binio in compendium redegimus, omissis disputationibus de incertitudine temporis, quo quædam Concilia fuerunt celebrata, nec aliud intendimus, quam vt simplici, & dilucida enarratione, totum negotium & quælibet acta cuiuslibet Concilij legenti innotescant. Post Concilium Lateran. Gener. 11. sub Alexand. III. ann. 1179. celebratum, multa Concilia Prouincialia velut superflua lubens prætermisit Binius, eaque dumtaxat, cum delectu, excerpsit, quæ ad Ecclesiam in fide, & moribus ædificandam, pertinere illivisa sunt, nos quæ ex Baronio, Sirmondo aliisque authoribus inuenire potuimus asterisco * notata suo loco apposuimus omisimus etiam quædã Conc. Gallicana (licet impressa) quę certo scimus à Sede Apostolica non fuisse approbata; non quod nobis (vt quidam ait) cum Synodorum authoritate, ac disciplina parum conueniat, scimus enim quanta reuerentia, & quantus honos debeatur S S. Patrum definitionibus in Spiritu sancti Congregatorum, & quæ vtilitas sit Canonum, quæ S. Dei Ecclesia (velut leges irrefragabiles) recipit.

1. Quatuor prima Concilia Generalia quæ aliis solemniora, & antiquiora dicuntur, nimirum Nicænum contra Arrium, Constantinopolitanum contra Macedonium, Ephesinum contra Nestorium, Chalcedonense contra Eutychem; hæc inquam, velut quatuor sancta Euangelia, suscipit, & veneratur S. Gregorius Papa, quæ simul cum aliis Generalibus 18. numerum non excedunt. Notandum tamen diuersam reperiri de Conciliis Oecumenicis nomenclaturam, ab illa qua nunc vtimur; si quidem ad significandum Ecclesiæ vniuersæ Concilium quod dicimus Oecumenicum, Patres olim siue plenarium nominare consueuerunt, vt ex S. August. Epist. 162. constat, siue etiam magnum, quo nomine Nicænum sæpissime nuncupatum reperies, eademque ratione S. Athanas. apol. 2. in præf. instar Nicæni, Sardicense ma-

gnum appellat; cùm vero conuocarentur Episcopi earum prouinciarum, quæ sub vno Primate essent, dicebatur Generale, sicut ex nomine Athanasius ibidem appellauit Synodum ex Ægypti Episcopis, Alexandriæ ab Osio collectam; in Synodo vero Carthaginensi 3. cap. 7. nominatur vniuersale Concilium, anniuersarium, ad quod, singulis annis, ex omnibus Affricæ prouinciis Episcopi conuenire solerent, eademque ratione statutum est in Gallia Conc. Matisconensi 2. cap. 20. vt, quolibet triennio, celebraretur vniuersalis Synodus, suntque alia de his complura exempla, obtinuit tamen posteà vsus vt Concilium vniuersale, idem diceretur, quod œcumenicum, cùm & eadem sit propè vtriusque vocis significatio, diciturque œcumenicum, siue vniuersale, vel quod ex vniuersi terrarum orbis prouinciarum Episcopis colligatur, vel quod licet, non ex omnibus prouinciis, adsint Episcopi, tamen in eo decernantur quæ ad vniuersam orbis Christiani Ecclesiam pertinent.

2. Sed quod frequentissimè in Conciliis, & apud antiquos scriptores Ecclesiasticos, occurrat mentio Episcoporum Orientalium, & Occidentalium, illud semel admonendum putamus distinctionem huiusmodi, non quidem ex situ orbis secundum exactam Cosmosgraphorum descriptionem fieri; sed pro ratione partiti Imperij; itavt quæcumque Prouinciæ sub Orientali Imperio essent Orientales, quæ vero sub Occidentali eæ Occidentales dicantur.

3. Prouincialium Conciliorum Romæ, sub diuersis Pontificibus celebratorum numerus tantus est, vt cum nomine illius Pontificis (cuius tempore habita fuerunt) conuenientius, quam cum certa numeri nota inscribantur, citentur, & proferantur, quod & in quibusdam aliis Conciliis obseruatur.

4. In quibusdam Conciliis, maximè sexti sæculi, duo Episcopi eiusdem Ecclesiæ subscribunt, quia Leouigildus Rex Arrianus, Episcopos Catholicos à Sedibus deiecerat, & Arrianos substituerat, vnde factum est, vt reddita Ecclesiæ pace, vnius Ecclesiæ duo Episcopi subscribant, vnus Catholicus, alter ex hæresi veniens, præterea cùm senectute confectus esset Episcopus impotensque ad Ecclesiæ regimen, seruato honore Episcopali, alius muneri præficiebatur.

4. Ad extirpendas hæreses & auertenda schismata, multa Concilia, potissimum generalia, variis temporibus celebrata sunt, quæ vt impugnarent aduersarij, quædam Conciliabula congregarunt, vt autem cuiusque Concilij historia plenius innotescat, legenda sunt Conciliabula circa idem tempus celebrata, tùm etiam Concilia anteriora & posteriora, vt quod mutilum aliquando in Concilio circa historiam videtur, per illa suppleatur.

PRÆ

PRÆLVDIVM.

1. CONCILIVM Generale quod congregat Papa, quandoque tantum congregatur ex Clericis, & populo Romano, & istud Concilium regulariter non continet eam authoritatem, quam habet Concilium Generale quod congregat Papa ex omnibus Episcopis; istud enim est magnæ authoritatis.

2. In Concilio Synodali (quod solus Episcopus in Diœcesi sua facit) Abbates, & inferiores Episcopis, citandi sunt, & omnis clerus interuenire debet.

3. In Concilio Prouinciali ab Archiepiscopo cum Suffraganeis congregato, non est necessaria alia persona præter Episcopos, nam illi tantum sunt qui tenent vocem iudicandi; inferiores tamen Episcopis citandi sunt, vt consulantur, quando eorum consilium esset necessarium; & ideo ibi debent adesse Abbates, citandi sunt etiam illi quorum interest particulariter.

4. Summus Pontifex, aut eius legatus ex mandato speciali solummodo, authoritatem habet congregandi Concilium Generale, Imperatores autem consuetudinem habent (Constantini exemplo) hortandi, & instandi vt celebretur Concilium generale, vrgente necessitate, vt reformetur Christiana Religio. Episcopi tantum citabuntur ad effectum statuendi, & iudicandi, citabuntur tamen causa consulendi Abbates, sed si sunt habentes iurisdictionē Episcopalem, vocem habebunt decisiuam; item Ecclesiæ Cathedrales vocandæ sunt, citabuntur etiam omnes quorum specialiter interest, quoniam citatio est de iure diuino, & naturali; ideo, quando prædicta spectarent ad fidem, laici citandi sunt, & debent interuenire Concilio iure proprio, & habent vocem consultiuam, non autem decisiuam: In aliis autem negotiis, si laici inuitantur habebunt vocem constitutiuam, vel prout Papa concesserit, nam Papa potest eos facere capaces iurium spiritualium, & maximè potestatis vocis dandæ.

5. Aduerte. Quod Principes sæculares, sunt de corpore Concilij per text. *in cap. ad Apostolica de re Iudi. lib. 6.* Vbi Papa pollicitus fuit se vocaturum ad Concilium Reges, Prælatos, ac Principes tam Ecclesiasticos, quàm sæculares, vt per se, vel per solemnes nuncios venirent, & Imperator debet interesse, *21. dist. c. nunc autem.* Imo quod plus est proponit Imperator ibi, sicut quilibet alius Prælatus, & si ageretur in Concilio res fidei, Imperator debet personaliter adesse, sed Episcopi tantum habent statuere, & deffinire.

6. Ecclesiæ olim regebantur per omnes Sacerdotes, ideo non mirum si omnes Seniores vocabantur ad Concilium, sed hodie non fit, omnes tamen alij Prælati inferiores, poterunt in Concilio proponere, & admittendi sunt.

7. Forma citationis est. Quod Papa vel eius legatus potest per viam citationis, aut mandati, præcipere omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis per litteras Apostolicas, vt veniant ad Concilium generale, assignando quo tempore, & quo loco celebretur; verum quia difficile esset citari omnes Episcopos, aliquando citantur Archiepiscopi, vt veniant ad Concilium generale, & illi monent Episcopos, intimando mandatum Pontificis; in tantum autem est necessaria monitio, seu citatio Superioris quod licet vnus Episcopus videat alios ire ad Concilium, non tenetur ire, nisi specialiter vocetur.

8. Episcopi citati tenentur personaliter comparere (nisi iusto impedimento detineantur, & tunc debent mittere Legatos seu Procuratores) quia illi repræsentant personas Apostolorum Christi; Laicus non potest constitui Procurator, vt intersit pro aliquo Episcopo in Concilio, & eius nomine statuas ac iudicet, nam licet hæc sint Iurisdictionis, adminiculo tamen ordinis exercentur, potest tamen Episcopus iusto impedimento detentus, committere vocem, & votum suum vni de Concilio.

9. Collegia Ecclesiarum Cathedralium poterunt comparere per Procuratores, sed qui personaliter citaretur, esset obligatus personaliter, nam videtur citatus ob industriam suæ personæ, idem esset quando natura causæ non admitteret Procuratorem; principes etiam Christiani possunt comparere per Legatos, aut per Procuratores.

10. Finito autem Concilio Cardinales, Episcopi, & Abbates habentes Episcopalem Iurisdictionem sub notabunt sua nomina, imponendo titulos dignitatis suæ, sequendo ordinem seruatum in Conc. Florentino, & Tridentino; Episcopus secundum ordinationis suæ tempus,

siue ad consedendum in Concilio, siue ad subscribendum, siue in qualibet alià re, suum locum attendere debet, & sui sibi prærogatiuam ordinis vendicare, quod tempus ordinationis non ad Ecclesias, sed ad personas refertur.

11. Non comparentibus Episcopis citatis, & requisitis in termino eis assignato, vt veniant ad Concilium, notorium est quod sunt inobedientes non obtemperando mandatis, aut iustis requisitionibus (quæ inobedientia est peccatum grauissimum in Prælatis) eoque casu ius statuendi & sententiandi habent venientes ad Concilium, ita not. *in cap. gratum de post ul. præl.* ex quo infertur quod si in Concilio assistit Papa, vel eius Legatus specialiter deputatus, ad assistendum in Concilio, & non veniret nisi vnus Episcopus, esset Concilium. Vnde concluditur quod si vnus Episcopus tantum iniret Concilium, in eo esset tota authoritas, statuendi, & definiendi, *text. in Cap. cum nobis olim, de electio.* Vbi dicitur quod si vocati ab habente potestatem nolunt venire, faciunt se alienos, & in vno solo Ecclesia siue Concilium est, seu ius Concilij, vt not. Panor. *disp. incip. Epist.*

12. Si Concilium sit congregatum per Papam, pro negotiis Ecclesiæ, & Papa ipse sit in Concilio, ipse est Iudex, & alij Prælati intersunt tanquam Conciliarij, & Assessores; nam solus Papa est ille qui debet præesse Concilio.

Ordinem celebrandi Concilia, vide V. Concilia in Conc. Tolet. 4. an. 633. c. 3. & fusius in tomis Conciliorum.



BREVIS



BREVIS HISTORIA OMNIVM CONCILIORVM.

34. IEROSOLYMITANUM 1. ſub S. Petro, in domo Mariæ Matris Ioannis qui cognominatus eſt Marcus, pro electione S. Matthiæ in locum Iudæ, duobus enim diſcipulis Domini Ioſepho & Matthia conſtitutis, per ſortem Matthias electus eſt.

Omnes Apoſtoli, & Fratres ſimul 120. inter fuerunt.

34. Ieroſolymitanum 2. ſub S. Petro in electione 7. Diaconorum, propter murmur Græcorum aduerſus Hebræos, Diſcipuli enim Domini qui ex Iudæis in Græcia habitantibus conuerſi erant, Chriſtianas viduas ſuæ nationis, miniſterio menſarum præpoſitas, à Iudæis conuerſis in Palæſtina habitantibus contemni querebantur. Placuit igitur Apoſtolis, vt ex gratia, & conceſſione dumtaxat, non ex iure, credentium multitudo ex 70. diſcipulis Domini, ſeptem viros boni teſtimonij eligeret, ſeu potius poſtularet, cùm facta eſſet electio Stephani, Philippi, Prochori, Nicanoris, Timonis, Parmenæ, & Nicolai; Apoſtoli, electis (qui non tantum communibus, ſed etiam ſacris menſis, & functionibus præficiendi eſſent) præuia communi omnium oratione, manus impoſuerunt, iiſque quotidianum, vtriuſque menſæ miniſterium, Euangelij prædicationem, & Sacramentorum quorumdam diſpenſationem, & adminiſtrationem commiſerunt: quod autem Diaconi ordinati, dicuntur menſis communibus præfecti, non ſic accipiendum eſt, vt quod eſt miniſtrorum menſarum, cæteris accumbentibus, quæ ad cibum potumque pertinebant illuc inferrent, ſed quod ea quibus cuique opus eſſet eleemoſynas diuidendo, curarent, omnes Apoſtoli inter fuerunt.

44. Ieroſolymitanum 3. ſub S. Petro, in quo, antequam per vniuerſum orbem diuiderentur Apoſtoli, Symbolum compoſuerunt idque non ſcripto, ſed traditione communicarunt.

48. ſeu 57. Ieroſolym. 4. ſub S. Petro, vt triumphali B. Virginis Mariæ in cœlos Aſſumptioni, omnes Apoſtoli intereſſent: De anno non conſtat, Euſebius enim Virginis Deiparæ obitum anno 48. attribuit ætatis ſuæ 62. vel 63. at Epiphanius Presbyter *ſerm. de dorm. Deip.* & Cedrenus illam exiſtimant vixiſſe an. 72. ac ſi non potetit illius mors ante ann. Ch. 57. contigiſſe, atque hæc dinumerandi ratio, magis eſt conſentanea teſtimonio S. Dionyſij, qui non ante annum Ch. 55. ad fidem conuerſus eſt, ſicut nec Paulus ante an. 57. in vrbem Ieroſolymitanam vltimo profectus.

S. Paulus, S. Hierotheus, S. Dionyſius inter fuerũt.

51. Ieroſolymitanum 5. ſub S. Petro; contra Cherintum Hæreſiarcham, qui, legem propugnaturus, Ieroſolymam petierat, poſt multam autem cauſæ diſceptationem, non ex ſcriptura, ſed ſuffragio Apoſtolorum, & iudicio Petri principis Apoſtolorum definitum eſt, neminem Chriſtianorum lege Circumciſionis, vel vlla alia cæremoniali Iudaica obligari, quod vt fidelibus omnibus innoteſceret, ad Antiochenos legatio decernitur, & Synodica Epiſtola, *Act.* 15. extans tranſmittitur, huius controuerſiæ definiendæ iudicio, cum Presbyteris & plebe; Apoſtoli per orbem terræ longè lateque diuiſi, Dei inſtinctu, & reuelatione ante ad moniti interfuerunt, Apoſtoli tanquam huius controuerſiæ iudices ad decidendum, & definiendum, Presbyteri velut inquiſitores veritatis ad diſputandum & conſultandum, plebs autem non vocata interfuit, non quidem ad examinandũm, ſed ad audiendam Apoſtolorum ſententiam qui obtemperare deberet; hæc fuit plenaria Conciliorum forma, poſtmodum à ſummis Pontificibus, & SS. Patribus obſeruata, & obſeruanda *Act.* 15.

Canones qui Apoſtolorum paſſim vocantur *lib.* 8 concluſos, ſanxerunt Apoſtoli, item liturgiam ſeu miſſam *in* 8. *earumdem conſtitutionum lib.* deſcriptam diſpoſuerunt.

Hoc eodem Conc. Paulo gentium, Petro eorum qui ex circumciſione ad fidem veniſſent, cura, ſollicitudo, & patrocinium commiſſa fuerunt; non quidem quod Petro Gentibus Euangelium Chriſti annunciare non licuerit, adeoque ille vniuerſæ Eccleſiæ Paſtor eſſe deſierit, ſed vt circumciſionis miniſterio, velut honeſtiſſimo quodam titulo, ac ſingulari prærogatiua, ſoli Chriſto, Chriſtique Vicario Petro debita, ſolus Petrus Chriſti Vicarius nobilitaretur.

57. Antiochenum ſub S. Petro, in quo credentes in D. Ieſum (quos illius temporis homines appellabant diſcipulos) Chriſtiani dicti ſunt 9. Canones editi ſunt, quorum 8. *in Nicæno Conc.* 2. *citatus*, eſt contra idola, & pro ſacris imaginibus Domini noſtri Ieſu Chriſti.

58. Ierosolymitanum 6 sub S. Petro, circa festum Pentecostes; in quo, declaratum fuit, licitum esse conuersis Iudæis, vti, cum fide & Sacramentis noui Testamenti, etiam circumcisione, & aliis cæremoniis, & sacrificiis veteris Testamenti, quamdiu templum & sacrificia legis in Ierusalem stabant, non quasi lex Euangelica non sufficeret, sed vt mater Synagoga paulatim cum honore sepeliretur.

* 130. Gallicanum sub Eleutherio, contra montani errores.

198. Romanum sub Victore I. Qui præfuit; de celebrando Paschate die Dominica, post 14. lunam, & vernale æquinoctium, occurrente prout ab Apostolis traditum erat.

Theophilus *Cæsariensis* Episcopus interfuit.

198. Palæstinum sub Victore I. Eiusque authoritate celebratum in Cæsaria; pro eadem causa.

Theophilus *Cæsariens.* Episcopus Sedis Apostolicæ legatus præfuit.

198. Ponticum sub Victore I. Pro eadem causa.

Palma Episcopus præfuit.

198. Gallicum sub Victore. I. Pro eadem causa.

Irenæus *Lugdunensis* Episcopus præfuit.

198. Osrœnum sub Victore I. Pro eadem causa.

198. Corinthiacum sub Victore I. Pro eadem causa.

Bachillos *Corinthiorum* Episcopus præfuit.

Alia denique, aliorum prope infinitorum, qui vno consensu iudicioque vno, ex antiqua Apostolorum traditione, eamd. de Paschatis festi obseruatione, tulere sententiam, neque eorum quidquam extat.

* 230. Narbonense sub Vrbano I. In quo suam innocentiam, & castitatem asseruit Episcopus Paulus.

241. Labesitanum *in Affrica*, sub Fabiano; Aduersus priuatum hæreticum, quæ fuerint eius hæreses nondum constat, sententiam vero eorum, Fabianus Pontifex eo ipso approbauit, quod eumdem Ecclesiastica communione priuauerit.

90. Episcopi subscripserunt.

249. Arabicum sub Fabiano; Contra hæreticos affirmantes animas hominum mortales esse, easque vnà cum corporibus extingui, & in nouissimo die cum iisdem corporibus vicissim resuscitari debere; Origenes præsens eos doctissimè impugnauit, & simul expugnauit.

253. Romanum, à clero Romano Sede vacante; De lapsis coercendis, vel recipiendis, vt scil. infirmi quidem, de vita periclitantes præuia confessione, & pœnitentia recipiantur, aliorum vero causa, & reconciliatio ad electionem noui Romani Pont. suspendatur, quibus hasce leges præscribit, vt ad communionem, & vnitatem Ecclesiæ, à qua per negationem, exciderant, recipi petant, non per vim seditiones, aut turbas sed per humilem pœnitentiam, lachrymas. Episcopi vicini affuerunt, & quotquot ex aliis Regionibus extorres Romę fidei causa, mutato habitu delitescebant.

254. Carthaginense I. post Pascha sub Cornelio; De recipiendis lapsis post pœnitentiam, non tamen (citra vrgentem necessitatem) ante satisfactionis tempus impletum, admittendis.

Legati à Nouatiano schismatico Roma, ad Affricanam Ecclesiam cum litteris allegati, excommunicantur.

Felicissimus, schismatis Affricani infelix author, & quinque illi Presbyteri Carthaginenses fidei desertores, ac schismatici sectarij, de quibus Cyprian. Episcopus, *Epist.* 40. iam ante bis excommunicati, in hoc sacro Episcoporum conuentu, causam suam acturi adsunt, audiuntur, & demum tertio excommunicantur.

S. Cyprianus *Carthaginens.* Episcopus præfuit.

254. Romanum I. sub Cornelio; pro eadem causa.

Decretum Concilij Carthagin. *de lapsis* confirmatur, de Sacerdotibus autem lapsis hoc particulariter decretum est, vt Sacerdotes lapsi, præuia pœnitentia & satisfactione, ad Ecclesiam quidem recipiantur, sed à Sacerdotali functione deinceps abstineant, &, laica tantum communione contenti, in Ecclesia communicent.

255. Romanum 2. sub Cornelio; contra Nouatianum, eiusque fautores schismaticos, & de lapsis, post pœnitentiam, & satisfactionem, recipiendis; nouatiani autem, eo quod ab vnitate Ecclesiæ se præscidissent, & lapsis pœnitentiam, & reconciliationem denegarent, excommunicati denunciantur.

60. Episcopi subscripserunt.

60. Presbyteri, & amplius, cum Diaconis interfuerunt.

255. Italicum sub Cornelio; Pro eadem causa.

255. Carthaginense 2. sub Cornelio; Pro eadem causa, & contra felicissimum, qui omnes omnino lapsos, absque pœnitentia, mox suscipi debere pertinaciter defendebat, Nouatianus vero neminem eorum qui lapsi essent, in Ecclesiam recipiendum non minore pertinacia asserebat. Priuatus veterator hæreticus in Labesitano Conc. dânatus, vt causam suam ageret, ad hanc Synodum ipse cum suis fautoribus venit quidem, sed, quia antea sæpè damnatus fuisset, repulsus est; qua de causa ille, sociis quibusdam collectis, fortunatum pseudo Episcopum, aduersus Cyprianum creat, & felicissimo iungitur.

42. Episcopi subscripserunt.

S. Cyprianus Episcopus *Carthaginensis* præfuit.

255. Antiochenum sub Cornelio; Aduersus eos qui in oriente, partibus Nouatiani fauerent.

Fabius *Antiochenus* Episcopus præfuit.

257. Affricanum I. sub Stephano I. Ad collapsam Ecclesiæ disciplinam, persecutione cessante, restituendam & reformandam, constitutum est primo vt Diaconus ille, quem Rogatianus Episcopus de proteruia, & conuiciis sibi illatis coram Patribus Concilij denunciauerat, aut abstineatur, aut, nisi peccatum emendet, omnino deponatur, idem de reliquis proteruis, & contumeliosis Clericis constitutum esse volens &c. Geminium Victorem Christianum qui ex hac vita discedens, fortunatum quemdam Presbyterum, testamento, filiorum suorum tutorem nominauerat, eo quod (contra Prohibitionem cuiusdam Conc. Affricani) Presbyterum à cultu Dei, ad secularia auocasset, excommunicatum Patres denunciarunt; ideoque pro defuncto sacrificium afferri, & nomen apud altare nominari seuerè admodum interdixerunt.

Hoc eodem Conc. Baptismum Infantulorum, in casu necessitatis, ante 8. diem accelerandum esse, ad quorumdam dubitationem, responsum esse videtur *ex Epist.* 59. Cypr. *ad fidum Presbyterum.*

S. Cyprianus Episcopus *Carthaginensis præfuit.*

6. Episcopi subscripserunt.

* 258. Lugdunense sub Stephano I. contra Nouatianos, Fauscinus Lugdunensis Archiepiscopus præfuit.

258. Affricanum 2. sub Stephano I. Ad instantiam

tiam Hispaniæ Episcoporum, in causa Basilidis Legionensis, & Martialis *Asturicensis* Episcoporum, qui lapsi libellatici (quod nimirum in persecutione priuatim fidem abnegantes, publicum idolorum cultum pecunia redemissent) ab Episcopis Hispanis, Episcopali honore spoliati, cessante persecutione, absque vllo gradus, & honoris dispendio, ab Ecclesia recipi, temerario ausu, contendebant, causa Episcopis Affricæ delata, confirmatum est illos Episcopali dignitate rectè spoliatos, Sabinum ac felicem in ipsorum locum rectè suffectos esse.

Sanct. Cyprianus *Carthaginensis* Episcopus præfuit.

263. Romanum sub Dionysio. In causa Dionysij Episcopi Alexandrini, de Sabellianismo à Pentapolitanis accusati, qui Romam, à Dionysio Papa, citatus Epistolam mentis suæ indicem, & criminis obiecti purgatricem cum 4. Apologeticis libris pro sui defensione misit, quibus habitis, sententia ac iudicio omnium Episcoporum, qui huic Concilio interfuerunt absolutus est.

266. Antiochenum I. sub Dionysio, ab ipsoque indictum, in causa Pauli Samosateni Episcopi Antiocheni qui docebat Christum purum hominem esse, ante Mariam Virginem non extitisse, nomen Filij Dei ex bonis, & iustis suis operibus accepisse in Sacramento Eucharistiæ sanguinem eiusdem Christi corruptibilem esse; Episcopi qui ad Synodum conuenerant, ante omnia, fidei Catholicæ de Filio Dei professionem scripto editam emiserunt, eamque ad Paulum Samosatenum deferri curarunt cum sedula admonitione, vt de Diuinitate Filij qui sentiat, Patribus Concilio aperiat, ille metuens ne Sede deiiceretur, pœnitentiam dolosè simulans, sententiam mutauit.

Antiochenum II. sub Dionysio. Quo Paulus Samosatenus relapsus, de errore, & corruptis vitæ moribus simul conuictus, ac damnatus, Episcopali throno depositus, atque eius loco Domnus Episcopus suffectus est, cùmque Paulus domo Episcopali exire iussus, nollet obtemperare, Imperator Aurelianus de ea re rogatus sententiam (licet Gentilis sanctissimè quid esset agendum decreuit, præcepit enim vt domus Ecclesiæ illi tribueretur, cui Christiani Italiæ, & Vrbis Romæ Episcopi per litteras tribuendam præscriberent.

Episcopi, epistolam Synodicam ad Dionysium Romanum Pontificem scripserunt, ac simul etiam de diuina natura Christi, Dei Patris naturæ consubstantiali (vt nimirum duorum hæresiarcharum Samosateni, & Sabellij hæresim de Christi diuinitate iugularent) in signum fidei professionem ediderunt.

Episcopi numero prope infiniti subscripserunt.

303. Sinuessanum, fortasse in *amplissima villa chromatij quæ posita est ad littus campanum vbi sub Diocletiani persecutione ad fugiendum tyrannorum rabiem, ingens Christianorum numerus cum Polycarpo Presbytero, iuxta Concilium Caij Pontificis Marcellino antecessoris, incognitus habitauit, vt constat ex actis Sebastiani martyris, probabile est in eadem Regione Romanam Ecclesiam ad delitescendum amplos recessus habuisse ibique fortasse in crypta Cleopatrensi nominata hoc Concilium celebratum est.* Quo, post quorumdam Presbyterorum damnationem, Marcellinus Papa quod in templo vestæ, & Isidis, simulacbris, & idolis gentilibus, Iouis nimirum ac Saturni, thus adoleuisset, & sacrificium obtulisset à 72. testibus accusatus, peccatum suum publicè confessus, indutus sacco aspersis cinere, humi prostratus pœnitentiam agens, suo seipsum Iudicio condemnauit.

300. Episcopi subscripserunt.

305. Eliberitanum, *Eluire in bætica Hispania (cuius Sedes Episcopalis Granatam translata est)* sub Marcello I. Durante adhuc persecutione; pro disciplina Ecclesiastica.

81. Canones editi sunt.

19. Episcopi subscripserunt.

Magnus Osius *Cordubensis* Episcopus interfuit.

Valerius *Cæsaraugustanus* Episcopus *SS. Cathalogo adscriptus* interfuit.

36. Presbyteri interfuerunt, non tamen ad iudicandum.

313. Romanum sub Melchiade. Pro absolutione Cæciliani Carthaginensis Episcopi, à Donatistis de traditione calumniati, & pro damnatione Donati, eo quod lapsos, non per solam manus impositionem, sed potius rebaptizando, Ecclesiæ reconciliasset, Cæciliano & Donato (qui citati fuerant) præsentibus.

Maternus *Agrippinensis*
Rethicius *Augustodunens.* } Episcopi subscripserunt,
Marinus *Arelatensis.*

quos anteà Constantinus à Donatistis interpellatus, Iudices causæ Cæciliani instituit, ea lege, vt, citra scitum, consensum, & authoritatem Romani Pontificis nihil definirent, posteà præcepit idem Constantinus Imperator, vt præter constitutos tres indices, quidam alij Galliæ aut vicinorum locorum Episcopi conuocarentur, & Romæ, in præsentia melchiadis Romani Pontificis, causam definirent.

19. Episcopi subscripserunt.

314. Arelatense I. sub Siluestro. Pro eodem Cæciliano; cum enim Donatistæ in Conc. Rom. damnati, Imperatorem appellassent, Constantinus, quia negotium Ecclesiasticum erat, neque per se, neque per suos Magistratus, sed per Episcopos iudices illud deffiniri voluit; Arelate igitur Concilium indixit, & ne Episcopi, sumptuum difficultate territi, venire recusarent, pro publico viatico assequendo, à Præsidibus Prouinciarum tractatorias litteras iisdem dari scripto mandauit, omnibus autem absolutis, Episcopi eadem munificentia ab Imperatore dimissi sunt qua ad Concilium conuocati fuerant. Imperator autem, præter morem adhuc Catecumenus, eidem interesse voluit ad Donatistarum turbas ac seditiones arcendas, Patres vero, propter causam Concilij, qua non agebatur de fide, sed de Iudicio Cæciliani, quod facti erat, concesserunt. Cæcilianus Ecclesiastico iudicio secundo absoluitur.

200. Episcopi subscripserunt, inter quos præcipui.

Claudius & Vitus Presbyteri. } Legati Sedis
Eugenius Cyriac. & Diaconi. } Apostolicæ præfuerunt.

Amantius seu Betausius *Rhemensis.*
Auidsmus *Rothomagens.* Dammas *Vasionensis.*
Euodius *Nicedunensis.* Genialis *Gabalitanus.*
Matinus *Arelatensis.* Martinus *Tolosan.*
Orientalis *Burdegalens.* Rheticius *Augustodunen.*
Verus *Viennensis.* Victor *Vticensis in Affrica.*

23. Canones decreti sunt.

314. Ancyranum *in Galatia* sub Syluestro. Pro lapsis recipiendis post debitam pœnitentiam, & satisfactionem, (cessante persecutione post obitum Maximini persecutoris qui pestifero morbo extinctus

ctus

ctus est) in quem finem 24.Canones editi sunt, vnde quam quisque pœnitentiam agere debeat, facile cognoscere potest. Probarum à Leone IV. & à Synodo Nicæna I.

18. Episcopi subscripserunt inter quos præcipui.

Vitalis *Antiochenus* Episcopus indixit, & præfuit.

Basileus Episcopus *Amasenus* sub Licinio martyr.

Leontius Cæsariæ Cappadociæ Episcopus, qui veniens ad Conc. Nicæn. in via baptizauit Gregorium Patrem Gregorij Nazianzeni, eique Episcopatum prædixit.

Longinus seu Longianus *Neocæsariens.* Episcopus inter Coryphæos fidei Nicænæ, ab Athanasio numeratur.

Lupus *Tarsens.* Episcopus, inter egregios Catholicæ fidei propugnatores, ab Athanasio numeratur.

Marcellus *Ancyranus* Episcopus ab Arrianis magnopere exagitatus, ab Orientalibus Sabellianismo notatus, à Iulio Rom. Pont. & à Conc. Sardicensi absolutus, vixit ad an.376.

Ancyra *sic dicta ab Ancoris nauium captarum à Mithridate, quas Ptolemaus Ægypti Rex, suppetias Galatis, seu Gallogræcis miserat; hodie dicitur Angur.*

314.Neocæsareense *in Asia & Prouincia Cappadocie (quam vrbem licus amnis praterfluit)* sub Siluestro I. ad œconomiam Ecclesiasticam rectè instituendam, omniumque fidelium mores piè, & sanctè componendos. 14.Canones editi sunt. A Leone IV. & Conc. Nicæno probatum.

13. Episcopi subscripserunt inter quos præcipui.

Basileus *Amasenus.*

Leontius *Casarea Cappadocia.*

Longinus *Neocæsariensis.*

Lupus *Tarsensis.*

Vitalis *Antiochenus.*

315.Roman.I.sub Syluestro I.In quo disputatio celeberrima habita est inter Iudæos, & Syluestrum, ad instantiam Constantini Imperatoris, ac matris illius Helenæ; vtrimque viri Doctissimi conuenerunt, præsente ipso Constantino Imperatore ac Helena; Siluesterque Papa cum plurimis sanctissimis Episcopis, in ampliorem statum dilatantes Christianorum fidem, tam per sacram Scripturam, quam per miracula, Domino protegente (Cratonis Philosophi, & Zenophyli V. C. quos ad id elegerant, arbitrio) Victores effecti sunt, hæc verba Adriani I. *in Epist.3. ad Carolum magnum.*

315. Alexandrinum I. *in Ægypto*, sub Syluestro I. Quo Arrius Presbyter Alexandrinus, qui, hoc tempore, virulentam impietatem, & blasphemiam (nimirum Filium Dei non sine principio à Patre genitum, sed in tempore creatum esse) euomuerat, ac 700. Virgines Deo sacras, 7. Presbyteros, & Diaconos 12. pestilenter, infecerat; à 100. ferè Episcopis, à communione Catholica eiicitur, & Presbyteratus ordine exuit.

Alexander Episcopus *Alexandrinus* præfuit.

319.Alexandrin.II. sub Syluestro I.contra Arrianos, impia Sabellij de sacro Sancta Trinitate dogmata, item contra Meletianos ac Colluthianos schismaticos. Colluthus Presbyter Alexandrinus cum non esset Episcopus, ac Episcopale munus obiisset, multosque ordinare tentasset, ac præterea doceret, Deum malorum conditorem non esse, ab Osio in ordinem redactus est.

Omnes Episcopi qui Alexandrino Primati parebant, interfuerunt.

Osius *Cordubensis* Episcopus legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

Alexander *Alexandrinus* Episcopus subscripsit.

320. Laodicenum *in Phrygia Pacatiana*, sub Syluestro I. ad collapsam Ecclesiæ disciplinam Restaurandam. 59. Canones editi sunt.

32. Episcopi subscripserunt.

Nunnechius *Laodicenus* Episcopus & indixit præsedit.

Laodicea, *qua olim* Hierapolis *dicta est; à lyci fluuij alluuione*, Laodicea *ad Lycum cognominata est, postea* Rhoas *dicta, teste Plinio.*

324. Romanum II. sub Syluestro I. Vt Ecclesia ab hæreticorum, & hostium incursu libera seruaretur, & quæ ad disciplinam, pacemque Ecclesiasticam conseruandam necessaria erant instituerentur.

284. Episcopi à Pontifice conuocati, ab Imperatore vehiculis adducti, & liberalissima annona sustentati, conuenerunt Romæ *in Thermis Traiani*, quem locum Syluester Papa nuper in titulum erexerat, donisque plurimis Imperator exornauerat.

Primæ actionis exordio, Hyppolitus Diaconus Valentinianæ hæresis sectator, Calixtus Sabellij hæresi maculatus, & Victorinus Episcopus qui receptos ab Ecclesia Paschales cyclos redarguere præsumpsisset, damnati sunt. De Arrio autem & Arriana hæresi nulla fit mentio, quod Pontifex & Imperator anno sequenti, maiore cum apparatu, & numero Episcoporum totius orbis, Concilium œcumenicum Nicææ *in Oriente*, communi consensu congregare decreuerint eo fine.

20. Canones editi sunt, in quorum 6. fit mentio Cardinalium.

325. NICÆNUM *in Bithynia* GENERALE I. sub Syluestro I. ab ipsoque approbatum, in Concilio Rom. sequenti. Contra Arrianos, Quarta decimanos, ac Meletianos schismaticos.

Nicæa *Bithynia Metropolis, iuxta lacum Ascanium, ab Antigono Philippi filio primo condita est, &* Antigonia *nominata, postea à Lysimacho vxoris nomine filia Antipatri,* Nicæa *appellata.*

Cum Osius Cordubensis Episcopus, ad Ecclesiæ Orientalis turbas, schismata, & seditiones componendas, in Oriente ablegatus, hæreticorum pertinacia impeditus, parum, aut nihil effecisset, Alexandri Episcopi Alexandrini, Osij aliorumque Episcoporum consilio, per Syluestrum authoritate Pontificia, Concilij vniuersalis celebratio decernitur, ac Constantini Imperatoris consensu, operâ, & auxilio congregatur, qui ex vniuersis orbis terrarum partibus, Episcopos in Nicænam vrbem honorificentissimis litteris accersiuit, dispositis ad itinera vehiculis, iisdem congregatis, in singulos dies cibaria munificè admodum suppeditari mandauit.

Quibus ordinibus singuli consederint, non satis liquet: cum locus sinister, dexteræ partis loco in Ecclesia sanctior, & dignior semper habitus fuerit, quod, imagines Petri & Pauli in diplomatibus; B. Virginis & Ioannis Crucifixo adiunctæ, aliaque plura de quibus Baronius *hic num.*59. & Bellarmin. *lib.*2.*de Rom. Pont.c.* 27. manifestè indicant (Petri enim & B.Virginis imagines velut digniores à parte læua collocantur) manifestè colligitur in hoc Nicæno Conc. à læua parte digniore, digniorem post Osium, Vitum, ac Vincentium Legatos Ponti-

ficios

cios Alexandrum Alexandrinæ Ecclesiæ Primatem sedisse, à dextris vero Eustachium. 3. Sedis Antiochenæ Episcopum, ac Patriarcham primum locum obtinuisse, ac post illos suo ordine reliquos; Sacrosanctum Euangelij codicem, qui Dei Iudicis personam repræsentaret, non minus in hoc Conc. quā Ephesino, & Chalcedonensi, Sede Regia in medio consessus Episcopalis vt eum omnium vultus intuerentur, collocatum fuisse dubium non est. Constantinus se Episcopis inferiorem iisque subiectū esse apertè professus nonnisi annuentib. Episcopis, sede humiliore sedere ausus fuit, Sella nimirum quadam parua ex auro fabricata, ac summo loco in capite duorum ordinum collocata, nec primo, sed vltimo loco, post omnes alios Episcop. subscripsit. Constantini autē erga Episcop. obseruantia, vel ex eo colligi potest quod libellos accipiens querelarum, quos eis de priuatis iniuriis obtulerant Episcopi, eos nec legendos quidem sibi esse putauit, sed continuò flammis tradidit, illud Prophetæ vsurpans, *Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat*, vos nobis à Deo dati estis Dij, & indecorum est vt homo iudicet Deos, ego planè si mœchantem Episcopum viderem, scelus obtegerem paludamento; non ad priuatas ergo lites, sed ad hostes fidei profligandos incumbite.

Contra Arrianos, conclamatur vnanimi consensu, Dei filius Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, ὁμοούσιος hoc est consubstātialis Patri pronunciatur, & omnium nomine ab Osio Cordubensi Sed. Ap. legato, concepta fidei formula, non adscripto tamen die seu Consule, ne nouum videretur inuentum, sed ab Apostolorum temporibus atque oraculis accepta traditio. In Arrium quoq; & Arrianos anathema promulgatur: Arrij libri, ac præcipuè qui Thaleia hoc est conuiuium, & crapula vocabatur, ab Imper. Constantino combusti iussi sunt, legentibus, aut occultantibus pœna capitis constituta, eiecti postremo sunt in exilium Arrius, eiusque socij, tametsi Eusebius *Nicomediens.* Theognius *Nicænus*, & alij quidam, qui posteà Concilij decretis se obtemperaturos supplici libello spoponderāt, suis sedibus restituti sunt; Arrius vero pœnitentiam simulans, à Patribus Concilij ea lege receptus fuit, vt ad vitandas seditiones, Alexandrinæ vrbis aditu abstineret.

Contra Quartadecimanos sancitum est, vt Paschalis solemnitas, non Iudaico, sed Apostolico ritu, hoc est luna plena post vernum æquinoctium, die dominico ageretur, instituto nouemdecim annorum quasi circulo quodam, ex quo ea temporis ratio magis esset in promptu, hic est aureus numerus.

Meletius *Ægyptius* Episcopus, quem multis conuictum criminibus (eò potissimum quod idolis sacrificasset) Petrus Alexandrinus Episcopus & martyr, ab Episcopatu deturbauerat, rem indignissimè ferens, tota fere Bacchatus Ægypto, & multis per ciuitates Diaconis, Presbyteris, & Episcopis creatis, perniciosо schismate scindebat Ecclesiam; in hoc autem Concilio statutum est vt nudo Episcopi nomine retento, sine functionis vllis, Meletius lycum incoleret, qui autem ab eo fuerant sacris initiati, Alexandrino subiacerent Episcopo, aliis Ecclesiarum ministris postpositi.

20. Canones decreti inueniuntur in texto Græco, 54. à Iulio I. Pontifice referuntur.

80. Autem in editione Arabica, quos Baptista Romanus soc. Iesu in latinum vertit, & Alphonsus Pisanus eiusd. societ. collegit ad numerum tamen 70, posteà Nicænos omnes Canones redactos fuisse testis est Athanasius, sed id factū est, Canonum distinctionibus dumtaxat mutatis, ita vt priorib. 80. nihil fuerit detractū, hos etiā Frācisc. Turrianus soc. Iesu luculentius interpretatus est, ac scholiis illustrauit.

De Nicæa vrbe hæc habet Gregor. Presbyter *Orat: de Patrib. Nicæni Conc.* Cùm Patres postridiē essent precaturi Saluatorem vniuersorum pro suo domū reditu, & pro ea quæ eos exceperat ciuitate; accidit vt in eo qui dicitur μεσόμφαλος idest medius vmbilicus ingressus Orientalis, scaturirent fontes olei circa medium aspidis, circa quam constiterat Sanctorum chorus, qui quidem in hodiernum diem apparens ostendit orationum fructuosos effectus.

Tandem ad 9. Kal. Septemb. soluta Synodo, sui Constantinus Imperij vicennalia cum Episcopis; quibus & magnificentissimum instruxit conuiuium; celebrauit, seque postquam ipsorum piis precibus plurimum commendauit, perhumaniter singulos dimisit, traditis ad prouinciarum Præsides ac Municipales Magistratus litteris, & decretis, vt quotannis frumentarium quoddam vectigal dependeretur Ecclesiis.

318. Episcopi subscripserunt, inter quos præcipui: Osius *Cordubens.* Episcopus. Vitus, & Vincentius Presbyteri Romani Pontific. legati præfuerunt.

Alexander *Alexandrinus*, Eustathius *Antiochenus*, Macharius *Ierosolymitanus* Patriarchæ.

Hermogenes Episcopus *Asiaticus* (vt refert Basilius *Epist. ad Innocentium*) composuit symbolum.

Alexander adhuc Præsbyt. *posteà Constantinopol.* Patriarcha, qui quosdam Philosophos ac Sophistas, solo verbo, elingues reddidit.

Athanasius Alexandrin. adhuc Diaconus, singulari certamine cum Arrio congressus est.

Amphion *Epiphaniens.* Episcopus confessor eximius. Cæcilianus *Carthaginens.* Episcopus.

Hypatius *Gangrensis* meritis & martyrio clarus. Iacobus *Nisibenus in Mesopotamia* Episcopus mortuorū suscitator, sub Maximino insignis Cōfessor. Leontius *Cæsarea* Episcop. Longinus *Neocæsariensi* Marcellus *Ancyranus.* Nicosius *Diensis in Gallia.* S. Nicolaus *Mira in Lycia.* Nunnechius *Laodicens.* Paulus *Neocæsariens.* qui sub Licinio pro fide, manuum, neruorum & genitalis membri, ferro candenti admoto, combustionem pertulit.

Paphnutius *Thebaidos superioris* Episcopus, qui ob fidem altero oculo orbatus est, & sinistri poplitis excisionem passus est.

Potamō *Heraclea in Ægypto*, qui sub Maximino, pro fide altero oculo effosso priuatus, tandem sub Philagrio Arriano Præside martyr.

Spiridion *Trimituntis in Cypro* Episcopus qui ob fidem post dextri oculi euulsionem, & sinistri poplitis incisionem, ad metalla damnatus est, in hoc Conc. Philosophos & Sophistas mirabiliter confutauit Theophilus *Gotthorum in Gotthia* Episcop.

325. *ROMANVM* III. sub Syluestro I. post confirmatum Nicænum Conc. nonnulla iuores fidelium concernentis decreuit, ex quibus fragmenta tantum supersunt. 275. Episcopi subscripserunt.

325. *GANGRENSE in Paphlagonia Asia minoris* sub Syluestro I. (à Leone I V. approbatum) aduersus Eustathium *Sebastianensem in Armenia* Episcopum, seu potius Eutactum Monachum *Armenium* nuptias matrimonia, & carnis esum damnantem, 20. autem hæreses partim à Manichæis acceptas, partim è suo cerebro confictas voce, & scripto disseminatas, Patres Concilij 20. Canonibus damnarunt, 20. Episcopi subscripserunt.

Osius *Cordubensis* Episcop. legatus Romani Pont. præfuit.

337. *ROMANVM* I. sub Iulio I. Pro fide stabilienda contra Arrianos.

116. Episcopi subscripserunt.

339. *ALEXANDRINVM in Ægypto* sub Iulio I. Cùm Constantinus Iunior Imperator,voluntatem Patris executus, Athanasium biennio exulantem Ecclesiæ suæ restituisset ; Arriani indignè admodum ferentes veteribus calumniis nouas addiderunt ; quod cum Orthodoxi Episcopi Alexandrinæ Ecclesiæ rescivissent , subito congregati, legatos ad Iulium, & Imperatores Constantium & Constantem ablegarunt , ad Arrianorum legatos, qui præcesserant,refutandos , quos cùm eod. tempore , simul Romæ , & apud Imperatorem cum Arrianis præsentes esse contigisset , mendaciis Arrianorum vtrobique refutatis , ad pudorem , quo suffundebantur aduersarij , minuendum, ad Concilium aliud subitò prouocarunt.

341. *ROMANVM* II. sub Iulio I. Pontifex Arrianorum appellationi deferens, hanc Synodum indixit, ipsosque cum Athanasio, per litteras debitè citatos , certo atque præfixo termino præsentes adesse mandauit, cumque Athanasius, qui Pontificis mandato optemperás maturè præsto fuit,Romę vltra annum,& dimidium,aduentum Eusebianorū expectasset,causa illius in Iudicium 50. Episcop. dedi cta est, qui Athanasium calumniorè accusarum absoluerunt, in communionem Ecclesiæ receperūt, eumque litteris communicatoriis ad suos redeuntem dimiserunt.Marcellum item *Ancyranum* &Paulum *Constantinop.* Episcopos ab Arrianis sedibus detectos,legitima iudicij forma obseruata,absoluerunt;Sedibusque suis restituerunt:Ibi Athanas. Catholicæ fidei professionem , quæ Symbolum Athanasij appellatur , latino sermone coram Pontifice, eique assidentibus recitauit , Ægyptiorum Monachorum institutionem , & admirabilem vitam magni Antonij adhuc viuentis , à se descriptam promulgauit.

342. *ROMANVM* III. sub Iulio I. post cladē illā Alexandrinā,qua Gregorius in locum Athanasij ab Eusebianis Antiochena Synodo suffectus , magna Christianorum calamitate , & templorum incendio, in vrbem introductus est,Athanasius Romam reuersus ibique triennio commoratus est , Pontifex Synodo congregata , iustas Athanasij, Marcelli , aliorumque factas Synodales absolutiones , contra Arrianos, defendit.

344. *MEDIOLANENSE* I. sub Iulio I. Qun, oblatam ab Arrianorum legatis, fidei formulam ob nouitatem & nomen consubstantialitatis omissum, Episcopi reiecerunt,ideo maximè quod ad abluendam labem ex Arrianæ hæreseos suspicione contractam,& ad communionem Ecclesiæ Catholicæ impetrandam satis fuisset Catholicæ fidei Nicænum Symbolum profiteri,ipsumque suo chirographo consignatum , quod fecerant antehac alij Romam misisse.

347. *SARDICENSE in Thracia, Ciuitate Illyrij & Mysia confini*(tanquam Nicæni appendix, quod nihil nouum ad fidem pertinens sancitum fuerit , nec nouus fidei articulus explicatus , sed omnia , quæ de fide fuerunt definita , ad illius decreta seruanda referantur) sub Iulio I. ab eoque indictum. Cùm in causa Athanasij , Romæ in dicta Concilia Arriani subterfugissent, auxilio Imperatoris Constantis(ad fratrem Constantium scribentis)effectū est vt Oecumenicū impetraretur Concilium,à quo Eusebiani cum Arrianis citati , citra periculum infamiæ se absentare non possent , itaque ad locum Synodi quidem comparuerunt , atque vt querelas suas aduersus Athanasium proponerēt, ab Osio ipsaque Synodo citati fuerūt, Sed vt rem iusto Iuris ordine agendam viderunt , causæ suæ diffisi fugam arripuerunt, Athanasius, secundum sententiam Iulij, Romæ ante prolatam, communi omnium consēsu suffragante absolutus est, Gregorius intrusus depositus , ac omnes ab eo in Sede Alexandrina collati ordines, aliaque eius gesta prorsus irrita declarata sunt, aliique Episcopi,ab,Arrianis depositi, Marcellus nimirum *Ancyranus* , & Asclepius *Gazensis* secundò absoluti, & restituti sunt , absolutis à calumnia hæreticorum Episcopis , aduersus Arrianos damnationis, depositionis, & excommunicationis sententia est pronunciata.

Photinus *Sirmiensis* Episcopus , qui Christum purum hominem ex Maria virgine natum affirmabat, damnatus est.

376. Episcopi ex 36. Prouinciis subscripserunt, nimirum Occidentalium 300. Orientalium 76.

21. Canones extant, quidam perierunt.

Archidamus, Philoxenus, Presbyteri legati Romani Pont. præfuerunt.

Osius *Cordubens.* Episcopus,vt Patronus Synodi(& non legat.Sed.Apost.)definienda proposuit, & singulorum sententiam rogauit.

- Asclepius *Gazensis.*
- S. Athanasius *Alexand.*
- S. Desiderius *Lingonensis.*
- Euphrata *Coloniens.*
- Gratus *Carthaginens.*
- Ianuarius *Beneuentan.*
- Lucillus *Veronens.*
- Marcellus *Ancyranus.*
- Martinus *Meguntinus.*
- Maximinus *Treuirensis.*
- Maximus *Ierosolymit.*
- Paphnutius *Thebaidos.*
- Protasius *Mediolanens.*
- Serapion, Seruatius *Tungrensis.*
- Seuerus *Rauennatens.*
- Simplicius *Augustodunen.*
- Spiridion *Trimuntis.*
- Verissimus *Lugdunensis.*

Sardica *cum sub Turcis esse cœpit,mutato nomine , dicta est* Triaditze.

348. *CARTHAGINENSE* I. sub Iulio I. contra schismaticos Donatistas,sic dictos,à duob. Donatis, altero *Carthagin.* altero *Bagaiensi* Episcopis qui per circumcelliones sectæ suæ defensores, Præfectis Prouinciarum resistere audebant,per nundinas,villas, vicosque circumuagantes sese publicæ Iustitiæ vindices iactitabant,eoque prætextu seruos ad pileum vocabant,oppressos ære alieno à creditoribus liberabant;postquam autem Paulus,& Macarius (à quo Macariana tempora) Constantis Imper. legati,schismaticos exturbarunt, plebsq; vniuersa Catholicæ Ecclesiæ vnitati , ac communioni restituta est ; Concilio indicto conuenerunt Episcopi Deo gratias agentes,quę ab iisdem schismaticis,in Christiana disciplina corrupta fuerant,restituere, ac reformare 14. Canonibus laborarunt.

Gratus *Carthaginensi* Episcopus præfuit.

Carthago *à Didone condita ab Adriano Imp.* Adrianopolis *dicta est,a Commodo Imp.* Alexandria Commodiana togata , *ridiculè nominata est à Iustiniano vero , quod eam Imperio Romanorum restituisset ,* Iustiniana dicta est.

Tharsin

Tharsis, *in sacris Bibliis dici ex Suida omnes testantur. Incolas huius vrbis* Poenos, *& Regionem* Punicam, *vocant auctores.*

350. *MEDIOLANENSE* II. sub Iulio I. in quo Vrsacius, & Valens *Pannonia* Episcopi Arriani, pœnitentiam agentes, ad Romanum Pont. directi sunt, ne contra antiquum Ecclesiæ Catholicæ morem alibi, quam Romæ, coram ipso Pontifice, hæresiarchæ hæresim suam abiuraturi, ad communionem Ecclesiæ reciperentur; coram Pontifice autem post oblatum pœnitentiæ suæ libellum, vniuersa Romana Ecclesia spectante, Exomologesim egerunt, quibus peractis, venia donati, & in gratiam Ecclesiæque communionem recepti sunt.

Cum pluribus Episcopis, Romanæ Ecclesiæ Presbyteri subscripserunt.

350. *IEROSOLYMITANVM* sub Iulio I. In gratiam Athanasij præsentis, in sedem Alexandrinam restituti, Aquileiæ enim exulans, à Constantio Orientis Imperatore (metu admonentis fratris Constantis inductus) ad Sedem Alexandrinam tranquillè possidendam, pluribus litteris inuitatus, Ierosolymam vsque progreditur, vbi illi, qui olim sententiæ in Athanasium subscripserant, delictum suum detestati atque confessi, eam quam postularunt communionem, & reconciliationem Athanasij impetrarunt.

Maximus *Ierosolymitanus* Patriarcha præfuit.

351. *COLONIENSE* sub Iulio I. contra Euphratam Coloniensem Episcopum, qui, cum Photino in Conc. Sardicensi damnato, Christi diuinitatem negabat, hancque hæresim, Occidentali Ecclesiæ adhuc incognitam, tunc primum post Concilium Sardicense, Coloniæ prædicabat. Euphrata autem deposito, Seuerinus Episcopus subrogatus est.

24. Episcopi subscripserunt.

Amandus *Argentinensis.*
Desiderius *Lingonensis.*
Diopetus *Aurelianensis.*
Donatianus *Cabilonens.*
Discolius *Rhemensis.*
Eulogius *Ambianensis.*
Eusebius *Rothomagensis.*
Iustinianus *Rauracens.*
Martinus *Moguntinus.*
Maximinus *Treuirens.*
Mercurius *Suessionens.*
Optatianus *Tricasinus.*
Paucharius *Visocensis.*
Sanctinus *Articlanus.*
Seruatius *Tungrensis.*
Seuerinus *Senonensis.*
Simplicius *Augustodunens.*
Tessis *Neruetus.*
Valentinus *Arelatens.*
Valerianus *Antisiodorens.*
Victor *Mediomatricum.*
Superior *Neruiorum.*
Victor *Vangionum.*
Victorius *Parisiens.*

Colonia. *nomen* Coloniæ Agrippinæ, & Claudiæ Agrippinensis, *sortita est, de nomine Agrippina Germanici filia, & Imperatoris Claudij vxoris, quæ in ea genita erat; cum antea*, Vbiorum *oppidum diceretur.*

351. *VASIONENSE*, seu Vasense, quibusdam Vasatense I. sub Iulio I. de fide contra Arrianos, & pro disciplina Ecclesiastica.

Nectarius *Viennens.* Episcopus præfuit.

Maximinus *Treuirens.* Episcopus subscrips. Tria hoc nomine Concilia habita sunt, horum Conciliorum Canones ita confusi existunt, vt qui, quotue singulorum sint, certo cognosci nequeat.

Vasio *Oppidum* Vocontiorum *in Gallia Narbonensi* Vaison.

352. *ROMANVM* sub Liberio. Pro legatione mittenda ad Constantium Imperatorem, de cogendo Concilio Aquileiæ, vt nouæ Arrianorum calumniæ, contra Athanasium, examinarentur.

358. *GALLICANVM incerti loci* sub Liberio. In quo perfidia Sirmiensis hoc est formula fidei per Osium, & Potamium conscripta, seu potius subscripta damnata est.

359. *ARIMINENSE Æmilia in Italia VNIVERSALE* sub Liberio contra Arrianos. Statuerat Constantius Imperator, ann. 358. ad Arrianos inter se conciliandos, Nicomediæ Concilium congregare, verum vrbis illius prodigioso interitu impeditus, ad easdem fidei controuersias componendas, œcumenicam Synodum indixit, eamque in duas diuisit; statuens vt Occidentales Arimini; Orientales Seleuciæ in Isauria conuenirent, eò nimirum fraudulento Arrianorum consilio, vt orthodoxi loco diuisi, animis, & votis inter se diuiderentur, & quia facilius esse putarent, paucioribus, quam simul omnibus imponere.

In ipso Conc. reiectis aliis fidei formulis Arrianorū, vnicum dumtaxat Nicænum fidei Symbolum comprobatur, Arriani cum Vrsacio & Valente sociisque eorum præsentibus, communi Patrum sententia condemnantur. *Vide Conciliabul. Ariminense.*

His à Synodo Catholica definitis, decem legati Catholici ad Imperat. cum Epist. Synodica, mittuntur, vt ab iis de reb. in Conc. gestis informaretur; ab Arrianis totidem ablegati qui Catholicos anteuertêtes, falsis suis relationibus aures Imperat præoccupatunt, idque suo more effecerunt, vt neque Catholici legati apud Comitatum, neque Patres Concilij antè expeditionem contra barbaros, ab ipso Imperat. tentatam, Arimino discedere permissi fuerint.

400. Episcopi omnes ferè Catholici interfuere, ex his 50. secund. Athanas. aut 80. secund. Seuerum; Arriani fuerunt. Occidentalibus autem annonas & cellaria dari Imperator præceperat, sed repudiatis fiscalibus propriis sumptibus viuere maluerunt. Vincentius Liberij Pont. Rom Legatus interfuit.

Ariminum *quondam* Vmbrorum *Colonia* Rimini.

362. *ALEXANDRINVM* sub Liberio. De lapsis recipiendis, de fide Nicæna retinenda, & contra Eunomium, Macedonium, & Semiarrianos Spiritum S. diuinitatem negantes, item contra doctrinam, perfectam Christi Incarnationē minuentem, animam nimirum ab humanitate Christi detrahentem; cuius hæresis, Appollinaris postcà author agnitus est.

Controuersia illa grauis, & periculosa de nominandis in sacrosancta Trinitate suppositis, inter Græcos & Latinos, exorta, feliciter admodum sopita fuit; effecit enim Athanasius (teste Gregorio Nazianzeno, *Orat. de laudibus D. Athanasij*) vt deposita controuersia nominum, Græci personæ vocabulum pro hypostasi vsurparent, vt vicissim Latini hypostasim pro persona dicerent, & quanquam S. Augustino *de Trinit.* Latinisque posteris hæc conciliatio deinceps displicuisse videatur, tamen Sanct. Hieronym. *Epist.* 57. apud Damasum impetrauit, vt huius, de nomine dumtaxat, controuersiæ Conciliatio admitteretur.

S. Athanasius Episcopus *Alexandrin.* à tertio exilio, & quinquennalibus latebris Alexandriam reuersus, consilio, & authoritate Liberij Pontificis, Concilium indixit, & cum legatis Papæ præfedit.
Eusebius *Vercellensis*, Lucifer *Calaritanus* Episcopi legati Pontificis præfuerunt.

362. *PARISIENSE* sub Liberio, de fide Nicæna recipienda, contra Orientales Arrianos, ab Hilario Pictauiensi Episcopo, ab exilio in Galliam reuerso, indictum, vt cunctos qui Ariminense Conciliab. recepissent, ad emendationem, & pœnitentiam reuocaret, omnes ferè Episcopi de errore profitentes, apud Ariminum gesta condemnant, & in statum pristinum Ecclesiarum fidem reformant, resistente nihilominus Saturnino *Arelat.* Episcopo Arriano, qui Ecclesia eiectus est.
Plura alia Concilia in Gallia celebrauit Hilarius, pro Nicæna fide, contra Orientalium errores.

363. *ALEXAND.* II. sub Liberio. Quo (post obitum Iuliani) scriptus Catholicæ fidei Libellus, ad nouum Imperatorem Iouianum (qui fidem doceri petebat) missus est.
Sanct. Athanasius Patriarcha *Alexandrinus* præfuit.
Primarij Ægypti, Thebaidis, ac Libiæ Episcopi subscripserunt.

363. *ANTIOCHENVM* II. sub Liberio. Quo 27. Episcopi Arriani, fidei confessione publica & syncera, Imperatoris Iouiani timore correpti, fidem Nicænam professi sunt.
Meletius *Antiochenus* Episcopus indixit, & præfuit.

365. *SICVLVM* sub Liberio. De fide Nicæna recipienda.
Eustathius Episcopus *Sebastenus* interfuit cum Legatis *Lampsaceni* Conciliabuli qui Semiarriani, ficta fidei confessione, à Liberio communicatorias litteras acceperant, in ipsaque Synodo fidem consubstantialis se seruare confessi sunt, fideique formulam in Nicæno Conc. confirmatam, tatam habuerunt, & sic in communionem Catholicam recepti sunt.

365. *ILLYRICVM* sub Liberio. De fide Nicæna recipienda.
Liberius Papa, propter confessionem fidei ab Eustathio Sebasteno Episcopo aliisque Orientalibus emissam, sperans vniuersum orbem Christianum sub vna fide Catholica, & Nicænę fidei professione redigendum, prædictis legatis Orientalibus, Elpidium Romano Ecclesiæ Presbyterum legatum adiungit, qui antequam in Orientem abiret, vt vniuersam Occidentalem Ecclesiam, de fide Catholica Orientalium ad Ecclesiam redeuntium certiorem redderet, hoc Conc. indixit, Episcopi igitur in Illyrico hac occasione conuenientes, principio fidem Nicænam, paucis exceptis, omnes confessi fuerunt, atque ea de re, per Elpidium legatum, ad Orientales Synodicam subscripserunt.

365. *TYANENSE ad radices Tauri montis in Cappadocia* sub Liberio. Quo Eustathius ab Arrianis depositus, iuxta litteras Liberij Pontificia, in sedem Sebastiæ restitutus, qui tamen posteà in hæresim relapsus est, quia fortè Nicænam confessionem ad decipiendum, tantum dumtaxat loco, vsurpauerat in Concilio Siculo.

368. *ROMANVM* I. sub Damaso I. In quo Vrsacius, & Valens Arriani Episcopi cum sociis eiusdem sententiæ, damnati sunt.

* 368. *ÆGYPTIVM* sub Damaso, ex quo de damnando Auxentio *Mediolanensi* Episcopo, Romam litteræ ad Damasum missæ sunt. *Ex Epist.* Athanasij *ad Ep. Ælet. Episcopum Corinth.* constat diuersis Conciliis per Galliam, & Hispanias celebratis, Auxentium, Vrsacium, Valentem, aliosque eiusdem farinæ homines, anathemate percussos esse.

369. *ROMANVM* II. sub Damaso I. in quo Auxentius *Mediolanens.* Episcopus Arrianus deponitur, qui tamen suffultus Valentiniani Imperatoris authoritate, inuitis etiam Magistratibus, hanc Sedem vsque ad obitum detinuit, Vrsicinus etiam schismaticus, crebris in Damasum studia renouans, rursus damnatur.
Formula item fidei Ariminensis Conciliabuli damnata est, Epistolaque synodalis ad Illyrici Episcopos conscripta, vt Auxentij communionem vitarent, & in antiqua Patrum fide, Nicææ Bythiniæ stabilita, permanerent.
90. Episcopi *ex Italia & Gallia* subscripserunt.

373. *ROMANVM* 3. sub Damaso I. Quo Apollinaristarum hæresis damnata est, quæ docebat Christi corpus anima rationali carere, & pro anima Deitatem habere, carnem Christi de cœlo allatam, atque adeo Mariam Virginem Dei genitricem non fuisse, Christum per Virginem tanquam per Canalé decurrisse, Christum in sua diuinitate passum esse. Apollinaris eius hæresis auctor, Viralis & Thimotheus eiusdem discipuli, ac sectarij damnati sunt, millenariorum antiqua hæresis per Apollinarem restaurata, ita damnata fuit, vt post hac omnino conticuerit, nec amplius audita fuerit. Qui sacrosanctam Nicænam fidem violarant, siue viuentes essent, siue defuncti, omnes hac eadem Synodo excommunicati fuerunt.
Quidam anathematismi aduersus Appollinarem, Arrium, Sabellium, Macedonium, Eunomium, Photinum & Photinum hæreticos editi sunt.
Petrus *Alexandrinus* Episcopus interfuit.

374. *VALENTINVM in Gallia* sub Damaso I. ad Ecclesiæ Gallicanæ mores quosdam deprauatos emendandos, 4. Canones editi sunt.
30. Episcopi subscripserunt.
Fœgadius Episcopus præfuit.
Flurentius *Viennensis* Episcopus subscrips.
Euortius *Aurelianensis* Episcopus subscrips.

378. *ANTIOCHENVM in Syria*, *hodie à Turcis* Tathia *dicta* sub Damaso I. In causa schismatis Antiocheni, tres enim Episcopi erant in hac ciuitate, nempe Meletius (Catholicus tamen) ab Arrianis electus, Euzoius Arrianus, Meletio à Constantio Imperat. deposito, substitutus, & Paulinus à Lucifero *Calaritano* Episcopo, Sedis Apostolicæ legato institutus, Euzoio autem Arriano per mortem sublato, cùm Catholicorum dumtaxat discordia restaret, atque neutra pars alteri cederet, illud remedium post annos 15. est excogitatum, vt inter vtramque partem transigeretur hac ratione, vt cùm alteruter Paulinus, vel Meletius (Episcopi Antiocheni) prior ex hac vita decederet, qui superstes esset, in locum de mortui (nullo alio creato Episcopo successore) solus illius Ecclesiæ Antistes remaneret. Item ad visitandas Orientis Ecclesias, decreti sunt complures legati, qui ad ruinas Ecclesiæ restaurandas profecti, amotis Arrianis Catholicos vbique locorum substituerunt.
Meletius *Antiochenus* Episcopus interfuit.
Gregorius *Nazianzenus*. Gregorius *Nyssenus*.

381. *CONSTANTINOP. in Tracia VNIVERS.* II. sub Damaso I. auctoritate Sedis Apostolicæ indictum

indictum, & auxilium Theodosij Imperatoris congregatum; contra Macedonianos, hæc vna ex œcumenicis Synodis habita fuit, quod Patres Orientales Constantinopoli, Occidentales Romæ congregari in rebus fidei defendendis, animis ac sententiis coniuncti fuerint.

Constantinopolis antea Byzantium *dicta à Constantino magno restaurata Dei monitu aucta, & illustrata est quam de suo nomine deinceps nominari præcepit.*

Primo declaratum est Maximum Appollinaristam, ab Ægyptiis (qui eius fuerant pecuniis corrupti) Constantinopolitanæ Sedis Episcopum ordinatum, neque fuisse neque esse Episcopum, electio autem Gregorij Nazianzeni ab Orthodoxis Episcopis antea facta, probata & confirmata est.

Absoluto Concilio obitus Meletij *Antiocheni* Episcopi, & successoris designatio Patres Constantinopoli retinuerunt, immemoresque inueteratæ, etiam antè in Concilio Antiocheno compositæ per iuratam transactionem discordiæ, Gregorio *Nazianzeno* aliisve contradicentibus, Flauianum *Antiochenum* Presbyterum, Meletij successorem elegerunt. Gregorius autem cum videret furere magis in dies Ægyptios, hanc discordiam sua abdicatione compositam iri arbitratus, spontè Sedi *Constantinopolitana*, cum consensu Imperatoris, renunciat, ac statim comitantibus optimis quibuscumque Orientalibus in Cappadociam discedit; tum qui superetant ibi Episcopi ac Sacerdotes nundinarij, Nectarium adhuc Catechumenum rerum Ecclesiasticarum penitus imperitum suffecerunt. Contra Macedonium definitum est, Spiritum sanctum non seruum, sed Dominum esse, viuificatorem omnium ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum, & conglorificandum; communi etiam omnium Patrum sententia Eunomianorum, Arrianorum, aliorumque hæreses, cum suis auctoribus, edito de super Canone damnatæ sunt. Postea quæ ad mores Ecclesiæ reformandos pertineret alia decreta addita sunt.

Ex S. Gregor. Papa *lib. 6. Epist.* 125. Romana Ecclesia Canones, vel gesta Synodi Constantinop. hactenus non habet nec recipit, in hoc autem eandem Synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum; ea vero diuersitas accidit imprimis, ob 5. Canonem qui huic Conc. communiter adscribitur, in quo adnexus Nicænam sanctionem, Constantinop. Episcopo, secundus à Rom. Pont. locus, & honor defertur, id quod impugnat acerrimè Leo I. Nicolaus I. Leo IX. tametsi posteà, Canon ille Constantinopolitanus, vsu quodam, & tacito Romanæ Sedis consensu, confirmatus, & ab Innocent. III. renouatus fuerit in Lateranensi Concilio. *Vide Conc. Antiochenum* 378.

150. Episcopi subscripserunt, quorum præcipui.

Meletius *Antiochen.* qui ibi obiit.
Cyrillus *Ierosolymitanus.*
Thimotheus *Alexandrinus.*
Gregorius *Nazianzenus Constantinopolit.*
Gregorius *Nyssenus* Episcopus frater S. Basilij fidei formulam, Synodi auctoritate conscripsit.
Ampbilochius *Iconensis*, Diodorus *Tarsensis*, Helladius *Cæsariensis*, Optimius *Antiochenus in pisidia*, Pelagius *Laodicensis* quem ob Nicænam fidem, Valens in Arabiæ saltus relegarat.

381. *AQVILEIENSE* sub Damaso I. contra Palladium, & Secundianum Episcopos Arrianos, qui cum Attalo quodam Presbytero damnantur; acta Concilij mutila extant.

30. Episcopi *Itali, Galli, Pannonici & Africani* subscripserunt, omnes viri sancti & eruditi, famaque celebres, anniuersaria commemoratione votis fidelium rediuiui, sempiterna memoria in Ecclesia vigent, adeo vt vix alia Synodus exigua, huic similis inueniatur.

Amantius *Niciensis.* S. Ambrosius *Mediolan.*
Constantius *Arausicanus.* Dominus *Gratianopolit.*
Iustus *Lugdunensis.* Gallorum legatus.
Philaster *Brixian.* Proculus Massilien.
Aquileia *vrbs Carnorum Metropolis, ab aquis legendis sic dicta, sita est iuxta præter fluentem Timauum.*

381. *CÆSARAVGVSTANVM in Hispania Saragossa* sub Damaso. Contra Priscillianitas. Marcus quidam, & femina Agape (mollis & impudica quæ magistræ nomen sibi vsurpauit) ex Ægypto cum Gnosticis expulsi, deceperunt Priscillianum virum diuitem Hispanum, qui postea hæreses easdem cum Gnosticis, & Manichæis docebat.

8. Canones editi sunt.
12. Episcopi subscripserunt.
Delphinus *Burdegalens.* subscripsit.

382. *ROMANVM* 4. sub Damaso I. fauore, & patricinio Gratiani, & Theodosij Imperatorum congregatum. Pro Paulino Antiocheno Episcopo contra Flauianum post Meletij obitum intrusum; & electum à maxima parte Orientalium Episcoporum, indignè ferentium, Paulinum à Lucifero *Calaritano* Occidentali Episcopo creatum, Orientalibus præesse, Paulino Sedes *Antiochena* adiudicata est, ne tamen totus Oriens ab vnitate Ecclesiæ se præscinderet, ab excommunicatione Flauiani cessatum est, & schisma Antiochenum ad certum tempus toleratum fuit.

6. Canones editi sunt.

Præter Paulinum *Antiochenum*, Epiphanium, & Acholium *Thessalonicensem*, ex Oriente nemo ad fuit.

382. *CONSTANTINOPOLITANVM* sub Damaso I. Vt Orientales (à Pontifice & Imperatore per litteras vocati) Concilium Romæ indictum, iustis quibusdam præ textibus declinarent; Constantinopoli conuenerunt ne scil. de Flauiani electione adnexus Paulinum perperam facta rationem redderent, deque Canonibus à se sancitis in Concilio Constantinopolitano Generali anno 381.

383. *SIDE in Pamphilia* sub Damaso I. contra Massalianos, seu Euchaitas, vel Adelphios qui docebant non licere Religiosis operari, sed debere eos in Dei prouidentia confidere, & ex alienis laborib. viuere. Adelphius licet pœnitentiam polliceretur, nun est admissus, quamuis hæresim detestari videretur, quoniam non ex corde pœnitentia, & renunciatio facta esset.

385. *BVRDEGALENSE* sub Siricio, à Maximo Imperatore indictum aduersus, Priscillianum; qui iterum damnatus, ad Imperat. maximum prouocauit, eum Iudices appellationi malè detulissent, eamque contra ius & constitutiones Ecclesiasticas admisissent, Treuiris hæresiarchis audius, accusationibusque conuictus, tandem cum quibusdam aliis, iusso maximi, gladio est occisus.

Ithacius vero *Hispanus* Episcopus Priscilliani accusatot, quod eum, citra protestationem, de hæresi aliisue criminibus accusasset mortisque supplicio dignum denunciasset, Episcopatu indignus pronunciatus est.

Delphinus *Burdegalensis* Episcopus interfuit.

386. *NEMAVSENSE* sub Siricio pro disciplina Ecclesia

Ecclesiastica cuius acta S. Martinus, licet absens, Angelo nunciante cognouit.

386. *ROMANVM* sub Siricio. Ad collapsam disciplinam in Affricana Ecclesia restaurandam; in Synodo nihil decretum quod non Apostolicis, aut Nicaenis Canonibus ante constitutum fuisset.

80 Episcopi subscripserunt.

389. *CAPVANVM in Campania* sub Siricio. In causa Antiochenae dissensionis, mortuo enim Paulino, auditores illius Euagrium surrogarunt, Pontifex autem, & enim eo ferè Occidentales vniuersi, eius patribus, contra Flauianum steterunt, atque Imperatorem contra Flauianum per litteras animarunt, quibus ille permotus, circa haec tempora in hac causa Capuae Synodum indixit; Flauianus ad eam vocatus non venit, sed in hac Synodo, ad schisma totius Ecclesiae auertendum, statutum est vt tam Flauiani, quam Euagrij fautores, ad communionem Catholicam admittantur, modo Catholicae fidei assertores esse inueniantur, ac Theophilo Alexandrino, vna cum aliis Aegypti Episcopis, cognitio causae, ac dissentionis demandatur; Praeterea cognitio causae Bonosi eiusdam *in Macedonia* Episcopi (negantis illibatam Dei genitricis Mariae Virginitatem post partum) Anysio *Thessalonicensi*, cum Episcopis ipsi subiectis, delegatur, à quo vt haereticus damnatus est.

Hac eadem Synodo constitutum fuit, ne fierent rebaptizationes, reordinationes Episcoporum translationes.

Capua ante Vulturnum dicta, Osca vocata Iulia Capua, Felix Colonia, Sicopolis aliquando dicta.

389. *ARELATENSE* II. sub Siricio. Contra Photinianos & Bonosiacos, & pro disciplina Ecclesiastica.

37. Canones editi sunt.

Arelate vrbs Narbonens. Galliae inter Salios, Colonia Sextanorum appellata, quod è sexta legione, milites Coloni eo deducti sunt.

390. *MEDIOLANENSE* sub Siricio; Quo Iouinianus (Romae antea à Pontifice, cū Heluidio, aliisque sectatoribus damnatus) qui docebat Virgines, viduas, & maritatas quae semel in Christo lotae sunt, si non discrepent caeteris operibus, eiusdem esse meriti; eos qui plena fide in Baptismate renati sunt, à diabolo non posse subuerti, inter abstinentiam ciborum, & cum gratiarum actione sumptionem eorum, nullam esse distantiam; omnium qui suum baptisma seruarunt, vnam esse in regno coelorum remunerationem, Deiparam Mariam desiisse Virginem esse, cùm Christum peperit; cum Manichaeis negabat Filium Dei veram carnem assumpsisse, ibi pariter damnatus est.

11. Episcopi *ex Gallia* aliisve vicinis Prouinciis conuenerunt.

S. Ambrosius *Mediolanensis* Episcopus praefuit.

393. *HIPPONENSE in Affrica* sub Siricio. Pro disciplina Ecclesiastica.

11. Canones editi sunt.

Omnes Episcopi *Affricanae Prouinciae* interfuerunt.

Valerius *Hypponensis* Episcopus.

S. Augustinus, adhuc Presbyter, de fide & symbolo disputauit.

394. *CONSTANTINOPOLITANVM* sub Siricio. Quo, causa duorum Episcoporum Agapij, Gebadij eumdem Episcopatum *Bostrensem* sibi vendicantium definita est, ac ex sententia Theophili Alexandrini decisum fuit, non aliter quam Synodali iudicio, cui Episcopi fere vniuersi intersint, Episcopum deponi posse, aut licere.

Fuit tamen praecipuè conuocatum hoc Concilium, vt Patres nouam Apostolorum Petri & Pauli nomine erectam, à Ruffino Praefecto Praetorio Basilicam, dedicarent.

Gregorius *Nyssen.* Basilij frater interfuit. Amphilochius *Iconiensis.* Theophilus Alexandrinus cum *Antiocheno* Patriarcha.

394. *ADRVMETINVM in Affrica hodie Mahometta* sub Siricio. Pro disciplina Ecclesiastica, quae vero in hac Synodo constituta fuerint non apparet, ideo quod diuersorum Conciliorum Canones in vnum collecti, simul sub vno titulo Concilij Affricani, admixti habeantur.

397. *TAVRINATENSE in Pedemontio quondam augusta Taurinorum vrbs* sub Siricio. Contra Felicem Ithacianae factionis Episcopum, & de altercatione inter Arelatensem, & Viennensem Episcopos, illique ciuitati prima dignitas adiudicatur, quae se eius Prouinciae Metropolis esse ostenderet; item declaratum fuit Narbonensis Ecclesiae primam Sedem, esse apud Massilienses.

397. vel 415. *CARTHAGINENSE* II. sub Siricio vel potius. *CARTHAGINENSE* posteriuus sub Celestino I. Pro disciplina Ecclesiastica; à Leone IV. probatum.

Genedius Episcopus *Carthaginensis* praefuit, quod scil. Aurelius (qui etiam interfuit) senio fatiscens, onus Episcopale in Genedium transtulerit, cum Genedio tamen ipse Aurelius, honoris causa, sedit, suffragiique dicendi praerogatiuam obtinuit.

13. Canones sanciti sunt.

Faustinus *Potentinus* Episcopus Bonifacij Papae legatus, huic & multis aliis Conciliis Affricanis sub Bonifacio, & Celestino interfuit.

Alypius *Tagastensis.* S. Augustinus *Hipponens.* Episcopi, *Numidiae Prouinciae* legati,

697. *CARTHAGINENSE.* III. vel II. sub Siricio. Pro disciplina Ecclesiastica. A Leone 4. probatum.

50. Canones quorum tituli assignantur, non omnes in hac Synodo, sed diuersis aliis Conciliis Carthaginensib. sanciti probantur.

Aurelius *Carthaginen.* indixit & praefuit. S. Augustinus *Hipponens.* subsc.

398. *CARTHAGINENSE* IV. sub Anastasio I. Gildone Tyranno, qui Affricam turbabat, sublato cunctisque iam pacatis celebratum, pro Ecclesiastica disciplina restituenda.

104. Canones sanciti sunt, horum pauci contra nouas Origenistarum haereses, nouiter emergentes, constituti fuerunt.

214. Episcopi subscripserunt.

Aurelius *Carthaginens.* Episcopus praefuit, S. Augustinus *Hipponens.* subsc.

398. *CARTHAGIN.* V. vel III. sub Anastasio, à Leone IV. probatum, ad disciplinam Affricanae Ecclesiae restaurandam, & mores eiusdem corruptos reformandos. 15. Canones sanciti sunt.

73. Episcopi subscripserunt.

Aurelius *Carthaginens.* Episcopus praefuit.

Carthaginense nomine II. verè inter omnia alia postremum esse, hac Synodum III. ordine celebratam fuisse, tēporis ratio vtrobique superaddita demonstrat, vtraque quidem habita est anno eodem, sed diuersis mensibus, illa mense Nouembri, haec Kal. Iunij. Ne autem Concilia apud authores hoe nonomine & ordine antiquo allegata Lectori confusionem adferant, nomen ordinemque antiquum retinere voluimus.

399. *ALEXANDRINVM* sub Anastasio I. contra

contta Origenlstas, Origenlſqne librum Periatchon, à Melania Romana, & Ruffino vulgatum. Theophilus *Alexandrin.* in dixit & præſuit, S. Epiphanius *Salamine in Cypro* Epiſcopus ſubſcripſit.

399. *AFFRICANVM* ſub Anaſtaſio I. pro immunitate Eccleſiæ à Maſcezil Duce violata, & de edicto pro dicta immunitate ab Honotio Imp. exorando, & imperrando, quod & factum eſt per legatos ad Imper. miſſos.

400. *CONSTANTINOPOLITANVM* ſub Anaſtaſio. Coutra Antonium Epiſcopnm Epheſinum, de 7. eriminib. maaimè de Simoniacis ordinationib. aceuſatum, hoc Iudicium cùm ob teſtium abſentiam agi non potuiſſet, mortuo interim Epheſi Epiſcopo, ad petitionem Cleri Epheſini, Conciiium Epheſi indictum eſt.

12. Epiſcopi *Aſia* ſubſcripſerunt.

S. Ioannes Chryſoſtomus *Conſtantinopolit.* Patriarcha præfuir.

*400. *EPHESINVM* ſub Anaſtaſio; quo in locum de mortui Antonini Epiſcopi Epheſini, Heraclides Diaconus electus eſt; & iudieium defuncti Conſtantinopoli inchoatum, hic abſolntum eſt, ſexque Epiſcopi per ſimoniam ab ipſo ordinati depoſiti ſunt, facto ramen à Synodo deereto, vt ab Antonini hæredibus pretium eis, quod dederant, teſtitueretur.

70. Epiſcopi ſubſctipſerunt.

S. Ioannes *Chryſoſtomus* Conſtantinopolit. Patriarcha præfuit.

400. *TOLETANVM* I. ſub Anaſtaſio. Pro diſciplina Eccleſiaſtica in ſacris ordinibus conferendis, & coutra Priſcillaniſtas. 20. Canones editi ſunt. 19. Epiſeopi ſubſcripſ.

Partoɲus, vel Patruinus *Toletanus* præfuit.

S. Olympius *Hiſpani* Epiſcopus ſubſc.

401. *AFFRICANVM* II. ſnb Anaſtaſio. Quo ad Anaſtaſium Rom. Pontificem, & Venerium *Mediolanen.* Epiſcopum legatio decreta fuit, vt Africanæ Eccleſiæ, Clericorum inopia laboranti, ſuccurrerent.

32. Canunes de Eccleſiaſtica diſciplina, hoc, aliiſque præcedentibus Conciliis Affricanis conſtituti, in hac Synido confirmati, vel ſaltem iterum promalgati fuerunt.

401. *AFFRICANVM* III. *Carthagine* eelebratum ſub Anaſtaſio, de Dooariſtis Eccleſiæ conciliandis. Illud imprimis Patres excogitarunt, vt ab Affricanarum Prouinciarum Præfectis, & Iudicibus Primianiſtarum courta Maximianiſtas res geſtas, in publica monumenta relatas, conſequerentur, eo fine, vt ea propriis actis manifeſti erroris conuinci poſſent, vtque etiam, quæ ipſi contra Maximianiſtas ſæpius perpetraſſent, fruſtra Catholicis obiici intelligerent.

Secundo, quo ſacilius ad pacem & vnitatem Eccleſiæ, ſchiſmatici redirent, decrerum eſt, vt ab Anaſtaſio Pontifice aliiſve tranſmarinæ Eccleſiæ Epiſcopis, pro bono pacis indulgeri ac permitti petatur, vt Donatiſtæ ad Eccleſiam Catholicam redire volentes, in iiſdem ordinibus apud ſuoa ante ſuſceptis (ſi hoc, recipiens Epiſcopus, eonducere exiſtimat) perſeuerare poſſint.

Tertio ea ſuggeſtiune S. Auguſtini, decretnm, vt ad facilius cooiliandos Donatiſtas, legati mittantur, qui litteras à Carthaginenſi Epiſcopo, omnium nomine, ſcriptas ſecum aſportajent eo fine, vt qui ad bonum pacis, cum Maximianiſtis coniunctionem ineundam eſſe decreto vniuerſalis Concilij decreuerant, ſcirent id propter totius orbis Chriſtiani pacem & eoneordiam in eundem magis ſollicitè à ſe præſtari, ac fieri debere.

14 Canones ad diſciplinam Eccleſiaſticam rectè inſtituendam, & ex antiquioribus regulis reformandam, partim hoc, partim aliis præcedentib. Conciliis conſtituti, in hac Syoodo promulgsntur.

Aurelius *Carthaginenſ.* præfuit. S. Auguſtin. *Hipponenſ.* interfuit.

402. *MILEVITANVM* I. *in Affrica* ſub Innocent. I. Quo, poſt confirmata Synodalia decreta, diuerſorum Epiſeoporum cauſæ in medium allatæ ſunt, nimirnm Creſconi *Villaregienſis* Epiſcopi; quod vult Dei *Centurienſis* Epiſcopi; Maximiaui *Vagienſis* Epiſcopi, ex Donaſtitarum ſchiſmate, ad Eccleſiam Catholicam conuerſi, qui cùm non pacificè à populo reciperetur, bono pacis conſulens, ſpontè Sedi ſuæ renunciauit. Quidam etiam Preſbyter cùm ob ieiunij natalis Dumini violationem, officio ſuo per Auguſtinum merito priuatus fuiſſet ad Synodum appellauit, ſuamque cauſam ſex delegatis Iudicib. Eccleſiaſticis committi impetrapit, item cùm de Primatu Numidiæ inter Xantipum *Conſtantina*, & Victorinum alterius ciuitatis Epiſcopos diſceptatum eſſet, Primatus Xantippo Sedique *Conſtantina* adiudicatus fuir.

Aurelius *Carthaginenſ.* præfuit. S. Auguſt. *Hipponenſ.* ſubſc.

403. *AFFRICANVM* I. *GENERALE* ſub Innocentio I. de reconciliandis Donatiſtis, & indulgendo vt in Eccleſia Catholica retinerent eandem dignitatem, quam apud ſuos acceepiſſent, ſicut ab Anaſtaſio, per legatos Roma reuerſos, obtinuerant. Decretum eſt autem debere vnumquemque in ſua ciuitate Donatiſtarum Præpoſitos conuenire, vnumque Collegam ſibi vicinum adiungere, propterea qnod Donatiſtæ laici ab Epiſcopis Catholicis conuenti reſponderent, de fide cum Epiſcopis ſuis agere debere.

Aurelius *Carthaginenſ.* præfuit.

S. Auguſtin. *Hipponenſ.* Epiſcopus. Poſſidius *Calamenſis.*

404. *AFFRICANVM* II. *Carthagine* habitum ſub Innocentio I. Quo decreta eſt legatio ad Honorinm Imperat. aduerſus Donatiſtas, qui ad pacem, & concordiam amicè inuitari, fraternam communionem non tantum contempſerunt, verum etiam conuenientes ſe Epiſcopos armata manu exagitarunt, interea temporis vt ſecuritati Catholicorum conſulerent, Iudices ad ſui patrocinium, per litteras, ſollicitarunt.

*405. *ROMANVM* ſub Innoc. I. *Italia* Epiſcop. pro S. Ioanne Chryſoſtomo, Patres Honorium Imperatorem rogarunt, vt ſcriberet fratri Arcadio, pro celebrando Concilio Theſſalonicæ, quo facilius vtræque partes Orientis, & Occidentis concurrere poſſent.

405. *AFFRICANVM* III. Carthagine habitum ſub Innocentio I. Quo decretum eſt, vt per legatos Hunorio Imperatori, de illis qui relicto ſchiſmate ad Catholicam Eccleſiam rediſſent, gratiæ agerentur, Hooorius enim mulctam auratiam 10. librarum Donatiſtis perſoluendam impoſuit, teſtamento, aut donatione aliquid accipere prohibuit, emptionis, & venditionis contractu, interdixit, ac demum recuſantes redire ad vnitatem Eccleſiæ, relegari mandauit, harum legum ſeueritate & timore plurimi ad Eccleſiam redierant.

405. *TOLETANVM* ſub Innocent. I. De ordinationibus perperam factis.

407. *AFFRICANVM* IV. *Carthagine* habitum ſub

sub Innoc. I. Quo, decreta est legatio ad Honorium Imperat. pro defensione rerum Ecclesiasticarum, aduersus Donatistas atque Paganos, sancitumque, vt ad comitatum euntes formatas acciperent ad Romanum Pont. à quo aliam quærerent formatam ad Imperatorem, & vt in formatis dies Paschæ illius anni apponatur, & si propter nondum diuulgatam diem Paschæ, is indefinitè non sciretur, decretum est, apponi diem Paschæ anni præteriti, scil. post diem Paschæ anni præteriti.

408. *AFFRICANVM* V. & VI. sub Innocent. I. pro legatione ad Honorium Imper. contra Donatistas, post necem Stiliconis, in Catholicos insurgentes; his duobus Conciliis duæ legationes ad Imperatorem decretæ fuerunt, quæque per Stiliconem in hæreticos & gentiles statuta fuerant, Honorius, per legatos, & Augustini Epistolam sollicitatus, ex sua sententia multis rescriptis confirmauit & ampliauit.

S. August. *Hipponensi* Episcopus interfuit.

* 418. *BRACCARENSE in Hispania* sub Innocent. I. Pancratiano eiusdem Sedis Antistite præsidente, cum aliis 9. Episcopis, in quo præter confirmationem fidei Catholicæ, aduersus errores barbarorum Hispaniam deuastantium, peculiari studio curatum est, vt Sanctorum reliquiæ ab eorumdem furore occultarentur tantisper, dum tranquillitas pacis rediret.

409. *AFFRICANVM* VII. sub Innoc. I. Quid in eo gestum, non constat.

410. *AFFRICAN.* VIII. sub Innoc. I. de mittéda legatione ad Honorium Imperat. vt edictum pro Donatistis latum reuocaret, quo scil. eis liberum fuit, quam vellent Religionem amplecti, ne Donatistæ pro partibus Attali Tyranni Imperij innatoris dimicarent, Attalo autem exhauthurato, cùm periculum illud cessasset, Honorius à dictis legatis sollicitatus, præcedens edictum irritanit.

411. *PTOLEMENSE in Libia* sub Innoc. I. contra Andronicum Prouinciæ Præfectum, multa crudelia in subditos, atque impia aduersus Ecclesiam perpetrantem, qui, communi omnium sententia, excommunicatione mulctatur.

Synesius *Ptolemaidis* Episcopus præfuit.

411. *COLLATIO* Carthagini habita inter Catholicos & Donatistas sub Innoc. I. coram Marcellino V. C. ex vtraque autem parte fuerūt 7. actores, 7. Consiliarij & 4. ad chartas; Disputatio diuiditur in 1. 2. & 3. cognitionem, Marcellini sententia fuit, confutatos à Catholicis Donatistas, Donatistæ Cæsarem appellarunt, ab Honorio Imperat. confirmata est sententia edicto, cui obediens plebs Donatistarum, desertis Episcopis suis ad Ecclesiam Catholicam statim rediit.

Actores fuerunt. Aurelius *Carthaginens.*
S. Augustinus *Hipponens.* Alypius *Tagastensis.*
Fortunatianus *Succensis.* Fortunatus *Constantiniens.*
Possidius *Calamens.* Vincentius *Celusitan.*

412. *CIRTENSE in Affrica* sub Innoc. I. in causa Donatistarum, qui collatione victi & confutati, atrocius grassabantur, & verbis simul ac scriptis plura mendacia spargebant, quasi nostri Iudicem corrupissent, suæ factionis autem hominibus ne quidem loqui permissum fuisset, Synodus synodalem epist. ad Donatistas scripserunt, acta ipsa perierunt.

Syluanus *Numidiæ* Primas præfuit.
Aurelius *Carthaginens.* subsc.
S. Augustinus *Hipponens.* subscripf.

414. *MACEDONIAN.* sub Innoc. I. pro confirmatione rerum gestarum, missa est legatio ad Innocent. Papam per Vitalem Archediaconum.

415. *DIOSPOLITANVM in Palæstina* (Diospolis *antiquo nomine* Lidda *dicta*) sub Innoc. I. Quo, Pelagius post hæreses suo iudicio fictè & fraudulenter damnatas, fideique Catholicæ professionem emissam, absolutus est; Pelagius brito, ex Monacho vagus præter hæreses de gratia, & libero arbitrio, docuit homines ante aduentum Christi fuisse sine peccato, orationem non esse necessariam, posse hominem, vt liberi arbitrij, non tantum non peccare, sed etiam non tentari, feminas diuina scientia instrui; & in Ecclesia psallere debere, crassioribus vestibus quibus vtantur Monachi, omnes homines indui debere. Acta huius Conc. Innocent. nequaquam probare, ac confirmare voluit, culpare tamen noluit.

14. Episcopi subscripserunt.
Eulogius *Cæsariens.* Episcopus præfuit.
Ioannes *Ierosolymit.* Episcopus subscripf.
Porphyrius *Gazens.* Episcopus titulo sanctitatis clarus.
Zebænus *Eleutheropolis* Episcopus sanctitate celebris.

416. *CARTHAGINENSE* sub Innoc. I. (occasione Conc. Diospolitani quod Pelagius fefellerat) Quo Pelagius & Celestius hæretici damnantur, Celestius Pelagij armiger, & classicus, fuit eiusdem hæreseos auctor, qui, licet illius foret discipulus, tamen ab Hieronymo magister & ductor totius exercitus nominatur; quidam Canones huic Concilio referuntur à S. Prospero.

67. Episcopi subscripserunt.
Aurelius *Carthaginens.* Episcopus præfuit.

416. *MILEVITANVM* II. sub Innoc. I. contra Pelagium, & Cælestium hæreticos; ex 27. Canonibus, primi 8. contra Pelagianam hæresim editi sunt, reliqui vero, diuersorum Affricanorum Conciliorum Canones esse apparent.

60. Episcopi subscripserunt.
Syluanus *Numidiæ* Primas præfuit.
Aurelius *Carthaginens.* Alypius *Tagastensis.*
S. Augustinus *Hipponens.* Donatianus *Teleptensis.*
Possidius *Calamensis.*

418. *AFFRICANVM Carthagini* habitum sub Zozimo. Contra Cælestium, & Pelagium, qui ficta fidei confessione à Zozimo Papa epistolam ad Affricanos extorserant, quasi de fide Catholica bene sentirent, conuenientes autem Patres 214. vel 17. professique se decretum Innocent. I. contra prædictos hæreticos amplecti, eius sententiam confirmarunt.

Aurelius *Carthaginens.* præfuit.
Donatianus *Teleptensis* subsc.

418. *TELEPTENSE in Affrica* sub Zozimo; in hoc Conc. nihil aliud actum reperitur, nisi quod ad definiendum causæ de qua controuersia agitabatur, iussa est recitari decretalis Epist. 4. Siricij Rom. Pont. ad Affricanos Episcopos data.

35. Episcopi, & amplius subscripserunt.
Donatianus *Teleptensis* Episcopus præfuit.

418. 419. 424. *CARTHAGIN.* V. vel 6. sub Zozimo, Bonifacio, & Celestino, de modo prosequendæ appellationis ad Sedem Apostolic. interpositæ.

Ex Epist. S. Augustini ad Cælestinum Papam, satis perspicuum est Episcopos Affricanos, Apostolicæ Sedis Iudicium (quod pro confirmandis à se latis sententiis, desedendisque contra impugnantes

implo

implorabant, non refugisse, executionem etiam iudicij non denegasse, sed tantum modum Iudicandi, & exequendi cum militibus, & magistratuum apparitura exhorruisse; Synodales epistolæ in causa Appiarij Presbyteri hoc etiam indicant.

Aurelius *Carthagin.* præfuit. Alypius *Tagasten.* subsc.
S. Augustinus *Hipponens.* subscripſ.
Possidius *Calamensis.*

22. Legati, ex Affricanæ Ecclesiæ Prouinciis, interfuerunt.

Faustinus *Potentinus in Italia* Episcopus, Philippus, & Asellus Presbyteri, Legati Zozimi Papæ interf. non ad Præsidendum, sed tantum ad quædam nomine Romanæ Ecclesiæ cum Affricanis tractāda missi, nimirū de appellationibus Episc. ad Rom. Ecclesiæ Sacerdotem, alterum ne ad Comitatum Episcopi importunè nauigent. Tertiò de tractā. lis presbyterorum, & Diaconorum causis apud finitimos Episcopos, si à suis perperam excommunicati fuerint. Quarto de Vrbano Episcopo excommunicando, vel etiam Romam euocando, nisi ea quæ videbantur corrigēda corrigeret; quoad causam Appiarij, & Vrbani *Sicensis* Episcopi, obtemperatum fuit.

217. Episcopi posteà subscripserunt, vnusquisque in sua Ecclesia.

424. *CARTHAGINENSE* VII. seu prorogatio VI, ad reditum legatorum exemplaria Nicæni Concilij in Oriente quærentium, vt Patres Concilij per Synodicam Bonifacio significauerunt, qui Legati post obitum Bonifacij, & subrogatum illi Cælestinum, reuersi sunt,

Cùm itaque post explorata Græcorum exemplaria, in iis Canones à Zozimo citatos non reperissent, submisso animo rogarunt vt Romani Pontifices maiore cautela, iudicioque maturiore, atque adeò diuerso modo quam hactenus factum, querelas ex Affrica allatas susciperent, & prosequi demandarent vt vbi negotia sunt exorta, ibi, ob difficultatem prosecutionis transmarini iudicij, per delegatos Apostolicæ sedis Commissarios Episcopos in Affrica terminentur, ac finiantur, Legatique de latere cum potentibus executoribus. Deinceps non mittantur, hæc ex epist. Synodali ad Cælestinum Pontif. vnde infertur epistolam mendaciis scatentem nomine Bonifacij II. ad Eulalium aliquem *Alexandrin.* Episcopum tempore Iustini Imperatoris mendaciter scriptam, excogitatam esse; ac apertissimum est communionem Affricanæ Ecclesiæ à Bonifacio, Cælestino, alijsve eorum successoribus permultis, nequidem ad vnius diei spatium, aut horæ vnius momentum intereissem esse.

38. Episcopi, & iidem, qui in præcedenti, subscripſ.

424. *AFFRICANVM* sub Bonifacio, & Cælestino de appellationibus ad Sedem Apostol seu potius Epitome omnium Conciliorum, quæ sub Aurelio *Carthagin.* Episcopo celebrata fuerunt, quorū quatuor priora sub Siricio, tria sequentia sub Anastasio, octo sub Innocent. reliqua sub Zozimo, Bonifacio, & Celestino.

427. *IN ORIENTE* sub Celestino I. contra Massalianos hæreticos, alias sæpè damnatos, sancitum fuit, ne, licet summam præ se ferent pœnitentiæ speciem, amplius in Ecclesiam reciperentur, quam sæpius grauissimè eluserant, acta perierunt, Sisinnius *Constantinopolit.* Episcopus interfuit, Theodotus *Antiochenus* Episcopus,

430. *ROMANVM* sub Celestino I. contra Nestorium Constantinopolit. Episcopum qui scripserat ad Celestinum Pont. de Pelagianis Episcopis qui ob hæresim Pelagianām, suis Episcopatibus priuati, Constantinopolim ad Theodosium Imp. confugerant, de iniuria sibi illata conquesturi, atque vt Celestinum in suas partes pertrahere posset, semine suæ impietatis totam illā epistolam repler, quasi hæreticos illa cotrexisset, ac S. Mariam nō Theotocon sed Christotocon appellandam esse docuisset, Celestinus congregata Synodo Nestorij hæresin, nemine refragante, condemnauit, ipsique Nestorio, 10. dierum spatium ad resipiscendum per litteras ad eum missas præscripsit, demum, nisi resipiscat, anathema comminatur.

430. *ALEXANDRIN.* sub Celestino I. contra Nestoriū, Cyrillus acceptis Celestini litteris, quibus delegatam in causa Nestorij potestatem acceperat, statim cogit Synodū, in qua 4 Legati decernuntur quos cum litteris Rom Pont. ad Nestorium ablegauit, præscripturos ei 10. dierum spatium, ad hæresim suam abiurandam, Nestorius Theodosium Imp. aduersus Cyrillum commouet, quem etiam de Appollinistarū hæresi suspectum in crimen adducit, Theodosius Imperat. ad has turbas componendas, de vniuersali Conc. Ephesi celebrando apud Celestinum Pontificem egit.

S. Cyrillus *Alexandrinus* Patriarcha præfuit.

431. *EPHESINVM in Asia minore VNIVERS.* III. auctoritate Celestini Pontif. indictum, consilio opera & auxilio Theodosij Imperat. congregatum; contra Nestorium Constantinop. Episcopum qui Ephesi magna populi frequentia stipatus, omnium Episcoporum aduentum præuenerat, eo fine vt intrantes Episcopos quacumque posset arte in suum dogma pelliceret, industria autem S. Cyrilli Alexandrini, qui diem ab Imperatore præstitutum anteuerterat, effectum est, vt nemo præter Pelagianos, qui à Celestino Romæ damnati ad eum confugerant, impietatem hominis sectaretur.

Celestinus Papa, Epist. ad Synodum data, certā normam ad iudicandi regulam præscripsit, misitque ad Cyrillum *Alexandrin.* Episcopum phrygium seu pallium, quo plena Apostol. Sedis potestas significatur eoque deinceps, more Pont. Romani, non tantum in Ephesino Conc. sed etiā in sacris solemniis vsus est, & secund. Nicephorum, ab eod, Pontifice, eidem Cyrillo, eiusque Successoribus mitra qua Romani Pontifices vtebantur missa est, concessumque vt vniuersi orbis Iudices appellarentur. Ioannes *Antiochenus* cum aliis Syriæ Episcopis, clam Nestorio fauentib. de industria in itinere moras trahebat, postquā 15. dies, à præscripto termino inchoandi Concilij, illius aduentum frustra Patres præstolati fuissent, Nestorius per 4. Episcopos ter citatus venire recusans actione prima sess. tertia totius Synodi sententia damnatur, ac Episcopatu, Sacerdotumque consortio deiicitur.

Legati Sedis Apost. aduenientes actione tertia, cùm acta Synodi diligenter recognouissent, in damnationem Nestorij suum calculum adiecere, Ioannes Antiochenus à Synodo citatus venire recusans, actione 5. cum sociis qui pessimè Celestium, & Pelagium olebant, anathemate, ac Episcopatus abdicatione mulctatur, Synodus tamen Ioannis exauctorationem Apostolicæ Sedis reseruat arbitrio.

Actione 7. sess. 2. Pelagiani hæretici damnati sunt, ciues autem Ephesini ardore Catholicæ fidei æstuātes omnes Pelagianos, populari vi atque tumultu, protinus vrbe expulerunt, eadem sessione Massaliani, Euchitæ, Enthusiastæ hæretici damnati sunt, ac contra Ioannem Antiochenum decretum est, ne ipse Cyprias, neue alij Episcopi

allas in usdetent Ecclesias. *Vide Conciliab. Ephesinū.* Theodosius Imperator, Ioannis Antiocheni, atque Orientalium deceptus litteris. Nestorium, Cyrillū, & Memnonem legitimè dānatos cedidit, ac Ioannē Comitem ad Synodum misit, qui eius iussu eosdem in custodiam tradidit, cognita autem veritate, tùm per fidum hominem ipso corporis habitu transformatum, & arundine (in quem epistolæ Synodi, & Orthodoxorum insertæ erant) loco baculi vtentem, tùm per 8. Legatos Episcopos à Synodo Constantinopolim missos, Cyrillum ac Mēnonem liberat, exilium imperat Nestorio, ac pro eo alium in Cōstantinopolitana Sede iubet sufficí per Episcopos qui Constantinopolim conuenerant, qui Maximianum, ex Monacho, & Presbytero Constantinopolitano, Patriarcham ordinarunt; tunc salutatio Angelica hoc additamentum (sancta Maria Mater Dei ora pro, &c.) accepisse creditur, Pulcheria vero Augusta templum insignè, ad littus maris, in honorem Dei genitricis extruxit.

Theodosius Imperator tùm se ab Irenæo, Candidiano, aliisque Comitibus (eius authoritate Concilio præsentibus) illusum comperisset, illos exauctoratos in ordinem redegit, ac Nestorij nomen augustali lege damnauit, sanxitque, vt eius Sectatores non Nestoriani, sed Simoniani nominarentur; bonorum etiam publicatione proposita, à Nestorij libris siue legendis, siue habendis, siue describendis deterruit vniuersos.

Iuxta ordinem dignitatis subsellia Episcoporum in Ecclesia S. Mariæ disposita fuerunt, Cyrillus Alexandrinus Romani Pontif. Præfectura Vicaria functus, primo loco consedit, post eum Arcadius Episcopus eiusdem Romani Pont. Legatus, Patroni huius Concilij. Iuuenalis Ierosolymitan. & Theodorus Episcopi tertio & quarto ordine sederunt; deinceps Proiectus Episcopus & Philippus Presbyter alij Apostolicæ Sedis Legati, demum post illos alij secundum dignitatis ordinem. In medio Patrum consessu, Sedem cum Euangelio collocarunt, cuius intuitu omnes admonerentur Christum omnium inspectorem, & Iudicem adesse, Synodique Præsidem agere.

200. Episcopi subscripserunt.

Legati Papæ interfuerunt, vt Romanæ Synodi constitutiones Patribus Ephesi congregatis significarent, & executioni mandarent.

Petrus *Sarracenorum* Antistes vir egregiæ sanctitatis interfuit.

Theodotus *Ancyræ Galatiæ* Episcopus interfuit.

Capreolus *Carthaginensis* Episcopus Besulam Diaconum misit, qui Synodum doceret, ob VVandalicam feritatem, ac barbariem quæ tota grassabatur Africa, Africanis Episcopis integrum non fuisse vt Ephesum proficiscerentur, Augustinum autem *Hipponens.* Episcopum priusquam Imperatoris epistolā, qua vocabatur ad Synod. accepisset è viuis excessisse.

433. *ANTIOCHEN.* sub Sixto III. Quo Ioannes Antiochenus Nestorij dogma anathematizauit, Nestoriique depositionem, & Maximiani subrogationem approbauit, cum Cyrillo pacem iniit, ac tandem petitam communionem cum Romano Pontifice, Cyrillo Alexandrino, omnique Catholica Ecclesia, à qua hactenus cum Sectariis schismate præcisus fuerat, impetrauit.

Ioānes *Antiochenus* Patriarcha interfuit, cū illis Syriæ Episcopis quibus hactenus, aduersus Cyrillum, aliosque Orthodoxos Ephesi congregatos, ministris vsus fuerat.

433. *ROMANVM* authoritate Sixti III. Valentiniani Imp. iussu indictum, & congregatum, Episcoporum Vrbis Romæ & Cleri, necnon Monachorum in præsentia Senatus, ad ipsius Sixti expurgationem de stupro Virgini Deo sacræ illato, cā quodā Basso excōsule accusati; purgato Sixto à 56. Episcopis, damnantur Bassus, & Marinianus alius calumniator, ita tamen vt vltimo die viaticum eis non negaretur; hoc audiens Valentinianus Augustus cum matre sua Placidia Augusta, furore sancto commoti proscriptione Bassum cōdemnarunt, & omnia prædia facultatum eius, Ecclesiæ Catholicæ sociarunt, qui Bassus intra tres menses, moritur, cuius corpus S. Sixtus cum linteaminib. & aromatibus suis tractans, manibus recondidit, & sepeliuit ad D. Petrum in cubiculo parentum eius.

435. *ARMENVM* sub Sixto III. Cùm Theodosius Imp. libros Nestorij condemnasset, Nestoriani ad fontem, vnde suum venenum hauserant reuertentes, libros Theodori Mopsuesteni, & Diodori Tarsensis Nestorij præceptorum, legendos exposuerunt, atque in Syrorum, Armenorum & Persarum linguam translatos, & velut Catholicos, duas naturas in Christo contra Eunomium, & Appollinarem confitentes diuulgarunt, Episcopi Armeni, re cognita, libros impietate plenos condemnarunt.

439 *CONSTANTINOPOLIT.* sub Sixto III. in causa Primatus Alexandrini, instante pro Alexandrina Ecclesia Dioscoro Alexādrinæ Eccles. Diacono, ac Apocrisario Constantinopoli degente; in hoc Concilio definitum est, vt, quæ in Niceno aliisque Cōciliis hac de re moli constituta fuissent, rata ac firma manerent; Theodoretus *Cyri* Episcop. pro iuribus Antiochenæ Ecclesiæ acerrimus defensor insurrexit.

Proclus *Constantinopolit.* Patriarcha præfuit.

439. *REGIENSE seu Regense in Gallia* sub Sixto III. de ordinatione Episcopi Ebredunensis, à duobus tantum Episcopis contra Canones facta, quæ irritatur ordinātes iuiuncta pœna mulctantur; Episcopi ab hæresi aut schismate ad Ecclesiam redeuntes, quo loco habendi sint definitur; de defunctorum Episcoporum cura, & exequiis statutum est, vt proximior Episcopus harum rerū curam assumat, post habitum cōsensum Metropolitani, defunctum 7. die sepeliat, ad ordinationem vlterius nemo nisi à Metropolitano vocatus accedat, 13. Episcopi subscripserunt. 7. Canones sanciti sunt.

Hilarius Episcopus *Arelatensis* præfuit.

441. *ARAVSICANVM* I. sub Leone I. pro disciplina Ecclesiastica, & de recipiendis variorum generum pœnitentibus, ac demum, vt nullus Conuentus, sine alterius futuri Conuentus denunciatione soluatur.

29. Canones sanciti sunt. 15. Episcopi subscrips. Hilarius *Arelatens.* præfuit, Constantius *Vapincens.* Eucherius senior *Lugdun.*

442. *VASIONENSE* I. vel II. sub Leone I. pro disciplina Ecclesiastica. 10. Canones sanciti sunt.

444. *ROMANVM* I. sub Leone I. in causa Manichæorum Romæ occultè latitantium, quibus Leo Papa, publicam quamdam infamiæ notam, qua à Catholicis discernerentur, inussit.

Huic Concilio (vt Manichæorum scelera notiora redderentur) non tantum Episcopos, & Presbyteros, sed & Senatores complures, illustresque viros, imo & plebis partem præsentem, Leo esse voluit.

* 444. *GALLICANVM incerti loci* sub Leone I. in quo Chelidonius *Vesontionēs.* Episcop. tanquā viduæ maritus, & qui capitalib. aliquādo iudiciis præfuisset, Episcopatu deiectus est, Chelidonius Romam petiit, & à S. Leone absoluitur, quod aduersus eum obiecta, non satis probata sibi viderentur.

Hilarius

Hilarius *Arelatens.* præfuit.
S. Germanus *Antissiodorens.* Episcopus subsc.

445. *ROMANUM* II. sub Leone I. Cùm Hilarius Arelatensis Episcopus, Antecessorum suorum vestigiis insistens, contra Taurinensis Concilij definitionem, Bonifacij, & Celestini Pontificum constitutionem, in Viennensi & Narbonensi prouinciis Episcopos deponere, aliosque in locum adhuc viuentium substituere præsumpsisset, apud Sedem Apost. iure meritoque hanc ob rem denunciatus, ad sui defensionem spontè se Romam contulit, hac Synodo Romæ celebrata conuictus, nulla licentia impetrata, Arelatem rediit, post eius discessum sententia in eum pronuntiata est, Leonisque Pontificis rogatu, Valentinianus Imper. dato rescripto ad Ætium Magistrum militiæ in Gallia executus fuit.

* 446. *GALLICANUM incerti loci* sub Leone I. ex quo S. Germanus *Antissiodorensis*, & S. Lupus *Tricassinus* Episcopi in Britaniam ad profligandam hæresim Pelagianam missi sunt, qui totam insulam ab ea labe repurgarunt.

447. *HISPANICUM GENERALE* sub Leone I. eiusque suasu; in causa Priscillianistarum indictum, contra quam hæresim, Regulam quamdam fidei cum aliquot Capitulis Patres ediderunt.
S. Turibius *Asturicensis* Episcopus subscripsit.

448. *CONSTANTINOPOLITANUM* I. sub Leone I. in causa Florentij *Sardeorum Lydiæ* Episcopi Metropolitæ, & duorum ei subiectorum Episcoporum Ioannis & Cassinij; & contra Eutychem Archimandritam hæreticum, qui docebat in Christo Domino, ante Incarnationem, duas, post Incarnationem vero, non duas sed vnam dumtaxat fuisse naturam. Eutyches tertio citatus, tandem magna militum apparitora stipatus adfuit, cum licentia, & consensu Patrum, vnà cum Florentio Patricio intromissus fuit, de hæresi conuictus, cùm ad Palinodiam induci non potuisset, iudicio omnium Patrum 7. actione damnatus fuit, Eutyches ad Pontificem quidem appellauit, eique blandis verbis correctionē pollicitus est, sed appellationi nō est delatū. 32. Episcopi subsc. a 3. Archimandritæ qui aderant subscripserunt.
Flauianus *Constantinopolit.* Patriarcha præfuit.
Eusebius *Dorylæi* Episcopus, Eutychetis accusator, interfuit.

448. *TYRIUM* sub Leone I. in causa Ibæ Edessæ in Syria Episcopi, qui de hæresi nestorij suspectus, cùm iam in Synodo Antiochena à Domno Antiocheno absolutus fuisset, à tribus Episcopis Iudicibus ab Imperatore Theodosio nominatis, denuò absoluitur, Clerici etiam accusatores cum suo Episcopo reconciliantur.

448. *BERYTHI* sub Leone I. Quo Ibas apud Flauianum *Constantinopolit.* Episcopum denuò accusatos, 3. absoluitur ab iisdem. Tribus Iudicibus quibus Flauianus causæ cognitionem commiserat.

449. *CONSTANTINOPOLIT.* II. sub Leone I. In causa Eutychetis: cùm multa contra Ius & æquitatem ab Imperatore Theodosio Eutycheti concessa fuissent, nihil tamen probatum fuisset impositorum notariis de falsitate gestorum præcedentia Conc. Constantinopolitani, ad instantiam Eutychetis, Dioscorus Alexandrin. aliam vniuersalem Synodum Ephesi celebrandā, ab Imp. impetrauit: 30. Episcopi interfuerunt. Theodosius *Cæsareæ Cappadociæ* Episcopus, iussu Imperatoris præfuit. Flauianus *Constantinopol.* fidei confessionem edere iussus, paruit.

449. *ROMANUM* III. sub Leone I. Quo post reditum Hilari Diaconi legati Apostolici à Conciliabulo Ephesino, acta eius dē Cōciliabuli reprobātur.

* 450. *GALLICUM incerti loci Prouinciæ Arelatens. & Narbonens.* sub Leone I. In quo lecta est, & approbata ipsius Leonis Epistola contra errores Eutychis; vno omnes consilio libellum supplicem summo Pont. dederunt pro restituendis Arelatensis Ecclesiæ Iuribus. Rauennius *Arelatens.* præfuit.
Rusticus *Narbonens.* subscripsit.

450. *CONSTANTINOP.* III. sub Leone I. Cùm Theodosius Imp. Anatolium *Constantinopol.* Episcopum in locum Flauiani subrogatum confirmari petiisset, adeoque iam omnibus lapsis Episcopis in Conciliab. Ephesino ab errore resipiscēdi, & ad fidē Catholicam reuertendi via aperta esset, Leo I. Quatuor legatos à latere misit, qui lapsos, redire volentes ad Ecclesiam, probarent; hi dnm Constantinopolim venissent, litterasque Leonis quas ad Theodosium scripserat, Martiano Imperatori obtulissent, iussu Leonis Papæ Synodum conuocarunt. Postquam Anatolius (ex S. Leonis litterarum præscripto) fidei confessionem edidisset talem, quæ in omnibus, S. Leonis Papæ scriptis consentiens, & planè Catholica, inuēta fuit alij eamdem fidem professi sunt, absentibus mādatum est, vt per suos chyrographos idem exequantur; per legatos Apostol. Sedis ad singulos Metropolitanos Orientis, missa est Epistola Leonis I. ad Flaulanum data, eo fine, vt omnes eidem subscriberent.
In hac Synodo constitutum fuit, vt Episcopis in sathanico conuentu Ephesino lapsis, ad communionē Ecclesiæ redire volentibus, suæ tantum non totius Ecclesiæ Catholicæ communio concedatur.
Item ne Dioscori Alexandrini, Iuuenalis Ierosolymitani, & Eustathij Berythi Episcoporum nomina, in sacris nominarentur, ideo quod impœnitentes antesignani schismaticorum essent.
Abundius *Comensis* Episcopus, Asterius Episcopus. Basilius Presbyter, Senator Presbyter; Legati Pontificis præfuerunt.

451. *MEDIOLANENSE* sub Leone I. de receptione Epistolæ Leonis I. De Verbi Incarnatione ad Flauianum scriptæ, vt legati à latere ad œcumenicam Synodum nomine Pontificis, totiusque Occidentalis Ecclesiæ ablegandi, de absentium Episcoporum Occidentalium sententia, ac suffragio vniuersam Synodum verè & constanter informare possent. Erat enim pristino vsu receptum, vt cùm indicebatur œcumenicū Conc. cui non omnes Occidentales interesse poterant, illi eam (si opportunitas id ferret) vel Romæ ad Synodum conuocarētur, vel habitis sub præsidio Metropolitani Prouincialibus Conciliis, per Synodalem Epist. de suo suffragio Romanum Pont. certiorem redderent, atque ita ipsi etiam, iusta de causa absentes, suum quodammodo suffragium per legatos à latere, in Oecumenico Concilio ferrent.
Eusebius *Mediolanens.* Episcopus indixit, & præfuit.
Abundius *Comensis* Episcopus interfuit.
Maximus *Taurinens.* Episcopus subsc.

451. *CHALCEDONENSE* (*vbi nunc Scutarium pagus in Bythinia*) *VNIVERSALE* IV. sub Leone I. eiusque authoritate Indictum, hortatu, opera & auxilio Marciani conuocatum contra Eutychem & Dioscorum hæreticos.
Quamquam principio Marcianus Imp. voto singulari desiderarent, vt Patres Nicæam conuenirent, eodemq; loco quo 1. Arriana perfidia oppugnata est, Eutychianā hæresim condēnarent, propter bellicas tamen expeditiones, & barbarorū incursiones (in-

ftantibus etiā Apoft. Sedis legatis, ne abfque Imperatoris fententia Synodus ageretur) Chalcedonem Synodus tranflata eft, quæ Conftantinopoli propinquior, & à metu hoftium multò fecurior erat. In ampliffima Bafilica S. Euphemiæ martyris, in fuburbiis collocata Epifcopi conuenerunt; ante cancellos facri altaris, in fecretario (prout fieri confueuit) Synodalis Patrum cõfeffus fuit, Marcianus Imperator cum Pulcheria Augufta, Magiftratibus, Senatoribus, & Iudicibus cognitoribus fedem habuit ante cancellos: ex Patribus Concilij inter apfidem, & cancellos conftitutis, legati Sedis Apoft & poft eos Anatolius Conftantinopol. Antiochenus, aliique deinceps Epifcopi federunt à læua parte, Diofcorus autem Alexandrinus, & poft eum Iuuenalis Ierofolymit. aliique à dextra; in medio ipforum fuper thronum facrofancta Euangelia collocata fuere, & quia læua dignior eft dextera, quia Chriftum D. N. qui eft fummus Pontifex (cuius typum gerebat Euangelium fuper thronum in meditullio pofitum) in Synodalem confeffum refpicientem à dextris haberent, qui federent in finiftra, & à finiftris qui confiderent in dextera, hac inquam de caufa accidit, vt quamquam Diofcorus, & Iuuenalis ambo iudicandi adeffent, dextrum locum occupare permiffi fuerint.

Tredecim feffionibus feptemdecim actiones continentibus conftat hoc Concilium.

Iulianum Coenfem Epifcopum in Oriente res Ecclefiæ agere folitum, Pontifex voluit in hac eadem Synodo, legati munera obire cum aliis legatis.

Marcianus Imperat. per fe, aut fuos Vicarios præfens effe voluit, non ad iudicandas & explicandas fidei controuerfias, fed vt Concilium fua authoritate, aduerfus hæreticorum tumultus, ac feditiones tutaret ac defenderet. 3. Seffione Epifcopi tantummodo conuenerunt abfque Magiftratibus fæcularibus, eo quod tractanda effet Diofcori damnatio, cui præter Epifcopos, fecundum Canones, nemini aliorum Iudicum fæcularium, aut laicorum intereffe licebat.

Eutyches Archimandrita Monafterij Conftantinopolitani, dum Neftorianam Charibdim, hoc eft duas in Chrifto perfonas exhorrere plus nimio videri volebat, in aduerfam fcillæ voraginem præceps actus, vnam & hypoftafim, fic & naturam Chrifto Domino tribuebat, ita Dei Verbo in carnem conuerfo, duabufque in vnam naturis inter fe confusè permixtis, vt fola Diuinitas fub carnis non veritate, fed figura famem, fitim, laffitudinem, vigilias, crucem, mortem perpeffa fit, & poft triduum reuixerit è fepulchro. *Vide Conciliabulum Ephefin. 2. an.* 449.

Seffione 1. Poftquam acta Ephefini Conciliabuli refciffa effent, meritamque damnationis fententiam iterato iudicio accepiffet Eutyches, vt è Monafterio Conftantinopolitano, vbi cum periculo fidelium agebat, longius relegaretur à S. Leone Papa petitum eft.

Diofcorus Alexandrinus Epifcopus, qui Conciliab. Ephefino præfederat, de Origeniftarum & Arrianorum hærefi, de homicidio, adulterio, incendio, vitaque turpiffima conuictus, fcelerum confcientia confternatus, nec fecundæ interfuit feffioni nec tertiæ: inftante autem Eufebio Dorilenfi Epifcopo tertio citatus contumax in propofito perftitit, & adeffe recufauit; vnde ex Leonis Pontif. fententia ab eius legatis cæterifque Epifcopis feff. 3. condemnatus, poftquam excommunicando fummum Pontif. fcelus inauditum attentaffet, in Gangæam Paphlagoniæ Ciuitatem relegatus eft, illucque manu militari perductus, ibidem paulo poft mortuus eft.

Seff. 4. Iuuenalis *Ierofolymit.* Thalaffius *Cæfarienfis* cum aliis Epifcopis, qui cum Diofcoro improbo, Ephefino conuentui præfuerant; feff. 1. damnati, poftquam decreto fynodali paruiffent Nicæno ac Conftantinopolitano fymbolo, nec non epiftolæ S. Leonis Papæ fubfcripfiffent contrarium fentientibus anathema dixiffent, ad communionem Ecclefiæ, ingreffumque Synodi admiffi fuerunt.

Ægyptij Epifcopi iuffu legatorum Apoftolicæ fedis in Eutychetem anathema dixerunt; ne autem epiftolæ Leonis, antequam nouus Alexandrinus Antiftes elegeretur, fubfcriberent, precibus fuis impetrarunt, cautione adhibita, quod Chalcedone non prius fint abituri, quam in locum Diofcori, alius Alexandrinus Epifcopus fubrogatus fuerit.

Seff. 5. in caufa inter Photium *Tyri*, & Euftathium *Berythi* Epifcopos de iure Metropolis primæ Phœniciæ, fecundum Canonem Concilij Nicæni Photiò Tyrio Metropolis adiudicata eft.

Seff. 6. habitus ex fingulis Prouinciis delectus quorumdam Epifcoporum, qui formulæ fidei confcribendæ incumberent cum legatis Apoftolicis, & Anatholio Conftantinopolitano feorfim in fecretorio; hi vero ad Leonis Epiftolam velut ad normam columnamque veritatis, cùm fuam omnem deliberationem exigere ftuduiffent, Chriftum Dominum perfectum Deum, perfectum hominem, ex duabus naturis inconfusè, atque incommutabiliter, confiftentem, & diuinitate quidem Deo Patri, humanitate vero nobis effe confubftantialem, ac per omnia fimilem, fi peccatum excipias decreuere fententiis omnibus, quæ vllo modo videri poffunt ab hoc dogmate diffidere, damnatis.

Seff. 7. præfente Imperatore, Pulcheria, & Magiftratibus lecta & per fubfcriptionem omnium Epifcoporum, approbata eft illa deffinitio fidei; fanctionem pœnalem tulit Imperator contra eos, qui aduerfus hanc definitionem fidei difputantes turbas, aut tumultus concitauerint. Rogatu Imperatoris decretum eft ne Monachi abfque confenfu Epifcoporum Monafteria ædificent, ab Epifcopali obedientia & fubiectione non eximantur, neue inuito Dominos feruum adfcriptitium in Monafteriū affumant, degentes in Monafterio, Reipublicæ negotia non curent, fed orationibus tantum, & ieiuniis vacent; ne quis alienum Clericum fufcipiat. Tertio conftitutum fuit vt ad honorem fanctæ Martyris Euphemiæ, Ciuitas Chalcedonenf. citra præiudicium Nicomediæ, nomine tenus, dignitatem Metropolis habeat.

Seff. 8. Theodoretus, *Cyri* Epifcopus à Diofcoro depofitus, poft anathema fecunda vice dictum, in priftinam Sedem eft reftitutus, pronunciatum etiam fuit Ibam Edeffenum Epifcopum à calumniis aduerfariorum, duobus Conciliis Tyri, & Berythi habitis, rectè abfolutum malè vero Ephefino Conciliabulo condemnatum, & Epifcopatu amotum fuiffe. 30. Canones omnes 12. feff. abfentibus legatis, ab Anatolio Conftantinop. omnibufque Epifcopis Orientalibus conftituti funt, contradicentibus poftea legatis, feff. 13. quos S. Leo improbauit, præcipuè 28. Quo Conftantinopolitano Patriarchæ fecundus locus, poft Romanam Sedem, conceditur, nihilque Leo præter fidei definitionem

mitionem confirmauit Ep. 61. qui autē à Romanis Pontificibus enouati, vel in aliis approbatis Conciliis editi sunt, robur & auctoritatem habent, Bellarm. l. 2. de Rom. Pont. Cap. 12.

630. Episcopi subscripserunt.

Paschasius *Lilibæi in Sicilia* Episcopus.
Lucentius *Asculanus* Episcopus.
Iulianus *Coensis* Episcopus.
Basilius & Bonifacius Presbyr. Cardin.
Legati summi Pontif. præfuerunt.
Anatolius *Constantinopolit.* Iuuenalis Ierosolymit.
Maximus Antiochenus.
Eusebius *Dorylæi* Episcopus.

452. *ALEXANDRINVM* sub Leone I. de Eutychianis, post Catholicæ fidei professionem, ad Ecclesiam recipiendis; sed cum illi penitus restitissent, Imperator eos exilio mulctauit.

Proterius *Alexandrinus* Episcopus præfuit.

453. *ANDEGAVENSE* sub Leone I. occasione ordinationis Thalastij in Episcopum Andegauensem; pro Ecclesiastica immunitate & disciplina.

13. Canones sanciti sunt.

Thalassius *Andegauensis.* Eustochius *Turonensis.*
Leo *Bituricens.* Victurius *Cenomanensis.*

453. *VENETICVM* in Gallia sub Leone I. ad disciplinam Ecclesiasticam Barbarorum incursionibus in Gallia plurimum laxatam, emendandam & corrigendam.

16. Canones sanciti sunt.

8. Episcopi subscripserunt.

*454 *IEROSOLYMITANVM* sub Leone I. Iuuenalis Ierosolymitan. Leonis Lobiurgatione, ob res olim aduersus (S. Flauianum pro Eutychete, (& Dioscoro perperam gestas) excitatus, Prouincialem collegit Synodum in qua fidem Catholicam cunctis seruandam proposuit.

*455. *ARELATENSE* III. sub Leone I. Pro Monachis Lyrinensibus.

Rauennius *Arelatensis* Episcopus præfuit, 13. Episcopi conuenerunt, vt prouiderent de remedio scandali quod in Monasterio Insulæ *Lyrinensis* obortum fuerat, inter faustum Monasterij Abbatem, & Theodorum Episcopum foro Iuliensem super regimine & Iurisdictione, statuentes ad dissoluendam omnem causam discordiarum ad inuicem, vt deinceps nihil sibi vindicaret Episcopus, quam quod prædecessor suus Leontius Episcopus sibi vindicauerat.

459. *CONSTANTINOPOLITANVM* IV. sub Leone I. aduersus Eutychianos, & Simoniacos, ad instantiam Leonis Imp. apud Leonem Papam, indictum est. Primo omnium actum est de firmando fidei decreto in Chalcedonensi Conc. edito, & ad tollendam simoniacam labam, quæ Constantinopolitanam Ecclesiam deturparat, vuicus Canon editus est.

75. Episcopi subscripserunt.

Gennadius *Constantinopol.* Episcopus præfuit.
Domitianus, Geminianus Episcopi, Sedis Apost. legati, præsentes fuerunt.

467. *ROMANVM* sub Hilaro; Cùm ad celebrandum diem creati Pontificis Hilati, 48. Episcopi Romam conuenissent, tria decrata, ad rectam ordinandorum Clericorum dispositionem, constituta sunt.

Ingennus *Ebredunensis*, Maximus *Taurinens.*
Saturninus *Auenionens.*

474. *VIENNENSE in Gallia* sub Simplicio; in causa Rogationum triduanarum cum ieiunio, ante Ascensionem Domini, celebrandarum.

Omnes pene Galliarum Episcopi conuenerunt.
S. Mammertus *Viennens.* Episcopus præfuit.
B. Rhemigius *Rhemens.* Episcopus vocatus, cum corporis imbecillitate detineretur, B. Vedastum Vicariæ sollicitudinis cooperatorum direxit.

*475. *ARELATENSE* IV. sub Simplicio ad condemnandum prædestinationis errorem.

Leontius *Arelatensis* Episcopus præfuit.
Faustus *Regiensis* Episcopus subscrips.

*475. *LVGDVNENSE* I. sub simplicio. Pro eadem causa.

Patiens *Lugdunens.* Episcopus præfuit.

482. *TVRONENSE* sub Simplicio. In causa Ecclesiasticæ disciplinæ, Barbarorum incursionibus in Galliis, laxatæ reformandæ; causam conueniendi dedit sacratissima festiuitas, qua S. Martini receptio, seu translatio celebrabatur.

13. Canones sanciti sunt.

9. Episcopi subscripserunt.

Perpetuus VI. *Turonensis* Episcopus.
Athenius *Rhedonens.* Leo *Bituricensis.*
Thalasius *Andegauensis* absens postea subscripsit.
Amandinus seu Amandus *Cathalaunicus.*
Eusebius *Nannetensis.* Mansuetus *Britannorum.*
Germanus *Rhotomagens.* Victurius *Cenomanens.*

483. *ROMANVM* I. sub Pelica III. contra Acacium Constantinopolit. cuius impulsu Zeno Imperator Ioanni Orthodoxo *Alexandrinæ Ecclesiæ*, Episcopo Sedem Apostol. appellanti, substituerat Petrum Mogum hæreticum. Omnium Patrum consensu legatio ad Zenonem Imperatorem decreta est, & Acacius citatus est. Legati fuerunt Vitalis, & Misenus Episcopi, cum Felice defensore.

Item contra Petrum *Fullonem*, alias *Cnapheum* nominatum, in Sedem Antiochenam intrusum, qui sacro trisagio, Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis addiderat, qui crucifixus es pro nobis, bis autem admonitus, nec acquiescens, hoc Concilio excommunicatus, & depositus est.

42. Episcopi subscripserunt.

Quintianus *Asculanus* Episcopus, vir magni nominis subscripsit.

483. *CONSTANTINOPOLITANVM* sub Felice III. Quo heresis Petri Fullonis *Antiocheni* Episcopi damnata est, eum in eadem causa Romæ Concilium haberetur.

Acacius *Constantinopolit.* Episcopus præfuit.

483. *ROMANVM* II. sub Felice III. in quo Vitalis, & Misenus Legati Sedis Apostolicæ Constantinopoli reuersi, de transgressione & præuaricatione suorum mandatorum, deque inita cum hæreticis communicatione, ex litteris Acacij quas secum detulerant, & quorumdam præsentium testimonio conuicti, vna omnium sententia, quantumuis vim, fraudes, & iniurias sibi illatas pro defensione prætexerent, Apostolica communione indigni habiti sunt, condemnati, & Episcopatus honore deiecti.

Acatius *Constantinopol.* hæreticorum participatione pollutus, de hæresi est condemnatus, cùm autem nollet acquiescere existimans Præsulem amplissimæ Constantinopolitanæ ciuitatis, in qua sola Romani Imperij sceptra vigebant, cedere non debere Romani Ecclesiæ, quæ cum Romano Imperio in Occidente humi depressa esset, vna omnium Patrum sententia, cum Petro Mogo *Alexandrinæ* Sedis inuasore excommunicatus, & depositus est; sententiam autem eum Acacius accepere nollet, ignotus quidam Monachus Accœmetensis ad

 pallium

pallium Accacij dum ad sacra peragenda procederet, suspendit.

Petrus Fullo *Antiochenus* Episcopus, de hæresi denuo damnatus est.

77. Episcopi subscripserunt.

487. *ROMANVM* III. sub Felice III. de lapsis *Affricanæ* Ecclesiæ, post pœnitentiam, recipiendis, cùm post obitum Hunnerici, Gundabundus Rex VVandalorum, pacem Ecclesiis donasset, & Catholicos primus ab exilio reuocasset.

38. Episcopi subscipserunt.

494. *ROMANVM* I. sub Gelasio I. Quo libri sacri, & authentici ab apochryphis sunt discreti. Item de primatu Romanæ Ecclesiæ, & de aliarum Patriarchalium Ecclesiarum Iuribus, ad reprimendam Constantinopolitanorum Antitistum præsumptionem, & audaciam infringendam, qua se Acacius primùm, inde eius Successores aduersus Romanam Ecclesiam, proteruè nimis erexerant.

70. Episcopi subscripserunt.

495. *ROMANVM* II. sub Gelasio I. Quo Misenus (Rom. Concilio à Felice III. ante II. annos, damnatus) postquam Vitalius eius socius in excommunicatione defunctus esset, gratia Dei adiutus in mentem rediit, suumque delictum, plurimum detestatus, ad Ecclesiæ vnitatem restitutus est.

55. Episcopi subscripserunt.

499. *ROMANVM* I. sub Symmacho ab ipsoque indictum; de tollendo ambitu in Comitiis Pontificiis, ne scil. Romanus Pontifex de successoris electione decernere possit. Laurentius in schismate contra Symmachum electus, *Nucerinus* Episcopus ordinatus est.

71. Episcopi subscripserunt.

*500. *CABILONENSE* sub Symmacho. Pro electione Episcopi Cabilonens. Ioannis nimirum qui ibi consecratus est.

Patiens Archiep. *Lugdunensis* præfuit.

500. *ROMANVM* II. sub Symmacho quo Symmachus ab obiecto crimine absoluitur, ac Petrus Altinensis Episcopus, visitator à Theodorico Rege Arrianorum deputatus, condemnatur.

115. Episcopis subscripserunt.

501. *ROMANVM* III. in causa eiusdem Symmachi Papæ.

73. Episcopi subscripserunt.

502. *ROMANVM* IV. *palmarè dictum, à porticu Basilica S. Petri qua palmaria dicebatur*; ad quam Symmachus Pontifex ab aduersariis lapidibus impetitus se recepit, ibique celebrato Concilio, electio Symmachi confirmata est, & lex Odoacris Regis (qua prohibebatur ne absque consultatione, & consensu Regis Italiæ, electio summi Pontificis fieret) abrogata est: Altera lex Odoacris erat, qua bona Ecclesiæ non necessaria distrahi, & in vsus pios conuerti mandabat, quoque prædia Ecclesiastica alienari prohibebat, vtraque constitutio irritata est, prior quod Canonibus sacrorum Conciliorum repugnaret, posterior quod ab incompetente Legislatore profecta, nulloque summi Pontificis subscriptione munita esset, ac Patrum auctoritate declaratum fuit, quid de alienatione bonorum Ecclesiæ teneri, & obseruari deberet. Laurentius iterum intrusus, à Symmacho depositus, ac in exilium iterum missus est, quo facto quieuit seditio.

Anastasius Imperator hæreticus excommunicatur.

65. Episcopi subscripserunt.

Eulalius *Syracusanus* Episcopus vir eximiæ sanctitatis interfuit.

503. *ROMANVM* V. sub Symmacho; Cùm schismatici superiori Concilio damnati, libellum, aduersus Synodi absolutionem scripsissent, Episcopi iterum coëuntes, Ennodio Diacono præceperunt, vt aduersus obiectiones schismaticorum Apologeticum libellum scriberet, scriptumque libellum in pleno omnium consessu recitatum, & magno applausu approbatum, non tantum inter acta synodalia, verum etiam inter Pontificia decreta adnumerari præceperunt. Cumque omnes Episcopi, accusatores Symmachi, & palmaris Synodi, condemnari postulassent, Symmachus Papa iisdem, Domini exemplo, ignoscendum esse persuasit; Roformatum est etiam illud antiquum decretum, ne extra causam fidei populus Episcopum suum accuset, quodve restituendi sint spoliati Episcopi, antequam, coram aliis Episcopis, causam dicere cogantur.

218. Episcopi subscripserunt.

Eulalius *Syracusanus* Episcopus subscripsit.

504. *ROMANVM* VI. sub Symmacho; Quo decretum est vt inuasores bonorum Ecclesiasticorum, nisi ea restituerint, velut manifesti hæretici anathematizentur, additum est, eadem sententia teneri omnes, qui facultates Ecclesiæ, sub specie largitatis Regiæ, obtinuissent, eo quod Regum non sit, de bonis Ecclesiæ decernere, nec liceat Imperatori, vel Regi contra diuina mandata & Patrum constituta, sibi aliquid quouis modo vsurpare, paruit decreto Concilij, Rex Theodoricus, licet Arrianus.

104. Episcopi subscripserunt.

504. *BYSACENVM in Affrica* sub Symmacho; eo tempore quo persecutio per Trasamundum Regem excitabatur; de subrogandis nouis Episcopis; (nonobstante Principis mandato, nequis in locum defuncti Antistes subrogaretur) quod statim factum est.

506. *AGATHENSE* sub Symmacho, permissu Alarici Regis Arriani, Pro disciplina Ecclesiastica restituenda.

71. Canones sanciti sunt.

35. Episcopi subscripserunt.

25. præsentes, 10. per Vicarios.

S. Cæsarius *Arelatensis* præfuit.
Agrœcius *de Antipoli*.
Aptus *Bigorritanus* per Vicar.
Boetius *Cadurcensis*, Caprarius *Narbonens.* per Vic.
Clarus *Elusensis*, Cronopius *Petragoricensis*.
Cyprian. *Burdegalens.* Eufrasius *Aruernensis* per Vic.
Firminus *Metensis*, Galactorius *de Bernardo*.
Glycerius *Conseranica*, Gratianus *Aquensis*.
Gratus *de Olorone*, Heraclianus *Tolosanus*.
Iulianus *De Auennica* per Vicar.
Leonicus *Gabalensis* per Vic. Marcellus *de Sanesio*.
Marcellus *Vico Iulsensis* per Vic. Maternus *Luteuens.*
Nicetius *de Ausciis*, Pappolus per Vicar.
Pentatius *de Dinia*, Petrus Episcopus *de Palatio*.
Probacius *de Veatia*, Quintianus *Rutenens.*
Sabinus *Albigensis*, Sedatus *Nemansensis*.
Sextilius *de Vasatis* per Vicarium.
Sophronius *Agathensis*, Suauis *Conuennarum*.
Tetradius *Bituricensis*, Versus *Turonensis* per Vic.
Victorinus *Foro Iuliensis* per Vicar.
Vigilius *Lectorensis*.

507. *AVRELIANENSE* I. sub Symmacho suasu & hortatu S. Remigij *Rhemensis* Episcopi, à Clodoueo Rege Galliæ procuratum. Pro disciplina Ecclesiastica.

33. Canones sanciti sunt.

33. Episcopi subscripserunt.
Adelphius *Rauracensis* Auentius *Diniensis.*
Boethius *Cadurcensis*, Camilianus *Trecasinus.*
Cronopius *Petragoricens.* Cyprianus *Burdegalens.*
Edibius *Ambianensis*, Epiphanius *Nannetens.*
Eraclius *Parisiensis*, Eulius *Vasionensis.*
Euphrasius *Aruernorum*, Eusebius *Aurelianensis.*
Eustochius *Andegauensis*, Gildardus *Rothomagens.*
Leontianus *Constantiensis*, Leontius *Tolosanus.*
Leuanianus *Sylanectens.* Licinius *Turonensis.*
Lethardus *Lexouiens.* Lupicinus *Engolismensis.*
Lupus *Suessionensis*, Maurusius *Ebroicens.*
Melanius *Rhedonensis*, Modestus *Venetensis.*
Nepos *Abrincensis*, Petrus *Xantonensis.*
Melanius *Viromandens.* Principius *Cenomanens.*
Quintianus *Ruthenens.* Sophronius *Nomenenens.*
Tetradius *Auscierum*, Tetradius *Bituricens.*
Theodosius *Antissiodorensis.*

509. *EPAVNENSE in Gallia Narbonens.* sub Symmacho. Pro disciplina Ecclesiastica.
40. Canones sanciti sunt.
Sigismundus *Rex Burgundiæ* studio ac labore Auiti *Viennensis* Episcopi, ex Arriano factus Catholicus, exemplo Clodouei Regis Galliæ hanc Synodum conuocarit procurauit.
24. Episcopi subscripserunt.
Alcim. Auitus *Viennens.* præs.
Apollinaris *Valentinus*,
Boulcus seu Bubulcus *Vindonensis.*
Catulinus *Ebredunensis*, Claudius *Vesontionens.*
Constantius *Octodorensis*, Constantius *Vappensis.*
Florentius *Trecassinensis*, Gemellus *Vasionensis.*
Gregorius *Lingonensis*, Iulianus *Carpentoratensis.*
Maximus *Genauensis*, Philagrius *Cauellicensis.*
Prætextatus *Aptensis*, Pragmatius *Augustodun.*
Sanctus *Tarentasiensis*, Seculatius *Diniensis.*
Siluester *Cabilonensis*, Tanticianus *Niuernensis.*
Valerius *Segestricensis*, Venantius *Albensis.*
Victurius *Gratianopolitanus.*
Viuentiolus *Lugdunensis.*
Pedalius Presbyter, pro salutari Episcopo *Anemnlica*, subscripsit.

514. *RHEMENSE in Gallia* sub Hormisda. In causa Ecclesiasticæ disciplinæ *in Gallia* reformandæ.
In hoc Concilio Arrianus quidam Episcopus, tanta superbia inflatus fuit, vt solus omnes Catholicos ad certamen prouocaret, at vero ingredienti Remigio *Rhemensi* Episcopo (qui vt Legatus Papæ præfuit) Synodum, cæteri Episcopi omnes, vt par erat, assurgunt, ille fastu plenus assurgere dedignatur, sed transeunte apud illum Remigio, obmutuit, ac postmodum rem eloqui nihil posset, ad pedes S. Remigij procidens nutibus veniam petiit, & S. Præsulis sanctimonia, & ab hæresi, & à linguæ impedimento sanatus est.

516. *VETERIS EPIRI* sub Hormisda. In causa Ioannis *Nicopolitani* Episcopi, & Metropolitani *Veteri Epiri*, qui Alcysoni defuncto subrogatus, statim, more maiorum, coacta Synodo communionem Sedis Apostol. amplexurus, fidei suæ libellum, per Ruffinum Diaconum, ad Hormisdam Papam misit.

516. *TARRACONENSE* sub Hormisda. Pro disciplina Ecclesiastica.
13. Canones sanciti sunt.
10. Episcopi subscripserunt.

517. *LVGDVNENSE* II. sub Hormisda. Contra Stephanum, qui cognatæ suæ se sociauerat.
6. Canones sanciti sunt.
Viuentiolus *Lugdunensis* Episcopus præfuit.

517. *GERVNDENSE in Cathalonia* sub Hormisda. Pro disciplina Ecclesiastica.
10. Canones sanciti sunt.
Ioannes *Tarraconensis* Episcopus præfuit.

518. *CONSTANTINOPOLITANVM* sub Hormisda; in hoc reprobatum quod nomina Euphemij & Macedonij, vnà cum nomine Acacij Diptychis restituisset, quæ anno sequenti 519. auctoritate Hormisdæ Romani Pont. per legatos è sacris tabulis expuncta sunt, Reliqua vero quæ in hac Synodo, pro firmitate Chalcedonens. Concilij, & contra Seuerum, aliosque Eutychianos hæreticos decreta fuerunt, ab eod. Romano Pont. rata habita sunt. 5. Decreta sancita sunt.
Synodus ab Hormisda, per Synodicam quamdam, & Iustini Imperatoris intercessionem expetiuit, primùm, vt Romanæ Ecclesiæ communione donentur, secundò vt Legati Constantinopolim mittantur, qui auctoritate Apostolica lapsos ad Ecclesiam recipiant.
40. Episcopi subscripserunt.
Ioannes *Constantinopolit.* Episcopus præfuit.

518. *IEROSOLYMITANVM* sub Hormisda; Quo ea quæ pro confirmatione Concilij Chalcedon. Et pro restituendis nominibus Orthodoxorum, & damnatione hæreticorum, in Conc. Constantinop. acta sunt, confirmantur.
33. Episcopi subscripserunt.)

518. *TYRIVM* sub Hormisda. Quo acta legitima Concilij Constantinopolitani confirmantur.

518. *ROMANVM* sub Hormisda. Quo Legati ad Orientales designati sunt, Germanus *Capua* Episcopus, Ioannes Episcopus, Blandus Presbyter, Felix, & Dioscorus Diaconi, qua legatione Orientalis Ecclesia Romanæ est reconciliata, postquam, iuxta admonitionem Pontificis, è sacris Diptychis nomina Acacij, Euphemij, & Macedonij Episcoporum *Constantinopolitanorum* Zenonis, & Anastasij Hæreticorum Imperatorum expunxissent.

* 520. *AVERNENSE* sub Hormisda. Pro restituendis parochiis Episcopo *Rutenorum.*
Sulpitius *Bituricensis* Archiepiscopus præfuit.

520. *CONSTANTINOPOLITANVM.* Ex quo ad Hormisdam Papam, vnà cum legatione, Synodica, Epistola missa fuit.
Epiphanius *Constantinopolitanus* Episcopus præfuit.

524. *ILERDENSE in Hispania* sub Ioan. I. Pro disciplina Ecclesiastica.
16. Canones sanciti sunt.
8. Episcopi subscripserunt.
Iustus *Vrgelitanus* Episcopus subscripsit.

524. *VALENTINVM in Hispania* sub Ioan. I. Pro disciplina Ecclesiastica.
6. Canones sanciti sunt.
6. Episcopi subscripserunt.

524. *ARELATENSE* III. sub Ioanne I. pro disciplina Ecclesiastica in ordinandis ministris Ecclesiæ seruanda, plura decreta sancita fuerunt.
In hac Synodo subscriptione 16. Episcoporum, approbata est illa epistola Fausti Regiensis Episcopi, quàm dedit ad Lucidum quemdam magni nominis Presbyterum, prædestinatorum hæresim sectantem, vt hominem in errorem lapsum ad Catholicam fidem reuocaret.
S. Cæsarius Arelatensis Episcopus præfuit. Eucherius iunior *Lugdun.* Iulianus *Carpentoratens.* Philagrius *Cauellicens.* Prætextatus *Aptensis.*

529. *ARAVSICANVM* II. sub Felice IV. cōtra Semipelagianos, & Massilienses occasione quorum-

dam

dam ſcriptorum Fauſti *Regienſis* de gratia Dei qua ſoluamur, in quibus ſub ſpecioſo titulo Pelagium damnans, verè Pelagianizat. 25. Canones ſanciti, quot ſunt Canones tot ſententię Catholicæ Eccleſiæ, ex diuerſis locis S. Auguſtini deſumptæ.

12. Epiſcopi ſubſcripſerunt.

S. Cæſarius *Arelatenſ.* Epiſcopus præfuit.
Eucherius iunior *Lugdunenſ.* Iulianus *Carpentorach.*
Philagrius *Cauellicenſ.* Prætextatus *Aptenſis.*

529 *VASIONENSE* II. vel III. ſub Ioan. II. vel Felice IV. pro diſciplina Eccleſiaſtica.
Canones 3. & 1. Conciliis Vaſenſis confuſi ſunt.
10. Epiſcopi ſubſcripſerunt,
S. Cæſarius *Arelatenſ.* Epiſcopus præfuit.

529. *CARPENTORACTENSE* ſub Ioan. II. vel Felice IV.
Illud tantum ſancitum, quid non, & quantum ex bonis, Parochiali Eccleſiæ, oblatis, Epiſcopo ſumere liceat. Agretius Epiſcopus Patrum ſententia ſuſpenſus eſt per annum à ſacratum Miſſarum celebratione, & ordinationem ab eo perperam factam, & quod ad dicendam cauſam ad Synodum vocatus, nec ipſe venerit, nec alium quemquam ſuo loco miſerit,
16. Epiſcopi ſubſcripſerunt.
S. Cæſarius *Arelatenſis* Epiſcopus præfuit.
Iulianus *Carpentoract.* Eucherius iunior *Lugdun.*
Principius Frater S. Remigij *Sueſſionenſ.*
Philagrius *Cauellicen.* S. Proſper *Aurelianenſ.*

530. *ROMANVM* I. quo Bonifacius II. Vigilium Dacon. ſibi ſucceſſorem delegit.

530. *ROMANVM* II. Quo, auctore Bonifacio II. electio Vigilij, viuente adhuc Pontifice, facta velut illegitima, & ſacris Canonibus contraria irritatur, & reſcinditur.

531. *TOLETANVM* II. ſub Bonifacio II. pro diſciplina Eccleſiaſtica.
5. Canones ſanciti ſunt.
8. Epiſcopi ſubſcripſerunt.
Montanus *Toletanus* præfuit, Iuſtus *Vrgelitanus*, Nibridius *Egarenſ.* Iuſti frater.

533. *ROMANVM* ſub Ioanne II. quo, contra Acœmethas Monachos diffinitum eſt catholice, & piè dici poſſe, vnum de Trinitate paſſum eſſe in carne; quo etiam declaratum eſt, quo ſenſu Hormiſda Pontifex eam ſententiam reiecerit, ſcil. quod eam non tanquam hæreticam, ſed tantum velut nouam, atque de fraudibus Eutychianorum ſuſpectam proſcripſerit, & reiecerit, quæ alioquin ſi dolus abfuiſſet ab Eutychianis, omnino recipi potuiſſet, pſeudo monachi enim Eutychiani, hac ſententia doloſè Chalcedonenſi Concilio (quaſi imperfectum eſſet, & addimento indigeret) auctoritatem, Chriſto autem Domino diuinitatem adimere conabantur.

533. *COLLATIO* Catholicorum cum Seuerianis, habita Conſtantinop. ſub Ioan. II. 5. Epiſcopi Catholici contra 6. Epiſcopos Seuerianos, ex quibus Philoxenes Epiſcopus ſolus perſuaſus conuerſus eſt, plurimi etiam Clericorum, & Monachorum ad communionem recepti ſunt.

534. *AFFRICANVM*, *Carthagine* habitum ſub Ioan. II. pro reſtituenda Eccleſiaſtica diſciplina, vindicta namque in priſtinam libertatem Eccleſia Affricana, ij qui tunc extabant in vnum conuenere ſanctiſſimi Epiſcopi, qui reſtituere conantes collapſam (oblongam ſeruitutem) Eccleſiaſticam diſciplinam, ad eund Pont. legationẽ miſere per Caium & Petrum Epiſcopos, ac liberatum Diaconum Eccleſiæ *Carthagin.* qua legatione inter alia conſuluerunt, de modo quo Arriani ad Catholicam fidem ſuſcipi deberent: Legati Romam aduenientes inuento Ioanne iam defuncto, litteras Agapeto eius Succeſſori dedere.
217. Epiſcopi ſubſcripſere.
Reparatus *Carthagin.* Archiepiſcopus præfuit.

536. *CONSTANTINOPOLITANVM*, poſt obitum Agapeti, tempore interregni Pontificij, cõtra Anthimum Epiſcopum *Trapezuntinum*, Sedis Conſtantinopolitanæ vſurpatorem, inſuper Eutychianum, ab Agapeto antea depoſitum, qui ter à Cõcilio citatus, nec inuentus, latebras captans, poſt publicam proclamationem, ſententia Agapeti iteratò à Menna ei ſubrogato pronunciata eſt, ipſoque Epiſcopatu *Trapezuntino* priuatus Anthimus. Item contra Seuerum Epiſcopum *Antiochenum* intruſum, & Petrum *Apamea* Epiſcopum, aliosque Acephalorum Principes, damnantes Synodum Chalcedonenſem; contra Zoaram etiam Monachum eorũ diſcipulum rebaptizantem, qui omnes ab Agapeto iam damnati erant, & ne ipſi hæretici nuper depoſiti, potentia Imperatricis Theodoræ freti, rurſus inſurgerent, Legati Sedis Apoſt. quos Agapetus ad res componendas Conſtantinopolim præmiſerat, quoſque decedens, ibidem nulla poteſtate imminutos reliquerat, ſummo ſtudio, poſt obitum Agapeti, curarunt, vt ſententia eius, à Menna Conſtantinopolitano Epiſcopo aliiſque Epiſcopis Orientalibus, in hoc Concilio confirmaretur. Cùm autem Iuſtinianus Imperator cognouiſſet ea quæ geſta eſſent in Synodo, conſentientia in omnibus eſſe illis, quæ haud pridem ab Agapeto Romano Pont. acta fuerant, contra eoſdem damnatos hæreticos ſanctionem ſcripſit,
50. Epiſcopi ſubſcripſerunt.
Mennas *Conſtantinop.* Sedis Apoſtolicæ Vicarius, Theophanes, Pelagius Diaconi Eccleſ. Rom. Sedis Apoſt. Legati præſederunt.

536. *IEROSOLYMITANVM*, tempore interregni Pontificij: Cùm Mennas acta Concilij Conſtantinop. ad Petrum *Ieroſolym.* Epiſcopum miſiſſet (cuius iuſſu Monachi Orthodoxi Palæſtinæ, & nonnulli Epiſcoporum, contra prædictos hæreticos acturi Conſtantinopolim abierant) ipſe Petrus congregata Synodo eam ſententiam confirmauit,
45. Epiſcopi ſubſcripſerunt.
Petrus *Ieroſolymit.* Epiſcopus præfuit.

536. *AVRELIANENSE* II. ſub Silueri̇o. Pro diſciplina Eccleſiaſtica reformanda, in iis potiſſimum quæ ad mores Eccleſiæ pertinent.
21. Canones ſanciti ſunt.
30. Epiſcopi ſubſcripſerunt.
Honoratus *Bituricenſ.* præfuit.
Adelphius *Rauracenſ.* per alium, Ætherius *Carnotẽſ.*
Agrippinus *Heduorum*, Aſpaſius *Meldenſis.*
Cionopius *Petragoricen*, Eleuterius *Antiſiodoren*,
Emelius *Pariſienſis*, Eumerius *Nannetenſis.*
Flauius *Rothomagenſis*, Gallus *Aruernenſ.* per alium.
Iniurioſus *Turonenſis*, Iulianus *Viennenſis.*
Lauto *Conſtantienſis*, Leo *Senonenſis* per alium,
Leontius *Aurelianenſis*, Lupicinus *Angoliſmenſis*,
Paſſinus *Fagienſis.*
Perpetuus ſeu Paternus *Abrincenſis.*
Præſidius *Conuenarum*, Proculcianus *Auſcienſis.*
Suſtratius *Cadurcenſis.*

540. *AVRELIANENSE* III. ſub Vigilio. Pro diſciplina Eccleſiaſtica.
32. Canones ſanciti ſunt.
26. Epiſcopi ſubſcripſerunt.
Lupus *Lugdun.* præfuit. Ætherius *Carnotenſis.*
Albinus *Andegauenſ.* Amelius *Pariſienſ.*

Agrippinus

Agrippinus *Hedurorum*, Agricola *Cabilonens.* per al.
Antoninus *Aurelianens.* Archadius *Bituricens.*
Eleutherius *Antisiodorens.* Evinerius *Nannetens.* per al.
Gallus *Arvernens.* per alium Flauius *Rothomagens.*
Gregor. *Lingonens.* per al. Iniuriosus *Turonens.* per al.
Lanchadius *Tricassinus*, Lauto *Constantiensis*.
Leo *Senonensis*, Lucinius *Ebroicensis*.
Panthagatus *Viennensis*, Passinus *Sagiensis*.
Perpetuus *Abrincens.* per alium.
Placidus *Matisconensis* Rusticus *Niuernens.*
Sustrarius *Cadurcens.* per alium.
Theobaudus *Lexouiens.* Vrsulus *Gratianopolitanus*.

540. *Barcinonense* sub Vigilio; pro disciplina Ecclesiastica.
10. Canones sanciti sunt.
7. Episcopi subscripserunt.

541. *Byzacenum* in Africa sub Vigilio; ex quo missa est Legatio ad Iustinianum Imperatorem.

541. *Aruernense* sub Vigilio; pro immunitate Ecclesiastica.
Theodoricus Rex Galliæ bona pauperum, & Ecclesiæ inuolauerat, quæ cum Theodebertus Rex maximè pius, vehementissimè in Patre reprehenderet, consulturus immunitati Ecclesiasticæ, voluit per Episcopos leges sanciri quibus iura antiqua Ecclesiis illibata penitus seruarentur, atque illi qui emerserant paulatim abusus praui, funditus tollerentur.
16. Canones sanciti sunt.
15. Episcopi subscripserunt.
Honoratus *Bituricensis* præfuit.
Dalmatius *Ruthenens.* Desideratus *Virdunensis*.
Deuterius *Lotewens.* Domitian. *Tungrens.* vel *Traiect.*
Flauius *Rhemensis*, Gallus *Aruernens.*
Grammatius *Metensis*, Gregorius *Lingonens.*
Hilarius *Gabalitanus*, Lupos *Catalaunens.*
Nicetius *Treuerens.* Ruricius *Lemonicensis*.
Superius *Auenticorum*, Venantius *Viuariensis*.

545. *Aurelianense* IV. sub Vigilio; pro disciplina Ecclesiastica, de Paschate Canonem condiderunt Patres, aduersus temeritatem Iustiniani Imperat. qui suo edito ieiunium quadragesimæ vna hebdomada auxerat, & de Paschali tempore sanctionem iniquam promulgarat.
38. Canones sanciti sunt.
37. Episcopi subscripserunt, 8. per alios.
Leontius *Burdegalens.* præfuit.
Ætherius *Carnotens.* Agricola *Cabilonens.*
Alitius *Vasionens.* Amelius *Parisiens.* per Vicarium.
Aspasius *Elosens.* Aulus *Segesterica*.
Caterius *Aquens.* Claudius *Glannatens.* per Vicar.
Clematius *Carpentoractens.* Cyprianus *Tolonens.*
Dalmatius *Ruthenens.* Daniel *Pictauiens.*
Desiderius *Foroiuliens.* per Vicar.
Deuterius *Vinciensis*, Eleoterius *Antisiodorens.*
Emantius *Gabalitan.* Euarius *Antipolitanus*.
Eumenius *Nannetensis*, Firminus *Vcetica*.
Flauius *Rothomagens.* Gallicanus *Ebredunens.*
Gallus *Aruernensis*, Gramatius *Vindonens.*
Heracleus *Tricastrens.* Iniuriosus *Turonens.*
Innocentius *Cenomanens.* Iulianus *Bigerrica*.
Lauto *Constantiens.* per Vicarium.
Leucadius *Baiocassina* per Vicar.
Lucretius *Deensis*, Lupicinus *Engolismens.* per Vic.
Marcus *Aurelianens.* Maximus *Aquensis*.
Passiuus *Sagens.* Perpetuus *Abrincens.* per Vicar.
Placidus *Matisconens.* Prætextatus *Aptens.*
Proculeianus *Auscensis*, Rufus *Vasatensis*.
Ruricius *Lemonicensis*.
Rusticus *Niuernensis*.
Simplicius *de Sanctio*.
Sustratius *Cadurcensis*. per Vicarium.
Vendemialis *Arausicens.*

547. *Constantinopolis* sub Vigilio; In quo Vigilius præsens decreuit, sententiam de trium capitulorum damnatione, vsque ad vniuersale & Oecumenicum Concilium suspendendam esse.
30. Episcopi subscripserunt.

* 550. *Tullense* sub Vigilio; propter molestias, quas Nicetius *Treuirens.* Episcopus tulerat, à quibusdam francis ab ipso excommunicatis, ob incestas nuptias.

550. *Mopsuestenum* sub Vigilio; aduersus Theodorum Mopsuesten. olim Episcopum Nestorij Magistrum, ante sex. annos defunctum, & aduersus eius defensores.
9. Episcopi eius damnationi subscripserunt.

552. *Aurelianense* V sub Vigilio; occasione trium Capitulorum, & pro disciplina Ecclesiastica.
23. Canones sanciti sunt.
49. Episcopi subscripserunt. 20. per Vicarios.
Sacerdos *Lugdunens.* Episcopus præfuit.
Ægidius *Abrincatinens.* Agricola *Cabilonens.*
Ambrosius *Trecens.* Antonius *Aurelianens.*
Aredius *Diniens.* Aspasius *Elosens.*
Auolus *Aquens.* Aurelius *Arelatens.*
Basilius *Claudetens.* Beatus *Ambianens.*
Clementinus *Niuernens.* Constantinus *Senonens.*
Cronopius *Meldensis*, Desideratus *Bituricens.*
Domitianus *Tungrensis*, Eleutherius *Antisiodorens.*
Eladius vel Eraclius *Apiensis*.
Esychius *Viennens.* Eusebius *Xantonens.*
Faustus *Lectorens.* Fegasius *Abricens.*
Felix *Carnotens.* Firminus *Vticens.*
Fredigernus *Sylnanectens.* Gallus *Aruernens.*
Gallus *Valentinus*, Grammatius *Vindonens.*
Iulianus *Aquensis*, Lauto *Constantiniens.*
Leucadius Maximi *Cadurcens.*
Nectarius *Augustodunens.* Nicetius *Treuerens.*
Palladius *Tolosens.* Passiuus *Sagiensis*.
Placidus *Matisconensis*, Præsidius *Conuenarum*.
Prætextatus *Rothomagens.* Proculianus *Auscens.*
Quintinianus *Ruthenens.* Rufus *Octodorens.*
Sabaudus *Lexouiens.* Saphoracus *Pariisens.*
Tetricus *Lingonens.* Valerius *Ebroicens.*
Valerius *Tullens.* Vellesius *Vapincens.*
Viuianus *Agiens.* Vrbicus *Visontionens.*
Per Vicarios autem subscripserunt.
Agrestius *Turonens.* Ambrosius *Albigensis*.
Antoninus *Auennica*, Aulus *Segestericens.*
Clematius *Carpentoractens.* Eusebius *Antipolitanus*.
Expectatus *Foroiuliens.* Faustus *Regens.*
Gallicanus *Ebredunens.* Leontius *Burdegalens.*
Leucadius *Baiocens.* Magnus *Nicens.*
Lucretius *Deensis*, Mapinius *Rhemensis*.
Melanius *Albensis*, Pappulus *Cenanensis*.
Prætextatus *Cabellicens.* Ruritius *Lemonicensis*.
Theodorus *Conserarica*.
Vindemialis *Arausicanus*.

553. *Constantinopolit. Vniuersale* V. Vigilij auctoritate indictum, & Iustiniani opera congregatum; in quo Theodorus *Mopsuestenus* quondam Episcopus, Nestorij Magister, Epistola Ibæ & scripta Theodoreti Cyrensis aduersus Cyrillum *Alexandrinum* (quæ sunt tria illa capitula damnationis quorum gratia hæc Synodus congregata fuit) ac Origenes cum suis erroribus ac Sectariis damnantur. Ibas enim Edessæ in Syria Episcopus, stetit pro Nestorio cū Ioanoe *Antiochen.* Episc. contra S. Cyrillū *Alexandr.* vsq; ad tempus illud cū per Paulū Emese-

ræ tes inter Ioannem,& Cyrillum compositæ fuerunt, quo tempore Ibas(anno scil.432.)epistola ad Marim Persam scripta, res gestas inter Ioannem & Cyrillum vsque ad reconciliationem describit, inter alia, laudes Theodori *Mopsuesteni*, & vituperia S. Cyrilli; hæc Epistola Nestorianismi accusatus ibas, hac in Conciliabulo Ephesino, à Dioscoro damnatus, Episcopatu amotus est, in Concilio autem Chalcedonensi hanc epistolam à se scriptam agnouit ibas, post initam pacem, & concordiam inter Cyrillum & Ioannem, sed nunc longè aliter sentire professus fuit, quòd eum ille præstitisset, Patres Concilij eum, quatumnis epistolam hæreticam multis calumniis refertā scripsisset, iusto iudicio ab aduersariorum calumnia absoluerunt, atque ad communionem Ecclesiæ receperunt, de illius tamen epistola nihil distinctè atque enucleatè, nihil communi & vnanimi iudicio definierunt, illa igitur, quasi nondum per Ecclesiam damnata in suam, aliorumque perniciem complures vtebātur. Theodoretus *Cyri* Episcopus, duodecim Ephesinæ fidei capitibus à Cyrillo conscriptis, totidem obiecerat anathematismos, propterea à Dioscoro in Conuenticulo Ephesino depositus,& tanquam Nestorianus exulare coactus est, in Concilio autem Chalcedonensi,post anathema Nestorio dictū,omnium sententia, in pristinam Sedem est restitutus. Theodorus *Cesarea Cappadociæ* Episcopus, origeni addictissimus, secta acephalus, vt Chalcedonensi Concilio fidem abrogaret, Iustiniano Imperatori suasit, non alias ob causas Eurychi fauentes, *Hæsitantes dictos,& Acephales* à Chalcedonensibus actis abhorrere nisi quod Synodus Theodoretum, & Ibam, propter hæresim suis deiectos sedibus, restituisset, quotque ibæ epistolam Theodori *Mopsuesteni*,laudes continentem approbasset. Cum ergò Iustinianus de trium Capitulorum damnatione edictum promulgasset, Vigilius vero edicenti obstitisset, vtriusque consensu tandem constitutum fuit, vt, sublato edicto,controuersiæ decisio ad vniuersalis Concilij congregationem suspenderetur. Octaua & vltima collatione,Theodorus ex Monacho Episcopus *Mopsuestenus*, qui quaternitatem in diuinis,aliasque nefandas blasphemias introduxit,vt hæreticus(licet ante 100. annos defunctus) damnatus est. item Ibæ epistola, & Theodoreti scripta aduersus Cyrillum damnata sunt, ipsos vero(acta pœnitentia)iuste à Patribus Chalcedonensibus ad communionem receptos,declaratum est. Origenes cum suis erroribus & Sectatis damnatus est,errorum summa hæc est,ante corpus ipsum animam esse,quæ quidem in Cœlis peccata commiserit,Cœlum,Solem,Lunam,stellas & aquas quæ supra Cœlos sunt, animatas & rationales quasdam virtutes esse;quod in resurrectione corpora hominum rotunda, & orbiculari specie excitabuntur; quod omnium impiorum hominum, ipsorumque etiam dæmonum tormenta finem habebunt,quodque impij & dæmones in priorem suum ordinem, & statum restituentur, insuper quod pro dæmonibus quoque Christum crucifigi,atque id ipsum futuris sæculis futuria pati oportebit à spiritibus malignitatis, qui in Cœlo sunt,ex Origenis opusculis Manes, Arrius, ac ferè omnes hæretici, tanquam immanes feræ, è caueis eruperunt.

14. Anathematismi contra hæreticos sanciti sunt. Vigilius Papa in Sicilia, vel in alia, quadā Ciuitate,Italiæ maximè Concilium celebrari optauerat, ideo quod ob promulgatum de tribus capitulis edictum Imperatoris,Affricani atque Occidentales Episcopi, maxima ex parte sese ab Orientalibus segregassent, atque ita grauioris schismatis periculū metuendum foret, si non huius controuersiæ Synodali decisioni, ipsi quoque magno numero interessent,& cùm per id tempus Cōstantinopoli idem Vigilius versaretur, nomini totius Concilij etiam atque etiam rogatus, nullis tamen precibus adduci potuit, vt à maiorum suorum,qui Synodis generalibus abstinuerant,consuetudine recederet, eo præsertim,quod ex Apostolicæ dignitatis non videbatur esse,inter externos ferè Episcopos considere, paucos enim secum duxerat ex Italia, quippe qui non ad Synodum, sed ad imperatorem profectus fuerat;prolixè tamen suam voluntatem, & assensū pollicitus est rebus omnibus,cùm saero approbante Concilio, legitimè definitæ forent;per Legatos etiam non interfuit, contradixit eidem,quando sine capite membra coirent,dum ageretur non consensit,absolutumque non statim prout moris erat, ratum habuit;tamen ipsum nomen, titulum & authoritatē Oecumenici Concilij obtinuit, quando ipsius Vigilij,aliorumque Pontificum sententia approbatum fuit: Cùm enim post finem huius Concilij grauiori damno Ecclesia afficeretur,Imp. contradicentes Synodali decreto,persequeretur, totusque Oriens à Romana, atque Occidentali Ecclesia diuidendus ac separandus metueretur, si non Romanos Pont. 5.Synodum approbaret Vigilius Pōtifex in causa, quæ nihil præiudicij Orthodoxæ fidei afferre poterat, nouis emergentibus causis,iure meritoque priorem sententiam mutauit,decretum Synodale,de condemnādis tribus Capitulis approbauit,quotque anteà ediderat constitutum pro defensione trium Capitulorum,à se promulgatum reuocauit, atque irritum reddidit.

165. Episcopi subscripserunt.

Eutychius *Constantinop.* Episcopus præsult, qui tamen scripta ad Vigilium epistolā professus est, præsidentiam non sibi sed Vigilio Pontifici iure deberi,si Concilio interesse vellet.

Appollinarius *Alexandrin.* subsc.

Domnus *Antiochen.* Episcopus subsc.

Eustochius *Ierosolym.* per Legatos.

* 553. *Aruernense* II.sub Vigilio; in quo Synodi Aurelianensis 5. Canones sexdecim, iterum approbati, promulgatisque sunt, nisi quod pro Canone 16,Aurelianensi, qui de Lugdunensi erat Xenodochio positus est alius Canon. 10. Episcopi subsc.

Agricola *Cabilonēs.* Aspasius *Elosens.* Auolus *Aquēs.* Basil. *Glandetēs.* Desiderat. *Biturico*, Hesichius *Vienn.* Hilarius *Dinens.* Nicetius *Treuerica*.

Rufus *Octodorens.* Vrbicus *Vesontionens.*

553. *Ierosolymis.* sub Vigilio, quo 5.Oecumenica Synodus ab omnibus Patribus approbata fuit, nisi quod Alexander Episc. *Abyles* contrarium sensit, quam obrem Episcopatu exutus Bysantium se recepit, & terræ motu absorptus est, & defossus.

554. *Arelatense* V. sub Pelagio I. pro disciplina Ecclesiastica. 7. Canones sancitē sunt.

Sabaudus *Arelatens.* Episcopus præsuit.

10. Episcopi præsentes subs. 8. per alios.

Antoninus *Auennico*, Auolus *Aquensis*.

Clementius *Aptensis*, Expectatus *foro Iuliensis*.

Hilarius *Diniensis*, Magnus *Cemelensis & Nicæns.*

Matthæus *Arausica*, Prætextatus *Cauellico*.

Simplicius *Sanxianensis*.

559. *Parisiense* II. sub Pelagio I. in causa Sophoraci *Parisiensis* Episcopi, qui de grauissimo crimine accusatus, ac propria confessione conuictus, Episcopatu amotus, in Monasterium

rium detruditur, atque in eius locum Eusebius subrogatur.
27. Episcopi subscripserunt.
Sabaudus *Arelatens.* præfuit. Agricola *Cabilonens.*
Aredius *Diniensis*, Auolns *Aquens.*
Clementinus *Niuernens.* Constantinus *Senonens.*
Leontius *Burdegalens.* Nicetius *Treuerensis.*
Esychius *Viennensis*, Firminus *Vicensis.*
Mathæus *Arausica*, Placidus *Matisconensis.*
Syagrius *Hedworum*, Tetricus *Lingonens.*
Velesius *Vapincensis*, Vincentius *Bellicensis.*
Clematius *Carpentoractens.* Clementius *Apiens.*
Expectatus *fore Iuliens.* Leulinus *Carnotensis.*
Lucretius *Deensis*, Medouechus *Meldensis.*
Prætextatus *Cauellicens.* Probianus *Biturica.*

561. *Parisiense* III. sub Ioanne III. contra sacrilegos & ambitiosos, 9. Canones constituti fuerunt, quibus Regum eorumque ministrorum, atque aliorum sibi nimium attribuentium temeritas vsurpata reprimitur.
15. Episcopi subscripserunt.
Probanus *Bituricens.* præfuit.
Chaletricus *Carnotens.* Domitianus *Tungrens.*
Euphronius *Turonensis*, Germanus *Parisiens.*
Gonothigernos *Silnanectensis*, Leontius *Burdegal.*
Paternus *Abrincens.* Prætextatus *Rothomagens.*
Samson *Mnoris Britannia.*

563. *Bracarense* I. *in Hispania & Prouincia Gallacia* sub Ioan. III. opera Theodomiri *Sueuorum* Regis ea Arrianismo conuersi, contra Priscillianistas, aliosque hæreticos. 17. Anathematismi editi sunt. 22. Canones pro disciplina Ecclesiast. sanciti sunt.
8. Episcopi subscripserunt.
Lucretius *Braccarens.* Episcopus præfuit.
S. Martinus *Dumiensis Monastery* Episcopus postea *Braccarens.*

566. *Santonense* sub Ioanne III. quo Eumerius *Santonensis* Episcopus à Clothario Rege in Sedem intrusus, à Leontio Burdegalensi Episcopo deponitur, eo quod secund. constitutorum Concilij Parisiens. 3. ad Episcopatum admitteodus esset, non quem Regia authoritas, absque Canonica electione, intrusisset, sed quem Clerus elegisset, & Episcopi prouinciales vna com Metropolitano probassent, quod cum Chariberto Regi (filio, & successori Clotharij) nunciatum esset ita fremens, nuncium Presbyterum à suis conspectibus extrahi iussit & plaustro spinis suppleto, imponi desuper, & in exilium protrudi præcepit, conuocatoque aliorum Religiosorum conuentu, Emerium vi iterum intrusit.

566. *Lucense in Gallicia* sub Ioan. III. opera Theodomiri *Sueuorum* Regis indictum; pro diuisione prouinciarum; Ciuitas Lucens. Metropolis est instituta.

570. *Turonense* II. sub Ioanne III. in causa Ecclesiasticæ disciplinæ reformandæ.
28. Canones sanciti sunt.
9. Episcopi subscripserunt.
Chaletricus *Carnotensis*, Domitianus *Tungrensis.*
Domnulus *Cenomanens.* Euphronius *Turonens.*
Felix *Bituricens.* Germanus *Parisiens.*
Leudabaudis *Sagensis*, Prætextatus *Rhotomagis.*
Victurius *Rhedonens.*

570. *Lugdunense* I. sub Ioanne III. ad euitandum scandalum, quod à quibusdam malæ vitæ Episcopis Ecclesiæ Lugdunensi illatum fuerat, Salonio nimirum Ebredunensi, & Sagittario Vapingensi Episcopis, qui in peruasionibus, cœdibus, homicidiis, adulteriis, diuersisque sceleribus in sano furore grassabantur, vnde hoc Concilio Episcopatus bonore sunt priuatio, ac illi Pontificem appellantes à Ioanne III. sunt restituti.
6. Canones statuti sunt. 14. Episcopis subsc.
Nicetius Archiepiscopus *Lugdunens.* præfuit, cum Philippo *Viennens.*
Æoladius *Niuernens.* Agricola *Cabilonensis.*
Cælodonius *Matisconensis.*
Lucretius *Diensis* per alium.
Maxim. *Valentin.* per alium, Salonios *Genauensis.*
Siagrius *Gratianopolit.* per alium, Siagrius *Heduorũ.*
Terradius *Visonens.* per al. Tetricus *Lingonens.* per al.
Victor *Tricassinorum* per alium, Vincentius *Belicens.*

572. *Braccarense* II. post obitum Ioannis III, tempore inter regni Pontificij. Pro disciplina Ecclesiastica. 10. Canones sanciti sunt.

572. *Lucense* II. tempore interregni Pontificij Canones antiquorum Conciliorum, authore S. Martino *Dumensi & Braccarensi* Episcopo, collecti, ad hanc Synodum Lucensem missi fuerunt.

576. *Parisiense* IV. sub Benedicto I. ad bellum ciuile sedandum, Guntheramnus Rex hoc Concilium procurauerat, vt forte per sanctissimos Episcopos res absque bello componi posset, verùm vbi semel res armis agi cœpta fuit, Ecclesiastiæ leges omninò siluerunt, Chilpericus enim, per filium suum Theodobertum, Turonensibus, Pictauiensibus, atque aliarum ciuitatum Ecclesiis magnam cladẽ intulit fuitque (vt ait Gregorius Turonens.) illo tempore peior in Ecclesiis gemitus, quam tempore persecutoris Diocletiani in quo etiam Pappoli *Carnotens.* Episc. causa suscepta est aduersus Promotum qui in castro Dunensi Episcopi temerè fuerat constitutus ab Regidio *Rhemens.*

579. *Santonense* II. sub Pelagio II. in quo Nantinus Comes *Engolismẽs.* ab Heraclio Episcopo *Engolismẽs.* excommunicatos (ob necem Presbyteri, vt cõfessionem ab eo ediscerer) in gratiam ab eodem Heraclio Synodi rogatu receptus est.

580. *Parisiense* V. sub Pelagio II. in causa Prætextati *Rothomagens.* Episcopi, cui datum est crimini (instantia Reginæ Fredegundis) quasi is cum Merouco Chilperici Regis filio rebelli, & incestuoso contra Regem rebellasset, fugiens enim Merouens à facie Patris, Rhoromagum se receperat ad Brunichildem Sigeberti Regis, ac patrui sui relictam, quam sibi in matrimonium copulauerat, cum accusatus Prætextatus, de obiectis criminibus se plenè purgasset dolo tandem Regis inductus est vt se reum profiteretur, & peteret veniam, quam Rex sua clementia daturus esset, damnatos tamen iuxta propriam confessionem in exilium actus est.
S. Gregorius *Turonens.* Episcopus interfuit.

*580. *GRADENSE* sub Pelagio I I. quo fides Concilij Chalcedonensis lecta, & communi omnium consensu approbata est, epistola item Pelagij I I. ad Eliam Aquileiensem episcopum lecta est, qua conceditur vt Gradum loco Aquileiæ (à Longobardis incensæ) ipse teneat, sicque gradus Metropolis totius Venetiæ, & Istriæ quæ & noua Aquileia nũcupatur.
15. Epilcopi subscripserunt.
Laurentius Presbyter Apost. Sedis Legat. præfuit.
Elias *Gradensis* Episcopus subscripsit.

582. *Cabilonense* I. sub Pelagio II. in causa Salonij *Ebredunens.* & Sagittarij *Vapincens.* Episc. cõtra quos iteratur verus Iudicium, & non solum de adulteriis, verum etiam de homicidiis accusantur ac constituuntur rei Maiestatis, & patriæ proditores, qua de causa ab episcopatu deiecti in Basilica Beati Marcelli sub custodia detruduntur, ea qua per fugam elapsi discesserunt per diuersa va-

 gantes

gantes, donec in ciuitatibus eorum alij subrogati sunt.

582. *MATISCONENSE* I. sub Pelagio II. ad mores Ecclesiæ reformandos, ac præcipuè Iudæorum petulantiam coërcendam.

19. Canones sanciti sunt.

21. Episcopi subscripserunt.

Priscus *Lugdunensis* præfuit.
Aunacharius *vel* Auarius *Autisiodor.*
Agricola *Niuernensis*, Arthemius *Senonensis.*
Arthemius *Vasensis*, Eraclius *vel* Aredius *Diniensis.*
Esitius *Gratianopolitanus*, Euantius *Viennensis.*
Eusebius *Matisconens.* Flauius *Cabilonensis.*
Gallo *Trecensis*, Icönios *Maurianensis.*
Martianus *Tarentasiens.* Mummolus *Lingonens.*
Namantios *Aurelianens.* Pappus *Aptensis.*
Ragnoaldus *Valentinus*, Remigius *Bituricens.*
Siluester *Visontinens.* Syagrius *Heduorum.*
Victor *Tricassinus.*

583. *BRENNACENSE* sub Pelagio II. in causa Gregorij *Turonens.* Episcopi. Cùm enim operâ Gregorij, Leudastes Comes Turonensis, qui plurima damna Ecclesiis intolerat, Præfectura Turonensi amotus fuisset, Leudastes apud Chilpericum Regem, illum accusauit, dicens per Gregorium diffamatam esse Fredegondem Reginam, quasi ipsa cum Betthetamno *Burdegalensi* Episcopo, commisceri consueuisset, facto autem Patrum conuentu, dum se Gregorius per iuramentum debitè purgasset, reconciliatus est Regi Chilperico, Leudastes autē accusator, ab audientia se subtraxit, estque ab omnibus Ecclesiis excommunicatus.

587. *CONSTANTINOPOLITANVM* sub Pelagio II. in causa Gregorij *Antiochen.* Episcopi, qui de incesto cum propria sorore accusatus se purgauit, ac absolutus est; acta Concilij à Pelagio, ea parte reprobata sunt, in hoc scil. quod Ioannes *Constantinop.* Episcopus, qui huic Synodo præerat, se vniuersalem Episcopum appellasset.

587. *LVGDVNENSE* II. sub Pelagio II. ad disciplinam Ecclesiast. reformandam, anteriorum Conciliorum constitutiones confirmatæ sunt, & 6. Canones sanciti sunt.

8. Episcopi presentes subscripserunt.

1. Per Procuratores.

Priscus *Lugdunens.* Agricola *Niuernens.*
Esitius *Gratianopolitanus*, Euantius *Viennensis.*
Eusebius *Matisconensis.*
Flauius *Cabilonensis*, Ragnoaldus *Valentinus.*
Syagrius Heduorum.

588. *MATISCONENSE* II. sub Pelagio II. ad mores Ecclesiæ reformandos.

20. Canones sanciti sunt.

62. Episcopis subscripserunt.

Priscus *Lugdanens.* præs. Agrerius *Glandetensis.*
Agrerius *Trecensis*, Agricola *Niuernens.*
Amelius *Bigorritanus*, *Antidius* Agennensis.
Aridius *Vapincensis*, Arthemius *Vasens.*
Aunacharius *Antisiodorens.* Bertetamnus *Burdegal.*
Blandigilus *Cenomanensis*, Boetius *Carpentoractens.*
Cariatho *Gebennens.* Carterius *Petragoricensis.*
Carbolinos *Nicensis*, Desiderius *Tolonensis.*
Deuterius *Vencensis*, Eliodorus *Sedunensis.*
Emeritus *Ebredunensis*, Esitios *Gratianopolitanus.*
Eosebius *Matisconens.* Eusebius *Tricassinus.*
Faustus *Ausciorum*, Felix *Belisensis*
Ferteolus *Lemouicensis*, Flauius *Cabilonensis.*
Ioannes *Aumionensis*, Laban. *Eleucens.* vel *Ebroicens.*
Lucerius *Olorens.* Magnolfus *Tolosanus.*
Marius *Aueuticensis*, Martianus *Tarentasiens.*
Mummolus *Lingonens.* Namantios *Aurelianens.*
Nicasius *Auxitanus*, Optatus *Antipolens.*
Orestes *Vasatensis*, Palladius *Xantonensis.*
Pappulus *Carnotensis*, Pappus *Aptensis.*
Paulus *Diensis*, Piensius *Aquensis.*
Pologronius *Sestracensis*, Prætextatus *Rothomagens.*
Ragneboldus *Parisiens.* Ragnoaldus *Valentinus.*
Ruffinus *Conuenarum*, Rusticus *Vicoiuliensis.*
Sabaudus *Arelatensis*, Sauinus *Vinariensis.*
Siluester *Visontinensis*, Sulpitius *Bituricens.*
Theodotus *Massiliensis*, Trapetius *Arausicanus.*
Veranus *Cauellicens.* Vigilius *Senecens.*
Vrbicus *Regiensis*, Vrsicinus *Caturcensis.*

* 587. *ANDELAENSIS* Conuentus (*Andelet Diœcesis Lingoniensis*) sub Pelagio II. quando inter Guntrannum, & Childebertum Reges, præsentibus Brunichilde, & Faileubâ, Episcoporum, Procerumque Concilio pax firmata, mutuique fœderis pactio conscripta.

* 588. *ARVERNENSE* III. sub Pelagio II. in lite inter Innocent. *Ruthenorum* & Vrsicinum *Cadurcinum* Episcopos, vnde tale Iudicium emanauit, vt *Ruthenensis* reciperet parochias, quas nunquam *Cadurcina* Ecclesia tenuisse recolebatur.

Sulpitius *Bituricensis* Episcopus præfuit.

589. *VALENTINVM* in Gallia II. sub Pelagio II. ad instantiam Guntheramni Regis; donationes quas ad pias causas, nimirum in vsus pauperum & Ecclesiæ, ipse eiusque posteri contulerant, vel collaturi essent, priuilegiis, & immunitatibus Ecclesiasticis donatæ sunt.

17. Episcopi subscripserunt.

Sapaudus *Arelatensis* præfuit.
Aridius *Vapincensis*, Arthemius *Vasensis.*
Boethius *Carpentoractensis*, Cariatho *Genauensis.*
Esitius *Gratianopolitanus*, Euantius *Viennensis.*
Eusebius *Matisconensis*. Eusebius *Tricassinus.*
Flauius *Cabilonensis*, Martianus *Tarentasiensis.*
Pappus *Aptensis*, Pologronius *Sigestricensis.*
Priscus *Lugdunensis*, Ragnoaldus *Valentinus.*
Trapidius *Arausicanus*, Vrbicus *Regiensis.*

* 589. Apud *SAVRIACVM* villam sub Pelagio II. in causa *Droctigisili Suessionensis* Episcopi, quo Concilio iustum est, vt ipsi liceret ingredi suam vrbem ab ipsa caulanti, propter aduentitiom aliquem dementiæ morbum, & maleficio, vel nimia potatione.

* 589. *GALLICANVM* apud Guntramnum Regem sub Pelagio II. pro confirmatione excommunicationis, paulò ante latæ, apud Pictauos in Chrodieldem.

Chariberti quondam Regis filiam, & reliquas ipsius socias propter illarum discessum à Monasterio B. Radegundis.

* 589. *Burgundicum* sub Pelagio II. pro confirmatione eiusdem excommunicationis.

589. *TOLETANVM* III. sub Pelagio II. in quo Gotti Hispaniæ, abiurata Arrianæ hæreseos perfidia, Orthodoxam fidem cum Reccaredo Rege profitentur.

23. Canones sanciti sunt.

78. Episcopi subscripserunt.

Massona *Emeritensis* Episcopus vir sanctitate & doctrina eximius.
Boetius *Magalon* per alium.
Higridius vel Nibtidius *Agathensis.*
S. Leander Hispalensis, Migetios *Narbonens.*
Pelagius *Nemausen.* per alium, Sedatus *Beterrensis*
Sergius *Carcassonensis*, Agrippinus *Lotonensis.*
Ermericus *Lotonensis.*

Duo

Duo Episcopi eiusdem Ecclesiæ huic Conc. subscribunt, quia Leuuigildus Rex Arrian. Episcopos Catholicos à sedibus deiecerat, & Arrianos substituerat, vnde factum est, vt vnus Ecclesiæ duo subscribant Episcopi vnus Catholicus, alter ex hæresi veniens, præterea cùm senectute confectus esset Episcopus, impotensque ad Ecclesiæ regimen seruato honore Episcopali, alius muneri præficiebatur, quod & in aliis Conciliis.

589. *ROMANVM* sub Pelagio II. pro disciplina Ecclesiastica, & pro 9. præfationibus Missæ.

589. *Narbonense* sub Pelagio II. pro disciplina Ecclesiastica. 16. Canones editi sunt.
7. Episcopi subscripserunt.
Migetius *Narbonens.* præfuit.
Agrippinus *Lotouensis*, Boetius *Magalonens.*
Pelagius *Nemausens.* Sedatius *Biterrens.*
Sergius *Carcassonens.* Tigridius *Agathensis.*

590. *Hispalense* i. sub Gregorio i. pro disciplina Ecclesiastica. 3. Canones adhuc supersunt, alia plura fuerunt decreta quæ non extant.
8. Episcopi subscripserunt.
S. Leander *Hispalensis* Archiepiscopus præfuit.

590. *Romanum* i. sub Gregorio I. pro vnione schismaticorum (occasione trium Capitulorum Concilij Chalcedonensis) ad petitionem Mauritij Imperatoris, Seuerus *Aquileiensis* Episcopus citatus, venire recusans, iusto Dei iudicio, ab hostibus Aquileia succensa, Sede priuatus est, factusque profugus, ad summam inopiam deductus fuit.

590. *Antisiodorense* sub Gregorio I. Diœcesanum tantum, ad Ecclesiasticam disciplinam, & Monasticam obseruantiam retinendam. 45. Canones editi sunt.
Aunacharius *Antisiodorensis* Episcopus præfuit.
Abbates 9. Presbyteri 32. Diaconi qui in vice Presbyterorum subscripserunt 3.

* 590. *In Confinio* termini Aruerni, Gaballitani, atque Rutheni sub Gregorio I. aduersus Tetradiam Eulalij Comitis *Aruerni* coniugem, quæ cùm ab eo inhumanius tractaretur, clam ad Desiderium Ducem, cum rebus Eulalij, quas auferre potuerat, se contulit, atque eidem posteà (vxore ipsius mortua) nupsit, Eulalius autem post Desiderij obitum, res suas à Tetradia repetiit, quas huius Synodi sententia reddere causa est ad quadruplum.

592. *Cæsaraugustanum* sub Gregorio I. pro disciplina Ecclesiastica.
3. Canones sanciti sunt.
12. Episcopi præsentes subscripserunt, 2. per Procuratores.
Artemius *Tarraconensis* Episcopus præfuit.

593. *Pictauiense* sub Gregorio I. in causa duarum Regiarum Monialium (nimirum Chrodieldis filiæ Chariberti Regis, & Basinæ Chilperici filię) vniuersam ferè Galliam commouentium, quæ sub S. Radegunde virginitatem, & Monastica instituta, sub regula S. Cæsarij *Arelatensis* Episcopi, professæ, post obitum dictæ Radegundis extra claustra eruperant, cum 40. & amplius virginibus, & propter apostasiam, inuasionemque Basilicæ S. Hilarij ab earum Satellitibus, aliosque excessus duplici Synodali sententia iam excommunicatæ, rursumque per suos armatos Monasterium inuadentes, cæsisque ac fugatis multis Episcopis, complures Monachos Occidentes, atque Abbatissam planè denudatam à Monasterio suo abstrahentes, denuò in hoc Concilio excommunicantur.

594. *Metense in Gallia* sub Gregorio I. in causa Ægidij *Rhemensis* Episcopi de crimine læsæ Maiestatis conuicti, ac depositi; in hac Synodo Basina Chilperici Regis filia, quæ supra cum Chrodielde excommunicata fuerat, coram Episcopis solo prostrata veniam petiit, promittens se cum charitate Abbatissæ, Monasterium ingredi, ac de regula nihil transcendere.

595. *ROMANVM* II. sub Gregorio I. in causa Ioan. Presbyteri *Chalcedonens.* hæreseos iniustè damnati à Ioan. *Constantinopolit.* Episcopo, & in hoc Concilio absoluti; Regula S. Benedicti probata & confirmata est.
6. Canones sanciti sunt, post quos Gregorius Papa indixit, vt nullius sint ponderis quæ de bonis post Episcopatum adeptis, Episcopus testamento disposuisset, secus vero de his quæ ante Episcopatum possedisset.
23. Episcopi subscripserunt, 17. Presbyteri, 17. Diaconi Cardinales.

597. *TOLETANVM* sub Gregorio I. pro disciplina Ecclesiastica duo, Canones editi sunt.
13. Episcopi subscripserunt.
Migetius *Narbonens.* Genesius *Magalonens.*

598. *OSCENSE in Hispania* sub Gregorio I. pro disciplina Ecclesiastica.
Duo Canones sanciti sunt.

599. *CONSTANTINOPOLITANVM* sub Gregorio i. qui huius Synodi meminit *lib. 7. Epist. 70. ad omnes Episcopos*, monens eos, vt si Cyriacus *Constantinopolit.* Episcopus, de nomine Oecumenici Constantinopolitano Antististi attribuendo, vel quid simile Canonibus contrarium decernendo attentaret, fortiter illi omnes resistant.

599. *BARCINONENSE* sub Gregorio I. eiusque iussu; Contra Simoniacos.
4. Canones sanciti sunt.
12. Episcopi subscripserunt.

601. *ROMANVM* III. seu Lateranense sub Gregorio I. qui pro Monachis constitutum edidit eorum quieti, & indemnitati consulere volens.
20. Episcopi subscripserunt. 14. Presbyteri.
4. Diaconi Cardinales.

601. *ROMANVM* IV. sub Gregorio I. in causa Andreæ Monachi Græci impostoris, & falsarij qui damnatus est.

602. *BIZACENVM in Affrica* sub Gregorio I. eiusque iussu indictum. In causa Clementij Primatis *Prouincia Byzacena*, grauium criminum rei.

604. *Numidianum* sub Gregorio I. eiusque iussu indictum. In causa Donadei Diaconi iniustè à Victore Episcopo degradati ad Sedem Apostolicam appellantis, & Paulini *Regensis* in Numidia Episcopi simoniæ accusati, ac de innouandis simoniacorum pœnis aliud præceptum addidit Gregorius Papa.

606. *Romanum* sub Bonifacio III. de modo eligendi Romanum Pont. ac sub Anathemate constitutum, vt non prius de eligendo successore Pontificis agatur, quam defunctus Pontifex triduo sepultus fuerit.
72. Episcopi subscripserunt.

610. *Romanum* sub Bonifacio IV. in causa Anglicanæ Ecclesiæ, an nimirum rata esset habenda Ecclesiæ S. Petri Monasterij Londinens. Dedicatio diuinitus facta; ac pro vita & quiete Monachorum tractatum est.

610. *Toletanum* sub Bonifacio IV. de Primatu Toletanæ Ecclesiæ.
15. Episcopi subscripserunt.
In quibusdam Conciliis Toletanis à Garsia Loaysa

 additis,

additis, numerus consulis non ponitur, ne antiquorum Conciliorum ordo à Patribus, & Generalibus Conciliis citatus euerteretur, aut confunderetur.

614. *Tarraconense* seu potius Egarense *in Prouincia Tarraconensi* sub Bonifacio IV. pro disciplina Ecclesiastica.

12. Episcopi subscripserunt., duo per Procuratores.

* 615. *Parisiense* V. *vel* VI. sub Deusdedit, Clothario II. Rege Galliæ, pro disciplina Ecclesiastica.

15. Canones sanciti sunt.

79. Episcopi subscripserunt.

617. *Matisconense* III. sub Bonifacio V. pro regula B. Columbani contra Agrestinum Lexouiensem Monachum, schismatis Aquileiensium sectatium, illam impugnantem.

619. *Hispalense* II. sub Bonifacio V. pro Ecclesiasticis negotiis, è contra Acephalos hæreticos, vnam verbi, & carnis naturam malè prædicantes: interfuit huic Concilio Episcopus quidam *Syrus* stolidus huius hæresis propugnator, qui post longam disputationem, rationibus & argumentis D. Isidori & aliorum Patrum victus, ad rectam & Orthodoxam fidem conuersus est actione II.

13. Canones sanciti sunt.

8. Episcopi subscripserunt.

S. Isidorus *Hispalensis* Episcopus præfuit.

630 *Rhemense* sub Honorio I. pro disciplina Ecclesiastica.

31. Canones sanciti sunt.

41. vel eo amplius Episcopi subscripserunt.

Sonnatius *Rhemensis* Episcopus præfuit.
Agomatus *Siluanectensis*, Agricola *Gabalensis*.
Ansericus *Suessionensis*, Audericus *Anscensis*.
S. Arnulphus *Metens.* Auspicius *Augustodunens.*
Bertegiselus *Carnotens.* Bertoaldus *Cameracens.*
Cæsarius *Aruernensis*, Chainoaldus *Laudunens.*
Childoardus *Abrincatensis*, Cbuncbertus *Coloniens.*
Claudius *Reiensis*, Constantius *Albiens.*
Donatius *Vesontionens.* Emmon *Aresetensis.*
Felix *Catalaunens.* Godon *Virdunens.*
Gondoaldus *Meldens.* Hardoindus *Cenomanens.*
Ioannes *Pictauiensis*, Leobardus *Nannetens.*
Leontius *Santonens.* Leudebertus *Parisiens.*
Luopaldus *Moguntiacensis.*
Magnebodus *Andegauens.* Modegiselus *Turonens.*
Modoaldus *Lingonens.* Modoaldus *Treuerens.*
Namantius *Engolismens.* Palladius *Antisiodorens.*
Ragnebertus *Baiocens.* Richerius *Senonens.*
Rusticus *Caturcensis*, Senocus *Elosanens.*
Sindulphus *Viennensis*, Sulpitius *Bituricens.*
Theodoricus *Lugdunens.* Verus *Rutenensis.*
V Villegesilus *Tolosanus.*

633. *Toletanum* IV. sub Honorio I. pro disciplina Ecclesiastica.

75. Canones sanciti sunt.

62. Episcopi subscripserunt.

7. Per Procuratores.

S. Isidorus *Hispalensis* Episcopus præfuit.

Anatolius *Lotouensis.*

Genesius *Magalon.* per alium.

Petrus *Biterrens.* Remassarius *Nemausens.*

Selua *Narbonens.* Solemnius *Carcasson.* per alium.

636. *Toletanum* V. sub Honorio I. pro disciplina Ecclesiastica.

9. Canones sanciti sunt.

20. Episcopi subscrips. quorum duo per Procuratores.

Elpidius *Carcassonens.* Episcopus subsc-

638. *Toletanum* VI. sub Honorio I. pro disciplina Ecclesiastica.

19. Canones sanciti sunt. 47. Episcopi subscripserunt. 5. per Vicarios.

Silua seu Selua *Narbonens.* Anatolius *Lotouens.*

640 *Romanum* sub Ioanne IV. quo Ecthesis Heraclij, ac Monothelitarum hæresis condemnantur.

645 Disputatio S. Maximi Abbatis cum Pyrrho *Constantinopolitano* Episcopo Monothelita *in Affrica* habita authoritate Episcoporum *Affricanorum*, & Gregorij Patricij qui Prouinciis *Affricæ* præsidebat, sub Theodoro Papa; qua disputatione S. Maximus Abbas Honorium Papam à calumnia, ipsumque Pyrrhum ab hæresi Monothelitarum liberauit.

646. *Numidianum in Affrica* sub Theodoro: contra Monothelitarum hæresim *Constantinopoli* publicè promulgatam.

646. *Bizacenum in Affrica* sub Theodoro: pro eadem causa.

42. Episcopi subscripserunt.

646. *Carthaginense* sub Theodoro; pro eadem causa.

68. Episcopi subscripserunt.

646. *Toletanum* VII. sub Theodoro, pro disciplina Ecclesiastica.

28. Episcopi subscripserunt. 10. per Vicarios.

648. *Romanum* sub Theodoro. Quo Paulus *Constantinopolitanus* Episcopus & Pyrrhus in hæresim Monothelitarum relapsus condemnati sunt, damnatus est etiam Typus Pauli *Constantinopolit.* sub nomine edicti Constantis Imperatoris, quo votus voluntatis in Christo assertoribus, & impugnatoribus silentium indicitur, Paulus, non semel excommunicatus, Sede *Constantinopolitana* per sententiam priuatur.

649. *Lateranense Romanum* sub Martino I. Quinque secretarios siue consultationes, sectiones, vel actiones continet.

Quarta consultatione Ecthesis Heraclij eiusque defensores Cyrus *Alexandrinus* Sergius & Pyrrhus *Constantinopolitani* Episcopi, item Typus Constantis Imperatoris eiusque promotor Paulus *Constantinopolis.* Episcopus cum Monothelitarum hæresi damnantur.

Quinta & vltima consultatione, post fidem Orthodoxam, de vera Verbi Incarnatione stabilitam, ad confutandos aduersariorum assertiones: 20. Canones sanciti sunt, quibus singulis ad finem apposita est condemnatio eorum qui secus senitent.

150. Episcopi subscripserunt.

605. *Aurelianense* sub Martino I. in quo hæreticus quidam transmarinus Monothelita qui Augustodunum venerat, ibique virus suum spargere cœperat, à Salluo seu Saluio Episcopo damnatus, eiectus fuit.

653. *Toletanũ* VIII. sub Martino I. pro discipl. Eccl.

12. Canones sanciti sunt. 52. Episcopi subscrips.

10. Abbates. 10. Vicarij Episcoporum.

Georgius *Agathensis*, Sylvester *Carcassonens.*

655. *Toletanum* 9. sub Vitaliano, pro disciplina Ecclesiastica.

17. Canones sanciti sunt.

16. Episcopi subscripserunt; 16. Abbates.

656. *Toletanum* 10. sub Vitaliano, pro disciplina Ecclesiastica.

Potamius *Braccarensis* Episcopus eo quod tactu feminco sorduisset deponitur.

7. Canones sanciti sunt.

20. Epis

10. Epiſcopi ſubſcripſerunt.
5. Vicarij Epiſcoporum.

* 658. *Nannetenſe in Gallia* ſub Vitaliano.

B. Nivardus Epiſcopus Rhemenſis, cùm ex Concilij conſenſu Romani Pont. iuſſione exhibiti, Rege Clodouæo ſuaente reſtruxiſſet Eccleſiam Monaſterij ſuper ripam *Matronæ* fluminis in loco nuncupato *Villari*, dudum ſiti ſed à barbaris diruti, & ab eo conſtructa hæc funditus excidiſſet Eccleſia, in alio loco rurſus ab ipſo conſtructa rurſus traditur corruiſſe, ſed poſtea idem præſul ſuccidi ſyluam iubens in honorem SS. Apoſtolorum ibi conſtruxit Eccleſiam, & vbi reſediſſe columbam Cœlò lapſam viderat, altare inſtituit, collectiſque ſeruis Dei, Monaſterium ordinauit.

662. *Clypiacenſe* in Gallia *Clichy la Garenne*, id eſt in *villa territorij Pariſienſis* ſub Vitaliano; pro priuilegiis Monaſterij S. Diouiſij à Clodouæo Rege præſente ei conceſſis.

Omnes ferè Epiſcopi Gallicani interfuere.
B Audœnus *Rhotomagenſ.* S. Eucherius.
B. Eligius *Nouiomenſ.* S. Landericus *Pariſienſis.*
S. Rado frater Audoëni, Epiſcopus.
S. Sulpitius.

664 *Cabilonenſe* ſub Vitaliano; pro diſciplina Eccleſiaſtica.

19. Canones ſanciti ſunt.
44. Epiſcopi ſubſcripſerunt.
6. Vicarij Epiſcoporum.
Gandericus *Lugdunenſis* præſ: Landalen. *Viennenſ.*
Andu *Aurelianenſis*, Anilacarius *Sagienſis.*
Armentarius *Somnicenſis*. Atticus *Lauſanenſis:*
Audobertus *Pariſienſis* per alium.
Audoënus *Rhotomagenſ.* Aurellanus *Vencienſ.*
Baudomeris *Tarentaſienſ.* Bertoaldus *Lingonienſ.*
Bertofredus *Ambianenſis*. Betto *Foroiulienſis.*
Chadoald. *Cenomanen.* per alium.
Chatribonus *Conſtantinienſis*, Clarus *Gratianopol:*
Claudius *Regienſis*, Deocatius *Ampolitanus.*
Deodatus *Matiſconenſ.* Donatus *Viſontienſis.*
Durioterus *Rhedonen.* per alium.
Eligius *Nouiomenſ.* Etherius *Ebredunenſ.*
Felix *Lemouicenſ.* per alium.
Ferreolus *Auguſtodunenſ.* Florentius. *Belicenſ.*
Gratus *Cabilonenſ.* Ingildus *Valentinus.*
Latinus *Turonenſ.* per alium.
Launobodis *Lexouienſ.* Lebaurius *Maurianenſ.*
Lenſus *Trecaſſinenſ.* vel *Trecenſis.*
Licerius *Auſciorum*, Malardus *Carnotenſ.*
Magnus *Attrebatenſ.* Palladius *Antiſiodorenſ.*
Paulus *Genuenſ.* Petronius *Vaſionenſ.*
Potentiſſimus *Vapincenſis.*, Protaſius *Sentienſ.*
Raguetius *Ebroicenſis*, Rauracus *Niuernenſis.*
Saloppius *Nannetenſis* per alium.
Vſolendus *vel* VVilſtodus *Bituricenſ.*

664. *Collatio Anglicana* ſub Vitaliano; de Paſchate celebrando Dominica poſt 14. Lunam Martij, & & non tantum poſt 13. Lunam vt faciebant Scoti quo fiebat, vt ſi Dominica dies incideret in Lunam 14. ipſi cum Iudæis Paſcha celebrarent.

666. *Emeritenſe* in Hiſpania ſub Vitaliano; ab Innocent III. poſtea confirmatum; pro diſciplina Eccleſiaſtica.

23. Canones ſanciti ſunt.
12. Epiſcopi ſubſcripſerunt.

667. *Romanum* ſub Vitaliano, in cauſa Ioannis *Lappenſ.* Epiſcopi *in Creta*, ab Archiepiſcopo ſuo iniuriam paſſi, & ad Sedem Apoſtolicam appellantis qui ibi abſolutus eſt.

* 670. *Auguſtodunenſe* ſub Adeodato. S. Leodegario *Auguſtodunenſi* Epiſcopo præſidente, ſunt aliqui Canones ad vitam Monaſticam ſpectantes.

672. *Anglicanum* ſub Adeodato; pro diſciplina Eccleſiaſtica.

10. Canones ſanciti ſunt.
Theodorus *Dorouernenſ.* Epiſcopus Sedis Apoſtolicæ Vicarius præfuit.

675. *Toletanum* XI. ſub Adeodato; in quo Sedium Epiſcopalium cum diuiſio facta eſt.

16. Canones ſanciti ſunt.
17. Epiſcopi ſubſcripſerunt. Duo per Vicarios.
7. Abbates.

675. *Braccarenſe* III. ſub Adeodato; pro diſciplina Eccleſiaſtica.

8. Canones ſanciti ſunt.
8. Epiſcopi ſubſcripſerunt.

679. *Anglicanum* ſub Agathone. In quo fides Orthodoxa confirmata eſt opera Ioannis Archicantoris Eccleſiæ S. Petri Romanæ vrbis, & Abbatis S. Martini ab Agathone miſſorum.

Theodorus *Dorouernenſ.* Epiſcopus præfuit.

679. *Mediolanenſe* ſub Agathone; quo Epiſcopi Inſubres Monothelitarum hæreſim condemnarunt, Orthodoxæque fidei profeſſionem ediderunt, cum autem plerique eorum, partim ob difficultates itineris, partim per ætatem & morbos ad Concilium Oecumenicum (ad petitionem Imperatoris authoritate Agathonis indictum) Cõſtantinopolim proficiſci non poſſent, Synodalem epiſtolam ad Conſtantinum pogonatum Imperatorem, mittendam cenſuerunt, vt ſaltem, ſcripto ſuo ſuffragio, condemnarent pernitioſam hæreſim, quam præſentes impugnare, & anathematizare non poſſent; hæc epiſtola in initio Concilij Conſtantinopolit. habetur.

Manſuetus *Mediolanenſ.* Epiſcopus præfuit.

680. *Romanum* ſub Agathone; quo Orthodoxa fides confirmatur, Monothelitarum hæreſis condemnatur, ac Legatio Conſtantinopolim ad Synodum Oecumenicam decernitur, dato Legatis commonitorio tali vt de incertis, & dubiis nihil contendant, eaque dumtaxat quæ Romano hoc Conc. de fide conſtituta fuerant, in vniuerſali Patrum conſeſſu proponant.

Theodorus Rauennatenſ. Epiſcopus ſchiſmaticus huic Synodo præſens interfuit, Romanoque Pontifici ſe iterum ſub miſit.

125. Epiſcopi ſubſcripſerunt.
Adeodatus *Leucorum*, Felix *Arelatenſ.* Taurinus *Tolonenſis* Epiſcopi, Gallorum etiam Legati interfuerunt.

680. *Conſtantinopolitanum* III. *Vniuerſale* 6. authoritate Agathonis Papæ indictum, hortatu, ope, & conſilio Conſtantini Pogonati Imperatoris congregatum; in Secretario ſacri Palatij, quod cognominatum eſt Trullus, ideo fortaſſe quod ipſum Secretarium eiuſmodi trullo faſtigiatum, teſtitudine ſurſum erecta, ſua rotunditate hemiſphærium conficeret, anno 681. finitum eſt.

18. Actionibus ſeu ſeſſionibus concluditur contra Monothelitas, qui cum palam duas in Chriſto naturas negare non auderent duas in eo voluntates, & operationes negabant, fuit eorum Dux & auctor Theodorus *Pharanita* Epiſcopus, ab eo manauit ad Sergium *Conſtantinopolit.* Epiſcopum, Syrum hominem; in Iacobitarum conſortio ac diſciplina educatum, manauit quoque ad Cyrum *Phaſidis* Epiſcopum (qui poſtea in Epiſcopum *Alexandrinum* electus eſt) necnon ad alios, atque imprimis ad Athanaſium *Iacobitarum* Patriarcham, qui cum

aliis

aliis hanc fententiam de vna voluntate, vnaqoe actione, Heraclio Imperatori ita persuasit, vt publico etiam peruulgarit edicto, quam Ecthesim nominauit, sed cum à Ioan. IV. in Synodo Monothelitæ damnari essent, Heraclius declarauit, Ecthesim suam non esse, sed Sergij *Constantinopolit.* Episcopi. Sergio successit Pyrrhus Pyrrho (ob venenum Constantino Heraclij filio, Martinæ nouercæ gratia, propinatum) in Affricam relegato, Paulo suffectus est. Qui omnes Monothelitæ, in hoc Concilio damnati sunt.

Actione 8. postquam omnes Episcopi *Syriæ* litteris S. Agathonis Papæ consenserant; fideique Catholicæ publicam professionem edideiunt, solus Macharius *Antiochenus* Episcopus contumax, qui malis artibus instructus, Christi voluntatem, ac actionem Dei virilem esse affirmabat, duas vero nequaquam, damnatus, iussusque Episcopato deponi, ipse cum Stephano eius Diacono, nodatus est pallio, & per. Basilium *Basileensem* Episcopum spoliatus est orario, ea hora tantæ telæ atamearum nigerrimæ in medio populi ceciderunt, vt omnes mirarentur, eo quod Sordes hæreticorom expulsæ essent. 9. autem actione sententia damnationis in Macharium, & Stephanum iam lata, executa est, eorumque opuscula vndecima actione, damnata sunt.

10. Actione, Petri *Nicomediæ* Episcopi, palinodiam recantantis, confessio lecta est, omniumque iudicio approbata.

13. Actione, Theophanes in locum Macarij Sedi *Antiochenæ* suffectus est in Cyrum autem, Sergium, Pyrrhum, Paulum & Petrum, nominatim recensitos hæreticos Monothelitas, lata est sententia condemnationis; ipse Theodorus *Constantinop.* Episcopus (teste Anastasio in vita Agathonis) Synodali iudicio de hæresi condemnatus fuit, quamqoam nomen illios nusquam apud acta Concilij inueniatur; Honorius Pontifex à Patrib. ob hæresim Monothelitarum non condemnatus, sed hæc dumtaxat calumnia, fraude, ac dolo Græcorum eidem imposita fuit; cum enim Sophronius *Ierosolymit.* Episcopus Concilio Episcoporum Monothelitas damnasset, id molestè ferens Sergius, tunc *Constantinop.* Episcopus, ad Honorium Romanom Pontificem nomen Sophronij detulit, quod noois duarom voluntatum, actionumque nominibus totum misceret orientem, nec parum offenderet acephalos, qui meliora per id tempus quam vnquam ante consilia, & saniorem mentem præ se ferebant; Sergio, Cyro & Sophronio ita rescripsit Honorius, vt nihil aliud tunc spectasse videretur quàm nouas quæstiones discordiæ ac seditionis plenas resecare, quam Pontificis Prouidentiam, sui erroris approbationem interpretati Monothelitæ, in suarum partium patrocinium, Romani Pontif. nomine abvtebantur: Acta Concilij à Theodoro *Constantinop.* Episcopo corrupta sunt, qui propter hæresim à Concilio damnatos, substituto illi Georgio, post obitum Georgij, per simolationem Orthodoxæ fidei, anno sequenti restitutus est, nactus itaque originale exemplar Concilij, ea occasione vt illud authoritate Pontificia ad Leonem II. mitteret, suo vbique nomine expuncto, in odium Romani Pon-. nomen Honorij, quem propter epistolam ad Sergium scriptam, antiquiores Monothelitæ suarum partium esse iactitauerant, vbique substituit.

14. Actione Polychronius Presbyter, & Monachos Monothelita formulam suæ fidei in medio vrbis mortoo imposoit, ea præsumptione, & iactantia, quasi ille suam perfidiam non verbo tantum, sed & virtute miraculorum, mortuorumque suscitatione confirmare posset, eumque pluribus horis, defuncto, cui chartula imposita erat, adstitisset eique plura sine vllo effectu insusurrasset, tandem se mortuum suscitare non posse confessus, à populo delusus abiit; citatus à Synodo vt errorem reuocaret, & pœnitentiam ageret, contumaciter in errore perseuerans, depositionis, & anathematis sententiam iusto iudicio incurrit.

15. Actione Constantinus Presbyter Monothelita, agnitus etiam Manichæus, damnatus foras eiectus est.

17. Actione decretum Orthodoxæ fidei Patres confirmarunt, ac hæresim Monothelitarum, eiusqoe auctores sectarios, ac defensores, iuxta regulam ac normam ab Agathone & Romano Concilio (ve profitentur) sibi præscriptam, magno omnium Catholicorum applausu damnarunt.

18. & vltima actione, 16. Decembris celebrata, ad petitionem Imperatoris, definitio fidei superiori actione edita, ac promulgata, iterato lecta & approbata fuit, deinde è Diptychis Ecclesiarum, nomina Patriarcharum hæreticorum deleta sunt.

Hæretici à sententia definitiua Concilij, ad Sedem Apostolicam appellarunt, Patres vero Orthodoxi eorum appellationi deferentes, eos ad Romanum Pontificem miserunt.

Consessus talis fuit, à sinistris, velut loco digniore, sederūt Sedis Apost. Legati à dextris verò *Constantinop.* Episcopos necnon *Antiochenus* atque Legatus Sedis *Alexandrinæ*; eminentiori loco velot Defensor & Patronus Concilij, cum suis Magistratibus sedebat Constantinus Imperat. vt à sacro Partum Conuentu, omne contentionis, rixarum, & tumultus periculum auerteret, sanctæque Synodo (prout in sacra ad Donum Pont. missa promiserat) securitatem, & tranquillitatem procuraret, non vt præsideret, causamque Synodalem diiudicaret, neque vt voto suo decisiuo aliquid definiret; Sacrosanctum Dei Euangelium, ex more anteriorum Conciliorum collocatom erat sella otnatissima, in medio totius consessus, vt eius Intuitu Patres Concilij cogitarent, Christum verè præsentem esse illi Congregationi, quam in nomine eiusdem conuocassent.

103. Canones qui sub nomine 6. Synodi Oecumenicæ hactenus vulgati fuerunt, noua Patribos Concilij Oecumenici sanciti fuerunt, sed potius à quodam Conciliabulo, quod post annos 10. habitum est Constantinopoli in Trullo, tempore Sergij Papæ, & Iustiniani Imp. Iunioris an. 692.

289. Episcopi subscripserunt.

Theodor. Presbyter S. R. E. Georgios Presb. S. R. E. Ioannes Diaconus S. R. E. Constantius sub Diaco. S. R. E. Legati Sedis Apostolicæ præfuerunt. Georgius *Constantinop.* Petrus *Alexand.* Theodoros *Ierosolym.* Ecclesi. Legatus Theophanes *Antiochenus* in locum Macarij hæretici ab ipso Conail. suffectus.

681. *Toletanum* XII. sub Agathone; ad Regem Eruigiom confirmandum, & pro disciplina Ecclesiastica.

13. Canones sanciti sunt.

35. Episcopi subscripserunt.

3. Vicarij Episcoporum, 4. Abbates.

Iulianus *Toletanus* Episcopus præfuit.

682. *Rothomagense* tempore Interregni Pontificij; pro Regula S. Benedicti, & pro disciplina Ecclesiastica; in quo Monasterij Fontanellensis editum est priuilegium.

15. Epis

15. Episcopi subscripserunt, 4. Abbates.
Anspertus *Rothomagens.* præfuit.
Airaldus *Carnotens.* Annupertus *Sagiensis*, Aquilinus *Ebroicens.* Ausoaldus *Pictauiensis*, Gercbaldus *Baiocens.*

683. *Toletanum* XIII. sub Leone II. pro disciplina Ecclesiastica.
13. Canones sanciti sunt.
48. Episcopi subscripserunt, 27. per Procuratores, 5. Abbates.
Iulianus *Tolosanus* Episcopus præfuit.
Ansemundus *Lotebensis* per alium.
Crescitatus *Biterrens.* Potentious *Vticens.* per alium, Primus *Agathens.* per alium. Stephanus *Carcassonn.* per alium, Sunifredus *Narbonens.* per alium, Vincentius *Magulonens.*

684. *Toletanum* XIV. sub Benedicto II. contra Monothelitas, & pro receptione Concilij Generalis Constantinopoli.
22. Canones sanciti sunt.
17. Episcopi subscripserunt, 7. per Procuratores, 6. Abbates.
Iulianus Episcopus *Toletanus* præfuit.
Sunifredus *Narbonens.* Episcopus per Vicarium subscripsit.

688. *Toletanū* XV. sub Sergio. In quo *Hispaniarum* Episcopi declararunt quomodo in epistola, quam ipsi per Petrum Regionarium ad Sedem Apostolicam miserant, tres substantias in Christo assererent, diuinam, scil. carnem, & animam.
61. Episcopi subscripserunt, 5. per Vicarios, 9. Abbates.
Iulianus Episcopus *Toletanus* præfuit.
Paco asis *Biterrens.* Episcopus.
Sunifredus *Narbonensis* per Vicarium.

691. *Cæsaraugustanum* sub Sergio, pro disciplina Ecclesiastica.
5. Canones sanciti sunt.

693. *Toletanum* XVI. sub Sergio, pro disciplina Ecclesiastica, in eo Sisibertus à Sede *Toletana* eiectus est, ob coniurationem aduersus Egicam Regem, eiusque loco suffectus est Felix Hispalensis.
13. Canones sanciti sunt.
59. Episcopi subscripserunt.
3. Per Vicarios, 5. Abbates.
Eruigius *Biterrens.* Episcopus subscripsit.

694. *Toletanum* XVII. sub Sergio, pro disciplina Ecclesiastica.
8. Canones sanciti sunt.
Garsias Loaysa alios 23. inseruit.

697. *Traiectense* sub Sergio; ad mittendos prædicatores Verbi Dei, in diuersas circumiacentes barbaricas nationes.
S. VVillibrordus *Traiectensis* Episcopus præfuit.

701. *Toletanum* XVIII. sub Ioanne VI. super ordinatione Regni *Hispaniæ*, Gundericus *Toletanus* sanctitate clarus præfuit.

705. *Romanum* sub Ioan. VII. eiusque authoritate ad instantiam Iustiniani Imper. pro Canonibus VI. Synodi examinandis, vt quos Catholicæ disciplinæ consentientes reperisset, reiectis cæteris, probaret, & confirmaret; Pontifex tamen indecenti postulato nihil detulit, inconueniens enim est, & valde indecorum, vel minimum approbare eorum, quæ in pseudosynodo, dicta quinisexta, constituta fuerant.
Hac eadem Synodo, S. VVlfridus *Eboracensis* Episcopus, postquam iam ante sub Agathone semel iniustè accusatus, in Rom. Conc. sub eodē Agathone absolutus fuisset, ab Alfrido Rege secūdò accusatu, secundo Synodali Iudicio Romæ absolutus fuit.

705. *Anglicanū iuxta fluuium Nidd.* sub Ioan. VII. in restitutione S. VVilfridi *Eboracens.* Episcopi, post subitam mortem Alfridi Regis eius accusatoris; Regnante Osredo eius filio.

713. *Londinense* sub Constantino, pro sacris imaginibus promulgatum est decretum, ac probatæ visiones Eguuini Episc. qui admonitus fuerat, vt Dei genitricis imaginem in sua Ecclesia collocaret, quod tamen commentum videtur, Angli enim vnà cum S. Euangelio vsum sacrarum imaginum (teste Beda) ab Augustino Apostolo susceperant.

721. *Romanum* I. sub Gregorio II. aduersus illicita coniugia. 17. Canones sanciti sunt.
22. Episcopi subscripserunt, 14. Presbyteri, 4. Diaconi Ecclesiæ Romanæ.

724. *Romanum* II. sub Gregorio II. in causa S. Corbiniani *Frisingensis* Episcopi, Episcopatui renunciantis, cuius renunciatio non fuit acceptata.

726. *Romanum* III. sub Gregorio II. quo Iconoclastarum hæresis est condemnata, vsusque sacrarū imaginum confirmatus, Leonem autem Imperat. Iconoclastam, ac omnes qui illum sequerentur, Synodico anathemate obstrinxit Gregorius II. & vectigalia, quæ ad id vsque tempus Imperio pendebantur, inhibuit, icto cum Francis fœdere.

731. *Romanum* I. sub Gregorio III. in causa Gregorij Presbyteri Legati Sedis Apostol. qui epistolā adhortatoriam, quam Gregorius III. scripserat ad Leonem Imper. quâ eum ab errore auocare conabatur, humano terrore non porrexit; quod cum ille Romam reuersus Pontifici enarrasset, litterasque acceptas agnita culpa reddidisset, hac Synodali congregatione, sententiam depositionis à Presbyterio incurrisset, nisi cœtus Episcoporum præsentium, pœnam deprecati fuissent.

731. *Romanum* II. sub Gregorio III. pro sacrarum imaginum cultu; Gregorium Presbyterum secunda vice cum litteris commonitoriis ad Leonem Imp. destinauerat Pontifex, quem cùm Imperator Iconomachus aliquamdiu in Sicilia retinuisset, ablatisque scriptis in exilium amandasset, collecto Conc. constitutum de sacrarum imaginum vsu edidit Gregor. III. eosque diro anathemate percussit, qui huic decetero aduersarentur, additum præterea, ex Synodo ad eumdem Imper. commonitoriam epist. mittendam esse. 93. Episcopi subscripserunt.

742. *Ratisponense* seu Augustæ Vindelicorum *in Germania. siue alibi prope Danubium* sub Zacharia; ad optimam institutionem disciplinæ Ecclesiasticæ in vnitate & subiectione Romanæ Ecclesiæ, vt patet ex actis eiusdem Concilij, quæ S. Bonifacius præsidens inseruit Epistolæ ad Cuthbertum Archiepiscopum *Dorouernensem in Anglia*, 19. Canones sanciti sunt.
6. Episcopi subscripserunt, S. Bonifacius Legatis Sedis Apostolicæ præfuit.

743. *Leptinense in Germania prope Cameracum* sub Zacharia; pro disciplina Ecclesiastica. Abbates vero, & Monachi receperunt Regulam S. Patris Benedicti ad restaurandam normam Regularis vitæ; decretum præterea fuit, vt pro tribus Metropolitanis Episcopis *Treuirens.* & duobus aliis, pallia peterentur ab ipso Romano Pontifice.
Item contra Adalbertum Gallum, & Clementem Scotum pseudoepiscopos hæreticos, Adalbertus à S. Bonifacio victus, in carcere *Fuldens.* Monasterij reclusus est; quidam Canones sanciti sunt, & 29. præcedentis Conc. confirmati.
6. Episcopi subscripserunt cum Presbyteris eorum.
S. Bonifacius Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

743. *Romanum* ſub Zacharia ; pro diſcipl. Eccleſ.
14. Canones ſanciti ſunt.
41. Epiſcopi ſubſcripſerunt, 55. Presbyteri, 6. Diaconi Eccleſiæ Romanæ.

744. *Sueſsionenſe* ſub Zacharia ; pro diſciplina Eccleſiaſtica, & contra Adalbertum hæreticum; quidam Canones ſanciti ſunt.
23. Epiſcopi ſubſcripſerunt.

745. *Germanicum* Mogontiæ ſub Zacharia ; in quo Adalbertus, & Clemens ſecundo damnati, & poſt Geruilium *Mogantiæ* Epiſcopum ob crimen homicidij depoſitum, S. Bonifacius factus eſt I. Archiepiſcopus Moguntinus.

745. *Romanum* II. ſub Zacharia; contra Adelbertum & Clementem pſeudoepiſcopos hæreticos, à S. Bonifacio damnatos.
8. Epiſcopi ſubſcripſerunt, 17. Presbyteri Eccleſiæ Romanæ.

* 752 *Vermerienſe* ſub Stephano II. circa matrimonium.
21. Canones ſanciti ſunt.

* 753. *Metenſe* ſub Stephano II. pro diſciplina Eccleſiaſtica.
8. Canones ſanciti ſunt.

756. *in Palatio* Vernis ſub Stephano II. vel III. in præſentia Pipini Regis *Francorum*, qui vniuerſos penè Galliarum Epiſcopos aggregari fecit pro diſciplina Eccleſiaſtica.
26. Canones ſanciti ſunt.

* 757. *Compendienſe* ſub Paulo I. circa matrimoniũ.
18. Canones ſanciti ſunt.

761. *Romanum* ſub Paulo I. in cauſa immunitatis, & priuilegiorum Eccleſiis, & Monaſteriis, à ſe erectis, conceſſorum.
23. Epiſcopi ſubſcripſerant, 18. Presbyteri, vnus Diaconus Cardinal.

766. *Gentiliacenſe in Gallia* ſub Paulo I. de cultu ſacrarum imaginum, & de ſanctiſſima Trinitate, ibi tractata eſt quæſtio an Spiritus S. à Patre filioque procedat.

769. *Romanum* ſub Stephano IV. occaſione Conſtantini pſeudopapæ hoc Concilio damnati ; ſtatutum eſt ne quis impoſterum alius quam Diacon. aut Presbyter Cardinalis ad Pontificat. aſſumatur; de his qui ab eodem Pſeudopapa ordinati fuerant, conſtitutum eſt, ne deinceps vlla ratione in ſuo ordine miniſtrare permittantur; præter collata baptiſmi & chriſmatis ſacramenta, omnia eiuſdem acta irritentur ; deinde improbata ſunt omnia illa, quæ contra ſacras imagines, ſub Conſtantino Copronymo *Conſtantinop.* ordinata fuerant ; poſt hæc lecta eſt epiſtola Synodalis ad Paulum Papam ante miſſa à Theodoro *Ieroſolymit.* Patriarcha de cultu ſacrarum imaginum, cui *Alexandrinus* & *Antiochenus* Patriarchæ ſubſcripſerant.
Abſoluto Concilio Stephanus Papa, & Epiſcopi cum vniuerſo Clero, ac populo nudis pedibus cum Hymnis, & Canticis ad B. Petrum proceſſerunt, ac ſingula Concilij acta ex ambone ad populum clara voce lecta ſunt, & à tribus Epiſcopis, ſententia anathematis in decretorũ tráſgreſſores promulgata eſt.

770. VVormatienſe ſub Stephano IV. poſt dignã fidei confeſſionem; 80 Canones ſanciti ſunt, illudq; tunc memoria dignum reperitur enixè poſtulatum à populis, & à Carolomagno Rege decretum, vt poſt hac dum aliquod bellum gererent, Epiſcopi minimè cum militibus pergerent, ſed in ſuis Eccleſiis reſidentes, Miſſas celebrarent, ac preces ad Deum, pro exercituum incolumitate funderẽt, & eleemoſynas facerent, ac paucos tantũmodo Sacerdotes cũ exercitibus mitterent ad benedictionem dandam, & periclitantium reconciliationem faciendam, cæterum iura reſque Eccleſiaſticæ intactæ permanerent, nec fas eſſet aliquibus eas auferre.

* 771. Apud *Valentianas* ſub Sthephano IV. à Carolo magno habitum; quid in ea geſtum, decretumve ſit non conſtat.

772. *VVormatienſe* II. ſub Adriano I. de purgatione Sacerdotum per iuramentum facienda, extat capitulum lib. 7. capitularium Francorum C. 205.

772. *Bauaricum apud Dingoluingam* ſub Adriano I. pro diſciplina Eccleſiaſtica.
13. Canones ſanciti ſunt.
6. Epiſcopi ſubſcripſerunt, 13. Abbates.

775 *In Villa Duria* ſub Adriano I. pro diſcipl. Eccl. Carolus magnus Francorum Rex contra Saxones pugnaturus, hoc anno Epiſcopos & Abbates conuocauit, perfectoque Concilio Saxones duob. prœliis profligauit ; quæ autem in hoc, aliiſve ſequentibus Conc. ipſius monitu celebratis, ſtatuta fuerint promiſcuè ſimul in vnum librum congeſſit.
Anſegilus Abbas *Lombieſ.* quo 168. capita cõtinẽtur.

776. *VVormatienſe*, ſub Adriano I. pro diſcipl. Eccl.

777. *Paderbornenſe* I. ſub Adriano I. ad Saxonum fidem ſtabiliendam, conſtitutum eſt, vt omnes in Saxonia baptizati, iuramento firmarent, ſe Chriſtianã fidem ſub bonorum ſuorum diſpẽdio perpetuò ſeruaturos. In hac Synodo tres Sarracenorũ Principes *ab Hiſpania* venientes, ſe cum ſuis vrbibus, quibus à Rege Sarracenorum Præfecti erant, Carolo Magno dederunt.

772. *In villa Duria* ſub Adriano I. cum Carolus magnus iteratam Saxonum rebellionem compeſcere firmiter conſtituiſſet, more ſuo optimo primum, curans quæ Dei ſunt, quàm bellica inchoaret, hanc Synodum pro reformandis ſubditorum moribus, & SS. Eccleſiæ ritib. congregauit, qua peracta, aduerſ. Saxones profectus incruento bello Saxoniã, & VVeſtphaliam debellauit, receptiſque ab iis obſidibus, rebuſque ſingulis nouo iuramento iterum firmatis, in Franciam rediit.

780. *Lippienſe in Germania* ſub Adriano I. de Sedibus Epiſcopalibus in Saxonia erigendis.

782. *Colonienſe* ſub Adriano I. præſente Carolo magno. Quid in illa geſtum fuerit non liquet.

786. *Paderbornenſe* II. ſub Adriano I. Dum Vidichindus, qui cum Albione Saxoniæ Principe rebellare conſueuerat, baptiſma ſuſcepiſſet, res Saxonum quodammodo in tuto collocatæ erant, ſtatus ergo Eccleſiæ Saxonicæ in hac Synodo diſpoſitus eſt, ibique iacta creduntur fundamenta Mindenſis Eccleſiæ, cui 1. præfectus eſt Epiſcopus Herimbertus, cum enim Vidichindus petiiſſet à Carolo magno proprium Sacerdotem, Rex Pontificem, illi daturum promiſit, modo illi habitationem Epiſcopo dignã prouideat, Dux vero arcem ſuam ad VViſerã vtriuſque capacem oſtendit, deditque in eiuſdem arcis, non exiguo circo, locum ædificandæ Eccleſiæ ; ferunt proinde nomen Eccleſiæ proueniſſe, quod meum & tuum quaſi communis duorum poſſeſſio ſonat in lingua Saxonum vernacula min, din.

* 787. *VVormatienſe* IV. ſub Adriano I. à Carolo magno habitum in quo Taſſilionis *Baioariorum* Ducis perſtricta eſt verſutia, decretaque ad illum, de præſtanda fide legatio.

787. *NICÆNVM* II. *VNIVERS.* VII. ſub Adriano I. aduerſ. Iconoclaſtas. Sarantapechys Iudæus, Ezido Arabo Regi, diuturnũ ſpõdet Imper. ſi ex Chriſtianorũ tẽplis, totiuſq; Regni ſui finibus ſacroſanctas imagines detrahat, quod dũ ſollicitè exequitur, intra

anoum

annum & dimidium mortuus est. Eodem tempore, Leo Isaurus Imperator à Constantino *Nacholia* Episcopo persuasus, necnon à Bezete (à Christianis quidem parentibus orto, sed ex Arabum consortio Mahometanis superstitionibus imbuto) ac multò magis adactus iureiurando, quo id spoponderat Hebræis quibusdam, qui ei prædixerant Imperium, edictum promulgat, vt sacræ vbique delerentur imagines; cultoribus interdicit aqua & igni, alios spoliatione bonorum mulctat, alios in exilium eiicit, aliis abscindit manus, alios crudeliter iugulat, totam denique Rempublicam, velut immanissimus verè Leo, lacerat, & cruentat, Leoni successit filius Constantinus Copronymus, impietatis, ac Imperij hæres Copronymo funesto exitu extincto, successit filius Leo IV. qui etiam imagines, earumque cultores insectatus est, sed per breui defunctus Imperio infeliciter obiit; Irene autem coniux & Constantinus, quem ex eo susceperat, ambo Orthodoxi Imperio succedunt; Cùm autem Paulus Patriarcha Constantinopolitanus, ob simulatam fidem, & iuramento confirmatam perfidiam Iconoclastiæ, pœnitentiam actutus thronum reliquisset, vitamque Monasticam suscepisset dicens, nisi Synodus vniuersalis fiat, & error qui est in medio vestri corrigator, salutem non habebitis) eo dicto designatum successorem Tharasium adeò commouit, vt nonnisi sub promissione Oecumenici Concilij celebrandi, oblatum munus Episcopale acceptare voluerit.

Rogatu ergo, auxilio, & opera Imperatorum, iussu autem & authoritate Adriani Pontificis indictum & celebratum est hoc Concilium. Vt Constantinopoli conueniretur, constitutum fuerat, & reipsa obseruatum, sed cùm ibidem in Ecclesi. SS. Apostolorum Concilij initium Patres fecissent, milites Prætoriani, qui Iconoclastarum hæresim medullitus imbiberant, sacrosanctam Congregationem manu militari planè exturbarunt, vnde Nicæam translatum est.

Consessus Episcoporum, & ordo rerum idem fuit, qui in Oecumenicis Conciliis.

7. Actionibus hæresis Iconoclastarum damnata est, quam Tharasius actione prima iamdiu antè ab improbis hæreticis Marcionistis, Manichæis, Petro Fullone, Xenaia *Hieropolitano* atque Seuero plantatam, adeoque potius hoc tempore renouatam, quam adinuentam esse ascendit, eadem actione Basilius *Ancyranus* Theodorus *Myrensis*, Theodosius *Ammorius* Episcopi suam hæresim abiurantes, & veniam petentes, in Ecclesi. recepti sunt. Alij vero Episcopi lapsi, cùm eorum fides non adeo explorata esset, prolixior de iis cognitio adhibita fuit, & tertia actione cum Gregorio *Neocæsariensi* Episcopo olim Iconoclastarum antesignano, in Sedem suam recepti sunt, postquam Iconoclastarum hæresi anathema dixissent.

Actione IV. sacra Synodus se antiquis traditionibus, & Patrum sententiis inhærere professa, anathematismos promulgauit.

5. Actione demonstratum est, quod Anastasius, Constantinus, & Victor Patriarchæ hæretici tempore vigentis persecutionis, sacrosanctos Codices, in quibus de venerando cultu sacrarum imaginum mentio aliqua inueniebatur, corruperint, aboleuerint, & incenderint.

7. Et vltima actione, Patres, Catholicæ fidei definitionem ediderunt in qua, ne, cum Iconoclastis in aliquo dogmate communicarent, professi sunt Spiritû S. (quod illi negabant) à Patre filioque procedere, atque imagines Deiparæ Virginis, aliorumque Sanctorum, non minus quam S. Crucis retinendas & colendas, non tamen cultu latriæ, propter se atque ex sua natura adorandas esse.

22. Canones ad Ecclesiasticam disciplinam pertinentes editi sunt.

350. Episcopi subscripserunt.

Petrus Archipresb. Eccl. R. Petrus Presbyter Ecclesi. R. Legati Romani Pontificis præfuerunt.

Tharasius Patriacha *Constantinopolitanus* subscripsit.

Patriarchæ cæteri Orientales, per Legatos interfuerunt.

* 788. Ingelenheimense sub Adriano I. in quo perfidiæ damnatus Tassilo Dux *Baioariorum*, vitâ côcessâ, Monasteriû cû Theudone filio ingressus est.

* 788. *Narbonense* sub Adriano I. contra Felicem *Vrgelitanum* Episcopum, qui ibidem Palinodiam recantauit, & Concilio subscripsit, item de Parochia Narbonensi, 26. Episcopi subscripserunt, duo per Vicarios.

Desiderius Legatus Papæ præfuit.

Atibertus *Antipolitanus*, Amatus *Carpentinensis*.
Armud. *Vcetiens*. Atruso *Tolosan*. Daniel *Narbonẽs*.
Desideratus. *Diensis*, Donadeus *VVapacensis*.
Elisantus *Arelatens*. Fraocolinus *Conseranens*.
Hiscepi *Carcassens*. Ioannes *Magalonens*.
Iustus *Agathensis*, Lupus, *Canalionensis*.
Magnificus *Atensis*, Salicus *Arausiens*.
VViterineus *Nemausensis*, VVlfegutius *Bitterrensis* per Vicar.

791. *Foroiuliense in Italia* sub Adriano I. in causa SS. Trinitatis. Quo ostensum est Patrem, & Filium vnum esse principium processionis Spiritus S. Item de Incarnatione Verbi diuini contra Elipandum *Toletanum*, & Felicem *Vrgelitanum* Episcopos docentes D. N. I. Christum secundum naturam diuinam dicendum esse filium naturalem, secundum humanitatem vero, eumdem Dei filium adoptiuum esse nominandum, hac doctrina duos Dei Filios asserentes, ac Nestorianismum, iamdiu antè damnatum suscitantes; 14. Canones ad disciplinam Ecclesiasticam spectantes editi sunt.

Paulinus *Aquileiensis* Episcopus præfuit.

792. *Ratispenense* sub Adriano I. quo Felix *Vrgelitan*. Episcopus coram Carolo magno errasse conuictus, ad præsentiam Adriani Romam missus est, vbi etiam coram ipso, in Basilica S. Petri Apostoli hæresim confessus est, atque abdicauit, quo facto ad ciuitatem suam reuersus est.

794. *Francofordiense* (ad mœnum sita vrbs *Francofordium*) sub Adriano I. Carolo magno præsente. Quo Elipandus, & Felix relapsus, eorumque hæresis de Filio Dei, quæ Feliciana nominatur, damnantur, actaque Nicæni Concilij II. in causa sacrarum imaginum, confirmantur.

300. circiter Episcopi interfuerunt.

Theophilactus, Stephanus Episcopi, Legati Sedis Apostolicæ interfuerunt.

Paulinus *Aquileiensis* Episcopus libellum pro causa fidei scripsit.

799. *Romanû* à Leone III. Caroli magni Regis hortatu celebratum. Aduersus Felicem *Vrgelitan*. Episcopum, eiusque epistolam contra Alcuinum scriptâ 57. Episcopi subscripserunt.

* 799. *Aquisgranense* sub Leone III. in quo Felix *Vrgelitanus*, hæreseos, in quam relapsus fuerat, conuictus, iterum per Alcuinum, Catholicam fidem ex animo professus est.

800. *Romanum* in causa Leonis III. Papæ, qui quâuis ab aliorum iudicio esset exemptus) corâ Episc. Carolo magno præsẽte, in Basilica S. Petri ferẽs sacrû

Euangelium, ambonem conscendit, & ab obiectis criminibus, per innocationem diuini numinis, se canonicè, & legitimè purganit.

802. *Altinense in Prouincia Aquileiense*, sub Leone III. pro electione Fortnnati in Episcopum *Gradensem*; & contra ducem *Venetiarum* qui *Gradensem* Patriarcham, aliosque Sacerdotes occiderat, Synndali epist. Patres Conc. Caroli magni impet. & Francorum Regis auxilium implorarunt; Paulinus *Aquileiensis* præfuit.

806. *Conuentus optimatum Galliæ* in Theodonis villa celebratus sub Leone III. quo Imperator Carol. Magn. condito testamenro inter 3. filios Regnum diuidit., 11. Episcopi & 4. Abbates subscripserunt.

809. *Aquisgranense* sub Leone III. de addita ad symbolum voce (filioque) cuius causa à Concilio Legati, ad Leonem Pap. Romam missi sunt.

813. *Arelatense* IV. iussu Caroli magni celebratum, sub Leone III. de statu Ecclesiarum corrigendo.
26. Canones sanciti sunt.
Ioannes *Arelatensis*, Nibridius *Narbonens.* Episcopi præfuerunt.

813. *Turonense* III. sub Leone III. pro eadem causa.
51. Canones sanciti sunt.

813. *Cabilonense* II. sub Leone III. pro ead. causa.
67. Canones sanciti sunt.

813. *Moguntinum* I. sub Leone III. pro eadem causa.
56. Canones sanciti sunt. 30. Episcopi subscripserunt, & 25. Abbates.
Ricolphus *Moguntin.* præfuit, Hildebaldus *Coloniens.* subscrips.

813. *Rhemense* I. sub Leone III. pro ead. causa.
44. Canones sanciti sunt.
VVlfarius *Rhemens.* Archiepiscopus præfuit.

814. Apud *Theodonis* villam *oppidum Ducatus Lutzenburgens.* sub Leone III. aduersus percussores Clericorum, occasione Ioannis Episcopi latrocinanter *in Vasconia* occisi.
5. Canones sanciti sunt.
32. Episcopi subscripserunt.
Aistulphus *Moguntinus*, Hadabaldus *Coloniensis*. Hetto *Treuirens.* Ebbo *Rhemensis*. Omnes eorum suffraganei.

814. *Nouiomense* sub Leone III. de terminis duorum Episcopatuum *Nouiomens.* scil. & *Suessionens.* diffinitumque est quod loca trans flunium *Harum*, in pago *Nouiomensi*, pertinere deberent ad Parochiam Ecclesiæ *Nouiomensi*, cætera vera loca trans supra dictum flunium in prædicto Pago, pertinere deberent ad Parochiam S. Ecclesiæ Suessonicæ,
10. Episcopi subscripserunt, 8. Abbates.
VVlfarius *Rhemensis* præfuit.
Hildouardus *Cameracens.* Rotaldus *Suessionens.*
VVendelmarius, qui & Gandelmarus, seu Audomarus *Nouiomens.* subsc.

816. *Aquisgranense* sub Stephano V. pro disciplina Ecclesiastica, & pro Regula Canonicorum.
144. Canones sanciti sunt, & pro Monialibus capita 28.
Ibi S. Menulphus Paderbornens. Ecclesiæ Diaconus, egregia sanctitate clarissimus accepit licentiam ædificandi Monasterium pro Virginibus Canonicis Regularibus.

817. *Aquisgranense* sub Paschali I in causa Regulæ S. Benedicti à Ludouico Imperat. congregatum; nullum tamen Capitulorum vmquam ab ipso, aut à Carolo magno publicatum fuit, quod non prius auctoritate Apostolica confirmatum fuisset. In hoc conuentu (quod Apostolicæ Sedis legatione petebatur) Ludouicus imperat. confirmauit, quæcumque à decessoribus suis donata vel restituta fuissent Romanæ Ecclesiæ, de his scribens publicam constitutionem.
80. Canones sanciti sunt ad vsus Regularum Monachorum, & Clericarum sanctimonialium.
10. Episcopi subscripserunt, 8. Abbates.
Theodorus Nomenclator Legatus Sedis Apostolicæ interfuit.
VValcandus Episcopus *Leodiens.* subscripsit.

819. *Engelheimense* sub Paschali I. contra eos qui res, siue personas Ecclesiasticas infestant.

822. *Attiniacense* sub Paschali I. quo Ludouicus Imper. publicam pœnitentiam egit, pro nece Bernardi Nepotis Regis Italiæ, qui ei struxerat insidias, ac fratribus suis ei consentientibus reconciliari studuit Diogeni.

* 824. *Parisiense* sub Eugenio II. in quo collectas Sanctorum Partum, de imaginibus sententias, misit Romam Ludouicus pius, cum epistola ad Pontificem per Ieremiam *Senonensem*, & Ionam *Aurelianensem* Episcopos nimirum, pro Theodorico & Hugone filiis naturalibus patris sui Caroli, quos in Monasterium detruserat.

826. *Romanum* sub Eugenio II. pro disciplina Ecclesiastica.
28. Canones sanciti sunt.
62. Episcopi subscripserunt, 17. Presbyteri.

829. *Parisiense* sub Gregorio IV. in causa reformandæ disciplinæ Ecclesiasticæ.
81. Canones sanciti sunt.

829. *VVormatiense* sub Gregorio IV. præsente Sedis Apostolicæ Legato; in quo sancita sunt Capitula Regia (Ludouici Pij) de his quæ Episcopi nuper inuenerant.

835. *Metense* sub Gregorio IV. quo Imperat. Ludouicus, ab Ebbone Archiepiscopo Rhemensi, iniustè excommunicatus, & ingressu Ecclesiæ interdictus, absoluitur.

835. In *Theodonis* villa sub Gregorio IV. quo Ebbo Rhemensis seipsum Episcopatu abdicauit, reliqui qui ei consenserant, ob necessitatem qua coacti fuerant, seipsos excusantes, veniam impetrarunt; sequenti vero Dominica, quæ sacræ quadragesimæ initium præcedebat, in Metis ciuitatem Dominus Imperator, sed & Episcopi, & populus vniuersalis illius Conuentus venerunt, & inter Missarum celebrationem 7. Archiepiscopi, 7. reconciliationis Ecclesiasticæ orationes, super eumdem Imperatorem cecinerunt.
Drogo *Metensis*, & Hetto *Treuirensis* præfuerunt.

836. *Aquisgranense* sub Gregorio IV. pro disciplina Ecclesiastica. Cum in Concilio de his rebus questum esset, quas Pipinus & sui, multis Ecclesiis abstulerant, Imperialis authoritatis, & communionis Concilij commonitoria ordinantur, quibus commoneretur Pipinus, & sui, cum quanto periculo res Ecclesiasticas peruasissent, quæ res prosperum suscepit exitum, nam Pipinus monita pij Patris, sanctorumque virorum libenter suscipiens, omnia inuasa, etiam per auunculi sui impressionem, obedienter restituit.
52. Canones sanciti sunt.

836. *Lugdunense* (*in loco seu vico qui vocatur Stramiacus*) sub Gregorio IV. in causa Ecclesiarum *Lugdun.* & *Vienn̄ens.* Pastorib. carentiū, Agnbertus enim *Lugdunens.* & Bernardus *Viennens.* Episcopi qui Ebboni

Ebbnni in depnnendo Ludooicum, consilium & auxilium præbuerant, in Italiam fugerant, citati autem non comparuerunt, & ne absentes damnarentur, suspensum est iudicium, quid vero actum deinceps fuerit non constat.

839. *Cabilonense* sub Gregorio IV. de rebus Ecclesiasticis, & politicis componendis. Quo absoluto, Imperator filium Ludouicom rebellaotem ad spontaneam reconciliationem adegit, & Aquitaniam compescuit.

842. *Aquisgranense* sub Gregorio I V. Quo Regnum Franciæ à Lothario ad Ludonicum, & Carolum fratres est translatum.

842. *Constantinopolit.* sub Gregorio IV. Quo hæresi Iconoclastarum damnata, cultus imaginum Constantinopoli est restitutua, eiectoque Ioanne Patriarcha hæretico, Methodius Orthodoxæ fidei defensor, subrogatur, ita planè dissipata est hæresis Iconoclastarum, quæ 120. aonis Ecclesiam vexaoerat.

* 843. Apud *Lauriacum in pago Andeganensi* sub Gregorio IV. pro disciplina Ecclesiastica.

14. Canones conditi snot.

* 844. *Theodonis* villæ *in loco qui dicitur Iudicium* sub Sergio II. quando tres fratres Principes Lotharius, Ludouicus, & Carolus simul conuenerunt; cui Synodo Drogo *Metensis* Episcopus præsedit, & Principes 36. Capitula de mutua charitate Principum, & de Ecclesiastica & Monastica disciplina approbarunt, & se seruaturos promiserunt.

* 844. *Vernense* II. sub Sergio II. pro disciplina Ecclesiastica.

12. Canones sanciti sunt.

Ebroinus *Pictauorum* Episcopus præfuit; cum Venilone *Senonensi*.

Hincmarus post *Rhemensis* Episopus, Lodouicos *S. Dionysij* Abbas.

* 845. *Bellouacense* sob Sergio II. quo *Rhemensi* Ecclesiæ, post depositionem Ebbonis, datus est Hincmarus Archiepiscopus. 8. Capitula sanciti sunt.

845. *Meldense* sub Sergio II. cootra Laicos rerum-Ecclesiasticarum detentores, quas Reges Francorum illis possidendas tradideraut.

88. Canones sanciti sunt.

Hincmarus *Rhemensis*, Rodulphos *Bituricensis*, VVenilo *Senonens.* præfuerunt.

846. *Parisiense* sub Sergio II. quo *Meldens.* Syoodus absoluta est, aut Caoones constituti promulgati sunt.

22. Episcopi subsctipserunt.

Agius *Aurelianensis*, Aldricus *Cenomanensis*.
Baltfridus *Baiocensis*, Ercbenradus *Parisiens.*
Erluinus *Constantiensis*, Freculpbus *Lexeniensis*.
Fulcoions *Taruanensis*, Guntbaldus *Rothomagens.*
Helias *Carnotens.* Herpuinus *Siluanectens.*
Hincmarus *Rhemensis*, Immo *Neuiomagensis*.
Irminfridus *Bellouacens.* Prudentius *Tricassinus*.
Reginarius *Ambianensis*, Rothadus *Suessionensis*.
Rpdulpbus *Bituricensis*, Saxobodus *Sagensis*.
Simeon *Laudunens.* Theodoricus *Cameracens.*
Vismarus. VVenilo *Senonens.*

847. *Parisiense* sub Leone IV. in causa Ebbonis *Rhemensis* qoondam Archiepiscopi, qui citatus non comparuit, eiusque depositio coofirmata est, & à Leone IV. posteà approbata.

Gunibaldus *Rothomagensis* præfuit, Hiocmarus *Rhemensis*, Landranus *Turonensis*, VVenilo *Senonens.*

847. *Moguntinum* I. sub Leooe I V. pro Iuribus & immunitatibus Ecclesiasticis.

31. Canones sanciti sunt.

Thiota pseudoprophetissa, quæ eodem anno, vltimum diem mundi imminere prædicabat, ab Episcopis diligēter de suis assertionibus requisita, Presbyterom quemdam sibi ea suggessisse, & se talia quæstos causa narrasse professa est, quapropter Synodali Iudicio, publicis coesa flagellis, suis vaticiniis, tandem confusa, finem imposuit.

Rabanus *Moguntinus* Archiepiscopus præsuit.

848. *Moguntinum* II. sub Leone IV. contra Godescalcum Monachum (à Decano Rhemensi sacerdotio initiatum) qui de prædestinatione Dei praua sentiens, rationabiliter, vt plurimis visum est, conuictus, & ad proprium Episcopum Hincmarum Rhemos transmissus est, prius tamen iuramento coofirmans, quod io Regnum Ludouici vltra oon rediret,

6. Episcopi subscripserunt, 8. Abbates.

Rabanus *Magunt.* præfuit, Heito *Treuirens.* Hildebardus *Colomens.*

848. Apud *Carisiacum* sub Leone IV. in quo Godescalcus Monachus, & Presbyter de hæresi conuictus, nec conuersus, iterum damnatus, Presbyterij gradu deiectus, virgisque cæsus, in ergastulum detrusus est.

15. Episcopi subsctipserunt.

4. Canones contra Prædestinatianos sanciti sunt.

Erpoinus *Siluanectens.* Fulcrious *Morinensis*.
Gernobrius *Turonens.* Hincmarus *Rhemensis*.
Immo *Nouiomensis*, Iiminfridus *Bellonacensis*.
Lupus *Catalannensis*, Pardulus *Laudunensis*.
Ragenarius *Ambianensis*, Rigboldus *Rhemensis Chorepiscopus*.
Rothadus *Suessionensis*, Theudericus *Cameracens.*
Theutboldus *Lingonens.* VVenilo *Senonensis*.
VVitaus *Camēracens.* Chorepiscopus:

849. *Turonense* sub Leone I V. aduersus Nomenoium Docem *Britanniæ minoris*, quem ob vexationem Ecclesiarum, Sedisque Apostolicæ contemptū, epistola ad eum missa redarguunt Patres Coocilij pœnamqoe excommunicationis infligendam, nisi resipiscat, comminantur, qui, paulo post, repeotina morte soblatos est.

22. Episcopi subsctipserunt.

Landranus *Turonens.* Archiepiscop.
Agius *Aurelianens.* Aldricus *Cenomanor.*
Dodo *Andegauens.* Elias *Carnutens.*
Ercanradus *Parisiens.* Erpoinus *Siluanectens.*
Freculphus *Lexouiens.* Gilmeradus *Ambianens.*
Heribaldus *Antisiodorens.* Herimannus *Niuernens.*
Hermenfridus *Bellouacens.*
Himmo *vel* Emmo *Nomomen.* Hubertus *Meldens.*
Pardulus *Laudensis*, Paulus *Rothomagens.*
Prudentius *Tricassinorum*, Rhotardus *Suessionens.*
Saxoboldus *Saiorum*, Hincmarus *Rhemensis*.
VValfridus *Baiocensis*. VVenilo *Senonens.*

850. *Ticinense* sub Leooe IV. ad reformandos mores Ecclesiæ.

25. Canones sanciti sunt.

Angilbertos *Mediolanens.* Archiepisc. præsuit.

851 *Moguntinum* III. sub Leona IV. de absoluendis quæstionibus Ecclesiasticis, quæ autem fuerint non constat; omnes Episcopi, & Abbates *Orientalis Franciæ Baioariæ*, & *Saxoniæ* interfuerunt, Rabau *Moguntinus* præfuit.

* 853. *Vermeriense* II. sub Leooe I V. habentur tres deffinitiones.

Prima Herimanno Eiscopo Niuernensi postquam conualuit, Ecclesiæ suæ dispositio fuit restituta. Secunda Monasterium Lebiaha, quod iuris erat S.

Dionisij, Conrado in precariam dari vetitum fuit.
3. Canones Synodi *Suessionensis* selecti, & suscepti sunt.
22. Episcopi subscripserunt.
Agius *Aurelianens.* Amalricus *Turonensis.*
Ansegaudus *Abrincatensis*, Baltfridus *Baiocensis.*
Braindicus *Matisconensis*, Eirardus *Lexouiensis.*
Erloinus *Constantiensis*, Erpoinus *Silnanectens.*
Godelsadus *Cabilonens.* Guntbertus *Ebroicens.*
Hildebraunus *Sagiensis*, Hilmeradus *Ambianens.*
Hincmarus *Rhemens.* Hucbertus *Meldensis.*
Immo *Noniomensis*, Ionas Æduorum.
Irminfridus *Bellouacens.* Pardolus *Laudunens.*
Paulus *Rothomagens.* Rothadus *Suessionens.*
Theutboldus *Lingonens.* VVenilo *Senonens.*
853. *Romanum* sub Leone IV. quo Anastasius Presbyter Cardinalis tituli B. Marcelli, eo quod Parochiam suam per annos 5. contra Canonum instituta deseruisset, summi enim Pontificatus libidine incensus, deserta vrbe, profectus erat ad Imperatorem, cuius opera, & auxilio Pontificatum obtineret; reuocatus autem in Vrbem à summo Pontifice contumaciter accedere recusans meritò suo gradu deponitur.
67. Episcopi subscripserunt.
19. Presbyteri, 6. Diaconi Cardinales.
854. *Constantinopolitanum* sub Leone IV. eiusque authoritate indictum; quo Gregorius *Syracusanus*, Episcopus damnatus est, ac sub ratificatione Romani Pontificis, Episcopatu depositus; ac occasione Gregorius animo vlciscendi se in Ignatium Patriarcham *Constantinop.* malis artibus operatus est, vt ille à Sede Constantinop. deponeretur, atque in eius locum Photius Eunuchus, ex Laico, intruderetur, vnde origo schismatis Græcorum.
S. Ignatius Patriarcha *Constantinopol.* præfuit.
855. *Valentinum in Gallia* sub Leone IV. contra quosdam Scotos vagos prædestinationes, duce Godescalco iam damnato.
23. Canones sanciti sunt pro disciplina Ecclesiastica.
14. Episcopi subscripserunt.
Achilmarus *Viennens.* Audinus *Chorepiscopus.*
Baldemarus. Ebbo *Gratianopolit.*
Elias *Carnutens.* Ragenarus *Anicionens.*
Remigius *Lugdunens.* Richardus.
Rodlandus *Arelatens.*
855. *Ticinense* sub Leone IV. pro disciplina Ecclesiastica.
In hoc Concilio à Ludouico Imperatore restitera est (saltem nomine tenus) Episcopis licentia, omnia secundum Canones disponendi.
856. Apud *Carisiacum in Gallia* sub Benedicto III. pro reformandis moribus Ecclesiæ; sententia depositionis contra Gotescalcum lata est; Isaac in Episcopum *Lingonensem* electus est aduersus VVlfadum, qui Sedem contra Canonica occupauerat decreta.
857. *Moguntinum* sub Benedicto III. de iure Ecclesiastico.
Carolus *Moguntinus* Archiepiscopus præfuit.
* 857. Apud *Carisiacum* II. sub Benedicto III. quo inter cætera Ecclesiasticæ vtilitatis, & Reipublicæ negotia, edita communi consensu Episcoporum, aliorumque Procerum consultu, à Carolo Rege constitutio est, de coercendis rapinis, & depopulationibus quæ in Regno grassabantur.
859. *Tullense in villa Saponarias dicta* sub Nicolao I. ob VVenilonem *Senonens.* Archiep. qui à Carolo Rege ad Ludouicum defecerat, propterea hac Synodo citatus est à quatuor Iudicibus electis Archiepiscopis, nimirum *Lugdunens. Rothomagensis Turonens. & Bituricensis*, ob insignem autem aduersus Carolum Regem proditionem, tanta infamia VVenilo aspersus est, vt exinde nomine VVenilonia (vulgo Ganelonis) proditores insignes nominari consueuerint: hac eadem Synodo prædestinatianorum hæresis, erroresque Godescalci damnati sunt, tandem tota Synodus coram Rege Carolo, & Rodolpho *Bituricensi* Archiepiscopo prostrata, supplicauit vt priuilegium Monast. S. Benedicti quod, annuente Rge præfato, firmauerat, quodque idē Rodolphus subscripserat, inconuulsum seruare studerent.
16. Canones sanciti sunt.
38. Episcopi subscripserunt.
Abba *Maurogensis*, Abba *Antisiodorens.*
Aduentius *Metensis*, Æneas *Parisiensis.*
Aicardus *Luxouiensis*, Aius *Aurelianens.*
Ardoicus *Vesontiorum*, Arnulphus *Tullensis.*
Ebbo *Gratianopolitanus*, Eradus *Turonensis.*
Erchembertus *Baiocens.* Erloinus *Constantiens.*
Ermenfridus *Bellouacens.* Erpuinus *Silnanectens.*
Franco *Tungrensis.* Fredebertus *Basiliens.*
Gilibertus *Carnotens.* Gilmeradus *ambianens.*
Goldelsadus *Cabilonens.* Guntharius *Agrippinens.*
Guntbertus *Ebroicens.* Hildebrandus *Sagiens.*
Hildegarius *Meldensis*, Himmo *Noniomagensis.*
Hincmarus *Rhemensis*, Hincmarus *Laudunensis.*
Ionas *Heduensis.*
Isaac *Lingonens.* Ratbertus *Valentinens.*
Radoltus *Argentarius*, Remigius *Lugdunens.*
Robertus *Cenomanens.* Rodulphus *Bituricens.*
Rhotaldus *Suessionens.* Theutgaudus *Treuirens.*
Vngerus *Traiectensis*, VVabertus *Abrinuntensis.*
VVenilo *Rothomagensis.*
* 859. *Lingonense* sub Nicolao I. huius sunt 16. Canones Concilio *Tullensi* præcedenti inserti, hoc Concilium paucis ante Tullense diebus habitum est.
Remigius *Lugdunens.* præfuit. Agilmarus *Viennens.* Ebbo *Gratianopolit.*
860. *Confluentinum* sub Nicolao I. quo inter 5. Reges *Galliarum* pax & concordia sancita fuerunt.
10. Episcopi subscripserunt, 2. Abbates.
Aduentius *Metensis*, Alefridus.
Atto *Virdunens.* Christianus, Gedebardus.
Hincmarus *Rhemens.* Iuntherius, Leuberthus.
Salomon, Theudericus.
* 260. *Tullense* II. apud villam *Tusiacum* sub Nicolao I. aduersus rerum Ecclesiasticarum peruatores, pauperumque prædatores, & pro disciplina Ecclesiastica.
5. Canones sanciti sunt.
57. Episcopi subscripserunt.
Abbo *Antisiodorens.* Abbo *Maurianensis.*
Adalulphus *Barcinonens.* Ado *Viennens.*
Aduentius *Mediomatricum.* Æneas *Parisiens.*
Agius *Aurelianens.* Arduicus *Vesontionensis.*
Arduinus *Vellauensis*, Arnulphus *Tullensis.*
Atto *Virdunens.* Audesindus *Roscellensis.*
Braindicus *Matisconensis*, Christianus *Antisiodorens.*
Dagbertus *Agathensis*, Dodo *Andegauensis.*
Ebbo *Gratianopolit.* Engenoldus *Pictauiens.*
Erchambertus *Baiocensis*, Erchantaus *Catalaunens.*
Erpuinus *Silnanectens.* Eurus *Carcassonens.*
Franco *Tungrensis*, Fredebertus *Basileensis.*
Fredoldus *Narbonens.* Frotarius *Burdegalens.*
Gislebertus *Carnotens.* Godelsadus *Cabilonensis.*
Gundbertus *Ebroicens.* Guntarius *Agrippinensis.*
Herardus *Turonens.* Hildegarius *Meldensis.*

Hildui

Hilduinus *Autunicorum*, Hilmeradus *Ambianens.*
Hincmarus *Lauduneus.* Hincmarus *Rhemensis.*
Humtfridus *Morinens.* Immo *Nemomagens.*
Ionas *Æduorum*, Iminfridus *Belleuacens.*
Isaac *Lingonensis*, Launus *Æcolenensis.*
Rainelmus *Nemomagensis*, Rathertus *Valentinensis.*
Remigius *Lugdunensis*, Rodulphus *Bituricens.*
Rothadus *Suessionensis*, Rothaldus *Strasburgensis.*
Stabilis *Aruernens.* Stodilo *Lemonicensis.*
Theutgaudus *Treuirens.* Teotrauuus *Tarantasia.*
Vngerius *Traiectens.* VValdchertus *Abrincatensis.*
VVenilo *Rothomagens.* VVenilo *Senonens.*
VVisadus *Orgellitanus.*

861. *Romanum* I. sub Nicolao I. in causa Ioannis *Rauennatis* Episcopi subditos suos fideles vexantis, qui aliquoties citatus, nec comparens, damnatus est, cumque ab Imperatore Lodouico subsidium, & auxilium frustrà implorasset, omni præsidio destitutus, tandem comparuit, actaque de commissis pœnitentia, in communionem Ecclesiæ tandem receptus fuit.

862. *Romanum* II. sub Nicolao I. quo occasione quorumdam Orientalium, hæresis Theopaschitarum, iterùm pullulans, damnata est.

862. *Conuentus* trium Regum *Francorum* & Episcoporum *Galliæ* in villa ad Sablonarias dicta, quo inter tres Ludouicum, Carolum & Lotharium fratres, & Reges *Galliæ* pax est constituta sub Nicolao I.

863. *Romanum* III. sub Nicolao I. Quo acta *Metensis* Conciliabuli reprobantur, & Gunthartius *Coloniens.* Theutgaudus *Treuirens.* auctores repudij Theutpergæ vxoris Lotharij Regis, vnà cum Sectariis, & complicibus Episcopis excommunicantur, & deponuntur.

863. *Romanum* IV. sub Nicolao I. quo Zacharias legatione in Oriente malè functus excommunicatur, & deponitur, Photius & Gregorius *Syracusanus* condemnantur, Ignatius Sedi *Constantinop.* per sententiam restituitur, cultusque imaginum, aduersus Iconoclastas confirmatur.

863. *Romanum* V. sub Nicolao I. quo acta Conc. Syluanectens. reprobantur, & Rothaldus Sedi Episcopali, à qua eiectus fuerat, restitui iubetur; constitutumque fuit, vt nisi Hincmarus *Rhemens.* aliique complures Episcopi ter, quaterue moniti, Rothaldum spatio 30. dierum restituerint, à missarum celebratione omnes suspensi habeantur, eamdemque pœnam incurrant, quam ipsi Rothaldo iniustè inflixerant.

863. *Pistense, Peissy ad Sequanam fluuium* sub Nicolao I. quod tamen politicus magis, quàm Ecclesiasticus conuentus fuit.

864. *Romanum* VI. sub Nicolao I. quo Rodaldus *Portuens.* Episcopus in legatione Apostol. ad Conc. *Metense* præuaricatus inuentus, aliquoties citatus, nec comparens, Episcopatu depositus excommunicatus est.

865. Romanum VII. sub Nicolao I. quo Rothaldus *Suessionens.* Episcopus iussu Pôtificis per Hincmarum *Rhemens.* post 4. admonitionem, a vinculis solutus, Romamque citatus pleniissimè Sedi suæ restituitur.

866. *Suessionense* sub Nicol. I. eiusque iussu indictum, pro causa VVifadi & sociorum eius, quos Hincmarus Rhemens. propriis gradibus expulerat, qui de consecratione fuerant Ebbonis decessoris sui quorum ordinatio confirmata fuit.

36. Episcopi subscripserunt.
Abba *Niuernensis*, Æneas *Parisiens.*
Agius *Aurelianens.* Aldo *Lemonicensis.*
Arctardus *Nannetens.* Balduinus *Ebroicens.*
Bernardus *Matisconens.* Diedericus *Tricassinens.*
Ercanbertus *Baiocens.* Ercanraus *Catalaunens.*
Frotarius *Burdegalens.* Gislebertus *Carnotens.*
Harduicus *Velaunens.* Hegilo *Senonens.*
Helias *Engolismensis*, Herardus *Turonensis.*
Herpuinus *Siluanectens.* Hildebrandus *Sagiens.*
Hildegarius *Metens.* Himfridus *Merinensium.*
Hincmarus *Rhemens.* Hincmarus *Laudunens.*
Ioannes *Cameracens.* Isaac *Lingonens.*
Luido *Eduensis*, Luitbertus *Moguntinus.*
Odo *Bellouacensis*, Remelinus *Nouiomens.*
Remigius *Lugdunens.* Rothaldus *Suessionens.*
Rotbertus *Cenomanens.* Sigo *Aruernensis.*
VVenilo *Rothomagens.*

867. *Trecense* sub Nicolao I. occasione præcedentis Synodi.
20. Episcopi subscripserunt.
Abbo *Niuernensis*, Ado *Bellouacens.*
Æneas *Parisiens.* Arctardus *Nannetens.*
Ercanbertus *Baiocens.* Ercanraus *Catalaunens.*
Folcritus *Trecassinens.* Frotarius *Burdegalens.*
Gislibertus *Carnotens.* Guenilo *Rothomagens.*
Hegilo *Senonens.* Herardus *Turonens.*
Hildegarius *Meldensis*, Hilduinus *Ebroicens.*
Hincmarus *Laudunens.* Hincmarus *Rhemensis.*
Ioannes *Cameracens.* Liudo *Augustodunens.*
Rothaldus *Suessionens.* VVlfadus *Bituricensis.*

868. *Romanum* I. sub Adriano II. Quo Photius tet anathemate percussus est, eiusque volumen contra Nicol. Papam editum, igni est adiudicatum.

868. *VVormatiense* sub Adriano II. pro disciplina Ecclesiastica ex parte reprobatum.
80. Canones sancitisũt, primi autẽ vsq; ad 45. diuersorum Conciliorum esse videntur, id vero quod Canone 15. de occultis furibus, per Eucharistiæ perceptionem explorandis, constituitur, erroneum est, & ab Ecclesia reprobatum.

869. *CONSTANTINOPOL.* VIII. *VNIVERSALE* VIII. pro S. Ignatio & contra Photium, auctoritate Adriani II. indictum, auxilio, ac opera Basilij Imperatoris promotum; 10. Actionibus finitur die vlt. Febr. 870.

Ignatius Michaele Imperatore prognatus, dictus antea Nicætas, Ignatius cognominatus, ann. ætatis 19. à Leone Armeno Imperij inuasore (virilitate adempta) in Monasterium detrusus est, Patriarchalẽ Sedem *Constantinopolit.* adeptus, Gregorium *Syracusanum*, propter diffamata, & publicata nonnulla crimina, coacto Concilio, exauctorauit; Michaëli Imperat. Theodoram Augustam in Monasterium detrudere conanti restitit, Bardæque Cæsari, propter nurum incestuosè vitiatam, sacris interdixit, qua de causa ille per calumniam reus Maiestatis accusatus, de solio, eiectus est in exilium, 5. diuersis Conciliis damnatus est à Photio; multo antea à Basilio Impet. dictus Ignatius, ab exilio cum dignitate reuocatus, Sedi *Constantinopolitana* restitutus, huic Concilio interfuit.

Photius Eunuchus nobilitate insignis Protospatharius dignitate moretè à secretis Imperatori inseruiit, homo gloriæ appetentissimus, sexque diebus ex laico transformatus in Patriarcham, nimirum I. die ex laico Monachus; secunda efficitur anagnostes, seu lector; tertia subdiaconus; quarta Diaconus; quinta Presbyter; sixta denique Patriarcha, Sedem Patriarchalem conscendit, seu potius inuasit, nec enim ab vllo Patriarchatum vnquam receptus est quinta actione 3. die Octob. Legatis Sedis

Apost. cum Imperatoribus Augustis sedentibus iussi sunt ingredi Episcopi gloriosi Confessores, qui nunquam ab Ignatio desciuerant, sed eius causa multa perpessi fuerant, numero tantum 12. Conciliabulum Photij, aduersus Nicolaum Rom. Pontificem, cui Legatos Orientalium Patriarcharum interfuisse, & subscripsisse mentiebatur, falsitatis redargutum est.

Secunda Actione, septima die Octob. Episcopi illi qui à S. Methodio, & Ignatio ordinati, partes Photij sectari fuerant, veniam, & Ecclesiæ communionem impetrarunt, cum ea conditione, vt libellos ab Ecclesia Romana oblatos acceptarent, impositosque super lignum S. Crucis & S. 4. Dei Euangelia istinc sumerent, suoque Patriarchæ Ignatio offerrent, quæ cùm illi animo paratissimo præstitissent, Ignatius superhumeralibus Episcoporum ipsis impositis, consensu totius Synodi eosdem in Ecclesiam recepit, simili modo, qui post ad pœnitentiam secuti sunt Presbyteri, & Diaconi redditis iis orariis tanquam insignibus, ab Ignatio Ecclesiæ reconciliati sunt. Post hos, pœnitentes subdiaconi per intercessionem sanctissimæ Dei genitricis, SS. Apostolorum, & sanctissimi, & beatissimi Nicolai Papæ rogantes ad veniam recepti, & ad Ecclesiæ reconciliationem admissi fuerunt, ista lege, vt ob lapsum subirent pœnam Epitimij.

Tertia actione 11. die Octob. duo refractarij Archiepiscopi *Ancyra*, & *Nicea* eam quam petiuerunt veniam non sunt adepti, ideo quod libellum à Pontifice missum, ac satisfactionem suscipere noluissent.

Septima actione 29. Octob. Photius vt Inuasor Sedis *Constantinopol.* damnatus est, sed ob id specialiter, quoniam depositionem vel anathema, præsumpsisset in Nicolaum Papam nominare.

Octaua actione quinta die Nouemb. instante Imperatore, in medio Synodi in vase æneo extructus est, ignis amplissimus, eoque combusta sunt omnia scripta, & volumina, quę, vel ab ipso Photio publicata, vel eius importunitate, ab aliis Clericis & Laicis extorta fuerā; post hęc introducti sunt Petrus & Basilius quibus impegerat Photius quasi ipsi Roma *Constantinopolim* profecti, in suo Conciliabulo aduersus Nicolaum libellos obtulissent, hac de re examinati, plenè negauerūt quod Photius dolosè vtrique imposuerat, idem respondit Leontius quem tanquam Alexandrini Patriarchæ Apochrisiarium suo Conciliabulo subscripsisse simili impostura vulgauerat; his absolutis, Iconomachi, quorum caput erat Theodorus quidam *Christinus* cognominatus exauctorati, & anathemate damnati sunt cum 45. Photianis.

Nona actione 12. die Febr. an. 870. plurimi iurati testes in Ignatiū coram plena Synodo errorem cōfessi sunt, & pœnitentiam Epitimij à Legatis Sedis Apost. & vniuersa Synodo sibi impositam acceperunt; post hæc tres laici, illusores Sacerdotij, qui in vrbe *Constantinopolit.* Sacerdotalibus indumentis vestiti, per vrbem progressi, & sacra ludicra facere consueuerant, ad pœnitentiam petentes recipi, in futuram sessionem reiecti sunt, cumque hæc scelera Photius, pro suo munere & officio, non corrigeret, appellatus est comparriarcha mimi.

Decima & vltima Sessione die vlt. Febr. recitasunt 27. Canones à Patribus constituti, his statutis & comprobatis, facta commemoratione septem aliorum Oecumenicorum Conciliorum, eorumque confirmatione adhibita, Manichæorum, & Iconomachorum hæresibus, quæ adhuc alibi vigebant damnatis, repetitaque sententia contra Photium iam probata; sacrosancta Synodus omnium consensu felicissimè absoluta fuit.

Episcopi suam subscriptionem non attramento sed potius rubramento, siue litteris phœniceis expressam actis Synodalibus apposuerunt.

102. Episcopi subscripserunt, vltra Patriarchas.

Donatus *Ostiensis* Episcopus, Stephanus *Nepesinus* Episcopus, Marinus Diaconus S. Eccles. Roman. Sedis Apostolicæ Legati præfuerunt.

Ignatius *Constantinop.* Patriarcha, Michael *Alexandrinus* per Legatum, Theodosius *Ierosolymitan.* & *Antiochenus* per Legatos.

Basilius Imper. post omnes Patriarchas non definiens, sed suscipiens & consentiens subscrips. cū illa præfatiuncula, & protestatione præuia, se debuisse subscribere post omnes Episcopos vt olim fecerunt Constantinus. Theodosius & Marcianus, tamen se immediatè post Patriarchas scripsisse, quia tali eum honore Episcopi afficere voluerunt.

870. *Coloniensi* sub Adriano II. in causa disciplinæ Ecclesiasticæ; dedicata ibidem Ecclesia S. Petri, de reliquis actis nihil extat.

871. *Duziacense in Rhemensi prouincia* sub Adriano II. quo Hincmarus Laudunensis ad placandum Carolum Regem professionem fidelitatis emisit, atque obedientiam suo Metropolitano spopondit, sed quoniam nec ista satis fuere, ipse ne damnaretur ab Episcopis, Sedem Apostolicam appellauit.

* 873. *Cabilonense* III. sub Ioanne VIII. *in Ecclesia S. Laurentij trans Ararim*, vbi quæsitum fuit, an ipsa Ecclesia S. Laurentij libera esset, ac sui Iuris, vel potius S. Marcelli Ecclesiæ potestati obnoxia.

* 874. *Siluanectense* II. sub Ioanne VIII. in quo Episcopi duarum prouinciarum *Senonensis* ac *Rhemensis* Caroli calui Regis iussu congregati; Carlomannum eius filium ob varias grassationes, & perduellionem, Diaconum gradu deiecerunt, laicæque communioni reddiderunt.

* 874. *Duziacense* II. sub Ioan. VIII. aduersus incesta coniugia, & rerum Ecclesiasticarum peruasiones.

876. *Ticinense* sub Ioan. VIII. quo Imperium Carolo collatum confirmatur, ac Carolus die natali Domini in Imperatorem ab ipso Pontifice inunctus & coronatus fuit.

17. Episcopi subscripserunt.

876. *Pontigonense* sub Ioan. VIII. quo, iussu Sedis Apost. synodi Ticinensis acta confirmata sunt, ab Episcopis Cisalpinis.

8. Sessionibus finitum est; 15. Canones apud Ticinum editi iterum promulgātur. Aldagarius *Augustodunens.* Ansegisus *Senonens.* Prothasius *Burdegalens.*

Pongny village sur Marne entre Vitry le Français & Chalons en Champagne.

877. *Neustriense* sub Ioann. VIII. aduers. Hugonem Lotharij Regis filium illegitimum, qui post obitum Caroli Imperatoris, Ludouici Regnum inuaserat, & summopere deuastarat.

878. *Trecense* sub Ioan. VIII. quo excommunicatio in Formosum, aliosque hostes Ecclesię à Ioanne VIII. lata confirmatur, Hincmarus *Laudunens.* Sedi pristinæ restituitur, & Ludouicus Imperator tertiò ab eod. Pont. coronatur; statuit tamen Papa vt Hedenulphus sua authoritate ordinatus Episcopus *Laudunens.* suam Sedem teneret, & Episcopale ministerium ageret, & Hincmarus, si vellet (licet cæcus) missam cantaret, & partem de rebus Episcopij *Laudunens.* haberet, hoc audito Episcopi inspectatu, sine præceptione Papæ, Hincmarum vestimentis

Sacerdo-

Sacerdotalibus indutũ, in præsentiam ipsius Papæ adduxerunt, indeque sublatum cantantes in Ecclesiam illum adduxerunt, & signum benedictionis super populum dari fecerunt.

878. *Tricastinum* sub Ioan. VIII. *idem forte cum præcedenti*, contra peruasores rerum Ecclesiasticarũ, & contra eos qui viuentibus vxoribus alias ducunt, ac in Episcopos qui de minore ad maiorem Ecclesiam migrant; Item ex communicatio iterata in Formosum Episcopum, Gregorium nomenclatorem, & Georgium Magistrum militum, Canones ab Ioanne Papa conditi, & in Synodo probati, ac recepti, lex de sacrilegis ab Ioan. Papa, Gotticis Legibus addita, reclamatio ac proclamatio Hincmari Episcopi Laudunensis.

879. *Romanum* I. sub Ioanne VIII. ob electionem noui Imperatoris, post obitum Ludouici cognomento *Balbi*, sed Ansbertus *Mediolanensis* Archiepiscopus ad hanc synodum, à Papa vocatus, venire noluisset, post dictam in Ansbertum excommunicationis sententiam, suspensa est noui Imperatoris electio, vsque ad biennium, quo elapso Carolus crassus, post Italiam sæpè armis subactam, ann. 881. Romæ à Papa, die natiuitatis creatus, & coronatus est Imperator.

879. *Romanum* II. sub Ioan. VIII. quo Petrus in causa Photij restituendi missus est *Constantinopol.*
17. Episcopi subscripserunt.
5. Presbyteri, 2. Diaconi Cardinales.

* 879. *Mantalense in territorio Viennensi* sub Ioan. VIII. in quo Partes ab *Arelatensis* Regni Episcopis proceribusque Clarissimum Principem Bosonem ad Regale negotium petierunt, & eum vnanimiter in Regẽ elegerunt, electioniq; omnes subscripserũt.

881. *Romanum* III. sub Ioan. VIII. quo Athanasius Episcopus simul & Princeps *Neapolitanus*, propter fœdus cum Sarracenis initum, excommunicatur.

* 881. *Apud S. Macram in finibus Rhemens. parochiæ* sub Ioan. VIII. vbi diuersarum Prouinciarum Episcopi, diuersis occupationibus tam Paganorum infestationibus, quàm prauorum Christianorum infestationibus diu præpediti, tandem conuenerunt, & 8. Canones ediderunt.

* 886. *Nemausense in villa quæ portus dicitur, sita inter Magalonem & Nemausum* sub Stephano V. aduersus Seluam Sedis *Vrgelitana* & Ermemirum Ecclesiæ *Gerundensis* Inuasores, à Frondoino *Barcinonensi*, & Gotmarô *Ausonensi* Episcopis ordinatos, Synodus autem Seluam & Ermemirum degradauit, scissis Episcopalibus indumentis, baculis eorum supra capita confractis, annulis cum dedecore à digitis auulsis.
Theodardus *Narbonensis* Archiepiscopus Indixit Synodum, & præfuit.

887. *Coloniense* sub Stephano VI. dicto V. contra Raptores rerum Ecclesiasticarum, oppressores pauperum & incestas nuptias.
6. Canones sanciti sont.
17. Episcopi subscripserunt, 3. Abbates.
Luidbertus *Moguntinus*, VVillibertus *Coloniensis.*
Franco *Tungrensis.*

* 887. *Cabilonense* sub Stephano V. ob tranquillitatem, & pacem S. Dei Ecclesiæ statuendam, & Ecclesiastica negotia decernenda.
Aurelianus Archiepisc. *Lugdunensis* præfuit cum Bernoino *Viennens.* Archiep.

888. *Moguntinum* sub Stephano V. occasione Arnulphi noui Regis, & disciplinæ Ecclesiasticæ, propter incursiones Northmannorum resurmandæ.
26. Canones sanciti sunt.
Luitbertus *Moguntin.* præfuit. VVillibert. *Coloniens.* Ratbodus *Treuirens.*

888. *Metense* sub Stephano V. ad reformandos mores fidelium. 9. Canones sanciti sunt.
4. Episcopi subscripserunt, & vnus Abbas.
Arnoldus *Tullens.* Episc. Dado *Virdunens.*
Ratbodus *Treuirens.* Robertus *Metensis.*

890. *VVormatiense* sub Stephano VI. *vel* V. in causa Hermanni *Coloniens.* & Adalgarij *Hamburgens.* Episcoporum de *Bremensi* Ecclesia contendentium.
Fulco *Rhemensis*, vice Papæ præfuit.

* 890. *Valentinum* sub Stephano V. In quo Regis nomen Ludouico Bosonis Regis filio, ab *Arelatens.* Regni Episcopis, proceribusque delatum est.

* 892. *Viennense* sub Formoso; Pascbali & Ioanne Legatis præcedentibus.
4. Canones sanciti sunt.
Aurelianus *Lugdunens.* Barmon *Viennens.*
Isaac *Gratianopol.*, Isaac *Valentinus*, & complures alij subscripsi.

892. *Rhemense* sub Formoso; quo Carolus simplex, filius Ludouici Balbi *Francorum* Regni legitimus successor, à Fulcone *Rhemensi* Episcopo (Odone Comite Parisiensi, qui tyrannice Regnum inuaserat reiecto) Rex *Francorum* vngitur; datæ sunt etiam literæ comminatoriæ ad Balduinum Comitem *Flandrensem* rerum Ecclesiasticarum peruasorem.
Fulco *Rhemens.* Episcopus præfuit.

893. *Romanum* sub Formoso ob graues perturbationes, quibus affligebatur Dei Ecclesia.

* 893. *Anglicanum* sub Formoso; quo multi electi Episcopi missi sunt in Sedes vacantes ob Danorum incursiones, & diuturniora bella.

* 894. *Magalonense in loco Iuniarias* vocato, sub Formoso; vbi diuersarum Prouinciarum *septimaniæ*, *Hispaniæ atque Prouinciæ* conuenerunt Episcopi, qua de causa non constat.

895. *Triburiense* sub Formoso; pro reformanda disciplina Ecclesiastica, Ecclesia Bremensis, assentiente Romano Pont. adindicata est Hermanno *Coloniensi.*
58. Canones sanciti sunt. 22. Episcopi subscrips.
Dado *Virdunẽs.* Hatto *Moguntin.* Hermann. *Coloniẽs.*
Ratbodus *Treuirens.* Robertus *Metensis.*

* 895. *Turonense* sub Formoso pro instituendo festo translationis corporis S. Martini ab Antisiodoro Turonum.
Adalardus *Turonensis* præfuit, Raymon *Aurelianens.*
Frater Adalardi, Lupus *Andegauẽs.* Mainold. *Cenoman.*

895. *Nannetense* sub Formoso; pro discipl. Eccles. 20. Canones sanciti sunt, incertum quo tempore actum sit.

* 900. *Rhemense* sub Stephano VII. in quo lecta est excõmunicatio aduersus interfectores Fulconis: *Rhemensis* Archiepiscopi.
12. Episcopi subscripserunt.
Heriueus *Rhemensis* Archiepiscopus præfuit.
Angelrannus *Meldensis*, Dodilo *Cameracens.*
Herinandus *Morinensis*, Heidolo *Nouiomagensis.*
Honoratus *Beluacens.* Mancio *Catalaunens.*
Otfridus *Siluanectens.* Otgarius *Ambianens.*
Riculfus *Suessionens.* Rodulphus *Laudunens.*
VVido *Rothomagens.*

901. *Ouetense in Gallæcia* sub Ioan. IX. quo ex concessione Ioan. VIII. Pontificis, Ecclesia Ouetensis Metropolitana facta est, sicque dignitas Archiepiscopalis, quæ antea inhærebat Ecclesiæ Lucensi illi proximæ, in Ouetensem tunc est translata.
18. Episcopi subscripserunt.

904 *Romanum* sub Ioan. 9. quo acta Stephani VII. contra

contra Formosum Papam habita rescinduntur, & improbantur; soliusque Lamberti coronatio tanquam citra vim legitimè facta confirmatur.
12. Canones sanciti sunt.

904. *Rauennatense* sub Ioan. IX. in eadem causa Formosi,& Stephani Romanorum Pontificum,ibique combusta est Synodus,quam Stephanus,in damnationemo Frmosi fecerat.10.Canones sanciti sunt.
74.Episcopi subscripserunt.

909.*Suessionense in loco Trosleio* sub Sergio III. pro statu Ecclesiæ,ac disciplina Ecclesiastica,totiusq;Regni vtilitate. 15. Canones sanciri sunt.
Hic fit mentio testamenti Guillelmi Comitis Aruernorum,& Ducis Aquitaniæ;prima Cloniacensis Monasterij fundatio statuitur,anno 910.
11. Episcopi subscrips. 15.
Canones sanciti sunt.
Hetoeus *Rhemens.* Archiepiscopus præfuit.
Abbo *Suessionens.* Erluinus *Belleuacens.*
Hulbertus *Meldens.* Lambertus *Nouiomagens.*
Oscarius *Ambianens.* Retboldus *Catalaunensis.*
Rodulphus *Laudunens.* Stephanus *Cameracens.*
Stephanus *Manmorum*, *Rothomagens.*

912.*Confluentinum* sub Ioan. X.ne Christiani intta 7.gradum cognationis,matrimonium contrahere præsumant.
8. Episcopi subsc. cum Abbatibus aliisque sacri ordinis viris quamplurimis.
Herimannus *Coloniens.* Episcopus præfuit.

*955. *Cabilonense* sub Ioanne X. quo Reculfus Comes Matisconensis cùm res Ecclesiæ S. Marcelli Martyris, in suburbio Cabilonensi, peruasisset intentatæ(ni pareret)excommunicationis metu, ablata restituere coactus est.
Austerius Archiepiscopus præfuit.

921.*Trosleianum Diœcesis Rhemensis* sub Ioann. X. quo Erlebaldus Comes Castricensis pagi,ab Herueo præsule excommunicatus, propter Rhemensis Episcopij terram quam peruaserat, post mortem, interueniente Carolo Rege, absolutus est.

* 923. *Rhemense* sub Ioanne X. quo grauis pœnitentia indicta est iis qui bello Suessionico, inter Robertum & Carolum Reges interfuerunt.
Seulfus Archiepisc.Rhemensis præfuit.
Abbo *Suessionens.* Adelelmus *Siluanectens.*
Airardus *Nouiomagens.*

924.*Trosleianū* sub Ioan.X.in causa Isaaci Comitis pœnitentiā agentis, pro his quæ aduersus Ecclesiā Cameracensem perpetrauerat,& vadatus argenti libris centum pacatur,cum Stephano præfatæ vrbis Episcopo, præsente Heriberto, & pluribus Franciæ Comitibus.
Seulso *Rhemens.* Archiepiscopus præfuit.
Stephanus *Cameracensis* interfuit.

*926. *Apud Carilocum Monasterium* sub Ioan. X. de subueniendo Ecclesiis desolatis, & de restituendis Ecclesiis diuersis locis ablatis prædicto Monasterio.
Aucherius Archiepisc. *Lugdunens.* præfuit.

927. *Trosleianum* sub Ioan.X.post occisum Seulfū, & Hugonem quinquennalem Heriberti Comitis filium Rhemensis Ecclesiæ Episcopum electum; vbi Heluinus Comes ad pœnitentiam venit, pro vxore quam duxerat alia viuente.
6. Episcopi subscripserunt.

927. *Duisburgense* sub Ioan.X quo illi qui Beononem *Metensem* Episcopum excœcarant, excommunicantur,& Adalbero loco eius substituitur;Benno autem hæc omnia patienter tolerans cognominatus est Benedictus.

932.*Erpfordiense in Thuringia* sub Ioan. XI.in causa disciplinæ Ecclesiasticæ.
5.Canones sanciti sunt, 12. Episcopi subscrips.
Othilricus *Augustedunens.* Ruitgerus *Treuirens.*

* 935. *Apud Castellum S. Theoderici* sub Ioan. XI. Hildegarius Beluacensis Episcopus ab Artaldo ibi ordinatus est.
Artaldus *Rhemens.* Teutolus *Turonens.* Epist. præf.

935.*Rhemense apud S.Macram* sub Ioan. XI. quo prædones,& Ecclesiasticarum rerum inuasores, ad correctionem vocantur. 7.Episcopi subscripserunt.
Artaldus *Rhemensis* Archiepiscopus præfuit.

940. *Narbonense in oppido cui nomen fons cooperta* sub Stephano IX.seu VIII.de finibus Diœceseos inter Vrgelitanum,& Pallariensem controuersis, decretumque vt Pallaria vrbs sua sacra, repeteret ab Vrgelitano Episcopo.

940.*Suessionense* sub Stephano IX.in causa Hugonis, & Artaldi *Rhemens.* Archiepiscoporum, amoto autem Artaldo, Hugo consecratus est.

* 894. *Trenorchianum in eius loci Monasterio*, sub Martino III. seu potius Marino II. vbi congregati Episcopi,multi Abbates, & Clerici, decreuerunt,vt sacræ reliquiæ Monasterij, quæ(orto inter Monachos dissidio, quibus Gislabertus Dux ineptum Abbatem imponere nitebatur) ad S. Portianum apud Aruernos exportatæ fuerant ante triennium, missa Legatione reposcerentur, & in pristinis Sedibus collocarentur.
Guido *Lugdunensis* Archiepiscopus præfuit, cum Goffrido *Vesontionensi.*

947. *Virdunense* sub Agapito II. in causa Hugonis & Artaldi Rhemens. Archiep. vniuersa Synodus Artaldo,Rhemense tenendum iudicauit Episcopiū, Hugo autem, effictis, sub nomine Episcoporum Rhemensi Diœcesi subditorum, litteris, io Sede Rhemensi à summo Pont. confirmari petiit, & dolosè per surreptionem impetrauit.
8.Episcopi subscripserunt. Robertus *Treuirēs.* præf.
Adalbero *Metens.* Artald. *Rhemēs.* Goslinus *Tullens.*

* 947. *Asturicense* sub Agapeto II. quo nonnulla de rebus ad Christianum disciplinam benè disponendam, & consetuandam tractata fuerunt,sed desiderantur acta.

* 948. *Laudunense* sub Agapeto II. in quo Tetbaldus excommunicatus; vocatus Hugo Princeps ad emendationem pro malis, quæ contra Regem, & Episcopos egerat.

948.*Mosomense* sub Agapeto II.pro causa Hugonis & Artaldi, Archiepiscopatus autem Rhemensis Artaldo adiudicatur, Hugoni autem(qui ad duas synodos euocatus venire contempserat) præceptum est à communione, & regimine Rhemensis Episcopi abstinere, donec ad vniuersalem synodum,quę indicebatur ad Kal.Augusti sese purgaturos occurreret; interea proclamationis litteræ à Domino Artaldo ditigantur ad Sedem Romanam.
Robertus *Treuirensis* Episcopus præfuit.

948. *Engilenheimense* sub Agapeto II. in eadem causa. Secunda sessione Hugo Inuasor Sedis Rhemensis damnatur, & Altaldus legitimus Episcopus iudicatur.
10. Canones sanciti sunt.
32. Episcopi subscripserunt.
Marinus Polimarciensis Episcopus Apochrysarius Papæ præfuit.
Adalbero *Metensis* , Artaldus *Rhemensis.*
Berengarius *Virdunensis*, Conradus *Constantiensis.*
Frithuricus *Maguntinus*, Fulbertus *Cameracens.*
Goslinus *Tullensis*, Robertus *Treuirensis.*

Rod: I

Rodulphus *Laudunensis*, VVigfridus *Coloniensis*.

948. *Treuirense* sub Agapeto II in causa Ludouici Regis, & Hugonis Principis, qui Hugo propter mala quæ subditis, & Ecclesiis Regni Ludouici intulerat, excommunicatur, donec resipiscat, & ad satisfactionem coram Marino Vicario, vel Episcopis quibus iniuriam fecit deueniat; quod si facere contempserit, Romam pro absolutione proficiscatur.
Marinus *Polimarciensis* Episc. Legatus Papæ præs.
Artaldus *Rhemensis*, Robertus *Treuirensis*.
Rodulphus *Laudunensis*, VVicfredus *Maurinensis*.
VVido *Suessionensis*.

949. *Romanum* sub Agapeto II. quo acta duarum præcedentium Synodorum ab eodem Agapeto confirmantur.

952. *Augustanum* sub Agapeto II. in causa disciplinæ Ecclesiasticæ.
11. Canones sanciti sunt.
24. Episcopi subscripserunt.
Frithuricus *Moguntinus* Archiep. præfuit.

* 953. Apud *S. Theodericum in territorio Rhemensi* sub Agapeto II. ad quod vocatus Reginaldus Comes, ob res Ecclesiasticas ab eo ablatas venire noluit, sed deprecatus est Regem Ludouicum IV. vt ad Synodum mitteret ne excommunicaretur.

962. *Meldense* sub Ioanne XII. in causa Rhemensis Archiepiscopi post obitum Artaldi, Odalricus (postquam à summo Pontifice Patres certiorati sunt de excommunicatione Hugonis eiusdem Sedis inuasoris) est electus.
13. Episcopi subscripserunt.
Bruno *Senonens.* præfuit, Gibuinus *Catalaunensis*, Rhorico *Laudunensis*.

963 *Constantinopolitanum* sub Ioan. XII. in causa Nicephori Imperatoris, qui voluit in vxorem accipere Theophanem relictam Romani Imperat. defuncti viduam, qua de causa, cum illi Polyeuctus Patriarcha resisteret, tùm quod non liceret absque quadam pœnitentia, secundam vxorem ducere, tùm etiam quod filium Theophanis in baptismo suscepisset, conuocata Synodo, eius sententia indultum (crimen enim quod illi obiiciebatur probari non poterat) vt prædictæ Theophani connubio legitimo iungeretur.

964. *Romanum* sub Ioan. XII. quo Leo schismaticus, pseudopapa declaratur, actaque præcedentis Conciliabuli reprobantur.
27. Episcopi subscriptus. 12. Presbyteri, 3. Diaconi Cardinales.

967. *Rauennatense* sub Ioan. XIII. & præsidente, pro disciplina Ecclesiastica, vbi Otto Imperator præsens terram Rauennatium aliaque complura, multis retro temporibus Romanis Pontificibus ablata, restituit vel potius restitutionem antè factam confirmauit.

970. *ANGLICANVM GENERALE* sub Ioan. 13. aduersus incontinentes Clericos; quo statutum est, moxque executioni mandatum, vt aut iidem Clerici vitâ mutantes castè viuerent, aut ab Ecclesia pellerentur, substitutis in eorũ locum Monachis. In hoc Concilio Comes quidam præpotens ob incestuosas nuptias, publicam egit pœnitentiam.
S. Dunstanus *Cantuariens.* Archiep. præfuit.

971. *Romanum* sub Ioan. XIII. quo priuilegia Monasterio S. Mariæ Glastingeberi, à Rege Anglorum Edgaro concessa, confirmantur, & anathema in violatores pronunciatur.

972. *Ingelheimense* sub Dono II. in quo S. Vdalricus Augustanus Episcopus, petens, vt relicto Episcopatu Adalberoni nepoti, ipse ad Monasticam vitam transire posset, non obtinuit.

973. *Mutinense* sub Benedicto VI. quo controuersia, inter dissidentes Germanos proceres Petrum & Lambertum, composita fuit.
Honestus Rauennatensis Archiep. præfuit.

975. *Constantinopolitanum* sub Benedicto VII. quo Basilius Patriarcha criminis accusatus deponitur, & Antonius Studites ei substituitur.

975. VVintoniense in Anglia sub Benedicto VII. in causa Clericorum contra Monachos insurgentiũ, qui in eorum locum suffecti fuerant, deprecante ipso Rege ac plerisque Episcopis vt iidem Clerici restituerentur, Imago Crucifixi in edito Ecclesiæ loco affixa, audientibus, cunctis dixit, *non fiet, non fiet; iudicastis benè, mutaretis non benè.*

* 975. *Rhemense* sub Benedicto VII. quo Theobaldus, *Ambianensis* Ecclesiæ vsurpator, damnatus est.
Stephanus Diaconus Legatus Papæ præfuit.

* 979. *Calnense in Anglia* sub Bened. VII. quod Clerici aduersus Dunstanum Cantuariens. reclamarent, ob pulsos ipsos ab Ecclesiis, & substitutos Monachos, cõsidentibus autem Episcopis, aliisque Regni Senatoribus in media ipsa disceptatione, solariũ subitò totum dissolutum fuit; eoque casu omnibus qui aderant elisis, ipsisque etiam cunctis aduersariis, vel extinctis, vel penitus contritis, solus Dunstanus qui Synodo præsidebat illæsus euasit, stans super vnam, quæ superstes erat, trabem.

* 983. Apud montem S. Mariæ *Tardanensis in Picardia* sub Benedicto VII. quo à Cõprouincialibus Episcopis confirmatum est decretum Adalberonis *Rhemensis* Archiepiscopi, qui Monachos in Mosomensi cœnobio, pro Canonicis, collocarat.

983. *Romanum* sub Benedicto VII. in causa Gisleri *Magdeburgensis* Episcopi secundi, ob Ottone Imperatore electi.

989. *Romanum* sub Ioanne XV. in causa S. Adelberti Episcopi, Pragensibus pœnitentibus eumque instanter repetentibus restituendi.

* 990. Narbonense sub Ioan. XV. contra inuasiones nobilium in bona Ecclesiastica.
Hermingaudus *Narbonens.* Archiepiscopus præfuit.

990. *Siluanectens.* sub Ioan. XV. quo, iussu Arnulphi *Rhemens.* Archiepiscopi, Galliarum Episcopi, prædoni *Rhemens.* ciuitatis anathema dixerunt, ad suspicionem scil. tollendam in quam venerat Arnulphus apud Hugonem Francorum Regem, quasi conscius foret illius proditionis, qua per Presbyterum quẽdam *Rhemens.* Girlebertum nomine, Carolus frater Lotharij, ciuitate *Rhemensi* potitus erat, ipsumque Arnulphum captiuum abduxerat, augebat suspicionem, quod filius Lotharij Regis defuncti, Carolo patricio suo traditus fuisset.

993. *Romanum* sub Ioan. XV. pro Canonizatione S. Vdalrici *Augustan.* Episcopi. 6. Episcopi subscr. 9. Presbyteri, 4. Diaconi Cardinales.

995. *Mosomense in Gallia belgica Diœcesis Rhemens.* sub Ioanne XV. quo eiecto Gerberto, Arnulphus Sedi suæ *Rhemensi* restituitur.
Leo in Monasterio S. Bonifacij Romæ Abbas, Legatus Sedis Apost. præfuit.

995. *Rhemense* II. sub Ioan. XV. quo Arnulphus, Gerberto deposito *Rhemensi* Ecclesiæ restituitur, actaque præcedentis Conciliab. Rhemensi annullata sunt Leo Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

996. *Romanum* sub Gregorio V. quo constitutum fuit, vt Imperator deinceps à 7. Electoribus Germaniæ Principibus seu ab omnibus Principibus Germaniæ, & Prælatis Imperij feudatarij eligatur.

septenarius autem numerus, non ante Innocentium IV. constitutus est.

* 997. *Rauennatense* sub Gregorio V. pro disciplina Ecclesiastica, in quo Hugo Abbas *Pharphensis* iniquè, & simoniacè ingressus, agit pœnitentiam: & Archiepiscopo Mediolanensi Arnulpho Papatus ablatus est.

Gerbertus *Rauennatensis* Archiepiscopus præfuit.

999. *Romanum* sub Syluestro II. in causa Giseleri Magdeburgensis Episcopi duas Parochias tenentis, qui paralysi percussus, ad Concilium venire non potuit.

*1000. Apud S. Dionysium *prope Lutetiam* sub Syluestro II. pro disciplina Ecclesiastica, & decimis. Seguinus Archiepiscopus *Senonensis* præfuit.

* 1004. Synodi frequentes sub Ioann. XIX. in *Italia*, atque in *Galliis* fuot celebratæ de variis quæstionibus tunc controuersis, veluti de ieiuniis quæ à plerisque inter Ascensionem, & Pentecostem, obseruabantur, quæ prohibita sunt præterquam in Vigilia Pentecostes. Item de eo quod in aduentu, & quadragesima diebus Dominicis Hymnū Te Deum laudamus decantarent, contra morem Romanæ Ecclesiæ; sed id quia ex traditione S. Benedicti confirmata, per Sedem Apost. se habere ostenderunt, permissi sunt, etiam agere in posterum, de die quoque Annunciationis Dominicæ, quæ celebratur 8. Kal. Aprilis sentientibus quibusdam eam congruentius, extra quadragesimam, more Hispanorum, octaua 15. Kal. Ianuar. celebrari posse, nihilominus antiqua consuetudo præualuit, vt 25. Martij peragere tur.

1005. *Tremoniense in Germania* sub Ioan. XVII. seu XIX. pro reformanda Ecclesia, instante Henrico Imperatore, acta planè interierunt.

1006. *Francofordiense* sub Ioan. XVII. de Ecclesia Bambergensi in Cathedram Episcopalem erigenda, instante Henrico Imperatore, qui eam Ciuitatem à puero dilexerat, & vxori in dotem assignauerat.

1011. *Bambergense* sub Sergio IV. ab Henrico Imperat. ad Dedicationem Basilicæ Bambergensis à se constructæ, congregatum; ibi tractatum est de quibusdam Episcoporum controuersiis, quæ sedatæ sunt.

30. & amplius Episcopi subscripserunt.

Dithmarus *Merseburgensis*, Theodoricus *Metensis*.

1012. *Legionense in Hispania* sub Bened. VIII. pro disciplina Ecclesiastica. 7. Canones sanciti sunt, alia vero 40. decreta, ad ciuilem potius, quàm Ecclesiasticam Regni gubernationem pertinebant.

1017. *Aurelianense* sub Benedicto VIII. contra nouos Manichæos in Gallia, authore quadam muliere Itala, Manichæi autem reperti, iussu Roberti Francorum Regis, igne cremati sunt.

1022. *Salegunstadiense Moguntinæ Diœcesis vnde* & Moguntinum *etiam dicitur* sub Benedicto VIII. pro disciplina Ecclesiastica.

20. Canones sanciti sunt.

6. Episcopi subscripserunt.

Aribo *Moguntinus* Episcopus præfuit.

1022. *Aquisgranense* sub Benedicto VIII. quo controuersia inter Pilegrinum Archiepisc. *Coloniensem* & Durandum Episcopum *Leodiensem* de subiectione Monasterij Burcitani terminata est, Monasteriumque Leodiensi adiudicatum.

1023. *Moguntinum* sub Benedicto VIII. in causa veriti matrimonij Ottonis Comitis ab Harmestein cum Limingarda, Otto vero partim Imperatoris metu, partim Episcopi commonitione, vtcumque ad meliorem se recepit frugem.

Aribo *Moguntin.* Archiep. præfuit.

S. Gothardus Episcopus ad Synodum veniens, in via curat dæmoniacam.

* 1025. *Pictauiense* sub Ioan. XVII. I. de fide Catholica, sancitus est Canon de rebus Ecclesiæ fraudulenter, aut violenter ablatis; & pro Monachorum terris.

Iordanus *Lemouicensis*, Isembertus *Pictauiensis* Atualdus *Petracoricensis*.

1029. *Lemouicense* sub Ioan. XVIII. *vel* XX. quo declaratum est Martialem Lemouicensis Sedis authorē, Episcopum Apostolicum esse nominandum, eiusdemque corporis eleuatio facta est super altare, quod, in honorem S. Stephani protomartyris, ipse consecrauerat.

Gauzlinus *Bituricens.* Archiepiscopus præfuit.

1032. *Pampilonense* sub Ioan. XVIII. *vel* XX. de Episcopatu Pampilonensi antiquæ Sedi suæ restituendo, ex Monasterio Leirensi in montibus Pyrenæis, quo ob barbarorum incursiones, translatus fuerat.

6. Episcopi subscripserunt.

* 1034. *Bituricense in Aquitania* sub Bened. IX. ad seditiosos, & prædones pacem Ecclesiarum turbantes compescendos, qui solemniter excommunicari fuere; necnon ad controuersiam de Apostolatu S. Martialis denuò decidendam, aliaque ad disciplinam spectantia peragenda; proposita item quærela est de Rom. Pont. absoluente excommunicatos ab Episcopis; declaratumque est, iudicium totius Ecclesiæ, maxime in Apostolica Romana Sede consistere.

Aymo *Bituricens.* Archiepiscopus præfuit.

Iidem Episcopi qui in Lemouicensi, huic Concilio subscripserunt.

1034. *Lemouicense* II. sub Bened. IX. tribus actionibus conclusum est ab iisdem Episcopis, qui in Conc. Bitoricensi, ob causam scil. pacis, & Apostolatus S. Martialis, & de excommunicandis non acquiescentibus paci.

10. Episcopi subscripserunt.

Gauzlinus *vel* Æmo *Bituricensis* Archiepiscopus præfuit,

Æmilius *Albiensis* Episcopus.

Aroaldus *Petragoricens.* Deusdedit *Caturcens.*

Esimbertus *Pictauiensis*, Iordanus *Lemouicensis*.

Ragamundus *Mimatens.* Roho *Engolismensis*.

Rotico *Aruernens.* Stephanus *Aniciensis*.

1034. *Bellouacense* sub Bened. IX. pro eadem causa, & abiisdem Episcopis.

1035. *Triburiense seu Moguntiū* sub Bened. IX. pro disciplina Ecclesiastica statutum est; vt si quando ieiunium primi mensis in ea hebdomada, qua constat caput ieiunij (sicut solet) eueniret, amborum ieiuniorum celebritas, vna officij expletione compleretur.

1040 *Venetum* sub Bened. IX. in Ecclesia S. Marci pro disciplina Ecclesiastica.

Vrsus Patriarcha Venetus præfuit.

1046. *Sutrinum*, quo Gregor. VI. simoniæ accusatus, sed nequaquam conuictus, seipsum Pontificatu sponte abdicauit, ac Clemens II. antea Episcopus *Bambergensis* electus est.

1047. *Romanum* sub Clemēte II. ad reformandum Ecclesiæ statum contra simoniacos, decretum, vt quicumque à Simoniaco consecratus esset, in Ipso ordinationis suæ tempore non ignorans simoniacū esse cui se obtulerit promouendum, 40. nunc dierum pœnitentiam ageret; & sic in accepti ordinis officio ministraret; orta altercatione inter *Mediolanensem*, *Aquileiensem*, & *Rauennatem* Antistites de

loco

loco sedendi, quinam ipsorum proximus apud Romanum Pontificem sedere deberet, adiudicata est causa *Rauennati*.

* 1047. *Germanum* sub Clemente II. Omnium totius Imperij Episcoporum, ad extirpandam, quæ tunc vbique vigebat, simoniacam prauitatem.

* 1048. *Senonense* sub Damaso II. quo confirmatum est Monasterium S Aygulfi *Pruminensis* à Theobaldo Comite Campaniæ erectum.

Gilduinus *Senonens.* Archiepiscopus præfuit.

* 1048. *Stampense* sub Damaso II. pro eadem causa ab eisdem Episcopis.

1049. *Romanum I.* sub Leone IX. contra Simoniacos, constitutum Clementis II. in hac Synodo, per Leonem Pontificem confirmatum est; insuper statutum vt omnes Clerici ab hæreticis venientes, in his quidem quos adepti sunt ordinibus recipiantur, ad altiores autem gradus promoueri non possint.

* 1049. *Papiense* sub Leone IX. in hebdomada Pentecostes, contra Simoniacos.

1049. *Rhemense* præsente Leone IX. qui Ecclesiam S. Remigij consecrauit, eiusque corpus in Ecclesiam, nuper dicatam, transtulit; pro disciplina & moribus Ecclesiæ reformandis.

13. Canones sanciti sunt.

Quidam Episcopi de simonia conuicti, damnati sunt, Sodomitæ item, & quidam Comites incestuosi damnati sunt.

20. Episcopi subscripserunt, 50. Abbates.

Adalbero *Metensis*, Aylenardus *Lugdunens.*
Beroldus *Suessionens.* Eberardus *Treuirens.*
Eusebius *Andegauens.* Froilandus *Siluanect.*
Geruasius *Rhemensis*, Herbertus *Lisiensis.*
Hugo *Autingensis*, Hugo *Baiogarens.*
Hugo *Lingonens.* Hugo *Niuernensis.*
Hugo *Vesontionensis*, Iosfridus *Constantiensis.*]
Ioo *Sagiensis*, Pudicus *Nannetens.*
Theodoricus *Virdunens.* Trogo *Morinensis.*

1049. *Moguntinum* sub Leone IX. cui præfuit, contra Simoniam, & nefanda Sacerdotum coniugia, aliaque vitia Cleri. Sibico *Spirensis* Episcopus, cui crimen adulterij intendebatur, examinatione sacrificij purgatus est.

145. Episcopi subscripserunt.

Bardo *Moguntinus*, Eberardus *Treuirensis*,
Hermannus *Coloniens.*

1050. *Romanum* II. sub Leone IX. quo, damnato Berengario hæretico sacramentario, Lanfrancus *Cantuariensis* Archiepiscop. de eadem hæresi suspectus absolutus est; in eodem Conc. Pontifex decreuit pallium Dominico Patriarchæ *Veneto*, eidemque priuilegium concessit, vt Crucem ante se deferret, Patriarchalemque Sedem approbauit, sicque plenè translatus fuit Patriarchatus *Gradensis in Venetum*, qui hactenus titulo *Gradensis* Sedis potitus erat.

1050. *Vercellense* præside Leone IX. contra Berengarium, & pro Lanfranco *Cantuariensi* Archiepiscopo. Ioannis Scoti liber de Eucharistia lectus est, ac damnatus.

1050. *Coyacense in Hispania* sub Leone IX. pro reformandis moribus Ecclesiæ in Diœcesi Ouetensi.

13. Canones sanciti sunt.

9. Episcopi subscripserunt.

1051. *Romanum* III. sub Leone IX. In causa Gregorij *Vercellens.* Episcopi de adulterio accusati, & excommunicati, eorumque qui à Simoniacis ordinati fuerant; Canon sancitus est de feminis Clericis malo vsu inseruientibus ab vnoquoque Episcopo, Ecclesiæ famulis vendicandis.

1053. *Romanum* IV. sub Leone IX. de Canonizatione S. Gerardi *Leucorum* Episcopi, & de limitibus Diœcesæos inter *Aquileiens.* & *Foroiuliens.* Episcopos controuersis, statutumque, vt Aquileia totius Venetiæ & Istriæ Metropolis esset.

1055. *Florentinum* sub Victore II. contra alienatores rerum Ecclesiasticarum, Berengarius item damnatus est.

* 1055. *Augustodunense* sub Victore II. contra Robertum *Burgundiæ* Ducem qui Haganoni Episcopo aliisque Ecclesiasticis molestus erat.

Gaufredus *Lugdunens.* Hugo *Bisontinus.*
Aichardus *Cabilonensis*, Drogo *Masticensis* subscrips.

1055. *Lugdunense* sub Victore II. quo, Episcopus quidam, per Hildebrandum Sedis Apostolicæ Legatum, miraculosè de crimine simoniæ conuincitur, iussus enim proferre Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, Patrem & Filium expeditè satis, ac facilè proferebat, ad Spiritum S. vero cùm peruenisset, mox lingua balbutiens, tandem rigida manebat, quod factum Simoniacos in tantum perterruit, quod præter alios Prælatos Ecclesiarum 17. Episcopi 45. Simoniacos se esse confessi sunt, & suis honoribus, absque vlla alia accusatione, renunciarunt.

1055. *Turonense* sub Victore II. quo Berengarius, abiurata hæresi, fidem Catholicam est professus; ex hoc Concil. (Instante Henrico Imperatore) Legati ad Ferdinandum magnum Regem Castellæ missi sunt, qui eum monerent, ne, sub anathemathe, nomen Imperatoris sibi arrogaret, qui, cum Concilio Episcoporum & Principum Regni, respondit Legatis, se effecturum quod Sedes Apostolica præcepisset.

1056. *Coloniense*, quo auctoritate Victoris Papæ, Balduinus, & Godefridus Comites *Flandriæ*, Henrico Regi quinquennali conciliati fuerunt, quem Henricus Imperator moriturus Pontifici commendarat.

1056. *Tolosanum* sub Victore II. contra simoniam, aliaue Cleri, & populi vitia.

13. Canones sanciti sunt.

18. Episcopi subscripserunt.

Rambaldus *Arelatens.* Pontius *Aquensis*, Episcopi Vice Papæ præfuerunt.

Arnaldus *Elnensis*, Arnaldus *Magalonensis.*
Arnaldus *Petragoricens.* Arnoldus *Tolosanus.*
Bernardus *Agennensis*, Bernardus *Biterrensis.*
Bernardus *Conuenensis*, Bernardus *Cesaraugustensis.*
Elifandus *Aptensis*, Eraclius *Bigorrensis.*
Gontherius *Agathensis*, Petrus *Ruthenensis.*
Proterius *Nemausensis*, Raymundus *Vasatensis.*
Rostagnus *Lodouensis*, VVifridus *Narbonensis.*

1056. *Compostellanum* sub Victore II. ad disciplinam Ecclesiasticam restaurandam.

2. Canones sanciti sunt.

Cresconius *Compostellanus* Archiepiscopus præfuit.

1059. *Sutrinum* præsente Nicolao II. quo Bened. Pseudopapa & schismaticus, cognomento *Mincius* depositus, omni Sacerdotali officio priuatus est.

1059. *Romanum* sub Nicolao II. quo Berengarius, hæresi sua tertiò abiurata, fidem Catholicam tertiò professus est; de electione Romani Pont. constitutio edita fuit, contra simoniacos.

13. Canones sanciti sunt.

Gerardus Comes *Galeriæ* præcipuus grassatorum qui Angliæ spolium intulerat, in hac Synodo excommunicatus est.

1013. Episcopi subscripserunt.

1059. *Malphitanum in Apulia* quo, Nicolaus II

 præsens.

præsens *Trarensem* Episcopum de Cardinalatus throno deposoir.

1059. *Parisiense* sub Nicolao II. Quo Phillppus Henrici Regis Francorum filius, regnante & præsente Patre, titulo Regio condecoratur, & solemni ritu coronatur.

23. Episcopi subscripserunt.

VVillelmus *Rotomensis* Archiep. præfuit.

1060. *Iaccitanum in Hispania* sub Nicol. I I. pro disciplina Ecclesiastica, & pro sacris ritibus; Episcopatus, qui Oscæ erat, in Iaccam translatus est.

9. Episcopi subscripserunt.

Arnulphus *Rotensis* Episcopus.

Austindus *Auxitanus*, Heraclius *Bigerrinensis*, Stephanus *Olorensis*.

1062. *In Osborio Germaniæ* loco sub Alexand. II. quo, in præsentia Regis, post habitam disputationem Defensotis Romanæ Ecclesiæ eum Regio aduocato, Cadalous pseudopapa omnium acclamatione est condemnatus, & Alexandri legitima facta electio, est confirmata S. Anno Coloniens. Archiep. Indixit, & præfuit.

1062. *Arragonense apud S. Ioannem Rupensem* sub Alexandro II. quid in eo statutum sit non inuenitur, nisi vt Arragonij Episcopi sumerentur ex Monasterio S. Ioan. quod anteà, per Regem Sancium fuerat institutum.

* 1063. *Cabilonense* sub Alexandro II pro disciplina Ecclesiastica, sed præcipuè pro defensione priuilegiorum, & exemptionis Monasterij Cluniacensis, contra Drogonum Episcopum *Matisconensem*, conantem illud sibi vendicare; ac Monachos resistentes excommunicare, qui Drogo, indicto Cōcilio postquam iorasset se ignorasse dicta priuilegia à summis Pontificibus Monasterio Cluniacensi cōcessa, prostratus veniam petiit, seseque peccasse confessus, 7. dierum pœnitentiam in pane & aqua ieiunaturus accepit.

Petrus Damiani *Ostiens.* Episcopus, & Cardin. Legat. Sedis Apostolicæ præfuit.

1063. *Romanum* I. sub Alexand. I I. occasione Petri *Florentini* Episcopi de hæresi, & simonia accusati (qui Episcopali honore priuatur) aduersus Simoniacos.

12. Canones sanciti sunt.

100. Et amplius Episcopi subsc.

1064. *Mantuanum* sub Alexand. II. quo, Cadalous pseudopapa iterùm condemnatur, & Alexander à criminibus sibi obiectis expurgatur, defenditur, & absoluitur.

Anno *Coloniens.* Episcopus.

Petrus Damiani *Ostiens.* Episcopus.

1064. *Barcinonense* sub Alexandro I I. quo leges Gotticæ quibus Catalauni vtebantur, planè sunt abrogatæ, nouæque sancitæ sunt, vt autem ritus Gottici in sacris adhiberi soliti abrogarentor, Legatus ab illis obtinere nō potuit, nec cogere voluit, cùm iidem in Conc. Mantuano Catholici cogniti, fuissent, Alexander Papa tanquam Germanus Pontifex est receptus, Cadalous autem, communibus omnium votis, est condemnatus.

Hugo Cardinalis vice Papæ præfuit.

1065. *Romanum* II. sub Alexand. I I. contra incestuosorum hæresim à quibusdam Iureconsultis excitatam, atque defensam, qui auctoritate Iustiniani Imperat. eadem ratione qua in successionibus gradus consanguinitatis numerandos esse docebant, dicentes fratres in II. gradu esse numerandos, filios earum in quarto nepotes in 6.

1065. *Romanum* III. sub Alexand. I I. quo, iidem Incestuosi hæretici, excommunicantur.

* 1068. *Tolosanum* sub Alexand. II. pro disciplina Ecclesiastica, aliisque negotiis.

11. Episcopi, & 8. Abbates subscripserunt.

Hugo *Candidus* Cardinalis Legatus præfuit.

Aymo *Bituricensis*,

Guillelmus *Auscens.* Archiepiscopi.

Bernardus *Aquensis*, Bernardus *Coseranens.*

Durannus *Tolosanus*, Geraldus *Caturcens.*

Godemarus *Santonens.* Gregorius *Lascorens.*

Guillelmus *Conuenions.* Petrus *Adurens.*

Raymundus *Lectorens.*

1069. *Moguntinum* sub Alexand. II. in causa Henrici I V. Regis, volentis Bertam vxorem, quam antè biennium duxerat, repudiare, superueniens tamen Petrus Damiani Legatus Sedis Apostol. repudium prohibuit.

Siffridus I. *Moguntinus* Archiepiscopus præfuit.

1070. *VVintoniense* sub Alexand. II. quo Stigandus *Cantuariens.* Ecclesiæ inuasor deponitur, aliique Episcopi, & Abbates deponuntur.

Hermenfredus *Sedunensis* Episcopus, Ioannes, & Petrus Presbyteri Cardinales, Legati Sedis Apost. præfuerunt.

* 1070. *VVindeshorense in Anglia* sub Alexand. II. quo multi Episcopi & Abbates, procurante Rege VVillelmo qui interfuit, deponuntur.

Hermenfredus *Sedunens.* Episcopus Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

1070. *Moguntinum* I I. sub Alexand. I I. in causa Caroli *Constantiens.* Episcopi, quem Clerici eiusdem Eccle[illegible] ob crimen simoniæ, & sacrilegij Sede deponi vrgebant, qui tandem Episcopatu deiectus est.

Siffridus *Moguntinus* Archiep. præfuit.

1072. *Anglicanum* sub Alexand. II. in causa primatus *Cantuariensis* super *Eboracensem*, qui Cantuariensi adiudicatus est.

* 1072. *Cabilonense* sub Alexand. II. de exemptione Monasterij Cluniacensis, cui tùm præerat S. Hugo.

* 1072. *Rothomagense* sub Alexand. I I. de fide sanctæ & Iodiuiduæ Trinitatis, & SS. Patrum instituris seruandis, Pastorum incuria neglectis.

24. Canones sanciti sunt.

6. Episcopi subscripserunt.

Ioan. *Rothomagens.* Archiepiscopus præfuit.

Gislebertus *Ebroicens.* Hugo *Lexouiensis*.

Michael *Abrincatensis*, Odo *Baiocensis*.

Robertus *Saiensis*.

* 1073. *Burdegalense* sub Gregorio V I I. apud S. Maxentium, aduersus Berengarij Fautores.

Iosselinus seu Gostlinus *Burdegalens.* Archiepiscopus præfuit.

1074. *Romanum* I. sub Gregorio VII. pro reformando Ecclesiæ statu; præcipuè circa Clericorum continentism, post hæc diuersorum Abbatum, & Episcoporum causæ cognitæ sunt, & diiudicatæ; Canonici Lucenses de conspiratione, & insidiis suo Episcopo Anselmo instructis conuicti, iuxta Canones, Curiæ traditi fuerunt, Guiscardus Dux *Apuliæ* cum omnibus Fautoribus suis excommunicatur quousque resipisceret.

Guillelmus *Bellouacens.* Episcopus interfuit.

1074. *Apud S. Genesium prope Lucam* sub Gregorio VII. in causa S. Anselmi Episcopi Lucensis, contr. Lucenses Canonicos conspiratores, qui excommunicantur. Petrus Igneus *Albanensis* Episcopus, vice Papæ præfuit.

1074 Ro

1074. *Romanum* II. sub Gregorio VII. 21. Aprilis, pro reformanda Ecclesia. Varij Episcopi excommunicantur; Robertus Dux *Apuliæ* iam anathematizatus,& Robertus *de Loritello* Inuasores bonorum S. Petri excommunicantur. 5. de familia Reges Teutonicorum, quorum consilio Ecclesiæ vendebantur, à liminibus Ecclesiæ separantur, itaut si ab indè, vsque ad Kal. Iulij, Romam non venirent, & satisfacerent, excommunicati haberentur. Philippus Rex *Francorum* si nunciis Papæ ad Gallias ituris de satisfactione sua, & emendatione securitatem non faceret, haberetur excommunicatus.

1075. *Moguntinum* sub Gregorio VII quo Romanæ Synodi decretum contra Clericos concubinarios, & simoniacos (inotiliter tamen) est promulgatum.
Sigfridus *Moguntinus* iussu Papæ præfuit.

1075. *Anglicanum* sub Gregor. VII. pro reformandis Ecclesiasticis constitutionibus, & moribus Ecclesiæ.
14. Episcopi subscripserunt.
Lanfrancus *Doroberne͡nsis* Episcopus indixit, & præfuit.

1076. *Romanum* III. sub Gregorio VII. quo Henricus Rex *Germaniæ*, Sigefridus *Moguntinus*, VVillelmus *Traiectensis*, & Robertus *Bambergensis*. Episcopi, omnesque quisque qui Conciliabulo VVormatiensi interfuerant, excommunicantur. Ottonem *Constantiensis*. Ottonem *Ratispenensis*. Burchardum *Losanensem* Episcopos, Eberardum Comitem, Vdalticum & alios nonnullos, quibus Rex potissimum consiliariis vtebatur, iam pridem excommunicauerat Pontifex.
110. Episcopi interfuere.

* 1076. *Triburiense* sub Gregorio VII. pro depositione Henrici IV. *Germaniæ* Regis, qui tamen frequentibus missis Triburiam Legationibus omnimodam pollicitus est emendationem.
Sigehardus Patriarcha *Aquileiensis*. Altmannus Episcopus *Patauiensis* Legati Sedis Apostolicæ præfuerunt.

1078. *Romanum* IV. sub Gregorio VII. quo Guibertus *Rauennat*. Theodaldus *Mediolanensis*. aliique Episcopi simoniaci excommunicantur, Hugo Cardinalis S. Clementis tertiò ab Apostolica Sede dãnatus, eo quod aspirator & Socius factus Cadaloi *Parmensis* Episcopi schismatici,& quod hæreticis & simoniacis,& ab Apostol. Sede damnatis se coniunxerit, iterum damnatur. Item quidam Principes vexantes Ecclesias, & inuadentes terram S. Petri, occupantes etiam bona naufragantium excommunicantur.
100. Ferè Episcopi interfuere.

1068. *Romanum* V. sub Gregorio VII. pro restaurarione S. Ecclesiæ. 13. Canones sanciti sunt. Nicephorus *Botoniates* Imperij *Constantinop*. Inuasor. excommunicantur, item accipientes inuestituram Ecclesiæ à Laicis; repetitæ etiam excommunicationes præcedentium Conciliorum.

1079. *Romanum* VI. sub Gregorio VII. quo Berengarius, sæpè ad pœnitentiam vocatus sæpiusque relapsus hæresim abiorauit, fidemque Catholicam professus est.

* 1079. *Burdegalense* sub Gregorio VII. contra Berengarium.
Amatus *Oleronensis*. Episcopos, Hugo *Diensis* Episcopus Legati Sedis Apost. præfuerunt.

1079. *Britannicum* sub Gregorio VII. ad falsam pœnitentiam proscribendam, qua hactenus populus seducebatur, dum absque aliqua peccatorum emendatione peccantes, in iisdem peccatis persenerantes absoluebantur.
Amatus *Oleronensis* Episcopus Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

* 1080. *Santonense* sub Gregor. VII. pro disciplina Ecclesiastica.
Amatus *Oleronensis*, Hugo *Diensis* Legati Sedis Apostolicæ præfuerunt.
Guarmundus *Viennensis*. Iosceilnus *Burdegalensis*.
Richardus *Bituricensis*. Rodulphus *Turonensis*.

1080. *Romanum* VII. sub Gregor. VII. quo Regnum *Germaniæ* Henrico abrogatum, collatum fuit Rudolpho, ea constitutione addita, ne deinceps inuestitura beneficiorum à Laicis conferantur, vel recipiantur, Coronæ quam ex hoc Conc. Gregorius ad Rudolphum misit esse versus inscriptus est.
Petra dedit Petro, Petrus Diadema Rudulpho.
Item controuersia antiqua inter *Turonensem*, & *Dolensem* Ecclesias ventilata est, nec tamen definita, deque Iuribus *Lemouicensis*. Ecclesiæ super duo Monasteria à *Dolensibus* Monachis vsurpatis, vsque aliis à *Rhemensi* Archiepiscopo occupatos actum est.
6. Canones sanciti sunt.

* 1080. *Iuliobonense* (*l'Islebonne in Diœcesi Rothomagensi*) pro disciplina Ecclesiastica, sub Gregorio VII.
4. Canones sanciti sunt.
Guillelmus *Rothomagensis*. Archiepiscopus præfuit.

* 1080. *Lingonense* sub eodem aduersus inuestituras Laicorum; Hugo *Diensis*. Sedis Apostolicæ Legatus præfuit.

1080. *Senonense* sub eodem in quo depositus est *Niuernensis*. Episcopus, Hugo *Diensis*. Sedis Apostolicæ Legat. præfuit.

1080. *Lugdunense* sub Gregor. VII. quo Manasses *Rhemensis*. Sedis Inuasor damnatus,& de throno depositus est.
Hugo *Diensis*. Episcopus Sedis Apostolicæ Legatus præfuit.

1080. *Auenionense* sub Gregorio VII. in quo S. Hugo *Gratianopol*. Episcopus creatur.
Hugo *Diensis*. Episcopus Sedis Apostolicæ Legatus præfuit.

1080. *Meldense* sub Greg. VII, quo Vrsione *Suessionensis*. Episcopo amoto S. Arnulphus creatus est.
Hugo *Diensis* Episcopus, Legat. Sedis Apostolicæ præfuit.

1081. *Romanum* VIII. sub Gregorio VII. in causa Henrici Regis ac Episcoporum quorumdam qui omnes excommunicantur *Arelatensis*. & *Narbonensis*. Episcopi deponuntur.

* 1081. *Exoldunense* (*Issodun*) apud Bituricas sub Gregor. VII. de controuersiis ad *Dolensem* Abbatiam spectantibus.
Hugo *Diensis* Legatus Sedis Apost. præfuit.

1083. *Romanum* IX. petente Henrico Imperatore, à Gregorio VII. indictum, tribus diebus in Lateranensi Basilica celebratum, sed nihil de re ob quam celebrari debuerat, ob pressuras Henrici peractum.

1084. *Romanum* X. sub Gregor. VII. quo Guibertus Antipapa, & hæresiarcha, atque Henricus pseudo Imperatr. cum omnibus suis fautoribus excommunicantur; hanc sententiam Legati Sedis Apost. Videlicet Petrus *Albanensis* Episcop. *in terra Teutonicorum*, & Otto *Ostiensis* Episcopus *in Francia*, vsquequaque diuulgarunt.

* 1085. *Rhemense* sub Gregor. VII. in quo probabata dicitur Monasterij S. Cornelij *Compendiensis* ad *Isaram* exemptio à Iurisdictione *Suessionensis*. Episcopi.
Richardus *Metropolit*. præfuit.

1085. *Quin*

1085. *Quintilineburgenſe* ſub Gregor. VII. contra Henricianam & VVencilianam hæreſes, Henricianæ Sectatores aſſerebant Imperatoribus, & Regibus, non tantum temporalia, ſed etiam ſpiritualia ſubiecta eſſe, adeoque non eſſe legitimum Petri ſucceſſorem, niſi quem Rex *Germaniæ* in ſacroſanctum Petri thronum intruſiſſet.
VVeciliani à VVecilone *Moguntinæ* Sedis Inuaſore, docebant quod quamdiu quis ſuis ſpoliatus eſt rebus, diuinis Legibus non ſubiaceat.
13. Canones ſanciti ſunt.

1086. *Capuanum*, quo, Victor. III. reſumptis inſignibus Pontificalibus quæ (præter voluntatem electus) reſignauerat, conſecratus fuit.

1087. *Beneuentanum* ſub Victore III. quo, Guibertus Antipapa, cum ſuis ſibi adhærentibus Epiſcopis ſchiſmaticis excõmunicatur. 4. Canones ſanciti ſunt.

* 1089. *Santonenſe* ſub Vrbano II. in quo Amatus factus eſt Archiepiſcopus *Burdegalenſ.*

1089. *Romanum* I. ſub Vrbano II. quo res Gregor. VII. & Victoris III contra Guibertum Antipap. & Henricum pſeudo Imperat. alioſque ſchiſmaticos geſtæ confirmantur, Vrbanus II. Imperatorem *Conſtantinop.* ab excommunicatione per Legatos ſuos abſoluit, litteraſque Philippi Regis *Francorum*, debitam ei ſubiectionem promittentis ſuſcepit.
115. Epiſcopi ſubſcripſerunt.

1089. *Troianum* I. in Apulia ſub Vrbano II. de coniugiis conſanguineorum diſſoluendis.
75. ferè Epiſcopi ſubſcripſerunt, 12. Abbates.

1090 *Toloſanum* ſub Vrbano II. pro *Toloſano* Epiſcopo de illatis criminibus canonicè expurgandis, aliiſque moribus *Gallicanæ* Eccleſiæ reformandis, Legatio pro reſtauranda Chriſtianitate in *Toletana* Ciuitate, Rege *Hiſpanorum* ſupplicante, deſtinatur.
Legati Pontificis præfuerunt.

1090. *Melficanum in Apulia* præſente Vrbano II. Rogerius Dux, ligius eius homo effectus, promittit iureiurando ſe ſeruaturum fidem Romanæ Eccleſię & eidem Papæ eiuſque Succeſſoribus canonicè intrantibus, accepitque per vexillum ab eo terram cum Ducatus Honore.
16. Canones ſanciti ſunt.

1090. *Beneuentanum* præſente Vrbano II. quo Guibertus Antip. omneſque eius complices excommunicantur. Petro Caſſinenſi Abbati mitræ vſum conceſſit Vrbanus.

* 1092. *Stampenſe* ſub Vrbano II. pro diſciplina Eccleſiaſtica.
Richerius *Senonenſ* Archiepiſcopus præfuit.

* 1092. *Rhemenſe* ſub eod. aduerſus Robertum *Flandriæ* Comitem bona Clericorum vſurpantem, qui omnia illico reſtituit, veniamque de peccato admiſſo exorauit. Raynoldus *Metropolit.* præfuit.

1093. *Troianum* II. *in Apulia* præſente Vrbano II. pro variis neceſſitatibus.
100. ferè Epiſcopi ſubſcripſerunt.

* 1093. *Romanum* II. ſub Vrbano II. quo Henricus ob inaudita malorum genera, vxori ſuæ Adelaidi ſeu Praxedi illata, denuò ab Vrbano excõmunicatur.

* 1093. *Burdegalenſe* ſub Vrbano II. pro diſciplina Eccleſiaſtica.

1094. *Conſtantienſe* ſub Vrbano II. pro reformanda diſciplinæ Eccleſiaſtica.
3. Canones ſanciti ſunt.
Gebehardus *Conſtantienſ.* Epiſcopus, vt Legat. Apoſtolicus per totam *Teutonicam* præfuit.

1094. *Oſtionenſe* ſeu potius *Auguſtodunenſe in Gallia* ſub Vrbano II. contra Philippum Regem *Francorum* adulterum & inceſtuoſum; excommunicatio in Henricũ Regẽ, Guibertum Sedis Apoſtolicæ inuaſorem, omneſque eorum complices renouata eſt. Item ſimoniaca hæreſis, & incontinentia Sacerdotum, ſub excommunicatione, damnata eſt; Monachis interdictum eſt ne parochialium Sacerdotum officia in parochiis vſurpent.
Hugo *Lugdunenſ.* Archiepiſcopus Sedis Apoſtolicæ Legatus præfuit.

* 1094. *Sueſſionenſe* ſub Vrbano II. in quo Roſcelinus quidam Clericus hæreſim, quam aduerſus myſterium SS. Trinitatis innouauerat, ſimulatè abiurauit.
Raymundus *Rhemenſ.* Archiepiſcopus præfuit.

1095. *Placentinum* præſente Vrbano II. in cauſa Praxedis Imperatricis repudiatæ, Philippi Regis *Francorum* inceſtuoſi, & Alexij Imperatoris *Conſtantinop.* contra Sarracenos auxilium petentis.
9. Canones ſanciti ſunt.
In hoc Conc. 4000. ferè Clericorum, 30000. Laicorum fuiſſe perhibentur.

1095. *Claramontanum in Gallia* præſente Vrbano II. Philippus Rex *Galliarum* excommunicatus eſt, eo quod propria vxore dimiſſa, militis ſui vxorem in coniugium ſociaſſet, ſed & Bertranda Regia pellis eadem excommunicatione mulctata eſt. Indicta eſt expeditio in terram ſanctam ad quam promouẽdam, officium B. Virginis (inſtitutionis Petri Damiani) indictum, & à Clericis piè ſuſceptum, ad Laicos quoque tam viros quàm mulieres propagatum, pro ſtipendio erat indulgentia peccatorum propoſita, & ſignum S. Crucis ſuper ſcapulam dexteram omnes communi conſilio impreſſere.
32. Canones ſanciti ſunt.
13. Archiepiſcopi cum ſuffraganeis interfuere.
Aldebertus *Bituricenſ.* ſubſcripſit.
205. Paſtorales virgæ numeratæ ſunt.

* 1095. *Rhotomagenſe* ſub Vrbano II. in quo Capitula Synodi Claramontanæ approbata, aliaue ſancita; & pro conciliãda pace inter *Normanniæ* Proceres Guillelm. *Rothomagenſ.* præfuit.
Giſlebertus *Ebroicenſ.* Giſlebertus *Lexouienſ.*
Odo *Baiocenſ.* Serlo *Sagenſis.*
Radulphus *Conſtantienſ.* Turgiſus *Abrincatenſis.*

1096. *Turonenſe* præſente Vrbano II. pro expeditione *Ieroſolymitana* præparanda, Philippus Rex *Galliæ* iam dudum pro adulterio excommunicatus, abiurata adultera in gratiam receptus eſt, ſeque in ſeruitium Domino Papæ promptum exhibuit; *Virceburgenſis* Epiſcopus ex parte ſchiſmaticorum ad Apoſtolicum peruenit, eiuſque miſericordiam conſecutus eſt, Epiſcopus *Strasburgenſis* excommunicatus reſipiſcens in communionem receptus eſt; ita tamen vt dè illatis criminibus ſe expurgaret.

* 1096. *Samonenſe* ſub Vrbano II. in quo imperatum eſt omnibus Vigiliis Apoſtolorum ieiunare.

1097. *Barenſe* in præſente Vrbano II. pro Græcis cum Romanis Eccleſiis conciliandis, acta periere.
S. Anſelmus *Cantuarienſ.* Archiepiſcopus interfuit & Græcos confutauit, probans proceſſionem Spiritus S. à Patre & Filio.

1098. *Romanum* III. ſub Vrbano II. quo Regi Anglorum S. Anſelmum perſequenti & citato, induciæ conceſſæ ſunt vſque ad feſtum S. Michaelis.
S. Anſelmus interfuit.

1099. *Romanum* IV. quo Vrbanus II. ſtatuta deceſſorum ſuorum confirmat, Guibert. Antip. eiuſque complices iterum excommunicat, & *Ieroſolymitan.* expeditionem promoueri rogat.
17. Canones ſanciti ſunt, 150. Epiſcopi, Abbates & Clerici innumeri interfuerunt.

1099. *Ierosolymitanum* sub Vrbano II. quo, pulso Arnulpho homine nefario, & Sedis *Ierosolym.* Inuasore, Theobertus *Pisanus* Archiepiscopus Sedis Apostolicæ Legatus ei subrogatus est.

1100. *Pictauense* sub Paschali II. in causa Philippi *Francorum* Regis, qui cùm (Vrbano defuncto) ad vomitum rediisset, excommunicatione, aliisque censuris admonitus, vt Bertraudam adulteram à se ablegaret, decreto paruit.

11. Canones sanciti sunt.

Ioannes & Petrus Legati Apostolici & Cardinales præfuerunt.

1102. *Lateranense* seu Roman. I. sub Paschali II. contra Henric. IV. Regem *Germaniæ*, qui cùm, iuxta placitum, Romam non venisset, nec nuncia, dignitati Apostolicæ subiectionem profitentia, misisset, alterumque Papam eligere conatus fuisset, excommunicatus est. Sennen Archiepiscopus *Capuanus* à *Cassinatibus* Monachis sacrilegij accusatus, sententiam subiit ac satisfecit.

1102. *Londinense* I. sub Paschali II. quo, plures incontinentes Clerici depositi sunt, 5. autem Abbates, ac Episcopi *in Cantia* ordinati sunt.

1103. *Londinense* II. sub Pasch. II. pro reformatione Ecclesiæ.

28. Canones sanciti sunt.

S. Anselmus *Cantuariens.* Archiepiscopus præfuit.

1104. *Trecense in Gallia* sub Paschali II. in causa *Siluanectens.* Episcopi de simonia per calumniam accusati, Gudefridus, ex Abbate, creatus fuit *Ambianens.* Episcopus.

Richardus *Albanens.* Episcopus Legat. Sedis Apost. præfuit.

*1104. *Balgentiacense in Diœcesi Aurelianensi* sub Paschali II. ad sedandam de nuptiis Regiis controuersiam, absolutio collata fuit Lutetiæ post aliquod tempus.

Richardus Cardinalis Legatus præfuit.

1105. *Florentinum* sub Paschali *II.* contra *Florentinum* Episcopum, docentem iam tùm natum esse Antichristum.

300 Episcopi subscripserunt.

1105. *Quintilineburgense*, seu *Northusense* sub Paschali *II.* pro reformandis Ecclesiæ moribus. Multa circa vnitatem Ecclesiæ ritè disposita sunt, Simoniaca, ac Nicolaitarum hæreses damnatæ sunt.

Henricus filius Henrici IV. contra Patrem rebellans (sub specie Religionis eo quod Pater eius à Romanis Pontificibus excommunicatus esset) summa modestia Concilio interuenit, obortisque lachrymis publicè contestatus est, se nulla regnandi cupiditate paternum sibi regimen vsurpare, quinimò ita eius semper pertinaciæ, & inobedientiæ compassionem exhibiturum, vt si Romano Pontifici, lege Christiana subiici vellet, ipse vel regno cedere, vel seruiliter ei subesse paratus esset.

Vto *Hildenishemensis*, Henricus *Paderburnens.* ac Fridericus *Halberstatensis* Præsules, vestigiis Metro Metropolitani prostrati, ipsius atque Regis stantis, totiusque præsentis Ecclesiæ testimonio, Apostolicæ se dederunt obedientiæ, quorum etiam commissa, Apostolico nihilominus iudicio reseruantur, sub officij tantum suspensione.

Burchardus *Moguntinus* Episcopus præfuit.

1105. *Moguntinum* sub Paschali *II.* quo Henric. VI. Rex *Germaniæ* & 3. Imperator à Clem. *III.* pseudopapa coronatus, Imperio priuatur.

7. Episcopi subscripserunt.

Richardus *Albanensis*, Gebehardus *Constantiens.* Legati Sedis Apostolicæ præfuerunt.

Bruno *Treuirens.* Henricus *Magdeburgens.*

1106. *Guastallense in Longobardia apud Padum fluuium* præsente Paschali *II.* de schismaticis Episcopis, ac Clericis in vnionem Ecclesiæ assumendis, Legati noui Regis Henrici V. à Paschali benignè recepti sunt.

2. Canones sanciti sunt.

1107. *Ierosolymitanum* sub Paschali *II.* quo Ebremaro intruso deposito, Daibertus *Ierosolymitan.* Patriarcha Sedi suæ restitutus est, mortuo tamen Daiberto Massanæ in Sicilia, dum ad Ecclesiam suam rediret cum litteris Paschalis Papæ, Gibelinus *Arelatensis* Archiepiscopus Sedis Apostolicæ Legatus huic Conc. præsidens, omnium consensu inuictus electus est, (malitia, vt creditum est, Arnulphi Archidiaconi omnium eius Ecclesiæ maiorum auctoris, vt homo senex & decrepitus in ea Sede viuere diu non posset) Ebremarus autem, considerata multa eius Religione, & mira simplicitate, quodque inuitus in eam Ecclesiam intrusus fuisset, *Cæsariens.* quæ tunc vocabat præfectus est.

1107. *Trecense in Gallia* præsente Paschali *II.* quo simoniaci & laici collatores beneficiorum proscribuntur: Henricus V. eidem se Concilio vicinum, non tamen præsentem, cum nonnullis Episcopis & optimatibus exhibuit, cum quibus etiam, inito Concilio, Legatos ad Apostolicum transmittit, per quos tàm ipsi quàm vniuersæ Synodo potestatem constituendorum Episcoporum priuilegiis Apostolicis, Carolo Imperatori concessam notificarent, indiciæque sibi totum sequentis anni spatium, Romã veniendi, & eamdem causam generali Concilio ventilandi conceduntur. Tunc etiam nonnulli *Germani* Episcopi, eo quod eidem Concilio non interfuerant, suspensione mulctati sunt.

VVilgrinus *Carnotens.* Ecclesiæ Cancellarius, Episcopus, à Dolensibus postulatus est.

1108. *Londinense* sub Paschali *II.* de inuestitura à laicis non accipienda, concedente tamen Archiepiscopo, vt nullus ad Prælationem electus, pro homagio quod Regi faceret, consecratione suscepti honoris priuaretur. 2. Canones sanciti sunt.

S. Anselmus *Cantuariens.* Archiep. præfuit.

1108. *Beneuentanum*, præsente Paschali *II.* de inuestitura beneficiorum Ecclesiasticorum à Laicis non sumenda.

1109. *Pictauiense* sub Pasch. *II.* ad reformandos mores Eccles. 16. Canones sanciti sunt.

Ioannes & Benedictus Cardinales Legati Sedis Apostolicæ præfuerunt.

1109. *Rhemense* sub Paschali *II.* in causa Godefredi *Ambianens.* Episcopi, qui redarguit falsitatis Diploma Apostolicum, quod ad suam ipsarum exemptionem à subiectione Episcopi *Ambianens.* ediderant pseudomonachi, dum, appellantes ad Sedem Apost. illuc eumdem traxerunt 3. Episcopum.

1111. *Ierosolymitanum II.* sub Paschali *II.* quo, per Cononem Legatum Apostolicum condemnatus Imperator Henric. V. vel IV. qui Papam ac Cardinales captos, indignè diu tractauerat; eamdem excommunicationem in Græcia, Hungaria, Saxonia, Lotharingia, Francia in 5. Conciliis idem Conon renouando confirmauit.

*1112. *Stampense* sub Paschali *II.* pro disciplina Ecclesiastica.

Daimbertus *Senonensis* Archiepisc. præfuit.

Iuo *Carnotens.* interfuit.

1112. *Lateranense* II. quo, 100. & amplius Episcopis priuilegiũ illud quod de cõcedendis sibi beneficiorũ Inuestituris, Henric. V. Imperat. à Paschali per vim

extorserat, reuocatur, & in ipsum Imperat. anathematis sententia promulgatur, non à Papa qui iurauerat se nunquam hoc facturum, sed ab Ecclesia iniuriā sui Patris vindicante; Paschalis ne quis de fide ipsius dubitaret, coram omnibus professionem Catholicæ fidei emisit. 11. Archiepiscopi subsc. 114 Episcopi subscrips. 15. Presbyteri, 8. Diaconi Cardinales.

Guido *Viennens.* Archiepiscopus; posteà Callistus Papa subscrips.

Gerardus *Engolismens.*

Bituricens. Archiepiscopus per Legatum.

1112. *Viennense in Gallia* sub Paschali II. quo Henricus Imperat. ob extortas inuestituras, excommunicatur. 3. Canones sanciti sunt,

Guido *Viennens.* Archiep. Legatus Sedis Apostol.

Godefredus *Ambianens.* pro Legato (quod impeditoris esset linguæ) præfuit. Hugo *Gratianopolit.*

1113. *Beneuentanum* II. præsente Paschali II. in causa *Cassinens.* Monasterij pro Ecclesia S. Mariæ quam Benedictus Abbas *Terræ maioris* inuaserat.

1113. *Aud Pontem de Sorga, Diœcesis Aueniouensis* sub Paschali II. pro electione Episcopi *Aurasiensis* authoritate summi Pontificis, reluctante licet Episcopo *Tricastrino*, cui pro necessitate temporis, Ecclesia *Aurasiens.* aliquando vnita fuerat, sed cùm eidem ciuitati, & Ecclesiæ tantus populus restitutus esset, Archiepiscopi *Arelatensis* instantia, petente clero ac populo, Paschalis II. concessit, vt proprium haberet Episcopum, assentiente Giraldo Adhemario *Aurasica* Principe.

Richardus *Albanensis* Episcopus, & Cardinales Vicarius Papæ præfuit.

Berengarius Canonicus S. Ruffi fuit electus Episcopus *Aurasiensis.*

Gibilinus Archiepiscopus *Arelatens.* subsc.

Aubertus *Aueniouensis* Episcopus subscripsit.

Leodegarius *Viuariensis* Episcopus subsc.

Lebertus Abbas S. Ruffi Laudauit, firmauit.

1114. *Apud Cyperanum ad ripam fluminis Lyris* præsente Paschali II. in quo *Cassinens.* Monachus, qui inuitus in Monasterium intrusus fuerat, à voto absoluitur, & Guillelm. Dux *Apuliæ & Calabriæ* constituitur.

Landulphus *Beneuentanus* Archiepisc. ob quædam crimina deponitur.

1114. *Belloua censе* sub Paschali II. aduersus Henricum Imperatorem, & Thomam de Marna Ecclesias vexantem.

Conon Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

Radulphus *Rhemens.* Archiepiscopus præfuit.

* 1115. *Rhemense* sub Paschali II. contra laicos vsurpantes Sacerdotiorum inuestituras.

Conon Cardinalis Legatus Sedis Apostolicæ præf.

1115. *Syriacum* sub Paschali II. in causa Arnulphi *Ierosolym.* Patriarch. qui ab *Arausicensi* Episcopo Legato Sedis Apost. propter immundam eius conuersationem deponitur.

1115. *Troianum in Apulia* præsente Paschali II. in causa treguæ diuinæ quæ à Comite Iordano & Comite de Loritello, aliisque Baronibus Apuliæ per spatiū ann. 3. tenendæ, sacramento firmatur.

* 1116. *Catalaunense* sub Paschali II. aduers. Henricum Imperatorem, eiusque sequaces.

Conon Cardin. Legat. Sed. Apostolicæ præfuit.

1116. *Coloniense* sub Paschali II. ob promulgandam excommunicationem quæ in Henricū Imp. Romæ prolata erat, authoritate Theodorici Cardinalis, Legati Sedis Apost. qui in itinere obiit congregatum. Missus illuc ab Henrico, Præsul *VVirtzburgensis*, audientiam vel communionem non nisi reconciliatus habere meruit, reuersus pòst redditā legationē ei qui se miserat, denuo communicare renuit, sed vitæ periculo coactus, missam coram Rege celebrauit, indeque vsque ad mortem contristatus, latenter discessit, sicque rursum communioni pristinæ multis lachrymis reconciliatus, vltra Cæsaris aspectu, simul & gratia caruit.

1116. *Lateranense* III. sub Paschali II. quo acta Concilij Lateran. II. in causa priuilegij per vim Henrico concessi, & reuocati, confirmatur, quidquid autem à Conone Cardinali, à Guidone *Viennensi* Episcopo Sedis Apost. Legat. actum est, in variis Conciliis, hoc Conc. probatum & confirmatum est.

1116. *Romanum* sub Paschali II. in causa *Cluniacens.* & *Cassinens.* Monasteriorum, *Cassinensis* autem Abbas (renitente licet Pontio *Cluniacensi* Abbate) Abbas Abbatum dictus est.

* 1118. *Pictauiense* sub Gelasio II. ad Inultandam & confortandam S. Sepulchri viam.

Sugerius Abbas *S. Dionysij* interfuit.

* 1118. *Suessionense* sub Gelasio II. aduersus Petrum *Abailardum.*

Conon Cardinalis, Legatus Sedis Apostolicæ præf.

1118. *Capuanum* præsente Gelasio II. quo, Henricus V. Rex *Germaniæ* IV. eius nominis Imperator, vnà cum Mauritio *Bardino*, anteà Archiepiscopo Braccarensi (quem superuenientem ex *Hispania*, Imperat. Apostolicæ Sedi imposuerat, ac Gregorium VIII. nominabat) excommunicatus est.

1119. *Coloniense* sub Gelasio II. quo per Cononē Episcopum *Prænestinum* Legatum Sedis Sedis Apostolicæ excommunicatio in Henricum Regem ara promulgatur. Northbertus posteà *Præmonstratensis* ordinis institutor, tunc nouiter conuersus, in peregrino habitu interfuit, qui ibi ab omnibus in multis accusabatur, de quibus se prudenter excusabat.

1119. *Fridesláriense* sub Gregorio II. contra Henricum Imperatorem.

Conon Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

1119. *Viennense in Gallia* præsente Gelasio II. quid in eo actum fuit, silent omnes.

1119. *Rhemense* à Gelasio *II.* indictum, sed tempore Callati *II.* eoque præsente celebratum. Contra Henric. Imperat. qui, quod nollet restituere inuestituras Ecclesiæ Romanæ, excommunicatus est. Alexandar Thesaurarius qui Episcopatum *Leodiensem* 7. milibus librarum argenti ab Imperatore emerat, depositus, ac Fredericus Archiepiscopus *Coloniensis* in Episcopum *Leodiensem* electus confirmatur.

5. Canones sanciti sunt.

426. Virgæ pastorales subscripserunt,

S. Northbertus *Præmonstratensium* fundator interfuit.

* 1120. *Tolosanum* præsente Calicto *II.* contra quisdam hæreticos.

1120. *Naapolitanum in Samaria* sub Calicto *II.* ad reformandos mores Ecclesiæ.

25. Canones sanciti sunt.

5. Episcopi subscripserunt, 2. Abbates.

Guaremundus *Ierosolymit.* Patriarcha præfuit.

Balduinus *Ierosolymorum* Rex *II.* interfuit.

1122. *LATERANENSE* I. Oecumenicum, seu *VNIVERSALE* IX. sub Calixto *II.* pro pace & concordia inter Ecclesiam & Imperium ineunda: Imperator per Legatos restituit Calixto Pōtifici inuestituras quas à Paschali *II.* per vim extorserat (qui à Principib. per baculum, & annulū fiebāt) relinquens Clericis & Monachis Episcoporum, & Abbatum, electiones; Pontifex vero concessit electis, vt Regalia ab Imperatore acciperent, vt *quæ*

sunt

sunt Dei Deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari redderentur; Legati in *Germaniam* missi sunt: Burdini acta, post eius damnationem, rescissa sunt.
12. Canones sanciti sunt.
300. & amplius Episcopi subscripserunt. 426. secundum Heisonem scholasticum; secundum Pandulphum 997. partim Episcopi, partim Abbates ad Concilium conuenerunt.
Sugerius Abbas interfuit.
* 1122. *VVormatiense* sub Calixto II. in quo Henricus IV. in manus Legatorum remisit in perpetuum, omne prætentum ius inuestiturarũ Ecclesiarum, per annulum & baculum, liberamque dimisit præsulum electionem, & consecrationem; & quæcumque bona hactenus ablata Ecclesiæ Romanæ, aliisque restituit; Legati vero iam illum, quàm omnes quicumque ab eo steterant, nomine Calixti Papæ ab excommunicatione absoluentes in communionem Ecclesiæ restituerunt; eidemque concesserunt, vt electiones Episcoporum & Abbatum Regni Germanici in præsentia eius absque vi & simonia fierent, & vt, interueniente aliqua inter partes discordia, ipse Metropolitani & Prouincialium consilio vel iudicio, saniori parti assensum, & & auxilium præberet, itemque vt electi tam prædicti Regni quam totius Imperij Regalia ab ipso per sceptrum reciperent, exceptis omnibus quæ ad Romanam Ecclesiam pertinere noscerentur.
Lambertus Ostiensis Episcopus, alij duo Cardinales Legati Sedis Apostolicæ à Concilio Lateran. missi præfuerunt.
1122. *Romanum* I. sub Calixto II. quo *Casinensis* Monasterij Abbas Oderius consecratur, eiusdemque Monachi à querela Episcoporum absoluuntur, ac *Cassinense* Cœnobium ab omni mortalium iugo, quietum semper ac liberum manere, & sub solius sanctæ R. Ecclesiæ defensione perpetuò esse decretum est.
1123. *Romanum* II. sub Calixto II. quo, ob restitutam in Comitiis *VVormatiensibus* inuestituram Ecclesiasticam pax inter Pontificem & Imperat. iuita confirmatur.
1124. *Tolosanum* auctoritate Calixti II. contra quosdam hæreticos Monachos, in bona & sacramenta Ecclesiæ blasphemos, qui plures hæreses secreto & publicè seminabant.
1125. *Londoniense* I. *apud VVestmonasterium* sub Honorio II. ad reformandos Ecclesiæ mores.
17. Canones sanciti sunt.
20. Episcopi subscripserunt. 40. Abbates.
Ioannes *de Crema* Presbyter Cardinalis Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.
* 1126. *Nannetense* sub Honorio II. contra incestas nuptias, spurios Sacerdotum filios, & beneficia Ecclesiastica, successione hæreditaria inuadentes, aliisque de causis.
Hildebertus *Turonens.* Archiepiscopus præfuit.
1127. *Trecense Gallicanum* sub Honorio II. quo Templariis militibus anno suæ institutæ Religionis 9. vna cu mRegula (quæ constat 72. Capitibus) assignatus est habitus albus, cum cruce de panno rubeo mantello assuta.
Matthæus *Albanens.* Episcopus Cardinalis, Sedis Apost. Legatus præfuit.
Goslenus sen Iostenus *Suessionens.* Henricus *Senonẽs.* Rainaldus *Rhemens.* Rankedus *Carnotens.*
Bernardus *Clarẽual.* Abbas scriptor Regulæ.
1127. *Londoniense II. apud VVestmonasterium* sub Honorio II. pro reformandis moribus Ecclesiæ.
10. Canones sanciti sunt.

Guillelm. *Dorouernens.* & *Cantuariens.* Archiepiscopus Legat. Sedis Apostolicæ præfuit.
1128. *Rauennatense* sub Honorio II. quo *Aquileiense* & *Venetiarum* Patriarchæ depositi sunt, qua de causa non inuenitur.
Petrus Presbyter Cardinalis, Legatus Sedis Apost. præfuit.
1130. *Claromontense* præsente Innocent. II. contra Anacletum Inuasorem Sedis Apost. qui condẽnatur.
1130. *Stampense* sub Innocentio II. contra Anacletum Antipapam; authore autem S. Bernardo Abbate (cora Rege *Gallia*, ac omni Concilio negotium Dei impositum fuit) Innocentij II. electio probata est, & ab omnibus recepta.
S. Hugo *Gratianopolit.* Episcopus interfuit.
* 1130. *Anciense* sub Innocent. II. quo Petrus Leonis dictus Anacletus excommunicatur.
S. Hugo *Gratianopolitanus* Episcopus interfuit.
1130. *Iotrunum in Diœcesi Meldensi* sub Innoc. II. ob S. Thomam *S. Victoris Parisiensis* Priorem, pro iustitia occisum à Nepotibus Theubaldi Archidiaconi *Parisiensis*, cuius illicitis, à Presbyteris exactionibus S. Thomas ex parte Domini Stephani *Parisiens.* Episcopi, resistebat; sacrilegi excommunicati sunt, ab Innocentio autem est, vt in quibuscumque locis præfati sanguinarij præsentes fuerint, diuina ibi non celebrentur officia, omnesque illis fauentes anathemate percellantur.
Gaudefridus *Carnotens.* Episcopus, Legat. Sedis Apostolicæ præfuit.
Hugo *Rothomagens.* Hugo *Thuronens.*
Rainaldus *Rhemensis.*
1131. *Rhemense* præsente Innocent. II. quo pseudo Pontifex Anacletus, vnà cum schismaticis fautoribus excommunicantur; Innocentius consecrauit Ludouicum VII. in *Francorum* Regem, successoremque Patris Ludouici crassi, adhuc viuentis, cætera huius Concilij acta periere.
S. Nortbertus *Magdeburgens.* Episcopus subsc.
S. Bernardus *Clarauallens.* Abbas.
1131. *Leodiense* præsente Innocente II. quo, Otto *Halberstadens.* Episcopus pristino honori restituitur, & Anacletus condemnatur: Lotharius Rex instituit Episcoporum sibi à Papa restitui inuestituras, Bernardus autem Abbas andacter resistens Regi, verbum oraliguum mira libertate redarguit mira auctoritate compescuit.
1131. *Moguntinum* sub Innocent. II. in causa Brunonis *Argentinens.* Episcopi, super violentia, intrusione, & consecratione conuicti, qui Episcopatum resignauit. 8. Episcopi subscripserunt.
Matthæus *Albanens.* Episcopus Cardinalis, Sedis Apostolicæ Legat. præfuit.
1132. Placentinum præsente Innoc. II. aduersus Anacletum.
1134. *Pisanum* præsente Innoc. II. contra pseudopap. Anacletum, eiusque fautores.
Alexander *Leodiens.* Episcopus de simonia accusatus terque vocatus nec compareus deponitur.
Gaudefridus *Carnotens.* Episcopus subsc.
S. Bernard, *Clarauallens.* Abbas, Petr. *Cluniacẽs.* Abb
1138. *Northamtoniense in Anglia* sub Innocent. II. pro electione Roberti Archidiaconi in Episcopum *Exonensem*; & pro electione duorum Abbatum.
1138. *Londoniense apud VVestmonasterium* sub Innocent. II. pro variis causis.
16. Canones editi sunt.
17. Episcopi subscripserunt. 30. Abbates.
Albericus *Ostiensis* Episcopus Cardinalis, Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

1139. *LATERANENSE* Oecumenicum seu *VNIVERSALE* X. sub Innocent. II. pro iure Cleri, contra Anacletum, & Victorem, qui ei successit, Antipapas, eorumque Fautores præcipuè Rogerium *Siciliæ* Regem qui excommunicatus est: Damnati sunt etiam Petrus *de Bruis*, & Alnaldus *de Brixia* hæretici.

Petrus *de Bruis* (à quo *Petrobrusciani* sacramentarij) docebat paruulos non baptizandos, cruces conculcandas, nullum esse in Ecclesia sacrificium, non esse inuocandos Sanctos, nec pro mortuis orandum.

Arnaldus de Brixia discipulus Petri Abailardi, docebat, nec Clericos proprietatem, nec Episcopos Regalia, nec Monachos possessiones habentes, aliqua ratione posse saluari, cunctaque hæc Principis esse, ab eiusque beneficentia, in vsum tantum Laicorum cedere oportere; à studio è Galliis in Italiam reuertens, Religiosum habitum, quo amplius decipere posset, induit; vrbem ingressus vt reuocaret antiquum Senatum, cui & summam rerum committeret, rudis populi animis, præ molli dogmate, ad animositatem accensis innumeram multitudinem seduxit, damnatus autem, de Italia fugiens, ad transalpina se contulit, ibique in oppido Alemanniæ *Turego*, officium Doctoris assumens, perniciosum dogma aliquot diebus seminauit.

30. Canones sanciti sunt.

1000. circiter Patres interfuerunt.

1139. *VVintoniense in Anglia* sub Innocent. II. pro Immunitate Ecclesiastica, contra Regem Stephanum, qui castella Ecclesiæ inuaserat, & nonnullos Episcopos carceribus mancipauerat.

Omnes ferè Episcopi *Angliæ* interfuerunt.

Henricus *Vintonienf.* frater Regis Stephani Legatus Apostolicus præfuit.

1139. *Suessionense* sub Innocent. II. contra Petrum *Abailardum Britannum* qui (scribens de Sancta Trinitate) dicebat, sicut eadem oratio est propositio, assumptio, & conclusio, ita eadem essentia est Pater & Filius & Spiritus Sanctus, Sabellianos hæreticos indicatus, libros quos ediderat propria manu ab Episcopis igni dare coactus est.

Conon S.R.E. Legatus præfuit.

Goisle.nus *Catalaunenf.* Episcopus.

Rodulphus *Rhemensis.*

1140. *Senonense* sub Innocent. II. contra eumdem Abailardum, de quo S. Bernardus; cùm de Trinitate loquitur, sapit Arrium, cùm de gratia sapit Pelagiũ, cùm de persona Christi sapit Nestorium. Dicebat quod pater sit plena potentia, Filios quædam potentia, Spiritus S. nulla potentia, quod Spiritus S. non sit de substantia Patris, quod Spiritus S. sit anima mundi, quod Christus non assumpsit carnem, vt nos à iugo diaboli liberaret, quod non peccauerunt qui Christum ignoranter crucifixerunt. In hoc Concilio Abailardus, cùm capitula de libris eius excepta, cœpissent legi, nolens audire, exiuit, appellans ab electis Iudicibus ad Sedem Apost. nihilominus eius errores damnati sunt; Romæ autem sententia confirmata, ad *Cluniacense* cœnobium se contulit, vbi paulo post coram fratribus suis fidem suam humiliter exponens, vitam finiuit.

Goslinus *Suessionenf.* Guillelmus *Catalaunenf.*

Henricus *Senonenf.* Rheinaldus *Rhemenf.*

S. Bernardus Abbas *Claraual.* cum Abailardo disputauit.

1142. *VVintoniense* II. sub Innocent. II. in causa *Anglicani* Regni, abdicato Rege Stephano, ob vexatas Ecclesias, excommunicatis etiam multis qui Regiarum erant partium, electa est Imperatrix filia Regis Henrici, quam nonnullis ante obitum annis, ipse Pater Reginam post se declarauerat.

Henricus *Vintoniensis* Episcopus, Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

1142. *Antiochenum*, sub Innocent. II. contra Radulphum Patriarcham *Antiochenum*, qui de variis criminibus accusatus ter vocatus & venire recusans depositus est.

Albericus *Ostienf.* Episcopus, Apost. Sedis Legatus præfuit.

Guillelmus *Ierosolymit.* Patriarcha interfuit.

1143. *Ierosolymitanum* sub Innocent. II. contra Armeniorum in fide errores; maximus autem *Armenorum* Pontifex qui Catholicus dicitur, cùm de fidei articulis (in quibus à nobis dissentire, videbatur populus eius) habitus esset tractatus, promisit in multis correctionem.

Albericus *Ostiensis* Episc. Apost. à Sedis Legat. præf.

1143. *Londinense* sub Celestino II. contra sacrilegos, rerum & personarum Ecclesiasticarum violatores.

Guillelmus *VVintoniensis* Episcopus, Sedis Apostolicæ Legatus præfuit.

1145. *Vezeliacum* seu *Vizeliacum in Burgundia* præsente Eugenio III. pro expeditione contra Turcos, præsente Ludouico Rege cum Aleonora Regina, aliisque Regni Principibus, qui Crucem acceperunt, sacram militiam professi.

D. Bernardus *Clarauallensis* Abbas orationem habuit.

1146. *Carnotense* sub Eugenio III. pro expeditione in terram sanctam suscipienda.

S. Bernardus *Claravallenf.* eligitur Dux belli primarius.

Sugerius Abbas *S. Dionysij* interfuit.

1147. *Parisiense* præside Eugenio III. contra Gilbertum *Porretanum Pictauiensem* Episcopum, ob causæ difficultatem, Papa illam vsque ad generale Concilium Rhemis indictum, protelandam adiudicauit.

Goslenus *Suessionensis* Episcopus subscripsit.

* 1147. *Antisiodorense* præsente Eugenio III. in causa Gilberti *Porretan. Pictauiensis* Episcopi, quam causam Papa ad Concilium Rhemense remisit.

1148. *Rhemense* præside Eugenio III. contra Eon *Britannum* hæreticum & magum, qui (licet Laicus) verbum prædicationis assumens circa *Britanniam*, & *Gasconiam*, dicebat se esse Filium Dei per quẽ omnis oratio concluditur cùm dicimus, per eum qui venturus est, damnatus autem, sub custodia *Rhemensis* Archiepiscopi non multò post defunctus vita pariter caruit & memoria; his absolutis introducta est in Concilium Gilberti *Porretani Pictauienf.* Episcopi causa, qui asserebat quod diuina natura, quæ diuinitas dicitur, Deus non sit, sed forma qua Deus est, quemadmodum humanitas homo non est sed forma qua est homo, quòd cùm Pater & Filius & Spiritus S. vnum esse dicuntur, non nisi vna diuinitate esse intelligantur, nec conuerti possit, vt vnus Deus, vel vna substantia, vel vnum aliquid Pater & Filius & Spiritus S. esse dicatur, quod tres personæ tribus vnitatibus sint tria, & distinctæ proprietatibus, quæ non sunt ipsæ personæ, sed sunt tres æternæ, & ab inuicem à diuina substantia in numero differentes; Apostolico iudicio & auctoritate vniuersalis Ecclesiæ errore illo damnato, Gilbertus dãnationi consentiens, & publicè refutans quæ prius scripserat, & affirmauerat; Indulgentiam ipse consequitur, nec (licet hæretica senserit) hæreticus censendus est, cùm pertinacia omninò caruerit, & hac

de

de cauſa non fuerit pœna mulctatus priuationis Epiſcopatus.
17. Canones ſanciti ſunt.
Ganfredus *de Oratorio Burdegalenſ.* Archiepiſcopus ſubſcripſit.
Hugo *Antiſiodorenſ.* Goſlenus *Sueſſionenſ.*
Milo *Morinenſis.*
S. Bernardus Abbas *Claræuallenſis.*
Sugerius Abbas *S. Dioniſij.*

1148. *Treuirenſe* præſide Eugenio III. in cauſa S. Hildegardis Abbatiſſæ *in monte S. Ruperti* adhuc viuentis, cuius reuelationum liber ab ipſo Papa probatus eſt.
18. Cardinales affuerunt.
Adelbero *Treuirenſ.* Adelbertus *Virdunenſ.* S. Bernard. *Claræuallenſ.* Abbas.

1151. *Florido in Caſtro Balgentiaci Galliæ* ſub Eugenio III. ob cauſã diuortij inter Ludouic. *Francorum* Regem & Elionoram filiam Ducis *Aquitaniæ* propter cognationem, qua probata, matrimonium diſſolutum eſt.
Samſon *Rhemenſ.* Hugo *Rothomagenſ.*
Lanfredus *Burdegalenſ.* Suggerius Abbas *S. Dionyſij.*

1161. *Anglicanum* præſente, & procurante Henrico *Angliæ* Rege Epiſcoporum *Normanniæ*, apud nouum marcatum, de receptione Alexandri III. & refutatione Victoris Antipapæ.

1161. *Bellouacenſe in Gallia*, pro eadem cauſa, præſente & procurante Ludonico *Francorum* Rege.

1162. *Londonienſe* ſub Alexand. III. quo, Theobaldo defuncto, S. Thomas ex cancellario electus eſt *Cantuarienſis* Archiepiſcopus.

1163. *Turonenſe* præſide Alexandro III. quo Victor Antipapa, eiuſque fautores ſchiſmatici excommunicantur.
10. Canones ſanciti ſunt.
17. Cardinales ſubſcripſ.
124. Epiſcopi, 414. Abbates.
S. Thomas *Cantuarienſ.* interfuit.
Arnulphus *Lexouien.* orationem habuit.
Conradus *Moguntinus* Archiepiſcop. nolens Octauiano, & Imperatori ſchiſmatico conſentire, Eccleſiam ſuam deſerens, ad Alexand. Papam *in Franciam* feſtinus aduenit, quem Papa Cardinalem Epiſcopum *Sabinenſem* promouit, ac ſecum poſtmodum Romam vſque adduxit.

1168. *Lateranenſe* ſub Alexand. III. quo Fredericus Imperat. propter intruſum in Sedem Apoſtol. Victorem Antipap. excommunicatur, & per ſententiam Imperio priuatur; Galdino *de laſcola* Archiepiſcopo *Mediolanenſi* negotio credita eſt, vt Catholicos ab Eccleſiis pulſos reſtitueret; Epiſcopos, & ſchiſmaticos intruſos Sedibus pelleret.

1171 *Caſſelanum in Hybernia* ſub Alexandro III. de reformandis iſtius Eccleſiæ moribus.
3. Canones ſanciti ſunt.
Epiſcopi receperunt Henricum Regem *Angliæ*, & hæredes ſuos in Reges & Dominos in perpetuum, & chartis ſuis confirmarunt, Rex vero *Angliæ* miſit ad Alexand. Pap. & ipſe auctoritate Apoſtol. confirmauit illi, & hæredibus eius Regnum *Hyberniæ* ſecundum formam chartarum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum *Hyberniæ*.
4. Archiepiſcopi, & 20. Epiſcopi ſubſcripſerunt.

1172. *Abrincenſe in Normannia* ſub Alexand. III. quo Henricus Rex *Angliæ*, à ſacrilega nece S. Thomæ *Cantuarienſis* antea per Legatos abſolutus, ſecundo abſoluitur, & iuratò promittit, quæ iam antè promiſerat; iurauit etiam, quod ab inſtante natiuitate vſque in triennium Crucem acciperet in proxima ſequenti æſtate, in propria perſona *Ieroſolymam* iturus, niſi remanſerit per Alexandrum ſummum Pontificem, vel per Catholicos ſucceſſores eius.
Item decreta per Legatos Apoſtolicos conſtituta, quæ mores Eccleſiæ concernunt, promulgantur.
12. Canones ſanciti ſunt.
Albertus, Theodinus presbyteri Cardinales præfuerunt.
Rosfrodus *Rothomagenſis* Archiepiſcopus ſubſc.

1175. *Londonenſe apud VVeſtmonaſterium* ſub Alexand. III. quo 18. Canonibus conſtitutis, Iudicata eſt cauſa Richardi *Cantuarien.* & *Eboracenſis* Epiſcoporum; Clerici autem Rogerij *Eboracenſ.* Archiepiſcopi, ex parte ipſius *Cantuarienſem* Archiepiſcopum appellauerunt ad Romani Pontificis præſentiam; *Cantuarienſis* conuenit Godefridum Epiſcopũ *Eccleſiæ S. Aſaf*, vt in vi obedientiæ, ad Sedem propriam rediret, vel curam paſtoralem liberè & abſolutè reſignaret, qui nullo cogente Epiſcopatum reſignauit in manu *Cantuarienſ.* liberè & abſolutè tradens illi annulum, & baculum paſtoralem.

1176. *Gallicanum* non procul *Albiga & Toloſa* ſub Alexand. III. quo, damnati ſunt *Albigenſes* hæretici qui ſe appellari faciebant *bonos homines*, non recipiebant vetus Teſtamentum neque Doctores noui Teſtamenti, ſed tantummodo nouum Teſtamẽtum, dicentes etiam quod non debebant iurare omnino aliquod iuramentum.
Albericus *Albienſis*, Gilebertus *Lugdunenſ.*
Gozelinus *Lodouenſis*, Gozelinus *Toloſanus.*
Petrus *Narbonenſis.*
A. *Nemauſenſ.* R. *Agathenſis.*

1177. *Venetum*, quo Alexand. III. & Fœdericus Imperator reconciliantur, poſt ſchiſma 19. annorũ, & trium pſeudopontificum ſibi ſuccedẽtium, Octauiani, qui Victor vocabantur, Guidonis de Crema qui Paſchalis, Ioannis Abbatis *Strumæ*, qui Calixtus, & hic cum ſuis, quos ordinauerat, deponitur; pax item ab Imperatore data eſt Regi *Siciliæ* vſque ad annos 15. & treuga Lombardis vſque ad annos 6. omnes autem qui pacem turbare vellent, vel treguas infringerent, niſi requiſiti, iuſta 40. dies, & commoniti ſatisfecerint, excommunicarentur.
In ſchiſmaticos vero qui nondum reſipuerant, quouſque non ſatisfecerent, anathematis ſententia innouatur.
23. Cardinales ex parte Papæ.
6. Epiſcopi ex parte Imperatoris ſubſcripſ.
Chriſtianus *Moguntinus* Arnoldus *Treuirenſ.*
Petrus *Pictauienſ.* Philippus *Colonienſ.*
VVeremundus *Magdeburg.*
Biſuntinus & alij.

*1179. *Pariſienſe* ſub Alexandro III. de obiectis, Petro *Lombardo* nuper Epiſcopo, erroribus.

1179. *LATERANENSE* III. Oecumenicum ſeu *VNIVERSALE* XI. ſub Alexand. III. pro reformanda in fide & moribus Eccleſia, contra hæreſes *Catharorum* (quos *Valdenſes* & *Albigenſes* alij appellant) quorum præcipuæ fuerunt Romano Pont. non eſſe obediendum, eius decreta nullius eſſe momenti, à iudicio ſanguinis ſimpliciter omnibus eſſe abſtinendum, laicos iuſtos conſecrare, & abſoluere poſſe, Sacerdotes impios poteſtatem conſecrandi, & abſoluendi amittere; ſemel tantum in anno, idque in cœna Domini, abſque forma verborum (*hoc eſt corpus meum*) dicendo ſepties Pater noſter, & benedicendo panem & vinum, conſecrabant, Indulgentias per Prælatos Eccleſiæ datas irridebant, pur-

gatorium, sanctorum inuocationem, & miracula in Ecclesia fieri posse negabant, tres tantum ordines Diaconatum, Presbyterarum & Episcopatum ad mittebant, dies festos, ieiunia Ecclesiæ, salutationē Angelicam, & symbolum Apostolorum contemnebant; vtente carnis libidine, omnem carnalem commixtionem licitam esse; perfectos manibus laborare non debere, omneque iuramentum protsus illicitum esse docebant, &c.

Scriptum Petri *Lombardi* Episc. *Parisiens.* quo malè sensit de Christi humanitate, dicens quod Christus secund. quod est homo non est aliquid, damnatū est.

Omnes ordinationes, à schismaticis Pontificibus habitę, rescissæ sunt; Episcopi *Germaniæ*, & aliis schismaticis post schisma abiuratum, veniam impetrarunt; Archiepiscopi pallia accepta à schismaticis abiecerunt, & noua ab Alesand. seu eius Legatis receperunt. Bertholdi in *Bremensem* Episcopatum electio infra sacros ordines facta, irritata est.

Ioannes dictus *Calixtus* pseudopapa cessit, & factus est Episcopus *Beneuentanus*.

300. Episcopi subscripserunt.

Ipse Papa in Lateranensi Ecclesia, in eminentiori loco cum Cardinalibus suis, & Præfectis & Senatoribus, & Consulibus vrbis constitutus erat.

Artusi s *Gebennensis*, Guillelmus *Tyrius*.

Guillel. *Rhemens.* factus Cardin. ad tit. S. Sabinæ.

Henric. Abbas *Claraualens.* factus Cardinalis Episcopus *Albanens.*

* 1180. *Lancicionse in Polonia maiori*, quo, barbaræ rapinæ proscriptæ sunt, & decreta per Legatos Casimiri Principis Alexand. III. confirmanda transmissa sunt.

1186. *Parisiense* sub Vrbano III. pro expaditione contra Turcas suscipienda præsente Philippo Augusto *Galliarum* Rege, Pertus de *Corbolio Senonensis* Archiepiscopus præfuit.

1188. *Anglicanum apud Gaingtinton* sub Clem. III. de cruce accipienda, & decimis Saladinis Regi soluendis.

1128. *Parisiense* sub Clemente III. quo, ad bellum contra Saladinum *Turcarum* Regem, concessæ sunt, ex Ecclesiasticis prouentibus, decimę Saladinæ.

* 1188. *Lancicienfe* II. *in Polonia* sub Clement. III. quo Pontifex, missu Legato, colligi fecit decimas ab Episcopis, & Sacerdotibus pro expeditione contra Saladinum.

Zdislao Archipiescopo concedente.

1194 *Eboracense in Anglia* sub Celestino III. pro reformandis Ecclesiæ moribus.

19. Canones sanciti sunt.

Hubertus *Cantuariensis* Apost Sedis Legat. præfuit.

* 1197. *Senonense* sub Inoocent. III. de nuptiis Philippi Regis cum maria, seu Agnete Ducis *Morania ad Athesim* filia; & contra Nouos hæreticos qui dicebantur *Populicani*.

Petrus Diaconus Cardinalis, Sedis Apostol. Legatus præfuit.

1197. *Diuionense in Burgundia* sub Celestino III. contra Philippum Regem *Franciæ*, ob repudiatam vxorem, ac aliam ductam, toti autem *Franciæ* sacris clam interdictum est.

Petrus *Duacens.* Legatus Sedis Apostol. præfuit.

* 11,7. *Lancicienfe* III *in Polonia* sub Celestino III. contra Sacerdotes concubinatios, & pro matrimoniis in Ecclesia celebrandis.

Petrus Diaconus Cardinalis, Legatus Apost. præf.

1199. *In Dalmatia & Diocria Regnis* sub Innoc. III. in causa reformandæ Ecclesiæ disciplinæ.

12. Canones sanciti sunt.

7. Episcopi subscripserunt.

Ioann. Innocent. Capellanus, Simon Subdiaconus Sedis Apostolicæ Legati præfuerunt.

1200. *Londonense Apud VVestmonasterium* sub Innocent. III. contra prohibitionem Gaufridi Comitis *de Essexe* tunc temporis summi Iustitiarij *Angliæ* pro reformatione Ecclesiæ *Anglicanæ*.

14. Canones sanciti sunt.

Hubertus *Cantuariensis* Archiepiscopus præfuit.

* 1201. *Suessionense* sub Innocent. III. in quo Rex Philippus rediit in gratiam cum Gerberga vxore sua *Daniæ* Ducis filia.

* 1201. *Parisiense* sub Innocent. III. in quo damnatus Ebraudus hæreticus.

1203. *In Scotia* sub Innocent. III. de initio celebritatis Dominicæ, ab hora nona Sabbati vsque ad Solem surgentem diei lunæ, occasione Eustachij Abbatis *de Flay* qui prædicans in Anglia, dicebat hoc mandatum subscriptum de obseruatione diei Dominicæ venisse de cœlo in Ierusalem, & inuentum super altare S. Simeonis quod est in *Golgotha*.

* 1207. *Incerti loci in Narbonensi prouincia* sob Innocent. III. pro conuersione Albigensium; Legat. Sedis Apostolicæ cum 12. Abbatibus *Cistertiensis* ordin. à Papa missus.

* 1208. *Montiliense* sub Innocent. III. in causa Raymundi Comitis *Tolotani* Albigensium Patroni.

Milo Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

1210. *Romanum* quo Otto IV. Imperator per Innocent. III. Imperio deponitur, eo quod, postquam ab ipso Papa Romæ coronatus fuisset, contra ipsius voluntatem, *Tusciam & Marchiam* peragrando, *Faliscos*, & *Flaminiam* inuadendo, plura etiam oppida *in Appulia* cepisset, *Siciliamque* suæ ditioni adiecisset, quæ omnia sunt feuda Ecclesiæ; eaque depositione per Suffridum *Mogunt.* Archiepiscopum denunciata, electores Imperij *Francofordiæ* 13. die Decemb. Frideric Regem *Siciliæ* eidem in Imperio subrogarunt.

1210. *Parisiense* sub Inn. III. contra Amaricum de *Bona villa territorij Carnotensis* eiusque Sectatores.

Petrus *Pariens.* Episcopus præfuit.

1210. *Auenionense* sub Innocent. III. in quo iudicio Patrum *Tolosatibus* sacrificio interdictum quod hæreticos vrbe sua non expulissent.

Milo Legatus Sedis Apostolicæ præfuit, & paulo post fato functus.

* 1210. *Apud S. Ægidium* sub Innoc. III. in quo Raymundus *Tolosæ* Comes excommunicatus denunciatur.

Thedisius, Milonis in legatione socios præfuit.

* 1212. *Parisiense* sub Innocent. III. pro correctione morum extirpatione abusuum, restitutione disciplina Ecclesiasticæ.

Robertus de *Corciene Anglus* Sedis Apostolicæ Legatus præfuit.

1213. *Lauaurense prope Tolosam* sub Innoc. III. in causa Petri *Aragoniæ* Regis, Comitem *Tolosanum* affinem suum protegentis, cui cum Legatus sub censuris imperasset, vt à protectione, defensione, communioneque hæreticorum abstineret, noluit obedire, Arnald *Narbonens* Legat. Apost. præfuit.

Guillel. *Biterrens.* subscrips.

1214. *Londonense* sub Innoc. III. quo Ioan. Rex *Angliæ* ab interdicto excommunicationis, & depositionis absoluitur quibus à Papa innodatus fuerat per 6. ann. mens. 3. dies 14. restitutione facta circa inuasionem

nasionem bonorum Ecclesiæ & reuocationem ab exilio Ecclesiasticorum.
Nicolaus *Tusculan.* Episcopus Legatus Sedis Apost. præfuit.

1215. *Apud montem Pessulanum* sub Innocent. III. quo Simoni *Monfortiano* Comiti, *Tolosan.* Comitatus (ex quo Albigenses hæreticos eiecerat) datus fuit.
5. Archiepiscopi, 28. Episcopi. ac multi Abbates Religiosi, Barones, & nobiles interfuerunt.
Petrus *Beneuentan.* Cardinal. Legat. Apostol. præfuit, Bernardus *Ebredunem* subsc.

* 1215. *LATERANENSE* IV. Oecumenicum seu *VNIVERSALE* XII. in Ecclesia S. Saluatoris, quæ *Constaniana* appellatur sub Innoc. III. pro Ecclesia in fide & moribus reformanda, contra Albigens. & Almarici hęreses, & Abbatis Ioachimi errores, & pro terra sancta à Turcis recuperanda Almaricus *Carnotensis*, Doctor Parisiensis, docebat quosque Christianos membra Christi corporis esse, & dum à Iudæis Christus pateretur, vnà cum ipso dolorem atque afflictionem perpessos fuisse; negabat autem generationem filiorum, aut distinctionem sexuum in paradisę futuram, nisi Adam peccasset, non aliter esse corpus Christi in pane altaris, quam in alio panè, & in alia qualibet re, thurificationem qua Ecclesia vtitur Idololatriam vocabat, negabat resurrectionem corporum paradisum, infernum, & Idæarum in mente diuina æternitatem, damnatus autem in hoc Concilio, postea Iussu Philippi *Gallorum* Regis exhumatus exustusque est.
Libellus Abbatis Ioachim quem contra Petrum *Lombardum* Episcopum *Parisiensem* de vnitate sanctissimæ Trinitatis scripserat, damnatus est, non tamen Ioachim vt hæreticus, sed vt errans damnatus est.
Sententia suspensionis ab Episcopo *VVintoniensi*, auctoritate Apostolica, in Stephanum *Cantuariens.* prolata confirmata est, electio Simonis de *Langetona* in Episcopum *Eboracens.* contra prohibitionem summi Pontif. facta, cassata est.
Comitatus Tholosanus Simoni Montfortensi Comiti datus est.
70. Canones sanciti sunt
2. Patriarchæ *Constantinop.* & *Ierosolymit.* interfuerunt alij duo per Legatos, 72. Archiepiscopi, 339. Episcopi subscrips. 800. Abbates, Decani & Priores Conuentuales, summa omnium Patrum 2282,
Patriarcha *Maronitarum* interfuit, relictisque *Monothelitarum* erroribus ad fidem Catholicam accessit.

1216. *Melodunense* sub Innocent. III. occasione defectionis Anglorum à Ioanne Rege sine terra, & propter excommunicationem in Philippum Augustum latam.
Petrus *Senonens.* Archiepiscopus præfuit.

1222. *Oxoniense* sub Honorio III. pro reformanda Ecclesia *Anglicana.*
60. Canones sanciti sunt:
In hoc Synodo pseudochristus, qui se Christum esse venisseque, vt errores qui in Clero & populo grassabantur emandaret, audebat asserere, & signa quædam quasi Christi crucifixi manibus pedibus lateque impressa ostendebat, vt vanus & perfidus nebulo cum hermafrodito quodam assecla, in Crucem sublatus est, Diaconus etiam quidam desacratus, flammisque exustus est, quod ad Iudaicam perfidiam nefariè profugisset.
Stephanus *de Langetona Cantuariens.* Archiepiscopus præfuit.

1225. *Germanicum* sub Honorio III. contra simoniacos, & concubinarios Clericos.
14. Canones sanciti sunt.
Conradus Cardinalis *Portuensis* Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

* 1225. *Biturricense* II. sub Honorio III. pro disciplina Ecclesiastica, cumque Legatus Apost. expeteret in singulis Cathedralibus Ecclesiis duas præbendas Romanæ Curiæ applicari, non obtinuit.
Romanus Cardinalis Sedis Apostolicæ Legat. præfuit.
100. circiter Episcopi subscripserunt.

1225. *Parisiense* sub Honorio III. contra Albigenses.
Petrus & Romanus Cardinales Legati præfuerunt.

* 1226. *Fuxense apud S. Ioannem de Virginibus* sub Honorio III. ad absoluendum, ab Albigensium hæresi, Bernardum *Rogerium Fuxentium* Comitem, Romanus Cardinalis Apostolicæ Legatus præfuit.

1226. *VVestmonasteriense in Anglia* sub Honorio III. in causa Romani Pontif. duarum præbendarum obuentiones suæ Curiæ assignari petentis, quæ obuentiones dilatæ sunt, vsquequo viderent qualiter cætera Regna, erga tales se haberent exactiones.
Stephanus *Cantuariens.* præfuit.

1228. *Tolosanum* sub Gregorio IX. contra hæreticos Albigenses. 16. Canones sanciti sunt.
Romanus Cardinalis Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

* 1228. *Aransicanum* sub Gregorio IX. de pœnitentiis aduersus suspectos de hæresi.
Romanus Legatus Sedis Apostolicæ præfuit,

* 1231. *Sanquintinianum & Landuni continuatum* sub Gregorio IX. in causa Milonis Episcopi *Beluacensis*, à ministris Regis Ludouici; seu Iudicibus *Bellnacensibus* vexati.
Henricus *de Branna Rhemensis* Archiepiscopus præfuit.

1234. *Romanum* sub Gregorio IX. pro expeditione in terram sanctam suscipienda, quæ decreta est, & Theodricus Archiepiscop. *Rauennas* huic sacro negotio præpositus fuit, cum potestate Legati à latere.
Constantinop. Antiochenus, & *Ierosolymitanus* Patriarchæ cum Friderico Imperatore interfuerunt.

* 1235. *Narbonense* sub Gregorio IX. pro iuuandis fratribus Prædicatoribus Inquisitoribus.
Petrus *Amelius Narbonensis* Archiepiscopus præfuit.

1237. *Londinense* sub Gregorio IX. pro reformanda Ecclesia *Anglicana.*
31. Canones editi sunt.
Otto Diacon. Cardin. Sedis Apostolicæ Legatus præfuit.

1238. *Campinacense Cognac en Angoumois* sub Gregorio IX. pro reformatione morum, Immunitate, & disciplina Ecclesiastica.
Gerardus *Burdegalens.* Archiep. præfuit.

1239. *Sanquintinianum* sub Gregorio IX. propter libertates Ecclesiæ.
Henricus *de Brenna Rhemens.* Archiepiscopus præfuit.

* 1240. *Lanciciense* IV. *in Polonia* sub Gregor. IX. in quo Conradus *Masoniæ* Dux de admisso scelere nimirum homicidio, iussu & arbitratu Fulconis Archiepiscopi *Gnesnensis* satisfecit.

1241. *Tarraconense* sub Celestino IV. ob Valdenses hæreticos in Regnum *Aragoniæ* irrumpentes, &

quomodo

præsens *Tranensem* Episcopum de Cardinalatus throno deposuit.

1059. *Parisiense* sub Nicolao II. Quo Philippus Henrici Regis Francorum filius, regnante & præsente Patre, titulo Regio condecoratur, & solemni ritu coronatur.

22. Episcopi subscripserunt.
VVillelmus *Rotomensis* Archiep. præfuit.

1060. *Iaccitanum in Hispania* sub Nicol. II. pro disciplina Ecclesiastica, & pro sacris ritibus; Episcopatus, qui Oscæ erat, in Iaccam translatus est.

9. Episcopi subscripserunt.
Arnulphus *Rotensis* Episcopus.
Austindus *Anxitanus*, Heraclius *Bigerrinensis*, Stephanus *Olerensis*.

1062. *In Osborio Germaniæ* loco sub Alexand. II. quo, in præsentia Regis, post habitam disputationem Defensoris Romanæ Ecclesiæ cum Regio aduocato; Cadalous pseudopapa omnium acclamatione est condemnatus, & Alexandri legitima facta electio, est confirmata S. Anno Coloniens. Archiep. indixit, & præfuit

1062. *Arragonense apud S. Ioannem Rupensem* sub Alexandro II. quid in eo statutum sit non inuenitur, nisi vt Arragonij Episcopi sumerentur ex Monasterio S. Ioan. quod anteà, per Regem Sancium fuerat institutum.

* 1063. *Cabilonense* sub Alexandro II pro disciplina Ecclesiastica, sed præcipuè pro defensione priuilegiorum, & exemptionis Monasterij Cluniacensis, contra Drogonum Episcopum *Matisconensem*, conantem illud sibi vendicare, ac Monachos resistentes excommunicare, qui Drogo, indicto Cōcilio postquam iurasset se ignorasse dicta priuilegia à summis Pontificibus Monasterio Cluniacensi cōcessa, prostratus veniam petiit, seseque peccasse confessus, 7. dierum pœnitentiam in pane & aqua ieiunaturus accepit.

Petrus Damiani *Ostiens.* Episcopus, & Cardin. Legat. Sedis Apostolicæ præfuit.

1063. *Romanum* I. sub Alexand. II. occasione Petri *Florentini* Episcopi de hæresi, & simonia accusati (qui Episcopali honore priuatur) aduersus Simoniacos.

12. Canones sanciti sunt.
100. Et amplius Episcopi subsc.

1064. *Mantuanum* sub Alexand. II. quo, Cadalous pseudopapa iterùm condemnatur, & Alexander à criminibus sibi obiectis expurgatur, defenditur, & absoluitur.

Anno *Coloniens.* Episcopus.
Petrus Damiani *Ostiens.* Episcopus.

1064. *Barcinonense* sub Alexandro II. quo leges Gotticæ quibus Catalauni vtebantur, planè sunt abrogatæ, nouæque sancitæ sunt, vt autem ritus Gottici in sacris adhiberi soliti abrogarentur, Legatus ab illis obtinere nō potuit, nec cogere voluit, cùm iidem in Conc. Mantuano Catholici cogniti fuissent, Alexander Papa tanquam Germanus Pontifex est receptus, Cadalous autem, communibus omnium votis, est condemnatus.

Hugo Cardinalis vice Papæ præfuit.

1065. *Romanum* II. sub Alexand. II. contra incestuosorum hæresim à quibusdam Iureconsultis excitatam, atque defensam, qui auctoritate Iustiniani Imperat. eadem ratione qua in successionibus gradus consanguinitatis numerandos esse docebant, dicentes fratres in II. gradu esse numerandos, filios eorum in quatro nepotes in 6.

1065. *Romanum* III. sub Alexand. II. quo, iidem incestuosi hæretici, excommunicantur.

* 1068. *Tolosanum* sub Alexand. II. pro disciplina Ecclesiastica, aliisque negotiis.

11. Episcopi, & 8. Abbates subscripserunt.
Hugo *Candidus* Cardinalis Legatus præfuit.
Aymo *Bituricensis*.
Guillelmus *Auscens.* Archiepiscopi.
Bernardus *Aquensis*, Bernardus *Coseranens.*
Durannus *Tolosanus*, Geraldus *Caturcens.*
Godemarus *Santonens.* Gregorius *Lascorens.*
Guillelmus *Conuenìens.* Petrus *Adurens.*
Raymundus *Lectorens.*

1069. *Moguntinum* sub Alexand. II. in causa Henrici IV. Regis, volentis Bertam vxorem, quam antè biennium duxerat, repudiare, superueniens tamen Petrus Damiani Legatus Sedis Apostol. repudium prohibuit.

Siffridus I. *Moguntinus* Archiepiscopus præfuit.

1070. *VVintoniense* sub Alexand. II. quo Stigandus *Cantuariens.* Ecclesiæ inuasor deponitur, aliique Episcopi, & Abbates deponuntur.

Hermenfredus *Sedunensis* Episcopus, Ioannes, & Petrus Presbyteri Cardinales, Legati Sedis Apost. præfuerunt.

* 1070. *VVindesborense in Anglia* sub Alexand. II. quo multi Episcopi & Abbates, procurante Rege VVillelmo qui interfuit, deponuntur.

Hermenfredus *Sedunens.* Episcopus Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

1070. *Moguntinum* II. sub Alexand. II. in causa Caroli *Constantiens.* Episcopi, quem Clerici eiusdem Eccles. ob crimen simoniæ, & sacrilegij Sede deponi vrgebant, qui tandem Episcopatu deiectus est.

Siffridus *Moguntinus* Archiep. præfuit.

1072. *Anglicanum* sub Alexand. II. in causa primatus *Cantuariensis* super *Eboracensem*, qui Cantuariensi adiudicatus est.

* 1072. *Cabilonense* sub Alexand. II. de exemptione Monasterij Cluniacensis, cui tùm præerat S. Hugo.

* 1072. *Rothomagense* sub Alexand. II. de fide sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & SS. Patrum institutis seruandis, Pastorum incuria neglectis.

21. Canones sanciti sunt.
6. Episcopi subscripserunt.
Ioan. *Rothomagens.* Archiepiscopus præfuit.
Gislebertus *Ebroicens.* Hugo *Lexoniensis*.
Michael *Abrincatensis*, Odo *Baiocensis*.
Robertus *Saiensis*.

* 1073. *Burdegalense* sub Gregorio VII. apud S. Maxentium, aduersus Berengarij Fautores.

Ioscelinus seu Gostlinus *Burdegalens.* Archiepiscopus præfuit.

1074. *Romanum* I. sub Gregorio VII. pro reformando Ecclesiæ statu; præcipuè circa Clericorum continentiam, post hæc diuersorum Abbatum, & Episcoporum causæ cognitæ sunt, & diiudicatæ; Canonici Lucenses de conspiratione, & insidiis suo Episcopo Anselmo instructis conuicti, iuxta Canones, Curiæ traditi fuerunt, Guiscardus Dux *Apuliæ* cum omnibus Fautoribus suis excommunicatur quousque resipisceret.

Guillelmus *Bellouacens.* Episcopus interfuit.

1074. *Apud S. Genesium prope Lucam* sub Gregorio VII. in causa S. Anselmi Episcopi Lucensis, contra Lucenses Canonicos conspiratores, qui excommunicantur. Petrus Igneus *Albanensis* Episcopus, vice Papæ præfuit.

1074 Ro

1074. *Romanum* II. sub Gregorio VII. 23. Aprilis, pro reformanda Ecclesia. Varij Episcopi excommunicantur; Robertus Dux *Apuliæ* iam anathematizatus, & Robertus *de Loritello* Inuasores bonorum S. Petri excommunicantur. 5. de familia Reges Teutonicorum, quorum consilio Ecclesiæ vendebantur, à liminibus Ecclesiæ separantur, itaut si ab indè, vsque ad Kal. Iulij, Romam non venirent, & satisfacerent, excommunicati haberentur. Philippus Rex *Francorum* si nuncijs Papæ ad Gallias ituris de satisfactione sua, & emendatione securitatem non faceret, haberetur excommunicatus.

1075. *Moguntinum* sub Gregorio VII quo Romanæ Synodi decretum contra Clericos concubinarios, & simoniacos (inutiliter tamen) est promulgatum.

Sigfridus *Moguntinus* iussu Papæ præfuit.

1075. *Anglicanum* sub Gregor. VII. pro reformandis Ecclesiasticis constitutionibus, & moribus Ecclesiæ.

14. Episcopi subscripserunt.

Lanfrancus *Doroberneus*. Episcopus indixit, & præfuit.

1076. *Romanum* III. sub Gregorio VII. quo Henricus Rex *Germaniæ*, Sigefridus *Moguntinus*, VVilhelmus *Traiectensis*, & Robertus *Bambergens*. Episcopi, omnesquisque qui Conciliabulo VVormatiensi interfuerant, excommunicantur. Ottonem *Constantiens*. Ottonem *Ratisponens*. Burchardum *Losanensem* Episcopos, Eberardum Comitem, Vdalricum & alios nonnullos, quibus Rex potissimum consiliariis vtebatur, iam pridem excommunicauerat Pontifex.

110. Episcopi interfuere.

* 1076. *Triburiense* sub Gregorio VII. pro depositione Henrici IV. *Germaniæ* Regis, qui tamen frequentibus missis Triburiam Legationibus omnimodam pollicitus est emendationem.

Sigehardus Patriarcha *Aquileiens*. Alcmannus Episcopus *Pataviensis* Legati Sedis Apostolicæ præfuerunt.

1078. *Romanum* IV. sub Gregorio VII. quo Guibertus *Rauennat*. Theodaldus *Mediolanens*. aliique Episcopi simoniaci excommunicantur, Hugo Cardinalis S. Clementis iterùm ab Apostolica Sede damnatus, eo quod aspirator & Socius factus Cadaloi *Parmensis* Episcopi schismatici, & quod hæreticis & simoniacis, & ab Apostol. Sede damnatis se coniunxerit, iterùm damnatur. Item quidam Principes vexantes Ecclesias, & inuadentes terram S. Petri, occupantes etiam bona naufragantium excommunicantur.

100. Ferè Episcopi interfuere.

1068. *Romanum* V. sub Gregorio VII. pro restauratione S. Ecclesiæ. 13. Canones sanciti sunt. Nicephorus *Boteniates* Imperij *Constantinop*. Inuasor, excommunicantur, item accipientes inuestituram Ecclesiæ à Laicis; repetitæ etiam excommunicationes præcedentium Conciliorum.

1079. *Romanum* VI. sub Gregorio VII. quo Berengarius, sæpè ad pœnitentiam vocatus sæpiusque relapsus hæresim abiurauit, fidemque Catholicam professus est.

* 1079. *Burdegalense* sub Gregorio VII. contra Berengarium.

Amatus *Oleronens*. Episcopus, Hugo *Diensis* Episcopus Legati Sedis Apost. præfuerunt.

1079. *Britannicum* sub Gregorio VII. ad falsam pœnitentiam proscribendam, qua hactenus populus seducebatur, dum absque aliqua peccatorum emendatione peccantes, in iisdem peccatis perseuerantes absoluebantur.

Amatus *Olorensis* Episcopus Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

* 1080. *Santonense* sub Gregor. VII. pro disciplina Ecclesiastica.

Amatus *Oleronensis*, Hugo *Diensis* Legati Sedis Apostolicæ præfuerunt.

Guarmundus *Viennens*. Ioscelinus *Burdegalens*.

Richardus *Bituricens*. Rodulphus *Turonens*.

1080. *Romanum* VII. sub Gregor. VII. quo Regnum *Germaniæ* Henrico abrogatum, collatum fuit Rudolpho, ea constitutione addita, ne deinceps inuestitu æ beneficiorum à Laicis conferantur, vel recipiantur, Coronæ quam ex hoc Conc. Gregorius ad Rudolphum misit esse versus inscriptus est.

Petra dedit Petro, Petrus Diadema Rodulpho.

Item controuersia antiqua inter *Turonensem*, & *Dolensem* Ecclesias ventilata est, nec tamen definita, deque iuribus *Lemouicens*. Ecclesiæ super duo Monasteria à *Dolensibus* Monachis vsurpatis, vsque aliis à *Rhemensi* Archiepiscopo occupatus actum est.

6. Canones sanciti sunt.

* 1080. *Illebonense* (*l'Islebonne in Diœcesi Rothomagensi*) pro disciplina Ecclesiastica, sub Gregorio VII.

4. Canones sanciti sunt.

Guillelmus *Rothomagens*. Archiepiscopus præfuit.

* 1080. *Lingonense* sub eodem aduersus inuestituras Laicorum; Hugo *Diens*. Sedis Apostolicæ Legatus præfuit.

1080. *Senonense* sub eodem in quo depositus est *Niuernens*. Episcopus, Hugo *Diens*. Sedis Apostolicæ Legat. præfuit.

1080. *Lugdunense* sub Gregor. VII. quo Manasses *Rhemens*. Sedis Inuasor damnatus, & de throno depositus est.

Hugo *Diens*. Episcopus Sedis Apostolicæ Legatus præfuit.

1080. *Auenionense* sub Gregorio VII. in quo S. Hugo *Gratianopol*. Episcopus creatur.

Hugo *Diens*. Episcopus Sedis Apostolicæ Legatus præfuit.

1080. *Meldense* sub Greg. VII, quo Vrsione *Suessionens*. Episcopo amoto S. Arnulphus creatus est.

Hugo *Diensis* Episcopus, Legat. Sedis Apostolicæ præfuit.

1081. *Romanum* VIII. sub Gregorio VII. in causa Henrici Regis ac Episcoporum quorumdam qui omnes excommunicantur *Arelatens*. & *Narbonens*. Episcopi deponuntur.

* 1081. *Exolduneuse* (*Issodun*) apud Bituricas sub Gregor. VII. de controuersiis ad *Dolensem* Abbatiam spectantibus.

Hugo *Diensis* Legatus Sedis Apost. præfuit.

1083. *Romanum* IX. petente Henrico Imperatore, à Gregorio VII. indictum, tribus diebus in Lateranensi Basilica celebratum, sed nihil de re ob quam celebrari debuerat, ob pressuras Henrici peractum.

1084. *Romanum* X. sub Gregor. VII. quo Guibertus Antipapa, & hæresiarcha, atque Henricus pseudo Imperator. cum omnibus suis fautoribus excommunicantur; hanc sententiam Legati Sedis Apost. Videlicet Petrus *Albanensis* Episcop. *in Francia*. Otto *Ostiensis* Episcopus *in terra Teutonicorum*, vsque quaque diuulgarunt.

* 1085. *Rhemense* sub Gregor. VII. in quo probabatis dicitur Monasterij S. Cornelij *Compendiensis ad Isaram* exemptio à Iurisdictione *Suessionens*. Episcopi. Richardus *Metropolit*. præfuit.

1085. *Quin*

1099. *Ierosolymitanum* sub Vrbano II. quo, pulso Arnulpho homine nefario, & Sedis *Ierosolym.* Inuasore, Theobertus *Pisanus* Archiepiscopus Sedis Apostolicæ Legatus ei subrogatus est.

1100. *Pictauense* sub Paschali II. in causa Philippi *Francorum* Regis, qui cùm (Vrbano defuncto) ad vomitum rediisset, excommunicatione, aliisque censuris admonitus, vt Bertrandam adulteram à se ablegaret, decreto paruit.

11. Canones sanciti sunt.

Ioannes & Petrus Legati Apostolici & Cardinales præfuerunt.

1102. *Lateranense* seu Roman. I. sub Paschali II. contra Henric. IV. Regem *Germaniæ*, qui cùm, iuxta placitum, Romam non venisset, nec nuncia, dignitati Apostolicæ subiectionem profitentia, misisset, alterumque Papam eligere conatus fuisset, excommunicatus est. Sennen Archiepiscopus *Capuanus* à *Cassinatibus* Monachis sacrilegij accusatus, sententiam subiit ac satisfecit.

1102. *Londinense* I. sub Paschali II. quo, plures iocontinentes Clerici depositi sunt, 5. autem Abbates, ac Episcopi *in Cantia* ordinati sunt.

1102. *Londinense* II. sub Pasch. II. pro reformatione Ecclesiæ.

28. Canones sanciti sunt.

S. Anselmus *Cantuariens.* Archiepiscopus præfuit.

1104. *Trecense in Gallia* sub Paschali II. in causa *Siluanectens.* Episcopi de simonia per calumniam accusati, Gudefridus, ex Abbate, creatus fuit *Ambianens.* Episcopus.

Richardus *Albanens.* Episcopus Legat. Sedis Apost. præfuit.

*1104. *Balgentiacense in Diœcesi Aurelianensi* sub Paschali II. ad sedandam de nuptiis Regiis controuersiam, absolutio collata fuit Lutetiæ post aliquod tempus.

Richardus Cardinalis Legatus præfuit.

1105. *Florentinum* sub Paschali *II.* contra *Florentinum* Episcopum, docentem iam tùm natum esse Antichristum.

300 Episcopi subscripserunt.

1105. *Quintilineburgense*, seu *Northusense* sub Paschali *II.* pro reformandis Ecclesiæ moribus. Multa circa vnitatem Ecclesiæ ritè disposita sunt, Simoniaca, ac Nicolaitarum hæreses damnatæ sunt.

Henricus filius Henrici IV. contra Patrem rebellans (sub specie Religionis eo quod Pater eius à Romanis Pontificibus excommunicatus esset) summa modestia Concilio Interuenit, ohortisque lachrymis publicè contestatus est, se nulla regnandi cupiditate paternum sibi regimen vsurpare, quinimò ita eius semper pertinaciæ, & Inobedientiæ compassionem exhibiturum, vt si Romano Pontifici, lege Christiana subiici vellet, ipse vel regno cedere, vel seruiliter ei subesse paratus esset.

Vto *Hildinisheimensis*, Henricus *Paderburnens.* ac Fridericus *Halberstatensis* Præsules, vestigiis Metro Metropolitani prostrati, ipsius atque Regis stantis, totiusque præsentis Ecclesiæ testimonio, Apostolicæ se dedetunt obedientiæ, quorum etiam commissa, Apostolico nihilminus Iudicio reseruantur, sub officij tantum suspensione.

Burchardus *Moguntinus* Episcopus præfuit.

1105. *Moguntinum* sub Paschali *II.* quo Henric. VI. Rex *Germaniæ* & 3 Imperator à Clem. *III.* pseudopapa coronatus, Imperio priuatur.

7. Episcopi subscripserunt.

Richardus *Albanensis*, Gebehardus *Constantiens.* Legati Sedis Apostolicæ præfuerunt.

Bruno *Treuirens.* Henricus *Magdeburgens.*

1106. *Guastallense in Longobardia apud Padum fluuium* præsente Paschali *II.* de schismaticis Episcopis, ac Clericis in vnionem Ecclesiæ assumendis, Legati noui Regis Henrici V. à Paschali benignè recepti sunt.

1. Canones sanciti sunt.

1107. *Ierosolymitanum* sub Paschali *II.* quo Ehremaro intruso deposito, Daibertus *Ierosolymitan.* Patriarcha Sedi suæ restitutus est, mortuo tamen Daiberto Massanæ in Sicilia, dum ad Ecclesiam suam rediret cum litteris Paschalis Papæ, Gibelinus *Arelatensis* Archiepiscopus Sedis Apostolicæ Legatus huic Conc. præsidens, omnium consensu Innictus electus est, (malitia, vt creditum est, Arnulphi Archidiaconi omnium eius Ecclesiæ malorum auctoris, vt homo senex & decrepitus in ea Sede viuere diu non posset) Ebremarus autem, considerata multa eius Religione, & mira simplicitate, quodque inuitus in eam Ecclesiam intrusus fuisset, *Cæsariensi* quæ tunc vocabat præfectus est.

1107. *Trecense in Gallia* præsente Paschali *II.* quo simoniaci & laici collatores beneficiorum proscribuntur; Henricus V. eidem se Concilio vicinum, non tamen præsentem, cum nonnullis Episcopis & optimatibus exhibuit, cum quibus etiam, inito Concilio, Legatos ad Apostolicum transmittit, per quos tàm ipsi quàm vniuersæ Synodo potestatem constituendorum Episcoporum priuilegiis Apostolicis, Carolo Imperatori concessam notificarent, indiciæque sibi totum sequentis anni spatium, Romã veniendi, & eamdem causam generali Concilio ventilandi conceduntur. Tunc etiam nonnulli *Germani* Episcopi, eo quod eidem Concilio non Interessent, suspensione mulctati sunt.

VVlgrinus *Carnotens.* Ecclesiæ Cancellarius, Episcopus, à Dolensibus postulatus est.

1108. *Londinense* sub Paschali *II.* de Inuestitura à laicis non accipienda, concedente tamen Archiepiscopo, vt nullus ad Prælationem electus, pro homagio quod Regi faceret, consecratione suscepti honoris priuaretur. 2. Canones sanciti sunt.

S Anselmus *Cantuariens.* Archiep. præfuit.

1108. *Beneuentanum*, præsente Paschali *II.* de inuestitura beneficiorum Ecclesiasticorum à Laicis non sumenda.

1109. *Pictauiense* sub Pasch. *II.* ad reformandos mores Eccles. 16. Canones sanciti sunt.

Ioannes & Benedictus Cardinales Legati Sedis Apostolicæ præfuerunt.

1109. *Rhemense* sub Paschali *II.* in causa Godefredi *Ambianens.* Episcopi, qui redarguit falsitatis Diploma Apostolicum, quod ad suam ipsarum exemptionem à subiectione Episcopi *Ambianens.* ediderant pseudomonachi, dum, appellantes ad Sedem Apost. illinc eumdem traxerunt 3. Episcopum.

1111. *Ierosolymitanum II.* sub Paschali *II.* quo, per Cononem Legatum Apostolicum condemnatus Imperator Henric. V. vel IV. qui Papam ac Cardinales captos, indignè diu tractauerat; eamdem excommunicationem in Græcia, Hungaria, Saxonia, Lotharingia, Francia in 5. Conciliis idem Conon renouando confirmauit.

*1111. *Stampense* sub Paschali *II.* pro disciplina Ecclesiastica.

Daimbertus *Senonensis* Archiepisc. præfuit.

Iuo *Carnotens.* interfuit.

1112. *Lateranense* II. quo, 100. & amplius Episcopis priuilegiũ illud quod de concedendis sibi beneficiorũ Inuestituris, Henric. V. Imperat. à Paschali per vim

extorserat, reuocatur, & in ipsum Imperat. anathematis sententia promulgatur, non à Papa qui iurauerat se nunquam hoc facturum, sed ab Ecclesia iniuriã sui Patris vindicante; Paschalis ne quis de fide ipsius dubitaret, coram omnibus professionem Catholicæ fidei emisit. 11. Archiepiscopi subsc.
114 Episcopi subscrips. 15. Presbyteri, 8. Diaconi Cardinales.
Guido *Viennens.* Archiepiscopus; posteà Callistus Papa subscrips.
Gerardus *Engolimens.*
Bituricens. Archiepiscopus per Legatum.

1112. *Viennense in Gallia* sub Paschali II. quo Henricus Imperat. ob extortas inuestitûras, excommunicatur. 3. Canones sanciti sunt,
Guido *Viennens.* Archiep. Legatus Sedis Apostol.
Godefredus *Ambianens.* pro Legato (quod impeditoris esset linguæ) præfuit. Hugo *Gratianopolit.*

1113. *Beneuentanum* II. præsente Paschali II. in causa *Cassinens.* Monasterij pro Ecclesia S. Mariæ quam Benedictus Abbas *Terræ maioris* inuaserat.

1113. *Apud Pontem de Sorgu, Diœcesis Aueniouensis* sub Paschali II. pro electione Episcopi *Aurasiensis* authoritate summi Pontificis, reluctante licet Episcopo *Tricastrino*, cui pro necessitate temporis, Ecclesia *Aurasiens.* aliquando vnita fuerat, sed cùm eidem ciuitati, & Ecclesiæ tantus populus restitutus esset, Archiepiscopi *Arelatensis* instantia, petente clero ac populo, Paschalis II. concessit, vt proprium haberet Episcopum, assentiente Giraldo Adhemario *Aurasica* Principe.
Richardus *Albanensis* Episcopus, & Cardinales Vicarios Papæ præfuit.
Berengarius Canonicus S. Ruffi fuit electus Episcopus *Aurasiensis.*
Gibilinus Archiepiscopus *Arelatens.* subsc.
Aubertus *Aueniouensis* Episcopus subscripsit.
Leodegarius *Viuariensis* Episcopus subsc.
Lebertus Abbas S. Ruffi Laudauit, firmauit.

1114. *Apud Cyperanum ad ripam fluminis Lyris* præsente Paschali II. in quo *Cassinens.* Monachus, qui inuitus in Monasterium intrusus fuerat. à voto absoluitur, & Guillelm. Dux *Apuliæ* & *Calabriæ* constituitur.
Landulphus *Beneuentanus* Archiepisc. ob quædam crimina deponitur.

1114. *Bellouacense* sub Paschali II. aduersus Henricum Imperatorem, & Thomam de Marna Ecclesias vexantem.
Conon Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.
Radulphus *Rhemens.* Archiepiscopus præfuit.

* 1115. *Rhemense* sub Paschali II. contra laicos vsurpantes Sacerdotiorum inuestituras.
Conon Cardinalis Legatus Sedis Apostolicæ præs.

1115. *Syriacum* sub Paschali II. in causa Arnulphi *Ierosolym.* Patriarch. qui ab *Arausicensi* Episcopo Legato Sedis Apost. propter immundam eius conuersationem deponitur.

1115. *Troianum in Apulia* præsente Paschali II. in causa treguæ diuinæ quæ à Comite Iordano & Comite de Loritello, aliisque Baronibus Apuliæ per spatiũ ann. 3. tenendæ, sacramento firmatur.

* 1116. *Catalaunense* sub Paschali II. aduers. Henricum Imperatorem, eiusque sequaces.
Conon Cardin. Legat. Sed. Apostolicæ præfuit.

1116. *Coloniense* sub Paschali II. ob promulgandam excommunicationem quæ in Henricũ Imp. Romæ prolata erat, authoritate Theodorici Cardinalis, Legati Sedis Apost. qui in itinere obiit congregatum. Missus illuc ab Henrico, Præsul *VVirtzburgensis*, audientiam vel communionem non nisi reconciliatus habere meruit, reuersus post redditã legationẽ ei qui se miserat, denuo communicare renuit; sed vitæ periculo coactus, missam coram Rege celebrauit, indeque vsque ad mortem contristatus, latenter discessit, sicque rursum communioni pristinæ multis lachrymis reconciliatus, vltra Cæsaris aspectu, simul & gratia caruit.

1116. *Lateranense* III. sub Paschali II. quo acta Concilij Lateran. II. in causa priuilegij per vim Henrico concessi, & reuocati, confirmatur, quidquid autem à Conone Cardinali, à Guidone *Viennensi* Episcopo Sedis Apost. Legat. actum est, in variis Conciliis, hoc Conc. probatum & confirmatum est.

1116. *Romanum* sub Paschali II. in causa *Cluniacens.* & *Cassinens.* Monasteriorum, *Cassinensis* autem Abbas (renitente licet Pontio *Cluniacensi* Abbate) Abbas Abbatum dictus est.

* 1118. *Pictauiense* sub Gelasio II. ad Inuitandam & confortandam S. Sepulchri viam.
Sugerius Abbas *S. Dionisij* interfuit.

* 1118. *Suessionense* sub Gelasio II. aduersus Petrum *Abailardum.*
Conon Cardinalis, Legatus Sedis Apostolicæ præf.

1118. *Capuanum* præsente Gelasio II. quo, Henricus V. Rex *Germaniæ* IV. eius nomini Imperator, vnà cum Mauritio *Burdino*, anteà Archiepiscopo Braccarensi (quem superuenientem ex *Hispania*, Imperat. Apostolicæ Sedi imposuerat, ac Gregorium VIII. nominabat) excommunicatus est.

1119. *Coloniense* sub Gelasio II. quo per Cononẽ Episcopum *Prænestinum* Legatum Sedis Sedis Apostolicæ excommunicatio in Henricum Regem ata promulgatur. Northertus posteà *Præmonstratensis* ordinis institutor, tunc nouiter conuersus, in peregrino habitu interfuit, qui ibi ab omnibus in multis accusabatur, de quibus se prudenter excusabat.

1119. *Fridesláriense* sub Gregorio II. contra Henricum Imperatorem.
Conon Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

1119. *Viennense in Gallia* præsente Gelasio II. quid in eo actum fuit, silent omnes.

1119. *Rhemense* à Gelasio *II.* indictum, sed tempore Calixti *II.* eoque præsente celebratum. Contra Henric. Imperat. qui, quod nollet restituere inuestituras Ecclesiæ Romanæ, excommunicatus est. Alexander Thesaurarius qui Episcopatum *Leodiensem* 7. milibus librarum argenti ab Imperatore emerat, depositus, ac Fredericus Archiepiscopus *Coloniensis* in Episcopum *Leodiensem* electus confirmatur.
5. Canones sanciti sunt.
426. Virgæ pastorales subscripserunt,
S. Northbertus *Præmonstratensium* fundator interfuit.

* 1120. *Tolosanum* præsente Calicto *II.* contra quosdam hæreticos.

1120. *Neapolitanum in Samaria* sub Calicto *II.* ad reformandos mores Ecclesiæ.
25. Canones sanciti sunt.
5. Episcopi subscripserunt, 2. Abbates.
Goaremundus *Ierosolymit.* Patriarcha præfuit.
Balduinus *Ierosolymorum* Rex *II.* interfuit.

1122. *LATERANENSE* I. Oecumenicum, seu *VNIVERSALE* IX. sub Calixto *II.* pro pace & concordia inter Ecclesiam & Imperium ineunda: Imperator per Legatos restituit Calixto Pótifici inuestituras quas à Paschali *II.* per vim extorserat (qui à Principib. per baculum, & annulũ fiebãt) relinquens Clericis & Monachis Episcoporum, & Abbatum, electiones; Pontifex vero concessit electis, vt Regalia ab Imperatore acciperent, vt *quæ*

sunt

ſunt Dei Deo, & quæ ſunt Cæſaris Cæſari redderentur; Legati 10 *Germaniam* miſſi ſunt : Burdini acta, poſt eius damnationem, reſciſſa ſunt.
12. Canones ſanciti ſunt.
300. & amplius Epiſcopi ſubſcripſerunt. 426. ſecundum Heſſonem ſcholaſticum ; ſecundum Paudulphum 997. partim Epiſcopi , partim Abbates ad Concilium connenetunt.
Sugerius Abbas interfuit.

*1122. *VVormatienſe* ſub Calixto II. in quo Henricus IV. in manus Legatorum remiſit in perpetuum, omne prætentum Ius Inueſtiturarũ Eccleſiarum, per annulum & baculum, liberamque dimiſit præſulum electionem , & conſecrationem ; & quæcumque bona hactenus ablata Eccleſiæ Romanæ, aliiſque reſtituit ; Legati vero tàm illum, quàm omnes quicumque ab eo ſteriſſent, nomine Calixti Papæ ab excommunicatione abſoluentes in communionem Eccleſiæ reſtituerunt ; eidemque conceſſerunt , vt electiones Epiſcoporum & Abbatum Regni Germanici in præſentia eius abſque vi & ſimonia fierent , & vt, interueniente aliqua inter partes diſcordia, ipſe Metropolitani & Prouincialium conſilio vel iudicio, ſaniori parti aſſenſum, & & auxilium præberet , itemque vt electi tam prædicti Regni quam totius Imperij Regalia ab ipſo per ſceptrum reciperent, exceptis omnibus quæ ad Romanam Eccleſiam pertinere noſcerentur.
Lambertus Oſtienſis Epiſcopus, alij duo Cardinales Legati Sedis Apoſtolicæ à Concilio Lateran. miſſi præfuerunt.

1122. *Romanum* I. ſub Calixto II. quo *Caſsinenſis* Monaſterij Abbas Oderius conſecratur , eiuſdemque Monachi à querela Epiſcoporum abſoluuntur , ac *Caſſinenſe* Cœnobium ab omni mortalium iugo, quietum ſemper ac liberum manere , & ſub ſolius ſanctæ R. Eccleſiæ defenſione perpetuò eſſe decretum eſt.

1123. *Romanum* II. ſub Calixto II. quo, ob reſtitutam in Comitiis *VVormatienſibus* inueſtituram Eccleſiaſticam pax Inter Pontificem & Imperat. inita confirmatur.

1124. *Teleſanum* auctoritate Calixti II. contra quoſdam hæreticos Monachos , in bona & ſacramenta Eccleſiæ blaſphemos, qui plures hæreſes ſecreto & publicè ſeminabant.

1125. *Londonienſe* I. *apud VVeſtmonaſterium* ſub Honorio II. ad reformandos Eccleſiæ mores:
17. Canones ſanciti ſunt.
20. Epiſcopi ſubſcripſerunt. 40. Abbates.
Ioannes *de Crema* Presbyter Cardinalis Legatus Sedis Apoſtolicæ præfuit.

* 1126. *Nannetenſe* ſub Honorio II. contra inceſtas nuptias, ſpurios Sacerdotum filios, & beneficia Eccleſiaſtica , ſucceſſione hæreditaria Inuadentes, aliiſque de cauſis.
Hildebertus *Turonenſ.* Archiepiſcopus præfuit.

1127. *Trecenſe Gallicanum* ſub Honorio II. quo Templariis militibus anno ſuæ inſtitutæ Religionis 9.. vna cu mRegula(quæ conſtat 72. Capitibus) aſſignatus eſt habitus albus , cum cruce de panno rubeo mantello aſſuta.
Matthæus *Albanenſ.* Epiſcopus Cardinalis , Sedis Apoſt. Legatus præfuit.
Goſlenus ſeu Ioſlenus *Sueſſionenſ.* Henricus *Senonẽſ.*
Rainaldus *Rhemenſ.* Rankedus *Carnotenſ.*
Bernardus *Clareual.* Abbas ſcriptor Regulæ.

1127. *Londonienſe II. apud VVeſtmonaſterium* ſub Honorio II. pro reformandis moribus Eccleſiæ.
10. Canones ſanciti ſunt.

Guillelm. *Dorouernenſ.* & *Cantuarienſ.* Archiepiſcopus Legat. Sedis Apoſtolicæ præfuit.

1128. *Rauennatenſe* ſub Honorio II. quo *Aquileienſe* & *Venetiarum* Patriarchæ depoſiti ſunt , qua de cauſa non inuenitur.
Petrus Presbyter Cardinalis, Legatus Sedis Apoſt. præfuit.

1130. *Claromontenſe* præſente Innocent. II. contra Anacletum Inuaſorem Sedis Apoſt. qui condẽnatur.

1130. *Stampenſe* ſub Innocentio II. contra Anacletum Antipapam; auctore autem S. Bernardo Abbate (cui à Rege *Galliæ*, ac omni Concilio negotium Dei impoſitum fuit) Innocentij II. electio probata eſt, & ab omnibus recepta.
S. Hugo *Gratianopolit.* Epiſcopus interfuit.

* 1130. *Ancienſe* ſub Innocent. II. quo Petrus Leonis dictus Anacletus excommunicatur.
S. Hugo *Gratianopolitanus* Epiſcopus interfuit.

1130. *Iotrunum in Diœceſi Meldenſi* ſub Innoc. II. ob S. Thomam *S. Victoris Pariſienſis* Priorem , pro iuſtitia occiſum à Nepotibus Theobaldi Archidiaconi *Pariſienſis*, cuius illicitis, à Presbyteris exactionibus S. Thomas ex parte Domini Stephani *Pariſienſ.* Epiſcopi, reſiſtebat ; ſacrilegi excommunicati ſunt , ab Innocentio autem eſt , vt in quibuſcumque locis præfati ſanguinarij præſentes fuerint, diuina ibi non celebrentur officia , omneſque illis fauentes anathemate percellantur.
Gaudefridus *Carnotenſ.* Epiſcopus , Legat. Sedis Apoſtolicæ præfuit.
Hugo *Rothomagenſ.* Hugo *Thuronenſ.*
Rainaldus *Rhemenſis.*

1131. *Rhemenſe* præſente Innocent. II. quo pſeudo Pontifex Anacletus , vnà cum ſchiſmaticis fautoribus excommunicantur ; Innocentius conſecrauit Ludouicum VII. in *Francorum* Regem, ſucceſſoremque Patris Ludouici craſſi , adhuc viuentis, cætera huius Concilij acta periere.
S. Northertus *Magdeburgenſ.* Epiſcopus ſubſc.
S. Bernardus *Claraeuallenſ.* Abbas.

1131. *Leodienſe* preſente Innocente II. quo , Otto *Halberſtadenſ.* Epiſcopus priſtino honori reſtituitur, & Anacletus condemnatur : Lotharius Rex inſtitit, Epiſcoporum ſibi à Papa reſtitui inueſtituras, Bernardus autem Abbas audacter reſiſtens Regi, verbum malignum mira libertate redarguit mira auctoritate compeſcuit.

1131. *Moguntinum* ſub Innocent. II. in cauſa Brunonis *Argentinenſ.* Epiſcopi, ſuper violentia, intruſione, & conſecratione conuicti , qui Epiſcopatum reſignauit. 8. Epiſcopi ſubſcripſerunt.
Matthæus *Albanenſ.* Epiſcopus Cardinalis , Sedis Apoſtolicæ Legat. præfuit.

1132. Placentinum præſente Innoc. II. aduerſus Anacletum.

1134. *Piſanum* præſente Innoc. II. contra pſeudopap. Anacletum, eiuſque fautores.
Alexander *Leodienſ.* Epiſcopus de ſimonia accuſatus terque vocatus nec comparens deponitur.
Gandefridus *Carnotenſ.* Epiſcopus ſubſc.
S. Bernard, *Claraeuallenſ.* Abbas, Petr. *Cluniacẽſ.* Abb

1138. *Northamtonienſe in Anglia* ſub Innocent. II. pro electione Roberti Archidiaconi in Epiſcopum *Exonienſem* ; & pro electione duorum Abbatum.

1138. *Londonienſe apud VVeſtmonaſterium* ſub Innocent. II. pro variis cauſis.
16. Canones editi ſunt.
17. Epiſcopi ſubſcripſerunt. 30. Abbates.
Albericus *Oſtienſis* Epiſcopus Cardinalis , Legatus Sedis Apoſtolicæ præfuit.

1139. ***LATERANENSE*** Oecumenicum seu ***VNIVERSALE*** X. sub Innocent. II. pro iure Cleri; contra Anacletum, & Victorem, qui ei successit, Antipapas, eorumque Fautores præcipuè Rogerium *Siciliæ* Regem qui excommunicatus est: Damnati sunt etiam Petrus *de Bruis*, & Alnaldus *de Brixia* hæretici.

Petrus *de Bruis* (à quo *Petrobrusciani* sacramentarij) docebat paruulos non baptizandos, cruces conculcandas, nullum esse in Ecclesia sacrificium, non esse inuocandos Sanctos, nec pro mortuis orandum.

Arnaldus de Brixia discipulus Petri Abailardi, docebat, nec Clericos proprietatem, nec Episcopos Regalia, nec Monachos possessiones habentes, aliqua ratione posse saluari, cunctaque hæc Principis esse, ab eiusque beneficentia, in vsum tantum Laicorum cedere oportere; à studio è Galliis in Itailam reuertens, Religiosum habitum, quo amplius decipere posset, induit; vrbem ingressus vt reuocaret antiquum Senatum, cui & summam rerum committeret, rudis populi animis, præ molli dogmate, ad animositatem accensis innumeram multitudinem seduxit, damnatus autem, de Italia fugiens, ad transalpina se contulit, ibique in oppido Alemanniæ *Turego*, officium Doctoris assumens, perniciosum dogma aliquot diebus seminauit.

30. Canones sanciti sunt.

1000. circiter Patres interfuerunt.

1139. *VVintoniense in Anglia* sub Innocent. II. pro immunitate Ecclesiastica, contra Regem *Stephanum*, qui castella Ecclesiæ inuaserat, & nonnullos Episcopos carceribus mancipauerat.

Omnes ferè Episcopi *Angliæ* interfuerunt.

Henricus *Vintoniens.* frater Regis Stephani Legatus Apostolicus præfuit.

1139. *Suessionense* sub Innocent. II. contra Petrum *Abailardum Britannum* qui (scribens de Sancta Trinitate) dicebat, sicut eadem oratio est propositio, assumptio, & conclusio, ita eadem essentia est Pater & Filius & Spiritus Sanctus, Sabellianus hæreticus iudicatus, libros quos ediderat propria manu ab Episcopis igni dare coactus est.

Conon S.R.E. Legatus præfuit.

Guillelmus *Catalaunens.* Episcopus.

Roduiphus *Rhemensis.*

1140. *Senonense* sub Innocent. II. contra eumdem Abailardum, de quo S. Bernardus; cùm de Trinitate loquitur, sapit Arrium, cùm de gratia sapit Pelagium, cùm de persona Christi sapit Nestorium. Dicebat quod pater sit plena potentia, Filius quædam potentia, Spiritus S. nulla potentia, quod Spiritus S. non sit de substantia Patris, quod Spiritus S. sit anima mundi, quod Christus non assumpsit carnem, vt nos à iugo diaboli liberaret, quod non peccauerunt qui Christum ignoranter crucifixerunt. In hoc Concilio Abailardus, cùm capitula de libris eius excepta, cœpissent legi, nolens audire, exiuit, appellans ab electis Iudicibus ad Sedem Apost. nihilominus eius errores damnati sunt; Romæ autem sententia confirmata, ad *Cluniacense* cœnobium se contulit, vbi paulo post coram fratribus suis fidem suam humiliter exponens, vitam finiuit.

Goslinus *Suessionens.* Guillelmus *Catalaunens.*

Henricus *Senonens.* Rheinaldus *Rhemens.*

S. Bernardus Abbas *Claraual.* cum Abailardo disputauit.

1142. *VVintoniense* II. sub Innocent. II. in causa *Anglicam* Regni, abdicato Rege Stephano, ob vexatas Ecclesias, excommunicatis etiam multis qui Regiarum erant partium, electa est Imperatrix filia Regis Henrici, quam nonnullis ante obitum annis, ipse Pater Reginam post se declarauerat.

Henricus *Vintoniensis* Episcopus, Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

1142. *Antiochenum* sub Innocent. II. contra Radulphum Patriarcham *Antiochenum*, qui de variis criminibus accusatus ter vocatus & venire recusans depositus est.

Albericus *Ostiens.* Episcopus, Apost. Sedis Legatus præfuit.

Guillelmus *Ierosolymit.* Patriarcha interfuit.

1143. *Ierosolymitanum* sub Innocent. II. contra Armeniorum in fide errores; maximus autem *Armenorum* Pontifex qui Catholicus dicitur, cùm de fidei articulis (in quibus à nobis dissentire, videbatur populus eius) habitus esset tractatus, promisit in multis correctionem.

Albericus *Ostiensis* Episc. Apost. à Sedis Legat. præf.

1143. *Londinense* sub Celastino II. contra sacrilegos, rerum & personarum Ecclesiasticarum violatores.

Guillelmus *VVintoniensis* Episcopus, Sedis Apostolicæ Legatus præfuit.

1145. *Vezeliacum* seu *Vizeliacum in Burgundia* præsente Eugenio III. pro expeditione contra Turcos, præsente Ludouico Rege cum Aleonora Regina, aliisque Regni Principibus, qui Crucem acceperunt, sacram militiam professi.

D. Bernardus *Claraeuallensis* Abbas orationem habuit.

1146. *Carnotense* sub Eugenio III. pro expeditione in terram sanctam suscipienda.

S. Bernardus *Claraeuallens.* eligitur Dux belli primarius.

Sugerius Abbas *S. Dionysij* interfuit.

1147. *Parisiense* præside Eugenio III. contra Gilbertum *Porretanum Pictauiensem* Episcopum, ob causæ difficultatem, Papa illam vsque ad generale Concilium Rhemis indictum, protelandam adiudicauit.

Goslenus *Suessionensis* Episcopus subscripsit.

*1147. *Antisiodorense* præsente Eugenio III. in causa Gilberti *Porretan. Pictauiensis* Episcopi, quam causam Papa ad Concilium Rhemense remisit.

1148. *Rhemense* præside Eugenio III. contra Eon *Britannum* hæreticum & magum, qui (licet Laicus) verbum prædicationis assumens circa *Britanniam*, & *Gasconiam*, dicebat se esse Filium Dei per quē omnis oratio concluditur cùm dicimus, per eum qui venturus est, damnatus autem, sub custodia *Rhemensis* Archiepiscopi non multò post defunctus vita pariter caruit & memoria; his absolutis introducta est in Concilium Gilberti *Porrectani Pictauiens.* Episcopi causa, qui asserebat quod diuina natura, quæ diuinitas dicitur, Deus non sit, sed forma qua Deus est, quemadmodum humanitas homo non est sed forma qua est homo, quòd cùm Pater & Filius & Spiritus S. vnum esse dicuntur, non nisi vna diuinitate esse intelligantur, nec conuerti possit, vt vnus Deus, vel vna substantia, vel vnum aliquid Pater & Filius & Spiritus S. esse dicatur, quod tres personæ tribus vnitatibus sint tria, & distinctæ proprietatibus, quæ non sunt ipsæ personæ, sed sunt tres æternæ, & ab inuicem à diuina substantia in numero differentes; Apostolico iudicio & auctoritate vniuersalis Ecclesiæ errore illo damnato, Gilbertus dānationi consentiens, & publicè refutans quæ prius scripserat, & affirmauerat; Indulgentiam ipse consequitur, nec (licet hæretica senserit) hæreticus censendus est, cùm pertinaciâ omninò caruerit, & hac

de

de causa non fuerit pœna mulctatus priuationis Episcopatus.

17. Canones sanciti sunt.

Gaufredus *de Oratorio Burdegalens.* Archiepiscopus subscripsit.

Hugo *Autisiodorens.* Goslenus *Suessionens.*

Milo *Morinensis.*

S. Bernardus Abbas *Claraeuallensis.*

Sugerius Abbas *S. Dionisij.*

1148. *Treuirense* præside Eugenio III. in causa S. Hildegardis Abbatissæ *in monte S. Ruperti* adhuc viuentis, cuius reuelationum liber ab ipso Papa probatus est.

18. Cardinales affuerunt.

Adelbero *Treuirens.* Adelbertus *Virdunens.* S. Bernard. *Claraeuallens.* Abbas.

1151. *Florido in Castro Balgentiaci Galliæ* sub Eugenio III. ob causam diuortij inter Ludouic. *Francorum* Regem & Elionoram filiam Ducis *Aquitaniæ* propter cognationem, qua probata, matrimonium dissolutum est.

Samsun *Rhemens.* Hugo *Rothomagens.*

Lanfredus *Burdegalens.* Suggerius Abbas *S. Dionysij.*

1161. *Anglicanum* præsente, & procurante Henrico *Angliæ* Rege Episcoporum *Normanniæ*, apud nouum mercatum, de receptione Alexandri III. & refutatione Victoris Antipapæ.

1161. *Bellouacense in Gallia* pro eadem causa, præsente & procurante Ludouico *Francorum* Rege.

1162. *Londoniense* sub Alexand. III. quo, Theobaldo defuncto, S. Thomas ex cancellario electus est *Cantuariensis* Archiepiscopus.

1163. *Turonense* præside Alexandro III. quo Victor Antipapa, eiusque fautores schismatici excommunicantur.

10. Canones sanciti sunt.

17. Cardinales subscrips.

124. Episcopi, 414. Abbates.

S. Thomas *Cantuariens.* interfuit.

Arnulphus *Lexouien.* orationem habuit.

Conradus *Moguntinus* Archiepiscop. nolens Octauiano, & Imperatori schismatico consentire, Ecclesiam suam deserens, ad Alexand. Papam *in Franciam* festinus aduenit, quem Papa Cardinalem Episcopum *Sabinensem* promouit, ac secum postmodum Romam vsque adduxit.

1168. *Lateranense* sub Alexand. III. quo Fredericus Imperat. propter intrusum in Sedem Apostol. Victorem Antipap. excommunicatur, & per sententiam Imperio priuatur; Galdino *de la scola* Archiepiscopo *Mediolanensi* negatio credita est, vt Catholicos ab Ecclesiis pulsos restitueret; Episcopos, & schismaticos intrusos Sedibus pelleret.

1171. *Casselanum in Hybernia* sub Alexandro III. de reformandis istius Ecclesiæ moribus.

3. Canones sanciti sunt.

Episcopi receperunt Henricum Regem *Angliæ*, & hæredes suos in Reges & Dominos in perpetuum, & chartis suis confirmarunt, Rex vero *Angliæ* misit ad Alexand. Pap. & ipse auctoritate Apostol. confirmauit illi, & hæredibus eius Regnum *Hyberniæ* secundum formam chartarum Archiepiscoporum, & Episcoporum *Hyberniæ*.

4. Archiepiscopi, & 30. Episcopi subscripserunt.

1172. *Abrincense in Northmannia* sub Alexand. III. quo Henricus Rex *Angliæ*, à sacrilega nece S. Thomæ *Cantuariensis* antea per Legatos absolutus, secundo absoluitur, & iuratò promittit, quæ iam antè promiserat; iurauit etiam, quod ab instante natiuitate vsque in triennium Crucem acciperet in proxima sequenti æstate, in propria persona *Ierosolymam* iturus, nisi remanserit per Alexandrum summum Pontificem, vel per Catholicos successores eius.

Item decreta per Legatos Apostolicos constituta, quæ mores Ecclesiæ concernunt, promulgantur.

12. Canones sanciti sunt.

Albertus, Theodinus presbyteri Cardinales præfuerunt.

Rotrodus *Rothomagensis* Archiepiscopus subsc.

1175. *Londoniense apud VVestmonasterium* sub Alexand. III. quo 18. Canonibus constitutis, Iudicata est causa Richardi *Cantuarien.* & *Eboracensis* Episcoporum; Clerici autem Rogerij *Eboracens.* Archiepiscopi, ex parte ipsius *Cantuariensem* Archiepiscopum appellauerunt ad Romani Pontificis præsentiam; *Cantuariensis* conuenit Godefridum Episcopũ *Ecclesiæ S. Asaf*, vt in vi obedientiæ ad Sedem propriam rediret, vel curam pastoralem liberè & absolutè resignaret, qui nullo cogente Episcopatum resignauit in manu *Cantuariens.* liberè & absolutè tradens illi annulum, & baculum pastoralem.

1176. *Gallicanum* non procul *Albiga & Tolosa* sub Alexand. III. quo, damnati sunt *Albigenses* hæretici qui se appellari faciebant *bonos homines*, non recipiebant vetus Testamentum, neque Doctores noui Testamenti, sed tantummodo nouum Testamẽtum, dicentes etiam quod non debebant iurare omnino aliquod iuramentum.

Albericus *Albiensis*, Gilebertus *Lugdunens.*

Gozelinus *Lodouensis*, Gozelinus *Tolosanus.*

Petrus *Narbonensis.*

A. *Nemausens.* R. *Agathensis.*

1177. *Veneticum*, quo Alexand. III. & Fœdericus Imperator reconciliantur, post schisma 19. annorũ, & trium pseudopontificum sibi succedẽtium, Octauiani, qui Victor vocabatur, Guidonis de Crema qui Paschalis, Ioannis Abbatis *Strumæ*, qui Calixtus, & hic cum suis, quos ordinauerat, deponitur; pax item ab Imperatore data est Regi *Siciliæ* vsque ad annos 15. & tregua Lumbardis vsque ad annos 6. omnes autem qui pacem turbare vellent, vel treguas infringerent, nisi requisiti, infra 40. dies, & commoniti satisfecerint, excommunicarentur.

In schismaticos vero qui nondum resipuerant, quousque non satisfecerent, anathematis sententia innouatur.

23. Cardinales ex parte Papæ.

6. Episcopi ex parte Imperatoris subscrips.

Christianus *Moguntinus* Arnoldus *Treuirens.*

Petrus *Pictauiens.* Philippus *Coloniens.*

VVeremundus *Magdeburg.*

Bisuntinus & alij.

*1179. *Parisiense* sub Alexandro III. de obiectis, Petro *Lombardo* nuper Episcopo, erroribus.

1179. *LATERANENSE* III. Oecumenicum seu *VNIVERSALE* XI. sub Alexand. III. pro reformanda in fide & moribus Ecclesia, contra hæreses *Catharorum* (quos *Valdenses* & *Albigenses* alij appellant) quorum præcipuæ fuerunt Romano Pont. non esse obediendum, eius decreta nullius esse momenti, à iudicio sanguinis simpliciter omnibus esse abstinendum, laicos iustos consecrare, & absoluere posse, Sacerdotes impios potestatem consecrandi, & absoluendi amittere; semel tantum in anno, idque in cœna Domini, absque forma verborum (*hoc est corpus meum*) dicendo septies Pater noster, & benedicendo panem & vinum, consecrabant, Indulgentias per Prælatos Ecclesiæ datas irridebant, pur-

gatoriim, ſanctorum inuocationem, & miracula in Ecclesia fieri posse negabant, tres tantum ordines Diaconatum, Presbyteratum & Episcopatum admittebant, dies festos, ieiunia Ecclesiæ, salutationē Angelicam, & symbolum Apostolorum contemnebant; vrente carnis libidine, omnem carnalem commixtionem licitam esse; perfectos manibus laborare non debere, omneque iuramentum prorsus illicitum esse docebant, &c.

Scriptum Petri *Lombardi* Episc. *Parisiens.* quo malè sensit de Christi humanitate, dicens quod Christus secund. quod est homo non est aliquid, damnatū est.

Omnes ordinationes, à schismaticis Pontificibus habitę, rescissæ sunt; Episcopi *Germaniæ*, & aliis schismaticis post schisma abiuratum, veniam impetrarunt; Archiepiscopi pallia accepta à schismaticis abiecerunt, & noua ab Alexand. seu eius Legatis receperunt. Bertholdi in *Bremensem* Episcopatûm electio infra sacros ordines facta, irritata est.

Ioannes dictus *Calixtus* pseudopapa cessit, & factus est Episcopus *Beneuentanus.*

300. Episcopi subscripserunt.

Ipse Papa in Lateranensi Ecclesia, in eminentiori loco cum Cardinalibus suis, & Præfectis & Senatoribus, & Consulibus vrbis constitutus erat.

Arrusi s *Gebennensis*, Guillelmus *Tyrius.*

Guillel. *Rhemens.* factus Cardin. ad tit. S. Sabinæ.

Henric. Abbas *Claraualens.* factus Cardinalis Episcopus *Albanens.*

* 1180. *Lancicienſe in Polonia maiori*, quo, barbaræ rapinæ proscriptæ sunt, & decreta per Legatos Casimiri Principis Alexand. III. confirmanda transmissa sunt.

1186. *Parisiense* sub Vrbano III. pro expeditione contra Turcas suscipienda præsente Philippo Augusto *Galliarum* Rege, Petrus de *Corbolio Senonensis* Archiepiscopus præfuit.

1188. *Anglicanum apud Gaingtinton* sub Clem. III. de cruce accipienda, & decimis Saladinis Regi soluendis.

1128. *Parisiense* sub Clemente III. quo, ad bellum contra Saladinum *Turcarum* Regem, concessæ sunt, ex Ecclesiasticis prouentibus, decimę Saladinæ.

* 1188. *Lancicienſe* II. *in Polonia* sub Clement. III. quo Pontifex, misso Legato, colligi fecit decimas ab Episcopis, & Sacerdotibus pro expeditione contra Saladinum.

Zdislao Archiepiscopo concedente.

1194 *Eboracense in Anglia* sub Celestino III. pro reformandis Ecclesiæ moribus.

19. Canones sanciti sunt.

Hubertus *Cantuariensis* Apost Sedis Legat. præfuit.

* 1197. *Senonense* sub Innocent. III. de nuptiis Philippi Regis cum maria, seu Agnete Ducis *Merania ad Athesim* filia; & contra Nouos hæreticos qui dicebantur *Populicani.*

Petrus Diaconus Cardinalis, Sedis Apostol. Legatus præfuit.

1197. *Diuionense in Burgundia* sub Celestino III. contra Philippum Regem *Franciæ*, ob repudiatam vxorem, ac aliam ductam, toti autem *Franciæ* sacris clam interdictum est.

Petrus *Duacens.* Legatus Sedis Apostol. præfuit.

* 11,7. *Lancicienſe* III *in Polonia* sub Celestino III. contra Sacerdotes concubinarios, & pro matrimoniis in Ecclesia celebrandis.

Petrus Diaconus Cardinalis, Legatus Apost. præf.

1199. *In Dalmatia & Diocria Regnis* sub Innoc. III. in causa reformandæ Ecclesiæ disciplinæ.

12. Canones sanciti sunt.

7. Episcopi subscripserunt.

Ioann. Innocent. Capellanus, Simon Subdiaconus Sedis Apostolicæ Legati præfuerunt.

1200. *Londoniense Apud VVestmonasterium* sub Innocent. III. contra prohibitionem Gaufridi Comitis *de Essexe* tunc temporis summi Iustitiarij *Angliæ* pro reformatione Ecclesiæ *Anglicanæ.*

14. Canones sanciti sunt.

Hubertus *Cantuariensis* Archiepiscopus præfuit.

* 1201. *Suessionense* sob Innocent. III. in quo Rex Philippus rediit in gratiam cum Geiberga vxore sua *Daniæ* Ducis filia.

* 1201. *Parisiense* sub Innocent. III. in quo damnatus Ebraudus hæreticus.

1203. *In Scotia* sub Innocent. III. de initio celebritatis Dominicæ, ab hora nona Sabbati vsque ad Solem surgentem diei lunæ, occasione Eustachij Abbatis *de Flay* qui prædicans in Anglia, dicebat hoc mandatum subscriptum de obseruatione diei Dominicæ venisse de cœlo in Ierusalem, & inuentum super altare S. Simeonis quod est in *Golgotha.*

* 1207. *Incerti loci in Narbonensi prouincia* sub Innocent. III. pro conuersione Albigensium; Legat. Sedis Apostolicæ cum 12. Abbatibus *Cistertiensis* ordin. à Papa missus.

* 1508. *Montiliense* sub Innocent. III. in causa Raymundi Comitis *Tolosani* Albigensium Patroni.

Milo Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

1210. *Romanum* quo Otto IV. Imperator per Innocent. III. Imperio deponitur, eo quod, postquam ab ipso Papa Romæ coronatus fuisset, contra ipsius voluntatem, *Tusciam & Marchiam* peragrando, *Faliscos*, & *Flaminiam* inuadendo, plura etiam oppida in *Appulia* cepisset, *Siciliamque* suæ ditioni adiecisset, quæ omnia sunt feuda Ecclesiæ; eaque depositione per Suffridum *Mogunt.* Archiepiscopum denunciata, electores Imperij *Francofurdiæ* 13. die Decemb. Frideric Regem *Siciliæ* eidem in Imperio subrogarunt.

1210. *Parisiense* sub Inn. III. contra Aimaricum de *Bona villa territorij Carnotensis* eiusque Sectatores.

Petrus *Pariens.* Episcopus præfuit.

1210. *Auenionense* sub Innocent. III. in quo Iudicio Patrum *Tolosatibus* sacrificio interdictum quod hæreticos vrbe sua non expulissent.

Milo Legatus Sedis Apostolicæ præfuit, & paulo post fato functus.

* 1210. *Apud S. Ægidium* sub Innoc. III. in quo Raymundus *Tolosæ* Comes excommunicatus denunciatur.

Thedisius, Milonis in legatione socius præfuit.

* 1211. *Parisiense* sub Innocent III. pro correctione morum extirpatione abusuum, restitutione disciplinæ Ecclesiasticæ.

Robertus de *Corcione Anglus* Sedis Apostolicæ Legatus præfuit.

1213. *Lauaurense prope Tolosam* sub Innoc. III. in causa Petri *Aragoniæ* Regis, Comitem *Tolosanum* affinem suum protegentis, cui cum Legatus sub censuris imperasset, vt à protectione, defensione, communioneque hæreticorum abstineret, noluit obedire, Arnald *Narbonens.* Legat. Apost. præfuit.

Guillel. *Butrens.* subscrips.

1214. *Londoniense* sub Innoc. III. quo Ioan. Rex *Angliæ* ab interdicto excommunicationis, & depositionis absoluitur quibus à Papa innodatus fuerat per 6. ann. mens. 3. dies 14. restitutione facta circa in-

uasionem

casionem bonorum Ecclesiæ & reuocationem ab exilio Ecclesiasticorum.
Nicolaus *Tusculan.* Episcopus Legatus Sedis Apost. præfuit.

1215. *Apud montem Pessulanum* sub Innocent. III. quo Simoni *Monfortiano* Comiti, *Tolosan.* Comitatus (ex quo Albigenses hæreticos eiecerat) datus fuit.
5. Archiepiscopi, 28. Episcopi. ac multi Abbates Religiosi, Barones, & nobiles interfuerunt.
Petrus *Beneuentan.* Cardinal. Legat. Apostol. præfuit, Bernardus *Ebreidunens* subsc.

* 1215. *LATERANENSE* IV. Oecumenicum seu *VNIVERSALE* XII. in Ecclesia S. Saluatoris, quæ *Constaniana* appellatur sub Innoc. III. pro Ecclesia in fide & moribus reformanda, contra Albigens. & Almarici hæreses, & Abbatis Ioachimi errores, & pro terra sancta à Turcis recuperanda Almaricus *Carnotensis*, Doctor Parisiensis, docebat quosque Christianos membra Christi corporis esse, & dum à Iudæis Christus patiebatur, vnà eum ipso dolorem atque afflictionem perpessos fuisse; negabat autem generationem filiorum, aut distinctionem sexuum in paradiso futuram, nisi Adam peccasset, non aliter esse corpus Christi in pane altaris, quam in alio pane, & in alia qualibet re, thurificationem quam Ecclesia vritur Idololatriam vocabat, negabat resurrectionem corporum paradisum, infernum, & Idæatum in mente diuina æternitatem, damnatus autem in hoc Concilio, postea iussu Philippi *Gallorum* Regis exhumatus exustusque est.
Libellus Abbatis Ioachim quem contra Petrum *Lombardum* Episcopum *Parisiensem* de vnitate sanctissimæ Trinitatis scripserat, damnatus est, non tamen Ioachim vt hæreticus, sed vt errans damnatus est.
Sententia suspensionis ab Episcopo *VVintoniensi*, auctoritate Apostolica, in Stephanum *Cantuariens.* prolata confirmata est, electio Simonis de *Langetona* in Episcopum *Eboracens.* contra prohibitionem summi Pontif. facta, cassata est.
Comitatus Tholosanus Simoni Montfortensi Comiti datus est.
70 Canones sanciti sunt
2. Patriarchæ *Constantinop.* & *Ierosolymit.* interfuerunt alij duo per Legatos, 71. Archiepiscopi, 339. Episcopi subscrips. 800. Abbates, Decani & Priores Conuentuales, summa omnium Patrum 1212,
Patriarcha *Maronitarum* interfuit, relictisque *Monothelitarum* erroribus ad fidem Catholicam accessit.

1216. *Meloduvense* sub Innocent. III occasione defectionis Anglorum à Ioanne Rege sine terra, & propter excommunicationem in Philippum Augustum latam.
Petrus *Senonens.* Archiepiscopus præfuit.

1222. *Oxoniense* sub Honorio III. pro reformanda Ecclesia *Anglicana.*
60. Canones sanciti sunt.
In hoc Synodo pseudochristus, qui se Christum esse venisseque, vt errores qui in Clero & populo grassabantur emendaret, audebat asserere, & signa quædam quasi Christi crucifixi manibus pedibus lateríque impressa ostendebat, vt vanus & perfidus nebulo cum hermafrodito quodam assecla, in Crucem sublatus est, Diaconus etiam quidam desacratus, flammisque exustus est, quod ad Iudaicam perfidiam nefariè profugisset.
Stephanus *de Langetona Cantuariens.* Archiepiscopus præfuit.

1225. *Germanicum* sub Honorio III. contra simoniacos, & concubinarios Clericos.
14. Canones sanciti sunt.
Conradus Cardinalis *Portuensis* Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

* 1225. *Bituricense* II. sub Honorio III. pro disciplina Ecclesiastica, cumque Legatus Apost. expeteret in singulis Cathedralibus Ecclesiis duas præbendas Romanæ Curiæ applicari, non obtinuit.
Romanus Cardinalis Sedis Apostolicæ Legat. præfuit.
100. circiter Episcopi subscripserunt.

1225. *Parisense* sub Honorio III. contra Albigenses.
Petrus & Romanus Cardinales Legati præfuerunt.

* 1226. *Fuxense apud S. Ioannem de Virginibus* sub Honorio III. ad absoluendum, ab Albigensium hæresi, Bernardum *Rogerium Fuxensium* Comitem, Romanus Cardinalis Apostolicæ Legatus præfuit.

1226. *VVestmonasteriense in Anglia* sub Honorio III. in causa Romani Pontif. duarum præbendarum obuentiones suæ Curiæ assignari petentis, quæ obuentiones dilatæ sunt, vsquequo viderent qualiter cætera Regna, ergà tales se haberent exactiones.
Stephanus *Cantuariens.* præfuit.

1228. *Tolosanum* sub Gregorio IX. contra hæreticos Albigenses. 16. Canones sanciti sunt.
Romanus Cardinalis Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

* 1228. *Arausicanum* sub Gregorio IX. de pœnitentiis aduersus suspectos de hæresi.
Romanus Legatus Sedis Apostolicæ præfuit,

* 1231. *Sanquintinianum & Landuni continuatum* sub Gregorio IX. in causa Milonis Episcopi *Belnacensis*, à ministris Regis Ludouici; seu Iudicibus *Bellnacensibus* vexati.
Henricus *de Branna Rhemensis* Archiepiscopus præfuit.

1234. *Romanum* sub Gregorio IX. pro expeditione in terram sanctam suscipienda, quæ decreta est, & Theodricus Archiepiscop. *Rauennas* huic sacro negotio præpositus fuit, cum potestate Legati à latere.
Constantinop. Antiochenus, & *Ierosolymitanus* Patriarchæ cum Fridrico Imperatore interfuerunt.

* 1235. *Narbonense* sub Gregorio IX. pro iuuandis fratribus Prædicatoribus Inquisitoribus.
Petrus *Amelius Narbonensis* Archiepiscopus præfuit.

1237. *Londinense* sub Gregorio IX. pro reformanda Ecclesia *Anglicana.*
31. Canones editi sunt.
Otto Diacon. Cardin. Sedis Apostolicæ Legatus præfuit.

1238. *Campinacense Cognac'en Angommois* sub Gregorio IX. pro reformatione morum, Immunitate, & disciplina Ecclesiastica.
Gerardus *Burdegalens.* Archiep. præfuit.

1239. *Sanquintinianum* sub Gregorio IX. propter libertates Ecclesiæ.
Henricus *de Branna Rhemens.* Archiepiscopus præfuit.

* 1240. *Lanciciense* IV. *in Polonia* sub Gregor. IX. in quo Conradus *Masouiæ* Dux de admisso scelere nimirum homicidio, iussu & arbitratu Fulconis Archiepiscopi *Gnesnensis* satisfecit.

1241. *Tarraconense* sub Celestino IV. ob Valdenses hæreticos in Regnum *Aragoniæ* irrumpentes, & quomodo

quomodo sint puniendi,& pœnitentes recipiendi. Raymundus *Pennafortinus* ord. præd. General. pœnitentiarius Apost. interfuit.

1245. *LVGDVNENSE* I. Oecumenicum seu *VNIVERSALE* XIII. præsida Innocent. IV. causa Frederici Imperatoris Ecclesiam vexantis, ac factionem *Gibellinorum* eodem tempore ad Italiæ perniciem erumpentem cōtra *Guelphos* seu *Pontificios*, fouentis,& quod Cardinales & Episcopos ad Concil. Lateranense tempore Gregorij IX. properantes carceri mancipasset, qui vltima actione Concilij damnatus & piorum communione eiectus, Imperij dignitate ac Siciliæ Regno priuatus est.

Tribus actionibus breui temporis spatio absolutū fuit, expeditio in terram sanctam decreta est; item statutum fuit vt dies natalis B. Virg. 8. dierum spatio celebraretur; pro disciplina Ecclesiastica. 17. Canones sanciti sunt.

In maiori Ecclesia Dominus Papa, Missa celebrata, locum eminentiorem ascendit, Balduinus vero vltimus Latinorum Imperator *Constantinopolitanus* sedit ad dexteram,& quidam alij Principes laici sederunt ad sinistram, & Diaconus Cardinalis Vicecancellarius cum notario, Auditore,& Correctore, Capellanis, subdiaconis & quibusdam aliis. Inferius vero sic Prælati sederunt, ex opposito tres Patriarchæ ordinati fuerunt, videlicet *Constantinop.* ad dexterā, *Antiochen. Aquileiens.* de quo tertio scandalū est exortum, ex quo, vt alij Patriarchæ dicebant, sedere non debebat iuxta eos cùm non esset de 4. Patriarchis, destructaque est Sedes eius, sed tandem vt vitaretur scandalum, de voluntate Dom. Papæ (vt creditor) est refecta. In naui vero Ecclesiæ ad dexterā, & in eminentioribus locis sederunt Episcopi Cardinales, ex altera vero Presbyteri Cardinales, Archiepiscopi: Episcopi post post eos. In sedibus autem in naui Ecclesiæ constitutis sederunt aliqui de Episcopis, Abbates, Procuratores Capitulorum, Nuncij Regum, Imperatoris Frederici, & multi alij qui erant ibi

140. Episcopi subscripserunt.

* 1245. *Vratislauiense* sub Innocentio I V. in quo subsidium contra Fredericum Imperat. de quinta parte redditimm Ecclesiæ in triennium Pontifici concessum, Pontifex vero ieiunium quadragesimale quod totia 9. hebdomadis veteri instituto Poloni seruabant, indulsit, vt deinceps esset hebdomadarum 6.& dimidiæ.

Iacobus Archidiac. *Leodiensis* Legatus Apostolicus præfuit.

* 1246. *Lanciciense* V. sub Innocent. I V. in quo Fulco Archiepiscopus *Gnesnens.* Conradum Ducem *Masonia* sacrilegum anathemate percussit.

* 1246. *Biterrense* sub Innoc. I V. de modo procedendi contra hæreticos *Albigenses.*

37. Canones sanciti sunt.

Episcopus *Tornacensis*, S. Sedis Apostol. Legatus præfuit.

* 1255. *Burdegalense* sub Alexand. IV. pro disciplina Ecclesiastica.

31. Canones sanciti sunt.

Gerardus de *Malemort Burdegalens.* Archipiescopus præfuit.

* 1256. *Rossiacense* sub Alexand. IV. pro Iurisdictione Eccles.

10. Canones sanciti sunt.

Geuardus *Burdegalens.* Archiepiscopus præfuit.

* 1258 *Lanciciense* VI sub Alexandro IV. in quo Fulco Archiep. *Gnesnensis* Boleslaum Ducem *Silesia*, Ecclesiam *Vratislauens.* vexantem, diris deuouit.

1259. *Rauennatense* sub Alexand. IV. eiusque iussu indictum *ex Vadingo in annal. minor. an. 1259. n. 13. post Rubeum lib. 6. historia Rauennat.*

Multi maleuoli in Dominicanos,& Franciscanos inuehebantur dicentes, de decimis illos ad populum non concionari, audire in confessionibus eos qui audiri ab ipsis deberent, sibi ad sepulturam commissos recipere, concionandique munus exequi, quod tamen ipsorum esset, iisque omnibus impediti, ne ipsi pecuniam aduersus *Tartaros* Christianorum subsidio cogerent. Opizo *Sanuitalius Parmensis* Episcopus assurgens, Religiosos illos viros accuratè defendit, mirarique se magnoperè dixit, de eo illos accusari, propter quod laudandi vehementer essent,& in quo multos nomine negligentiæ suspectos esse non ignorarent; Deum nostrum inopiam miseratum excitasse illos ordines hominibus affluentissimos, quibus ætas illa neque doctius aliud, neque religiosius quidquam videretur, quique non colligendis modo decimis studerent, sed omni vitæ, illiusque commodorum cura posthabita, in eas Regiones irrumperent, vt superarent agrestes illos homines. id autem est, vt adducerent ad Christum & Christianis adiungerent; hæc atque alia in hanc sententiam peroranti Opizoni magnum aliquorum conflauere odium.

* 1260. *Coprimiacense* seu *Cognacense* in Diœcesi *Burdegalensi* sub Alexand. IV. pro disciplina Eccles.

18. Canones sanciti sunt.

Petrus *Burdegalens.* Archiepiscopus præfuit.

* 1263. *Redonense* sub Vrbano IV. contra infestantes personas Eccles.

Vincentius *de Pilenis Turonens.* Archiepiscopus præfuit.

* 1266. *Northamtaniense in Anglia* sub Clem. IV. de rebus ad Religionem pertinentibus.

Othobonus Cardinal. Sedis Apost. Legatus præf.

1266. *Londinense* sub Clem. IV. pro eadem causa, eodem præsidente.

1267. *Viennense in Germania* sub Clem. IV. causa reformandæ Ecclesiæ. 27. Canones sanciti sunt.

6. Episcopi subsc. quam plures Abbates, Præpositi, Archidiaconi, & Decani interfuerunt.

Guido Presbyt. Cardin. Sedis Apost. Legatus præf.

* 1269. *Senonense* Sede vacante pro disciplina & & Iurisdictione Ecclesiast. 7. Canones sanciti sunt.

Petrus *de Charny Senonens.* Archiepiscopus præfuit.

* 1271. *Sanquintinianum* sub Gregorio X. pro disciplina Ecclesiastica.

11. Canones sanciti sunt.

Milo *Suessionens.* Episcopus præfuit.

1274. *LVGDVNENSE* II. Oecumenicum seu *VNIVERSALE* XIV. præsente Gregorio X.

Per acta secunda Sessione, pro subsidio terræ sanctæ, imposita fuit omnibus Ecclesiis & Monasteriis, non tamen Xenodochiis, nec Orphanotrophiis, solutio decimarum omnium prouentuum Ecclesiasticorum per 6. annos continuos, Concilium subsequentes.

Post 3. Sessionem Michaelis *Græcorum* Imperatoris Legati ad Concilium aduenerunt, ipsisque consentientibus, decreuit Pontifex Spiritum S. vt à Patre, ita à Filio tanquam ab vno Principio æternaliter procedere,& in solemni missa quam Pontifex celebrauit, symbolum cum additione illa (filioque) ter Græcè decantatum est; Episcopus *Leodiensis* & Fredericus Abbas S. *Pauli de vrbe*, propter quosdam excessus compulsi sunt cedere oneri, & honori; modus & locus summi Romani Pontif. eligendi statuitur.

In quarta Sessione sedentibus nunciis Imperatoris

Græcorum

Græcorum à latere dextro poſt Cardinales, lectiſque Imperatoris & *Græcorum* Epiſcoporum litteris, in quibus Catholicam fidem profitebantur, & Romanæ Eccleſiæ Primatum agnoſcebant, eorum Legati ſummo Pont. obedientiam exhibuerunt, & magna cum Pontificis ac totius Concilij lætitia, publicè eamdem fidem ſpontaneè & liberi profeſſi ſunt; addunt Græci ſcriptores, Græcos ad communionem Romanæ Eccleſiæ admiſſos fuiſſe, cum tribus conditionibus, prima fuit vt à Græcia ſummi Romani Pontif. in ſacratis miſſarum myſteriis mentio fieret. ſecunda vt Græcis omnibus liceret ad Sedem Apoſtol. appellare. Tertia vt ſummo Romani Pontifici principatus in omnibus deferatur. ElectioRegis *Romanorum* Rudolphi confirmata eſt, ea conditione vt Romam pacificus ad inunctionem accipiendam ſe conferret, ac rebus *Ieroſolymæ* quantam poſſet opem ferret.

Acceſſerunt *Tartarorum* Oratores ad Concilium pro pace cum Chriſtianis ineunda, ex quibus vnus Chriſtianam fidem amplexus, à Petro Epiſcopo *Oſtienſi* babtizatus eſt quinta ſeſſione.

Poſt 4. Seſſionem S. Bonauentura Ord. Minor. Epiſcopus *Albanenſ*, Card. obiit. S. Thomas de Aquino Ordin. præd. in itinere obiit in Monaſterio *Foſſa noua Ord. Ciſtertienſis*.

31. Canones ſanciti ſunt.

700. & amplius Epiſcopi & Abbates ſubſcripſerunt, & multi alij.

In Eccleſia Maiori S. Ioannis ſummus Pont. aſcendit pulpitum præparatum & ornatum, ſeditque in faldiſtorio ſuo cum ſibi miniſtrantibus, & aſſiſtentibus Cardinalibus etiam ſedente iuxta eum Iacobo Rege *Aragonum*, aſſiſtentibus etiam ſibi quibuſdam Capellanis ſuperpelliceis indutis. Sedens autem ſum. Pont. in faldiſtorio ſuo, fecit crucem ſuper Prælatos, & Concilium, qui ſic ſedebant, ab oppoſito & in eminentibus Sedibus præparatis, in medio nauis eiuſdem Eccleſiæ ſederunt Domini Pantaleo *Conſtantinopolitanus*, & Opizlo *Antiochenus* Patriarchæ, in ſedibus altis à latere dextro Pontificia ſederunt Domini Ioann. *Portuenſis & S. Rufinæ*, Petrus *Tuſculanus*: vicedominus *Praneſtinus*, Frater Bonauentura *Albanenſ*. Frat. Petrus *Oſtienſ.* & *Velletranus*, Bertrandus *Sabinenſ.* Epiſcopi Cardinales, à latere vero ſiniſtro Anreus *tit. S. Praxedis*, Guillelm. *S. Marci*, Simeon *S. Sicilia* Presbyteri Cardin. poſt hos vero à dextris & à ſiniſtris ſederunt Primates Archiepiſcopi & Epiſcopi, Abbates & Priores, & alij Eccleſiarum Prælati in magna multitudine, non diſcrepantes de locis cùm per eumdem ſum Pontif. fuerit ordinatum, quod ſine præiudicio Eccleſiarum ſuarum ſederent. ſtantibus autem inferius Fratre VVillelmo *de Hoſpitali*, & Frat. Roberto Magiſtro *Templi*, & aliquibus fratribus earumdem Religionum, & Nunciis ſolemnibus *Franciæ*, *Alemaniæ*, *Angliæ & Siciliæ* Regum, & aliorum multorum quoque Principum, Baronum, Capitulorum, & Eccleſiarum Procuratoribus.

1274. *Salisburgenſe* ſub Gregorio X. pro recipiendis *Lugdunenſis* Synodi conſtitutionibus, aliiſque de cauſis.

25. Canones ſanciti ſunt.

10. Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Fredericus *Salisburgenſ.* Archiepiſcop. Sedis Apoſtolicæ Legatus præfuit.

* 1276. *Bituricenſe* Sede vacante pro diſcipl. Eccl.

15. Canones ſanciti ſunt.

Simon *de bello loco a Brna Bituricenſ.* Archiepiſcopus Cardinalis Legat. præfuit.

1277. *Compendienſe* ſub Nicolao III. Prouinciæ *Rhemenſ.* Epiſcoporum, ad Capitulorum vſurpationes reprimendas, quod Capitula plerumque, ceſſationem à diuinis aduerſus Antiſtites ipſos promulgarent.

* 1279. *Apud Pontem Audomari Diœceſis Lexouienſis* ſub Nicolao III. pro diſciplina & moribus Eccleſiaſticis.

22. Canones ſanciti ſunt.

Odo Rigault *Rothomagenſ.* Archiepiſcopus præfuit.

* 1279. *Cantuarienſe* ſub Nicolao III. ad confirmandum Religionis ſtatum.

Ioannes *Cantuarienſ.* Archiepiſcopus præfuit.

1279. *Tarraconenſe* ſub Nicol. III. pro Canonizatione Raymundi *Pennafortis* ord. præd. pro quo Nicol. III. tribus literis interpellatus eſt.

10. Epiſcopi ſubſcripſeront.

1281. *Salisburgenſe* ſub Martino IV. pro diſciplina Eccleſiaſtica.

18. Canones ſanciti ſunt.

7. Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Frederius *Salisburgenſ.* Archiepiſcopus Sedis Apoſtolicæ Legat. præfuit.

* 1282. *Auenionenſe* ſub Martino *IV.* pro diſcipl. Eccleſ. & contra vſurarios.

Bertrandus *Almaricus Arelatenſ.* Archiepiſc. præf.

1285. *Lancicienſe VII. in Polonia* ſub Honorio VI. quo Iacobus *Suinca* Archiep. *Gneſnenſis*, Henricum *Vratiſlauienſ.* Thomam Epiſcopum vexantem excommunicauit.

1286. *Rauennatenſe* ſub Honorio *IV.* cauſa reformandæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ.

9. Canones ſanciti ſunt.

12. Epiſcopi ſubſcripſerunt.

* 1286. *Bituricenſe* ſub Honorio IV. pro moribus & diſcipl. Eccleſiaſt. 40. Canones ſanciti ſunt.

Simon *de bello loco Bituricenſ.* Archiepiſc. & Cardinalis præfuit.

* 1287. *Rhemenſe* ſub Honorio *IV.* in cauſa Religioſorum Priuilegioſorum.

Petrus *Barbet Rhemenſ.* Archiepiſcopus præfuit.

1287. *Herbipolenſe* ſub Honorio IV. Ioan. *Buccamantius* Cardinal. *Tuſculanus* authoritate Legati Apoſtol. qua fungebatur, 4. partem redituum annuorum in 4. annos futuros Rodulpho Cæſari poſtulauit, timentibus, & tacentibus cæteris Prælatis, ſolus Conradus *Probus* Ord. Minor. Epiſcopus *Tullenſ.* animosè nimis reſtitit, Siſtrido autem Archiepiſcopo & Henrico *Treuirenſ.* contra hanc exactionem poſtea ſe fortiter opponentibus negotium penitus reuocatur, Conradus autem Romam vocatus cum læſæ Maieſtatis inſimularetur, ſponte Epiſcopatu ſe abdicauit.

1287. *Mediolanenſe* ſub Nicolao IV. pro diſciplina Eccleſiaſtica.

10. Canones editi ſunt.

Otto *Mediolanenſ.* Archiep. præfuit.

* 1290. *Auxitanum apud Nugarolum* ſub Nicolao *IV.* pro diſciplina Eccleſiaſtica

2. Canones ſanciti ſunt.

Amaneus *de Armeniaco Auxitanus* Archiepiſcopus præfuit.

1291. *Salisburgenſe* ſub Nicolao *IV.* de hoſpitalariorum, Templariorum, ac Teutonicorum ordinibus coniungendis.

1291. *Londinenſe* ſub Nicolao *IV.* de eiectione Iudæorum, qui iuſſu Concilij partes abierunt, ante acceſſum Bernardi Epiſc. *Groſſetani* legati Apoſtol. Edoardus Rex voluit ſtatuere, ne cui hominum liceret dare prædia Collegiis Monachorum, neue

H liceret

liceret Monachis, aut aliis Sacerdotibus emere poſſeſſiones, ſuperueniens Legatus Regem iniquitatis & impietatis redarguit, legemque abrogare & Eccleſiis, Eccleſiaſticiſque rebus ac perſonis reſtitue re libertatem coegit.

1291. *Mediolanenſe* ſub Nicolao I V. pro auxilio terræ ſanctæ ferendo, Præfecto copiis Cruce ſignatorum Rege *Galliarum*, multa etiam ad Eccleſiaſticam diſciplinam reuocandam conſtituta ſunt.

Otto *Mediolanenſ.* Archiepiſcopus præfuit.

1292. *Aſcaffenburgenſe* tempore interregni Pontificij pro diſciplina Eccleſiaſtica.

8. Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Gerardus *Moguntinus* Archiepiſcopus præfuit.

1297. *Lugdunēſe* præſente Bonifacio VIII. quo inhiberur Principibus, ne Sacerdotibus vectigalia imponerent, neue Sacerdotes iniuſſu Romani Pontificis illa impoſita ſoluerent.

* 1299. *Senonenſe* ſub Bonifacio VIII. pro recipiendis quibuſdam eius decretalibus.

Stephanus *Becardus Senonenſ.* Archiepiſcopus præfuit.

* 1299. *Rothomagenſe apud B. Mariam de Prato* ſub Bonifacio VIII. pro diſciplina & Iuriſdictione Eccleſiaſtica.

7. Canones ſanciti ſunt.

Guillelm. *de Flauacuria Rothomagenſ.* Archiepiſcopus præfuit.

* 1300. *Auxitanum a[pu]d Marchianum* ſub Bonifacio VIII. pro diſcipli[na] Eccleſiaſtica.

2. Canones ſanciti ſunt

Guillelmus *Auxitanus* Archiepiſcopus præfuit.

* 1301. *Compendienſe* ſub Bonifacio VIII. pro immunitate Eccleſiaſtica.

Robertus *de Courtenai Rhemenſ.* Archiep. præfuit.

1302. *Romanum* ſub Bonifacio VIII. quo Philippus Rex *Francorum* excommunicatur eo quod Sacerdotales *Galliarum* titulos ordinare, citra conſenſum Præſidis Romani, ſtatuiſſet.

* 1303. *Auxitanum apud Nugariolum* (*Nogaro en Armagnac*) ſub Bonifacio VIII. pro diſcipl. Eccleſ.

19. Canones ſanciti ſunt.

11. Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Amaneus *Auxitanus* Archiep. præfuit.

* 1303. *Compendienſe* ſub Benedicto II. pro diſciplina Eccleſiaſtica.

Robertus *de Courtenai Rhemenſis* Archiepiſcopus præfuit.

* 1304. *Ruffacenſe apud Roſſiacum* (*Ruffec Diœceſis Pictauienſis*) Sede vacante, pro diſciplina Eccleſiaſtica.

Bertraodus *de Gouth Burdegalenſis* Archiepiſcopus præfuit.

* 1308. *Auxitanum* ſub Clemente III. pro diſciplina Eccleſiaſtica.

Amaneus *Auxitanus* Archiep. præfuit.

1310. *Salisburgenſe* I. ſub Clem. V. cauſa decimarum Sedi Apoſtolicæ ſoluendarum.

1310. *Salisburgenſe* II. ſub Clement. V. quo ſtatuta quædam pœnalia, priorum Prouincialium Conciliorum, ex certis & legitimis cauſis, vt animarum periculum caueatur moderantur.

7. Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Duo per Procuratores.

Conradus *Salisburgenſ.* Archiepiſcopus Sedis Apoſt. Legatus præfuit.

1310. *Moguntinum* ſub Clem. V. quo iuſſo Pontificis tractata eſt cauſa Templariorum, quorum 20. Fratres cum Hugone Comite *Silueſtris*, & *Rheni* ſub habitu ordinis armati in conſeſſum Patrum irrumpentes, appellarunt ad futurum Pontificem.

Petrus *Moguntin.* Epiſcopus præfuit.

* 1311. *Moguntinum* ſub Clem. V. quo idem Petrus iuxta aliam commiſſionem procedens, prædictos Templarios cenſuit abſoluendos.

* 1311. *VIENNENSE in Gallia* Oecumenicum ſeu *VNIVERSALE* XV. præſente Clement. V. quo Bonifacius VIII. à calumniis Philippi pulchri Regis *Francorum* abſoluitur, declaratum tamē eſt à Conc. proceſſus quos Bonif. cōtra Regē fulminaſſet, fuiſſe iniuſtos ac nullos. Templarij (quorum ordo annis fermè 184. ſteterat) extirpantur & vna die per vniuerſum orbem (propter hæreſim aliaque facinora, & quod ad Sarracenos defeciſſent) deleti ſunt, eorumque bona aſſignata ſunt ordini hoſpitalis *Ieroſolym.* & quia iam fuerant occupata à diuerſis Dominis Laicis, oportuit quod illi *de Hoſpitali* magnum theſaurum exponerent in dando Regi, & aliis qui occupauerant dicta bona, vnde depauperata eſt manſio hoſpitalis, quæ ſe exiſtimabat inde opulētā fieri. Expeditio pro recuperanda terra ſancta, ſuſcipienda decreta fuit, ac decima ſexennalis in eius ſubſidium conceſſa fuit, & annis ſucceſſiuis ſoluta, ſed res effectu caruit.

Hæreſes Petri Ioannis, *Fraticellorum*, & *Dulciniſtarum, Begardorum, & Beguinarum* condemnantur: Petrus Ioannis Io[ach]im Abbatis diſcipulus, negabat animam rationa[l]em qua rationalis eſt, formam eſſe humani corporis, gratias & virtutes in baptiſmo infundi aſſerebat, Chriſtum adhuc viuentem lancea vulneratum.

Fraticelli & Dulciniſtæ promiſcuos concubitus in locis occultis exercebant, viſionem ſanctarum animarum, vſque ad nouiſſimum diem differri dicebāt. Beguardi & Beguinæ aſſerebant quod homo in hac vita, tantum ac talem perfectionis gradum conſequi poſſet, vt penitus impeccabilis reddatur, neque in gratia amplius proficere poſſit, ac talem perfectum nec ieiunare, nec orare oporteret, qui ſunt in hoc perfectionis gradu, & Spiritu libertatis, non eſſe humanæ ſubiectioni obedientiæ, nec vlla præcepta Eccleſia ſeruare debere, & alia multa, &c.

Plurimæ conſtitutiones (quæ extant V. lib. Clementinarum in corpore Iuris Canonici) pro reformandis moribus Eccleſiæ promulgantur.

Concilium biennium aut ſeſquennium durauit.

300. & amplius Epiſcopi, aliique Prælati ſubſcripſ.

Alexandrinus & *Antiochenus* Patriarchæ interfuerunt.

1311. *Rauennatenſe* II. ſub Clem. V. pro diſciplina & moribus Eccleſiæ reformandis.

32. Canones editi ſunt.

92. Epiſcopi ſubſcripſ. quorum 6. per Procuratores.

* 1313. *Auxitanum apud Nugariolum* Sede vacante, contra occupantes bona Eccleſiaſtica.

6. Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Guillel. *de Flauacourt Auxitan.* Archiepiſcopus præfuit.

* 1314. *Senonenſ. Pariſiis* celebratum Sede vacante, pro diſciplina & Iuriſdictione Eccleſiaſtica.

3. Canones ſanciti ſunt.

Philippus *Senonenſ.* Archiepiſcopus præfuit.

1314. *Rauennatenſe* III. tempore interregni Pontificij, pro diſciplina & moribus Eccleſiæ reformandis.

20. Canones editi ſunt.

90. Epiſcopi ſubſcripſ.

* 1317. *Siluanectenſe* ſub Ioan. XXII. contra Dominos temporales bonorum Eccleſiæ raptores.

Robertus

Robertus *de Curtiniaco Rhemens.* Archiep.præf.
1517.*Rauennas.*IV.*Bononia* celebratum, sub Ioan. XXII. pro disciplina Ecclesiastica.
24. Canones sanciti sunt.
1322. *Sabinense apud Vallemeleti Palentina Diœcesis in Hispania* sub Ioanne XXII.pro disciplina Ecclesiastica.
27. Canones editi sunt.
Guillelmus *Sabinensis* Episcopus Sedis Apostolicæ Legatus præfuit.
* 1323. *Senonense Parisiis* celebratum sub Ioanne XXII. pro disciplina & Iurisdictione Ecclesiastica.
7.Canones sanciti sunt.
Guillelm. *de Melduno Senonensis* Archiepiscopus præfuit.
1324. *Toletanum* sub Ioan. XXII. pro disciplina Ecclesiastica.9.Canones sanciti sunt.
1324.*Auenionense* præsente Ioann. XXII. contra Nicol.V.Antipapam eiusque errorem,quo docebat Iesum eiusque discipulos adeo pauperes semper fuisse,vt nihil vnquam neque in commune,neque priuatim habuissent.
* 1324. *Auxitanum* sub Ioanne XXII.de solemni pœnitentia.
Guillelmus *de Flanacourt Auxitanus* Archiepiscopus præfuit.
* 1326.*Auxitanum apud Marchianum* seu *S.Mariæ Marchiacum* sub eodem contra simoniacè præsentatos à Patronis.
Guillelm. *de Flanacourt Auxitanus* Archiepiscopus præfuit.
* 1327. *Moguntinum* sub Ioanne XXII. de rebus Ecclesiasticis.
Matthias *Moguntinus* Archiepiscop. præfuit.
* 1328.*Cantuariense* sub Ioan.XXII.aliquot Episcoporum, in quo, decretum est pro festo Conceptionis immaculatæ.
* 1329. *Compendiense* sub Ioann. XXII. contra impedientes libertatem Ecclesiast.
5.Canones sanciti sunt.
Guillel. *de tria Rhemens.* Archiepiscop. avunculus Regis Philippi præfuit.
* 1329.*Parisiense* sub Ioan.XXII. pro tuendis Ecclesiæ libertatibus, & Iurisdictione Ecclesiast. contra Petrum de Cugneriis.
4. Archiepiscopi; & 15. Episcopi subscripserunt.
* 1337. *Auenionense in Monasterio S. Ruffi* sub Benedicto XII. quo plura condita sunt decreta ad Officij diuini ritus & mores spectantia.
3. Archiepiscopi & 14. Episcopi subscripserunt.
Gasbertus *Arelatens.* Archiepiscopus præfuit.
Armandus *Aquensis*, Bertrandus *Ebredunensis*.
Arnaldus *Vercienfis* Bartholomæus *Forojuliens.*
Bertrandus *Senesens.* Elzearius *Diniensis*.
Gaufredus *Regiensis*, Guillelm. *Aptens.*
Guillelm. *Nicienfis*, Hugo *Carpentoractens.*
Hugo *Tricastinens.* Iacobus *Glandatensis*.
Iacobus *Tolonens.* Petrus *Aransicanus*.
Rostagnus *Sistaricensis*, Roterius *Vasionensis*.
1339. *Toletanum* sub Benedicto XII.ad reformandos mores Ecclesiæ.
5. Canones sanciti sunt.
8. Episcopi subscripserunt.
* 1341. *Anglicanum* sub Benedicto XII. in quo molti, quod suis abuterentur officiis, ignominiosè deponuntur.
1347. *Toletanum* sub Clemente VI. pro disciplina Ecclesiastica.
4. Canones sanciti sunt.
4. Episcopi subscripserunt.

1355.*Toletanum* sub Innocentio VI.pro disciplina Ecclesiastica.
* 1368. *Lauaurense* sub Vrbano V. pro disciplina Ecclesiastica.
3. Archiepiscopi & 10. Episcopi subscripserunt.
Petrus *Narbonens.* Archiepiscopus.
Gaufredus *Tolosanus* Archiepiscopus.
Arnaldus *Auxitan.* per Vic. Arnaldus *Electens.*
Bernardus *Conuenarum*, Guillelm. *Appamiarum*.
Guillelm.*Lombariensis*, Hugo *Biterrens.*
Ioannes *Caturcensis*, Otto *Lescariensis*.
Petrus *Lodouens.*Robertus *Vaurensis*, *Vasatensis*.
* 1375. *Vratislauiense in Polonia* sub Gregorio XI. pro disciplina Ecclesiastica. Statutum est vt bini grossi,de vniuscuiusque Marcæ prouentu Sacerdotiorum in sumptus belli Turcici conferrentur, instante Nicol. Episcopo *Nucericensi* nuncio Apostolico.
* 1382.*Londinense* sub Vrbano VI. quo VVicleflus hæresiarcha damnatur.
1386.*Salisburgense* sub Vrbano VI. pro disciplina Ecclesiastica. 17.Canones sanciti sunt.
4.Episcopi subscripserunt, & quidam Procuratores aliorum Episcoporum.
Pilgrinus *Salisburgens.* Archiepiscop. Sedis Apostolicæ Legatus præfuit.
* 1394.*Parisiense* sub Bonifacio IX.omnium Galliarum Antistitum, agente Carolo Rege celebratum,contra schisma Petri *de Luna*,qui illic depositus, cedere tamen noluit.
* 1402. *Siluanectense* pro tollendo schismate inter Bonifacium IX. & Benedictum XIII.
Cardinales Galli cum Patriarcha *Alexandrino*,aliique pauci Prælati interfuerunt.
1409.*Pisanum* Oecumenicum,quod ad tollendum schisma inter duos Pontifices Gregor.XII.&Benedict. XIII. (qui & Petrus *De Luna*) à Cardinalibus vtriusque obedientiæ indictum est; Patres autem Concilij contra eos legitimè citatos; nec comparétes,sed contumaces,sess. 14.die 15. Iunij sententiam depositionis,& priuationis protulerunt,vt hæreticos & schismaticos, prohibentes Christicolis cunctis, ne quem eorum Papam nominarent, aut tanquam Romano Pontifici obedirent.
Sess. 19.Alexander V.Ord. Minor. Cardinalis *Mediolanens.* electus fuit.23, Sessionib. Concilium finitum est,quod tamen Alexander(cùm illud ad negotia Ecclesiæ constituenda maximè necessarium arbitraretur)noluit dissoluere, licet grauissimas ob causas,in tempus magis opportunum reseruauerit; atque inde Bononiam profectus,paulò post obiit. Hoc Concil. sicut non legitur manifestè approbatum, sic nec manifestè reprobatum.
23.Cardinales subsc. 3. Patriarchæ, Archiepiscopi & Episcopi 300. Monasteriorum Præfecti 280. Theologi & Legati Principum,Simeon Patriarcha Petr. *Meldens.* Episc. *Alexand.* administrator perpetuus Eccl. *Carcassonens.*
1414.*finitum* 1418. *Constantiense* Oecumenicum, à Ioan. XXIII. indictum,& à Gregor. XII. approbatum, causa schismatis tollendi.
Ioannes XXIII.qui sess. 2. spótè Pontificatui se renunciaturū promiserat,cùm Constantia discessisset, ter citatus,tandem sess. 12. de multis criminibus accusatus, & conuictus, sententia diffinitiua (quam ipse probauit)depositur.
Sess. 8. articuli VVicleffi hæresiarchæ damnati sunt, eiusdemque ossa exhumari,& ab Ecclesiæ sepultura efferri,necnon libros eiusdem comburi debere, publico edicto est definitum.

Seff. 13. damnata est errones & hæretica Doctrina de Eucharistia extra sacrificium, sub vtraque specie necessariò sumendâ, simulque Sacerdotibus inhibitum, ne, sub pœna excommunicationis, vlli homini vtramque speciem panis & vini communicent.

Seff. decima quarta Gregorius XII. per Procuratores Papatum resignauit, resignatione acceptata, Cardinales vtriusque obediétiæ sunt vniti, insuper declaratum est, acta & gesta Gregorij XII. rata seruari debere, vtpotè qui legitimè electus, solius pacis gratia, Pontificatui vltrò cessisset.

Seff. 14. Ioannes Huz, damnatis eius hæresibus combustisque perniciosis codicibus degradatus est, nolensque resipiscere, iusto iudicio per rogum, & incendiom è viuis est sublatus.

Seff. 16. contra turbatores, prædones, & spoliatores personarum, quæ Concilio interfuerant processus decernuntur.

Seff. 17. Angelus de Corario quondam Gregorius XII. in numerum Cardinalium relatus, perpetuus Legatus à latere, in Prouincia Marchiæ Anconitanæ, constituitur.

Seff. 19. Franciscanis indultum est quod Prouinciales teneantur approbare quem fratres communi vel potiore suffragio Vicarium siue Guardianum sibi elegerint; Insuper declaratum est à Synodo, non obligari Patres Concilij per saluum conductum, à sæculari potestate, hæreticis concessum, eosque pertinaciter in hæresis permanentes iusto iudicio puniendi potestatem haberet, simulque definitum est, eos qui Concilio interessent, omnes beneficiorum fructus iustè acquirere.

Seff. 21. Hieronymus *Pragensis* Ioannis Huz socius post recantatam, emissæ professionis fidei palinodiam, de hæresi est condemnatus, traditusque post solitam degradationem, potestati sæculari, combustus fuit.

Seff. 28. Fredericus Dux *Austriæ* post reproductas citationes, eiusque contumaciam grauissimè accusatam, excommunicatur, donec iura Tridentinensis Ecclesiæ inuasa, eidem restituat.

Seff. 37. post reproductas Binas Petri *de Luna* citationes, postquam accusatâ eiusd. contumaciam, lata est in eum sententia definitiua, qua ille Pontificatu depositur, omnesque fideles, ab eiusdem obedientia absoluuntur.

Seff. 41. Cardinales, vnà cùm 30 aliis è 4. nationibus ad id deputatis Conclaue ingressi, Martinum V. In summum Pontificem elegerunt.

Hoc Concilió à Martino V. approbatum est, quoad ea quæ ad fidem pertinent, contra VViclefum, Ioan. *Huz*, Matthæum *Dresdensem*, Hieron. *Pragensem* decreta & promulgata fuerunt; quæ vero de authoritate Concilij supra Pont. sess. 4. Patres constituerunt, sententia *Florentini* & *Lateranensis* Conciliorum, planè reprobata sunt.

250. Episcopi subscripserunt, nimirum 4. Patriarchæ, 29. Cardinales, 47. Archiepiscopi, 160. Episcopi, & cum his Abbatum, Præpositurum, Priorum, & omnis generis Clericorum, ingens numerus.

Ioan. *Ostiensis* Episcopus, Cardinalis *Viuariensis*, post cessionem Ioan. 23. præfuit, vsque ad electionem Martini V.

Ioannes *Constantinopolitanus*.
Ioannes *Antiochenus* Patriarchæ.
Guillel. Arnoldi *Baiocens.* Guillelmus *Bituricens.*
Guillelm. *Ebroicens.* Helias *Aniciensis*.
Iacobus *Turonens.* Ioannes *Gebennensis*.
Ioan. *Siluanectens.* Ioan. *Vintensis*.
Martinus *Atrebatensis*, Stephanus *Dolensis*.
Theobaldus *Bisuntinus*, Theobaldus *Carcassonens.*
Thomas *Senonensis*, Vitalis *Tolonensis*.

1420. *Salisburgense* sub Martino V. in causa fidei, ac morum.

40. Canones sanciti sunt.

9. Episcopi subscripserunt.

Eberardus *Salisburgens.* Archiepiscopus Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

* 1428. *Parisiense* sub Martino V. pro reformatione diuini Officij Ministrorum Ecclesiæ Abbatum, Religiosorum, Sæcularium, &c.

40. Canones sanciti sunt, 5. Episcopi præsentes, & duo pes Vicarios subscrips.

Ioan. *de Nantone Senonensis* Archiepiscopus præfuit.

Iacobus *du Chastelier Parisiensis*.
Ioan. *de Tetignace Carnotensis*.
Ioan. *de Broou Meldensis*, Ioan. *de l'Eguise Trecensis*.

* 1429. *Dertusense in Aragonia* sub Martino V. in quo Episcopi Hispani sublato Antipapa Ægidio munionis, obedientiam præstiterunt Marti. V.

22. Canones sanciti sunt.

Petrus Fuxo Cardinalis, Legatus Sedis Apostolicæ præfuit.

1431. *finitum* 1442. *Basileense* Oecumenicum à Martino V. indictum.

Decreto *Constantiensis* Concilij statutum fuerat, vt Papiæ celebraretur, sed cùm pestilente constitutione inficeretur *Papiense* cœlum, placuit Pontifici Cnocilium transferre *Senas*, cumque illuc, ex multis nationibus conuenirent, multi quidem ex largitionibus promissis contra Martinum moliebantur, vt de Pontificatu deiiceretur, quod vbi animaduertit Pontifex, statim Concilij conuentum dissoluit, & ne quis calumniari posset Pontificem sibi timere, statuit post septem anuos Synodum generalem celebrandam Basileæ; ab Eugenio IV. successore congregatum, & continuatum est, sub præsidio Iuliani Cardinalis. Cùm autem initio, sub specie reformandæ Reipublicæ Christianæ, pleraque Romanæ Ecclesiæ priuilegia, eaque imprimis quæ maiorè necessaria erant, omnino tollere, & antiquare studerét, Eugenius Papa, Legato Sedis Apostolicæ reuocato, Concilium, cuius inchoationem antea approbauerat, dissoluit, & *Ferrariam* transtulit, ea præcipuè de causa, quod Græci de vnione cum Romanis ineunda acturi, eum locum delegissent.

Ibi nouissima reformatio Ordin. S. Benedicti Germaniæ facta, confirmata est; *Bohemi* ac *Morani*, legatione ad Concil. missa petierunt, vt illis liceret communionem sub vtraque specie sumere aliisque porrigere, quibus promissum est, in omnibus scil. præterquam in communione, ritibus Ecclesiæ se conformantibus, quod, post editam hac de re Concilij definitionem (si perseuerauerint Bohemi in huiusmodi communionis desiderio) licentiam essent obtenturi porrigendi communionem laicis sub vtraque specie (modo illud per legationem sibi concedi postularent) iis scil. qui id renereotet postulauerint, ea conditione adiecta, vt inter communicandum, plebem publicè instruant, non sub specie panis carnem Christi tantum, nec sub specie vini solum sanguinem, sed sub qualibet specie, totum & integrum contineri Christum.

Vide Conciliab. Basileense de Concept. B.V. sess. 36.

Ex parte reprobatum fuit hoc Cõcilium, quoad ea nimirum quæ ibidem de authoritate Conc. & depositione Eugenij IV. sess. 2. decreta, & sancita fuerunt, tunc enim, post reuocationem legati, & dissolutionem

nem Concil. non Concilium, sad Conciliabulum dictum est, constitutiones autem quæ de beneficiis Ecclesiast. editæ, & promulgatæ fuerunt, postea à Nicol. V. probatæ sunt. Iulian *Cæsarinus* Cardin. Sedis Apostolicæ Legatus præfuit, sed posteà adhæsit Eugenio IV.

Ludouicus *Arelas.* Cardinalis Sedis Apostolicæ Legatus post reuocationem Concilij, & Legati continnauit; Bernard. *Aquens.* Francisc. *Gebennens.* Ludouic. *Massiliensis.*

1418. *FLORENTINVM* Oecumenicum seu *VNIVERSALE* XVI. ab Eugen. IV. præsente, rogatu Orientalis Imperatoris celebratum, contra errores *Græcorum*. Imperator *Græcorum*, Patriarcha *Constantinop.* & Vicarij trium Patriarcharum cum multis Episcopis Græcis interfuerunt; cœptum primo Ferrariæ, postqua habitas 16. sessiones, ob pestē ingrauescentem, translatum est Florentiam, ibique 9. sessionibus celebratis finitum, & absolutum fuit anno 1439. pridie non. Iulij cùm anno vno & tribus ferè mensibus durasset. Controuersia orta est Ferrariæ de sedibus Occidentalis & Orientalis Eccles. postulabat Papa vt ad vnum latus Ecclesiæ, sui omnes Ecclesiastici considerent, ad alterum vero Imperator & Patriarcha cum suis omnibus. in medio porro atqua ad caput Pontifex ipse; contra Imperator id potius Imperatoris esse, quam Papæ aiebat, qua de re magna quæstio habita est, donec lecta sunt acta Synodorum, tandem hoc inter eos conuenit vt Papæ quidē & Pont. ea pars Templi (S. Georgij scil.) daretur quæ læua esset ingredienti, dexteram vero imperatori & suis; Pontificis ergo Sedes ad partem illi assignatam collocata erat, distans a sacro altari passus ferè 4. infra illam vno ferè passu Sedes Imperatoris *Alemanniæ* vacua, tantum in speciem posita, propè hanc sedare Cardinales, & deinceps Metropolitæ & Episcopi ad 550. Sacerdotes autem & Diaconi, aliique Protonotarij erant innumeri; similiter è Ragiona ad latus australe, Sedes Imperatoris parata fuit, sedes autem Demetrij fratris Imperat. à dextris quidem imperatoris, illo autem inferior 4. ferè palmos, Patriarchæ sedes in alto etiam posita, Vicariorum autem aliorum Patriarcharum, totiusque Orientalis Eccles. sedes ordine dispositæ sunt: In medio inter duos Cleros ante sacrum altare, solium pulcherrimum per quam ornatum, apparatumque aureo velamine, in quo sedit Iudex magnus, & iustus D. N. Ies. Ch. hoc est sanctum Euangelium, appositis hinc inde SS. Apostolorum Petri & Pauli Capitibus cereisque ante illa accensis, *Sic autem Antoninus.*

Conuenientibus Florentiæ *Latinis* & *Græcis* die statuta, in loco determinato residantiæ Papæ, in Conuentu scil. Prædicatorum, publico consistorio loca vnicuique decentia sortiti sunt, & Pontifex summ. in throno eminentiori ornato resedit facie versa ad Orientem, iuxta quem RR. DD. Cardinales à dextris & à sinistris distincti paulò interius; Imparatori vero Græcorum Sedes parata est decora, è contra Pontificem in aliquali distantia, vultu conuerso ad Occidentem, Doctores Latini disputantes in latere per transuersum Sedes acceperunt versi ad meridiem, Græci vero Magistri considebant versi ad Aquilonem, cæteri circumdantes plurimi, aliqui steterunt, aliqui in Domini terra, *id est Humi* substratis tapetibus se locauerunt.

Post 25. & vltimam sess. nonis Iulij ann. 1439. publica sess. habita, omnium tùm *Latinorum* tùm *Græcorum* consensu, in decreto *Græcè* & *Latinè* edito definitum fuit Spiritum S. ex Patre ac Filio æternaliter, tanquam ex vno principio, & vnica spiratione procedere, atqua explicationem verborum illorum (filioque) rationabiliter symbolo fuisse adiectā; & siue in azimo, siue in fermentato pane triticeo, corpus Christi confici posse, purgatorium locum esse in quo eorum animæ detinentur, qui pœnitentes in Dei charitate decesserunt, nec dum dignis pœnitentiæ fructibus, pro suis peccatis, satisfecerunt, easque fidelium suffragiis adiuuari, eorum vero animas, quæ vel nullam post baptismum contraxere maculā, vel contracta macula postea sūt purgatę in cœlum mox recipi, & apertè ab iis Deum conspici; postremo Romanum Pontificem verum Christi Vicarium, ac B. Petri successorem totius Ecclesiæ caput esse.

Iosephus Patriarch *Constantinopol.* paulò ante Concilij finem obdormiuit in Domino, cum ante obitū in schedula scripsisset, se Romani Pontificis Primatum, ac Romanæ Ecclesiæ confiteri.

Imperatoris tamen nimium arga res ciuiles studium effecit, vt ad optatum finem, vnitatis negotium non peruenerit, huc accessere Marci Metropolitæ *Ephesi* contra S. Synodum calumniæ, qui cum sese vnus ex *Græcorum* omnium Episcoporum numero segregasset; neque definitioni Gener. Concilij subscribere voluit, neque à confingendis variis mendaciis in Græciam reuersus obstinuit, sed scriptis variis Epistolis *Græcorum* animos, antiqua schismatis consuetudine, malè affectos, facilè sollicitare potuit; quominus vnitatem amplecterentur, ita factum est vt præter eos Patres Orientalis Ecclesiæ, qui synodo interfuerunt, *Græci* nunquam hoc generale Concil. receperint, quod 8. ab ipsi appellatur, & iuxta comminationem Nicolai Papæ triennio post litteras ab ipso Nicol. datas libertatem simul & Imperium amiserint ex D. Antonino cùm Cardinalis *Venetus* destinatus Legatus Constantinopolim moram traheret, & in eius societate esset venerabilis Episcopus *Coronensis* D. Bartholomæus *de Florentia* sacræ Theologiæ Professor egregius, placuit Imperatori Græcorum & proceribus eius vt fieret publica concertatio inter Marcum *Ephesinum* & *Coronens.* Episcopum; quo facto *Ephesinus* præfatus iterùm ab eo superatus, & confusus est, & tanta ex eo absorptus tristitia, vt infra paucos dies expirauerit cum sua perfidia.

Armenorum Oratores in fine Concilij *Florentiam* accesserunt, & ibidem Catholicæ Ecclesiæ fidem professis Eugen. Pont. in eodem gener. Concilio litteras tradidit, in quibus Orthodoxæ fidei veritas breuiter explicatur.

Ioan. *Iacobinorum* Patriarcha, misso oratore Andræa Abbate *S. Antonij* vnitus est in fide cum Ecclesia Romana, quos Oratores Albertus *Sartianensis* Ord. Minorum Nuncius Apostolicus Florentiam deduxit.

141. Episcopi subscripserunt. Marcus *Ephes.* solus ex omnium Episcoporum *Græcorum* numero sub scribere noluit.

Bessarion *Trapezuntinus*, Isidorus *Thessalonicensis*; *Græci* Episcopi, facti sunt ibi Cardinales.

Antonius *Grassensis*, Guillel. *Andegauens.*
Guillelm. *le Ferron Leonensis*, Ioannes *Agathens.*
Ioannes *Morinens.* Ioannes *Niuernens.*
Iulianus *Ciuitatens.* Nicolaus *Tricaricens.*
Petrus *Caualliceus.* Petrus *Dignensis.*
Zanonus *Baiocens.*

1440. *Frisingense* sub Eugenio IV. pro Ecclesiasticis constitutionibus.
32. Canones sanciti sunt.

1448. *Turonense* celebratum *Andegaui* sub Nicol. V. pro reformandis Eccles. moribus.
37. Canones sanciti sunt.
5. Episcopi interfuerunt, cœteri tàm Episcopi quàm Abbates, per Procuratores.
Ioan. *Turonens.* Archiepiscopus præfuit.
Guillelmus *Nannetensis.*
Ioannes *Cenomanensis*, Robertus *Redonens.*
Robertus *Sammachouiensis.*

1449. *Lugdunense* pro schismate inter Nicol. Papa, & Felicem Antipap. tollendo. Quo Felix rogatus à Concilio & à Frederico Imperat. liberè cessit Pontificatui, vnde vulgo de eo ferebatur carmen, *lux fulsit mundo; Felix cessit Nicolao.*

* 1455. *Suessionense* sub Calixto III. pro tollendis abusibus.
Ioan. *Iuuenalis de vrsinis Rhemensis* Archiepiscopus præfuit.

* 1456. *Petricouiense in Polonia* sub Calixto III. pro conseruanda libertate bonorum Ecclesiasticorum, & subsidio Regi Casimiro ad bellum Prussicum, ab Ecclesiasticis contribuendo.
Ioannes *Sprouius* Archiepiscopus *Gnesnensis* præfuit.

* 1457. *Aueniouense* sub Calistro III. vbi decretum de Conceptione, seu de festo Immaculatæ Conceptionis.
Alanus *Coetiuus* Episcopus *Aueniouensis*, Petrus *de Fuxe* Iunior *Arelatens.* Archiep. Cardinales præfuerunt, & 12. Episcopi subscripserunt.

1457. *Calissiense in Polonia* sub Calixto III. pro subsidio Regi Casimiro ad bellum Prussicum.
Ioannes *Sprouius* Archiespiscopus *Gnesgnensis* præfuit.

1459. Mantuanum sub Pio II. præsente. Pro expeditione contra Turcas.

* 1459. *Lancisiense in Polonia*, sub Pio II. pro reformatione Cleri.
Ioannnes *Sprouius* Archiep. *Gnesnensis* præfuit.

* 1466. *Lancisiense* IX. *in Polonia* sub Paulo II. pro disciplina Ecclesiastica, & pro subsidio ad bellum Prussicum contra Crucigeros.
Ioannes *Gruscinus* Archiepiscopus *Gnesnensis* præfuit.

1473. *Toletanum in oppido de aranda Oxomiensis Diœcesis* sub Sixto IV. ad reformandos cleri populique mores.
29. Canones sanciti sunt.
3. Episcopi interfuerunt, 3. per Procuratores.
Alphonsus *Carillus Toletanus* Archiepiscopus præfuit.

* 1485. *Petricouiense* II. *in Polonia* sub Sixto IV. ad reformandos cleri populique mores, & pro continuatione belli Prussici.
Sbigneus *Olesnicius* Archiepiscopus *Gnesnensis* præfuit.

* 1494. *Petricouiense* III. sub Alexandro VI. pro subsidio belli contra Turcas.
Fridericus Archiepiscopus *Gnesnensis*, & Cardinalis præfuit.

* 1506. *Lanciciense* X. *in Polonia* sub Iulio II. pro disciplina Ecclesiastica, & pro subsidio duplicato ad bellum Prussicum.
Rosens *de Borszemco* Archiepiscopus *Gnesnensis* præfuit.

* 1516. *Gnesnense in Polonia* sub Leone X. contra Lutheranos.
Ioannes *Lascus* Archiepiscopus *Gnesnens.* præfuit.

1512. *finitũ* 1517. *Lateranense* V. Oecumenicũ 17. sub Iulio II. inchoatũ, & sub Leon. X. absolutum contra Conciliabulum *Pisanum*, pragmaticam sanctionem, pro expeditione contra Turcas, pro reformatione Ecclesiæ, aliisque de causis.
12. Sessiones habitæ sunt.
85. Canones sanciti sunt.
Sess. 2. & 3. *Pisana* Conciliabacta, omniumque schismaticorum Cardinalium damnantur, & reprobantur, reuocantur etiam priuilegia, quæ à Sede Apostolica acceperant.
Sess. 4. Pragmatica sanctio, quæque eiusdem causa Conciliabulum *Pisanum* egerat, planè abrogantur, atque irrita pronunciantur.
Sess. 5. Definitum est simoniacam Rom. Pontif. electionem planè nullam esse, ipsique electo nihil iuris, vel authoritatis conferre, post. 5. sess. Iulius II. obiit, & electus est Leo X.
Sess. 7. 27. Iunij ann. 1513. Bernardinus *Caruaial.* & Fredericus *de S. Seuerino* schismatici Cardinales, simplici Clericali habitu induti & ad pedes Pontificis prostrati, post solemnem schismatis abiurationem, pristinæ dignitati restituuntur.
Sess. 8. deffinitum est, animam hominis immortalem esse, atque in pluribus hominibus non vnam, sed plures esse, additum fuit, ne quis in sacris ordinibus constitutus, vltra quinquennium in Philosophiæ vel poesos studium incumbat, sed potius, illo exacto, studium Theologiæ, vel iuris Pontificij adiungat. Contra Regios Officiales Prouinciæ, vsurpantes Iurisdictionem, & libertatem S. Romæ Ecclesiæ, impugnantes decernitur Monitorium pœnale exequendum, in Aueniouensi, Nicieosi, Vintimiliensi Ciuitatibus.
Sess. 9. ann. 1514. 5. Maij constitutum est, vt nulla deinceps Monasteria commendentur, sed defuncto Abbate statim ad alterius electionem procedatur, vniones perpetuæ tollantur, plura quàm duo beneficia incompatibilia possidere, nulla dispensatione, concedendum esse, etiam qualificato, nisi magna eturgens causa id requirat, Cardinalibus mandatum est ne extra Romanam Curiam residerent.
Sess. X. montes pietatis, multis in locis vsurpati, & à Sede Apostolica approbati, laudantur, & approbantur; prædicti Officiales Prouinciæ à Papa absoluuntur in persona Domini Ludouici *de Soleriis* Oratoris Regis Franciæ, quatenus infra 4. Menses ratificent omnia contenta in quodam instrumento, quod, eorum nomine, Præfatus Orator Concilio dederat.
Sess. 11. Oratores *Maronitarum* præstant obedientiam summo Pontifici. Bulla legitur, quæ continet concordata inter Pontificem, & Christianissim. Francorum Regem, super pragmatica sanctione quæ abrogatur, adiecta est constitutio de Religiosis, eorumque priuilegiis.
Sess. 12. & vltima 17. Maij an. 1517. excommunicantur quicunque domos Cardinalium, tempore electionis noui Pontificis, inuadunt.
114. Episcopi subscripserunt.
Cæsar *Alexandrinus*, Alphonsus *Antiochenus* Patriarchæ,
Alexander *Viennens.* Antonius *Aueniouens.*
Augustinus *Grassensis*, Claudius *Massiliens.*
Dionysius *Tolonensis*, Dominicus *Aquensis.*
Franciscus *Diniensis*, Franciscus *Nannetens.*
Hieronym. *Niciens.* Hugo *Regiensis.*
Ioan. Baptista *Cauallicens.* Ioan. Baptista *Vencienss.*
Ludouicus *Tricaricensis*,
Orlandus *Aueniouens.* sub Leone X.
Vincentius *Bellicensis.*

* 1522. *Lanciciense* XI. sub Adriano VI. pro

Iuridi

Iuriſdictione Eccleſiaſt. & vt Archiepiſcopus *Gneſnenſ.* Legatus natus, ac Primas fungatur officio legationis in Prouincia, ſecundum Bullam Leon. X. Ioannes *Laſcius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis* præfuit.

1524 *Ratiſponenſe* ſub Clem. VII. pro reformatione Cleri Germaniæ.
35. Canones ſanciti ſunt.
3. Epiſcopi ſubſcripſerunt, 9. per Procuratores.
Laurentius Presbyter Cardinalis Legat. Sedis Apoſtolicæ præfuit.

1527. *Hildemenſe* ſub Clemente VII ad reformandum Clerum Germaniæ.

1528. *Senonenſe* Pariſiis celebratum ſub Clemente VII. aduerſ. Lutheri, ſimiliumque hæreticorum dogmata, & pro reformatione Eccleſ.
58. Canones ſanciti ſunt.
7. Epiſcopi ſubſcripſerunt.
Antonius à *Prato Senonenſis* Archiepiſc. Cardin. *Albienſis* Epiſcopus ac *Franciæ* cancellarius præfuit.

* 1530. *Petricouienſe* IV. ſub Clem. VII. pro extirpatione hæreſum.
Ioan. *Laſcius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis* præfuit.

* 1531. *Lancicienſe* XII. *in Polonia* ſub Clem. VII. pro libertate perſonarum Eccleſiaſticarum.
Matthias *Drewicius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis* Legatus præfuit.

* 1531. *Petricouienſe* V. ſub Clem. VII. pro diſciplina Eccleſiaſtica, & contra hæreticos.
Matthias *Drewicius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis* præfuit.

1535. *Lancicienſe* XIII. ſub Clem. VII. pro reformandis moribus Eccleſiæ.
Matthias *Drewicius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis* præfuit.

* 1533. *Viennenſe* ſub Clemente VII, pro diſcina Eccleſiaſtica.
Petrus *Palmerius Viennenſis* Archiep. præfuit.

1536. *Colonienſe* ſub Paulo III. pro reformatione Clericorum, & cæremoniarum Eccleſiæ.
58. Canones editi ſunt, 14. partibus diſtincti.
Hermanus *Colonienſ.* Archiep. præfuit, qui 7. poſt anno in hæreſim labitur.

* 1539. *Petricouienſe* VI. ſub Paulo III. pro reformatione morum, & diſciplinæ Cleri.
Ioannes *Latalſcius* Archiep. *Gneſnenſis* præfuit.

* 1540. *Petricouienſe* VII. ſub Paulo III. pro reformatione Cleri, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ.
Petrus *Gamratus* Archiep. *Gneſnenſ.* præfuit.

* 1544 *Petricouienſe* VIII. ſub Paulo III. pro defenſione Iurium Eccleſiæ, & contra Lutheranos.
Petrus *Gamratus* Archiepiſcopus *Gneſnenſis* præfuit.

* 1547. *Lancicienſe* XIV. ſub Paulo III. de vitandis diſputationibus de negotiis Religionis, inter epulas & pocula.
Nicolaus *Dziergouius* Archiep. *Gneſnenſ.* præfuit.

1548. *Auguſtanum Diœceſanum*, ſub Paulo III. ad reformationem Cleri.
33. Canones ſanciti ſunt.
2. Epiſcopi ſubſcripſerunt & multi Abbates.
Otto *Truchſes Auguſtanus* Epiſcopus, & Cardinalis præfuit.

1548. *Treuirenſe* I. Diœceſanum ſub Paulo III. pro reformanda diſciplina fidei & morum.
14. Canones ſanciti ſunt.
Ioannes *Treuirenſ.* Archiepiſc. præfuit.

1549. *Colonienſe* II. ſub Paulo III. pro reformanda Eccleſia.
85. Canones ſanciti ſunt, 6. mediis diſtincti.
Adolphus *Colonienſis* Archiep. præfuit.

1549. *Moguntinum* ſub Paulo III. in cauſa fidei & morum. 104. Canones editi ſunt.
Sebaſtianus *Moguntinus* Archiep. præfuit.

1549. *Treuirenſe* ſub Paulo III. pro diſciplina Eccleſiaſtica.
20. Canones ſanciti ſunt.
Ioannes *Treuirenſis* Archiep. præfuit.

* 1551. *Petricouienſe* IX. ſub Iulio III. propter exterminandas hæreſes.
Nicolaus *Dziergouius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis* præfuit.

* 1552. *Petricouienſe* X. ſub Iulio III. contra Staniſlaum *Orichouium* Sacerdotem concubinarium, qui de hæreſi damnatus, inſigni oratione & luculenta fidei confeſſione, contra Lutherum ſe purgauit.
Nicolaus *Dziergouius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis* præfuit.

* 1553. *Petricouienſe* XI. ſub Iulio *III.* pro conſeruatione Iurium Eccleſiaſticorum.
Nicolaus *Dziergouius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis* præfuit.

* 1556. *Louicienſe in Polonia* ſub Paulo *IV.* propter extirpandas hæreſes, & retinendum Clerum in officio, & diſciplina Eccleſiaſtica.
Lipomanus Epiſcopus *Veronenſis*, Sedis Apoſtolicæ Legatus præfuit.

* 1557 *Petricouienſe XII.* ſub Paulo *IV.* pro reformatione fidelium, inſtitutique ſunt 4. Inquiſitores hæreticæ prauitatis.
Nicolaus *Dziergouius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis* præfuit.

* 1561. *Varſouienſe* ſub Pio *IV.* contra hæreticos, & mores Clericorum diſſolutos.
Berardus *Bonioannes* Epiſcopus *Camerini*, Legatus Apoſtolicus præfuit.

1545. *finitũ* 1563. *TRIDENTINVM* Oecumenicũ, *XVIII.* à Paulo *III.* *Mantua* indictum ann. 1537. deinde Vincentia vrbs deſignata, & cùm hic conatus, propter inteſtina Principum diſſidia, non proceſſiſſet, nouo edicto Pontificis ann. 1545. Epiſcopi *Tridentum* conuenire iubentur, deſignatis etiã Pontificis Legatis, Ioann. *Morono* Petro Paulo *Pariſio*, Reginaldo *Polo* Cardinalibus qui diutius aduentũ Epiſcoporum *Tridentum* morati ſunt, ſed nouis exortis bellis, res ſucceſſum non habuit, conuenientibus tandem Epiſcopis *Tridentum* in finibus *Italia & Germania* inchoatur Concilium Oecumenicum ſub Paulo *III.* an. 1545. 13. Decemb. tùm aduerſus hæreſes Lutheranorum, aliorumque Nouatorum, tùm ad Chriſtianorum omnium tàm Clericorum, quàm Laicorum mores reformandos; quod Concilium aliquoties intermiſſum, *Bononiamque* an. 1547. ob Cœli inſalubritatem, & bella *Germanica* tranſlatum, & rurſus ſub Iulio *III.* an. 1551. Tridenti redintegratum, ac 3. ſub Pio an. 1562. demum an. 1563. finem accepit, 25. Seſſionibus.
310. Canones ſanciti ſunt.
255. Epiſcopi ſubſcripſerunt: nimirum,
4. Legati, 2. Cardinales non Legati, 3. Patriarchæ, 25. Archiepiſcopi, cœteri Epiſcopi, 7. Generales ordinum.
Ioan. Maria *de Monte*, Marcellus *Ceruinus*, Reginaldus *Polus* Cardinales Legati Pauli III. inchoarunt, & ſubſcripſerunt.
Hercules *Gonzaga* Presbyter obiit Tridenti, Hieronym. *Seripandus* Presbyter obiit Tridenti, Ioan. *Moronus* Epiſcopus *Preneſt.* in locum Gonzagæ, Staniſlaus *Hoſius* Presbyter, Bernard. *Nauagerius* Presbyt. in locum Seripandi, Ludouicus *Simoneta* Presbyter

Marcus

Marc. *Siticus* Diacon. Cardinales Legati Pij 4.præf.
Carolus *a Lotharinga Rhemenſis*, Archiepiſcopus Cardinalis.
Antunius *Ilelius Iuſtinopolitanus* Patriarcha *Ieroſolymitanus.*
Ægidius *Spifame Niuernenſ.*
Aloyſius *Lipoman. Veronen.*
Antonius *à Camera Bellicenſ.*
Antoni us *l Cuiet Abrincen.*
Antonius *Filhols Aquenſis.*
Bern. *Delbene Nemanſ.* Carol. *de Angennes Cenoman.*
Carol. *Deſpinay Dolenſis,* Carol. *de Reucy Sueſſienēſ.*
Claudius *de la Guiſche Agatenſ.*
Euſtachius *du Belay Pariſienſ.*
Franciſcus *Bachodius Gebennenſ.*
Franciſc. *de Beauquere Metenſ.*
Franciſc. *Lambert Nicien.* Franc. *Richardot. Atrebat.*
Franciſc. *Valete Vabrenſ.* Gabriel *de Bonnerij Andeg.*
Gabriel le *Veneur. Ebroicen.* Guill. *d'Auaſō. Ebredun.*
Guillel. *de Montbas Lectorem.*
Guillel. *a Prate Claroment.*
Hieron. *Burgenſ. Catalan.*
Iacob. *Corteſius à Prato Vaſion.*
Iacobus Maria *Sala Vinarienſ.* Ioan. *Clauſſe Senecēſ.*
Ioan. Bapriſt. *de Groſsis Regienſis.*
Ioan. *de Moruillier Aurelianſis.*
Ludouic. *de Ginolhac. Tutellenſ.*
Ludouic. *de Breſze Meldenſ.*
Ludouic. *Debneil Vencienſis.*
Nicol *de Pelue Senonenſis.*
Nicol. *Pſalme Verdunenſis.*
Petrus *de Allebret Conuenarum.*
Petrus *Daneſius Vaurenſis,* Petrus *du Vl Sagienſis.*
Philipp. *Dubec Venetenſ.*
Stephan. *Beucher Choriſepitenſis.*
Criſtan. *Dubizet Xantonenſ.* & alij vſque ad numerum 255.

Ex præſcripto Conc. Trident. multa Concilia prouincialia celebrari incipiunt in Italia, Gallia, Hiſpania.

* 1564. *Rhemenſe* ſub Pio *IV.* pro diſciplina Eccleſiaſtica, & receprione Decretorum Concilij Tridentini. 20. Canones ſanciti ſunt.
5. Epiſcopi ſubſcripſerunt, vnus per Procuratorem, Carolus *à Lotharingia Rhemenſ.* Archiepiſcopus indixit, & præfuit.
Antonius *Crechait Ambianenſ.*
Carolus *Sueſsionenſis.*
Hieronymus *Burgenſis, Cathalaunenſ.*
Ioan. *de Haaſeſt. Neniodunenſ.* per Procuratorem.
Petrus *Cheualier Siluanectenſis.*

1565. *Mediolanenſe I.* ſub Pio *IV.* pro diſciplina Eccleſiaſtica.
96. Canones ſanciti ſunt.
S. Carolus *Mediolan.* Archiepiſcopus Legatus Papę per totam Italiam præfuit.

* 1565. *Cameracenſe* ſub Pio *IV.* pro diſciplina Eccleſiaſtica, & receptione Decretorum Concilij Tridentini; 4. Epiſcopi ſubſcripſerunt.
Maximilianus Archiepiſcopus *Cameracenſis* indixit & præfuit.

1569. *Mediolanenſe II.* ſub Pio V. pro diſciplina Eccleſiaſtica, 94. Canones ſanciti ſunt.
S. Carolus *Mediolanenſ.* Archiepiſcopus Cardinalis præfuit.

* 1570. *Mechlinienſe I.* ſub Pio V. pro recipiēdis decretis Concilij Trident. & pro diſcipl. Eccleſiaſtica; 30. Canones ſanciti ſunt; 36. Epiſcopi ſubſcripſerunt & vnus per Vicarium.
Martinus *Rythouius Epiſcopus Yprenſis* præfuit tanquam Senior comprouincialis, nomine & loco Antonij *Perrenot* Archiepiſcopi *Mechlinienſis* & Cardinalis *Granuellani.*

1573. *Mediolanenſe III.* ſub Gegorio *XIII.* pro diſciplina Eccleſiaſtica. 21. Canones editi ſunt.
S. Carolus *Mediolanenſis* Archiepiſcopus Cardinalis præfuit.

1576. *Mediolanenſe IV.* ſub Gregor. *III.* pro diſciplina Eccleſiaſtica, 53. Canones ſanciti ſunt.
12. Epiſcopi ſubſcripſerunt, 3. per Procuratores.
S. Carolus *Mediolanenſ.* Archiepiſcopus Cardinalis præfuit.

* 1578. *Petricouienſe XIII. in Polonia* ſub Gregor. *XIII.* propter tollendum fœdus ab hæreticis cum Catholicis initum, in quo permittebatur licentia credendi quod quiſque velit, ſine vlla cuiuſque Officij coercitione.
Lipomanus Epiſcopus *Veronenſis,* Sedis Apoſtolicæ Nuncius præfuit.

1579. *Mediolanenſe* V. ſub Gregor. *XIII.* pro diſciplina Eccleſiaſtica. 61. Canones editi ſunt.
16. Epiſcopi ſubſcripſerunt.
S. Carolus *Mediolanenſis* Archiepiſcopus Cardinalis præfuit.

* 1581. *Rothomagenſe* ſub Gregor. *XIII.* pro diſciplina Eccleſiaſtica, & receptione Decretorum Conciliis Tridentini.
4. Canones ſanciti ſunt.
5. Epiſcopi ſubſcripſerunt, vnus per Procuratorem.
Carolus Cardinalis *à Borbonio* Archiepiſcopus *Rothomagen.* indixit, & præfuit.
Bernardus *de S. François Baiocen.*
Claudius *de Saintes Ebroicen.*
Ioan. *de Vaſsè Lexouien.* Ludouic. *de Molinet. Sagien.*

1582. *Mediolanenſe VI.* ſub Gregor. XIII. pro diſciplina Eccleſiaſt. 30. Canones ſanciti ſunt.
10. Epiſcopi ſubſcripſ. 5. per Procuratores.
S. Carol. *Mediolanenſ.* Archiep. Cardinalis præfuit.

* 1582. *Toletanum* ſub Gregor. *XIII.* pro diſciplina Eccleſiaſt. aliiſque de cauſis.
7. Epiſcopi ſubſcripſerunt, & duo Abbates.
Gaſpar *Quiroga Toletanus* Archiep. Cardin. præfuit.

* 1583. *Limenſe America in Regno Peruano*, ſub Gregor. *XIII.* 40. Canones ſanciti ſunt.
Toribius Alphonſus *Mogrouesius* Limenſis Archiep. præfuit.

* 1583. *Rhemenſe* ſub Gregor. *XIII.* pro diſciplina Eccleſiaſtica, & receptione Decretorum Conc. *Trident.* 28. Canones ſanciti ſunt.
7. Epiſcopi ſubſcripſ. vnus per Procuratorem.
Ludouic. Cardinal. *à Guiſia Rhemen.* Archiepiſcopus indixit & præfuit.
Carol. *de Roucy Sueſsionenſ.* Claudius *Nouiomenſ.*
Coſmus *Clauſſe Cathalaunenſ.*
Geofridus *Martonius Ambianenſ.*
Nicolaus *Fumee Bellouacenſ.*
Volentinus *du Glas Laudunenſ.*

* 1583. *Burdegalenſe* ſub Gregor. *XII.* pro diſciplina Eccleſ. & receptione Decretorum Concilij *Trident.* 9. Canones ſanciti ſunt.
7. Epiſcopi ſubſcripſerunt.
Antonius *Preuotius Sanſacus* Archiepiſcopus *Burdegalenſ.* indixit & præfuit.
Arnaldus *Depontac. Vaſaten.*
Carol. *de Beny Engoliſmen.*
Godofredus *de S. Belin Pictauien.*
Ianus *Fregenſe Agenen.* Ludouic. *de Salignac Sarlacenſ.* Nicolaus *le Cornu Santonenſ.*

* 1583. *Turonenſe* ſub Gregor. *XIII.* pro diſciplina Eccleſ. & receptione Decretorum Conc. *Trident.* partim *Turoni*, partim *Andegaui.* habitum.

9. Epiſcopi

9.Episcopi subscripserunt. duo per Procuratores.
Simon à *Maillè* Archiep. *Turonens.* indixit & præf.
Æmarus *Hennequenem Redenens.*
Carolus *de l'Espinay Dolens.*
Catol. *de Liscoet Corisopitens.* Gullel. *Auzem Andeg.*
Ludouicus *de la Haye Venetens.*
Nicolaus *Langelier Briocens.*
Philipp. *du Bec Nannetens.*
Rollandus *de Neufuille Leonens.*

* 1584 *Bituricense* sub Gregorio XIII. pro disciplina Ecclesiast. & receptione Decretorum Concilij *Trident.*
3.Canones sanciti sunt.
4. Episcopi subscripseruot. 2. per Procuratores.
Reginaldus de *Beaulne* Archiepiscopus *Bituricen.* iodixit & præfuit.
Autonius *Hebrardus Sansulpicius Cadurcens.*
Petrus *de la Baume Sancti Flori.*
Ioan. *de l'Aubespine Lemonicens.*

* 1584 *Goense in India* sub Gregorio XIII. contra Nestorianos,& pro disciplina Ecclesiastica; cui Mar-Abrahamos Archiep. *Agamalens.* nomine Mar-Simeonis Patriarchæ *Babylonici* subscrip. fictè tamē. Alexius Ord. S. August. *Goensis* Archiepiscopus præfuit.

* 1585. *Mexitanum in America (vrbs Mexicum dicitur etiam Themistitan)* sub Gregor. XIII. pro disciplina Ecclesiastica.
28. Canones sanciti suot.
7.Episcopi subscripserunt.
Petrus *Moya de Conseros, Mexicanus* Archiepiscop. præfuit.

* 1585. *Aquense in Gallia* sub Gregor. XIII. pro disciplina Ecclesiast.
43.Canones sanciti sunt.
6. Episcopi subscripserunt.
Alesander *Canegianus Aquensis* Archiepiscopus præfuit.
Antonius *de Cuppis* Cistaricens.
Elias *Rastelus Regiensis.*
Petrus *Paparinus de Calido monte Vapincens.*
Franciscus *Aptensis.*
Forojuliensis per Procuratorem.

* 1590. Tholosanum sub Gregor. XIV. pro disciplina Ecclesiast. & receptione Decretorum Conc. *Trident.*
4. Episcopi subscripsf.3. per Procuratores.
Franciscus de Ioyosa Archiep. *Tholosan.* & Cardinal. indixit & præfuit.
Alexand. *de Bordis S. Papuli.*
Ioannes *du Bourg Riuensis.*
Horatius *de Biragus Vaurens.*

* 1594. Auenionense sub Clem. VIII. pro discipl. Ecclesiast.
20.Canones sanciti sunt.
Franciscus Maria *Taurusius* Archiep. *Auenion.* Cardinal. præfuit.

1596. *Aquileiense in Ciuitate Vtini* sub Clem. VIII. pro disciplina Ecclesiast.
20.Canones sanciti sunt.
12 Episcopi subscripsf. 6.per Procuratores.
Franciscus Barbarus *Aquileiens.* Patriarcha præfuit.

*1599. Diamper *in India Orientali* sub Clem. VIII. pro reformatione Ecclesiæ S. Thomæ, quæ à Nestorianis inficiebatur; vbi Georgius eorumdem Nestorianorum Archidiaconus, qui Patriarchæ Babylonis adhærebat,& 153. Presbyteri, atque deputati 671. fidem Catholicam sunt professi, quos vniuersus populus sequutus est.
Alexius Ord. S. August. *Goensis* Archiep. præfuit.

* 1607. *Mechliniense in Belgia* sub Paulo V. pro discipl. Eccl. 7. Episcopi subsc.
Mathias *Houius Mechliniens.* Archiepisc. præf. it.

* 1609. *Narbonense* sub Paulo V. pro discipl Eccles.
48. Canones sanciti sunt.
8.Episcopi subscripsf. duo per Procuratores.
Ludouic. *de Vernins Narbonens.* Archiep. præfuit.
Bernard. *Podianus Agathens.*
Christophorus *de Lestang Carcassonens.*
Ludouic. *à Vinea Vsicens.* Petr. *Fenoilletus Mōspeliens.*
Petrus *de Fleires S. Pontij Tomeriarum.*
Petrus *de Valernod Nemausens.*
Stephan. *Polenrellus Electens.*

* 1610. *Petriconiense* XIV. sub Paulo V. pro reformandis cleri & populi moribus, proque vnione *Ruthenorum* ritus Græci, cum Ecclesia Romana promouenda.

* 1612. *Parisiense* sub Paulo V. quo libellus de Ecclesiastica,& politica potestate, à quodam inominato, satis tamen superque cognito, nuper editus, damnatus & proscriptus est. 8. Episcopi subscripsf.
Iacob. *Perronius* Archiep. *Senonens.* Cardinal. indixit & præfuit.
Eustachius *Niuernens.* Francisc. *Antisiodorens.*
Gabriel *Aurelianens.* Henricus *Parisiens.*
Ioan. *Meldens.* Philipp. *Carnotens.* Renatus *Trecens.*

* 1612. *Aquense* sub Paulo V. contra eund. libellū.
4 Episcopi subscripserunt.
Paulus *Hurault* Archiep. *Aquens.* indixit & præfuit.
Bartholomæus *Forojuliens.* Carolus *Reiensis.*
Tussanus *Sistaricens.*

* 1615. *Parisiensis Conuentus Cleri Gallicani* sub Paulo V. quo, omnium vnanimi consensu, Concilium *Tridentinum* Oecumenicum recipitur, omnesque se illud, quantum in eis esset, suis functionibus obseruaturos promittunt, & iurant, satagente hoc imprimis Francisco Rupefucaldio Cardinali.
Petrus *de Gondy Parisien.* Cardin. Francisc. *Rupefucaldius Siluanectens.* *Cardinalis.*
Iacobus *du Perron Senonens.* Cardinal.
Ægidius *Conuenens.* Ægidius *Tolonens.*
Andræas *Bituricens.* Andræas *Valentinus.*
A. *de Maitie Oloronens.*
Beniaminus *Laudunens.*
Bertrandus *d'Eschaux Baionens.*
Carolus *Nannetens.* Carol. *Andegauens.*
Claudius *Agennens.* Cyrus *Cathalaunens.*
C, *de Balsac Nouiomens.* C. *Noailles S. Flori.*
Eustachius *Niuernens.* Francisc. *Abrincens.*
Francisc. *de Medany Lexouiens.*
Francisc. *Vaurens.* F. Petrus *Mirapicensis.*
Gabriel *Aurelianens.* Guillel. *Ebredunens.*
Henricus *Parisiens.* Hieronym. *Viennens.*
Hisnandus *Glandeuens.*
Iacob. *Baiocens.* Iacob. *Sagiens.*
Ioan. *Bertier Riuens.* Ioan. *Vasatens.*
Ioannes *Gratianopolitanus.*
Ioan. *de l'Estaing Carcassonens.*
I. *de Saletes Lascariens.* I. *Tullensis.*
I. *de Vieuxpont Meldens.* Leonard. *Austiens.*
Ludouic. *Rhemens.* Paulus *Aquens.*
Petrus *de Fleires S. Pontij Tomeriarum.*
P. *Aleaume Regens.*
P. *Euraud Carnotens.*
Renatus *Trecens.*
R. Potier *Bellouacens.*
Saluatus *de Harse Tarbiens.*
Sebastianus *Lingonens.*
Stephanus Grassens.
Stephanus *Poluerel Alectens.* & alij.

* 1617. *In Ciuitate Amed in Aſia* ſub Paulo V. vniuerſæ Gentis Chaldaicæ, præſente Eli Patriarcha *Babylonis*, vbi approbata eſt fides Catholica, & damnata hæreſis Neſtoriana, Eutychiana, aliæque hæreſes Orientales, & deinde ſtabilita vnio cum Eccleſia Romana.

Thomas Obicinus Ord. Minor. Guardianus Montis Sion Legatus Papæ præfuit.

* 1621. *Petricouienſe* X V. ſub Gregorio X V. pro immunitatibus Eccleſię tuendis, moribuſque reſtaurandis.

Laurentius *Gembicius* Archiepiſcopus *Gneſnenſis* præfuit.

* 1628 *Petricouienſe* XVI. ſub Vrbano VIII. pro reformandis moribus, fideque noſtra Catholica ab omni labe errorum vindicanda.

Ioannes *Venzyk* Archiep. *Gneſnenſ.* præfuit.

* 1624. *Varſouienſe* ſub Vrbano VIII. pro deprauatorum morum correctione, diuini cultus propagatione.

Ionnes *Venzyk* Archiepiſc. *Gneſnenſ.* præſuit.

* 1640. *Pariſienſe* ſub Vrbano V I I I. aduerſus libellum inſcriptum, *Optatus Gallus de cauendo ſchiſmate.* 4. Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Ioann. Franciſc. *de Gondi Pariſienſ.* Archiepiſc. præſuit.

Dominicus *Seguier Meldenſ.* Leonorius *de Stampes Carnotenſ.* Nicolaus *Denets Aurelianenſ.*

* 1643. *Varſouienſe III.* ſub Vrbano *VIII.* pro diſciplina Eccleſiaſt. conſeruanda, decimiſque à Religioſis de bonis terreſtribus nuper acquiſitis, ex antiquô Parochis curam animarum habentibus debitis, more ſolito ſoluendis.

Matthias *Lubinius* Archiepiſc. *Gneſnenſ.* præſuit.



SVMMVS



SVMMI PONTIFICES
SVB
QVIBVS CELEBRATA CONCILIA.

ADEODATVS ſub quo celebrata Concilia.
Auguſtodunenſe. ann. 670
Anglicanum. an. 672
Toletanum II. 675
Braccarenſe III. 675
Adrianus I. ſub quo celebrata Concilia.
VVormatienſe II. 772
Bauaricum. 772
In villa Duria. 775
VVormatienſe III. 776
Paderbonenſe. 777
In villa Duria. 779
Lippienſe. 780
Colonienſe. 780
Paderbornenſe II. 786
Nicænum Vniuerſ. VII. cui per legatum præf. 787
VVormatienſe IV. 787
Ingelenheimenſe. 788
Narbonenſe. 788
Foroiulienſe. 791
Ratiſponenſe. 792
Francofordienſe. 794
Adrianus II ſub quo celebrata Concilia.
Romanum I. cui præfuit. 868
VVormatienſe, 868
Conſtantinop. vniuerſ. cui per Legatum præf. 869
Colonienſe. 870
Duziacenſe. 871
Adrianus VI. ſub quo celebratum Concil.
Lancicienſe XI. in Polonia. 1522
Agapetus II. ſub quo celebrata Concilia.
Virdunenſe. 947
Moſomienſe. 948
Engelenheimenſe cui per Legatum præfuit. 948
Treuirenſe cui per Legatum præſuit. 948
Romanum cui præfuit. 949
Apud S. Theodoricum. 953
Agatho ſub quo celebrata Concilia.
Anglicanum. 679
Mediolanenſe. 979
Romanum cui præfuit. 680
Conſtantinop. vniuerſ. cui per Legat. præfuit. 680
Toletanum XII. 681
Alexander II. ſub quo celebrata Concilia.
Oſborienſe. 1062
Arragonenſe. 1062
Romanum I. cui præfuit. 1063
Cabilonenſe cui per Legatum præfuit. 1063
Mantuanum. 1064
Barcinonenſe cui per Legatum præſuit. 1064
Romana II. & III. quibus præfuit. 1065
Toletanum cui per Legatum præfuit. ann. 1068
Moguntinum. 1069
VVintonienſe. 1070
VVindeshorenſe cui per Legatum præſuit. 1070
Moguntinum II. 1071
Cabilonenſe. 1072
Anglicanum. 1072
Alexander III. ſub quo celebrata Concilia.
Anglicanum. 1161
Bellouacenſe. 1161
Londonienſe. 1162
Turonenſe cui præfuit. 1163
Lateranenſe cui præfuit. 1168
Caſſelanum in Hybernia. 1171
Abrincenſe cui per Legatos præfuit. 1172
Londonienſe. 1175
Gallicanum. 1176
Veneticum cui præfuit. 1177
Pariſienſe. 1179
Lateranenſe vniuerſ. cui præfuit. 1179
Lancicienſe in Polonia maiori. 1180
Alexander IV. ſub quo celebrata Concilia.
Burdegalenſe. 1255
Roffiacenſe. 1256
Lancicienſe VI. in Polonia. 1258
Rauennatenſe. 1259
Copriniacenſe. 1260
Alexander V. in Concilio.
Piſano præſens electos. 1409
Alexander VI. ſub quo celebratum Concilium.
Petricouienſe III. in Polonia. 1494
Anaſtaſius I. ſub quo celebrata Concilia.
Carthaginenſe IV. 398
Carthaginenſe V. 398
Alexandrinum. 399
Affricanum. 399
Conſtantinopolitanum. 400
Epheſinum. 400
Toletanum I. 400
Affricana II. & III. 401
Benedictus I. ſub quo celebratum Concilium.
Pariſienſe IV. 576
Benedictus II. ſub quo celebratum Concilium.
Toletanum XIV. 684
Benedictus III. ſub quo celebrata Concilia.
Cariſiacenſe. 856
Moguntinum. 857
Cariſiacenſe. 857
Benedictus VI. ſub quo celebratum Concilium.
Morinenſe. 973
Benedictus VII. ſub quo celebrata Concilia.

Conſtantinopolitanum. ann. 975
Rhemenſe cui per Legatum præfuit. 975
Benedictus VIII. ſub quo celebrata Concilia.
Legionenſe. 1012
Aurelianenſe. 1017
Salegunſtadienſe. 1022
Aquiſgranenſe. 1022
Moguntinum. 1023
Benedictus IX. ſub quo celebrata Concilia.
Lemouicenſe. 1034
Bellouacenſe. 1034
Tributienſe. 1035
Benedictus XI. ſub quo celebratum Concilium.
Compendienſe. 1303
Benedictus XII. ſub quo celebrata Concilia.
Auenionenſe cui præfuit. 1337
Toletanum. 1339
Anglicanum. 1341
Bonifacius I. ſub quo celebrata Concilia.
Carthaginenſe V. vel VI. 419
Carthaginenſe VII. 424
Affricanum. 424
Bonifacius II. ſub quo celebrata Concilia.
Romanum I. cui præfuit. 530
Romanum II. cui præfuit. 531
Toletanum. II. 531
Bonifacius III. ſub quo celebratum Concilium.
Romanum cui præfuit. 606
Bonifacius IV. ſub quo celebrata Concilia.
Romanum cui præfuit. 610
Toletanum. 610
Tarraconenſe. 614
Bonifacius VI. ſub quo celebrata Concilia.
Matiſconenſe III. 617
Hiſpalenſe II. 619
Bonifacius VIII. ſub quo celebrata Concilia.
Lugdunenſe cui præfuit. 1297
Rothomagenſe. 1299
Auxitanum. 1300
Compendienſe. 1301
Romanum cui præfuit. 1302
Auxitanum. 1303
Calixtus II. ſub quo celebrata Concilia.
Rhemenſe. 1119
Toloſanum cui præfuit. 1120
Neapolitanum in Samaria 1120
Lateranenſe vniuerſ. IX. cui præfuit. 1122
VVormatienſe cui per Legat. præfuit. 1122
Romanum I. cui præfuit. 1122
Romanum II. cui præfuit. 1122
Toloſanum cui per Legatos præfuit. 1124
Calixtus III. ſub quo celebrata Concilia.
Sueſſionenſe. 1455
Petricouienſe I. in Polonia. 1456
Auenionenſe. 1457
Caliſſienſe in Polonia. 1457
Celeſtinus ſub quo celebrata Concilia.
Affricanum. 424
In Oriente. 424
Romanum cui præfuit. 430
Alexandrinum. 430
Epheſinum Vniu III. cui per Legat. præfuit. 431
Celeſtinus II. ſub quo celebratum Concilium.
Londonienſe cui per Legatum præfuit. 1143
Celeſtinus III. ſub quo celebrata Concilia.
Eboracenſe cui per Legatum præfuit. 1194
Diuionenſe cui per Legatum præfuit. 1197
Lancicienſe III. cui per Legatum præfuit. 1197
Celeſtinus IV. ſub quo celebratum Concilium.
Tarraconenſe. 1241

Clemens II. ſub quo celebratum Concilium.
Romanum cui præfuit. 1047
Clemens III. ſub quo celebrata Concilia.
Anglicanum. 1188
Pariſienſe. 1188
Lancicienſe 2. in Polonia. 1188
Clemens IV. ſub quo celebrata Concilia.
Northamtonienſe cui per Legat. præfuit. 1266
Viennenſe cui per Legatum præfuit. 1267
Clemens V. ſub quo celebrata Concilia.
Auxitanum. 1308
Salisburgenſe I. 1310
Salisburgenſe II. cui per Legatum præfuit. 1310
Moguntinum. 1310
Viennenſe vniuerſ. XV. cui præfuit. 1311
Rauennatenſe II. 1311
Clemens VI. ſub quo celebratum Concilium.
Toletanum. 1347
Clemens VII. ſub quo celebrata Concilia.
Ratiſponenſe. 1527
Hildemenſe. 1527
Senonenſe. 1528
Petricouienſe IV. in Polonia. 1530
Lancicienſe XII. cui per Legatum præfuit. 1531
Petricouienſe V. 1531
Lancicienſe *XIII.* in Polonia. 1532
Viennenſe. 1533
Clemens *VIII.* ſub quo celebrata Concilia.
Auenionenſe. 1594
Aquileienſe. 1596
Diamper in Iudia Orientali. 1599
Conſtantinus ſub quo celebratum Concilium.
Londinenſe. 713
Cornelius ſub quo celebrata Concilia.
Carthaginenſe I. 254
Romanum I. cui præf. 254 Romanũ II. cui præf. 255
Italicum. 255
Carthaginenſe II. 255
Antiochenum. 215
Damaſus ſub quo celebrata Concilia.
Romanum I. cui præfuit. 368
Romanum II. cui præfuit. 369
Romanum III. cui præfuit. 373
Valentinum. 374
Antiochenum. 378
Conſtantinop. vniuerſ. II. 381
Aquileienſe. 381
Cæſaraugustanum. 381
Romanum IV. cui præfuit. 382
Conſtantinopolitanum. 382
Sydæ in Pamphilia 383
Burdegalenſe. 385
Damaſus II. ſub quo celebratum Concilium.
Senonenſe. 1048
Deusdedit ſub quo celebratum Concilium.
Pariſienſe V. 615
Dionyſius ſub quo celebrata Concilia.
Romanum cui præfuit. 263
Antiochenum I. 266
Antiochenum II. 272
Donus II. ſub quo celebratum Concilium.
Ingelheimenſe. 972
Eleutherius ſub quo celebratum Concilium.
Gallicanum. 130
Eugenius II. ſub quo celebratum Concilium.
Romanum cui præfuit. 826
Eugenius III. ſub quo celebrata Concilia.
Viziliacum cui præfuit. 1145
Carnotenſe. 1146
Pariſienſe cui præfuit. 1147

Antisiodorense cui præfuit.	ann. 1147
Rhemense cui præfuit.	1148
Treuirense cui præfuit.	1148
Bangentiaci.	1152
Eugenius IV. sub quo celebrata Concilia.	
Basileense cui per Legatum præfuit.	1431
Florentinum vniu. XVI. cui præfuit.	1438
Frisingense.	1440
Fabianus sub quo celebrata Concilia.	
Labesitanum.	242
Arabicum.	249
Felix III. sub quo celebrata Concilia.	
Romana I.& II. quibus præfuit.	483
Constantinopolitanum.	483
Romanum III.cui præfuit.	487
Felix IV.sub quo celebrata Concilia.	
Arausicanum II.	529
Vasionense II.	519
Carpentoractense II.	519
Formosus sub quo celebrata Concilia.	
Rhemense.	892
Viennense.	8:2
Romanum cui præfuit.	893
Magalonense.	894
Triburiense.	895
Nannetense.	895
Turonense.	895
Gelasius I. sub quo celebrata Concilia.	
Romanum I.cui præfuit.	494
Romanum II.cui præfuit.	495
Gelasius II.sub quo celebrata Concilia.	
Suessionense cui per Legatum præfuit.	1118
Capuanum cui præfuit.	1118
Pictauiense.	1118
Fridessariense cui per Legatum præfuit.	1118
Coloniense cui per Legatum præfuit.	1119
Viennense cui præfuit.	1119
Gregorius I.sub quo celebrata Concilia.	
In confinio termini Aruerni.	590
Hispalense I.	590
Romanum I.cui præfuit.	5?6
Antisiodorense.	59?
Cæsaraugustanum.	592
Pictauiense.	593
Metense.	594
Romanum II.cui præfuit.	595
Toletanum.	597
Oscense.	598
Constantinopolitanum.	599
Barcinonense.	599
Romanum III.cui præfuit.	601
Romanum IV.cui præfuit.	601
Bizacenum in Affrica.	602
Numidianum.	604
Gregorius II.sub quo celebrata Concilia.	
Romanum I. cui præfuit.	721
Romanum II. cui præfuit.	724
Romanum III. cui præfuit.	726
Gregorius III. sub quo celebrata Concilia.	
Romanum cui præfuit.	731
Romanum II. cui præfuit.	732
Gregorius IV.sub quo celebrata Concilia.	
Parisiense.	829
VVormatiense cui per Legatum præfuit.	829
Metense.	835
In Theodonis villa.	835
Aquisgranense.	836
Lugdunense.	836
Cabilonense.	8?9
Aquisgranense II.	842

Constantinopolitanum.	842
Lauriacense	843
Gregorius V. sub quo celebrata Concilia.	
Romanum cui præfuit.	996
Rauennatense.	997
Gregorius VI.sub quo celebratum Concilium.	
Sutrinum quo seipsum Pontificatu abdicauit.	1046
Gregorius VII.sub quo celebrata Concilia.	
Burdegalense.	1074
Romanum I.cui præfuit.	1074
Apud S.Genesium prope Lucam.	1074
Romanum II. cui præfuit.	1074
Moguntinum cui per Legatum præfuit.	1075
Anglicanum.	1075
Romanum III.cui præfuit.	1076
Triburiense cui per Legatos præfuit.	1076
Romana IV.& V.quibus præfuit.	1078
Burdegalense cui per Legatos præfuit.	1079
Romanum VI.cui præfuit.	1079
Britannicum cui per Legatum præfuit.	1079
Santonense cui per Legatos præfuit.	1080
Romanum VII.cui præfuit.	1080
Iuliobonense.	1080
Lugdunense cui per Legatum præfuit.	1080
Lingonense cui per Legatum præfuit.	1080
Auenionense.	1080
Senonense cui per Legatum præfuit.	1080
Meldense cui per legatum præfuit.	1080
Exoldunense cui per Legatum præfuit.	1081
Romanum VIII. cui præfuit.	1081
Romanum IX.cui præfuit.	1083
Romanum X.cui præfuit.	1084
Quintilineburgense.	1085
Rhemense.	1085
Gregorius IX.sub quo celebrata Concilia.	
Tolosanum cui per Legatum præfuit.	1228
Arausicanum cui per Legat. præfuit,	1228
Sanquintinianum.	1231
Romanum cui præfuit.	1234
Narbonense.	1235
Londinense cui per Legat.præfuit.	1237
Campinacense.	1238
Sanquintinianum.	1239
Lanciciense IV. in Polonia.	1240
Gregorius X.sub quo celebrata Concilia.	
Sanquintinianum.	1271
Lugdunense vniu. XIV.cui præfuit,	1274
Salisburgense cui per Legatum præfuit.	1274
Gregorius XI.sub quo celebratum Concilium.	
Vuicioniense in Polonia.	1375
Gregorius XIII.sub quo celebrata Concilia.	
Mediolanense III.	1573
Mediolanense IV.	1576
Petricouiense XIII.cui per Legat.præfuit.	1578
Mediolanense V.	1579
Rothomagense.	1581
Mediolanense VI.	1582
Toletanum.	1582
Burdegalense.	1583
Limense.	1583
Turonense.	1583
Rhemense.	1583
Bituricense.	1584
Goense.	1584
Aquense.	1585
Mexicanum.	1585
Gregorius XIV.sub quo celebratum Concilium.	
Tolosanum.	1590
Gregorius XV.sub quo celebratum Concilium.	
Petricouiense.XV.	1621

Hilarius ſub quo celebratum Concilium.	
Romanum cui præfuit.	467
Honorius I. ſub qoo celebrata Concilla.	
Rhemenſe.	ann. 630
Toletanum IV.	633
Toletanum V.	636
Toletanum VI.	638
Honorius II. ſub quo celebrata Concilia.	
Londinenſe I. cui per legatum præfuit.	1125
Nannetenſe.	1126
Trecenſe cui per Legatum præfuit.	1127
Londouienſe II. cui per Legatum præfuit.	1127
Rauennatenſe cui per Legatum præfuit.	1128
Honorius III. ſub quo celebrata Concilia.	
Oxonienſe.	1222
Germanicum cui per Legat. præfuit.	1225
Pariſienſe cui per Legatos præfuit.	1225
Biturricenſe. II.	1225
Fuxenſe cuiper Legatum præfuit.	1226
VVeſtmonaſterienſe in Anglia.	1226
Honorius IV. ſub quo celebrata Concilia.	
Lancicienſe VII. in Polonia.	1285
Biturricenſe.	1286
Rauennatenſe.	1286
Rhemenſe.	1287
Herbipolenſe cui per Legat. præfuit.	1287
Hormiſda ſub quo celebrata Concilia.	
Rhemenſe cui per Legat. præfuit.	514
Veteris Epiri.	516
Tarraconenſe.	516
Lugdunenſe II.	517
Gerundenſe.	517
Conſtantinopolitanum	518
Ierofolymitanum.	518
Romanum cui præfuit.	518
Conſtantinopolitanum.	520
Armiſda.	520
Innocentius I. ſub quo celebrata Concilia.	
Mileuitanum.	402
Affricanum I.	403
Affricanum II.	404
Toletanum.	405
Affricanum. III.	405
Affricanum IV.	407
Affricana V. & VI.	408
Affricanum VII.	409
Affricanum VIII.	410
Ptolomenſe in Lybia.	411
Carthaginenſis collatio.	411
Cirtenſe.	412
Macedonianum.	414
Dioſpolitanum.	415
Carthaginenſe.	416
Mileuitanum.	416
Innocentius II. ſub quo celebrata Concilia.	
Claramontenſe cui præfuit.	1130
Stampenſe.	1130
Anicienſe.	1130
Iotrinum cui per Legatum præfuit.	1130
Rhemenſe cui præfuit.	1131
Leodienſe cui præfuit.	1131
Moguntinum cui per Legatum præfuit.	1131
Placentinum cui præfuit.	1132
Piſanum cui præfuit.	1134
Northamtonienſe.	1138
Londinenſe cui per Legatum præfuit.	1138
Lateranenſe vniuerſ. X. cui præfuit.	1139
VVintonienſe cui per Legatum præfuit.	1139
Sueſſionenſe cui per Legatum præfuit.	1139
Senonenſe.	1140
VVintonienſe II. cui per Legatum præfuit.	1142
Antiochenum cui per Legatum præfuit.	1142
Ieroſolymitanum cui per Legatum præfuit.	1143
Innocentius III. ſub quo celebrata Concilia.	
Senonenſe cui per Legatum præfuit.	1197
In Dalmatia cui per Legatos præfuit.	1199
Londinenſe.	1200
Sueſſionenſe.	1201
Pariſienſe.	1201
Scotum.	1203
Incerti loci cui per Legatum præfuit.	1207
Montilienſe cui per Legat. præfuit.	1208
Auenionenſe cui per Legat. præfuit.	1210
Apud S. Ægidium cui per Legat. præfuit	1210
Romanum cui præfuit.	1210
Pariſienſe.	1210
Pariſienſe cui per Legatum præfuit.	1212
Lauaorenſe cui per Legat. præfuit.	1213
Londinenſe cui per Legat. præfuit.	1214
Apud Montempeſſulanum cui per Legat. præf.	1215
Lateranenſe vniu. XII. cui præfuit.	1215
Melodunenſe.	1216
Innocentius IV. ſub quo celebrata Concilia.	
Lugdunenſe vniu. XIII. cui præfuit.	1245
Vratiſlauienſe cui per Legatum præfuit.	1245
Bitterrenſe cui per Legatum præfuit.	1246
Lancicienſe V. in Polonia.	1246
Innocentius VI. ſub quo celebratum Concil.	
Toletanum.	1355
Ioannes I. ſub quo celebrata Concilia.	
Ilerdenſe.	524
Valentinum.	524
Arelatenſe III.	524
Ioannes II. ſub quo celebrata Concilia.	
Romanum cui præfuit.	533
Collatio Conſtantinopolitana.	533
Affricanum.	534
Ioannes III. ſub quo celebrata Concilia.	
Pariſienſe III.	559
Braccarenſe I.	563
Sanctonenſe.	566
Lucenſe in Gallicia.	566
Turonenſe II.	570
Lugdunenſe I.	570
Ioannes IV. ſub quo celebratum Concilium.	
Romanum cui præfuit.	640
Ioannes VI. ſub quo celebratum Concilium.	
Toletanum XVIII.	701
Ioannes VII. ſub quo celebrata Concilia.	
Romanum cui præfuit.	705
Anglicanum.	705
Ioannes VIII. ſub quo celebrata Concilia.	
Cabilonenſe III.	873
Siluanectenſe II.	874
Duaiacenſe II.	874
Ticinenſe.	876
Pontigonenſe,	876
Neuſtrienſe.	877
Trecenſe cui præfuit.	878
Tricaſſinum.	878
Mantalenſe.	879
Romana I. & II. quibus præfuit.	879
Romanum III. cui præfuit.	881
Apud S. Macram.	881
Ioannes IX. ſub quo celebrata Concilia.	
Ouetenſe in Galloecia.	901
Romanum cui præfuit.	904
Rauennatenſe.	904
Ioannes X. ſub quo celebrata Concilia.	
Confluentinum.	912

Illiry

Illyricum cui per Legatum præfuit. an. 365
Tyauenſe in Cappadocia. 365
Marcellinus ſub quo celebratum Concilium.
Sinueſſanum. 303
Marcellus ſub quo celebrata Concilia.
Eliberitanum. 305
Martinus I. ſub quo celebrata Concilia.
Lateranenſe cui præfuit. 649
Aurelianenſe. 650
Toletanum VIII. 653
Martinus III. ſub quo celebratum Concilium.
Trenorchianum. 944
Martinus IV. ſub quo celebrata Concilia.
Salisburgenſe cui per Legat. præfuit. 1281
Auenionenſe. 1282
Martinus V. ſub quo celebrata Concilia.
Salisburgenſe cui per Legatum præfuit. 1420
Pariſienſe. 1428
Dertucenſe in Arag. cui per Legat. præfuit. 1419
Melchiades ſub quo celebratum Concilium.
Romanum cui præfuit. 313
Nicolaus I. ſub quo celebrata Concilia.
Tullenſe. 859
Lingonenſe. 859
Tullenſe II. 860
Confluentinum. 860
Romanum I. cui præfuit. 860
Romanum II. cui præfuit. 862
Romana III. IV. & V. quibus præfuit. 863
Piſtenſe. 863
Romanum VI cui præfuit. 864
Romanum VII. cui præfuit. 865
Sueſſionenſe. 866
Trecenſe. 867
Nicolaus II. ſub quo celebrata Concilia.
Sutrium cui præfuit. 1059
Romanum cui præfuit. 1059
Malphitanum cui præfuit. 1059
Pariſienſe. 1059
Iaccitanum. 1060
Nicolaus III. ſub quo celebrata Concilia.
Compendienſe. 1277
Tarraconenſe. 1279
Apud Pontem Audomari. 1279
Nicolaus IV. ſub quo celebrata Concilia.
Mediolanenſe. 1287
Auxitanum. 1290
Salisburgenſe. 1291
Londinenſe cui per legatum præfuit. 1291
Mediolanenſe. 1291
Nicolaus V. ſub quo celebrata Concilia.
Turonenſe. 1448
Lugdunenſe. 1449
Paſchalis I. ſub quo celebrata Concilia.
Aquiſgranenſe. 817
Engelheimenſe. 819
Attiniacenſe. 822
Paſchalis II. ſub quo celebrata Concilia
Pictauienſe cui per Legatos præfuit. 1100
Lateranenſe I. cui præfuit. 1102
Londinenſia I. & II. 1102
Trecenſe cui per Legatum præfuit 1104
Balgentiacenſe cui per Legat. præfuit. 1104
Florentinum. 1105
Quintilineburgenſe. 1105
Moguntinum cui per Legat. præfuit. 1105
Guaſtallenſe cui præfuit. 1105
Ieroſolymitanum cui per Legat. præfuit 1107
Trecenſe cui præfuit. 1107
Londinenſe. 1108
Beneuentanum cui præfuit. 1108
Pictauienſe cui per Legatos præfuit. 1109
Rhemenſe. 1109
Stampenſe. 1110
Ieroſolymitanum cui per Legat. præfuit. 1111
Lateranenſe II. cui præfuit 1112
Viennenſe cui per Legatum præfuit. 1112
Apud Pontem de Sorga cui per Legatum præf. 1113
Beneuentanum cui præfuit. 1113
Apud Cyperanum cui præfuit. 1114
Bellouacenſe cui per Legatum præfuit. 1114
Rhemenſe cui per Legatum præfuit. 1115
Syriacum. 1115
Troianum cui præfuit. 1115
Catalaunenſe cui per Legatum præfuit. 1116
Colonienſe. 1116
Lateranenſe III. cui præfuit. 1116
Romanum cui præfuit. 1116
Paulus I. ſub quo celebrata Concilia.
Compendienſe. 757
Romanum cui præfuit. 761
Gentiliacenſe in Gallia. 766
Paulus II. ſub quo celebratum Concilium.
Lancicienſe IX. in Polonia. 1485
Paulus III. ſub quo celebrata Concilia.
Colonienſe. 1536
Petricouienſe VI. in Polonia. 1539
Petricouienſe VII. 1540
Petricouienſe VIII. 1544
Lancicienſe XIV. in Polonia. 1547
Auguſtanum. 1548
Treuirenſe. 1548
Colonienſe II. 1549
Moguntinum. 1549
Treuirenſe II. 1549
Tridentinum Vniu. XVIII. cui per Legat. præf. 1545
Paulus IV. ſub quo celebrata Concilia.
Louicienſe in Polonia cui per Legat. præfuit. 1556
Petricouienſe XII. 1557
Paulus V. ſub quo celebrata Concilia.
Mechlinienſe. 1607
Narbonenſe. 1609
Petricouienſe XIV. in Polonia. 1610
Pariſienſe. 1612
Aquenſe. 1612
Pariſienſe. 1615
Pelagius I. ſub quo celebrata Concilia.
Arelatenſe I. 554
Pariſienſe II. 559
Pelagius II. ſub quo celebrata Concilia.
Santonenſe II. 579
Pariſienſe V. 580
Cabilonenſe I. 582
Matiſconenſe I. 582
Brennacenſe. 583
Audeloenſe. 587
Lugdunenſe II. 587
Conſtantinopolitanum. 587
Matiſconenſe II. 588
Aruernenſe III. 588
Valentinum in Gallia. 589
Toletanum III. 589
Romanum cui præfuit. 589
Narbonenſe. 589
Apud Sauriacum. 89
Gallicanum. 589
Burgundicum. 589
S. Petrus ſub quo celebrata Concilia.
Ieroſolymitana duo quibus præfuit. 34
Ieroſolymitanum III. cui præfuit. 44

Ierosolymitanum IV. cui præfuit.	48
Ierosolymitanum V. cui præfuit.	51
Antiochenum cui præfuit.	57
Ierosolymitanum VI. cui præfuit.	58
Pius II. sub quo celebratum Concilium.	
Mantuanum cui præfuit.	1459
Lanciciense VIII. in Polonia.	1459
Pius IV. sub quo celebrata Concilia.	
Varsouiense in Polonia cui per Legat. præfuit.	1561
Tridentin. vniu. XVIII. cui per Legat. præfuit.	1559
Cameracense.	1563
Rhemense.	1564
Mediolanense I. cui per Legat. præfuit	1565
Pius V. sub quo celebrata Concilia.	
Mediolanense II.	1569
Mechlioiense.	1570
Sergius I. sub quo celebrata Concilia.	
Toletanum XV.	688
Cæsaraugustanum	693
Toletanum XVI.	693
Toletanum XVII.	694
Traiectense.	697
Sergius II. sub quo celebrata Concilia.	
In Theodonis villa.	844
Vernense. 844 Bellonacense.	845
Meldense.	845
Parisiense.	846
Sergius III. sub quo celebratum Concilium.	
Suessionense	909
Sergius IV. sub quo celebratum Concilium.	
Bambergense.	1011
Siluerius sub quo celebratum Concilium.	
Aurelianense.	536
Siluester I. sub quo celebrata Concilia	
Arelatensi cui per Legat præfuit.	314
Ancyranum.	314
Neocæsariense.	314
Romanum cui præfuit.	314
Alexandrinum. I.	315
Alexandrinum II. cui per Legat. præfuit.	319
Laodicenum.	320
Romanum II. cui præfuit.	324
Nicænum vniu. I. cui per Legatum præfuit.	325
Romanum III. cui præfuit.	325
Gangrense.	325
Siluester II. sub quo celebratum Concilium.	
Romanum cui præfuit.	999
S. Dionysij prope Lutetiam.	1000
Simplicius sub quo celebrata Concilia.	
Viennense in Gallia.	474
Arelatense III.	475
Lugdunense I.	475
Turonense.	482
Siricius sub quo celebrata Concilia.	
Nemausense.	386
Romanum cui præfuit.	386
Capuanum.	389
Arelatense II.	389
Mediolanense.	390
Hipponense.	393
Constantinopolitanum.	394
Adrumetinum in Affrica.	394
Taurinatense.	397
Carthaginensia II. & III.	397
Sixtus III. sub quo celebrata Concilia.	
Antiochenum.	432
Romanum ad sui purgationem indictum.	433
Armenum.	435
Constantinopolitanum.	439
Regiense in Gallia.	439
Sixtus IV. sub quo celebrata Concilia.	
Toletanum.	1473
Petricouiense II. in Polonia.	1485
Stephanus I. sub quo celebrata Concilia.	
Affricanum I.	257
Affricanum II.	258
Lugdunense.	258
Stephanus II. sub quo celebrata Concilia.	
Vermeriense.	752
Metense.	753
Stephanus III. sub quo celebratum Concilium.	
In Palatio Vernis.	756
Stephanus IV. sub quo celebrata Concilia.	
Romanum cui præfuit.	769
VVormatiense.	770
Apud Valentianos.	771
Stephanus V. sub quo celebratum Concilium.	
Aquisgranense.	816
Stephanus VI. sub quo celebrata Concilia.	
Nemausense.	886
Cabilonense.	887
Coloniense.	887
Moguntinum.	888
Metense.	888
VVormatiense cui per Legatum præfuit.	890
Valentinum.	890
Stephanus VII. sub quo celebratum Concilium.	
Rhemense.	900
Stephanus IX. sub quo celebrata Concilia.	
Narbonense.	940
Suessionense.	940
Symmachus sub quo celebrata Concilia.	
Romanum I cui præfuit.	499
Romanum II.	500
Romanum III.	500
Cabilonense.	501
Romanum IV. Palmare dictum.	502
Romanum V.	503
Romanum VI. cui præfuit.	504
Byzacenum in Affrica.	504
Agathense.	506
Aurelianense I.	507
Epaunense in Gallia.	509
Theodorus sub quo celebrata Concilia.	
Nomidianum.	646
Byzacenum in Affrica.	646
Carthaginense.	646
Toletanum VII.	646
Romanum cui præfuit.	648
Victor I. sub quo celebrata Concilia.	
Romanum cui præfuit.	198
Palæstinum.	198
Ponticum.	198
Gallicum.	198
Osroenum.	198
Corinthiacum.	198
Victor II. sub quo celebrata Concilia.	
Augustodunense.	1055
Florentinum.	1055
Lugdunense cui per Legatum præfuit.	1055
Turonense cui per Legatum præfuit.	1055
Coloniense.	1056
Tolosanum cui per Legat. præf.	1056
Compostellanum.	1056
Victor III. sub quo celebrata Concilia.	
Capuanum cui præfuit.	1087
Beneuentanum.	1087
Vigilius sub quo celebrata Concilia.	
Aurelianense III.	540
Barcinonense.	540

PATRES PRÆCIPVI QVI CONCILIIS interfuerunt.



Æmarus

Æmarus *Ædonensis* Episcopus Concilio.
Turonensi sub Gregorio XIII. subscripsit. 1583
Æmilius *Albiensis* Episc. concil.
Lemonicensi sub Benedicto IX. subsc. 1034
Æmo vide Gauaelinus
Æneas *Parisiensis* Ep. concil.
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Suessionensi sub eod. subsc. 866
Trecensi sub eodem subsc. 867
Æoladius *Niuernens.* Ep. conc.
Lugdunensi I. sub Ioanne III. subsc. 570
Ætherius *Carnotens.* Ep. conc.
Aurelianensi II. sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV. sub eodem subsc. 545
Agilmarus *Viennens.* Ep. conc.
Lingonensi sub Nicolao I. subsc. 859
Agius *Aurelianens.* Episc. conc.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Vernetiensi II. sub Leone IV. subsc. 853
Tullensi II. sub Nicolao I subsc. 860
Turonensi sub Leone IV. subsc. 849
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Suessionensi sub eodem subsc. 866
Agomarus *Siluanectens.* Ep. conc.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Agrestius *Turonens.* Episc. conc.
Aurelianensi V. sub Vigilio per Vicarium subsc. 552
Agretius *Glandesensis* Episc. conc.
Matisconensi II sub Pelagio II. subsc. 588
Agretius *Trecensis* Episc. conc.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Agricola *Cabilonens.* Ep. conc.
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV. sub eodem subsc. 545
Aruernensi II. sub eodem subsc. 549
Aurelianensi V. sub eodem subsc. 552
Parisiensi II. sub Pelagio I. subsc. 559
Lugdunensi I. sub Ioan. III. subsc. 570
Agricola *Gabalensis* Ep. Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Agricola *Niuernens.* Episcopus.
Matisconensi I. sub Pelagio II. subsc. 587
Lugdunensi II. sub eodem subsc. 587
Matisconensi II. sub eodem subsc. 588
Agrippinna *Heduorum* Episc. conc.
Aurelianensi II. sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Agrippinus *Losonens.* Ep. conc.
Toletano III. sub Pelagio II. subsc. 589
Narbonensi sub eodem subsc. 589
Agræcius *Antipolitanus* Ep. conc.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Aicardus *Luxouiens.* Ep. conc.
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Aitadus *Carnotens.* Episc. conc.
Rothomagensi Tempore interregni Pontificij. 682
Aistulphus *Moguntinus* Archiep. conc.
Apud Theodonis villam sub Leone III. subsc. 814
Alanus Cœtinus Episcopus *Auenionens.* Conc.
Auenionensi sub Calixto III. præfuit. 1457
Albericus *Albiens.* Ep. conc.
Gallicano sub Alexandro III. subsc. 1176
Albertus *Ostiens.* Ep. Card. conc.
Londinensi sub Innocent. II. vt Legat. præfuit. 1138
Antiocheno sub eod. vt Legat. præfuit. 1142
Ierosolymitano sub eodem vt Legat. præfuit. 1143
Albertus Presbyter Cardinalis conc.
Abrincensi sub Alexand. III. vt Legat. præfuit. 1172
Albinus *Andegauens.* Ep. concilio.

Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Alcimus auitus *Viennens.* Ep. conc.
Epaunensi sub Symmacho præfuit. 509
Aldagarius *Augustodunens.* Ep. conc.
Puntigonensi sub Ioanne VIII. subsc. 826
Aldo *Lemonicens.* Ep. conc.
Suessionensi sub Nicolao I. subsc. 866
Aldricus *Conomanorum* Ep. conc.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Turonensi sub Leone IV. subsc. 849
Aleffridus Episc. Concilio.
Confluentino sub Nicolao I. subsc. 860
Alexander *Alexandrin.* Patriarch. concil.
Alexandrino I. sub Syluestro I. præfuit. 315
Alexandrino II sub eodem subsc. 319
Nicæno vniu. I. sub eod. subsc. 325
Alexander de Bardis S. Papuli Ep. conc.
Tolosano sub Gregorio XIV. subsc. 1590
Alexander Canegianus *Aquens.* Ep. conc.
Aquensi sub Sixto V. præfuit. 1585
Alexander *Constantinop.* Patriarch. conc.
Nicæno vniu. I. sub Syluestro I. subsc. 325
Alexander *Viennens.* Archiep. conc.
Lateran vniu. XVII. sub Iulio II. & Leone X. 1517
Alexius *Goensis* Archiep. conc.
Diamper in India sub Clem. VIII. præfuit. 1599
A.. de Maltie *Oloronensis* Ep. conc.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615
Aiirius *Vasionensis* Episc. concil.
Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc. 546
Almannus *Patauiens.* Ep. concil.
Tributiensi sub Gregor. VII. vt Legat. præf. 1076
Aloysius Lipomanus *Veronensis* Ep. conc.
Trident. vniu. XVIII sub Paulo III. subsc. 1545
Loniciensi in Polonia vt Legat. præfuit. 1556
Petricouiensi XIII. vt Legat. præfuit. 1578
Alphonsus *Antiochen.* Archiep. concil.
Lateran. vniu. XVII. sub Iulio II. subsc. 1512
Alphonsus Carillus *Toletan.* Archiep. conc.
Toletano sub Sixto IV. præfuit. 1473
Alypius *Tagastensis* Ep. conc.
Carthaginensi II. sub Siricio subsc. 397
Carthaginen. Collationi sub Innocent. X. subsc. 411
Mileuitano II. sub eodem subsc. 416
Carthaginensi V. sub Zozimo subsc. 424
Amaldricus *Turonens.* Episc. conc.
Vermeriensi II. sub Leone IV. subsc. 853
Amandinus seu Amandus *Catalaunicus* Ep. conc.
Turonensi sub Simplicio subsc. 482
Amandus *Argentinens.* Ep. conc.
Coloniensi sub Iulio I. subsc. 351
Amantius vide Betansius.
Amantius *Niciens.* Episc. conc.
Aquileiensi sub Damaso I. subsc. 381
Amatus *Olorens.* Ep. concilio.
Britannico sub Gregor. VII. vt Legat. præfuit. 1079
Ambrosius *Albigens.* Ep. conc.
Aurelianensi V. sub Vigilio per Vicarium subsc. 552
S. Ambrosius *Mediolanens.* Episcopus Conc.
Aquileiensi sub Damaso I. subsc. 381
Mediolanensi sub Siricio præfuit. 340
Ambrosius *Trecensis* Episcopus Concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Amelius *Bigorritanus* Episc. conc.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Amelius *Parisiens.* Ep. conc.
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV. sub eodem subsc. 545
Amphilochius *Iconiens.* Ep. conc.
Constantinop. vniu. II. sub Damaso I. subsc. 381

Sydæ *in Pamphilia* ſub eodem ſubſc. 585
Conſtantinop. ſub Siricio ſubſc. 394
Amphion *Epiphaneuſ.* Epiſc. Concilio.
Nicæno vniu. I. ſub Silueſtro I. ſubſc. 325
Anatolius *Conſtantinop.* Patriarc. Conc.
Chalcedonenſi vniu. IV. ſub Leone I. ſubſc. 451
Anatolius *Lodonenſis* Epiſc. Concilio.
Tolerano IV. ſub Honorio I. ſubſc. 631
Ando *Aurelianenſ.* Epiſc. Concilio.
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Andræas *Valentinus* Epiſcopus Concilio.
Patiſienſi ſub Paulo V. ſubſc. 1615
Anilaearius *Sagienſ.* Epiſc. Conc.
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Anno *Colonienſis* Archiep. Conciliis.
In Oſborio Germaniæ loco ſub Alxād. II. præſ. 1062
Mantuano ſub eodem ſubſc. 1064
Annubertus *Sagienſis* Epiſcop. Conc.
Rothomagenſi tēpore interregni Pōtificij ſubſc. 682
Anſegaudus *Abrincatenſis* Epiſcopus Concilio.
Vermerienſi II. ſub Leone IV. ſubſc. 853
Anſegiſus *Senonenſ.* Epiſc. Conc.
Pontigonenſi ſub Ioanne VIII. ſubſc. 876
Anſelmus *Cantuarienſ.* Archiep. Conc.
Barenſi ſub Vrbano II. ſubſc. 1097
Romano II. ſub eodem ſubſc. 1098
Londinenſi ſub Paſchali II. præfuit. 1102
Londinenſi III. ſub eodem præfuit. 1108
Anſemundus *Lotebenſis* Ep. Concilio.
Tolerano XIII. ſub Leone II. ſubſc. 683
Anſericus *Sueſſionenſis* Epiſc. Conc.
Rhemenſi ſub Honorio I. ſubſc. 630
Autidius *Agennenſis* Epiſc. Conc.
Matiſconenſi II. ſub Pelagio II. ſubſc. 588
Antoninus *Aurelianenſis* Ep. Concil.
Aurelianenſi III. ſub Vigilio ſubſc. 540
Aurelianenſi V. ſub eodem ſubſc. 552
Antonius *Auenionenſis* Ep. Concilio.
Lateran. vniu. xvII. ſub Iulio II. ſubſc. 1512
Antonius à Camera *Bellicenſ.* Ep. Concilio.
Trident. vniu. xvIII. ſub Paulo III. ſubſc. 1545
Antonius le Cirier *Abrincenſis* Ep. Concilio.
Trident. vniu. xvIII. ſub Paulo III. ſubſc. 1545
Antonius Crechais *Ambianenſ.* Ep. Concilio.
Rhemenſi ſub Pio IV. ſubſc. 1564
Antonius de Cuppis *Citaricenſis* Ep. Concilio.
Aquenſi ſub Gregor. xIII. ſubſc. 1585
Antonius Filholi *Aquenſis* Ep. Concilio.
Trident vniu. xvIII. ſub Paulo III. ſubſc. 1545
Anton. Ebraldus Sanſulpicius Ep. *Cadurc.* Conc.
Bituricenſi ſub Gregor. xIII. ſubſc. 1584
Antonius Helius *Ieroſolymit.* Patriarc. Conc.
Trident. vniu. xvIII. ſub Paulo III. ſubſc. 1545
Antonius Preuorius Sanſaeos Arch. *Burdegal.* Cōc.
Burdegalenſi ſub Gregor. XIII. præfuit. 1583
Antonius à Prato *Senonen.* Archiep. & Card. Conc.
Senonen. ſub Clemente vII. præfuit. 1528
Antonius Studites *Conſtantinop.* Patriarc. Conc.
Conſtantinopolit. ſub Bened. vII. ſubſc. 955
Apollinaris *Valentinus* Ep. Concilio.
Epaunenſi ſub Symmacho ſubſc. 509
Apollinarius *Alexandrin.* Patriarch. Concilio.
Conſtantinopol. vniu. V. ſub Vigilio ſubſc. 553
Aprus *Bigorritanus* Ep. Concilio.
Agathenſi ſub Symmacho per Vicar. ſubſc. 806
Aquilinus *Ebroicenſ.* Ep. Concilio.
Rothomagenſi Tempore interregni Pontificij. 682
Arcadius *Bituricenſ.* Ep. Concilio.
Aurelianenſi III. ſub Vigilio ſubſc. 540
Arcadius Epiſcop. Concilio.
Epheſino vniu. III. ſub Celeſtino vt Legat. præſ. 431

Archidamus Presbyter Conc.
Sardicenſi Generali ſub Iulio I. vt Legat. præſ. 347
Arctardus *Nannetenſ.* Ep. Conc.
Sueſſionenſi ſub Nicolao I. ſubſc. 866
Trecenſi ſub eodem ſubſc. 867
Ardoicus *Veſontionum* Ep. Concilio
Tullēſi ſub Nicol. I. ſubſ. 856. Arduin. *Vellaun.* Ep. C.
Tullenſi II. ſub Nicolao I. ſubſc. 860
Aredius ſeu Eraclius *Dinienſis* Ep. Concil.
Aurelianenſi V. ſub Vigilio ſubſc. 552
Pariſienſi II. ſub Pelagio I. ſubſc. 559
Matiſconenſi I. ſub Pelagio II. ſubſc. 582
Aribo *Moguntinenſ.* Archiep. Conc.
Selegunſtadienſi ſub Benedicto vIII. ſubſc. 1022
Moguntino ſub eod. ſubſc. 1023
Aridius *Vapincenſis* Ep. Conc.
Matiſconenſi II. ſub Pelagio II. ſubſc. 588
Valentino ſub eodem ſubſc. 589
Armentarius *Senonicenſis* ap. Concil.
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Arnaldus *Eluenſis* Ep. Concilio
Toloſano ſub Victore II. ſubſc. 1056
Arnaldus *Magalonenſis* Ep. Concilio.
Toloſano ſub Victore II. ſubſc. 1056
Arnaldus *Narbonenſis* Archiepiſc. Concilio.
Lauaurenſi ſub Inuoc. III. vt Legat. præſ. 1213
Arnaldus *Petragoricenſ.* Epiſcopus Conciliis.
Lemonicenſi II. ſub Benedicto IX. ſubſc. 1034
Toloſano ſub Victore II. ſubſc. 1056
Arnaldus de Pourae *Vaſatenſis* Ep. Concilio.
Burdegalenſi ſub Gregor. xIII. ſubſc. 1583
Arnoldus *Toloſanus* Ep. Conc.
Toloſano ſub Victore II ſubſc. 1056
Arnoldus *Treuirenſ.* Archiep. Conc.
Venetico ſub Alexandro III. ſubſc. 1177
Arnoldus *Tullenſis* Ep. Conc.
Metenſi ſub Stephano III. ſubſc. 888
Arnulphus *Lexouienſis* Ep. Concilio.
Turonenſi ſub Alexandro III. ſubſc. 1163
Arnulphus *Metenſis* Ep. Conc.
Rhemenſi ſub Honorio I. ſubſc. 630
Arnulphus *Rotenſis* Ep. Conc.
Iaccitano ſub Nicolao II. ſubſc. 1060
Arnulphus *Sueſſionenſ.* Ep. Conc.
Meldenſi ſub Gregor. VII. ſubſc. 1080
Arnulphus *Tullenſis* Ep. Concilio.
Tullenſi ſub Nicolao I. ſubſc. 859
Atricus *Lauſanenſis* Epiſcopus Conc.
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Artaldus *Rhemenſ.* Archiep. Conc.
Apud S. Theodoricum ſub Ioan. xI. præfuit. 933
Rhemenſi ſub eodem ſubſc. 935
Sueſſionenſi ſub Stephano Ix. ſubſc. 940
Virduuenſi ſub Agapeto II. ſubſc. 947
Moſomenſi ſub eodem ſubſc. 948
Engilenbeimenſe ſub eodem ſubſc. 948
Treuirenſi ſub eodem ſubſc. 948
Apud S. Theodoricum ſub eodem præfuit. 953
Arthemius *Rhedonenſis* Ep. Conc.
Turonenſi ſub Simplicio ſubſc. 482
Arthemius *Senonenſis* Epiſcop. Conc.
Matiſconenſi I. ſub Pelagio II. ſubſc. 582
Arthemius *Vaſenſis* Ep. Conc.
Matiſconenſi I. ſub Pelagio II. ſubſc. 582
Matiſconenſi II. ſub eodem ſubſc. 588
Valent. ſub eod. ſubſc. 589 Artuſius *Gebēnenſ.* Ep. cōc.
Lateranenſi Gener. XI. ſub Alexand. III. ſubſc. 1179
Aſclepius *Gazenſis* Ep. Conc.
Sardicenſi Gener. ſub Iulio I. ſubſc. 347
Aſellus Presbyter Legat. Sedis Apoſt. Concilio.
Carthagienſi V. ſub Zoximus interfuit. 418

Aſpaſius

Aspasius *Meldensis* Episcop.Concilio.
Aurelianensi II. sub Siluerio subsc. 536
Aspasius *Elesensis* Episc.Conc.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V sub eodem subsc. 552
Aruernensi II.sub Vigilio subsc. 553
Asterius Episc.Conc.
Constantinop. III.sub Leone I.vt Legat.præf. 450
S.Athanasius *Alexandrin.*Patriarc.Conc.
Nicæno vniuers I.sub Syluestro I.adhuc Diacon. 325
Romano II.sub Iulio I.subsc. 340
Sardicensi vniu.sub eodem subsc. 347
Ierosolymitano sub eodem subsc. 350
Alexandrino II.sub eodem præfuit. 363
Atto *Virdunensis* Ep.Concilio.
Confluentino sub Nicolao I.subsc. 860
Tullensi II.sub Nicolao I.subscripsit. 860
Auarius vide Amacharius.
Aucherius Archiep. Conc.
Apud Carilocum sub Ioanne X. præfuit. 926
Audericus *Auscensis* Ep. Conc.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Audinus Chorepiscop. Conc.
Valentino in Gallia sub Leone IV.subsc. 855
Audobertus *Parisiensis* Episc.Conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Audoenus *Rothomagensis* Ep.Concil.
Crypiacensi sub Vitaliano subsc. 662
Cabilonensi sub eodem subsc. 664
Auentius *Diniensis* Ep.Concilio.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
S.Augustinus *Hipponensis* Episc.Concil.
Hipponen.sub Siricio adhuc Presbyt.disputau. 393
Carthagin.II.& III.sub eod.subsc. 397
Carthaginen.IV.& V sub Anastasio subsc. 398
Affricano III.sub eod.subsc. 401
Mileuitano I.sub Innoc.I.subsc. 402
Affricano I.Gener.sub eod.subsc. 403
Affricano V.& VI.sub eod. subsc. 408
Carthaginensi collationi sub eod.subsc. 411
Cirtensi sub eod. subsc. 412
Mileuitano II.sub eod. subsc. 416
Carthaginensi V.sub Zozimo. 418
Carthaginensi VII.sub Bonifacio I.subsc. 424
Augustinus *Grassensis* Episc.Concilio.
Lateran. Gener. XVII. sub Iulio II. subsc. 1512
Auidamus *Rothomagens.* Ep.Concilio.
Arelatensi I.sub Syluestro I.subsc. 314
Aunacharius seu Auarius *Antisiodorens.*Ep.Conc.
Matisconensi I.sub Pelagio II. subsc. 582
Matisconensi II.sub eod.subsc. 588
Antisiodorensi sub Gregorio I.subsc. 590
Auolus *Aquensis* Episc.Conciliis.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Aruernensi II.sub Vigilio subsc. 553
ArelatensiVI. sub Pelagio subsc. 554
Parisiensi II. sub Pelagio I.subsc. 559
Auolus *Segestericensis* Ep.Concil.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V.sub eod.subsc. 552
Aurelius *Carthaginens.*Ep.Conciliis.
Carthaginen.II. & III.sub Siricio præfuit. 397
Carthaginen. IV.& V. sub Anastasio præfuit. 398
Affricano III. sub eodem præfuit. 401
Mileuitano I.sub Innocentio I.præfuit. 402
Affricano I. Gener. sub eod. præfuit. 403
Carthaginensi collationi sub eod. subsc. 411
Cirtensi sub eod. subsc. 412
Carthaginensi sub eodem præfuit. 416
Mileuitano II.sub eodem subsc. 416
Affricano sub Zozimo præfuit. 418

Carthaginensi V.vel VI.sub eodem præfuit. 418
Carthaginensi VII. sub Bonifacio I.præfuit. 424
Aurelianus *Lugdunensis* Archiep Concil.
Cabilonensi sub Stephano V.præfuit. 887
Aurelius *Arelatensis* Episcopus Conc.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Ausbertus *Rothomagensis* Episc.Concilio.
Rothomag.Tẽpore interregni Pontificij subsc. 682
Ansoaldus *Pictauiensis* Episcopus Conc.
RothomagTẽpore interregni Pontificij subsc. 682
Auspicius *Augustodunensis* Ep.Concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Austerius Archiep. Conc.
Cabilonensi sub Ioanne X. præfuit. 915
Austindus *Auxitanus* Ep.Concilio.
Iaccitano sub Nicolao II.subsc. 1060
Ailenardus *Lugdunensis* Ep.Concil.
Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1094
A. *Nemausensis* Ep. Concilio.
Gallicano sub Alexandro III.subsc. 1176
Bacchillus *Corinthiorum* Episc.Conc.
Corinthiaco sub Victore I.præfuit. 198
Baldematus Ep. Concilio.
Valentino in *Gallia* sub Leone IV.subsc. 855
Balduinus *Ebroicens.* Episc.Conc.
Suessionensi sub Nicolao I.subsc. 866
Baltfridus *Baiocens.* Episc.Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Vermeriensi II.sub Leone IV.subsc. 853
Bardo *Moguntinensis* Episcopus Conc.
Moguntino sub Leone IX.subsc. 046
Bartholomæus *Forosuliensis.* Episc. Conc.
Aquensi sub Paulo V.subsc. 1612
Basileus *Amasenus* Episcop.Conc.
Ancyrano sub Siluestro I. subsc. 314
Neocæsariensi sub eodem subsc. 314
Basilius Presbyter Legat.Apost.Conciliis.
Constantinopolitano sub Leone I.præf. 450
Chalcedonensi vniu. IV.sub eodem præfuit. 451
Basilius *Glandetensis* Ep.Conc.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Aruernensi II.sub Vigilio subsc. 553
Baldomeris *Tarentasiensis* Episc.Conc.
Cabilonens.sub Vitaliano subsc. 664
Beatus *Ambianensis* Episcop.Conc.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Benedictus Cardinalis Conciliis.
Pictauiensi I.sub Paschali II.vt Legat.præfuit. 1100
Pictauiensi II. sub eodem vt Legatus præfuit. 1109
Beniaminus *Laudunensis* Episcop.Conc.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615
Betardus Bonioannes *Camerinus* Episc.Concilio.
Varsouiensi in Polonia vt Legat præfuit. 1561
Berengarius *Virdunensis* Episcopus Conc.
Engelenheimensi sub Agapeto II.subsc. 948
Bernardus *Agennensis* Episc.Concil.
Tolosano sub Victore II. subsc. 1056
Bernardus *Aquensis* Archiep.Conc.
Basileensi sub Eugenio IV subsc. 1431
Bernardus *Biterensis* Episc.Concilio.
Tulosano sub Victore II.subsc. 1056
S.Bernardus *Clareuallens.* Abbas Conciliis.
Trecensi sub Honorio II.interfuit. 1127
Rhemensi sub Innocentio II interfuit. 1131
Leodiẽsi sub eod.interf.1131.Pisano sub eod.int.1134
Senonensi sub eodem interfuit. 1140
Vezelio sub Eugenio III.interfuit. 1145
Carnotensi sub eodem interfuit. 1146
Rhemensi sub eodem interfuit. 1148
Treuirensi sub eodem interfuit. 1148
Bernardus *Comuenensis* Episcopus Concilio.

Tolosano sub Victore II. subscripsit. 1056
Bernardus *Cosseranens.* ep. Concilio.
Tolosano sub Victore II. subsc. 1056
Bernardus Delbene *Nemaus.* ep. Conc.
Trident. vniu. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1563
Bernardus *Ebredunens.* Archiep. Conc.
Apud Montem Pessulan. sub Innoc. III. subsc. 1215
Bernardus *de S. François Baiocens.* ep. Conc.
Rothomagensi sub Gregorio XIII. subsc. 1581
Bernardus *Grossetanus* ep. Conc.
Londinensi sub Nicol. IV. vt Legat. præfuit. 1291
Bernardus *Matisconens.* ep. Conc.
Suessionensi sub Nicol I. subsc. 866
Bernard. *Nanagerius* Presbyter Cardinalis Conc.
Trident. Gener. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1563
Bernardus Podianus *Agathensis* ep. Conc.
Narbonensi sub Paulo V. subsc. 1609
Beroldus *Suessionens.* ep. Conc.
Rhemensi sub Leone IX. subsc. 1049
Bertegiselus *Carnotens.* ep. Conc.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Betterannus *Burdegalens.* ep. Conc.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Bertrandus Deschaux *Baionens.* ep. Conc.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615
Bertoaldus *Cameracens.* ep. Conc.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Bertoaldus *Lingonens.* ep. Conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Bertofredus *Ambianensis* ep. Conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Bessarion *Trapezuntius* ep. & Cardin. Conc.
Florentino Gener. XVI. sub Eugenio IV. subsc. 1438
Betausius *Rhemensis* ep. Conc.
Arelatensi I. sub Syluestro I. subsc. 314
Betto *Foroiuliens.* ep. Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Blandigilius *Cenomanens.* ep. Conc.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Boethius *Cadurcens.* ep. Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Boethius *Carpentoractens.* ep. Conciliis.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Valentino in Gallia sub eodem subsc. 589
Boetius *Magalonens.* ep. Conciliis.
Toletano III. sub Pelagio II. subsc. 589
Narbonensi sub eodem subsc. 589
S. Bonauentura *Albanens.* ep. & Card. Conc.
Lugdunensi Gener. XIV. sub Gregor. X. obiit. 1274
Bonifacius Presbyter Card. Legat. Apost. Conc.
Chalcedonensi Gener. IV. præfuit. 451
S. Bonifacius Legat. Sedis Apost. Conciliis.
Ratisponensi sub Zacharia præfuit. 742
Leptinensi sub eodem præfuit. 743
Germanico sub eod. factus Archiep. Mogūt. præf. 743
Bonlcus seu Bubulcus *Vindonen.* ep. Conc.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Bruno *Senonens.* ep. Concilio.
Meldensi sub Ioanne XII. præf. 962
Bruno *Treuirens.* ep. Concilio.
Moguntino sub Paschali II. subsc. 1105
Bubulcus vide Boulcus.
Burchardus *Moguntinus* Archip. Conc.
Quintilineburgensi sub Paschali II. præf. 1105
Baltfridus *Baiocens.* ep. Conc.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Vermeriensi II. sub Leone IV. subsc. 853
Braindicus *Matiscens.* ep. Conc.
Tullensi II. sub Nicolao I. subsc. 860
Cæcilianus *Carthaginens.* ep. Concilio.
Nicæno Gener. sub Syluestro I. subsc. 325
Cælodonius *Matisconens.* ep. Conc.
Lugdunensi I. sub Ioanne III. subsc. 570
Cæsar Alexandrinus Patriarcha Concilio.
Lateran. Gener. XVII. sub Iulio I. subsc. 1512
S. Cæsarius *Arelatens.* Episc. Conciliis.
Agathensi sub Symmacho præfuit. 506
Arelatense. III. sub Ioanne I. præfuit. 524
Arausicano II. sub Felice IV. præfuit. 529
Vasionensi II. sub Ioanne II. præfuit. 529
Carpentoratensi sub eodem præfuit. 529
Cæsarius *Aruernens.* Ep. Conc.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Camilianus *Trecassinus* Ep. Conc.
Aurelianensi I sub Symmacho subsc. 507
Captarius *Narbonens.* Episc. Conc.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Cariatho *Gebennens.* Episc. conciliis.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Valentino in Gallia sub eodem subsc. 589
Carolus de Angennes *Cenomanens.* Ep. concil.
Trident. Gener. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1563
Carolus de Bony *Engolismens.* Episc. concilio.
Burdegalensi sub Gregorio XIII. subsc. 1583
Carol. Borbonius *Rothomagens.* Episc. conc.
Rothomagensi sub Gregor. III. præfuit. 1581
Carolus à Lotharingia Archiep. *Rhemens.* concil.
Rhemensi sub Pio IV. præfuit. 1565
Carol. Despinay *Dolensis* Episc. concil.
Trident. Gener. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1583
Turonensi sub Gregor. XIII. subsc. 1583
Carol. de Liscoet *Corisopitensis* Episc. Conc.
Turonensi sub Gregorio XIII. subsc. 1583
Carol. à Lotharingia *Rhemēs.* Arch. & Card. conc.
Trident. Gener. XVIII. sub Pio IV subsc. 1563
Rhemensi sub eodem præfuit. 1564
S. Carolus *Mediolan.* Archiep. & Cardinalis conc.
Mediolanensi I. sub Pio IV. vt Legat. præfuit. 1565
Mediolanensi II sub Pio V. præfuit. 1569
Mediolanensi III. sub Gregorio XIII. præfuit. 1573
Mediolanensi IV. sub eodem præfuit. 1576
Mediolanensi V. sub eodem præfuit. 1579
Mediolanensi VI. sub eod. præfuit. 1582
Carolus *Moguntinus* Archiep. concilio.
Tullensi sub Nicolao I. præfuit. 857
Carolus *Rosens.* Episc. concilio.
Aquensi sub Paulo V. subsc. 1612
Carol. *Andegauens.* Episc. concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615
Carol. *Nannetensis* Episc. concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615
Carol. de Roney *Suessionens.* Episc. conc.
Rhemensi sub Pio IV. subsc. 1564
Trident. Gener. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1563
Rhemensi sub Gregorio XIII. subsc. 1583
Carterius *Aquensis* Episc. concilio.
Aurelianensi VI. sub Vigilio subsc. 545
Carterius *Petragoricensis* Episc. concil.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Carbolinus *Niciens.* Episc. concil.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Catulinus *Ebredunensis* Episc. conc.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Chadoaldus *Cenomanens.* Episc. conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Chainoaldus *Laudunens.* Episc. concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Chaletricus *Carnotens.* Episc. conciliis.
Parisiensi III. sub Ioanne III. subsc. 559
Turonensi II. sub eodem subsc. 570
Chatribonus *Constantiniensis* Episc. concilio.

Cab

Deusdedit

Deusdedit *Caturcensis* Episcopus Concilio.
Lemouicensi II.sub Benedicto XI.subsc. 1034
Deuterius *Letewensis* Ep.Concilio.
Aruernensi sub Vigilio subsc. 541
Deuterius *Venciensis* Ep.Conc.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Matisconensi II.sub Pelagio II. subsc. 588
Diedericus *Tricassinensis* Ep.Conc.
Suessionensi sub Nicolao I.subsc. 866
Diodorus *Tarsensis* Ep.Concilio.
Constantinop. vniu.II. sub Damaso I. subsc. 381
S.Dionysius *Athenensis* Ep.Conc.
Ierosolymitano IV.sub S.Petro interfuit. 48
Dionysius *Telenensis* Ep.Conc.
Lateran.vniu.xvII.sub Iulio II.subsc. 1512
Diopetus *Aurelianensis* Ep.Conc.
Coloniensi sub Iulio I.subsc. 351
Dithmarus *Merdeburgensis* Ep.Conc.
Bambergensi sub Sergio IV.subsc. 1011
Dodo *Andegauensis* Ep.Conc.
Turonensi sub Leone IV.subsc. 849
Tullensi II.sub Nicol.I. subsc. 860
Dominicus *Aquensis* Ep.Conc.
Lateran.vniu.xvII.sub Iulio II.subsc. 1512
Dominus *Gratianopolit.* Ep.Conc.
Aquileiensi sub Damaso I subsc. 381
Domitianus Ep.Legatus Sedis apost. Conc.
Constantinopol. IV, sub Leone I.subsc. 459
Domitianus *Tungrensis* Ep.Conc.
Aruernensi sub Vigilio subsc. 541
Aurelianensi V.sub eodem subsc. 552
Parisiensi III.sub Ioanne III.subsc. 559
Turonensi II.sub eodem subsc. 570
Domnulus *Cenomanensis* Ep. Concilio.
Turonensi II.sub Ioanne III.subsc. 570
Domnos *Antiochen.*Patriarc.Conc.
Constantinop.vniu.V.sub Vigilio subsc. 553
Donatianus *Cabilonensis* Ep.Conc.
Coloniensi sub Iulio I.subsc. 351
Donatus *Ostiensis* ap.Legat. Apost.Conc.
Constantinop. vniu.VIII.sub Adriano II. præfuit. ann.869.
Donatus *Vesontienensis* ep. Conciliis.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Drogo *Metensis* ep. Concilio.
Theodonis villæ sub Sergio II.præfuit. 844
Dunstanus *Cantuariens.* Archiep.Conciliis.
Anglicano sub Ioanne XIII. præfuit. 970
Vvintoniensi sub Benedicto VII.præf. 975
Calnensi sub eodem præfuit. 979
Dutioterus *Rhedonensis* Ep.Conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Dyseolius *Rhemensis* Ep. Concilio.
Coloniensi sub Iulio I. subsc. 351
Ebbo *Gratianopolitanus* Ep. Conciliis.
Valentino sub Leone IV.subsc. 855
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Lingonensi sub eod.subsc. 859
Ebbo *Rhemensis* Archiep.Conc.
Theodonis villæ sub Leone III.subsc. 814
Eberardus *Treuirens.* Archiepisc.Conciliis.
Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1049
Moguntino sub eodem subsc. 1049
Eberardus *Salisburgensis* Archiep. Conc.
Salisburg.sub Martino V. vt Legat.præf. 1420
Ebroinus *Pictauens.* Ep.Concilio.
Vernensi sub Sergio subsc. 844
Edibius *Ambianensis* Ep. Concilio
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507

Eirardus *Lexoniensis* Ep. Concilio.
Vermeriensi II.sub Leone IV.subsc. 853
Eleutherius *Antisiodorensis* Ep. Conciliis.
Aurelianensi II. sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV. sub eodem subsc. 545
Aurelianensi V. sub eod. subsc. 552
Elfandus *Aptensis* Ep.Concilio.
Tolosano sub Victore II.subsc. 1056
Elias Carnotensis Ep. Conciliis.
Turonensi sub Leone IV. subsc. 849
Valentino sub eodem subsc. 855
Eligius *Nouiomens.* Ep.Conciliis.
Clypiacensi sub Vitaliano subsc. 662
Cabilonensi sub eodem subsc. 664
Eliodorus *Sedunensis* Ep. Concilio.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Elpidius *Carcassonensis* Ep.Concilio.
Toletano V.sub Honorio I.subsc. 636
Elpidius Presbyter Eccl.Ro. Legat.Apost.Conc.
Illyrico sub Liberio præf. 365
Elsias Rastelis *Regiensis* Ep. Concilio.
Aquensi sub Gregorio XIII. subsc. 1585
Emelius Parisiensis Ep.Concilio.
Aurelianensi II.sub Syluerio subsc. 536
Emeritus *Ebredunensis* Ep.Concilio.
Matisconensi II.sub Pelagio II. subs. 585
Emmo vide Himmo.
Emmon *Aresetensis* Ep. Concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Engenoldus *Pictauiensis* Ep.Concilio.
Tullensi II.sub Nicolao I.subsc. 860
Epiphanius *Salamina* Ep. Conc.
Alexandrino sub Anastasio subsc. 399
Epiphanius *Constantinop.* Patriarc.Concilio.
Constantinop.sub Hormisda præfuit. 520
Epiphanius *Nannetensis* Ep. Concilio.
Aurelianensi I.sub Symmacho s. 507
Eraclios vide Aredius & Eradius.
Eraclius *Bigorrensis* ap.Conc.
Tolosano sub Victore II. subsc. 1056
Eraclius *Parisiens.*episc.Concilio.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Eradius seu Eraclius *Aptensis* ap.Concilio.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Erardus Turonensis Ep.Concilio.
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Ercantadus *Parisiens.*ap.Con.
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Turonensi sub Leone IV.subsc. 849
Ercantaus *Catalaunens.*ap.Conc.
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 860
Suessionensi sub Nicolao I.subsc. 866
Trecensi sub eod.subsc. 867
Erchembertus *Baiocensis* ap.Conc.
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Suessionensi sub eodem subsc. 866
Trecensi sub eodem subsc. 867
Erloinus *Constantiensis* ep.Concilio.
Vermeriensi II.sub Leone IV.subsc. 853
Tullensi sub Nicolao I subsc. 859
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Erluinus *Bellouacens.*Ep.Concilio.
Suessionensi sub Sergio III.subsc. 909
Ermenfridus vide Hermenfridus.
Ermericus *Lotouensis* Ep.Concilio.
Toletano III.sub Pelagio II.subsc. 589
Erpoinus *Siluanectens.*Ep Conc.
Parisiensi sub Sergio II subsc. 846
Apud Carisiacum sub Leone IV.subsc. 848

Turonensi

Turonensi sub Leone IV subsc. 849
Vermeriensi II. sub Leone IV. subsc. 853
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II. sub Nicolao I. subsc. 860
Eugius *Buerrensis* Ep. Concilio.
Toletano XVI. sub Sergio I. subsc. 693
Efimberrus *Pictauensis* Ep. Conc.
Lemouicensi II. sub Benedicto IX. subsc. 1034
Efitios *Gratianopolitanus* Ep. Conc.
Matisconensi I. sub Pelagio II. subsc. 581
Lugdunensi II. sub eodem subsc. 587
Matisconensi II. sub eodem subsc. 588
Valentino sub eodem subsc. 589
Esychius *Viennensis* Ep. Conc.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Parisiensi II. sub Pelagio I. subsc. 559
Etherius *Ebredunens.* Ep. Concilio. 664
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Etilius *Vasiensis.* Ep. Conc.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Euantius *Gabalitanus* Episc. Conc.
Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc. 545
Euantius *Viennensis* Ep. Conc.
Matisconensi I. sub Pelagio II. subsc. 582
Lugdunensi II. sub eodem subsc. 587
Valentino sub eodem subsc. 589
Enarios *Antipolitanus* Ep. Conc.
Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc. 545
Eucherius Senior *Lugdunens.* Ep. Conc.
Arausicano I. sub Leone I. subsc. 441
Eucherius Iunior *Lugdunens.* Ep. Conciliis.
Arelatensi III. sub Ioanne I. subsc. 524
Arausicano II. sub Felice IV. subsc. 529
Carpentoractensi sub eodem subsc. 529
Eucherius Ep. Concilio.
Clypiacensi sub Vitaliano subsc. 662
Eustasius *Arnerrensis* Episc. Conc.
Agathensi sub Symmacho per Vicar. subsc. 506
Aurelianensi I. sub eodem subsc. 507
Eufronius *Turonensis* Episc. Conc.
Turonensi II. sub Ioanne III. subsc. 570
Eugenius Diaconus Legat. Sedis Apost. Concil.
Arelatensi I. sub Siluestro I. præfuit. 314
Eulalius *Syracusanus* Ep. Concil.
Romano IV. sub Symmacho subsc. 502
Romano V. sub eodem subsc. 503
Eulogius *Ambianensis* Episcop. Conc.
Coloniensi sub Iulio I. subsc. 351
Eulogius *Cæsariens.* Episcop. Conc.
Diospolitano sub Innocent. I. subsc. 415
Enmerius *Nannetens.* Episcop. Conc.
Aurelianensi II. sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV. sub eodem subsc. 545
Euodius *Niuedunensis* Episc. Concilio.
Arelatensi I. sub Siluestro subsc. 314
Eoottius *Aurelianensis* Episc. Concilio.
Valentino sub Damaso I. subsc. 374
Enphrata *Coloniens.* Episc. Concilio.
Sardicensi Geoer. sub Iulio I. subsc. 347
Eurus *Carcassonensis* Ep. Conc.
Tullensi II. sub Nicolao I. subsc. 860
Eusebius *Rothomagensis* Episc. Concil.
Coloniensi sub Iulio I. subsc. 351
Eusebios *Antipolitanus* Ep. Concilio.
Aurelianensi V sub Vigilio subsc. 552
Eusebius *Vercellens.* Ep. Concil.
Alexandrino sub Liberio vt Legat. præfuit. 362
Eusebius *Dorilæi* Episcopus Concil.
Constantinop. I. sub Leone I. subsc. 448
Chalcedonensi vniu. IV. sub Leone I. subsc. 451
Eusebius *Mediolanensis* Episc. Concil.
Mediolanensi sub Leone I. subsc. 451
Eusebius *Nannetens.* Ep. Conc.
Turonensi sub Simplicio subsc. 482
Eusebius *Aurelianens.* Ep. conc.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Eusebius *Xantonens.* Episc. Concil.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Eusebius *Matiscons.* Ep. conc.
Matisconensi I. sub Pelagio II. subsc. 582
Lugdunensi II. sub eodem subsc. 587
Matisconensi II. sub eodem subsc. 588
Valentino sub eodem subsc. 589
Eusebius *Tricassin.* Episc. Conc.
Matisconensi II. sub Pelagio II. 588
Valentino sub eodem subsc. 589
Eusebius *Andegauens.* Ep. conc.
Rhemensi sub Leone IX. subsc. 1049
Eustachius du Bellay *Parisiens.* Ep. Conc.
Tridentin. vniu. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1563
Eustachius *Niuernens.* Ep. Concil.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1612
Parisiensi sub eod. subsc. 1615
Eustathius *Sebastenus* Ep. Conc.
Siculo sub Liberio interfuit. 395
Illyrico sub eodem subsc. 365
Eustathius *Antiochen.* Patriarc. Conc.
Nicæn. vniu. I. sub Siluestro I. subsc. 325
Enstochius *Andegauens.* Ep. Conc.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Eustochius *Turonens.* Ep. Concilio.
Andegauensi sub Leone I. subsc. 453
Eutychius *Constantinop.* Patriarch. Concil.
Constantinop. vniu. V. sub Vigilio subsc. 553
Expectatus *Foroiuliens.* Episc. Conc.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Arelatensi V. sub Pelagio I. subsc. 554
Parisiensi II. sub Pelagio I. subsc. 559
Fabius *Antiochenus* Patriarc. Conc.
Antiocheno sub Cornelio præfuit. 255
Fœgadius Episc. Conc.
Valentino sub Damaso I præfuit. 374
Faustinos *Potentinus* Ep. Legat. Papæ Conc.
Carthaginensi II. sub Siricio interfuit. 397
Carthaginensi V. vel VI. sub Celestino interfuit. 424
Faustus *Regiensis* Ep. Conc.
Arelatensi IV. sub Simplicio subsc. 475
Aurelianensi V. sub Vigilio per Vicarium subsc. 552
Faustus *Lectorensis* Ep. Conc.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Faustus *Ausciorum* Episc. Conc.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subscripsit. 588
Fegasios *Abrincens.* Episc. Conc.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Felix *Carnotens.* Ep. Conc.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Felix *Bituricens.* Ep Conc.
Turonensi II. sub Ioanne III. subsc. 570
Felix *Belisens.* Ep. Concilio.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Felix *Catalaunens.* Episcop. Conc.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Felix *Lemouicens.* Ep. conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Felix *Arelatens.* Episcopus Conc.
Romano sub Agathone subsc. 680
Felix *Hispalen.* postea *Toletan.* Ep. Conc.
Toletano XVI. sub Sergio subsc. 693
Ferreolus *Lemouicens.* Episc. Concilio.

Genedius *Carthaginenſ.* Ep.Conc.
Carthaginenſi 2.ſ.b Siricio præſuit. 397
Geneſius *Magalonenſ.* Ep.conc.
Toletano ſub Gregorio 1 ſubſc. 597
Toletano ſub Honorio 1.ſubſc. 633
Genialis *Gabalitanus* Epiſc. Concil.
Arelatenſi 1.ſub Silueſtro 1 ſubſc. 314
Gennadius *Conſtantinop.* Patriarcha Conc.
Conſtantinop.1v.ſub Leone 1.præfuit. 459
Geofridus Martonius *Ambianenſ.* Ep. cooc.
Rhemenſi ſub Gregorio 2111.ſubſc. 1583
Georgius *Agathenſ.*Ep.Conc.
Toletano v111 ſub Martino 1.ſubſc. 653
Georgius *Conſtantinop.* Pariarc.conc.
Conſtantinop.vniu.v1.ſub Agathone ſubſc. 680
Gerard.*Moguntin.* Archiep.conc.
Aſchaffenburg.Tempore interregni Ponr.ſubſc.1242
Gerardus *Engoliſmenſ.* Ep. conc.
Lateranenſi 2.ſub Paſchali 2.ſubſc. 1112
Gerardus *Albienſ.*Ep. Conc.
Gallicano ſub Alexaud. III.ſubſc. 1176
Gerebaldus *Baiocenſ.*Ep.Concilio.
Rothomagen.Tempore interregni Ponr.ſubſc.,682
S.Germanus *Antiſiodorenſ.*Ep.Conc.
Gallicano ſub Leone I. ſubſc. 444
Gallicano ſub eodem ſubſc. 446
Germanus *Rothomagenſ.*Ep.Concilio.
Turonenſi ſub Simplicio ſubſc. 482
Germanus *Pariſienſ.*Epiſc.Concil.
Pariſienſi III.ſub Ioanne III.ſubſc. 561
Turonenſi II.ſub eodem ſubſc. 570
Gernobrius *Turonenſis* Epiſc.Concilio.
Apud Cariſiacum ſub Leone 1v.ſubſc. 848
Geruaſius *Rhemenſis* Ep.Concilio.
Rhemenſi ſub Leone IX. ſubſc. 1049
Gibelinus *Arelatenſis* Archiep. Concil.
Ieroſolymit.ſub Paſchali II.vt Legat præfuit. 1107
Gibuious *Catalaunenſis* Epiſc.Coocilio.
Meldenſi ſub Ioanne 211..ubſc. 962
Gilhardus *Rothomagenſis* Ep.Coocil.
Aurelianenſi I.ſub Symmacho ſubſc. 507
Gilbertus *Lugdunenſis* Epiſcopus Conc:
Gallicano ſub Alexand.III.ſubſc. 1176
Gilbertus *Carnotenſ.*Epiſc.Coociliis.
Tullenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 859
Tullenſi II.ſub eod. ſubſc. 860
Sueſſionenſi ſub eodem ſubſc. 866
Trecenſi ſub eodem ſubſc. 867
Gilmeradus *Ambianenſ.*Epiſcopus Conc.
Turonenſi ſub Leone IV.ſubſc. 849
Tullenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 859
Vermerienſi II.ſub Leone IV:ſubſc. 853
Tullenſi II.ſub Nicolao I.ſubſc. 860
Godefredus *Ambianenſ.*Epiſc.Conc.
Viennenſi ſub Paſchali II. ſubſc. 1112
Godefredus de S.Beliu *Pictauienſ* Ep.Concil.
Burdegalenſi ſub Gregor.2111.ſubſc. 1583
Godon *Virdunenſis* Epiſc. Conc.
Rhemenſi ſub Honorio I. ſubſc. 630
Godelſadus *Cabilonenſis* Epiſcop.Conc.
Vermerienſ.II.ſub Leone 1v.ſubſc. 853
Tullenſi II.ſub Nicolao.I.ſubſc. 860
Tullenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 859
Gondnaldus *Meldenſ.*Epiſcop.Conc.
Rhemenſi ſub Honorio I.ſubſc 630
Gonothigernus *Siluanectenſ* Epiſcop.Conc.
Pariſienſi ſub Ioanne III.ſubſc. 561
Gontherius *Agathenſis* Epiſc.Conciliis.
Toloſano ſub Victore II.ſubſc. 1056
Goſlenus ſeu Ioſleous *Sueſſionenſ.*Ep.Conc.

Trecenſi ſub Honorio II.ſubſ. 1127
Senonenſ.ſub Ioooc.II.ſubſ. 1127.
Pariſienſi ſub Eugen.3.ſubſc. 1147
Rhemenſi ſub eod.ſubſc. 1148
Goſlinus *Tullenſ.*Ep.conc.
Virduoenſi ſub Agapeto II. ſubſc. 947
Engelenbeimeoſi ſub eodem ſubſc. 948
Gozelinus *Lodonenſis* Epiſcopus Cooc.
Gallicano ſub Alexand.III.ſubſ. 1176
Gozelinus *Toloſan.* Ep.Conc.
Gallicano ſub Alexandro III. ſubſc. 1176
Grammaticus *Metenſ.* Epiſc.Concilio.
Atuernenſi ſub Vigilio ſubſc.. 541
Grammatius *Vindonenſ.* Epiſc.Conc.
Aurelianenſi 1v.ſub Vigilio ſubſc. 545
Aurelianenſi V.ſub Vigilio ſubſc. 552
Gratianus *Aquenſis* Epiſcopus Conc.
Agathenſi ſub Symmacho ſubſc. 506
Gratus *Carthaginenſ* Ep.Conciliis.
Sardicenſi Gener.ſub Iulio I.ſubſc. 347
Carthaginenſi I.ſub eodem præfuit. 348
Gratus *Cabilonenſ.* Archiep. Conc.
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Gratus de Olorone Ep.Concilio.
Agathenſi ſub Symmacho ſubſc. 506
Gregorius *Nazianzen.* Ep. Conciliis.
Antiocheno ſub Damaſo I.ſubſc. 378
Conſtantinop.vnio.II.ſub eodem ſubſc. 381
Gregorius *Nyſſenus* Epiſc.Conc.
Antiocheno ſub Damaſo I.ſubſc. 378
Conſtantinop.vniu.II.ſub eodem ſubſc. 381
Gregorius *Lingonienſ.*Ep.Conc.
Epaunenſi ſub Symmacho ſubſc. 509
Aurelianenſi III.ſub Vigilio ſubſc. 540
Atuernenſi ſub eod.ſubſ. 541
Greg.or *Turonenſ.* Ep Conc.
Pariſienſi V. ſub Pelagio II.ſubſc. 580
Guaremundus *Ieroſolymit.*Patriarc.Conc.
Neapolitano in Samaria ſub Calixto II.præf. 1120
Guenilo *Rothomagenſ.*Ep. Concilio.
Trecenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 867
Guido *Lugdunenſ.*Archiep.Conc.
Trenorchiano ſub Martino III.præfuit. 444
Guido *Viennenſ.*Archiep.Conciliis.
Vieonenſi ſub Paſchali II.præfuit. 1112
Lateranenſi II.ſub eodem ſubſc. 1112
Guido Presbyter Cardinal.Legat.Apoſt. Concil.
Viennenſi ſub Clemente 1v.præfuit. 1267
Guillelm.*Bellouacenſ* Epiſcop.Cooc.
Romano II.ſub Greg. VII.ſubſc. 1074
Guilielm.*Dorouernenſ.*Archiep.Conc.
Londonienſi II.ſub Honorio II.vt Legat.præf.1127
Guillelm. *Catalaunenſ.*Epiſc.Conc.
Sueſſionenſi ſub Innoc.II.ſubſc. 1139
Senonenſ.ſub eod.ſubſ. 1140
Guillel.*Ebredun.*Archiep.conc.
Pariſienſi ſub Paulo V.ſubſc.. 1615
Guillelm. Rnzem *Ambianenſ.* Epiſc.Cooc.
Turonenſi ſub Gregor.XIII. ſubſc. 1583
Guill.*Tyrius* Ep.Cōc.Lateran.ſub Alex.3.ſubſ.1179
Guillelm.VVintonienſ.Ep. Conc.
Londonienſi ſub Cæleſtino II. vt Legat.præf. 1143
Guillelm.*Ieroſolymit.* Patriarc.Conc.
Antiocheno ſub Innoc.II ſubſc. 1142
Guillelm.*Rhemenſ.*Archiep.factus Card.Conc.
Lateran.vniu II. ſub Alexand. III.interfuit. 1179
Guillelm. *Bitterenſ.*Ep. Conc.
Lauaurenſi ſub Innocent.III.ſubſcripſit. 1213
Guillelm.*Baionenſ.* Epiſc.Conc.
Conſtatienſi vniu.ſub Ioan.XXIII.ſubſc. 1414

Guillelm. *Bituricenſ.* Epiſcopus Concilio.
Conſtantienſi vniu. ſub Ioan. xxIII. ſubſc. 1414
Guillel. *Ebroicenſ.* Ep. Conc.
Conſtantienſi vniu. ſub Ioan. xxIII. ſubſc. 1414
Guillelm. *Andegauenſis* ep. Conc.
Florentino vniu. xvI. ſub Eugenio IV. ſubſc. 1438
Guillelm. le Ferron *Leonenſ.* Ep. Conc.
Florentino vniu. xvI. ſub Eugenio IV. ſubſc. 1438
Guillelm. *Nannetenſ.* Ep. Conc.
Turonenſi ſub Nicolao V. ſubſc. 1448
Guillelm d'Auaſon *Ebredunenſ.* Ep. Conc.
Trident. vniu. xvIII. ſub Pio IV. ſubſc. 1563
Guillelm. à Prato *Claramontenſ.* Ep. Concilio.
Trident. vniu. xvIII. ſub Pio IV. ſubſc. 1545
Guillelm. de Monthas *Lectorenſ.* Ep. Conc.
Trident. vniu. xvIII. ſub Pio IV. ſubſc. 1563
Gundericus *Toletanus* Ep. Conc.
Toletano xvIII. ſub Ioanne VI. præfuit. 701
Gumbaldus *Rothomagenſis* Ep. Conciliis.
Pariſienſi ſub Sergio II. ſubſc. 846
Pariſienſi ſub Leone IV. præſ. 847
Gumbertus *Ebroicenſ.* Ep. Conc.
Vermerienſi II. ſub Leone IV. ſubſc. 851
Tulleſi II. ſub Nicolao I. ſubſc. 860
Tullenſi ſub Nicolao I. ſubſc. 859
Guntharius *Agrippinenſis* Ep. Concilio.
Tullenſi ſub Nicolao I. ſubſc. 859
Tullenſi II. ſub eodem ſubſc. 860
Hadabaldus vide Hildebaldus.
Hadoindus *Cenomanenſ.* Ep. Conc.
Rhemenſi ſub Honorio I. ſubſc. 650
Hilduicus *Vellaun.* Ep. Concilio.
Sueſſionenſi ſub Nicolao I. ſubſc. 866
Hatto *Moguntinus* Ep. Concilio.
Triburienſi ſub Formoſo ſubſc. 895
Hegilo *Senonenſ.* Ep. Conciliis.
Sueſſionenſi ſub Nicolao I. ſubſc. 866
Trecenſi ſub eodem ſubſc. 867
Helias *Carnotenſ.* Epiſc. Concilio.
Pariſienſi ſub Sergio II. ſubſc. 846
Helias *Engoliſmenſis* Ep. Concilio.
Sueſſionenſi ſub Nicolao I. ſubſc. 866
Helias *Anicienſ.* Ep. Concilio.
Conſtantienſi vniu. ſub Ioan. xxIII. ſubſc. 1414
Helladius *Cæſarienſis* Ep. Conc.
Conſtantinop. vniu. II. ſub Damaſo ſubſc. 381
Heoticus *Magdeburgenſ.* Ep. Conc.
Moguntino ſub Paſchali II. ſubſc. 1105
Henricus *Pariſienſis* Ep. Conc.
Pariſienſi ſub Paulo V. ſubſc. 1612
Pariſienſi ſub eod. ſubſc. 1615
Henricus *Treuirenſ.* Ep. Concilio.
Herbipolenſi ſub Honorio IV. ſubſc. 1287
Henricus *Senonenſ.* Ep. Conciliis
Trecenſi ſub Honorio II. ſubſc. 1127
Senonenſi ſub eodem ſubſc. 1140
Henricus *VVintonienſis* Ep. Concil.
VVintonienſi ſub Innoc. II. vt Legat. præf. 1139
VVintonienſi II. ſub eodem vt Legat. præf. 1142
Henricus *Claræuallenſ.* Abbas factus Card. Conc.
Lateran. vniu. XI. ſub Alexand. III. 1179
Heraclius *Tricaſſinenſ.* Ep. Conc.
Aurelianenſi IV. ſub Vigilio ſubſc. 545
Heraclianus *Toloſanus* Ep. Conc.
Agathenſi ſub Symmacho ſubſc. 506
Heraclius *Bigerrinenſis* Ep. Conc.
Iaccitano ſub Nicolao II. ſubſc. 1060
Herardus *Turonenſis* Ep. Conc.
Tullenſi II. ſub Nicolao I. ſubſc. 860
Sueſſionenſi ſub Nicolao I. ſubſc. 866
Trecenſi ſub eodem ſubſc. 867
Herbertus *Lexouienſ.* Ep. Conc.
Rhemenſi ſub Leone IX. ſubſc. 1049
Hercules Gonzaga Presb. Card. Leg. Apoſt. Conc.
Trident. vniu. xvIII. ſub Pio IV. præfuit. 1563
Heriboldus *Antiſiodorenſ.* Ep. Conc.
Turonenſi ſub Leone IV. ſubſc. 849
Herimannus *Niuernenſ.* Ep. Conc.
Turonenſi ſub Leone IV. ſubſc. 849
Herimannus *Colonienſ.* Archiep. Conc.
Confluentino ſub Ioanne X. præfuit. 922
Hermannus *Colonienſ.* Archiep. Conc.
Triburienſi ſub Formoſo ſubſc. 895
Hermannus *Colonienſ.* Archiep. Conc.
Moguntino ſub Leone IX. ſubſc. 1049
Hermannus *Colonienſ.* Archiep. Conc.
Colonienſi ſub Paulo III. præfuit. 1536
Hermenfredus *Sedunenſ.* Ep. Conc.
VVintonienſi ſub Alexandro II. vt Legat. præf. 1070
VVindeſorenſi ſub eod. vt Legat. præfuit. 1070
Hermenfridus *Bellouacenſ.* Ep. Conc.
Turonenſi ſub Leone IV. ſubſc. 849
Hermogenes Ep. Conc.
Niceno vniu. I. ſub Silueſtro I. ſubſc. 325
Herueus *Rhemenſis* Archiep. Conc.
Sueſſionenſi ſub Sergio III. præfuit. 909
Troſleiano ſub Ioanne X præfuit. 921
Heſichius *Viennenſis* Ep. Concilio.
Aruernenſi II ſub Vigilio ſubſc. 549
Hetto *Treuirenſ.* Archiep. Conc.
Apud Theodonis villam ſub Leone III. ſubſc. 814
Moguntino I. ſub Leone IV. ſubſc. 848
Hieronym. *Viennenſis* Ep. Conc.
Pariſienſi ſub Paulo V. ſubſc. 1615
Hieronymus *Nicienſis* Ep. Conc.
Lateran. vniu. xvII. ſub Iulio II. ſubſc. 1512
Hieronym. Seripandus Card. Legat. Apoſt. Conc.
Trident. vniu. xvIII. ſub Paulo III. præſ. 1545
Hieronym Burgenſ. *Catalaunenſ.* Ep. Conc.
Trident. vniu. xvIII. ſub Pio IV. ſubſc. 1563
Rhemenſi ſub Pio IV. ſubſc. 1564
S. Hierotheus Concilio.
Ieroſolymitano ſub S. Petro interfuit. 48
Higidius vide Nigidius.
Hilarius *Arelatenſis* Ep. Conciliis.
Regienſi ſub Sixto III. præfuit. 439
Arauſicano I. ſub Leone I. præfuit. 441
Gallicano ſub eodem præfuit. 444
Hilarius *Dinienſis* Ep. Conciliis.
Aruernenſi II. ſub Vigilio ſubſc. 549
Arelatenſi V. ſub Pelagio I ſubſc. 554
Hilarius *Gabalitanus* Ep. Conc.
Aruernenſi ſub Vigilio ſubſc. 541
Hilarius *Pictauienſis* Ep. Conc.
Aruernenſi ſub Vigilio ſubſc. 541
Hilarius *Pictauienſ.* Ep. Conc.
Pariſienſi ſub Liberio ſubſc. 361
Hildibaldus v. Hadabaldus *Colonienſ.* Arch. Conc.
Moguntino I. ſub Leone III. ſubſc. 813
Apud Theodonis villam ſub eodem ſubſc. 814
Moguntino II. ſub Leone IV. ſubſc. 848
Hildebrandus *Sagienſis* Ep. Conc.
Vermerienſi II. ſub Leone IV. ſubſc. 853
Tullenſi ſub Nicolao I ſubſc. 859
Sueſſionenſi ſub eod. ſubſc. 866
Hildebrandus Sed. Apoſt. Legat. Conciliis.
Lugdunenſi ſub Victore II. præfuit. 1055
Turonenſi ſub eodem ſubſc. 1055
Hildegarius *Meldenſis* Ep. Conc.
Tullenſi ſub Nicolao I. ſubſc. 859

Tullensi II.sub eod.subsc. 860
Suessionensi sub eodem subsc. 866
Trecensi sub eodem subsc. 867
Hildegarius *Bellouacensis* Episcopus Cooc.
Apud S.Theodoricum sub Ioan.XI. 933
Hildouardus *Cameracens.* Episc. conc.
Noniomensi sub Leone III.subsc. 814
Hilduinus *Ebroicensis* Episc.conc.
Trecensi sub Nicolao I.subsc. 867
Hilmeradus *Ambianens.* Ep. conc.
Vermeriensi II.sub Leone IV.subsc. 853
Tullensi II.sub Nicolao I subsc. 860
Himfridus *Morinensium* Ep.conc.
Suessionensi sub Nicolao I.subsc. 866
Hemmo v.Ennio *Noviomagens.* Episc. conc.
Toronensi sub Leone IV.subsc. 849
Tullensi sub Nicol.I. subsc. 859
Hincmarus *Rhemensis* Archiep.concil.
Vermeriensi sub Sergio II.nondum Episc.interf. 844
Bellouacensi sub eodem subsc. 845
Parisiensi sub eodem subsc. 846
Meldensi sub eod.subsc. 845
Parisiensi sub Leone IV.subsc. 847
Apud Carisiacum sub Leone IV.subsc. 848
Turonensi sub eodem subsc. 849
Vermeriensi II.sub Leone IV.subsc. 853
Tullensi sub Nico.I.subsc. 859
Tullensi II.sub eodem subsc. 860
Confluentino sub eodem subsc. 860
Suessionensi sub eodem subsc. 866
Trecensi sub eodem subsc. 867
Hincmarus *Laudunens.* Ep. conc.
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II.sub eod.subsc. 860
Suessionensi sub eod.subsc. 866
Trecensi sub eodem subsc. 867
Trecensi sub Ioanne VIII.subsc. 878
Neustriensi sub eod.præfuit. 877
Hilouadus *Glandeuensis* Ep. concilio:
Parisiensi sub Paulo I.subsc. 1615
Honestus *Rauennatens.* Archiep. conc.
Morinensi sub Benedicto VI præfuit. 973
Honoratus *Bituricensis* Episc.concil.
Aurelianensi II.sub Silverio subsc. 536
Arnernensi sub Vigilio subsc. 541
Horatius de Birague *Vaurensis* Ep.coocilio.
Tolosano sub Gregorio xiv. subsc. 1590
Hubertus *Meldensis* Episcopus cooc.
Turonensi sub Leone IV.subsc. 849
Vermeriensi II.sub Leone IV.subsc. 853
Hubertus *Meldensis* Ep. concil.
Suessionensi sub Sergio III subsc. 909
Hubertus *Cantuariens.* Archiep. conc.
Eboracen. sub Celestino III vt Legat. præfuit. 1194
Londoniensi sub Innocent.III.vt Legat.præf. 1200
Hugo *Autisiodorensis*. Ep. conc.
Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1049
Hugo *Baiocarensis* Ep. conc.
Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1049
Hugo *Lingonens.* Ep. conc.
Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1049
Hugo *Niuernens.* Episc. conc.
Rhemensi sub Leone IX. 1049
Hugo *Vesontinensis* Ep.conc.
Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1049
Hugo Cardinalis Vicepapæ Conc.
Barcinonensi sub Alexandro III.præfuit. 1064
Hugo *Diensis* Episc.Legat Apost.Concilio.
Lugdunensi sub Gregor. VII.præfuit. 1080
Meldensi sub eodem præfuit. 1080

S.Hugo *Gratianopolitan.* factus Episc. in concilio
Auenionensi sub Gregorio VII.cui interfuit. 1080
Stampensi sub Innocentio II. subsc. 1130
Anitiense sub eod.subsc. 1130
Hugo *Lugdunen.* Archiep. Legat. Apost. Cooc.
Ostionensi in Gallia sub Vrbano II.præfuit. 1094
Hugo *Rothomagens.* Episcopus cooc.
Iortino sub Innocent. II.subsc. 1130
Baugentiaci sub Eugenio III.subsc. 1151
Hugo *Antisiodorens.* Ep.conc.
Rhemensi sub Eugenio III.subsc. 1148
Hugo *Turonens.* Episc.conc.
Iortino sub Innoc.II.subsc. 1130
Hugo *Regiens.* Ep. conc.
Lateran. vniu.xvii.sub Iulio II.subsc. 1512
Humfridus *Morinens.* Ep. Concilio.
Tullensi II sub Nicolao I.subsc. 860
Hypatius *Gangrens.* Episc. conc.
Niceno vniu.I. sub Siluestro I.subsc. 325
Iacobus Archidiac. *Leodiens.* Legat Apost.Conc
Vratislauiensi sub Innocent. iv. præfuit. 1245
Iacobus *Nisibenus* Ep.conc.
Niceno vniu.I.sub Siluestro I.subsc. 325
Iacobus *Baiocens.* Ep.conc.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615
Iacobus *Sagiensis* Ep. conc.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615
Iacobus *Turonens.* Ep. conc.
Constantiensi vniu. sub Ioanne xxiii.subsc. 1414
Iacobus Cottessius à Prato *Vasionens.* Ep.conc.
Trident.vniu.xviii sub Paulo III.subsc. 1545
Iacob.Maria Sala *Viuariens.* Ep.conc.
Trident.vniu.xviii.sub Pio IV.subsc. 1563
Iacobus Perronius *Senonens.* Ep.&Card. conc.
Parisiensi sub Paulo V.præfuit. 1612
Parisiensi II.sub eodem subsc. 1615
Ianuarius *Beneuentanus* Ep.concil.
Sardicensi vniu.sub Iulio I.subsc. 347
Ianus *Gregorius Agennens.* Ep. conc.
Burdegalensi sub Gregor.xiii. subsc. 1583
Iconius *Mauriauens.* Ep. conc.
Matisconensi I sub Pelagio II.subsc. 582
S.Ignatius *Constantinop.* Patriarch. conc.
Constantinopolit.sub Leone IV.præfuit. 854
Constantinop. vniu.VIII.sub Adriano II.subsc. 869
Immo *Nouiomagens.* Episcopus Coociliis,
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Apud Carisiacum sub Leone IV.subsc. 848
Vermeriensi II.sub Leone IV.subsc. 853
Tullensi II.sub Nicolao I. subsc. 860
Innocentius *Cenomanens.* Ep.conc.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Ingenuus *Ebredunens.* Ep. conc.
Romano sub Hilaro subsc. 467
Ingildus *Valentinus* Episc. conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Iniuriosus *Turonensis* Ep. conc.
Aurelianensi II.sub Silverio subsc. 536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV.sub eodem subsc. 545
Ioannes Baptista de Grossis *Regiens.* Episc. conc.
Tridentino vniu.xviii. sub Pio IV.subsc. 1563
S.Ioan.Chrysostomus *Constantinop.* Patriarc.conc.
Constantinop. sub Anastasio præfuit. 400
Ephesino sub eodem præfuit. 400
Ioan. *Ierosolymitanus* Patriarch. Conc.
Diospolitano sub Innocentio I.subsc. 415
Ioan. *Antiochenus* Patriarch Concilio.
Antiocheno sub Sixto III.præfuit. 432
Ioannes Tarraconensis Ep. conc.

Gerundensi sub Hormisda præfuit. 517

Ioan.*Constantinop.* Patriarcha Concilio.

Constantinop.sub Hormisda præfuit. 518

Ioan. *Auinionens.* Episc.concil.

Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588

Ioannes de l'Aubespine *Lemouicens.* Episc.conc.

Biturlcensi sub Gregor.XIII.subsc. 1584

Ioannes du Bourg *Riuens.* Episc.conc.

Tolosano sub Gregor.XIV.subsc. 1590

Ioannes de Vasse *Lexouiensis* Episc.concilio.

Rothomagensi sub Gregorio XIII.subsc. 1581

Ioannes *Meldens.* Episc.conciliis.

Parisiensi sub Paulo V subsc. 1612

Parisiensi sub eodem subsc. 1615

Ioannes Bertier *Riuens.* Episc.concilio.

Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

Ioannes Vasatensis Ep.Conc.

Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

Ioannes *Gratianopolitan.* Episc.concilio.

Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

I.de l'Estaing *Carcassonensis* Ep.Conc.

Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

I. de Saletes *Lascarensis.* Episc.concilio.

Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

Ioan de Hussest *Nouiodunens.* Episc conc.

Rhemensi sub Pio IV.subsc. 1564

Ioannes *Pictauiensis* Episc.concil.

Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630

Ioann.Card. Legat. Sedis Apost. conc.

Constantinop.vniu.VI sub Agathone præfuit. 680

Ioan. *Arelatensis* Episc.Concilio.

Arelatensi sub Leone III.præfuit. 813

Ioan.*Cameracensis* Episc.Conc.

Suessionensi sub Nicolao I.subsc. 866

Treecensi sub eodem subsc. 867

Ioan.Presbyter Cardin. Legat. Sed.Apost.Conc.

VVintoniensi sub Alexand.II.præfuit. 1070

Ioan.Cardinalis Legat.Sedis Apost.conc.

Pictauiensi sub Paschali II. præfuit. 1100

Pictauiensi sub eodem præfuit. 1109

Ioan de Crema Sed. Apost.Legat.Card. Conc.

Londoniensi I.sub Honorio II.præfuit. 1125

Ioan. Innocentij Capellanus Sedis Apost.Legat. Concil.

In Dalmatiæ & Diocletiæ Regnis sub Innocent. III.præfuit. 1199

Ioan.*Tusculanus* Ep.Cardin.Sed. Ap. Leg.Conc.

Herbipolensi sub Honorio IV.præfuit. 1287

Ioan. *Constantinop.* Patriarch.Conc.

Constantiensi vniu. sub Ioan.XXIII. subsc. 1414

Ioan. *Antiochen.* Patriarch.conc.

Constantiensi vniu.sub Ioan.XXIII.subsc. 1414

Ioan. *Gebennens.* Episc.Conc.

Constantiensi vniu. sub Ioan.XXIII.subsc. 1414

Ioan. *Siluanectens.* Ep.concil.

Constantiensi vniu sub Ioan.XXIII. subsc. 1414

Ioan.*Ostiens.* Episc.Cardin.*Viuariens.* Concilio.

Constantien.post cessionem Ioan.XXIII.præf. 1414

Ioan. *Vaurens.* Ep. Conc.

Constantiensi sub Ioan.XXIII. subsc. 1414

Ioannes *Agathens.* Ep concilio.

Florentino vniu.XVI sub Eugenio IV.subsc. 1438

Ioannes *Morinens.* Episc.concilio.

Florentino vniu.XVI.sub Eugenio IV. subsc. 1438

Ioan.*Niuernens.* Episc. conc.

Florentino vniu. XVI.sub Eugenio IV. subsc. 1438

Ioan. *Turonens.* Archiep. concilio.

Turonensi sub Nicolao V.præfuit. 1448

Ioan.*Cenomanens.* Ep.Conc.

Turonensi sub Nicolao V.præfuit. 1448

Ioan.Baptista *Cauallicens.* Episc.conc.

Lateran.vniu. XVIII.sub Iulio II.subsc. 1512

Ioan.Baptista *Venciensis* Ep.Conc.

Lateran.vniu.XVIII.sub Iulio II.subsc. 1512

Ioan.*Treuirens.* Archiep.Conc.

Treuirensi I.sub Paulo III præfuit. 1548

Treuirensi II.sub eodem præfuit. 1549

Ioan.Maria de Monte Card. Legat. Apost.conc.

Trident.vniu.XVIII.sub Paulo III.præfuit. 1545

Ioan.Morouus Cardin.*Prænestinus* Legat.Apost. Concil.

Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV.præf. 1563

Ioan.Clausse *Senecens.* Ep. Concilio.

Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1563

Ioan.de Moruillet. *Aurelianens.* Ep.Concil.

Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1563

Ionas *Heduensis* Ep. Conc.

Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859

Vermeriensi II.sub Leone IV.subsc. 853

Tullensi II.sub Nicolao I.subsc. 860

Iordanus *Lemouicensis* Ep.Concilio.

Lemouicensi II.sub Benedicto III.subsc. 1034

Iosephus *Constantinop.* Patriarch.conc.

Florent. Gener.XVI. sub Eugen. IV. moriens subsc. anu. 1438

Iosfridus *Constantiensis* Ep.Conc.

Rhemensi sub Leone IX. subsc. 1049

Ioslenus vide Goslenus.

Irenæus *Lugdunens.* Ep.Conc.

Gallicano sub Victore I.præfuit. 198

Irminfridus *Bellouacens.* Ep. Conc.

Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846

Apud Carisiacum sub Leone IV.subsc. 848

Vermeriensi II.sub Leone IV.subsc. 853

Tullensi II.sub Nicolao I.subsc. 860

Isaac *Lingonens.* Ep. Conc.

Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859

Tullensi II.sub Nicolao I.subsc. 860

Isidorus *Thessalonicens.* Ep. Conc.

Florentino Gener.XVI.sub Eugenio IV. 1438

Iulianus *de Auennica* Ep.Concilio.

Agathensi sub Symmacho per Vicarium.subsc. 506

Iulianus *Bigerrica* Ep. Concilio.

Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc. 545

Iulianus *Coensis* Ep.Legat.Sed.Apost.Conc.

Chalcedonensi vniu.IV.sub Leone I..subsc. 451

Iulianus *Carpentoractens.* Ep.Conc.

Epaunensi sub Symmacho subsc. 509

Arelatensi III.sub Ioanne I.subsc. 524

Arausicano II.sub Felice IV.subsc. 529

Carpentoratensi sub Ioanne II.subsc. 529

Iulianus *Viennensis* Ep.Conciliis.

Aurelianensi II.sub Silueria subsc. 536

Iulianus *Aquens.* Ep.Conc.

Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552

Iulianus Episc.*Toletanus* Conc.

Toletano XII.sub Agathone præfuit. 681

Toletano XIII.sub Leone II.præfuit. 683

Toletano XIV, sub Benedicto II. præf. 684

Toletano XV.sub Sergio præf. 688

Iulianus Cæsarinus Card.Conc.

Basileen.vniu.sub Eugenio IV.VI Legat.præf. 1431

Florentino Generali XVI. sub eodem subsc. 1438

Iulianus *Citariden.* Episc concilio.

Florentino vniu. XVI.sub Eugenio IV.subsc. 1438

Innocherus Ep.Conc.

Confluentino sub Nicolao I.subscripsit. 860

Iuo *Sagiens.* Ep. Conc.

Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1049

Iustinianus *Rauracens.* Ep.Concilio.

Colonien

Coloniensi sub Iulio 1.subsc. 351
Iustus *Lugdunensis* Ep.Conc.
Aquileiensi sub Damaso 1.subsc. 381
Iustus *Vrgelitan.*Ep.Conc.
Ilerdensi sub Ioanne 1.subsc. 524
Toletano II.sub Bonifacio II.subsc. 531
Iuuenalis *Ierosolymitan.*Patriarch.Conciliis.
Ephesino vniu. III.sub Celestino I.subsc. 431
Chalcedon.vniu.IV.sub Leone I.subsc. 451
Ierosolymitano sub eodem præfuit. 454
Laban *Eleucens.*seu *Ebroicens.* Ep. conc.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Lambertus *Nemomagens* Episc. conc.
Suessionensi sub Sergio III.subsc. 909
Lambertus *Ostiens.*Ep.Sedis Apost.Legat.Conc.
VVormatiensi sub Calixto II.præfuit. 1122
Lanchardus *Tricastinus* Ep. conc.
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Landalenus *Viennensis* Ep. conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Landericus *Parisiens.* .Episc.concl
Clypiacensi sub Vitaliano subsc. 662
Landranus *Turonensis* Ep. conc
Paris.sub Leone IV.subsc.847.Turon.sub eod.s.849
Lanfrancus *Dorobernensis* Ep.concilio.
Anglicano sub Gregorio VII. præfuit. 1075
Laufredus *Burdegalensis* Ep. concil.
Baugentiaci sub Eugenio III.subsc. 1151
Larinus *Turonensis* Episcopus Conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Launobodis *Lexouiens.*Episc. conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Lauto *Constantiensis* Episc.conc.
Aurelianensi II.sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi III.sub Siluerio subsc. 536
Aurelian.IV.sub Vigiliu per Vicar.subsc. 545
Aurelianensi V.sub eodem subsc 552
Leander *Hispalensis* Archiep. conc.
Tolosano III.sub Pelagio II.subsc. 589
Hispalensi I.sub Gregorio I.præfuit. 590
Hispalensi II.sub Bonifacio V.præfuit. 619
Leborius *Maurianensis* Ep.conc.
Cabilonensi sub Vitaliano.subsc. 664
Leo *Bituricensis* Ep.conc.
Andegauensi sub Leone I.subsc. 453
Turonensi sub Simplicio subsc. 482
Leo *Senonensis* Episc. conc.
Aurelianensi II.sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Leo Abbas Legat.Sed.Apost.Conciliis.
Mosomiensi sub Ioanne XV.præfuit. 995
Rhemensi II.sub eod.præfuit. 995
Leobardus *Nannetens.*Ep. conc.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
S.Leodegarius *Augustodunens.*Ep. conc.
Augustodunensi sub Adeodato præfuit. 670
Leonardus *Ausciens.*Ep.concil.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615
Leontianus *Constantiensis* Ep. conc.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Leontius *Gabalensis* Ep. conc.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Leontius *Cæsareæ Cappadociæ* Episcopus conc.
Ancyrano sub Siluestro I.subsc. 314
Neocæsariensi sub eodem subsc. 314
Nicæno vniu.I.sub eodem subsc. 325
Leontius *Arelatensis* Episcopus Conc.
Arelatensi IV.sub Simplicio præfuit. 475
Leontius *Tolosanus* Ep.conc.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Leontius *Aurelianensis* Ep. conc.
Aurelianensi II.sub Siluerio subsc. 536
Leontius *Burdegalensis* eEpisc.conc.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Parisiensi II.sub Pelagio I.subsc. 559
Parisiensi III.sub Ioanne III.subsc. 559
Santonensi sub eod. præfuit. 566
Leontius *Santonensis* Ep. Concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Leuanianus *Siluanectens.*Ep.conc.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Leucadius *Baiocens.*Ep. conc.
Aurelianensi IV.sub Vigilio per Vicarium subsc. 545
Aurelianensi V.sub eod.per Vicar.subsc. 552
Leucadius Maximus *Cadurcensis* Episc. conc.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Leudebaudus *Sagiensis* Ep. conc.
Turonensi sub Ioan.III subsc. 570
Leudebertus *Parisiens.*Episc. conc.
Rhemensi sub Honorio I subsc. 630
Leusus *Trecensis* Ep.conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Leutbertus Ep. conc.
Confluentino sub Nicolao I.subsc. 860
Licerius *Ausciorum* Ep.conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Licinius *Turonensis* Ep.conc.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Litharedus *Lexouiensis* Episcopus conc.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Liudo v.Luido *Augustodunens.* Ep. conc.
Suessionensi sub Nicolao I.subsc. 866
Trecensi sub eodem subsc. 867
Longinus *Neocæsariens.* Ep. Conc:
Ancyrano sub Siluestro I.subsc. 314
Neocæsariensi sub eodem subsc. 314
Nicæno vniu.I.sub eodem subsc. 325
Lucentius *Asculanus* Episc.Legat.Apost.Conc.
Chalced.vniu. IV.sub Leone I.præfuit. 451
Lucerius *Olorensis* Episc.Conc.
Matisconensi II.sub Pelagio II. subsc. 588
Lucifer *Calaritanus* Ep.Legat.Apost.Conc:
Alexandrino sub Liberio præfuit. 362
Lucillus *Veronensis* Ep.Conc.
Sardicensi vniu.sub Iulio I.subsc: 347
Lucinius *Ebroicens.* Ep.Conc.
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 545
Lucretius *Braccarensis* Ep.Conc.
Braccarensi I.sub Ioan. III. præfuit. 563
Lucretius *Diensis* Episc.Conc.
Lugdunensi I.sub Ioan.III.subsc. 570
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V.sub eod.per Vicar.subsc. 552
Parisiensi II.sub Pelagio I.subsc. 559
Ludouicus *S.Dionysij* Abbas Conc.
Vernensi sub Sergio interfuit. 844
Ludouicus *Arelatens.* Episc.& Cardin.Conc.
Basileensi vniu.sub Eugen.IV.præfuit. 1442
Ludouicus de la Haye *Venetens.* Ep.Conc.
Turonensi sub Gregor.XIII.subsc. 1583
Ludouicus du Molinet *Sagiens.* Ep.Conc.
Rothomagensi sub Gregor.XIII.subsc. 1581
Ludouicus *Rhemensis* Archiepisc.conc.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615
Ludouic.de Salignac *Sarlatens.* Ep.Conc.
Burdegalensi sub Gregor.XIII.subsc. 1583
Ludouicus *Massiliensis* Ep.Conc.
Basileensi vniu.sub Eugenio IV.subsc. 1442
Ludouicus *Tricaricens.*Ep.Conc.

Lateran.

Lateran.vniu.xvII.ſub Leone X.ſubſc. 1517
Ludouic Simonetta Presb.Card.Leg.Apoſt.conc.
Tident.vniu. xvIII.ſub Pio IV.præſ. 1563
Ludouic.de Ginolhac *Tutellenſis* Ep.Conc.
Trident.vniu.xvIII.ſub Pio IV.ſubſc. 1563
Ludouicus de Breſze *Meldenſ.*Ep.Conc.
Trident.vniu.xvIII.ſub Pio IV.ſubſc. 1563
Ludouic.du Bneil *Venciensis* Ep.Concilio.
Trident vniu.xvIII ſub Pio IV.ſubſc. 1563
Ludouicus Guiſius *Rhemenſis* Archiep.Conc.
Rhemenſi ſub Gregorio XIII.præſuit. 1583
Ludouic. de Veruins *Narbonenſis* Archiep.Conc.
Narbonenſi ſub Paulo V.præſuit. 1609
Ludouicus à Vinea *Viscenſ* Ep. Conc.
Narbonenſi ſub Paulo V.ſubſc. 1609
Luido vide Liudo.
Luitbertus *Moguntinus* Archiep.Conc.
Sueſſionenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 866
Moguntino ſub Stephano V.præfuit. 888
Lupicinus *Engoliſmenſis* Ep.Conc.
Aurelianenſi I.ſub Symmacho ſubſc. 507
Aurelianenſi II ſub Silueriоſubſc. 536
Aurelianenſi IV.ſub Vigilio per Vicar.ſubſc. 552
Lupoaldus *Mogun.* Archiep.Conc.
Rhemenſi ſub Honorio I.ſubſc. 630
Lupus *Tarſenſis* Ep.Conc.
Ancyrano ſub Siluestro I.ſubſc. 314
Neocæſarienſi ſub eodem ſubſc. 314
S.Lupus *Tricaſſinus* Ep.Conc.
Gallicano ſub Leone I.ſubſc. 446
Lupus *Sueſſionenſ.*Ep.Concil.
Aurelianenſi I.ſub Symmachoſubſc. 507
Lupus *Lugdunenſ.*Ep.Concilio.
Aurelianenſi III.ſub Vigilio ſubſc. 540
Lupus *Catalaunenſis* Ep.Conc.
Aruernenſi ſub Vigilio ſubſc. 541
Lupus *Catalaunenſis* Ep.Conc.
Apud Carisſiacum ſub Leone IV.ſubſc. 848
Macharius *Ieroſolymitan.*Patriarch. Conc.
Nicæno vniu.I.ſub Silueſtro I.ſubſc. 325
Magnebodus *Andegauenſis* Ep.Conc.
Rhemenſi ſub Honorio I.ſubſc. 630
Magnulphus *Toloſanus* Ep.Conc.
Mariſconenſi II.ſub Pelagio II.ſubſc. 588
Magnus *Attrebatenſis* Ep.Conc.
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Magnus *Nicanſis* Ep.Conc.
Aurelianenſi V.ſub Vigilio per Vicarium ſubſc. 552
Arelatenſi V.ſub Pelagio I.ſubſc. 554
Malardus *Carnotenſ.*Ep.Conc.
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Mammertus *Viennenſis* Ep.Conc.
Viennenſi ſub Simplicio præfuit. 474
Manſuetus *Britannorum* Ep. Conc.
Turonenſi ſub Simplicio ſubſc. 482
Manſuetus *Mediolanenſ.* Ep.Concilio.
Mediolanenſi ſub Agathone præfuit. 679
Mappinus *Rhemenſis* Ep. Concilio.
Aurelianenſi V.ſub Vigilio ſubſc. 552
Marcellus *Ancyranus* Ep. Conc.
Ancyrano ſub Silueſtro I.ſubſc. 314
Nicæno vniu.I.ſub Silueſtro I.ſubſc. 325
Sardicenſi vniu.ſub Iulio I.ſubſc. 347
Marcellus *Saneſienſ.* Ep.Conc.
Agathenſi ſub Symmacho ſubſc. 506
Marcellus *Viconulienſis* Ep. Conc.
Agathenſi ſub Symmacho per Vicar. ſubſc. 506
Marcellus *Ceruinus* Card.Legat.Sed.Apoſt.Conc
Trident.vniu.XVIII. ſub Paulo III.præſuit. 1545
Marcus *Aurelianenſis* Ep.Conc.

Aurelianenſi IV ſub Vigilio ſubſc. 545
Marcus *Epheſinus* Epiſcopus noluit Concil.
Florentino vniu. xvI.ſub Eugenio IV.ſubſc. 1438
Marinus *Arelatenſis* Ep. Concil.
Romano ſub Melchiade ſubſc. 313
Arelatenſi I.ſub Silueſtro I.ſubſc. 314
Marinus *Polimarcien.*epiſcop.Papæ apochryſarius Concil.
Engilenheimenſi ſub Agapeto præfuit. 948
Marius *Auenticenſis* Ep.Conc.
Matiſconenſi II. ſub Pelagio II.ſubſc. 588
Martianus *Tarentaſienſis* Ep Conc.
Mariſconenſi I.ſub Pelagio II.ſubſc. 582
Mariſconenſi II.ſub eodem ſubſc. 588
Valentinu ſub eod.ſubſc. 589
Martinus *Toloſanus* Ep.Concilio.
Arelatenſi I.ſub Silueſtro I. ſubſc. 314
Martinus *Moguntinus* Ep. Conciliis.
Sardicenſi ſub Iulio I.ſubſc. 343
Colonienſi ſub eodem ſubſc. 351
Martinus *Dumienſis* poſtea *Braccharenſ.*Ep.Conc.
Braccarenſi I.ſub Ioan. III.ſubſc. 563
Martinus *Attrebatenſ.*Epiſc.Concilio.
Conſtantienſi vniu.ſub Ioan.xxIII.ſubſc. 1414
Martin.*Rythouius Yprenſis* Ep. Concil.
Mechlinienſi ſub Pio V.præfuit. 1579
Maſſona *Emeritenſis* Ep. Concil.
Toletano III.ſub Pelagio II.ſubſc. 589
Martinus *Agrippinenſ.* Ep.Conc.
Romano ſub Melchiade ſubſc. 313
Maternus *Lmeuenſis* Epiſcopus Concilio.
Agathenſi ſub Symmacho ſubſc. 506
Matthæus *Albanus* Ep.Card. Legat.Apoſt.Conc.
Trecenſi ſub Honorio II.præſuit. 1127
Moguntino ſub Innocentio II.præſuit. 1131
Matthæus *Arauſicæ* ep.Conc.
Arelatenſi V.ſub Pelagio I.ſubſc. 554
Pariſienſi II.ſub Pelagio I ſubſc. 559
Matthias Dreulcius Archiep.*Gneſnenſ.*Conc.
Lancicienſi III. vt Legat. præſ. 1532
Matthias *Mechlinienſis* Ep.Conc.
Mechlinienſi ſub Paulo V.præſuit. 1607
Maurufius *Ebroicenſ.*Ep.Conc.
Aurelianenſi I.ſub Symmacho ſubſc. 507
Maximilianus Archiep. *Cameracenſ.* Concilio.
Cameracenſi ſub Pio IV.præſuit. 1565
Maximinus *Treuirenſ.* Ep.Conc.
Sardicenſi vniu.ſub Iulio I.ſubſc. 347
Colonienſi ſub eod.ſubſc. 351
Vaſionenſi I.ſub eod. ſubſc. 351
Maximus *Ieroſolymitan.*Patriarc.Conc.
Sardicenſi vniu.ſub Iulio I.ſubſc. 347
Ieroſolymitano ſub eodem præfuit. 352
Maximus *Taurinenſ.*Ep.Conc.
Mediolanenſi ſub Leone I.ſubſc. 451
Romano ſub Hilaro ſubſc. 467
Maximus *Antiochen.* PatriarchaConc.
Chalcedonenſi vniu.IV.ſub Leone I.ſubſc. 451
Maximus *Genauenſ.*Ep.Conc.
Epaunenſi ſub Symmacho ſubſc. 509
Maximus *Aquenſis* Ep.Concil.
Aurelianenſi IV.ſub Vigilio ſubſc. 545
Maximus *Valentinus* Ep. Conc.
Lugdunenſi I.ſub Ioan.III.ſubſc. 570
Maximus Abbas diſputauit cum Pyrro.
Conſtantinop.ſub Theodoro. 645
Medouechus *Meldenſis* Ep.Conc.
Pariſienſi II.ſub Pelagio I.ſubſc. 559
Melanius *Rhedonenſis* Ep.Concilio.
Aurelianenſi ſub Symmacho ſubſc. 507

Melanius

Nicæno vniu. I.ſub Silueſtro I.ſubſc. 325
Pappolus Ep.conc.
Agathenſi ſub Symmacho ſubſc. 506
Pappulus *Carnotenſis* Ep. conc.
Matiſconenſi 2.ſub Pelagio II.ſubſc. 588
Pappulus *Genauenſis* Epiſc. conc.
Aurelianenſi V.ſub Vigilio per Vicarium ſubſc. 552
Pappus *Aptenſis* Ep. Conciliis.
Matiſconenſi I. ſub Pelagio ſubſc. 582
Matiſconenſi 2.ſub eodem ſubſc. 588
Valentino ſub eod.ſubſc. 588
Pardulus *Laudunenſis* Ep. conc.
Apud Cariſſiacum ſub Leone IV.ſubſc. 848
Turonenſi ſub Leone IV.ſubſc. 849
Vermerienſi 2.ſub Leone IV.ſubſc. 853
Paſchaſinus *Lilibai in Sicilia* Epiſc.conc.
Chalcedon.vniu IV.ſub Leone I.vt Legat. præf. 451
Paſſiuus *Sagienſis* Ep. conc.
Aurelianenſi II.ſub Siluerio ſubſc. 536
Aurelianenſi III.ſub Vigilio ſubſc. 540
Aurelianenſi IV.ſub eod.ſubſc. 545
Aurelianenſi V.ſub eod.ſubſc. 552
Paternus vide Perpetuus.
Patiens *Lugdunenſis* Ep.concil.
Lugdunenſi ſub Simplicio præfuit. 475
Patronus ſeu Patruinus *Toletanus* Epiſcop.Conc.
Toletano I.ſub Anaſtaſio præfuit. 400
Paulinus *Antiochen.* Patriarch.Conc.
Romano IV,ſub Damaſo I.ſubſc. 382
Paulinus *Aquileienſis* Ep. concil.
Francofordienſi ſub Adriano I.ſubſc. 794
Altinenſi ſub Leone III.præſuit. 802
S.Paulus Apoſt. conc.
Ieruſolymitano IV.ſub S.Petro Interfuit. 48
Paulus *Neoceſarienſ.* Epiſc. conc.
Nicæno vniu.I.ſub Silueſtro I.ſubſc. 325
Paulus *Dienſ.* Epiſc.conc.
Matiſconenſi 2.ſub Pelagio II.ſubſc. 588
Paulus *Genuenſis* Ep.Conc.
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Paulus *Aquileienſis* Ep.conc.
Foroiulienſi ſub Adriano II.præſuit. 791
Paulus *Rothomagenſis* Ep.Conc.
Turonenſi ſub Leone IV.ſubſc. 849
Vermerienſi II.ſub Leone IV.ſubſc. 853
Paulus *Aquenſis* Archiep. conc.
Aquenſi ſub Paulo V.præfuit. 1612
Pelagius Diacon.E.R.Sed.Apoſt.Legat.conc.
Conſtantinop.Tempore interregni Pont.præf. 536
Pelagius *Laodicenſ.*Epiſc. Conc.
Conſtantinop.vniu.II.ſub Damaſo I ſubſc. 381
Pelagius *Nemauſenſis* .Epiſcop.Conc.
Toletano III ſub Pelagio II.ſubſc. 589
Narbonenſi ſub eodem ſubſc. 589
Pentadius *Dinienſis* Epiſcop Conc.
Agathenſi ſub Symmacho ſubſc. 506
Perpetuus *Turonenſis* Epiſc.Concilio.
Turonenſi ſub Simplicio ſubſc. 482
Perpetuus ſeu Paternus *Abrincenſ.*Ep.Concil.
Aurelianenſi II.ſub Siluerio ſubſc. 536
Aurelianenſi III.ſub Vigilio ſubſc. 540
Aurelianenſi IV. ſub eod.ſubſc. 545
Pariſienſi III.ſub Ioan.III.ſubſc. 559
Petronius *Vaſienenſ.*Ep.Conc.
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Petrus *Alexandrin.*Patriarc.conc.
Romano III.ſub Damaſo I.ſubſc. 373
Petrus de Gondy *Pariſienſ.*Ep.Conc.
Pariſienſi ſub Paolo V.ſubſc. 1615
Petrus de la Baume *S.Flori* Ep.Conc.

Bituricenſi ſub Gregor.XIII.ſubſc. 1584
Petrus Cheualier *Siluanectenſ.*Ep.Concilio.
Rhemenſi ſub Pio IV.ſubſc. 1564
Petrus de Flaites *S.Pontij Tomeriarum*.Ep.Conc.
Pariſienſi ſub Paulo V.ſubſc. 1615
Petrus *Xantonenſ.*Epiſc.Conc.
Aurelianeſi I.ſub Symmacho ſubſc. 507
Petrus *Sarracenorum* Antiſtes conc.
Epheſino vniu.III.ſub Celeſtino ſubſc. 431
Petrus *Ieroſolymitan.*Patriarcha conc.
Ieroſolymitano Tempore interregni Pont.præf. 536
Petrus *Alexandrin.*Patriarcha conc.
Conſtantinop.vniu.VI.ſub Agathone ſubſc. 680
Petrus Archipresbyter , Petrus Presbyter Legati Sed. Apoſt conc.
Nicæno vniu.VII.ſub Adriano præf. 787
Petrus *Rutenenſis* Ep.Conc.
Toloſano ſub Victore II.ſubſc. 1056
Petrus Damiani *Oſtienſis* Ep.Card.concil.
Cabilonenſi ſub Alexand. II.vt Leg.præfuit. 1063
Mantuano ſub eodem ſubſc. 1064
Moguntino ſub eodem ſubſc. 1069
Petrus Presbyter Legat.Sed.Apoſt.conc.
VVintonienſi ſub Alexand.II.præf. 1070
Petrus Igneus *Albanenſ.*Ep.Legat.Papæ conc.
Apud S.Geneſium ſub Gregor. VII.præf. 1074
Petrus Presbyter Card.Sed.Apoſt.Legat.conc.
Rauennatenſi ſub Honorio II.præfuit. 1128
Petrus *Cluniacenſis* Abbas concilio.
Piſano ſub Innocentio II.interfuit. 1134
Petrus Diaconus Cardin Sed.Apoſt. Legat. conc.
Lancicienſi III.ſub Celeſtino III.præfuit. 1197
Petrus *Narbonenſis* Ep.Conc.
Gallicano ſub Alexandro III.ſubſc. 1176
Petrus *Pictauenſis* Ep.Conc.
Venetico ſub Alexandro III.ſubſc. 1177
Petrus *Duacenſis* Sed.Apoſt.Legat.conc.
Diuionenſi ſub Celeſtino III.præfuit. 1197
Petrus Beneuentan.Sed.Apoſt.Legat.& Card.cōc.
Apud Montempeſſulanum ſub Innoc.III.præf.1215
Petrus *Meldenſ.* Ep.concilio.
Piſano ad tollendū ſchiſma congregato interf.1409
Petrus de Fuxo Card.Senior Sed.Ap.Leg.conc.
Dertuſenſi in Aragonia ſub Martino V.præf. 1429
Petrus *Canallicenſis* Epiſc.Conc.
Florentino vniu.XVI.ſub Eugenio IV.ſubſc. 1438
Petrus *Dignenſ.* Ep.Conc.
Florentino vniu.XVI.ſub Eugenio IV.ſubſc. 1438
Petrus de Fuxo Cardin.Iunior Sed.Ap.Leg.conc.
Auenionenſi ſub Calixto III.præfuit. 1457
Petrus de Allebret *Conuenarum* Ep.conc.
Trident.vniu.XVIII.ſub Pio IV. ſubſc. 1563
Petrus Daneſius *Vaurenſis* Ep. conc.
Trident. vniu.XVIII.ſub Pio IV.ſubſc. 1563
Petrus du Val *Sagienſ.*Epiſc. Concil.
Trident vniu.XVIII.ſub Pio IV.ſubſc. 1563
Petrus Papparinus de Calido monte Vappencis Ep. Conc.
Aquenſi ſub Gregorio XIII.ſubſc. 1585
Petrus Fenoilletus *Monſpelienſis* Ep.Concil.
Narbonenſi ſub Paulo V.ſubſc. 1609
Petrus Epiſc.*de Palatio* .Conc.
Agathenſi ſub Symmacho ſubſc. 506
Petrus Valernod *Nemanſenſ.*Ep.Concilio.
Narbonenſi ſub Paulo V.ſubſc. 1609
Philagrius *Cauellicenſis* Ep.Conc.
Epaun.ſub Symm.ſubſ.509.Arelat.3.ſub Io.I.ſu.524
Arauſicano II ſub Felice IV.ſubſc. 529
Carpentoractenſi ſub Ioanne II. ſubſc. 529
Philaſter *Brixianus* Ep.conc.

Aquileienſi

Aquileiensi sub Damaso I.subsc. 381
Philippus Presbyter Sed.Apost.Legat. Conc.
Carthaginensi V.sub Celestino I.interfuit. 414
Ephesino vniu. III.sub eodem interfuit. 431
Philippus du Bec *Nannetens*.Ep.Conc.
Turonensi sub Gregor.XIII.subsc. 1583
Philippus *Carnutensis* Ep.Conc.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1612
P. Aleaume *Rerensis* ep.Conc.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615
P. Eurand *Carnotens*.Ep.Conc.
Parisiensi sub Paulo V..subsc. 1615
Philippus *Viennensis* Episcopus conc.
Lugdunensi I.sub Ioanne III.subsc. 570
Philippus *Coloniensis* Archiep.conc.
Venetico sub Alexandro III.subsc. 1177
Philippus du Bec *Venetens*.Ep. Concsubsc
Trident.vniu. xviii.sub Pio IV.subsc. 1563
Philoxenus Presbyter Sed.Apost.Legat.Conc.
Sardicensi vniu.sub Iulio I.præfuit. 347
Pientius *Aquensis* Episc.Conc.
Matisconensi II.sub Pelagio II subsc. 588
Pilgrinus *Salisburgens*.Ep.Sed.Ap.Legat.Conc.
Salisburgensi sub Vrbano V.præfuit. 1386
Placidus *Matisconensis* Ep.Conc.
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi V.sub eod.subsc. 552
Parisiensi II.sub Pelagio I.subsc. 559
Pologronius *Sistrarensis* Ep.Conc.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Valentino I.sub eodem subsc. 589
Pontius *Aquensis* Episc. Vicepapæ conc.
Tolosano sub Victore II.præfuit. 1056
Porphyrius *Gazensis* Ep. conc.
Diospolitano sub Innocentio I.subsc. 415
Possidius *Calamensis* Episc.conc.
Affricano I.sub Innocentio I.subsc. 403
Collationi Carthagin.sub eod.interfuit. 411
Mileuitano II.sub eodem subsc. 416
Carthagin.V.vel VI.sub Zacharia subsc. 418
Potamon *Heraclea* Ep. Concilio.
Niceno vniu.I.sub Siluestro I.subsc. 325
Potcotinus *Vticens*.Ep.conc.
Toletano xiii.sub Leone II subsc. 683
Potentissimus *Vapincensis* Ep. conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Præsidius *Comenarum* Episc. conc.
Aurelianensi II.sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Prætextatus *Aptensis* Ep. conc.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Arelatensi III.sub Ioanne I.subsc. 524
Arausicano II.sub Felice iv.subsc. 529
Aurelianensi iv.sub Vigilio subsc. 545
Prætextatus *Cabellicensis* Ep.conc.
Aurelianensi V.sub Vigilio per Vicarium subsc. 552
Arelatensi V.sub Pelagio I.subsc. 554
Parisiensi II.sub Pelagio I.subsc. 559
Prætextatus *Rothomagens*.Ep. conc.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Parisiensi 3.sub Ioanne III.subsc. 559
Turonensi II.sub eodem subsc. 570
Matisconensi 2.sub Pelagio II.subsc. 588
Pragmatius *Augustodunens*.Ep.conc.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Primus *Agathensis* Episcopus conc.
Toletano xiii.sub Leone II.subsc. 683
Principius *Cenomanens*.Ep.concil.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Priscus *Lugdunens*.Episcopus Conc.

Matisconensi I. sub Pelagio II.subsc. 582
Lugdunensi II.sub eodem subsc. 587
Matisconensi 2.sub eodem subsc. 588
Valentino sub eod.subsc. 589
Probatius *Vcenens*.Episc. conc.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Probianus *Bituricens* Ep conc.
Parisiensi 2.sub Pelagio I.subsc. 559
Parisiensi 3.sub Ioan.III.præfuit. 568
Proclus *Constantinop*.Patriarcha Conc.
Constantinopolitano sub Sixto 3.præfuit. 439
Proculeianus *Ausciens*.Ep.Conc.
Aurelianensi 2.sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi iv.sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Proculus *Massiliensis* Ep.Conc.
Aquileiensi sub Damaso I.subsc. 381
Taurinatensi sub Siricio subsc. 397
Proiectus Episc.Sed.Apost.Legat.Conc.
Ephesino vniu.iii.sub Celestino interfuit. 431
Prosper *Aurelianens*. Episc. concil.
Carpentoractensi sub Ioan.II.subsc. 529
Protasius *Mediolanensis* Ep.Conc.
Sardicensi vniu. sub Iulio I.subsc. 347
Protasius *Seniensis* Ep.Conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Protasius *Burdegalensis* Ep.Conc.
Pontigonensi sub Ioanne viii.subsc. 876
Proterius *Alexandrinus* Patriarcha Conc.
Alexandrino sub Leone I.præfuit. 452
Proterius *Nemausensis* Episc.conc.
Tolosano sub Victore II.subsc. 1056
Prudentius *Tricassinorum* Ep.conc.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Turonensi sub Leone iv.subsc. 849
Pudicus *Nannetens*.Ep.Conc.
Rhemensi sub Leone ix.subsc. 1049
Quintianus *Asculanus* ep.Concil.
Romano I.sub Felice iii.subsc. 483
Quintianus *Rutenens*.Ep Conc.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Aurelianensi I.sub eod.subsc. 507
Quintinianus *Rutenens*.Ep. Conc.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Rabanus *Moguntin*. Archiep.conc.
Moguntino I.sub Leone iv.præfuit. 847
Moguntino II sub Leone iv.præfuit. 848
Moguntino III.sub eodem præfuit. 852
Rado Ep.Conc.
Clypiacensi sub Vitaliano subsc. 662
Radulphus *Rhemens*.Archiep.Conc.
Suessionensi sub Innoc.II subsc. 1139
Ragamundus *Mimatensis* Ep.Conc.
Lemouicensi II.sub Benedicto ix.subsc. 1034
Ragenarius *Ambianens*. Ep.Concil.
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Apud Carisiacum sub Leone iv.subsc. 848
Rageontus *Aruernensis* Ep.Concilio.
Valentino sub Leone IV.subsc. 855
Ragnebertus *Baiocens*.Ep.Conc.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Ragneboldus *Parisiensis* Ep.Conc.
Matisconensi 2.sub Pelagio 2.subsc. 588
Ragnericus *Ebroicens*. Ep.Conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Ragnoaldus *Valentinus* Ep.Conc.
Matisconensi primo sub Pelagio secundo subscrips. ann. 582
Lugdunensi II.sub eod.subsc. 587
Matisconensi II.sub eod.subsc. 589

Valentino sub eodem subſc. 589
Rainaldus *Rhemenſis* Ep conciliis.
Trecenſi ſub Honorio II ſubſc. 1127
Iottino ſub Innocentio II.ſubſc. 1130
Rainelmus *Nemmegenſis* E piſc.concilio
Tullenſi II. ſub Nicolao I. ſubſc. 860
Rambaldus *Arelatenſ.* Archiep.Conc.
Toloſano ſub Victore II.præfuit. 1056
Ranxedos *Carnotenſis* Epiſ .conc.
Trecenſi ſub Honorio II.ſubſc. 1127
Ratbertus *Valentinenſis* Ep.Conc.
Tullenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 859
Tullenſi II.ſub Nicolao I. ſubſc. 860
Ratbodus *Treuirenſ.* Archiep. concilio.
Moguntino ſub Stephano V.ſubſc. 888
Triburienſi ſub Formoſo ſubſc. 895
Ratoldus *Argentarius* Epiſc.Conc.
Tullenſi ſub Nicolao I. ſubſc. 859
Rauennius *Arelatenſis* Ep.concil.
Arelatenſi III. ſub Leone I.præfuit. 455
Rauracus *Niuernenſis* Epiſc.concilio.
Cabiloneoſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
. Raymundus Pennafortius Ord.præſ.Gen. Conc.
Tarraconenſi ſub Celeſtino IV. interfuit. 1242
Raymundus *Vaſatenſis* Epiſc.concilio.
Toloſano ſub Victore II .ſubſc. 1056
Reginaldus Polus Card. Legat. Sed.Apoſt.conc.
Tridentino vniu.XVIII. ſub Paulo III.præfuit. 1541
Reginaldus de Beaulne *Biturienſ.* Epiſc.conc.
Bituricenſi ſub Gregor.XIII.præfuit. 1584
Remaſſarius *Nemauſenſ.* Ep.Conc.
Toletano IV.ſub Honorio I. ſubſc. 633
Remelmus *Nouiomenſ.* Epiſc.concilio.
Sueſſionenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 866
S.Remigius *Rhemen.* ep.infirmitate detentus Côc.
Viennenſi ſub Simplicio S Vedaſtum direxit. 474
Rhemenſi ſub Hormiſda Vicepapæ præfuit. 514
Remigius *Bituricenſ.* Epiſc.concilio.
Matiſconenſi I.ſub Pelagio II.ſubſc. 582
Remigius *Lugdunenſ.* Epiſc.conc.
Valentino ſub Leone IV.ſubſc. 855
Tullenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 859
Tullenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 860
Lingonenſi ſub eodem ſubſc. 859
Sueſſionenſi ſub eodem ſubſc. 866
Renatus *Trecenſ.* Epiſc.Conciliis.
Pariſienſi ſub Paulo V.ſubſc. 1612
Pariſienſi ſub eod.ſubſc. 1615
Reparatus *Carthaginenſ.* Archiep.Conc.
Africano ſub Ioanne II.præfuit. 534
Retholdus *Catalaunenſis* Epiſc.Conc.
Sueſſionenſi ſub Sergio III.ſubſc. 909
Rhericius *Auguſtodunenſ.* Epiſc.Conc.
Romano ſub Melchiade ſubſc. 313
Arelatenſi I.ſub Siluestro I.ſubſc. 314
Rhorico *Laudunenſis* Epiſc.concil.
Meldenſi ſub Ioan.XII ſubſc. 962
Rhorico *Aruernenſis* Epiſc.conc.
Lemouicenſi II. ſub Benedicto IX. 1034
Rhotardus *Sueſſionenſis* Epiſc.conc.
Pariſienſi ſub Sergio II.ſubſc. 846
Turonenſi ſub Leone IV.ſubſc. 849
Tullenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 859
Tullenſi II.ſub eodem ſubſc. 860
Sueſſionenſi ſub eod.ſubſc. 866
Trecenſi ſub eod. ſubſc. 867
Richardus Ep.Concilio.
Valentino ſub Leone IV.ſubſc. 855
Richardus *Albanenſ.* Ep.Sedis Apoſt.Conc.
Trecenſi ſub Paſchali II.præfuit. 1104

Moguntino ſub eod.præfuit. 1105
Rieberius *Senonenſ.* Ep.Conc.
Rhemenſi ſub Honorio ſubſc. 630
Ricbolphus *Moguntinus* Archiep.Conc.
Rhemenſi I.ſub Leone III.præfuit. 813
Rigboldus *Rhemenſ.* Chorepiſcop.Conc.
Apud Cariſſiacum ſub Leone IV.ſubſc. 848
Robertus *Cenomanenſ.* Epiſc.conciliis.
Tullenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 859
Sueſſionenſi ſub eod.ſubſc. 866
Robertus *Metenſis* Ep. Conc.
Triburienſi ſub Formoſo ſubſc. 895
Robertus *Treuirenſ.* Archiep.conc.
Virdunenſi ſub Agapeto II.præfuit. 947
Moſumenſi ſub eod.præſuit. 948
Engilenhemenſi ſub eod.præfuit. 948
Treuirenſi ſub eod.ſubſc. 948
Robertus *Rhedonenſis* Ep.Conc.
Turonenſi ſub Nicolao V.ſubſc. 1448
Robertus *Sammaclouienſis* Ep.Conc.
Turonenſi ſub Nicolao V ſubſc. 1448
Rodlandus *Arelatenſ.* Archiep.Conc.
Valentino ſub Leone IV.ſubſc. 855
Rodulphus *Bituricenſ.* Ep. Conc.
Pariſienſi ſub Sergio II.ſubſc. 846
Tullenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 846
Tullenſi ſub Nicol.I. ſubſc. 859
Tullenſi II.ſub Nicol.I. ſubſc. 860
Rodulphus Rhemenſ. *Archiep.* Conc.
Bellouacenſi ſub Paſchali II.ſubſc. 1114
Rodulphus Laudunenſis Ep.Conciliis.
Sueſſionenſi ſub Sergio III.ſubſc. 909
Engelenheimenſi ſub Agapeto II.ſubſc. 948
Treuirenſi ſub eod.ſubſc. 948
Roffrodus *Rothomagenſ.* ep. Conc.
Abrincenſi ſub Alexandro III. ſubſc. 1172
Robo *Engoliſmenſ.* Ep.Conc.
Lemouicenſi II ſub Benedicto IX.ſubſc. 1034
Rollandus de Neufuille *Leonenſis* Ep.Conc.
Turonenſi ſub Gregor. XIII.ſubſc. 1583
R. Poſier *Bellouacenſ.* Ep Conc.
Pariſienſi ſub Paulo V.ſubſc. 1615
Roſtagnus *Lotcuenſ.* Ep.Conc.
Toloſano ſub Victore II.ſubſc. 1056
Rothaldus *Stratburgenſ.* Ep.Conc.
Tullenſi II.ſub Nicolao I.ſubſc. 860
Rothaldus *Sueſſionenſ.* Ep.Conc.
Nouiomenſi ſub Leone III ſubſc. 814
Ruffinus *Cenomanorum* Ep. Conc.
Matiſconenſi II.ſub Pelagio II.ſubſc. 588
Rufus *Vaſatenſ.* Ep.conc.
Aurelianenſi IV.ſub Vigilio ſubſc. 545
Rufus *Octodorenſ.* Ep.Conc.
Aruernenſi II.ſub Vigilio ſubſc. 549
Aurelianenſi V.ſub Vigilio ſubſc. 552
Ruitgerus *Treuirenſ.* Archiep.conc.
Erphordienſi ſub Ioanne II.ſubſc. 932
Ruricius *Lemouicenſ.* Ep. Conc.
Aruernenſi ſub Vigilio ſubſc. 541
Aurelianenſi IV. ſub eod.ſubſc. 545
Aurelianenſi V ſub eod.per Vicarium ſubſc. 552
Ruſticus *Niuernenſis* Ep.Concilio.
Aurelianenſi III.ſub eod.ſubſc. 540
Ruſticus *Vicetulenſis* Ep. Conc.
Matiſconenſi II.ſub Pelagio II.ſubſc. 588
Ruſticus *Caturcenſis* Ep.Concilio.
Rhemenſi ſub Honorio ſubſc. 630
R. *Agathenſ.* Ep.Conc.
Gallicano ſub Alexandro III. ſubſc. 1176
Ruſticus *Niuernenſ.* Ep. Conc.

Aurelia

Aurelian.IV.sub Vigilio subsc. 545
Sabaudus *Lexouiensis* Ep Conc.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Sabaudus *Arelatensis* Episc. Conc.
Arelatensi V.sub Pelagio I præfuit. 554
Parisiensi sub eod. a. præfuit. 559
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Valentino sub eodem subsc. 589
Sabinus *Albigensis* Ep. Concil.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Sacerdos *Lugdunensis* Episc.Conc.
Aurelianensi V.sub Vigilio præfuit. 554
Salomon Ep Conc.
Confluentino sub Nicolao I.subsc. 860
Salonius *Genauensis* Ep.Concil.
Lugdunensi 1.sub Ioan.III.subsc. 570
Salopius *Nannetensis* Ep.Conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Saluatus de Harse *Tarbiensis* Episcopus Conc.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615
Samson minoris Britanniæ Episcop.Conc.
Parisiensi III.sub Ioan.III. subsc. 561
Sanctinus *Articlanus* Ep. Concilio.
Coloniensi sub Iulio I.subsc. 351
Sanctus *Tarentasiens.* Ep. Concil.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Saphoracus *Parisiens.* Ep.Conc.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Saturninus *Auemonens.* Ep. Concil.
Romano sub Hilaro subsc. 467
Sauinus *Viuariens.* Ep.Conc.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Saxabaldus *Saiorum* Ep.Conc.
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Turonensi sub Leone IV.subsc. 849
Sebastianus *Moguntin.* Archiep.
Moguntino sub Paulo III.præfuit. 1549
Sebastianus *Lingonens.* Ep.conc.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 165
Secularius *Diniensis* Ep.Concilio.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Sedatus *Nemausensis* Ep.Conc.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Seguinus *Senonens.* Archiep.Conc.
S.Dionysij sub Siluestro II.præfuit. 1000
Sedatius *Biterrens.* Ep.Conc.
Toletano III.sub Pelagio II.subsc. 589
Narbonensi sub eodem subsc. 589
Selua seu Silua *Narbonens.* Ep.Concil.
Toletano IV.sub Honorio I.subsc. 633
Toletano VI.sub eodem subsc. 638
Senator Presbyter Sedis Apost. Legat. Conc.
Constantinopolitano III.sub Leone I.præfuit. 450
Senatus *Elosanensis* Episc. conc.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Serapion Episcop.Conc.
Sardicensi vniu sub Iulio I.subsc. 347
Sergius *Carcassonensis* Ep. conc.
Toletano III.sub Pelagio II.subsc. 589
Narbonensi sub eodem subsc. 589
Seruatius *Tungrensis* Episc.Conc.
Sardicensi vniu.sub Iulio I.subsc. 347
Coloniensi sub eodem subsc. 351
Seuerinus *Senonensis* Ep.Conc.
Coloniensi sub Iulio I.subsc. 351
Seuerus *Rauennatens.* Ep. Concil.
Sardicensi sub Iulio I.subsc. 347
Seulfo Rhemens. Archiep.Conc.
Trosleiano sub Ioanne X.præfuit. 924
Sextilius *Vasatensis* Episc.Concil.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Siffridus *Moguntin.* Archiep.Conc.
Moguntino sub Alexand.II.præfuit. 1069
Moguntino II.sub eodem præfuit. 1070
Moguntino sub Gregor.VII.præf. 1075
Siffridus *Coloniens.* Archiep.Conc.
Herbipolensi sub Honorio IV.subsc. 1287
Sigeardus *Aquileiensis* Patriarc.Sed.Apost.Legat. Concil.
Triburiensi sub Gregor. VII.præfuit. 1076
Sigo *Aruernensis* Episc.Concil.
Suessionensi sub Nicolao I. subsc. 866
Siluester *Cabilonensis* Episc.Concil.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Siluester *Visontinens.* Episc.Concilio.
Matisconensi I.sub Pelagio II.subsc. 588
Matisconensi II.sub eodem subsc. 582
Siluester *Carcassonensis* Episcop.Conc.
Toletano VIII.sub Martino I.subsc. 853
Simeon *Laudunensis* Episcopus Concil.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Simon Subdiac.Sed. Apost.Legat.Concilio.
In Dalmatiæ & Diocliæ Regnia sub Innoc.III.præf. aon. 1199
Simplicius *Augustodunensis* Ep.Conc.
Sardicensi vniu.sub Iulio I.subsc. 347
Coloniensi sub eod.subsc. 351
Simplicius *Saneciens.* Ep.Concil.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Arelatensi V.sub Pelagio I.subsc. 554
Sindulphus *Viennens* Ep.Conc.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Sisinnius *Constantinop.* Patriarch.conc.
In Oriente sub Celestino interfuit. 427
Solemnius *Carcassonensis* Ep.Concil.
Toletano IV.sub Honorio I.subsc. 633
Sonnatius *Rhemensis* Archiep. Conc.
Rhemensi sub Honorio I.præfuit. 630
Sophronius *Agathens.* Ep. Concil.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Sophronius *Nouiomensis* Ep. Conc.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Aurelianensi I.sub eod. 507
Spiridion *Trimutuntis* Ep.Conciliis.
Nicæno vniu. 1.sub Siluestro I.subsc. 325
Sardicensi vniu.sub Iulio I.subsc. 347
Stabilis *Aruernensis* Ep.Conc.
Tollensi 2.sub Nicolao I.subsc. 860
Stanislaus Hosius Presbyter Card.Sed. Ap. conc.
Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV.præfuit. 1563
Stephanus *Carcassonens.* Episcopus Conc.
Toletano XIII.sub Leone II..subsc. 683
Stephanus Legat.Sed.Apost Conc.
Francofordiensi sub Adriano I.subsc. 794
Stephanus *Cameracens.* ep. Concil.
Trosleiano sub Ioanne X.subsc. 924
Suessionensi sub Sergio III. subsc. 909
Stephanus Grassensis Ep. Concil.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615
Stephanus Diacon. Legat.Papæ Concilio.
Rhemensi sub Benedicto VII. præfuit. 975
Stephanus *Maurmorum* Ep. Concil.
Suessionensi sub Sergio III.subsc. 909
Stephanus *Aniciensis* ep.conc
Lemouicensi II.sub Benedicto IX.subsc. 1014
Stephanus *Olorensis* Ep.Conc.
Iaccitano sub Nicolao II. subsc. 1060
Stephan.de Langetana *Cantuariens.* Archiep.cōc.
Oxoniensi sub Honorio III.præfuit. 1222
VVestmonasteriensi sub eod.præfuit. 1226

Stephanus *Dolensis* Ep.Conc.
Constantiensi sub Ioan.xxiii.subsc. 1414
Stephanus Boucher *Chersopitens.*Ep.Concil.
Trident.vniu.xviii.sub Pio IV.subsc. 1563
Stephanus Poluerellus *Electens.*Ep. Conc.
Narbonensi sub Paulo V.subsc. 1609
Parisiensi sub eod.subsc. 1615
Stolido *Lemouicensis* Ep.Conc.
Tullensi II.sub Nicolao I.subsc. 860
Suauis *Conuenarum* Ep.Conc.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Sugerius Abbas *S.Dionysij* Conc.
Carnotensi sub Eugenio III.interfuit. 1146
Rhemensi sub eod. interfuit. 1148
Bugentiaci sub eod.interfuit. 1151
Sulpirius *Bituricens.*Episcopus Conciliis.
Matisconensi II. sub Pelagio II.subsc. 588
Aruernensi sub eodem subsc. 588
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Sulpirius Ep.Conc.
Clypiacensi sub Vitaliano subsc. 662
Sunifredus *Narbonens.* Archiep.Conc.
Toletano xiii.sub Leone II.subsc. 683
Toletano xiv.sub Benedicto subsc. 684
Toletano XV.sub Sergio subsc. 688
Superior *Neruiorum* Ep.Conc.
Coloniensi sub Iulio I.subsc. 351
Superius *Auenticorum* Ep Conc.
Aruernensi sub Vigilio subsc. 541
Sustratius *Cadurcensis* ep.Conc.
Aurelianensi II.sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi iv.per Vicar. subsc. 545
Syagtius *Heduorum* Ep.Conc.
Parisiensi II.sub Pelagio I.subsc. 559
Lugdunensi I.sub Ioan.III.subsc. 570
Matisconensi I.sub Pelagio II. subsc. 582
Lugdunensi II.sub eodem subsc. 587
Syagrius *Gratianopolis*.Episc.Concil.
Lugdunensi I sub Ioan.III.subsc. 570
Syluanus *Numidia* Primas Conc.
Mileuitano II.sub Ioan.I..præfuit. 416
Synesius *Ptolemaidus* Ep. Concil.
Ptolomensi sub Ioan.I.præfuit. 411
Tarasius *Constantinop.*Patriarc.Conc.
Niceno vniu.vii.sub Adriano I.subsc. 787
Tauricianus *Niuernens.*Ep. Concil.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Tantiuus *Tolonens.*Ep.Conc.
Romano sub Agathone subsc. 680
Tessis *Nemesus* Ep.Conc.
Coloniensi sub Iulio III.subsc. 351
Tetradius *Aussi iciorum* Ep.Conciliis.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Aureliauensi I.sub Symmacho subsc. 507
Tertadius *Bituricens.*.Ep. Conc.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Terradius *Visoncensis* Ep. Conc.
Lugdunensi I.sub Ioan.III.subsc. 570
Tetricus *Lingonensis* Ep. Concil.
Aurelianensi V sub Vigilio subsc. 552
Parisiensi II.sub Pelagio I.subsc. 559
Lugdunensi I.sub Ioan III.subsc. 570
Teutolus *Turonensis* Ep. Concil.
Apud Castellum S. Theodorici sub Ioan. II. subsc. ann. 533
Teuttannus *Tarantasia* Ep. Conc.
Tullensi II.sub Nicol. I. subsc. 860
Talassius *Andegauorum* .Ep.Conc.
Andegauensi sub Leone I.subsc. 453
Turonensi sub Simplicio subsc. 482
Theobaldus *Bisuntinus* Ep. Conc.
Constantiensi vniu. sub Ioan.xxiii.subsc. 1414
Theobaldus *Carcassonens.*Ep.Conc.
Constantiensi vniu.sub Ioan.xxiii.subsc. 1414
Theobertus *Pisanus* ep.Sed.Apost.Legat.Conc.
Ierosolym.sub Vrbano II.præfuit. 1099
Theodericus *Lugdunensis* Ep.Conc.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Theodinus Presbyter Card.Sed.Ap.Legat.Conc.
Abriecensi sub Alexandro III.præfuit. 1172
Theodobaudus *Lexouiens.*Ep.Conc.
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Theodoretus *Cyri* Ep.Concil.
Constantinop.sub Sixto III.subsc. 439
Teodoricus *Cameracens.*Ep.Conc.
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Apud Carisiacum sub Leone IV.subsc. 848
Theodoricus *Metensis* Ep. Conc.
Bambergensi sub Sergio IV.subsc. 1011
Theodoricus *Virdunensis* Ep.Conc.
Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1049
Theodorus *Massiliensis* Episc.Concilio.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Theodoto *Dorouernensis* Ep. Sedis Apost.Legat. Concil.
Anglicano sub Adeodato præfuit. 672
Anglicano sub Agathone præfuit. 679
Theodor.Presbyter Card.Sed.Ap.Legat.Conc.
Constantinop vniu.vi.sub Agathone præfuit. 680
Theodorus *Ierosolymit.*Patriarcha conc.
Constantinop.vniu.6.sub Agathone subsc. 680
Theodor Nomenclator Sed.Apost.Legat. Conc.
Aquisgranensi sub Paschali I.interfuit. 817
Theodosius *Cæsarea* Episcopus Concil.
Constantinop.II.sub Leone I.præfuit. 449
Theodosius *Antisiodorens.*Episc.Concil.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Theodosius *Ierosolymit.*Patriarcha Conc.
Constantinop.vniu.viii.sub Adriano II.subsc. 869
Theodotus *Antiochen.*Patriarcha conc.
In Oriente sub Celestino I.interfuit. 427
Theophanes Diacon.Sed.Apost.Legat.Conc.
Constantinop.Tempore interregni Pont.præf. 536
Theophanes *Antiochen.*Patriarcha conc.
Constantinop.vniu.vi.sub Agathone subsc. 680
Theophilus *Cæsariensis* Ep.Conciliis.
Palæstino sub Victore I. præfuit. 198
Romano sub eodem subsc. 198
Theophilus *Alexandrinus* Patriarc.conc.
Constantinop.sub Siricio subsc. 394
Alexandrino sub Anastasio præfuit. 399
Theophylactus Sed.Apost.Legat. conc.
Francofordiensi sub Adriano I.præfuit. 794
Theudericus Episc.Conc.
Confluentino sub Nicolao I.subsc. 860
Theobaldus *Lingonens.* Ep.Conc.
Apud Carisiacum sub Leone IV.subsc. 848
Vermeriensi II.sub eodem subsc. 853
Theutgaudus *Treuirens.* Archiep.Conc.
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Tullensi II.sub Nicolao I.subsc. 860
S.Thomas de Aquino Ordin. Præd.obiit properans ad conc.
Lugdunense vniu.xiv.sub Gregor. X. 1274
Thomas *Senonens.* Ep.Concilio.
Constantiensi vniu. sub Ioan.xxiii.subsc. 1414
Timotheus *Alexandrin.*Patriarcha Conc.
Constantinop.vniu.II.sub Damaso I.subsc. 381
Trapetius seu Trapidius *Arausicanus* Ep. Concil.

Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Valentino sub eodem subsc. 589
Tristanus de Bizet *Santonens.* Episc.Conc.
Trident.vniu.xvIII.sub Pio IV. subsc. 1563
Trogu *Maurinens.* Ep.Conc.
Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1049
Turibius *Asturicensis* ep Conc.
Hispanico sub Leone I.subsc. 447
Tussanus *Sistaricensis* Ep.Concilio.
Aquensi sub Paulo V.subsc. 1612
Valentinus *Arelatensis* Episcop.Conc.
Coloniensi sub Iulio I.subsc. 351
Valentinus du Glas *Laudunensis* Ep.conc.
Rhemensi sub Gregorio XIII.subsc. 1583
Valerianus *Antisiodorens.* Episcopus Conc.
Coloniensi sub Iulio I.subsc. 351
Valerius *Caesaraugustanus* Ep.Conc.
Eliberitano sub Marcello I.subsc. 305
Valerius *Hipponensis* Episc.Concilio.
Hipponensi sub Siricio subsc. 393
Valerius *Segestricensis* Ep.Conc.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Valerius *Tullens.* Ep.Concilio.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Valerius *Ebroicens.* Episc.Conc.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Vellesius *Vapincensis* Episc.Conc.
Aurelianensi v.sub Vigilio subsc. 552
Parisiensi II.sub Pelagio I.subsc. 559
Venantius *Albens.* Episc.Conc.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Venantius *Vivariens.* Ep. Conc.
Aruernensi sub Vigilio subsc. 545
Veranus *Cavallicens.* Ep. Conc.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Verissimus *Lugdunens.* Ep. conc.
Sardicensi vniu.sub Iulio I.subsc. 347
Verus *Viennens.* Ep.Conc.
Arelatensi I.sub Siluestro I.subsc. 314
Verus *Rutenensis* Ep.Concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Verus *Turonensis.* Ep.Conc.
Agathensi sub Symmacho per Vicarium subsc. 506
Vfolendus seu Vilfrodus *Bituricens.* Episc. Conc.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Victor *Vticens.* in Affrica Ep.Concil.
Arelatensi sub Siluestro I.subsc. 314
Victor *Vangionum* Ep. conc.
Coloniensi sub Iulio I.subsc. 351
Victor *Mediomatricum* Ep.Concil.
Coloniensi sub Iulio I.subsc. 351
Victor *Tricassinorum* Ep. Concilio.
Lugdunensi I.sub Ioan.III.subsc. 570
Matisconensi I.sub Pelagio II.subsc. 582
Victorinus *Foroiuliens.* Ep.Conc.
Agathensi sub Symmacho per Vicar. subsc. 506
Victorinus *Parisiens.* Episcopus conc.
Coloniensi sub Iulio I.subs. 351
Victorius *Cenomanens.* Ep.conc.
Andegauensi sub Leone I.subsc. 453
Turonensi sub Simplicio subsc. 482
Victurius *Gratianopolitanus* Ep.conc.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Victurius *Rhedonens.* Episcop.Concilio.
Turonensi 2.sub Ioanne III.subsc. 570
Vigilius *Lectorens.* Ep.conc.
Agathensi sub Symmacho. subsc. 506
Vigilius *Senecensis* Ep.conc.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Vincent. Presbyter Card.Sed.Apost.Leg. Conc.
Nicaeno vniu.I.sub Siluestro I.praefuit. 325
Vincentius Legatus Sed.Ap.Conc.
Ariminensi sub Liberio praefuit. 359
Vincentius *Bellicensis* Ep.conc.
Parisiensi II. sub Pelagio I.subsc. 559
Lugdunensi I.sub Ioan.III.subsc. 570
Vincentius *Magalonens.* Ep Conc.
Toletano XIII.sub Leone II.subsc. 563
Vincentius *Bellicensis* Ep.Concil.
Lateran.vniu.XVII.sub Leone X.subsc. 1517
Vindemialis *Arausicens.* Ep. Concil.
Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Vismarus Episc. Conc.
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Vitalis *Tolonens.* Ep.Conc.
Constantiensi vniu.sub Ioan.XXIII.subsc. 1414
Vitus Presbyter Sed Ap.Legat.concil.
Nicaeno vniu. I.sub Siluestro I.subsc. 315
Viventiolus *Lugdunensis* Ep. Concil.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Lugdunensi sub Hormisda praefuit. 517
Viuianus *Aginens.* Episc.Conc.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Vngerius *Traiectens.* Episcopus Concil.
Tullensi II.sub Nicolao I. subsc. 860
Vrbicus *Visontionensis* Ep. Conc.
Aruernensi II.sub Vigilio subsc. 549
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Vibicus *Regiensis* ep.conc.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Valentino sub eodem subsc. 589
Visinus *Caturcensis* Ep.Concil.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Visulus *Gratianopolitanus* Episc, Concilio.
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
VValcandus *Leodiensis* Ep.Conc.
Aquisgranensi sub Paschali I.subsc. 817
VVastridus *Bajocens.* Ep.Concil.
Turonensi sub Leone IV.subsc. 849
VValibertus *Abrincensis* Ep.Conc.
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Tullensi II.sub Nicolao I. subsc. 860
VVindelmarius *Nouiomens.* Episcopus Conc.
Nouiomensi sub Leone III.subsc. 814
VVenilo *Senonens.* ep. Concil.
Vernensi sub Sergio II.subsc. 845
Meldensi sub eodem subsc. 845
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Apud Carissiacum sub Leone IV.subsc. 848
Vermeriensi II.sub Leone IV.subsc. 853
Tullensi II.sub eodem subsc. 860
Parisiensi sub Leone IV.subsc. 847
Turonensi sub eod.subsc. 849
VVenilo *Rothomagens.* Episc.Concil.
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Tullensi II.sub Nicol. I. subsc. 860
Suessionensi sub eod.subsc. 866
VVicfredus *Morinensis* Episc.Concil.
Treuirensi sub Agapeto II.subsc. 948
VVido *Suessionensis* Ep.Concil.
Treuirensi sub Agapeto II.subsc. 948
VVsitdus *Narbonens.* Ep.Conc.
Tolosano sub Victore II.subsc. 1056
VVillegesilus *Tolosanus* Ep.Concil.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
VVitaus *Cameracensis* Chorepiscop.Conc.
Apud Carissiacum sub Leone IV.subsc. 848
VVfaldus *Bituricens.* Episcop.conc.
Trecensi sub Nicolao I.subsc. 867

VVlfarius *Rhemens.* Archiep. Conc.
Nouiomensi sub Leone III. præf. 814
VVlgrinus *Dolensis* Ep. Conc.
Trecensi sub Paschali II. præfuit. 1107
Zanonus *Baiocensis* Ep. Concil.
Florentino vnin. XVI. sub Eugenio IV. subsc. 1438
Zebœnos *Eleutheropolis* Episc. Concil.
Diospolitano sub Innocentio I. subsc. 415



EPISCOPI GALLI
QVI
CONCILIIS INTERFVERVNT.

ABRINCATINENSES,
seu ABRINCENSES.

Auranches en Normandie.
Sub Rothomagensi.



Epos Concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho subs. ann. 507
Perpetuus seu Paternos Concil.
Aurelianensi II. sub Siluerio subsc. ann. 536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV sub eod. per Vicarium subsc. 545
Ægidins Concilio.
Aurelian. IV. sub Vigilio subsc. 552
Fegasius Concilio
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Paternus Concilio.
Parisiensi III. sub Ioan. III. subsc. 559
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Ansegandus Concilio.
Vermeriensi II sub Leone IV. subsc. 853
VValbertus Concilio.
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II. sub eod. subsc. 860
Hugo Concilio.
Rhemensi I. sub Leone IX. subsc. 1049
Michael Concilio.
Rothomagensi sub Alexandro II. subsc. 1072
Turgisus Concilio.
Rothomagensi sub Vrbano II. subsc. 1095
Antonius *le Cirier* Concilio.
Tridentino Gener. XVIII. sub Paulo V. subsc. 1545
Franciscus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

ADVRENSES seu ADVNENSES, *Aire.*

seu Vicoiulienses in Vasconia.

Sub Ausciensi.

Marcellus Concilio.
Agathensi sub Symmacho per Vicarium subsc. 506
Rusticus Concilio.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Petrus Concilio.
Tolosano sub Alexandro II. subsc. 1068

ÆDVENSES, seu HEDVENSES.

Vide *Augustodunenses.*

Agathenses *Agde.*

Sub *Narbonensi.*

Sophronius Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Nibridius seu Higridius Concilio.
Toletano III. sub Pelagio II. subsc. 589
Georgius Concilio.
Toletano VIII. sub Martino I. subsc. 653
Iustus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I. subsc. 788
Dagbertus Concilio.
Tullensi II. sub Nicolao I. subsc. 860
Gourhetius Concilio.
Tolosano sub Victore II. subsc. 1056
R. Concilio.
Gallicano sub Alexandro III. subsc. 1176
Ioannes Concilio.
Florentino vnin. XVI. sub Eugenio IV. subsc. 1438
Claudius *de la Guische* Concilio.
Trident. vniu. XVIII. sub Paulo III. subsc. 1545
Bernardus *Podianus* Concilio.
Narbonensi sub Paulo V. subsc. 1609

AGENNENSES *Agen.*

Sub *Burdegalensi.*

Viuianus Concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Antidius Concilio.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Bernardus Concilio.
Tolosano sub Victore II. subsc. 1059
Ianus Fregouse Concilio.
Burdegalensi sub Gregorio XIII. subsc. 1583
Claudius Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

ALBIENSES *Alby.*

Sub *Bituricensi.*

Sabinus Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Venantius Concilio.
Epaunensi sub Symmacho. subsc. 509
Ambrosius Concilio.

Aurelia

Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Melanius Concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Constantius Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Æmilius Concilio.
Lemouicensi sub Benedicto IX. subsc. 1034
Albericus Concilio.
Gallicano sub Alexandro III. subsc. 1176

ALECTENSES *Alect.*

Sub *Narbonensi.*

Arnaldus Concilio.
Lateranensi sub Vrbano V. subsc. 1368
Stephanus *Poluerellus* Conciliis.
Narbonensi sub Paulo V. subsc. 1609
Parisiensi sub eodem subsc. 1615

AMBIANENSES, *Amiens.*

Sub *Rhemensi.*

Eulogius Concilio.
Coloniensi sub Iulio I. subsc. 351
Edibius Concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Beatus Concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Bertofredus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Raginarius Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Apud Carisiacum sub Leone IV. subsc. 648
Gilmeradus v. Hilmeradus Conciliis.
Turonensi sub Leone IV. subsc. 849
Vermeriensi II. sub eodem subsc. 853
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II. sub eodem subsc. 860
Orgarius Conciliis.
Rhemensi sub Stephano VII. subsc. 900
Suessionensi sub Sergio III. subsc. 909
Godefredus pro Legato Concilio.
Viennensi sub Paschali II. præfuit. 1112
Aorouius *Crechais* Concilio.
Rhemensi sub Pio IV. subsc. 1564
Geofridus *Martonius* Concilio.
Rhemensi sub Gregorio XIII. subsc. 1583

ANDEGAVENSES, *Angers.*

Sub *Turonensi.*

Eustochius Concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Albinus Concilio.
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Magnebodus Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Dodo Conciliis.
Turonensi sub Leone IV. subsc. 849
Tullensi II. sub Nicolao I. subsc. 860
Lupus Concilio.
Turonensi sub Formoso subsc. 845
Eusebius Concilio.
Rhemensi sub Leone IX. subsc. 1049
Guillelmus Concilio.
Florentino vniu. XVI. sub Eugenio IV. subsc. 1438
Gabriel de Bouuerij Concilio.

Trident. vniu. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1563
Guillelmus *Ruzem* Concilio.
Turonensi sub Gregorio XIII. subsc. 1583
Carolus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

ANICISIENSES, vel PODIENSES,

Le Puy.

seu Vellaunenses, *le Velay.*

Sub *Bituricensi.*

Harduicus, seu Arduinus Concilio.
Suessionensi sub Nicolao I. subsc. 866
Stephanus Concilio.
Lemouicensi II. sub Benedicto IX. subsc. 1034
Helias Concilio.
Constantiensi vniu. sub Ioanne XXIII. subsc. 1414

ANTIPOLITANI, *Antibe.*

Nunc Grassenses, *Grasse.*

Agrœcius Concilio.
Agathensi sub Symmacho. subsc. 506
Euarius Concilio.
Aurelianensi IV. sub eodem subsc. 545
Eusebius Concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Optatus Concilio.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Deocarius Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Atibertus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I. subsc. 788
Antonius Concilio.
Florentino vniu. XVI. sub Eugenio IV. subsc. 1438
Augustinus Concilio.
Lateran. vniu. XVII. sub Iulio II. subsc. 1512
Stephanus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

ANTISIODORENSES, *Auxerre.*

Sub *Senonensi.*

Valerianus Concilio.
Coloniensi sub Iulio I. subsc. 351
Germanus Conciliis.
Gallicano sub Leone I. subsc. 444
Gallicano sub eodem subsc. 446
Theodosius Concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho. 507
Eleutherius Conciliis.
Aurelianensi II. sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Aunacharius, seu Aunarius Conciliis.
Matisconensi I. sub Pelagio II. subsc. 582
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Antisiodorensi sub Gregorio I. præfuit. 590
Palladius Conciliis.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Heriboldus Concilio.
Turonensi sub Leone IV. subsc. 849
Abbo Conciliis.

N Tullensi

Tullensi II.sub eodem subsc. 860
Christianus Concilio.
Tullensi II.sub Nicolao I.subsc. 860
Hugo Concilio.
Rhemensi sub Engenio III.subsc. 1148
Franciscus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1612

APPAMENSES, *Pasmiers.*

Sub *Tolosano.*

Guillelmus Concilio.
Lauaurensi sub Vrbano V.subsc. 1368

APTENSES, *Apt.*

Sub *Aquensi.*

Prætextatus Conciliis.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Arelatensi III.sub Ioanne I.subsc. 524
Arausicani sub Felice IV.subsc. 529
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Eradius seu Eraclius Concilio.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Clementinus Conciliis.
Arelatensi sub Pelagio I.subsc. 554
Parisiensi II.sub eodem subsc. 559
Pappus Conciliis.
Matisconensi I.sub Pelagio II.subsc. 582
Matisconensi II.sub eodem subsc. 588
Valentino sub eod. subsc. 589
Magnificus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I.subsc. 788
Guillelmus Concilio.
Auenionensi sub Benedicto XII.subsc. 1337
Franciscus Concilio.
Aquensi sub Gregorio XIII.subsc. 1585

AQVENSES, *Aix.*

Metropolis sub qua.

1. Aptensis, *Apt.*
2. Reiensis *Riez.*
3. Foroiuliensis, *Freiuz.*
4. Vapincensis, *Gap.*
5. Sistariensis, *Sisteron.*

Maximus Concilio.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Anolus Conciliis.
Aruernensi II.sub Vigilio subsc. 549
Aurelianensi V.sub eod. subsc. 552
Arelatensi V.sub Pelagio I.subsc. 554
Parisiensi II.sub eod. subsc. 559
Piensius Concilio.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Pontius *de Castro Raınardi* Concilio.
Tolosano sub Victore II.subsc. 1056
Bernardus Concilio.
Tolosano sub Alexandro II.subsc. 1068
Armandus Concilio.
Auenionensi sub Benedicto XII.subsc. 1337
Dominicus Concilio.
Lateranensi vniu.XII.sub Iulio II.subsc. 1512
Antonius *Filholi* Concilio.
Trident vniu.XVIII.sub Paulo III.subsc. 1545

Alexander *Canigianus* Concilio.
Aquensi sub Gregorio XIII.præfuit. 1585
Paulus Concilio.
Aquensi sub Paulo V.præfuit. 1612

AQVENSES, *Aqs.*

Sub *Auscıensi.*

Gratianus Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Catterius Concilio.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Iulianus Concilio.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Bernardus Concilio.
Basileensi sub Eugenio IV.subsc. 1431

ARAVSICANI, *Orange.*

Sub *Arelatensi.*

Constantius Concilio.
Aquileiensi sub Damaso I.subsc. 381
Vindemialis Conciliis.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V.sub eod. subsc. 552
Matthæus Conciliis.
Arelatensi V.sub Pelagio subsc. 554
Parisiensi 2.sub eod. subsc. 559
Trapetius seu Trapidius Conciliis.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Valentino sub eod. subsc. 589
Salicus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I.subsc. 788
Petrus Concilio.
Auenionensi sub Benedicto XII.subsc. 1337

ARELATENSES, *Arles.*

Metropolis sub qua

1. Massiliensis, *Marseille.*
2. Aurasicensis *Orange.*
3. Tricassinensis *S.Paul de trois Chasteaux.*
4. Tolonensis, *Tolon.*

Marinus Conciliis.
Romano sub Melchiade subsc. 313
Arelatensi I.sub Siluestro I.subsc. 314
Valentinus Concilio.
Coloniensi sub Iulio I.subsc. 351
Hilarius Conciliis.
Reiensi sub Sixto III.præfuit. 439
Arausicano I.sub Leone I.præfuit. 441
Gallicano sub eod. præfuit. 444
Rauennius Conciliis.
Gallicano sub Leone I.subsc. 450
Arelatensi 3.sub Leone I.præfuit. 455
Leontius Concilio.
Arelatensi IV.sub Simplicio præfuit. 475
Cæsarius Conciliis.
Agathensi sub Symmacho præfuit. 506
Arelatensi III.sub Ioanne præfuit. 524
Arausicano 2.sub Felice IV.præfuit. 529
Vasionensi 2.sub Ioanne II.præfuit. 529
Carpentoractensi sub eod. præfuit. 529
Aurelius Concilio.

Aurelia

Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Sabaudus Conciliis.
Arelatensi V.sub Pelagio I præfuit. 554
Parisiensi II.sub eodem præfuit. 559
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Valentino sub eodem subsc. 589
Felix Concilio.
Romano sub Agathone subsc. 680
Elisautus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I.subsc. 788
Ioannes Concilio.
Arelatensi IV.sub Leone III.præfuit. 813
Rodlandus Concilio.
Valentino sub Leone IV.subsc. 855
Rambaldus Concilio.
Tolctano sub Victore II.Vicepapæ præfuit. 1056
Gibelinus Conciliis.
Ierosolymitano sub Paschali II.vt Legatus præf.1107
Apud Pontem Sorgam sub eod. subsc. 1113
Beritandus *Almaricus* Concilio.
Auenionensi sub Martino IV.præf. 1279
Gosbertus Concilio.
Auenionensi sub Benedicto XII.præf. 1337
Ludouicus Cardinalis Concilio.
Basileensi vniu.sub Eugenio IV.præf. 1442
Petrus de Fuxo Cardinalis Concilio.
Auenionensi sub Calixto III.præfuit. 1457

ARVERNENSES, seu CLARAMONTENSES,

Clarmont en Auuergne.

Euphrasius Conciliis.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Aurelianensi I.sub eod.subsc. 507
Gallus Conciliis.
Aurelianensi II.sub Silverio subsc. 536
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Aruernensi sub eod.subsc. 541
Aurelianensi IV.sub eodem subsc. 545
Aurelianensi V.sub eod.subsc. 552
Cæsarius Concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Stabilis Concilio.
Tullensi II.sub Nicolao I. subsc. 860
Sigo Concilio.
Suessionensi sub Nicolao I.subsc. 866
Rhotico Concilio.
Lemouicensi 2.sub Benedicto IX.subsc. 1034
Guillelmus *a Prato* Concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Paulo III.subsc. 1545

ATTREBATENSES, *Arras.*

Sub *Rhemensi.*

Magnus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Martinus Concilio.
Constantiensi vniu.sub Ioanne XXIII.subsc. 1414
Franciscus *Ricardotus* concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV. subsc. 1563

AVENIONENSES, *Auignon.*

Olim sub *Arelatensi* facta Metropolis à Sixto IV. sub qua.

1.Carpentoractensis,*Carpentras*,2.Vasionensis,*Vaisō*.
3.Cauallicensis, *Cauaillon*,
Saturninus Concilio.
Romano sub Hilaro subsc. 467

Iulianus Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Antoninus Conciliis.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Arelatensi V.sub Pelagio I.subsc. 554
Ioannes Concilio.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Ragenuinus Concilio.
Valentino sub Leon. IV.subsc. 855
Hilduinus Concilio.
Tullensi II.sub Nicolao I. subsc. 860
Aubertus Concilio.
Apud Pontem Sorgam sub Paschali II.subsc. 1113
Alanus *Cortiuus* Cardinalis Concilio.
Auenionensi sub Calixto III.præfuit. 1457
Antonius Concilio.
Lateran.vniu.XVII.sub Iulio II.subsc. 1512
Orlandus concilio.
Lateran.vniu.XVIII.sub Leone X.subsc. 1517
Franciscus Maria *Taurusius* Card. concilio.
Auenionensi sub Clemente VIII.præfuit. 1594
Auenticenses *Auenche*, vide Lausanenses.

AVGVSTODVNENSES, seu ÆDVENSES,

Vel Heduenses. *Authun.*

Sub *Lugdunensi.*

Rethicius Conciliis.
Romano sub Melchiade subsc. 313
Arelatensi 1. sub Silvestro I.subsc. 314
Simplicius Conciliis.
Sardicensi vniu.sub Iulio I.subsc. 347
Coloniensi sub eod.subsc. 351
Pragmaticus Concilio.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Agrippinus Conciliis.
Aurelianensi II.sub Silverio subsc. 536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Nectarius Concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Syagrius Conciliis.
Parisiensi II.sub Pelagio I.subsc. 559
Lugdunensi I.sub Ioanne III.subsc. 570
Matisconensi I. sub Pelagio subsc. 582
Lugdunensi sub eod.subsc. 587
Auspicius Concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Ferreolus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Leodegarius concilio.
Augustodunensi sub Adeodato præfuit. 670
Ionas Conciliis.
Vermeriensi II.sub Leone IV.subsc. 853
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Tullensi 2.sub eodem subsc. 860
Luido seu Lindo conciliis.
Suessionensi sub Nicolao I.subsc. 866
Trecensi sub eod.subsc. 867
Aldagarius Concilio.
Romano II.sub Ioan.VIII. subsc. 876
Othilricus Concilio.
Erpfordiensi sub Ioanne XI.subsc. 932

AVRELIANENSES, *Orleans.*

Sub *Parisiensi.*

Diopetus Concilio.
Coloniensi sub Iulio I.subsc. 351

Euortius Concilio.
Valentino sub Damaso I. subsc. 374
Eusebius Concilio.
Aurelianensi 1. sub Symmacho subsc. 507
Prosper Concilio.
Carpentoractensi sub Ioanne II. subsc. 529
Leontius Concilio.
Aurelianensi II. sub Silverio subsc. 536
Antonius Concilio.
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Marcus Concilio.
Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc. 545
Antonius Concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Namantius Conciliis.
Matisconensi I. sub Pelagio II. subsc. 582
Matisconensi 2. sub eodem subsc. 588
Salinus Concilio.
Aurelianensi sub Martino præsuli. 650
Audo Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Agius Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Turonensi sub Leone IV. subsc. 849
Vermeriensi II sub Leone IV. subsc. 856
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II. sub eodem subsc. 860
Suessionensi sub eodem subsc. 866
Raymon Concilio.
Turonensi sub Formoso subsc. 895
Ioannes de *Moruillier* Concilio.
Tridentino vniu. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1563
Gabriel Conciliis.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1612
Parisiensi sub eodem subsc. 1615
Nicolaus *Denets* Concilio.
Parisiensi sub Vrbano VIII. subsc. 1640

AVSCIENSES, seu AVXITANI. *Ausch in Vasconia.*

Metropolis sub qua.

1. Aquensis *Ags.*
2. Connenarum *Comminges.*
3. Tarbiensis *Tarbe.*
4. Vasatensis *Basas.*
5. Lascariensis *Lascar.*
6. Lectorensis *Lectoure.*
7. Conseranensis *Conserans.*
8. Olerocensis, *Oleron.*
9. Bayonensis, *Bayone.*
10. Adinensis, *Aire.*

Nicetius Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Tetradius Concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Proculeianus Conciliis.
Aurelianensi 2. sub Silverio subsc. 536
Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Nicasius Concilio.
Matisconensi 2. sub Pelagio 2. subsc. 588
Faustus Concilio.
Matisconensi 2. sub Pelagio 2. subsc. 588
Audericus Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Licerius Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Rustindus Concilio.
Iaccitano sub Nicolao I. subsc. 1060

Guillelmus Concilio.
Tolosano sub Alexandro II. subsc. 1068
Amaneus de *Armeniaco* Conciliis.
Auxitano sub Nicolao IV. præfuit. 1290
Auxitano sub Bonifacio VIII. præfuit. 1300
Auxitano sub eodem præfuit. 1303
Auxitano sub Clemente V. præfuit. 1308
Guillemus de *Flauacuria* Conciliis.
Auxitano Sede vacante præfuit. 1313
Auxitano sub Ioan. XXII. præfuit. 1324
Auxitano sub eodem præfuit. 1326
Arnaldus Concilio.
Lauaurensi sub Vrbano V per Vicarium subsc. 1368

BAIOCENSES *Bayeux.*

Sub *Rothomagensi.*

Leucadius Conciliis.
Aurelianensi IV. sub Vigilio per Vicarium subsc. 545
Aurelianensi V. sub eod. per Vicarium subsc. 552
Ragnebertus Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Gerebardus Concilio.
Rothomagensi Tempore interregni subsc. 682
VValfridus Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Turonensi sub Leone IV. subsc. 849
Vermeriensi II. sub Leone IV. subsc. 853
Erchembertus Conciliis.
Tullensi sub Nicol. I. subsc. 859
Suessionensi sub eod. subsc. 866
Trecensi sub eod. subsc. 867
Odo Conciliis.
Rothomagensi sub Alexandro II. subsc. 1072
Rothomagensi sub Vrbano II. subsc. 1095
Zanonus Concilio.
Florentino vniu. XVI. sub Eugenio IV. subsc. 1438
Bernardus *de S. François* Concilio.
Rothomagensi sub Gregorio XIII. subsc. 1581
Iacobus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

BAYONENSES, *Bayone.*

Sub *Auxitano.*

Guillelmus *Arnoldi* Concilio.
Constantiensi vniu. sub Ioan. XXIII. subsc. 1414
Bertrandus De chaux Concil.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

BELLICENSES, *Bellay.*

Sub *Bisuntino.*

Vincentius Conciliis.
Parisiensi II. sub Pelagio I. subsc. 559
Lugdunensi I. sub Ioan. III. subsc. 570
Felix Concilio.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Florentius Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Vincentius Concilio.
Lateran. vniu. XVII. sub Leone X. subsc. 1517
Antonius *à Camera* Concilio.
Tridenti vniu. XVIII. sub Paulo III. subsc. 1545

BELLOVACENSES, *Beauuais.*

Sub *Rhemensi.*

Hermenfridus Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846

Apud Cariſſiscam ſub Leone IV. ſubſc. 848
Turonenſi ſub eod. ſubſc. 849
Veſmerienſi II. ſub eod. ſubſc. 853
Tullenſi I. ſub Nicolao I. ſubſc. 860
Odo v. Ado Concilio.
Sueſſionenſi ſub Nicolao I. ſubſc. 666
Honoratus Concilio.
Rhemenſi ſub Stephano VII. ſubſc. 900
Erluinus Concilio.
Sueſſionenſi ſub Sergio III. ſubſc. 909
Hildegarius Concilio.
Apud S. Theodericum ſub Ioanne XI. ſubſc. 933
Guillelmus Concilio.
Romano 2. ſub Gregorio VII. ſubſc. 1074
Nicolaus *Fumée* Concilio.
Rhemenſi ſub Gregorio XIII. ſubſc. 1583
R. *Pottier* Concilio.
Pariſienſi ſub Paulo V. ſubſc. 1615
Bigorritani vide *Tarbenſes.*

BIZONTINI, ſeu VESONTIONENSES, *Beſançon.*

Metropolis ſub qua.

1. Baſilienſis, *Baſle*, 2. Lauſanenſis, *Lauſane.*
3. Bellicenſis *Bellay.*
Claudius Concilio.
Epaunenſi ſub Symmacho ſubſc. 509
Vibicus Concilio.
Aruernenſi II. ſub Vigilio ſubſc. 549
Tetradius Concilio.
Lugdunenſi 1. ſub Ioan. III. ſubſc. 570
Silueſter Conciliis.
Matiſconenſi I. ſub Pelagio II. ſubſc. 582
Matiſconenſi II. ſub eodem ſubſc. 588
Douetus Conciliis.
Rhemenſi ſub Honorio I. ſubſc. 630
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Ardoicus Conciliis.
Tullenſi ſub Nicolao I. ſubſc. 859
Tullenſi II. ſub eodem ſubſc. 860
Hugo Concilio.
Auguſtodunenſi ſub Victore II. ſubſc. 1055
Theobaldus Concilio.
Conſtantienſi ſub Ioan. XXIII. ſubſc. 1414

BITTERRENSES, *Beziers.*
Sub *Narbonenſi.*

Sedatius Conciliis.
Toletano III. ſub Pelagio II. ſubſc. 630
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Creſcitarus Concilio.
Toletano XIII. ſub Leone II. ſubſc. 683
Paeotaſis Concilio.
Toletano XV. ſub Sergio ſubſc. 688
Eruigius Concilio.
Toletano XVI. ſub Sergio ſubſc. 693
VVlſegurius Conciliis.
Narbonenſi ſub Adriano I. per Vicar. ſubſc. 788
Bernardus Concilio.
Toloſano ſub Victore II. ſubſc. 1056
Guillelmus Concilio.
Lauaurenſi ſub Innocentio III. ſubſc. 1213
Hugo Concilio.
Lauaurenſi ſub Vrbano V. ſubſc. 1368

BITVRICENSES, *Bourges en Berry.*
Metropolis ſub qua.

1. Claromonenſis *Clairmont*, 2. Lemouicenſ. *Limoges*, 3. Rutenenſis *Rhodez*, 4. Mimatenſis *Mendes.*
5. Albienſis *Alby*, 6. Caſtrenſis *Caſtres*,
7. Anicienſis *le Puy*, 8. Cadurcenſis *Cahors*,
9. Vabrenſis *Vabres*, 10. Tutellenſis *Tulle*,
11. S. Flori *S. Flour.*
Leo Conciliis.
Andegauenſi ſub Leone I. ſubſc. 453
Turonenſi ſub Simplicio ſubſc. 482
Tetradius Conciliis.
Agathenſi ſub Symmacho ſubſc. 506
Aurelianenſi 1. ſub eod. ſubſc. 507
Sulpitius Concilio.
Aruernenſi ſub Hormiſda præfuit. 520
Honoratus Concilio.
Aurelianenſi II. ſub Siluerio ſubſc. 536
Arcadius Concilio.
Aurelianenſi III. ſub Vigilio ſubſc. 540
Honoratus Concilio.
Aruernenſi ſub Vigilio ſubſc. 541
Deſideratus Conciliis.
Aruernenſi II. ſub Vigilio ſubſc. 549
Aurelianenſi V. ſub eod. ſubſc. 552
Probianus Conciliis.
Pariſienſi II. ſub Pelagio I. ſubſc. 559
Pariſienſi 3. ſub Ioan. III. præfuit. 560
Felix Conciliis.
Pariſienſi III. ſub Ioan. III. ſubſc. 561
Turonenſi ſub eod. ſubſc. 570
Remigius Concilio.
Matiſconenſi 1. ſub Pelagio II. ſubſc. 582
Sulpitius Conciliis.
Matiſconenſi 2. ſub eodem ſubſc. 588
Aruernenſi ſub eod. præfuit. 588
Vfolendus, ſeu Vilfrodus Concilio.
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Rodulphus Conciliis.
Pariſienſi ſub Sergio II. ſubſc. 846
Tullenſi ſub Nicolao I. ſubſc. 859
Tullenſi II. ſub eod. ſubſc. 860
VVifadus Concilio.
Trecenſi ſub Nicolao I. ſubſc. 867
Gauzelinus, ſeu Æmo Conciliis.
Lemouicenſi ſub Ioan. XVIII. præfuit. 1029
Bituricenſi ſub Benedicto IX. præfuit. 1034
Lemouicenſi II. ſub Benedicto IX. præfuit. 1034
Aymo Concilio.
Toloſano ſub Alexandro II. ſubſc. 1068
Richardus Concilio.
Santonenſi ſub Gregorio VII. ſubſc. 1080
Simon de bello Loco Cardinalis Conciliis.
Bituricenſi Sede vacante vt Legatus præfuit. 1276
Bituricenſi ſub Honorio IV. præfuit. 1286
Guillelmus Concilio.
Conſtantienſi ſub Ioanne XXIII. ſubſc. 1414
Reginaldus *de Beaulre* Concilio.
Bituricenſi ſub Gregorio XIII. ſubſc. 1584
Andræas Concilio.
Pariſienſi ſub Paulo V. ſubſc. 1615

BRIOCENSES, *S. Brieu.*

Sub *Turonenſi.*

Nicolaus Langelier Concilio.
Turonenſi ſub Gregorio XIII. ſubſc. 1583
Bolonienſes *Bologne ſur mer*, vide Morinenſes.

BVRDEGALENSES, *Bourdeaux*
Metropolis ſub qua.

1. Pictauienſis *Poitiers*, 2. Engoliſmenſ. *Engoleſme.* 3. Agennen

3. Agennensis *Agen*, 4. Sanctonens. *Sainctes*.
5. Petragoricens. *Perigueux*, 6. Condomiens. *Condom*.
7. Malleacensis *Maillezay*, 8. Lucioneosis *Luçon*.
9. Sarlateosis *Sarlat*.

Orientalis Concilio.
Arelatensi I. sub Siluestro I. subsc. 314
Delphinus Concilio
Cæsaraugustano sub Damaso 1. subsc. 381
Cyprianus Conciliis
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Aurelianensi I. sub eodem subsc. 507
Leontius Conciliis.
Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V. sub eod. subsc. 552
Parisiensi II. sub Pelagio I. subsc. 559
Parisiensi 3. sub Ioanne III. subsc. 561
Sanctonensi sub eod. præfuit. 566
Berterannus Concilio.
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Frotarius Conciliis.
Tullensi II. sub Nicolao I. subsc. 860
Suessionensi sub eodem subsc. 866
Trecensi sub eod. subsc. 867
Protarius concilio.
Pontigonensi sub Ioanne VIII. subsc. 876
Iosselinus, seu Gosselinus Conciliis.
Burdegalensi sub Gregorio VII. præfuit. 1073
Santonensi sub eod. subsc. 1080
Amatus in Conc.
In Sanctonensi sub Vrbano II. factus Episcop. 1089
Ganfredus vel Laofredus *de Oratorio* Conciliis.
Rhemensi sub Eugenio III. subsc. 1148
Baugentiaci sub eod. subsc. 1151
Gerardus Conciliis.
Campiniacensi sub Gregorio IX. præfuit. 1238
Burdegalensi sub Alexandro IV. præfuit. 1255
Rossiacensi sub eod. præfuit. 1256
Petrus Concilio.
Burdegalensi sub Alexandro IV. præfuit. 1260
Bertrandus *de Gouth* Concilio.
Ruffacensi Sede vacante præfuit. 1304
Antonius *Prevostius Sansacus* Concilio.
Burdegalensi sub Gregorio XIII. subsc. 1583

CABILONENSES, *Chalon*.

Sub *Lugdunensi*.

Donatianus Concilio.
Coloniensi sub Iulio I. subsc. 351
Siluester Concilio.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Agricola conciliis.
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV. sub eodem subsc. 545
Aruernensi 2. sub eod. subsc. 549
Aurelianensi V. sub eod. subsc. 552
Parisiensi 2. sub Pelagio I. subsc. 559
Lugduoensi 1. sub Ioan. III. subsc. 570
Flauius Conciliis.
Matisconensi I. sub Pelagio II. subsc. 582
Lugdunensi 2. sub eod. subsc. 587
Matisconensi II. sub eod. subsc. 588
Valentino sub eod. subsc. 589
Gratus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Goldelsadus Conciliis.
Vermeriensi 2. sub Leone IV. subsc. 853
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II. sub eodem subsc. 860

Aicardus concilio.
Augustodunensi sub Victore II. subsc. 1055

CADVRCENSES *Cahorsen Quercy*.

Sub *Bituricensi*.

Boethius Conciliis.
Agathensi sub Symmacho. subsc. 506
Aurelianensi 1. sub eodem subsc. 507
Sustratius conciliis.
Aurelianensi II. sub Silverio subsc. 536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV. sub eod. subsc. 545
Leucadius Maximus concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Visinus concilio.
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Rusticus concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Deusdedit concilio.
Lemouicensi 2. sub Benedicto IX. subsc. 1034
Antonius *Herbrardus Sansulpitius* concilio.
Bituricensi sub Gregorio XIII. subsc. 1584

CAMERACENSES, *Cambray*.

Sub *Rhemensi*.

Facta Archiepiscopalis an. 1562.

Bessoaldus Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Hildonaldus concilio.
Nooiomensi sub Leone III. subsc. 814
Theodoticus conciliis.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Apud Carisiacum sub Leone IV. subsc. 848
Ioannes Conciliis.
Suessionensi sub Nicolao I. subsc. 866
Trecensi sub eod. subsc. 867
Dodilo concilio.
Narbonensi sub Adriano 1. subsc. 900
Stephanus conciliis.
Suessionensi sub Sergio III. subsc. 909
Trosleiano sub Ioanne X. subsc. 924
Fulbertus concilio.
Engelenheimensi sub Agapeto II subsc. 948
Maximilianus vt Archiepiscopus concilio.
Cameracensi sub Pio IV. præfuit. 1565

CARCASSONENSES, *Carcassone*

Sub *Narbonensi*.

Sergius Conciliis.
Toletano III. sub Pelagio II. subsc. 589
Narbonensi sub eod. subsc. 589
Solemnius Concilio.
Toletano IV. sub Honorio I. subsc. 633
Elpidius Concilio.
Toletano V. sub Honorio I. subsc. 536
Siluester Concilio.
Toletano VIII. sub Martino I. subsc. 653
Stephanus concilio.
Toletano XIII. sub Leone II. subsc. 683
Hisceps Concilio.
Narbonensi sub Adriano I. subsc. 788
Eurus concilio.
Tullensi II. sub Nicolao I. subsc. 860
Theobaldus Concilio.

Constan

Constantiensi sub Ioanne XXIII. subsc. 1414
Christophorus *de l'Estang* Concilio.
Narbonensi sub Paulo V. subsc. 1609
I. *de l'Estang* Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

CARNOTENSES, *Chartres en Beausse.*

Olim sub *Senonensi*, nunc sub *Parisiensi.*

Ætherius Conciliis.
Aurelianensi 2. sub Silverio subsc. 536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV. sub eodem subsc. 545
Leubinus Concilio.
Parisiensi 2. sub Pelagio I. subsc. 569
Chaletricus Conciliis.
Parisiensi 3. sub Ioanne III. subsc. 561
Turonensi II. sub eod. subsc. 570
Pappulus Concilio.
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Bertegiselus Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Malardus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Airadus Concilio.
Rothomagensi Tempore interregni Pont. subs. 682
Elias Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Turonensi sub Leone IV. subsc. 849
Valentino sub eod. subsc. 855
Gilbertus Conciliis.
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II. sub eod. subsc. 860
Suessionensi sub eod. subsc. 866
Trecensi sub eod. subsc. 867
Iuo Concilio.
Stampensi sub Paschali II. subsc. 1112
Ranxedus Concilio.
Trecensi sub Honorio II. subsc. 1127
Gaudefridus Conciliis.
Iotrino sub Innoc. II. vt Legat. præs. 1130
Pisano sub eod. subsc. 1134
Ioan. de Tetigniaco Concilio.
Parisiensi sub Martino V. subsc. 1428
Philippus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1612
P. *Euraud* Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615
Leonorius *d'Estampes* Concilio.
Parisiensi sub Vrbano VIII. subsc. 1640

CARPENTORACTENSES, *Carpentras.*

Sub *Auenionensi.*

Iulianus Conciliis.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Arelatensi 3. sub Ioanne I. subsc. 524
Arausicano 2. sub Felice IV. subsc. 529
Carpentoractensi sub Ioanne II. subsc. 529
Clematius Conciliis.
Aurelianensi IV sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V. sub eod. subsc. 552
Parisiensi 2. sub Pelagio I. subsc. 559
Boethius Conciliis.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Valentino sub eod. subsc. 589
Amatus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I. subsc. 788

Hugo Concilio.
Auenionensi sub Benedicto XII. subsc. 1337

CATALAVNENSES, *Chaalons en Champagne*

Sub *Rhemensi.*

Amandinus seu Amandus Concilio.
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Lupus Concilio.
Aruernensi sub Vigilio subsc. 541
Felix Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Lupus Concilio.
Apud Carissiacum sub Leone IV. subsc. 848
Ercanrans Conciliis.
Tullensi 2. sub Nicolao I. subsc. 860
Suessionensi sub eodem subsc. 866
Trecensi sub eod. subsc. 867
Mancio Concilio.
Rhemensi sub Stephano I. subsc. 900
Retholdus Concilio.
Suessionensi sub Sergio III. subsc. 909
Gibuinus Concilio.
Meldensi sub Ioanne XII. subsc. 962
Guillelmus Conciliis.
Suessionensi sub Innoc. II. subsc. 1139
Senonensi sub eod. subsc. 1140
Hieronymus *Burgensis* Conciliis.
Tridenti. vniu. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1563
Rhemensi sub eod. subsc. 1564
Cosmus *Clausse* Concilio.
Rhemensi sub Gregor. XIII. subsc. 1583
Cyrus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

CAVALLICENSES, *Cauaillon.*

Sub *Auenionensi.*

Philagrius Conciliis.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Arelatensi III. sub Ioanne I. subsc. 524
Arausicano II. sub Felice IV. subsc. 529
Carpentoractensi sub Ioanne II. subsc. 529
Prætextatus Conciliis.
Aurelian. V. sub Vigilio subsc. 552
Arelatensi V. sub Pelagio I. subsc. 554
Parisiensi II. sub eod. subsc. 559
Veranus Concilio.
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Lupus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I. subsc. 788
Petrus Concilio.
Florentino vniu. XVI. sub Eugenio IV. subsc. 1438
Ioannes Baptista Concilio.
Lateran. vniu. XVII. sub Iulio II. subsc. 1512

CENOMANENSES, *le Mans.*

Sub *Turonensi.*

Victorius Concilio.
Andegauensi sub Leone I. subsc. 453
Victurius Concilio.
Turonensi sub Simplicio subsc. 482
Principius Concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Innocentius Concilio.
Aruernensi IV. sub Vigilio subsc. 545
Domnulus

Domnulus Concilio.
Turonensi 2.sub Ioanne III.subsc. 570
B.Laudigilus Concilio.
Matisconensi 2.sub Pelagio II.subsc. 588
Chadoaldus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Aldricus Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Turonensi sub Leone IV.subsc. 849
Robertus Conciliis.
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Suessionensi sub eod.subsc. 866
Mainoldus Concilio.
Turonensi sub Formoso subsc. 895
Ioannes Concilio.
Turonensi sub Nicolao V.subsc. 1448
Carolus *de Angennes* Concilio.
Trident. vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1563
Claramontenses vide Aruernenses.

CONSERANENSES, seu CONSERANENSES.

Conserans ou *Conzerans.*

Sub *Auxitano.*

Glycerius Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Theodorus Concilio.
Aurelianensi V.sub Vigilio per Vicarium subsc. 552
Francolinus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I.subsc. 788
Bernardus Conciliis.
Tolosano sub Alexandro II.subsc. 1068
Tolosano sub Victore II.subsc. 1056

CONSTANTIENSES, *Coutance en Normandie.*

Sub *Rothomagensi.*

Leontianus Concilio.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Lauto Conciliis.
Aurelianensi II.sub Silverio subsc. 536
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV.sub Vigilio per Vicarium subsc. 545
Aurelianensi V.sub eod. subsc. 552
Chstribonus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Erloinus Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Vermeriensi 2.sub Leone IV.subsc. 853
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Iosfridus Concilio.
Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1049
Radulphus Concilio.
Rothomagensi sub Vrbano II.subsc. 1095

CONVENIENSES, *Comminges.*

Sub *Auxitano.*

Suauis Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Præsidius Conciliis.
Aurelianensi 2.sub Silverio subsc. 536
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Rufinus Concilio.
Matisconensi 1.sub Pelagio II.subsc. 588

Bernardus Concilio.
Tolosano sub Victore II.subsc. 1056
Guillelmus Concilio.
Tolosano sub Alexandro II.subsc. 1068
Bernardus Concilio.
Lauaurensi sub Vrbano V.subsc. 1368
Petrus *de Allebret* Concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1583
Ægidius Concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

CORISOPITENSES, *Cornouaille.*

Sub *Turonensi.*

Stephanus *Boucher* Concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1563
Carolus *du Liscoet* Concilio.
Turonensi sub Gregorio XIII.subsc. 1583

DIENSES, *Die.*

Sub *Viennensi.*

Nicasius Concilio.
Nicæno vniu.I.sub Siluestro I.subsc. 325
Lucretius Conciliis.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V.sub eod.per Vicarium subsc. 552
Parisiensi II. sub Pelagio II.subsc. 559
Lugdunensi 1.sub Ioan.III.subsc. 570
Paulus Concilio.
Matisconensi 2.sub Pelagio II.subsc. 588
Desideratus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I.subsc. 788
Hugo vt Legatus Sedis Apostolicæ Conciliis.
Burdegalensi sub Gregorio VII.præfuit. 1079
Santonensi sub eod.præfuit. 1080
Lugdunensi sub Gregorio VII.præfuit. 1080
Meldensi sub eodem præfuit. 1080
Lingonensi sub eod.præfuit. 1080
Senonensi sub eod.præfuit 1080
Auenionensi sub eod.præfuit. 1080
Exoldunensi sub eod.præfuit. 1081

DINIENSES, seu DIVIENSES.

Digne.

Sub *Ebredunensi.*

Pentadius Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Auentius Concilio.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Secularius Concilio.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Hilarius Conciliis.
Aruernensi sub Vigilio subsc. 549
Arelaten V.sub Pelagio I.subsc. 554
Aredius seu Heraclius Conciliis.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Parisiensi II.sub Pelagio I.subsc. 559
Matisconensi 1.sub Pelagio 2.subsc. 582
Elzearius Concilio.
Auenionensi sub Benedicto XII.subsc. 1337
Petrus Concilio.
Florentino vniuers.XVI.sub Eugenio IV. subsc. 1438
Franciscus Concilio.
Lateran.vniu.XVII.sub Iulio II.subsc. 1512

DOLENSES.

DOLENSES, *Dol en Bretagne.*

Sub *Turonensi.*

VVlgrinus Episcopus creatus in Concilio.
Trecensi sub Paschali II. 1107
Stephanus Concilio.
Constantiensi sub Ioan. xxiii. subs. 1414
Carolus *d'Espinay* Conciliis.
Trident. vniu. xviii. sub Pio iv. subs. 1563
Turonensi sub Gregorio xiii. subs. 1583

EBREDVNENSES, *Embrum.*

Metropolis sub qua.

1. Diniensis, *Digne*, 2. Grassensis, *Grasse.*
3. Veneiensis, *Vence*, 4. Glaudeuensis, *Glandeuez.*
5. Senetensis, *Senez*, 6. Nicieosis, *Nice.*
Ingenuus Concilio.
Romano sub Hilaro subsc. 467
Catulinus Concilio.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Gallicanus Conciliis.
Aurelianensi iv. sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V. sub Vigilio per Vicarium subsc. 552
Emeritus Concilio.
Matisconensi 2. sub Paschali II. subsc. 588
Etherius Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Bernardus Concilio.
Apud Montem Pessulanum sub Innoc. III. subsc. 1215
Bertrandus Concilio.
Aueniouensi sub Benedicto xii. subsc. 1337
Guillelmus *d'Auason* Concilio.
Trident. vniu. xviii. sub Pio iv. subsc. 1563
Guillelmus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

EBROICENSES, *Eureux.*

Sub *Rothomagensi.*

Maurusius Concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Licinius Concilio.
Aurelianensi iii. sub Vigilio subsc. 540
Valerius Concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Laban Concilio.
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Ragnericus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Aquilinus Concilio.
Rothomagensi Tempore interregni subsc. 682
Ionibertus Conciliis.
Vermeriensi II. sub Leone iv. subsc. 853
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II. sub eod. subsc. 860
Balduinus Concilio.
Suessionensi sub Nicolao I. subsc. 866
Hilduinus Concilio.
Trecensi sub Nicolao I. subsc. 867
Gislebertus Conciliis.
Rothomagensi sub Alexandro II. subsc. 1072
Rothomagensi sub Vrbano II. subsc. 1095
Guillelmus Concilio.
Constantiensi vniu. sub Ioanne XXIII. subsc. 1414
Gabriel *le Veneur* Concilio.
Tridentino vniu. XVIII. sub Pio iv. subsc. 1563

Claudius de *Saintes* Concilio.
Rothomagensi sub Gregorio XIII. subsc. 1581

ELOSENSES, seu ELVANI, *Eause.*

Olim Metropolis Ausciorum.

Clarus Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Aspasius Conciliis.
Aurelianensi iv. sub Vigilio subsc. 545
Aruernensi II. sub eod. subsc. 549
Aurelianensi V. sub eod. subsc. 552
Senoens Concilio.
Rhemensi sub Honorio i. subsc. 630

ELVENSES, *Eaule.*

Sub *Narbonensi.*

Arnaldus Concilio.
Tolosano sub Victore II. subsc. 1056

ENGOLISMENSES, *Engolesme.*

Sub *Burdegalensi.*

Lupicinus Conciliis.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Aurelianensi 2. sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi IV. sub Vigilio per Vicarium subsc. 545
Namantius Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Helias Concilio.
Suessionensi sub Nicolao I. subsc. 866
Robo Concilio.
Lemonicensi II. sub Benedicto ix. subsc. 1094
Gerardus Concilio.
Lateran. II. sub Paschali II. subsc. 1112
Carolus *de Bony* Concilio.
Burdegalensi sub Gregorio XIII. subsc. 1583

S. FLORI, *S. Flour.*

Sub *Bituricensi.*

Petrus *de la Baume* Concilio.
Bituricensi sub Gregorio XIII. subsc. 1584
C. *Noailles* Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

FOROIVLIENSES, *Freius,*

Sub *Aquensi*

Victorinus Concilio.
Agathensi sub Symmacho per Vicarium subsc. 506
Desiderius Concilio.
Aurelianensi IV. sub Vigilio per Vicarium subsc. 545
Expectatus Conciliis.
Aurelianensi V. sub Vigilio per Vicar. subsc. 552
Arelatensi V. sub Pelagio I. subsc. 554
Parisiensi II. sub eodem subsc. 559
Betto Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Bartholomaeus Conciliis.
Aueniouensi sub Benedicto XII. subsc. 1337
Bartholomaeus Concilio.
Aquensi sub Paulo V. subsc. 1612

VVlfsrius *Rhemenf.* Archiep.Conc.
Nouiomensi sub Leone III.præf. 814
VVlgrinus *Dolenfis* Ep.Conc.
Trecensi sub Paschali II.præfuit. 1107

Zanonus *Baiocensis* Ep.Concil.
Florentino vniu. XVI.sub Eugenio IV.subsc. 1438
Zebœnus *Eleutheropolis* Episc.Concil.
Diospolitano sub Innocentio I.subsc. 415

EPISCOPI GALLI
QVI
CONCILIIS INTERFVERVNT.

ABRINCATINENSES, seu ABRINCENSES.

Auranches en Normandie.

Sub Rothomagensi.



Epos Concilio.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. ann. 507
Perpetuus seu Paternus Concil.
Aurelianensi II.sub Silucrio subsc. ann. 536
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV sub eod.per Vicarium subsc. 545
Ægidius Concilio.
Aurelian.IV.sub Vigilio subsc. 552
Fegasius Concilio
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Paternus Concilio.
Parisiensi III.sub Ioan.III. subsc. 559
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Ansegaudus Concilio.
Vermeriensi II sub Leone IV.subsc. 853
VValbertus Concilio.
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Tollensi II.sub eod..subsc. 860
Hugo Concilio.
Rhemensi I.sub Leone IX.subsc. 1049
Michael Concilio.
Rothomagensi sub Alexandro II.subsc. 1072
Turgisus Concilio.
Rothomagensi sub Vrbano II.subsc. 1095
Antonius *le Cirier* Concilio.
Tridentino Gener.xviii.sub Paulo V.subsc. 1545
Franciscus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

ADVRENSES seu ADVNENSES, *Aire.*

seu Vicoiulienses in Vasconia.

Sub Auscienſi.

Marcellus Concilio.
Agathensi sub Symmacho per Vicarium subsc. 506
Rusticus Concilio.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Petrus Concilio.
Tolosano sub Alexandro II.subsc. 1068

ÆDVENSES, seu HEDVENSES.

Vide *Augustodunenses.*

Agathenses *Agde.*

Sub *Narbonensi.*

Sophronius Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Nibtidius seu Higtidius Concilio.
Toletano III.sub Pelagio II.subsc. 589
Georgius Concilio.
Toletano VIII. sub Martino I.subsc. 653
Iustus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I.subsc. 788
Dagbertus Concilio.
Tullensi II.sub Nicolao I.subsc. 860
Gourherius Concilio.
Tolosano sub Victore II.subsc. 1056
R. Concilio.
Gallicano sub Alexandro III.subsc. 1176
Ioannes Concilio.
Florentino vniu.xvi.sub Eugenio IV.subsc. 1438
Claudius *de la Guische* Concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Paulo III.subsc. 1545
Bernardus *Podianus* Concilio.
Narbonensi sub Paulo V.subsc. 1609

AGENNENSES *Agen.*

Sub *Burdegalensi.*

Viuianus Concilio.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Antidius Concilio.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Bernardus Concilio.
Tolosano sub Victore II.subsc. 1059
Ianus Fregouse Concilio.
Burdegalensi sub Gregorio XIII.subsc. 1583
Claudius Concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

ALBIENSES *Alby.*

Sub *Bituricensi.*

Sabinus Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Verantius Concilio.
Epaunensi sub Symmacho.subsc. 509
Ambrosius Concilio.

Aurelia

Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Melanius Concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Constantius Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Æmilius Concilio.
Lemouicensi sub Benedicto IX. subsc. 1034
Albericus Concilio.
Gallicano sub Alexandro III. subsc. 1176

ALECTENSES *Alect.*

Sub *Narbonensi.*

Arnaldus Concilio.
Lauaurensi sub Vrbano V. subsc. 1368
Stephanus *Poluerellus* Conciliis.
Narbonensi sub Paulo V. subsc. 1609
Parisiensi sub eodem subsc. 1615

AMBIANENSES, *Amiens.*

Sub *Rhemensi.*

Eulogius Concilio.
Coloniensi sub Iulio I. subsc. 351
Edibius Concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Beatus Concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Bertofredus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Raginarius Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Apud Carissiacum sub Leone IV. subsc. 648
Gilmeradus v. Hilmeradus Conciliis.
Turonensi sub Leone IV. subsc. 849
Vermeriensi II. sub eodem subsc. 853
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II. sub eodem subsc. 860
Orgarius Conciliis.
Rhemensi sub Stephano VII. subsc. 900
Suessionensi sub Sergio III. subsc. 909
Godefredus pro Legato Concilio.
Viennensi sub Paschali II. præfuit. 1112
Antonius *Crechais* Concilio.
Rhemensi sub Pio IV. subsc. 1564
Geoffridus *Martonius* Concilio.
Rhemensi sub Gregorio XIII. subsc. 1583

ANDEGAVENSES, *Angers.*

Sub *Turonensi.*

Eustochius Concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Albinus Concilio.
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Magnebodus Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Dodo Conciliis.
Turonensi sub Leone IV. subsc. 849
Tullensi II. sub Nicolao I. subsc. 860
Lupus Concilio.
Turonensi sub Formoso subsc. 845
Eusebius Concilio.
Rhemensi sub Leone IX. subsc. 1049
Guillelmus Concilio.
Florentino vniu. XVI. sub Eugenio IV. subsc. 1438
Gabriel de Buuerij Concilio.

Trident. vniu. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1563
Guillelmus *Ruzem* Concilio.
Turonensi sub Gregorio XIII. subsc. 1583
Carolus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

ANICISIENSES, vel PODIENSES,

Le Puy.

seu Vellaunenses, *le Velay.*

Sub *Bituricensi.*

Harduicus, seu Arduinus Concilio.
Suessionensi sub Nicolao I. subsc. 866
Stephanus Concilio.
Lemouicensi II. sub Benedicto IX. subsc. 1034
Helias Concilio.
Constantiensi vniu. sub Ioanne XXIII. subsc. 1414

ANTIPOLITANI, *Antibe.*

Nunc Grassenses, *Grasse.*

Agrœcius Concilio.
Agathensi sub Symmacho. subsc. 506
Euarius Concilio.
Aurelianensi IV. sub eodem subsc. 545
Eusebius Concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Optatus Concilio.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Deuterius Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Atibertus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I. subsc. 788
Antonius Concilio.
Florentino vniu. XVI. sub Eugenio IV. subsc. 1438
Augustinus Concilio.
Lateran. vniu. XVIII. sub Iulio II. subsc. 1512
Stephanus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

ANTISIODORENSES, *Auxerre.*

Sub *Senonensi.*

Valerianus Concilio.
Coloniensi sub Iulio I. subsc. 351
Germanus Conciliis.
Gallicano sub Leone I. subsc. 444
Gallicano sub eodem subsc. 446
Theodosius Concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho. 507
Eleutherius Conciliis.
Aurelianensi II. sub Silverio subsc. 536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Aunacharius, seu Auarius Conciliis.
Matisconensi I. sub Pelagio II. subsc. 581
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Antisiodorensi sub Gregorio I. præfuit. 590
Palladius Conciliis.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Heriboldus Concilio.
Turonensi sub Leone IX. subsc. 849
Abbo Conciliis.

Autelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Sabaudus Conciliis.
Arelatensi V.sub Pelagio I præfuit. 554
Parisiensi II.sub eodem præfuit. 559
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Valentino sub eodem subsc. 589
Felix Concilio.
Romano sub Agathone subsc. 680
Elisantus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I.subsc. 788
Ioannes Concilio.
Arelatensi IV.sub Leone III.præfuit. 813
Rodlandus Concilio.
Valentino sub Leone IV.subsc. 855
Rambaldus Concilio.
Toletano sub Victore II.Vicepapæ præfuit. 1056
Gibelinus Conciliis.
Ierosolymitano sub Paschali II.vt Legatus præf. 1107
Apud Pontem Sorgam sub eod. subsc. 1113
Bertrandus *Almaricus* Concilio.
Auenionensi sub Martino IV.præs. 1279
Gosbertus Concilio.
Auenionensi sub Benedicto XII.præs. 1337
Ludouicus Cardinalis Concilio.
Basileensi vniu.sub Eugenio IV.præs. 1442
Petrus de Fuxo Cardinalis Concilio.
Auenionensi sub Calixto III.præfuit. 1457

ARVERNENSES, seu CLARAMONTENSES,

Clairmon en Auuergne.

Euphrasius Conciliis.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Aurelianensi I.sub eod.subsc. 507
Gallos Conciliis.
Aurelianensi II.sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Aruernensi sub eod.subsc. 541
Aurelianensi IV.sub eodem subsc. 545
Aurelianensi V.sub eod.subsc. 552
Cæsarius Concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Stabilis Concilio.
Tullensi II.sub Nicolao I. subsc. 860
Sigo Concilio.
Suessionensi sub Nicolao I.subsc. 866
Rhotieo Concilio.
Lemouicensi 2.sub Benedicto IX.subsc. 1034
Guillelmus *a Prato* Concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Paulo III.subsc. 1545

ATTREBATENSES, *Arras.*

Sub *Rhemensi.*

Magnus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Martinus Concilio.
Constantiensi vniu.sub Ioanne XXIII.subsc. 1414
Franciscus *Ricardotus* concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV. subsc. 1563

AVENIONENSES, *Auignon.*

Olim sub *Arelatensi* facta Metropolis à Sixto IV. sub qua.

1. Carpentoractensis, *Carpentras*, 2. Vasionensis, *Vaisô.*
3. Cauallicensis, *Canaillon*,
Saturninus Concilio.
Romano sub Hilaro subsc. 467

Iulianus Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Antoninus Conciliis.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Arelatensi V.sub Pelagio I.subsc. 554
Ioannes Concilio.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Ragenarus Concilio.
Valentino sub Leone IV.subsc. 855
Hilduinus Concilio.
Tullensi II.sub Nicolao I. subsc. 860
Aubertus Concilio.
Apud Pontem Sorgam sub Paschali II.subsc. 1113
Alanus *Cortinus* Cardinalis Concilio.
Auenionensi sub Calixto III.præfuit. 1457
Antonius Concilio
Lateran.vniu.XVII.sub Iulio II.subsc. 1512
Orlandus concilio.
Lateran.vniu.XVII.sub Leone X.subsc. 1517
Franciscus Maria *Taurusius* Card. concilio.
Auenionensi sub Clemente VIII.præfuit. 1594
Auenticenses *Auenche*, vide Lausanenses.

AVGVSTODVNENSES, seu ÆDVENSES,

Vel Heduenses. *Authun.*

Sub *Lugdunensi.*

Rheticius Conciliis.
Romano sub Melchiade subsc. 313
Arelatensi I. sub Siluestro I.subsc. 314
Simplicius Conciliis.
Sardicensi vniu.sub Iulio I.subsc. 347
Coloniensi sub eod.subsc. 351
Pragmaticus Concilio.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Agrippinus Conciliis.
Aurelianensi II.sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Nectarius Concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Syagrius Conciliis.
Parisiensi II.sub Pelagio I.subsc. 559
Lugdunensi I.sub Ioanne III.subsc. 570
Matisconensi I. sub Pelagio subsc. 582
Lugdunensi sub eod.subsc. 587
Auspicius Concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Ferreolus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Leodegarius concilio.
Augustodunensi sub Adeodato præfuit. 670
Ionas Conciliis.
Vermeriensi II.sub Leone IV.subsc. 853
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Tullensi 2.sub eodem subsc. 860
Luido seu Lindo conciliis.
Suessionensi sub Nicolao I.subsc. 866
Trecensi sub eod.subsc. 867
Aldagarius Concilio.
Romano II.sub Ioan.VIII. subsc. 876
Othilticus Concilio.
Pontfordiensi sub Ioanne XI.subsc. 932

AVRELIANENSES, *Orleans.*

Sub *Parisiensi.*

Diopetus Concilio.
Coloniensi sub Iulio I.subsc. 351

Euortius Concilio.
Valentino sub Damaso I.subsc. 374
Eusebius Concilio.
Aurelianensi 1.sub Symmacho subsc. 507
Prosper Concilio.
Carpentoractensi sub Ioanne II.subsc. 529
Leontius Concilio.
Aurelianensi II.sub Siluerio subsc. 536
Antonius Concilio.
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Marcus Concilio.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Antonius Concilio.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Namantius Conciliis.
Matisconensi 1.sub Pelagio II.subsc. 582
Matisconensi 2.sub eodem subsc. 588
Salinus Concilio.
Aurelianensi sub Martino præfuit. 650
Audo Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Agius Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Turonensi sub Leone IV.subsc. 849
Vermeriensi II sub Leone IV.subsc. 856
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Tullensi II.sub eodem subsc. 860
Suessionensi sub eodem subsc. 866
Raymon Concilio.
Turonensi sub Formoso subsc. 895
Ioannes de *Moruillier* Concilio.
Tridentino vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1563
Gabriel Conciliis.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1612
Parisiensi sub eodem subsc. 1615
Nicolaus *Denets* Concilio.
Parisiensi sub Vrbano VIII.subsc. 1640

AVSCIENSES, seu AVXITANI. *Ausch in Vasconia.*

Metropolis sub qua.

1. Aquensis *Ags.*
2. Conuenarum *Comminges.*
3. Tarbiensis *Tarbe.*
4. Vasatensis *Basas.*
5. Lascariensis *Lascar.*
6. Lectorensis *Lectoure.*
7. Conseranensis *Conserans.*
8. Oleroeensis, *Oleron.*
9. Bayonensis, *Bayone.*
10. Adinensis, *Aire.*

Nicetius Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Tetradius Concilio.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Proculeianus Conciliis.
Aurelianensi 2.sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Nicasius Concilio.
Matisconensi 2.sub Pelagio 2.subsc. 588
Faustus Concilio.
Matisconensi 2.sub Pelagio 2.subsc. 588
Audesicus Concilio.
Rhemensi sub Honorio 1.subsc. 630
Licerius Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Rustindus Concilio.
Iaccitano sub Nicolao I.subsc. 1060
Guillelmus Concilio.
Tolosano sub Alexandro II.subsc. 1068
Amaneus de *Armeniaco* Conciliis.
Auxitano sub Nicolao IV.præfuit. 1290
Auxitano sub Bonifacio VIII.præfuit. 1300
Auxitano sub eodem præfuit. 1301
Auxitano sub Clemente V.præfuit. 1308
Guillelmus de *Flauacuria* Conciliis.
Auxitano Sede vacante præfuit. 1313
Auxitano sub Ioan.XXII.præfuit. 1324
Auxitano sub eodem præfuit. 1326
Arnaldus Concilio.
Lauaurensi sub Vrbano V per Vicarium subsc. 1368

BAIOCENSES *Bayeux.*

Sub *Rothomagensi.*

Leucadius Conciliis.
Aurelianensi IV.sub Vigilio per Vicarium subsc. 545
Aurelianensi V.sub eod.per Vicarium subsc. 552
Ragnebertus Concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Gerebardus Concilio.
Rothomagensi Tempore interregni subsc. 682
VValfridus Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Turonensi sub Leone IV.subsc. 849
Vermeriensi II.sub Leone IV.subsc. 853
Erchembertus Conciliis.
Tullensi sub Nicol.I.subsc. 859
Suessionensi sub eod.subsc. 866
Trecensi sub eod.subsc. 867
Odo Conciliis.
Rothomagensi sub Alexandro II.subsc. 1072
Rothomagensi sub Vrbano II.subsc. 1095
Zanonus Concilio.
Florentino vniu.XVI.sub Eugenio IV.subsc. 1438
Bernardus *de S.François* Concilio.
Rothomagensi sub Gregorio XIII.subsc. 1581
Iacobus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

BAYONENSES, *Bayone.*

Sub *Auxitano.*

Guillelmus *Arnoldi* Concilio.
Constantiensi vniu.sub Ioan.XXIII.subsc. 1414
Bertrandus De chaux Concil.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

BELLICENSES, *Bellay.*

Sub *Bisontino.*

Vincentius Conciliis.
Parisiensi II. sub Pelagio 1.subsc. 559
Lugdunensi 1.sub Ioan.III.subsc. 570
Felix Concilio.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Florentius Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Vincentius Concilio.
Lateran.vniu.XVII.sub Leone X.subsc. 1517
Antonius *à Camera* Concilio.
Trident vniu.XVIII.sub Paulo III.subsc. 1545

BELLOVACENSES, *Beauuais.*

Sub *Rhemensi.*

Hermenfridus Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846

Apud Cariſſiacum ſub Leone IV.ſubſc. 848
Turonenſi ſub eod.ſubſc. 849
Vermerienſi II.ſub eod.ſubſc. 853
Tullenſi II.ſub Nicolao I.ſubſc. 860
Odo v.Ado Concilio.
Sueſſionenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 666
Honoratus Concilio.
Rhemenſi ſub Stephano VII.ſubſc. 900
Erlumus Concilio.
Sueſſionenſi ſub Sergio III.ſubſc. 909
Hildegarius Concilio.
Apud S.Theodericum ſub Ioanne XI.ſubſc. 933
Guillelmus Concilio.
Romano 2.ſub Gregorio VII.ſubſc. 1074
Nicolaus *Fumée* Concilio.
Rhemenſi ſub Gregorio XIII.ſubſc. 1583
R. *Pottier* Concilio.
Pariſienſi ſub Paulo V.ſubſc. 1615
Bigorritani vide *Tarbenſes.*

BIZONTINI, ſeu VESONTIONENSES, *Beſançon.*

Metropolis ſub qua.

1.Baſilienſis, *Baſle*, 2.Lauſanenſis, *Lauſane.*
3. Bellicenſis *Bellay.*
Claudius Concilio.
Epaunenſi ſub Symmacho ſubſc. 509
Vibicus Concilio.
Aruernenſi II.ſub Vigilio ſubſc. 549
Tetradius Concilio.
Lugdunenſi 1.ſub Ioan.III.ſubſc. 570
Silueſter Conciliis.
Matiſconenſi I.ſub Pelagio II.ſubſc. 582
Matiſconenſi II.ſub eodem ſubſc. 588
Donatus Conciliis.
Rhemenſi ſub Honorio I.ſubſc. 630
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Ardoicus Conciliis.
Tullenſi ſub Nicolao I ſubſc. 859
Tullenſi II.ſub eodem ſubſc. 860
Hugo Concilio.
Auguſtodunenſi ſub Victore II.ſubſc. 1055
Theobaldus Concilio.
Conſtantienſi ſub Ioan.XXIII.ſubſc. 1414

BITTERRENSES, *Beziers.*

Sub *Narbonenſi.*

Sedatius Conciliis.
Toletano III.ſub Pelagio II.ſubſc. 630
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Creſcitarus Concilio.
Toletano XIII.ſub Leone II.ſubſc. 683
Paeotaſia Concilio.
Toletano XV.ſub Sergio ſubſc. 688
Eruigius Concilio.
Toletano XVI ſub Sergio ſubſc. 693
VVlſegurius Conciliis.
Narbonenſi ſub Adriano I.per Vicar.ſubſc. 788
Bernardus Concilio.
Toloſano ſub Victore II.ſubſc. 1056
Guillelmus Concilio.
Lanaurenſi ſub Innocentio III.ſubſc. 1213
Hugo Concilio.
Lanaurenſi ſub Vrbano V.ſubſc. 1368

BITVRICENSES, *Bourges en Berry.*

Metropolis ſub qua.

1.Claromontenſis *Clairmont*, 2.Lemouicenſ. *Limoges.*
3.Rutenenſis *Rhodez*, 4.Mimatenſis *Mendes.*
5.Albienſis *Alby*, 6.Caſtrenſis *Caſtres.*
7.Anicienſis *le Puy*, 8.Cadurcenſis *Cahors.*
9.Vabrenſis *Vabres*, 10.Turellenſis *Tulle.*
11.S. Flori *S.Flour.*
Leo Conciliis.
Andegauenſi ſub Leone I.ſubſc. 453
Turonenſi ſub Simplicio ſubſc. 482
Terradius Conciliis.
Agathenſi ſub Symmacho ſubſc. 506
Aurelianenſi 1.ſub eod.ſubſc. 507
Sulpitius Concilio.
Aruernenſi ſub Hormiſda præfuit. 520
Honoratus Concilio.
Aurelianenſi II.ſub Siluerio ſubſc. 536
Arcadius Concilio.
Aurelianenſi III.ſub Vigilio ſubſc. 540
Honoratus Concilio.
Aruernenſi ſub Vigilio ſubſc. 541
Deſideratus Conciliis.
Aruernenſi II.ſub Vigilio ſubſc. 549
Aurelianenſi.V. ſub eod.ſubſc. 552
Probianus Conciliis.
Pariſienſi II.ſub Pelagio I.ſubſc. 559
Pariſienſi 3.ſub Ioan.III.præfuit. 562
Felix Conciliis.
Pariſienſi III.ſub Ioan.III.ſubſc. 561
Turonenſi ſub eod. ſubſc. 570
Remigius Concilio.
Matiſconenſi 1.ſub Pelagio II.ſubſc. 582
Sulpitius Conciliis.
Matiſconenſi 2.ſub eodem ſubſc. 588
Aruernenſi ſub eod.præfuit. 588
Vfulendus, ſeu Vilfrodus Concilio.
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Rodulphus Conciliis.
Pariſienſi ſub Sergio II.ſubſc. 846
Tullenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 859
Tullenſi II.ſub eod.ſubſc. 860
VVlfadus Concilio.
Trecenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 867
Gauzelinus, ſeu Æmo Conciliis.
Lemouicenſi ſub Ioan.XVIII.præfuit. 1029
Bituricenſi ſub Benedicto IX.præfuit. 1034
Lemouicenſi II.ſub Benedicto IX.præfuit. 1034
Aymo Concilio.
Toloſano ſub Alexandro II.ſubſc. 1068
Richardus Concilio.
Santonenſi ſub Gregorio VII.ſubſc. 1080
Simon de bello Loco Cardinalis Conciliis.
Bituricenſi Sede vacante vt Legatus præfuit. 1276
Bituricenſi ſub Honorio IV.præfuit. 1286
Guillelmus Concilio.
Conſtantienſi ſub Ioanne XXIII.ſubſc. 1414
Reginaldus *de Beaulre* Concilio.
Bituricenſi ſub Gregorio XIII.ſubſc. 1584
Andræas Concilio.
Pariſienſi ſub Paulo V.ſubſc. 1615

BRIOCENSES, *S. Brieu.*

Sub *Turonenſi.*

Nicolaus Langelier Concilio.
Turonenſi ſub Gregorio XIII.ſubſc. 1583
Bolonienſes *Bologne ſur mer*, vide Morinenſes.

BVRDEGALENSES, *Bourdeaux*

Metropolis ſub qua.

1 Pictauienſis *Poitiers*, 2.Engoliſmenſ. *Engoleſme.*

3. Agennensis *Agen*, 4. Sanctonens. *Sainctes*.
5. Petragoricens. *Perigueux*, 6. Condomiens. *Condom*.
7. Malleacensis *Maillezay*, 8. Lucionensis *Luçon*.
9. Sarlatensis *Sarlat*.

Orientalis Concilio.
Arelatensi I. sub Siluestro I. subsc. 314
Delphinus Concilio
Cæsaraugustano sub Damaso I. subsc. 381
Cyprianus Conciliis
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Aurelianensi I. sub eodem subsc. 507
Leontius Conciliis.
Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V. sub eod. subsc. 552
Parisiensi II. sub Pelagio I. subsc. 559
Parisiensi 3. sub Ioanne III. subsc. 561
Sanctonensi sub eod. præfuit. 566
Berterannus Concilio.
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Frotarius Conciliis.
Tullensi II. sub Nicolao I. subsc. 860
Suessionensi sub eodem subsc. 866
Trecensi sub eod. subsc. 867
Protadius concilio.
Pontigonensi sub Ioanne VIII. subsc. 876
Iosselinus, seu Gosselinus Conciliis.
Burdegalensi sub Gregorio VII. præfuit. 1073
Santonensi sub eod. subsc. 1080
Amatus in Conc.
In Santonensi sub Vrbano II. factus Episcop. 1089
Gaufredus vel Lanfredus *de Oratorio* Conciliis.
Rhemensi sub Eugenio III. subsc. 1148
Baugentiaci sub eod. subsc. 1151
Getardus Conciliis.
Campiniacensi sub Gregorio IX. præfuit. 1238
Burdegalensi sub Alexandro IV. præfuit. 1255
Rossiacensi sub eod. præfuit. 1256
Petrus Concilio.
Burdegalensi sub Alexandro IV. præfuit. 1260
Bertrandus *de Gouth* Concilio.
Ruffacensi Sede vacante præfuit. 1304
Antonius *Preuotius Sansacus* Concilio.
Burdegalensi sub Gregorio XIII. subsc. 1583

CABILONENSES, *Chalon*.

Sub *Lugdunensi*.

Donatianus Concilio.
Coloniensi sub Iulio I. subsc. 358
Siluester Concilio.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Agricola conciliis.
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV. sub eodem subsc. 545
Aruernensi 2. sub eod. subsc. 549
Aurelianensi V. sub eod. subsc. 552
Parisiensi 2. sub Pelagio I. subsc. 559
Lugdunensi 1. sub Ioan. III. subsc. 570
Flauius Conciliis.
Matisconensi I. sub Pelagio II. subsc. 582
Lugdunensi 2. sub eod. subsc. 587
Matisconensi II. sub eod. subsc. 588
Valentino sub eod. subsc. 589
Gratus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Goldelsadus Conciliis.
Vermeriensi 2. sub Leone IV. subsc. 853
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II. sub eodem subsc. 860

Aicardus concilio.
Augustodunensi sub Victore II. subsc. 1055

CADVRCENSES *Cahorsen Quercy*.

Sub *Bituricensi*.

Boetius Conciliis.
Agathensi sub Symmacho. subsc. 506
Aurelianensi I. sub eodem subsc. 507
Sustrarius conciliis.
Aurelianensi II. sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV. sub eod. subsc. 545
Leucadius Maximus concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Vrsinus concilio.
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Rusticus concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Deusdedit concilio.
Lemouicensi 1. sub Benedicto IX. subsc. 1034
Antonius *Herbrardus Sansulpitius* concilio.
Bituricensi sub Gregorio XIII. subsc. 1584

CAMERACENSES, *Cambray*.

Sub *Rhemensi*.

Facta Archiepiscopalis an. 1562.

Bertoaldus Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Hildoualdus concilio.
Nouiomensi sub Leone III. subsc. 814
Theodoricus conciliis.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Apud Carisiacum sub Leone IV. subsc. 848
Ioannes Conciliis.
Suessionensi sub Nicolao I. subsc. 866
Trecensi sub eod. subsc. 867
Dodilo concilio.
Narbonensi sub Adriano I. subsc. 900
Stephanus conciliis.
Suessionensi sub Sergio III. subsc. 909
Trosleiano sub Ioanne X. subsc. 924
Fulbertus concilio.
Engelenheimensi sub Agapeto II subsc. 948
Maximilianus vt Archiepiscopus concilio.
Cameracensi sub Pio IV. præfuit. 1565

CARCASSONENSES, *Carcassone*

Sub *Narbonensi*.

Sergius Conciliis.
Toletano III. sub Pelagio II. subsc. 589
Narbonensi sub eod. subsc. 589
Solemnius Concilio.
Toletano IV. sub Honorio I. subsc. 633
Elpidius Concilio.
Toletano V. sub Honorio I. subsc. 636
Siluester Concilio.
Toletano VIII. sub Martino I. subsc. 653
Stephanus concilio.
Toletano XIII. sub Leone II. subsc. 683
Hiseepi Concilio.
Narbonensi sub Adriano I. subsc. 788
Eutus concilio.
Tullensi II. sub Nicolao I. subsc. 860
Theobaldus Concilio.

Constao

Constantiensi sub Ioanne XXIII. subsc. 1414
Christophorus de l'Estang Concilio.
Narbonensi sub Paulo V. subsc. 1609
I. de l'Estang Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

CARNOTENSES, Chartres en Beausse.

Olim sub *Senonensi*, nunc sub *Parisiensi*.

Ætherius Conciliis.
Aurelianensi 2. sub Silverio subsc. 536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV. sub eodem subsc. 545
Leobinus Concilio.
Parisiensi 2. sub Pelagio I. subsc. 569
Chalectricus Conciliis.
Parisiensi 3. sub Ioanne III. subsc. 565
Turonensi II. sub eod. subsc. 570
Pappulus Concilio.
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Bertegiselus Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Malardus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Aitadus Concilio.
Rothomagensi Tempore interregni Pont. subsc. 682
Elias Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Turonensi sub Leone IV. subsc. 849
Valentino sub eod. subsc. 855
Gilbertus Conciliis.
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II. sub eod. subsc. 860
Suessionensi sub eod. subsc. 866
Trecensi sub eod. subsc. 867
Ino Concilio.
Stampensi sub Paschali II. subsc. 1112
Ranxedus Concilio.
Trecensi sub Honorio II. subsc. 1127
Gandefridus Conciliis.
Iotrino sub Innoc. II. vt Legat. præs. 1130
Pisano sub eod. subsc. 1134
Ioan. de Tetigniaco Concilio.
Parisiensi sub Martino V. subsc. 1428
Philippus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1612
P. *Euraud* Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615
Leonorius *d'Estampes* Concilio.
Parisiensi sub Vrbano VIII. subsc. 1640

CARPENTORACTENSES, Carpentras.

Sub *Auenionensi*.

Iulianus Conciliis.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Arelatensi 3. sub Ioanne I. subsc. 524
Arausicano 2. sub Felice IV. subsc. 529
Carpentoractensi sub Ioanne II. subsc. 529
Clematius Conciliis.
Aurelianensi IV sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V. sub eod. subsc. 552
Parisiensi 2. sub Pelagio I. subsc. 559
Boethius Conciliis.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Valentino sub eod. subsc. 589
Amatus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I. subsc. 788

Hugo Concilio.
Auenionensi sub Benedicto XII. subsc. 1337

CATALAUNENSES, Chaalons en Champagne

Sub *Rhemensi*.

Amandinus seu Amandus Concilio.
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Lupus Concilio.
Aruernensi sub Vigilio subsc. 541
Felix Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Lupus Concilio.
Apud Carissiacum sub Leone IV. subsc. 848
Ercanraus Conciliis.
Tullensi 2. sub Nicolao I. subsc. 860
Suessionensi sub eodem subsc. 866
Trecensi sub eod. subsc. 867
Mancio Concilio.
Rhemensi sub Stephano I. subsc. 900
Rethaldus Concilio.
Suessionensi sub Sergio III. subsc. 909
Gibuinus Concilio.
Meldensi sub Ioanne XII. subsc. 962
Guillelmus Conciliis.
Suessionensi sub Innoc. II. subsc. 1139
Senonensi sub eod. subsc. 1140
Hieronymus *Burgensis* Conciliis.
Trident. vniu. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1563
Rhemensi sub eod. subsc. 1564
Cosmus *Clausse* Concilio.
Rhemensi sub Gregor. XIII. subsc. 1583
Cyrus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

CAVALLICENSES, Cauaillon.

Sub *Auenionensi*.

Philagrius Conciliis.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Arelatensi III. sub Ioanne I. subsc. 524
Arausicano II. sub Felice IV. subsc. 529
Carpentoractensi sub Ioanne II. subsc. 529
Prætextatus Conciliis.
Aurelian. V. sub Vigilio subsc. 552
Arelatensi V. sub Pelagio I. subsc. 554
Parisiensi II. sub eod. subsc. 559
Veranus Concilio.
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Lupus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I. subsc. 788
Petrus Concilio.
Florentino vniu. XVI. sub Eugenio IV. subsc. 1438
Ioannes Baptista Concilio.
Lateran. vniu. XVII. sub Iulio II. subsc. 1512

CENOMANENSES, le Mans.

Sub *Turonensi*.

Victorius Concilio.
Andegauensi sub Leone I. subsc. 453
Victurius Concilio.
Turonensi sub Simplicio subsc. 482
Principius Concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Innocentius Concilio.
Aruernensi IV. sub Vigilio subsc. 545

Domnulus

Domnulus Concilio.
Turonensi 2.sub Ioanne III.subsc. 570
B.Laudigilus Concilio.
Matisconensi 2.sub Pelagio II.subsc. 588
Chadoaldus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Aldricus Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Turonensi sub Leone IV.subsc 849
Robertus Conciliis.
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Suessionensi sub eod.subsc. 866
Mainoldus Concilio.
Turonensi sub Formoso subsc. 895
Ioannes Concilio.
Turonensi sub Nicolao V.subsc. 1448
Carolus *de Angennes* Concilio.
Trident. vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1563
Claramontenses vide *Aruernenses.*

CONFERANENSES, seu CONSERANENSES.

Conferans ou *Conzerans.*

Sub *Auxitano.*

Glycerius Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Theodorus Concilio.
Aurelianensi V.sub Vigilio per Vicarium subsc. 552
Francolinus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I.subsc. 788
Bernardus Conciliis.
Tolosano sub Alexandro II.subsc. 1068
Tolosano sub Victore II.subsc. 1056

CONSTANTIENSES, *Coutance en Normandie.*

Sub *Rothomagensi.*

Leontianus Concilio.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Lauto Conciliis.
Aurelianensi II.sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV.sub Vigilio per Vicarium subsc. 545
Aurelianensi V.sub eod. subsc. 552
Chaeribonus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Erloinus Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Vermeriensi 2.sub Leone IV.subsc. 853
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Iosfridus Concilio.
Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1049
Radulphus Concilio.
Rothomagensi sub Vrbano II.subsc. 1095

CONVENIENSES, *Comminges.*

Sub *Auxitano.*

Suanis Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Præsidius Conciliis.
Aurelianensi 2.sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Rufinus Concilio.
Matisconensi 1.sub Pelagio II.subsc. 588

Bernardus Concilio.
Tolosano sub Victore II.subsc. 1056
Guillelmus Concilio.
Tolosano sob Alexandro II.subsc. 1068
Bernardus Concilio.
Lauaurensi sub Vrbano V.subsc. 1368
Petrus *de Allebret* Concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1583
Ægidius Concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

CORISOPITENSES, *Cornoüalle.*

Sub *Turonensi.*

Stephanus *Boucher* Concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1563
Carolus *du Liscoet* Concilio.
Turonensi sub Gregorio XIII.subsc. 1583

DIENSES, *Die.*

Sub *Viennensi.*

Nicasius Concilio.
Nicæno vniu.I.sub Siluestro I.subsc. 325
Lucretius Conciliis.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V.sub eod.per Vicarium subsc. 552
Parisiensi II. sub Pelagio II.subsc. 559
Lugdunensi 1.sub Ioan.III.subsc. 570
Paulus Concilio.
Matisconensi 2.sub Pelagio II.subsc. 588
Desideratus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I.subsc. 788
Hugo vt Legatus Sedis Apostolicæ Conciliis.
Burdegalensi sub Gregorio VII.præfuit. 1079
Santonensi sub eod.præfuit. 1080
Lugdunensi sub Gregorio VII.præfuit. 1080
Meldensi sub eodem præfuit. 1080
Lingonensi sub eod.præfuit. 1080
Senonensi sub eod.præfuit 1080
Auenionensi sub eod.præfuit. 1080
Exoldunensi sub eod.præfuit. 1081

DINIENSES, seu DIVIENSES.

Digne.

Sub *Ebredunensi.*

Pentadius Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Auentius Concilio.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Seculatius Concilio.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Hilarius Conciliis.
Aruernensi sub Vigilio subsc. 549
Arelaten V.sub Pelagio I.subsc. 554
Aredius seu Heraclius Conciliis.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Parisiensi II.sub Pelagio I.subsc. 559
Matisconensi 1.sub Pelagio 2.subsc. 582
Elzearius Concilio.
Auenionensi sub Benedicto XII.subsc. 1337
Petrus Concilio.
Florentino vniuers.XVI.sub Eugenio IV. subsc. 1438
Franciscus Concilio.
Lateran.vniu.XVII.sub Iulio II.subsc. 1512

DOLENSES.

DOLENSES, *Dol en Bretagne.*

Sub *Turonensi.*

VVigrinus Episcopus creatus io Concilio.
Trecensi sub Paschali II. 1107
Stephanus Concilio.
Constantiensi sub Ioan. xxIII. subs. 1414
Carolus *d'Espinay* Conciliis.
Trident. vniu. xvIII. sub Pio Iv. subsc. 1563
Turonensi sub Gregorio xIII. subsc. 1583

EBREDVNENSES, *Embrum.*

Metropolis sub qua.

1. Diniensis, *Digne*, 2. Grassensis, *Grasse.*
3. Veneiensis, *Vence*, 4. Glaudeuensis, *Glandeuez.*
5. Senetensis, *Senez*, 6. Niciensis, *Nice.*
Ingenuus Concilio.
Romano sub Hilaro subsc. 467
Catulinus Concilio.
Epaonensi sub Symmacho subsc. 509
Gallicanus Conciliis.
Aurelianensi Iv. sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V. sub Vigilio per Vicarium subsc. 552
Emeritus Concilio.
Matisconensi 2. sub Paschali II. subsc. 588
Etherius Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Bernardus Concilio.
Apud Montem Pessulanum sub Innoc. III. subsc. 1215
Bertrandus Concilio.
Auenionensi sub Benedicto xII. subsc. 1337
Guillelmus *d'Auason* Concilio.
Trident. vniu. xvIII. sub Pio Iv. subsc. 1563
Guillelmus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

EBROICENSES, *Eureux.*

Sub *Rothomagensi.*

Maurusius Concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Lucinius Concilio.
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Valerius Concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Laban Concilio.
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Ragnericus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Aquilinus Concilio.
Rothomagensi Tempore interregni subsc. 682
Isembertus Conciliis.
Vermeriensi II. sub Leone Iv. subsc. 853
Tulleosi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II. sub eod. subsc. 860
Balduinus Concilio.
Suessionensi sub Nicolao I. subsc. 866
Hilduinus Concilio.
Trecensi sub Nicolao I. subsc. 867
Gislebertus Conciliis.
Rothomagensi sub Alexandro II. subsc. 1072
Rothomagensi sub Vrbano II. subsc. 1095
Guillelmus Concilio.
Constantiensi vniu. sub Ioanne XXIII. subsc. 1414
Gabriel *le Veneur* Concilio.
Tridentino vniu. XVIII. sub Pio Iv. subsc. 1563

Claudius de *Saintes* Concilio.
Rothomagensi sub Gregorio XIII. subsc. 1581

ELOSENSES, seu ELVANI, *Eause.*

Olim Metropolis Ausciorum.

Clarus Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Aspasius Conciliis.
Aurelianensi Iv. sub Vigilio subsc. 545
Aruernensi II. sub eod. subsc. 549
Aurelianensi V. sub eod. subsc. 552
Senoens Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630

ELVENSES, *Eaule.*

Sub *Narbonensi.*

Arnaldus Concilio.
Tolosano sub Victore II. subsc. 1056

ENGOLISMENSES, *Engolesme.*

Sub *Burdegalensi.*

Lupicinus Conciliis.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Aurelianensi 2. sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi IV. sub Vigilio per Vicarium subsc. 545
Namantius Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Helias Concilio.
Suessionensi sub Nicolao I. subsc. 866
Robo Concilio.
Lemouicensi II. sub Benedicto Ix. subsc. 1094
Gerardus Concilio.
Lateran. I. sub Paschali II. subsc. 1112
Carolus *de Bony* Concilio.
Burdegalensi sub Gregorio XIII. subsc. 1583

S. FLORI, *S. Flour.*

Sub *Bituricensi.*

Petrus *de la Baume* Concilio.
Bituricensi sub Gregorio XIII. subsc. 1584
C. *Noailles* Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

FOROIVLIENSES, *Freius,*

Sub *Aquensi*

Victorinus Concilio.
Agatheosi sub Symmacho per Vicarium subsc. 506
Desiderius Concilio.
Aurelianensi IV. sub Vigilio per Vicarium subsc. 545
Expectatus Conciliis.
Aurelianensi V. sub Vigilio per Vicar. subsc. 552
Arelatensi V. sub Pelagio I. subsc. 554
Parisiensi II. sub eodem subsc. 559
Betto Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Bartholomæus Conciliis.
Auenionensi sub Benedicto XII. subsc. 1337
Bartholomæus Concilio.
Aquensi sub Paulo V. subsc. 1612

O GABALI

GABALITANI, seu MIMATENSES,
Mende.

Sub *Bituricensi.*

Genialis Concilio.
Arelatensi I. sub Siluestro I. subsc. 314
Leonicus Concilio.
Agathensi sub Symmacho per Vicarium subsc. 506
Hilarius Concilio.
Aruernensi I. sub Vigilio subsc. 545
Euantius Concilio.
Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc. 545
Agricola Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Ragamundus Concilio.
Lemouicensi 2. sub Benedicto IX. subsc. 1034

GENEVENSES, seu GEBENNENSES,
Geneue.

Seu *Viennensi.*

Maximus Concilio.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Pappulus Concilio.
Aurelianensi V sub Vigilio per Vicar. subsc. 552
Salonius Concilio.
Lugdunensi I. sub Ioan. III. subsc. 570
Cariatho Conciliis.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Valentino sub eodem subsc. 589
Paulus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Artusios Concilio
Lateran. vniu. II. sub Alexandro III. subsc. 1179
Ioannes Concilio.
Constantiensi sub Ioanne XXIII. subsc. 1414
Franciscus Concilio.
Basileensi sub Eugenio IV. subsc. 1431
Franciscus *Bachodius* Concilio.
Tridtor. vniu. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1563

GLANDETENSES, seu GLANDEVENSES,
Glandeuez.

Sub *Ebredunensi.*

Claudius Concilio.
Aurelianensi IV. sub Vigilio per Vicarium subsc. 545
Basilius Conciliis.
Aruernensi sub Vigilio subsc. 549
Aurelianensi V. sub eod. subsc. 552
Agrerius Concilio.
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Iacobus Concilio.
Auenionensi sub Benedicto XII. subsc. 1337
Hisnandus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615
Grassenses, vide Antipolitani.

GRATIANOPOLITANI, *Grenoble.*

Sub *Viennensi.*

Dominus Concilio.
Aquileiensi sub Damaso I. subsc. 381

Victurios Concilio.
Epaonensi sub Symmacho subsc. 509
Vrsulus Concilio.
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Syagrius Concilio.
Lugdunensi I. sub Ioan. III. praefuit. 570
Esitius Conciliis.
Matisconensi I. sub Pelagio II. subsc. 582
Lugdunensi 2. sub eod. subsc. 587
Matisconensi 2. sub eod. subsc. 588
Valentino sub eodem subsc. 589
Clarus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Ebbo Conciliis.
Valentino sub Leone IV. subsc. 855
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Lingonensi sub eod. subsc. 859
Tullensi II. sub eodem subsc. 860
Isaac Concilio.
Viennensi sub Formoso subsc. 892
S. Hugo in Concilio.
Auenionensi creatus Episcopus. 1080
Viennensi sub Paschali II. subsc. 1112
Anitiensi sub Innocentio I. subsc. 1130
Stampense sub eodem subsc. 1130
Ioannes Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

LASCARIENSES, *Lascar.*

Sub *Auxitano.*

Gregorius Concilio.
Tolosano sub Alexandro II. subsc. 1068
Otto Concilio.
Lauaurensi sub Vrbano V. subsc. 1368
I. *de Saletes* Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

LAVDVNENSES, *Laon.*

Sub *Rhemensi.*

Hainoldus Concilio.
Rhemensi sub. Honorio I. subsc. 630
Simeon Concilio.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Pardulus Conciliis.
Apud Carisiacum sub Leone IV. subsc. 848
Turonensi sub eod. subsc. 849
Vermeriensi II. sub eod. subsc. 853
Hincmarus Conciliis.
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II. sub eod. subsc. 860
Suessionensi sub eod. subsc. 866
Trecensi sub eod. subsc. 867
Trecensi sub Ioanne VIII. subsc. 878
Hedenulphus Concilio.
Trecensi sub Ioanne VIII. subsc. 878
Rodulphus Conciliis.
Rhemensi sub Stephano VII. subsc. 900
Suessionensi sub Sergio III. subsc. 909
Engilenheimensi sub Agapeto II. subsc. 948
Treuirensi sub eod. subsc. 948
Rhorico Concilio.
Meldensi sub Ioanne XII. subsc. 962
Beniaminus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

LAVSANENSES

LAVSANENSES, *Lausane.*

Seu Auenticenses Sedes Lausanam translata ann. 590.

Sub *Bisuntino.*

Superius Concilio.
Aruernensi sub Vigilio subsc. 541
Marius Concilio.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Atticus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664

LECTORENSES, *Lectoure.*

Sub *Ausciensi.*

Vigilius Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Faustus Concilio.
Aurelian. V. sub Vigilio subsc. 552
Raymundus Concilio.
Tolosano sub Alexandro II. subsc. 1068
Guillelmus *de Montbas* Concilio.
Trident. vniu. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1563

LEMOVICENSES, *Limoges.*

Sub *Bituricensi.*

Ruricius Conciliis.
Aruernensi sub Vigilio subsc. 541
Aurelianensi IV. sub eod. subsc. 545
Aurelianensi V. sub Vigilio per Vicarium subsc. 552
Ferreolus Concilio.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Felix Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Stodilo Concilio.
Tullensi II. sub Nicolao I. subsc. 860
Aldo Concilio.
Suessionensi sub Nicolao I. subsc. 866
Iordanus Conciliis.
Pictauiensi sub Ioan. XVIII. subsc. 1015
Lemouicensi II. sub Benedicto XI. subsc. 1034
Ioannes de *l'Aubespine* Concilio.
Bituricensi sub Gregorio XIII. subsc. 1584

LEONENSES, *S. Paul de Leon.*

Sub *Turonensi.*

Guillelmus *le Ferron* Concilio.
Florentino vniuers. XVI. sub Eugenio IV. subsc. 1438
Rollandus *de Neufuille* Concilio.
Turonensi sub Gregorio XIII. subsc. 1583

LEODIENSES, *Liege.*

Sub *Coloniensi.*

VValcandus Concilio.
Aquisgranensi sub Paschali I. subsc. 817
Leucorum, vide *Tullenses.*

LEXOVIENSES, *Lisieux.*

Sub *Rothomagensi.*

Lithardus Concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Theodobaudus Concilio.
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Sabaudus Concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Launobodis Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Freculphus Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Turonensi sub Leone IV. subsc. 849
Airardus Conciliis.
Vermeriensi 2. sub Leone IV. subsc. 853
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Herbertus Concilio.
Rhemensi sub Leone I. subsc. 1049
Hugo Concilio.
Rothomagensi sub Alexandro II. subsc. 1072
Gislebertus Concilio.
Rothomagensi sub Vrbano II. subsc. 1095

LOMBARIENSES, *Lombex.*

Sub *Tolosano.*

Arnolphus Concilio.
Turonensi sub Alexandro III. subsc. 1163
Ioannes *Vasse* Conc.
Rothomagensi sub Gregorio XIII. subsc. 1581
Franciscus de *Medani* Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

LINGONENSES, *Angers.*

Sub *Rothomagensi.*

Desiderius Conciliis.
Sardicensi sub Paulo I. subsc. 347
Coloniensi sub eod. subsc. 351
Gregorius Conciliis.
Epaonensi sub Symmacho subsc. 509
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aruernensi sub eod. subsc. 541
Terricus Conciliis.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Parisiensi II. sub Pelagio I. subsc. 559
Lugdunensi I. sub Ioan. III. subsc. 570
Mummolus Conciliis.
Matisconensi I. sub Pelagio II. subsc. 581
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Bertoaldus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Theuboldus Conciliis.
Apud Carisiacum sub Leone IV. subsc. 848
Vermeriensi II. sub eodem subsc. 853
Isaac Conciliis.
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II. sub eodem subsc. 860
Hugo Concilio.
Rhemensi sub Leone IX. subsc. 1049
Sebastianus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

LODEVENSES, *Lodeue.*

Sub *Narbonensi.*

Maternus Concilio.
Agathensi sub Symmacho. subsc. 506
Deuterius Concilio.
Aruernensi sub Vigilio subsc. 541
Agrippinus Conciliis.

Toletano III sub Pelagio II.subsc. 589
Narbonensi sub eodem subsc. 589
Anatolius Concilio.
Toletano IV.sub Honorio I.subsc. 633
Asemundus Concilio.
Toletano XIII.sub Leone II.subsc. 683
Rostagnus Concilio.
Tolosano sub Victore II.subsc. 1056
Petrus Concilio.
Lauarensi sub Vrbano V.subsc. 1368
Gullemus Concilio.
Lauarensi sub Vrbano V.subsc. 1368

LVGDVNENSES, *Lyon.*

Metropolis sub qua.

1. Augustodunensis, *Authun*, 2. Matisconensis, *Mascon.*
3. Cabilonensis, *Chalon.*

Irenæus Concilio.
Gallico sub Victore I.præfuit. 198
Faustinus Concilio.
Lugdunensi sub Stephano præfuit. 258
Verissimus Concilio.
Sardicensi vniu.sub Iulio I.subsc. 347
Iustus vt Legatus Gallorum Concilio.
Aquileiensi sub Damaso I.subsc. 381
Eucherius Senior concilio.
Arausicano I.sub Leone I.subsc. 441
Patiens Concilio.
Lugdunensi sub Simplicio præfuit. 475
Cabilonensi sub Symmacho præfuit. 500
Viuentiolus Conciliis.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Lugdunensi sub Hormisda præfuit. 517
Eucherius Iunior Conciliis.
Arelatensi 3.sub Ioanne I subsc. 524
Arausicano II.sub Felice IV.subsc. 529
Carpentoractensi sub eodem subsc. 529
Lupus Concilio.
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Sacerdos Concilio.
Aurelianensi V.sub Vigilio præfuit. 552
Nicetius Concilio.
Lugdunensi I.sub Ioan.III.præfuit. 570
Priscus Conciliis.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Lugdunensi sub eod.subsc. 587
Matisconensi 2.sub eod.subsc. 588
Valentino sub eod.subsc. 589
Theodoricus Concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Gaudericus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Remigius Conciliis.
Valentino sub Leone IV.subsc. 855
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Lingonensi sub eod.præfuit. 859
Tullensi II.sub eod.subsc. 860
Suessionensi sub eod.subsc. 866
Aurelianus Concilio.
Cabilonensi sub Stephano V.præfuit. 887
Viennensi sub Formoso subsc. 892
Guido Concilio
Trenorchiano sub Martino III.præfuit. 944
Ayleanardus Concilio.
Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1049
Gaufredus Concilio.
Augustodunensi sub Victore II.subsc. 1055
Gilbertus Concilio.
Gallicano sub Alexandro III.subsc. 1176

MACLOVIENSES, *S. Malo.*

Sub *Turonensi.*

Robertus Concilio.
Turonensi sub Nicolao V.subsc. 1176

MAGALONENSES, *Magalone.*

Nunc Montis Pessulani *Montpellier.*

Sedes translata anno 1536.

Sub Narbonensi.

Boetius Conciliis.
Toletano III.sub Pelagio II.subsc. 589
Narbonensi sub eodem subsc. 589
Genesius Conciliis.
Toletano sub Gregorio I.subsc. 607
Toletano IV.sub Honorio I.subsc. 633
Vincentius Concilio.
Toletano XIII.sub Leone II.subsc. 683
Ioannes Concilio.
Narbonensi sub Adriano I.subsc. 788
Arnaldus Concilio.
Tolosano sub Victore II.subsc. 1056
Petrus *Fenouilletus* Concilio.
Narbonensi sub Paolo V.subsc. 1609

MASSILIENSES, *Marseille.*

Sub *Arelatensi.*

Proculus Conciliis.
Aquileiensi sub Damaso I.subsc. 381
Taurinatensi sub Siricio subsc. 397
Theodorus Concilio.
Matisconensi 2.sub Pelagio II.subsc. 588
Ludouicus Concilio.
Basileensi sub Eugenio IV.subsc. 1442
Claudius Concilio.
Lateran.vniu.VII.sub Iulio II.subsc. 1512

MATISCONENSES, *Mascon.*

Sub *Lugdunensi.*

Placidus Conciliis.
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi V.sub eod.subsc. 552
Parisiensi II. sub Pelagio II.subsc. 559
Cœlodonius Concilio.
Lugdunensi I.sub Ioan.III.subsc. 570
Eusebius Conciliis.
Matisconensi I.sub Pelagio II.subsc. 582
Lugdunensi a.sub eod.subsc. 587
Matisconensi II.sub eod.subsc. 588
Valentino sub eod.subsc. 589
Deodatus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Braindicus Conciliis.
Vernериensi II sub Leone IV.subsc. 853
Tullensi II.sub Nicolao I.subsc. 860
Bernardus Concilio.
Suessionensi sub Nicolao I.subsc. 866

MAVRIANENSES, *S.Iean de Maurienne.*

Sub *Viennensi.*

Isouius Concilio.

Ma isco

Matisconensi I.sub Pelagio II.subsc. 581
Leborius Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Abbo Concilio.
Tulleusi 2.sub Nicolao I.subsc. 860

MELDENSES, *Meaux.*

Olim sub *Senonensi* nunc sub *Parisiensi.*

Aspasius Concilio.
Aurelianensi II.sub Siluerio subsc. 536
Cronopius Concilio.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 555
Medoucchua Concilio.
Parisiensi 2.sub Pelagio I.subsc. 559
Gondoaldus concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 650
Hibernus Conciliis.
Turonensi sub Leone IV.subsc. 849
Vermeriensi II.sub eod.subsc. 853
Hildegarius Conciliis.
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Tullensi II.sub eod.subsc. 860
Suessionensi sub eod.subsc. 866
Trecensi sub eod.subsc. 867
Angelrannus concilio.
Rhemensi sub Stephano I.subsc. 900
Huberrus concilio.
Suessionensi sub Sergio III.subsc. 909
Petrus concilio.
Pisano ad tollendum schisma subsc. 1409
Ioan de Briou concilio
Parisiensi sub Martino V.subsc. 1428
Ludouicus *de Bresse* Concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1563
I. *de Vieuxpont* Conciliis.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1612
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615
Dominicus Seguier Concilio.
Parisiensi sub Vrbano VIII.subsc. 1640

METENSES, *Metsen Lorraine.*

Sub *Treuirensi.*

Victor Concilio.
Coloniensi sub Iulio I.subsc. 351
Firminus concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Grammatius concilio.
Aruernensi II.sub Vigilio subsc. 541
Arnulphus concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Drogo Concilio.
Theodonis villæ sub Sergio II.præfuit. 844
Aduentius Conciliis.
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Confluentino sub eod.subsc. 860
Hildegarius Conciliis.
Suessionensi sub Nicolao I.subsc. 866
Trecensi sub eod.subsc. 867
Robertus concilio.
Triburiensi sub Formoso subsc. 895
Adalbero conciliis.
Duisbergensi sub Ioanne XI.subsc. 927
Virdunensi sub Agapeto II subsc. 947
Engelenheimensi sub eod.subsc. 948
Theodoricus Concilio.
Bambergensi sub Sergio IV.subsc. 1011

Adalbero concilio.
Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1049
Franciscus de *Beauquere* Concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1563
Mimatenses, vide *Gabalitani.*

MIRAPICENSES, *Mirepoix.*

Sub *Tolosano.*

F. *Petrus* Concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615
Montis Pessulani, vide *Magalonenses.*

MORINENSES, *Terouëne.*

Seu Bolonienses, *Bologne sur mer.*

Fulcoinus Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Apud Carisiacum sub Leone IV.subsc. 848
Himfridus Conciliis.
Tullensi I.sub Nicolao I.subsc. 860
Suessionensi sub eod.subsc. 866
Herinandus Concilio.
Rhemensi sub Stephano VII.subsc. 900
Stephanus Concilio.
Suessionensi sub Sergio III.subsc. 909
VVicfredus concilio.
Treuirensi sub Agapeto II.subsc. 948
Trogo concilio.
Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1049
Milo Concilio.
Rhemensi sub Eugenio III.subsc. 1148
Ioannes Concilio.
Florentino vnio.XVIII.sub Eugenio IV.subsc. 1438

NANNETENSES, *Nantes en Bretagne.*

Sub *Turonensi.*

Eusebius Concilio.
Turonensi sub Simplicio subsc. 485
Epiphanius Concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Eumerius Conciliis.
Aurelianensi 2.sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV.sub eodem subsc. 545
Leobardus Concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Saloppius Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Argardus Conciliis.
Suessionensi sub Nicolao I.subsc. 866
Trecensi sub eod.subsc. 867
Pudicus Concilio.
Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1049
Guilielmus Concilio.
Turonensi sub Nicolao V.subsc. 1448
Franciscus Concilio.
Lateranensi vniuers.XVIII. sub Iulio II. subscripsit. anno. 1512
Philippus *du Bec* Concilio.
Turonensi sub Gregorio XIII.subsc. 1583
Carolus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

NARBONENSES, *Narbone.*

Metropolis sub qua

1.Carcassonensis *Carcassone*, 2.Agathensis, *Agde.* 3.Bit

3. Bitterensis, *Beziers*, 4. Nemausensis *Nismes*.
5. Lodeuensis, *Lodeue*,
6. S. Pontij Tomeriarum *S. Pont. de Tomieres*.
7. Alectensis *Alet*.
8. Monspessulanum *Mompellier*.
9. Vcetensis, *Vzes*, 10. Eluensis Eaule.

Paulus Concilio.
Narbonensi sub Vibano I. subsc. 230
Rusticus Concilio.
Gallicano sub Leone I. subsc. 450
Caprarius Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Migetius Conciliis.
Narbonensi sub Pelagio II. præfuit. 589
Toletano 3. sub eod. subsc. 589
Toletano sub Gregorio I. subsc. 597
Selua, sen Silua Conciliis,
Toletano IV. sub Honorio I. subsc. 633
Toletano VI. sub eod. subsc. 638
Sunifredus Concilio.
Toletano XIII. sub Leone II. subsc. 683
Toletano XIV. sub Benedicto II. subsc. 684
Toletano XV. sub Sergio subsc. 588
Nibridius Concilio.
Arelatensi 4. sub Leone III. præfuit. 813
Daniel Concilio.
Narbonensi sub Adriano I. subsc. 788
Fredoldus Concilio
Tullensi 2. sub Nicolao subsc. 860
Theodardus Concilio.
Nemausensi sub Stephano V. præfuit. 886
Hermingaudus Concilio.
Narbonensi sub Ioanne XV. præfuit. 990
VVifridus Concilio.
Tolosano sub Victore II. subsc. 1056
Petrus *Aurelii* Concilio.
Gallicano sub Alexandro III. subsc. 1176
Arnaldus vt Legatus Sedis Apostolicæ Concilio.
Lauaurensi sub Innocentio III. præfuit. 1213
Petrus Amelius Concilio.
Narbonensi sub Gregorio IX. præfuit. 1235
Petrus Concilio.
Lauaurensi sub Vrbano V. subsc. 1368
Ludouicus de *Veruins* Concilio.
Narbonensi sub Paulo V. præfuit. 1609

NEMAVSENSES, *Nismes*.

Sub *Narbonensi*.

Sedatus Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Pelagius Conciliis.
Toletano III. sub Pelagio II. subsc. 589
Narbonensi sub eod. subsc. 589
Remassatius Concilio.
Toletano IV. sub Honorio I. subsc. 633
VViterineus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I. subsc. 788
Proterius Concilio.
Tolosano sub Victore II. subsc. 1056
A. Concilio.
Gallicano sub Alexandro IV. subsc. 1176
Bernardus *Delbene* Concilio.
Trident vniu. XVIII. sub Pio III. subsc. 1563
Petrus *de Valernod* Concilio.
Narbonensi sub Paulo V. subsc. 1609

NICIENSES, *Nice*.

Sub *Ebredunensi*.

Amantius Concilio.
Aquileiensi sub Damaso I. subsc. 381
Magnus Conciliis.
Aurelianensi V. sub Vigilio per Vicarium subsc. 552
Arelatensi V. sub Pelagio subsc. 554
Catholicus concilio.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Guillelmus Concilio.
Auenionensi sub Benedicto XII. subsc. 1337
Hieronymus Concilio.
Lateran. vniu. XVII. sub Iulio II. subsc. 1512
Franciscus *Lambertus* Concilio.
Trident. vniu. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1563

NIVERNENSES, *Neuers*.

Sub *Senonensi*.

Tauriclanus Concilio
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Rusticus Conciliis.
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV. sub eod. subsc. 545
Clementinus Conciliis.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Parisiensi 2. sub Pelagio I. subsc. 559
Æoladius Concilio.
Lugdunensi I. sub Ioanne III. subsc. 570
Agricola Conciliis.
Matisconensi I. sub Pelagio II. subsc. 582
Lugdunensi II. sub eod. subsc. 587
Matisconensi II. sub eodem subsc. 588
Rauracus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Herimannus Concilio.
Turonensi sub Leone IV. subsc. 849
Abbo Conciliis.
Suessionensi sub Nicolao I. subsc. 866
Trecensi sub eod. subsc. 867
Hugo Concilio.
Rhemensi sub Leone IX. subsc. 1049
Ieannes Concilio.
Florentino vniu. XVI. sub Eugenio IV. subsc. 1438
Ægidius *Spifame* Concilio.
Trident. vniu. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1583
Eustachius Conciliis.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1612
Parisiensi sub eodem subsc. 1615

NOVIOMENSES, *Noyon*.

Sub *Rhemensi*.

S. Medardus XIV. *Episcopus transfert Sedem Veromanduo Nouiomum cui Tornacensis iungitur.*

Sophronius Conciliis.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Aurelianensi I. sub eodem subsc. 507
Eligius Conciliis.
Clypiacensi sub Vitaliano subsc. 662
Cabilonensi sub eod. subsc. 664
VVendelmarius Concilio.
Nouiomensi sub Leone III. subsc. 814

Himmo

Himmo seu Emmo, Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Apud Carissiacum sub Leone IV. 848
Turonensi sub eodem subsc. 849
Vermeriensi II. sub eod. subsc. 853
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II. sub eodem subsc. 860
Remelmus Conciliis.
Tullensi II. sub Nicolao I. subsc. 860
Suessionensi sub eod. subsc. 866
Heido Concilio.
Rhemensi sub Stephano I. subsc. 900
Lambertus Concilio
Suessionensi sub Sergio III. subsc. 909
Airardus Concilio.
Rhemensi sub Ioanne X subsc. 923
Ioannes de *Hansest* Concilio.
Rhemensi sub Pio IV. subsc. 1564
Claudius Concilio.
Rhemensi sub Gregorio XIII. subsc. 1583
C. de *Belsec* concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

OLORENSES, seu OLORONENSES, *Oleron.*

Sub *Auxitano.*

Gratus Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Lucerius Concilio.
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Stephanus Concilio.
Iaccitano sub Nicolao II. subsc. 1066
Amatus vt Legatus Sedis Apostolicæ Conciliis.
Bordegalensi sub Gregorio VII. præfuit. 1079
Britannico sub Gregorio VII. præfuit. 1079
Santonensi sub eod. præf. 1080
A. *de Maisse* Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

S. PAPPVLI, *S. Papoul.*

Sub *Tolosano.*

Alexander de *Bardis* Concilio.
Tolosano sub Gregorio XIV. subsc. 1590

PARISIENSES, *Paris.*

Olim sub *Senonensi.*

Facta Archiepiscopalis sub Gregorio XV. anno 1622. *sub qua.*

1. Aurelianensis, *Orleans*, 2. Meldensis, *Meaux.*
3. Carnotensis, *Chartres.*
Victorinus Concilio.
Coloniensi sub Iulio I. subsc. 351
Eraclius Concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Emelius Conciliis.
Aurelianensi 2. sub Silverio subsc. 536
Aurelianensi IV. sub Vigilio per Vicarium subsc. 545
Saphoracus Concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Germanus Conciliis.
Parisiensi III. sub Ioan. III. subsc. 561
Turonensi sub eod. subsc. 570
Ragneboldus Concilio.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Laudebertus Concilio.

Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Ercanradus Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Turonensi sub Leone IV. subsc. 849
Æneas Conciliis.
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II sub eod. subsc. 860
Suessionensi sub eod. subsc. 866
Trecensi sub eod. subsc. 867
Petrus Concilio.
Parisiensi sub Innocentio III. præfuit. 1210
Iacobus *du Chastelier* Concilio.
Parisiensi sub Martino V. præfuit. 1418
Eustachius du Bellay Concilio
Trident. vniu. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1563
Henricus Conciliis.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1612
Parisiensi II. sub eod. subsc. 1615
Petrus Cardinalis Concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615
Ioan. Franciscus de Goudy Concilio.
Parisiensi sub Vrbano VIII. subsc. 1640

PETRAGORICENSES, *Perigueux.*

Sub *Burdegalensi.*

Cronopius Conciliis.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Aurelianensi I. sub eod. subsc. 507
Aurelianensi II. sub Silverio subsc. 536
Arnoldus Concilio.
Pictauiensi sub Ioanne XVIII. subsc. 1025
Lemouicensi II. sub Benedicto IX. subsc. 1034
Tolosano sub Victore II. subsc. 1056

PICTAVIENSES, *Poitiers.*

Sub *Burdegalensi.*

Daniel Concilio.
Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc. 545
Ioannes concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Ausoaldus Concilio.
Rothomagensi Tempore interregni subsc. 682
Ebroinus Concilio.
Veruensi sub Sergio præfuit. 844
Engenoldus Concilio.
Tullensi 2. sub Nicolao I. subsc. 860
Esimbertus Concilio.
Pictauiensi sub Ioanne XVIII. subsc. 1025
Lemouicensi sub Benedicto IX. subsc. 1034
Petrus Concilio.
Venetico sub Alexandro III. subsc. 1177
Godofredus *de S. Belin* Concilio.
Burdegalensi sub Gregorio XIII. subsc. 1583
Podienses, vide *Ancienses.*

S. PONTII TOMERIARVM, *S. Pons de Tomieres.*

Sub *Narbonensi.*

Petrus *de Fleires* Conciliis.
Narbonensi sub Paulo V. subsc. 1609
Parisiensi sub eod. subsc. 1615

RAVRACENSES, olim sub *Bisuntino.*

Iustinianus Concilio.

Colonienſi ſub Iulio ſubſc. 351
Adelphius Conciliis.
Aurelianenſi I.ſub Symmacho ſubſc. 507
Aurelianenſi II.ſub Siluerio ſubſc. 536

REGIENSES, ſeu REIENSES, *Riez*.

Sub *Aquenſi*.

Fauſtus Conciliis.
Arelatenſi IV.ſub Simplicio ſubſc. 475
Aurelianenſi V. ſub Vigilio per Vicar.ſubſc. 552
Vrbicus Conciliis.
Matiſconenſi II.ſub Pelagio II. ſubſc. 588
Valentino ſub eod.ſubſc. 589
Claudius Conciliis.
Rhemenſi ſub Honorio I.ſubſc. 630
Cabilonenſi ſub Vitaliano ſubſc. 664
Gaufredus Concilio.
Auenionenſi ſub Benedicto XII. I.ſubſc. 1337
Ioan Baptiſta de *Grossis* Concilio.
Trident.vniu.XVIII.ſub Pio IV.ſubſc. 1563
Elias *Rastelus* Concilio.
Aquenſi ſub Gregorio XIII.ſubſc. 1585
Carolus Concilio.
Aquenſi ſub Paulo V.ſubſc. 1612
P. *Alcaume* Concilio.
Pariſienſi ſub Paulo V.ſubſc. 1615

RHEDONENSES, *Renes*.

Sub *Turonenſi*.

Arthemius Concilio.
Turonenſi ſub Simplicio ſubſc. 482
Melanius Concilio.
Aurelianenſi I.ſub Symmacho ſubſc. 507
Victurius Concilio.
Turonenſi 2.ſub Ioanne III.ſubſc. 570
Robertus Concilio.
Turonenſi ſub Nicolao V.ſubſc. 1448
Æmarus *Hennequeus* Concilio.
Turonenſi ſub Gregorio XIII.ſubſc. 1583

RHEMENSES, *Rheims*.

Metropolis ſub qua.

1. Sueſſionenſis,*Soiſſons*, 2.Cameracenſis *Cambray*.
3.Morinenſis *Terouene*, 4.Catalaunenſis *Chaalons*.
5.Laudunenſis, *Laon*, 6.Siluanectenſis, *Senlis*.
7. Bellouacenſis, *Beauuais*, 8. Ambianenſis,*Amiens*.
9 Nouiomenſis, *Noyon*, 10. Tornacenſis, *Tournay*.
11. Attrebatenſis, *Arras*, 12.Bolonienſis,*Bologne*.
Betanſius Concilio.
Arelatenſi I.ſub Silueſtro I.ſubſc. 314
Diſcolius Concilio.
Colonienſi ſub Iulio I.ſubſc. 351
S.Remigius infirmitate detentus B.Vedaſtum direxit Concil.
Viennenſi ſub Simplicio. 474
Rhemenſi vt Legatus ſub Hormiſda præfuit. 514
Flauius Concilio.
Aruernenſi ſub Vigilio ſubſc. 541
Mappinius Concilio.
Aurelianenſi V.ſub Vigilio per Vicar.ſubſc. 552
Sonnatius Concilio.
Rhemenſi ſub Honorio I.præf. 630
Ebbo Concilio.
Theodonis villæ ſub Leone III.ſubſc. 814

Hincmarus Conciliis.
Bellouacenſi ſub Sergio II.factus Epiſcopus. 845
Meldenſi ſub eod.ſubſ. 845
Pariſienſi ſub eodem ſubſc. 846
Pariſienſi ſub Leone IV.ſubſc. 847
Apud Catiſſiacum ſub eodem ſubſc. 848
Vermerienſi II.ſub eodem ſubſc. 853
Turonenſi ſub eod.ſubſc. 849
Tullenſi ſub Nicolao I.ſubſc. 859
Confluentino ſub eod.ſubſc. 860
Sueſſionenſi ſub eod.ſubſc. 866
Trecenſi ſub eod.ſubſc. 867
Neuſtrienſi ſub Ioanne VIII præfuit. 877
Fulco Conciliis.
VVormatienſi ſub Stephano VI.præfuit. 890
Rhemenſi ſub Formoſo præfuit. 892
Herineus Concilio.
Rhemenſi ſub Stephano VII.præf. 900
Seulfo Concilio.
Rhemenſi ſub Ioanne X.præfuit. 923
Troſleiano ſub Ioanne X.præfuit. 924
Attaldus Conciliis.
Apud S.Theodoricum ſub Ioanne XI.præfuit. 933
Rhemenſi ſub eod.ſubſc. 935
Sueſſionenſi ſub Stephano IX.ſubſc. 940
Virdunenſi ſub Agapeto II.ſubſc. 947
Moſomienſi ſub eod.ſubſc. 948
Engilebeimenſi ſub eod. ſubſc. 948
Treuirenſi ſub eod.ſubſc. 948
Apud S.Theodoricum ſub eod.præfuit. 953
Arnulphus Concilio.
Moſomienſi ſub Ioan.XV.Sedi ſuæ reſtitutus. 995
Geruaſius Concilio.
Rhemenſi ſub Leone IX.ſubſc. 1049
VVillelmus Concilio.
Pariſienſi ſub Nicolao II.præfuit. 1059
Richardus Concilio.
Rhemenſi ſub Gregor.VII.præfuit. 1085
Rainoldus Concilio.
Rhemenſi ſub Vrbano II præfuit. 1092
Raymundus Concilio.
Sueſſionenſi ſub Vrbano II.præfuit. 1094
Radulphus Concilio.
Bellonacenſi ſub Paſchali II.ſubſc. 1114
Rainaldus Conciliis.
Trecenſi ſub Honorio I.ſubſc. 1123
Iutriuo ſub Innocentio II.ſubſc. 1130
Guillelmus factus Cardinalis Concilio.
Lateran.vniu.II.ſub Alexandro III.cui ſubſc. 1179
Henricus de Brenna Conciliis.
Sanquintiniano ſub Gregorio IX.præfuit. 1231
Sanquintiniano ſub eod.præfuit. 1239
Petrus Barbet Concilio.
Rhemenſi ſub Honorio IV.ſubſc. 1287
Robertus *de Courtenai* Conciliis.
Compendienſi ſub Bonifacio VIII.præfuit. 1301
Compendienſi ſub Benedicto II.præfuit. 1013
Siluanectenſi ſub Ioanne XXII.præfuit. 1317
Guillelmus *de Tria* Concilio.
Compendienſi ſub Ioan.XXII.præfuit. 1329
Ioan. Iuuenalis *de Vrſinis* Concilio.
Sueſſionenſi ſub Calixto III.præfuit. 1455
Carolus à *Lotharingia* Cardinalis Concilio.
Trident.vniu.XVIII.ſub Pio IV.ſubſc. 1563
Rhemenſi ſub eod.præfuit. 1564
Ludouicus *Guiſius* Cardinalis Concilio.
Rhemenſi ſub Gregorio XIII.præfuit. 1583

ROTHO

ROTHOMAGENSES, *Roüan.*

Metropolis sub qua.

1. Lingoniensis, *Langres*, Baioecenses, *Bayeux*. 3. Ebroicensis *Eureux*, 4. Lexouiensis, *Lisieux*. 5. Abrincensis, *Aurancbes*, 6. Sagiensis, *Seez*. 7. Constantiensis, *Coutance*.

Auidamus concilio.	
Arelatensi I. sub Siluestro I. subsc.	314
Eusebios concilio.	
Coloniensi sub Iulio I. subsc.	351
Germanus concilio.	
Toronensi sub Simplicio subsc.	482
Gildardus concilio.	
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc.	507
Flauius concilijs.	
Aurelianensi II sub Silnerio subsc.	536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc.	540
Aurelianensi sub eod. subsc.	545
Prætextatus conciliis.	
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc.	552
Parisiensi 3. sub Ioanne III. subsc.	559
Turonensi II. sub eod. subsc.	520
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc.	588
Audœnus conciliis.	
Clypiacensi sub Vitaliano subsc.	662
Cabiloneosi sub eodem subsc.	664
Ausberrus concilio.	
Rothomagensi Tempore interregni subsc	682
Guntbaldus conciliis.	
Parisiensi sub Sergio II. subsc.	846
Parisiensi sub Leone IV. præf.	847
Paulus conciliis.	
Turonensi sub Leone IV. subsc.	849
Vermeriensi II. sub eod. subsc.	853
VVeoilo, seu Guenilo conciliis.	
Tullensi sob Nicolao I. subsc.	859
Tullensi II. sub eod. subsc.	860
Suessionensi sub eod. subsc.	866
VVido Concilio.	
Rhemensi sub Stephano VII. subsc.	900
Ioan. Concilio.	
Rothomagensi sub Alexandro II. præf.	1072
Guillelm. conciliis.	
Ioliobonensi sub Gregorio VII. præf.	1080
Rothomagensi sub Vrbano II. præfuit.	1095
Hugo conciliis.	
Iotrino sub Innocentio II. subsc.	1130
Baugentiaci sub Eugenio III. subsc.	1151
Roffredus Concilio.	
Abrincensi sub Alexandro III. subsc.	1172
Odo Concilio.	
Apud pontem Audomari sub Nicolao III. præf.	1279
Guillelmus *de Flauacuria* Concilio.	
Rothomagensi sub Bonifacio VIII. præfuit.	1299
Carolus *Barbonius* Cardinalis Concilio.	
Rothomageosi sub Gregorio XIII. præfuit.	1581

RIVENSES, *Rieux.*

Sub *Tolosano.*

Ioannes du Bourg Concilio.	
Tolosano sub Gregorio XIV. subsc.	1590
Ioannes Bertier Concilio.	
Parisiensi sub Paulo V. subsc.	1615

RVTHENENSES, *Rodez.*

Sub *Bituricensi.*

Quintianus Conciliis.	
Agathensi sub Symmacho subsc.	506
Aurelianensi I. sub eod. subsc.	507
Dalmatius Conciliis.	
Aruernensi sub Vigilio subsc.	541
Aurelianensi IV. sub eodem subsc.	545
Quintinianus Concilio.	
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc.	552
Verus Concilio.	
Rhemensi sub Honorio I. subsc.	630
Petrus Concilio.	
Tolosano sub Victore II. subsc.	1056
Arnulphus Concilio.	
Iaccitano sub Nicolao II. subsc.	1060

SAGIENSES, *Seez en Normandie.*

Sub *Rothomagensi.*

Passiuus Conciliis.	
Aurelianensi II. sub Siluerio subsc.	536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc.	540
Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc.	545
Aurelianensi V. sub eod. subsc.	552
Leudebaudis Concilio.	
Turonensi II. sub Ioan. III. subsc.	570
Anilacarius Concilio.	
Cabilonensi sub Vitaliano subsc.	664
Annubertus Concilio.	
Rothomagensi Tempore interregni subsc.	582
Saxoboldus Conciliis.	
Turonensi sob Sergio II. subsc.	845
Parisiensi sub Sergio II. subsc.	846
Hildebrandus Conciliis	
Vermeriensi II. sob Leone IX. subsc.	853
Tullensi sub Nicolao I. subsc.	859
Suessionensi sub eod. subsc.	866
Iuo Concilio.	
Rhemensi sub Leone IX. subsc.	1049
Robertus concilio.	
Rothomagensi sub Alexandro II. subsc.	1072
Serlo concilio.	
Rothomagensi sub Vrbano II. subsc.	1095
Petrus *du Val* concilio.	
Trident. vniu. XVIII. sub Pio IV. subsc.	1563
Ludouicus *du Molinet* concilio.	
Rothomagensi sub Gregorio XIII. subsc.	1581
Iacobus concilio.	
Parisiensi sub Paulo V. subsc.	1615

SARLATENSES, *Sarlat.*

Sub *Burdegalensi.*

Ludouicus *des Alignac* concilio.	
Burdegalensi sub Gregorio XIII. subsc.	1583

SEGESTRICENSES, seu SISTARIENSES, *Sisteron.*

Sub *Aquensi.*

Valerius concilio.	
Epaunensi sub Symmacho subsc.	509
Anolus conciliis.	
Aurelianensi IV sub Vigilio subsc.	545

Aurelianensi v. sub Vigilio per Vicarium subsc. 552
Pologronius concilii.
Matisconensi 2. sub Pelagio II. subsc. 588
Valentino sub eod. subsc. 589
Robertus Concilio.
Rothomagensi sub Alexandro II. subsc. 1072
Setlo Concilio.
Rothomagensi sub Vrbano II. subsc. 1095
Iulianus Concilio.
Florentino vniu. xvi. sub Eugenio iv. subsc. 1438
Antonius de *Cuppis* Concilio.
Aquensi sub Gregorio xiii. subsc. 1585
Tussanus Concilio.
Aquensi sub Paulo V. subsc. 1612

SENETENSES, seu SANICIENSES, *Senez.*

Sub *Ebredunensi.*

Marcellus Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Simplicius Conciliis.
Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc. 545
Arelatensi V. sub Pelagio I. subsc. 554
Vigilius Concilio.
Matisconensi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Protasius Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Bertrandus Concilio.
Auenionensi sub Benedicto xii. subsc. 1337
Ioannes *Clausse* Concilio.
Tridenti. vniu. xviii. sub Pio iv. subsc. 1563

SENONENSES, *Sens.*

Sub *qua Metropolis.*

1. Antisiodorensis, *Auxerre*, 2. Niuernensis, *Neuers.* 3. Trecensis, *Troye.*
Seuerinus Concilio.
Coloniensi sub Iulio I. subsc. 351
Leo Conciliis.
Aurelianensi 2. sub Siluerio subsc. 536
Aurelianensi III. sub Vigilio subsc. 540
Constantinus Conciliis.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Parisiensi 2. sub Pelagio I. subsc. 559
Artemius Concilio.
Matisconensi 1. sub Pelagio II. subsc. 581
Richerius Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Armentarius Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
VVenilo Conciliis.
Vernensi sub Sergio II. subsc. 844
Meldensi sub eodem subsc. 844
Parisiensi sub eod. subsc. 845
Parisiensi sub Leone iv. subsc. 847
Apud Carissiacum sub Leone iv. subsc. 848
Turonensi sub eod. subsc. 849
Vermeriensi 2. sub Leone iv. subsc. 853
Tullensi 2. sub Nicolao I. subsc. 860
Hegilo Conciliis.
Suessionensi sub Nicolao I. subsc. 866
Trecensi sub eod. subsc. 867
Ansegisus Concilio.
Pontigonensi sub Ioanne viii. subsc. 870
Bruno Concilio.
Meldensi sub Ioanne xii. præfuit. 962
Seguinus Concilio.

S. Dionysij sub Siluestro II. præfuit. 1000
Gilduinus Concilio.
Senonensi sub Damaso II. subsc. 1048
Richerius Concilio.
Stampensi sub Vrbano II. præfuit 1092
Daimberts Concilio.
Stampensi sub Paschali II. præfuit. 1112
Henricus Conciliis.
Trecensi sub Honorio II. subsc. 1127
Senonensi sub Innocentio II. subsc. 1140
Petrus Concilio.
Melodunensi sub Innocentio III. præfuit. 1216
Petrus de *Charny* Concilio.
Senonensi Sede vacante præfuit. 1269
Stephanus *Becardus* Concilio.
Senonensi sub Bonifacio viii. præfuit. 1499
Philippus Concilio.
Senonensi Sede vacante præfuit. 1314
Guillelmus de *Meleduno* Concilio.
Senonensi sub Ioanne xxii. præfuit. 1323
Thomas concilio.
Constantiensi sub Ioanne XXIII. subsc. 1414
Ioanne *de Nantone* concilio.
Parisiensi sub Martino V. præfuit. 1428
Antonius *à Prato* Cardinalis concilio.
Senonensi sub Clemente vii. præfuit. 1528
Nicolaus de Pelue concilio.
Trident. vniu. xviii. sub Pio iv. subsc. 1563
Iacobus *Perronius* conciliis.
Parisiensi sub Paulo V. præfuit. 1612
Parisiensi sub eod. subsc. 1615

SILVANECTENSES, *Senlis en Valois*

Sub *Rhemensi*,

Leuanianus concilio.
Aurelianensi I. sub Symmacho subsc. 507
Fredigernus concilio.
Aurelianensi V. sub Vigilio subsc. 552
Gonothigernus concilio.
Parisiensi iii. sub Ioan. iii. subsc. 561
Agomarus concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Erpoinus conciliis.
Parisiensi sub Sergio II. subsc. 846
Apud Carissiacum sub Leone iv. subsc. 848
Turonensi sub eodem subsc. 849
Vermeriensi 1. sub eod. subsc. 853
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi II. sub eod. subsc. 860
Ostridus concilio.
Rhemensi sub Stephano VII. subsc. 900
Adelelmus concilio.
Rhemensi sub Ioanne X. præfuit. 923
Ioannes concilio.
Constantiensi sub Ioanne XXIII. subsc. 1414
Petrus *Chenalier* concilio.
Rhemensi sub Pio IV. subsc. 1564
Franciscus *Rupefucaldius* Cardinalis concilio.
Parisiensi sub Paulo V. subsc. 1615

SVESSIONENSES, *Soissons.*

Sub *Rhemensi.*

Mercurius concilio.
Coloniensi sub Iulio I. subsc. 351
Lupus concilio.
Aurelianensi sub Symmacho subsc. 507
Principius Frater S. Remigij concilio.

Carpen

Carpentoractensi sub Ioanne II.subsc. 529
Ansericus Concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Rotaldus Concilio.
Nouiomensi sub Leone III.subsc. 814
Rorhaldus conciliis.
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Apud Catissiacum sub eodem subsc. 848
Turonensi sub eodem subsc. 849
Vermeriensi II.sub eod.subsc. 853
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859
Suessionensi sub eod.subsc. 866
Trecensi sub eod.subsc. 867
Riculphus concilio.
Rhemensi sub Stephano VII.præs 900
Abbo concilio.
Suessionensi sub Sergio III.subsc. 909
Abbo concilio.
Rhemensi sub Ioanne X.subsc. 923
VVido concilio.
Treuirensi sub Agapeto II.subsc. 948
Beroldus concilio.
Rhemensi sub Leone IX.subsc. 1049
Goslenus, seu Ioslenus conciliis.
Trecensi sub Honorio II subsc. 1120
Senonensi sub Innocentio II.subsc. 1147
Parisiensi sub Eugenio III.subsc. 1147
Rhemensi sub eod.subsc. 1148
Milo concilio.
Sanquintiniano sub Gregorio X.præfuit. 1271
Carolus de *Rouey* conciliis.
Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1563
Rhemensi sub eod.subsc. 1564
Rhemensi sub Gregorio XIII.subsc. 1583

TARBIENSES, seu BIGORRITANI.

Tarbe en Bigorre.

Sub *Auxitano.*

Aprus concilio.
Agathensi sub Symmacho per Vicarium subsc. 506
Iulianus Concilio.
Aurelianensi IV.sub eodem subsc. 545
Amelius Concilio.
Matisconensi 2.sub Pelagio II.subsc. 588
Heraclius Conciliis.
Tolosano sub Victore II.subsc. 1056
Iaccitano sub Nicolao II.subsc. 1060
Iacobus concilio.
Auenionensi sub Benedicto XII.subsc. 1337
Saloatus de *Harse* concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

TOLONENSES, *Tolon.*

Sub *Arelatensi,*

Cyprianus concilio.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Palladius concilio.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Desiderius concilio.
Matisconensi 2.sub Pelagio II.subsc. 588
Taorinus concilio.
Romano sub Agathone subsc. 680
Vitalis concilio.
Constantiensi sub Ioan.XXIII.subs. 1414
Ægidius *Desceptre* concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

TOLOSANI, *Tolose.*

Archiepiscopalis facta à Ioanne XXII. anno 1317. *sub qua.*

1.Apamensis, *Pasmiers*, 2. Mirapicensis, *Mirepoix.*
3.Montis Albani, *Montauban*, 4.Vaurensis, *Lauaur.*
5.Riuensis, *Rieux*, 6.Lombardensis, *Lombex.*
7.S.Pappoli, *S.Papoul.*

Martinus Conciliis.
Arelatensi I.sub Siluestro I.subsc. 314
Heraclianus Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Leontius Concilio.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Magnulfus Concilio.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
VVillegiselus Concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Arruso Concilio.
Narbonensi sub Adriano I.subsc. 788
Teurolus Concilio.
Apud S.Theodericum sub Ioanne XI.subsc. 933
Arnoldus Concilio.
Tolosano sub Victore II. subsc. 1056
Durannus Concilio.
Tolosano sub Alexandro II.subsc. 1068
Gozelinus Concilio.
Gallicano sub Alexandro III.subsc. 1176
Gaufredus Concilio.
Lauaurensi sub Vrbano V.subsc. 1368
Franciscus *de Ioyosa* Cardinalis Concilio.
Tolosano sub Gregorio XIV.præfuit. 1590

TRECENSES, *Troye en Champagne.*

Sub *Senonensi.*

S. Lupus Concilio.
Gallicano sub Leone I.subsc. 446
Camilianus Concilio.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Ambrosius Concilio.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Gallo Concilio.
Matisconensi I.sub Pelagio II.subsc. 582
Agretius Concilio.
Matisconensi 2.sub Pelagio II.subsc. 588
Leosua Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Prudentius Conciliis.
Parisiensi sub Sergio II.subsc. 846
Turonensi sub Leone IV.subsc 849
Diodericus Concilio.
Suessionensi sub Nicolao I.subsc. 866
Folcritus Concilio.
Trecensi sub Nicolao I.subsc. 867
Ioan. *de l'Eguise* Concilio.
Parisiensi sub Martino V.subsc. 1428
Nicolaus Concilio.
Florentino vniu.XVI.sub Eugenio IV.subsc. 1438
Renatus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

TRICASSINENSES, *S.Paul des trois Chasteaux.*

Sub *Arelatensi:*

Florentius Concilio.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509

Lanchadius Concilio.
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Heraclius Concilio.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Victor Conciliis.
Lugdunensi I.sub Ioanne III.subsc. 579
Matisconensi I.sub Pelagio II.subsc. 582
Eusebius Conciliis.
Matisconensi II.sub Pelagio II.subsc. 588
Valentino sub eod.subsc. 589
Hugo Concilio.
Auenionensi sub Benedicto XII.subsc. 1337

TVLLENSES, seu LEVCORVM, *Toul en Lorraine.*

Sub *Treuirensi.*

Valerius Concilio.
Aurelianensi V.sub Vigilio subsc. 552
Arnulphus Conciliis.
Tullensi II.sub Nicolao I.subsc. 859
Tullensi II.sub eod.subsc. 860
Arnoldus Concilio.
Metensi sub Stephano VI.subsc. 888
Goslinus Conciliis.
Virdunensi sub Agapeto II subsc. 947
Engilenheimensi sub eodem subsc. 948
I. Concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

TVRONENSES, *Tours.*

Metropolis sub qua

1. Cenomanensis, *le Mans.*
2. Corisopitensis *Cornouaille,* 3. Leonensis, *Leon.*
4. Andeguaensis, *Angers,* 5. Macloniensis, *S. Malo.*
6. Dolenses *Dole,* 7. Nannetensis *Nantes.*
8. Vennetensis, *Vennes,* 9. Trecorensis, *Triguier.*
10. Briocensis, *S. Brieu,* 11. Redonensis, *Renes.*

Eustochius Concilio.
Andegauensi sub Leone I.subsc. 453
Verus Concilio.
Agathensi sub Symmacho per Vicarium subsc. 506
Licinius Concilio.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Iniuriosus Conciliis.
Aurelian.II.sub Silverio subsc. 536
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Aurelianensi IV sub eodem subsc. 545
Agrecius Concilio.
Aurelianensi V.sub Vigilio per Vicar.subsc. 552
Euphronius Conciliis.
Parisiensi III.sub Pelagio I.subsc. 559
Turonensi 2.sub Ioanne III.subsc. 570
Modegisilus Concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Latinus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Landrannus Conciliis.
Parisiensi sub Leone IV.subsc. 847
Turonensi sub eod.subsc. 849
Gernobrius Concilio.
Apud Carissiacum sub Leone IV.subsc. 848
Amalricus Concilio.
Vermeriensi 2.sub Leone IV.subsc. 853
Erardus Conciliis.
Tullensi sub Nicolao I.subsc. 859

Tullensi 2.sub eod.subsc. 860
Adalardus Concilio.
Turonensi sub Formoso praefuit. 895
Rodulphus Concilio.
Xantonensi sub Gregorio VII.praefuit. 1080
Hildebertus Concilio.
Nannetensi sub Honorio II.praefuit. 1126
Hugo Concilio.
Iotrioo sub Innocentio II. subsc. 1130
Vincentius *de Pilenis* Concilio.
Rhedonensi sub Vrbano IV.praefuit. 1263
Iacobus Concilio.
Constantiensi sub Ioanne XXIII.subsc. 1414
Simon *à Maillé* Concilio.
Turonensi sub Gregorio XIII.praefuit. 1583

TVTELLENSES, *Tulle en Limosin.*

Sub *Bituricensi.*

Ludouicus *de Ginolhac* Concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Pio III.subsc. 1563

VABRENSES, *Vabres.*

Sub *Bituricensi.*

Franciscus *Valete* Concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1563

VALENTINI, *Valence,* vide *Dienses.*

Sub *Viennensi.*

Appollinaris Concilio.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Gallus Concilio.
Aurelianensi V.sub Symmacho subsc. 552
Maximus Concilio.
Lugdunensi 1.sub Ioan.III.subsc. 570
Ragnoaldus Conciliis.
Matisconensi I.sub Pelagio II.subsc. 582
Lugdunensi II.sub eod.subsc. 587
Matisconensi II.sub eodem subsc. 588
Valentino sub eod.subsc. 589
Angildus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Raibertus Conciliis.
Tullensi sub Nicolao I. subsc. 859
Tullensi 2.sub Nicolao I.subsc. 860
Isaac Concilio.
Viennensi sub Formoso subsc. 892
Andraeas Concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

VAPINCENSES, *Gap.*

Sub *Aquensi.*

Constantinus Concilio.
Arausicano sub Leone I.subsc. 441
Constantius Concilio.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Vellesius Concilio.
Aurelianensi V.sub Vigilio per Vicarium subsc. 552
Parisiensi 2.sub Pelagio I.subsc. 559
Aridius Conciliis.
Matisconensi 2.sub Pelagio II.subsc. 588
Valentino sub eod.subsc. 589
Potentissimus Concilio.

Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Donadeus Concilio.
Narbonensi sub Adriano I.subsc. 788
Petrus *Paparinus de Calido monte* Concilin.
Aquensi sub Gregorio XIII.subsc. 1583

VASATENSES, *Basac en Gascogne.*

Sub *Auxitano.*

Sextilius Concilio.
Agathensi sub Symmacho per Vicarium subsc. 506
Rufus Concilio.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Orestes Concilio.
Matisconensi II. sub Pelagio II.subsc. 588
Raymundus Concilio.
Tolosano sub Victore II.subsc. 1056
Arnaldus *de Pontac* Concilio.
Burdegalensi sub Gregorio XIII.subsc. 1583
Ioannes Concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

VASIONENSES, *Vaison.*

Sub *Auenionensi.*

Dammas Concilio.
Arelatensi I.sub Siluestro I.subsc. 314
Etilius Concilio.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Gemellus Concilio.
Epaunensi sub Symmacho subsc. 509
Alitius Concilio.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Arthemius Conciliis.
Matisconensi I.sub Pelagio II.subsc. 582
Matisconensi II.sub eodem subsc. 588
Valentino sub eod.subsc. 589
Petronius Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Rothertus Concilio.
Auenionensi sub Benedicto XII.subsc. 1337
Iacobus *Cortesius à Prato* Concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1563

VAVRENSES, *Lauaux.*

Sub *Tolosano.*

Robertus Concilio.
Lauaurensi sub Vrbano V.subsc. 1368
Ioannes concilio.
Constantiensi sub Ioanne XXIII.subsc. 1414
Petrus *Danesius* Concilio.
Tridentino vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1563
Horatius *de Birague* Concilio.
Tolosano sub Gregorio XIV.subsc. 1590
Franciscus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615
Vellaunenses vide *Aniciensis.*

VENETENSES, *Vennes en Bretagne.*

Sub *Turonensi.*

Modestus Concilio.
Aurelianensi I.sub Symmacho subsc. 507
Philippus *du Bec* Concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1563
Ludouicus *de la Haye* Concilio.
Turonensi sub Gregorio XIII.subsc. 1583

VENCIENSES, *Vence.*

Sub *Ebredunensi*

Deuterius Conciliis.
Aurelianensi IV.sub Vigilio subsc. 545
Matisconensi II.sub Pelagio II. subsc. 588
Aurelianus Concilio.
Cabilonensi sub Vitaliano subsc. 664
Arnaldus Concilio.
Auenionensi sub Benedicto XII.subsc. 1337
Ludouicus *du Bueil* Concilio.
Trident.vniu.XVIII.sub Pio IV.subsc. 1563
Vesontionenses, vide *Bisuntini.*
Vicoiulienses, vide *Aduren ses.*

VIENNENSES, *Vienne.*

Metropolis sub qua.

1.Gratianopolitani, *Grenoble.*
2.Valentinenses, *Valence*, 3. Viuarienses, *Viuiers.*
4.Geneuenses, *Geneue.*
5.Maurianenses, *S.Iean de Maurienne.*
Verus Concilio.
Arelatensi I. sub Siluestro I.subsc. 314
Nectarius Concilio.
Vasionensi sub Iulio I.præfuit. 351
Florentius Concilio.
Valentino sub Damaso I.subsc. 374
Alcimus Auitus Concilio.
Epaunensi sub Symmacho præfuit. 509
Iulianus Concilio.
Aurelianensi II.sub Siluerio subsc. 536
Pantagathus Concilio.
Aurelianensi III.sub Vigilio subsc. 540
Esychius Conciliis.
Aruernensi II.sub Vigilio subsc. 549
Aurelianensi v.sub eod.subsc. 552
Parisiensi II.sub Pelagio I.subsc. 559
Philippus Concilio.
Lugdunensi I.sub Ioanne III.præfuit. 570
Euantius Conciliis.
Matisconensi I.sub Pelagio II.subsc. 582
Lugdunensi II sub eod.subsc. 587
Valentino sub eod.subsc. 589
Sindulfus Concilio.
Rhemensi sub Honorio I.subsc. 630
Achilmarus, seu Agilmarus Conciliis.
Valentino sub Leone IV.subsc. 855
Lingonensi sub Nicolao I.subsc. 859
Ado Concilio.
Tullensi II.sub Nicolao I.subsc. 860
Bernoinus Concilio.
Viennensi sub Stephano III.subsc. 887
Bernoinus Concilio.
Viennensi sub Formoso subsc. 892
Guarmundus Concilio.
Santonensi sub Gregorio VII.subsc. 1080
Guido Conciliis.
Viennensi sub Paschali II.vt Legatus præfuit. 1112
Lateranensi II.sub eod.subsc. 1112
Alexander Concilio.
Lateran.vniu.XVII.sub Leone X.subsc. 1517
Petrus *Palmerius* Concilio.
Viennensi sub Clemente VII. præfuit. 1533
Hieronymus Concilio.
Parisiensi sub Paulo V.subsc. 1615

VCETENSES, seu VTICENSES, *Vzes.*

Sub *Narbonensi.*

Probatius Concilio.
Agathensi sub Symmacho subsc. 506
Ficminus Cnnciliis.
Aurelianensi IV. sub Vigilio subsc. 545
Aurelianensi V. sub eod. subsc. 552
Parisicosi 2. sub Pelagio II. subsc. 559
Potentinus Conecilio.
Toletano XIII. sub Leone II. sobsc. 683
Armndos Concilio.
Narbonensi sub Adriano I. snbsc. 788
Ludouicus *à Vinea* Concilio.
Nacbonensi sub Paulo V. subsc. 1609

VIRDVNENSES, *Verdun en Lorraine.*

Sub *Treuirensi.*

Desideratos Coocillo.
Aruernensi s b Vigilio subsc. 541
Godon Concilio.
Rhemensi sub Honorio 1. subsc. 630
Atto Concilio.
Tullensi II. sub eodem subsc. 860
Dado Coneiliis.
Metensi sub Stephano VI. subse. 888
Tciburieosi sub Formoso subsc. 895
Berengarios Concilio.
Engilenheimensi sub Agapeto II. subsc. 948
Thendoricus Coocilio.
Rhemensi sub Leone IX. subse. 1049
Adelbertus Concilio.
Treuirensi sub Eugenio III. subsc. 1148
Nicolaus *Psalme* Concilio.
Trident. vniu. XVIII. sub Pio IV. subsc. 1563
Viromandenses, vide *Nouiomenses.*

VIVARIENSES, *Viuiers.*

Sub *Viennensi.*

Venantius Concilin.
Aruernensi sub Vigilio subsc. 549
Sauinus Concilio.
Matisconepsi II. sub Pelagio II. subsc. 588
Leodegarius Coneilio.
Apnd Pontem Sorgam sub Paschali I. subsc. 1113
Iacobus Maria *Sala* Concilio.
Trident. voiu. xviii. sub Pio IV. subsc. 1563

XANTONENSES, *Xaintes.*

Sub *Burdegalensi.*

Eusebius Coneilio.
Aurelianensi V sub Vigilio subse. 552
Palladios Concilio.
Matisconensi 2. sub eod. subsc. 588
Leontius Concilio.
Rhemensi sub Honorio I. subsc. 630
Godemarus Concilio.
Tolosano sub Alexandro II. sub sc. 1068
Tristanos de *Bizet* Concilio.
Tcident. vniu. xviii. sub Pio iv. subsc. 1563
Nicolaus le *Cornu* Concilio.
Burdegaleosi sub Gcegorio XIII. subsc. 1583

Constantinopolitani Patriarchæ.

Alexander Concilio.
Nicæno vniu. I. sub Siluestro I. 325
Gregorius Nazianzenus in Concilio.
Constantinop. vniu. II. sub Damaso I. Sede se abdicaoit. 383
Nectarios in Concilio.
Prædicto in locum Gregorij suffectus. 381
S. Ioannes Chrysostomus Concilio.
Constantinop. sub Anastasio præfuit. 400
S. sinoius Concilio.
In Oriente sub Celestino interfuit. 427
Proclus Concilio.
Constanrinop. sub Sixto III. præfuit. 439
Flauianos Conciliis.
Constantinop. 1. sub Leone 1 præfult. 448
Constantioop. 2. sub eod. interfuit. 449
Anatolius Concilio.
Chalcedoneosi vniu. iv. sub Leooe I. subsc. 451
Gennadius Concilio.
Constantinop. sub Leone I. præfuit. 459
Acacius Concilin.
Constantinop. sub Felice III. præfuit. 483
Ioanocs concilio.
Constantinop. sub Hormisda præfuit. 518
Epiphanius concilio.
Constantioop. sub Hormisda præfoit. 520
Mennas concilio.
Constantinop. Tempore Intetregni Poot. præf. 536
Eutychius concilio.
Constantioop. vniu. V. sub Vigilio præfuit. 553
Georgius cooeilio.
Constantinop. vniu. VI. sub Agathooe subsc. 680
Tarasius concilio.
Nicæno vniu. vii. sub Adriano I. subsc. 787
Merbodius coneilio.
Constantinop. sub Gcegorio iv. subse. 842
Ignatius conciliis.
Constantinop. sub Leone iv. præfuit. 854
Constantinop. vniu. viii. sub Adriano II. subsc. 869
Pantaleo concilio.
Lugdunensi vniu. xiv. sub Gregor. X. subsc. 1274
Iuannes concilio.
Constansiensi vniu. sub Iosn. XXIII. subsc. 1414
Iosephus conciiio.
Flocentino vniu. XVI. sub Eugenio iv. moriens ann. 1438

Alexandrini Patriarchæ.

Alexander conciliis.
Alexandtino I. sub Siluestco I. præfuit. 315
Alexaodcino II. sub eod. subsc. 319
Nicæno vniu. I. sub eod. subsc. 325
Athanasius conciliis.
Romano 1. sub Iulio I. subse. 340
Sardicensi vniu. sub eod. subse. 347
Ierosolymitano sub eod. subsc. 350
Alexaudrino II. sub Liberio præfuit. 363
Petrus eoncilio.
Romano III. sub Damaso I. subsc. 373
Timotheus concilio.
Constaotioop. vniu. x. sub Damaso I. subsc. 381
Theophilus concilio.
Constantioop. sub Siricio subsc. 394
Cyrillus conciliis.
Alexandcino sub Celestino I. præfuit. 430
Ephesino vniu. III. sub eod. præfuit. 431

Pcoterius

Proterius Concilio.
Alexandrino sub Leone I. præfuit. 452
Apollinarius Concilio.
Constantinop. vniu. V. sub Vigilio subsc. 553
Petrus Concilio.
Constantinop. vniu. VI. sub Agathone subsc. 680
Michael concilio.
Constantinop. vniu. viii. sub Adriano II. subsc. 869
Simeon concilio.
Pisano ad tollendum schisma. subsc. 1409

Antiocheni Patriarchæ.

Fabius Concilio.
Antiocheno sub Cornelio præfuit. 255
Domnus concilio.
Antiocheno II. sub Dionysio Episcopus creatur. 272
Vitalis concilio.
Neocæsariensi sub Siluestro I. subsc. 314
Eustathius concilio.
Nicæno vniu. I. sub Siluestro I. subsc. 325
Meletius conciliis.
Antiocheno sub Liberio præfuit. 364
Constantinop. vniu. II. sub Damaso I. subsc. 381
Paulinus concilio.
Romano IV. sub Damaso I. subsc. 382
Theudotus concilio.
In Oriente sub Celestino I. interfuit. 427
Ioannes concilio.
Antiocheno sub Sixto III. præfuit. 432
Maximus concilio.
Chalcedonensi vniu. iv. sub Leone I. subsc. 451
Domnus concilio.
Constantinop. vniu. V. sub Vigilio subsc. 553
Theophanes concilio.
Constantinop. vniu. vi. sub Agathone subsc. 680
Opizio concilio.
Lugdunensi vniu. xiv. sub Gregorio X. subsc. 1274
Ioannes concilio.
Constantiensi vniu. sub Ioan. XXIII. subsc. 1414

Ierosolymitani Patriarchæ.

Macharius concilio.
Nicæno vniu. I. sub Siluestro I. subsc. 325
Maximus conciliis.
Sardicensi vniu. sub Iulio I. subsc. 347
Ierosolymitano sub eod. præfuit. 350
Cyrillus concilio.
Constantinop. vniu. II. sub Damaso I. subsc. 381
Ioannes concilio.
Diospolitano sub Innocentio I. præfuit. 415
Iuuenalis conciliis.
Ephesino vniu. III. sub Celestino I. subsc. 431
Chalcedonensi vniu. iv. sub Leone I. subsc. 451
Ierosolymitano sub eodem præfuit. 454
Petrus concilio.
Ierosol. Tempore intertegni Pont. præfuit. 536
Theodotus concilio.
Constantinop. vniu. vi. sub Agathone subsc. 680
Theodosius concilio.
Constantinop. vniu. viii sub Adriano I. subsc. 869
Dagobertus concilio.
Ierosolymitano sub Paschali II. subsc. 1107
Goaremundus concilio.
Neapolitano in Samaria sub Calixto II. præfuit ann. 1120
Guillelmus concilio.
Antiocheno sub Innocentio II. subsc. 1142
Antonius Helius Concilio.
Tridentino vniu. XVIII. sub Paulo III. subsc. 1545

CONCILIORVM GENERALIVM
Index Chronographicus.

1. Nicænum 1. sub Siluestro I. 325
Sardicense Nicæni appendix sub Iulio I. 347
2. Constantinopolitanum II. sub Damaso I. 381
3. Ephesinum III. sub Celestino I. 431
4. Chalcedonensi iv. sub Leone I. 451
5. Constantinopolitanum V. sub Vigilio. 553
6. Constantinopolit. vi. sub Agathone. 680
7. Nicænum vii. sub Adriano I. 787
8. Constantinop. viii. sub Adriano II. 869
9. Lateranense ix. sub Calixto II. 1122
10. Lateranense X. sub Innocentio II. 1139
11. Lateranense XI. sub Alexandro III. 1179
12. Lateranense XII. sub Innocentio III. 1215
13. Lugdunense XIII sub Innocentio iv. 1245
14. Lugdunense XIV. sub Gregorio X. 1271
15. Viennense XV. sub Clemente V. 1311
16. Florentinum XVI. sub Eugenio IV. 1438
17. Later. XVII. sub Iulio II. 1512. & Leone X. 1517
18. Tridét. XVIII sub Paulo III. 1545. & Pio IV. 1563

INDEX CONCILIORVM ALPHABETICVS.



RVMETINVM. an. 344
Apud S. Ægi-dium. ann. 1210
Ægyptium. 398
Affricanum. 257
Affricanum. 258
Affricanum. 399
Affricana duo. 401
Affricanum. 403
Affricanum. 404
Affricanum. 405
Affricanum. 407
Affricanum. 408
Affricanum. 409
Affricanum. 410
Affricanum. 418
Affricanum. 424
Affricanum. 434
Agathense I. 440
Agathense II. 506
Alexandrinum. 315
Alexandrinum. 319
Alexandrinum. 339
Alexandrinum. 362
Alexandrinum. 363
Alexandrinum. 399
Alexandrinum. 430
Alexandrinum. 452
Altinense. 402
Ancyranum. 314
Andegauense. 453
Andelaense. 587
Anglicanum. 664

Angli

Ver

Vermeriense II.	853	Viennense.	1533	VVintoniense IV.	1142
Vernense I.	756	Virduncose.	947	VVormatiense.	770
Veinense II.	844	Vizeliacum.	1145	VVormatiense.	772
Vezelinum	1145	Vniciouiense in Polon.	1375	VVormatiense.	776
Viennense I.	474	Vratislauiense.	1245	VVormatiense.	787
Viennense II.	892	VVestmonasteriense.	1175	VVormatiense.	829
Viennense III.	1112	VVestmonasterien.	1226	VVormatiense.	868
Viennense IV.	1119	VVintoniense I.	975	VVormatiense.	890
Viennense V.	1297	VVintoniense II.	1070	VVormatiense.	1122
Viennense Oecumenic. XV.	1311	VVintoniense III.	1139	VVindeshutense.	1070

DE EPISCOPO AVRASIENSI
Ex quodam M. SS.

DEEST *principium*.................. Sicæ siquidem ciuitatis populus aliquando ita exaltatus est vt illius ciuitatis nomen vulgaribus passim carminibus celebretur, aliquando ita depressus vt eius Ecclesia, ciuitatis alterius Ecclesiæ vel subdita sit vel vnita. Rursus per cœlestis Sapientiæ dispositionem, nostris vel maiorum nostrorum temporibus eidem ciuitati & Ecclesiæ tantus est populus restitutus vt Ecclesia eadem Archiepiscopi Arelatens. instantia proprium & Cardinalem receperit Sacerdotem, iuxta quod de Diœcesi quæ aliquando Episcopum habuit in Affricano est Concilio constitutum, vt si multiplicatus populus desiderauerit habere proprium Rectorem, eius videlicet volontate, in cuius potestate est Diœcesis constituta, habeat proprium Episcopum. Qui igitur duo iam Episcopi nostræ memoriæ temporibus in Aurasiæ ciuitatis Cathedra substituti sunt, nos petitioni tuæ, ac deuotioni multiplicis populi, charissime frater annuimus, & Chalcedonensis Concilij Capitulum sequentes, præsentis decreti authoritate sancimus, vt ciuiles dispositiones Arausicæ vrbis, & publicos Ecclesiasticorum quoque Parrochiarum ordines subsequantur. Itaque tam tibi quam legitimis successoribus tuis integritatem Parrochiæ Aurasiensis ita plenè confirmamus, sicut antiquitus eam Aurasiensi Ecclesiæ mansisse cognoscitur, nec Tricastrino, vel alicui deinceps Episcopo liceat Parrochiæ ipsius fines, vel cætera ad præfatam Ecclesiam pertinentia inuadere, vel qualibet machinatione subtrahere, sed omnia vobis & Clericis iuesdem Ecclesiæ militantibus quieta & integra conseruentur. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica quælibet secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundò tertiòue commonita si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri I. C. aliena fiat, & in extremo examine, districtæ vltioni subiaceat; cunctis autem eidem Ecclesiæ iusta seruantibus, sit pax Domini N. I. Christi quatenus & hic fructus bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem, præmia æternæ pacis inueniant. *Amen, Amen, Amen.*

✠ EGO PASCHALIS CATHOLICÆ Ecclesiæ.

S. Petrus. S. Paul.
Paschalis. PP. II.
SVNT ✠ VERBO · DNI · COELI · FIRMATI ·

BENE

Datum Laterani per manum Ioannis sanctæ Ecclesiæ Diac. Card. ac Bibliothecarij XV. Kal. Non. Indict. V. Incarn. Dominicæ A. M. C. X I I I. Pontificatus autem Domini Paschalis II. Papæ anno XIV.

Hæc est responsio Aurasiensis Episcopi in Concilio Viennensi ad Tricassinum Episcopum, qui asserebat eum indeblitè habere Episcopatum Aurasiensem, eo quod olim fuerit vnitus Tricassinæ Ecclesiæ. Ad me non pertinet vtrum Aurasiensis, Ecclesiæ pertineat Tricassinæ necne, ego enim cum essem sub vinculis Ecclesiæ & obedientiæ, in Episcopatum non meipsum intrusi, imo præcepto Abbatis mei cui me pro Christo supposueram, non furtiuè, sed solemniter factus sum Episcopus præcepto Domini Richardi Albanensis Episcopi & Legati Romanæ Ecclesiæ quem Dominus Papa consilio Religiosorum, & precibus populi Aurasiensis lachrymabiliter quærentis sibi dari Patrem, ad hoc perficiendum misit, facta est autem electio apud pontem de Sorga in præsentia ipsius & Archiepiscopi Arelatens. & Episcopi Viuariensis, à Clero & populo in hunc modum.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, notum sit omnibus tam futuris quam præsentibus, quod Aurasienses Clerici, præsentiam Domini Papæ Paschalis humiliter adierunt, & vt Ecclesiam Aurasiensem à coniunctione Tricastrinæ, cui pro necessitate temporum fuerat coniuncta liberaret, & cessante tandem necessitate, & gratia diuina superueniente eis, proprium Episcopum donaretur cum rogauerunt

nerunt, quorum precibus Dominus Papa Paschalis motus, Richardo Albanensi Episcopo atque suo Vicario præcepit quatenus quando Conuentum Episcoporum apud pontem Sorgam haberet, Arelatensem Metropolitanum cum suis suffraganeis, & Viuariensem Episcopum de hac re reconsuleret, & quidquid ipsi inde laudarent, ipse faceret. Secundum igitur Domini Papæ præceptum atque Metropolitani Arelatens. & suorum suffraganeorum, Viuariensisque Episcopi consilium, prædictus Albanensis Episcopus, Aurasiensis Ecclesiæ causam deffiniuit, & Aurasiensibus Clericis eligendi proprij Episcopi libertatem tradidit, hac itaque authoritate suffulti, & canonica ratione muniti, elegerunt Berengarium virum scientia, moribus, genere & ætate satis ornatum, sancti Ruffi Canonicum in præsentia Albanensis Episcopi, & Gibilini Arelatens. Archiepiscopi, & Leodegarij Viuariensis Episcopi, & Leberti Abbatis S. Ruffi, omniumque Episcoporum Clericorum, & Laicorum qui ibidem aderant, assentiente Giraldo adhemario Aurasicæ Principe, cum totius populi Aurasiensis concione. Ego Richardus Albanens. Episc. ff. Ego Gibelions Archiep. Arelatens. ff. Aodertus Aueniouens. Episcopus laudaui, Lebertus Abbas S. Ruffi laudaui ff. firmaui.





CONCILIABVLA TVM SCHISMATICORVM, TVM HÆRETICORVM:

An. 198. SIATICVM, sub Victore I. de celebrando Paschate die 14. primi Mensis, etiamsi in dominicum non incideret, per Polycratem *Ephesinum* Episcopum celebratum. Victor Papa Conciliabulum reprobauit, & quam, diu minatus fuerat, excommunicationis sententiam contra pertinaces executus est; hanc Victoris sententiam contra Orientales Quartadecimanos, postea Patres Nicæni concilij confirmarunt.

217. *Affricanum*, sub Zephyrino. De Iterando Hæreticorum baptismate occasionem errandi Tertullianus dedit, qui, dum adhuc Catholicus esset, omnia hæreticorum, ab Ecclesia reiicienda, ac depellenda esse sentiebat, ita vt nec baptismum communem cum hæreticis habendum esse putaret. Omnes Episcopi *Numidiæ & Affricæ* interfuerunt. Agrippinus *Carthaginensis* Episcopus præfuit.

218. *Iconiense in Phrygia* sub Steph. I. de iterando Baptismate, ac ordinationibus aliisque sacris Hæreticorum, occasione Cataphrygarum Hæreticorum. Episcopi ex Cappadocia, Cilicia, Galatia, aliisque proximis Orientalibus Regionibus ad hanc Synodum accesserunt.

Stephanus Papa, Episcopos Orientales hæc constituentes excommunicat ipsamque Synodum erraticam reprobat.

258. *Synadense in Asia* sub Stephano I. pro eadem causa.

258. *Affricanum*, seu Carthaginense I. sub Stephano I. pro eadem causa à Stephano Papa reprobatum.

Cyprianus *Carthaginensis* Episcopus præfuit.

*258. *Affricanum*, seu Carthaginense II. sub Stephano I. in causa baptismi hæreticorum, idem quod præcedentibus Conciliis Affricanis, in hac & Basilidis causa definitum duplici decreto confirmatum est. *Vide Concilium Affricanum* II. ann. 258. Primum, vt ij qui in Ecclesia ordinati à fide defecerunt, reuertentes ad Ecclesiam, nonnisi ad laicam communionem recipiantur, alterum, vt baptismus hæreticorum ab ipsis collatus, non tantum pro inualido, sed etiam pro nullo habeatur, adeo vt si ad Ecclesiam reuertentes baptizentur, non secundo baptismo rebaptizentur, sed tantum primum iis baptisma conferatur, quia ab hæreticis non verè baptizati, sed aqua tantum hæreticorum amplius sordidati fuerint. à Stephan. Papa reprobatum.

71. Episcopi ex *Affrica & Numidia* subscripserunt.

258. *Affricanum*, seu Carthaginense III. sub Stephano I. pro eadem causa. Cùm Stephanus Papa ea quæ præcedente Conciliabulo Affricano de baptismate hæreticorum statuta erant reprobasset, Cyprianus conuocatis 87. Episcopis ex *Affrica, Numidia, & Mauritania*, hoc 3. in eadem baptismi causa Conciliabulum celebrat, & quod decretum prius fuerat de Iterando hæreticorum baptismate confirmat, affirmari tamen non potest, nec debet, Cyprianum hanc sententiam propugnasse, tenuisse, & ad mortem vsque defendisse, nam Apostolicam, quam Stephanus obiiciebat, traditionem, Cyprianus ab Apostolico fonte dimanasse non credidit, sed potius obrepentem errorem esse, & corruptelam, prauamque consuetudinem; quando autem hac de re melius instructus est, cum Firmiliano, Dionysio Alexandrino, omnibusque aliis Orientalibus, & *Affricanæ Ecclesiæ* Episcopis, aliter & melius sensit, nunquam autem à Stephano Pontifice, Apostolicæ Sedis communione priuatus est, & in eadem cum Romana Ecclesia, vnitate vsque ad martyrium perstitit.

303. *Cirtense in Numidia* sub Marcellino, quo in locum traditoris (qui scil. ex imperatorum edicto codices sacros res've alias sacras comburendas tradiderat) Traditores Episcopi, traditorem eiusdem criminis reum Episcopum *Cirtensem* substituerunt. Secundus *Tigisitanus* Episcopus, *Numidianus* præfuit.

306. *Carthaginense* I. sub Marcello schismaticorum Donatistarum, aduersus Cæcilianum Carthagin. Episcopum, quem falsò accusatum (vtpote qui tempore persecutionis sacros codices tradidisset, à Felice *Aptungitano* Episcopo Traditore ordinatus esset) victumque martyribus in carcere constitutis adferri prohibuisset, iniustè condemnarunt, omniumque fidelium communione priuarunt.

70 Episcopi subscripserunt, accersitus ex *Numidia* & aliis Episcopis.

308. *Carthaginense* II. sub Marcello schismaticorum, pro traditoribus recipiendis ad communionem, etiamsi baptizari nollent; vt hoc Concilium penitus ab hominum memoria deleretur, Donatistæ magno studio curarunt vt se purissimos, & innocentissimos, nullaque traditionis macula fœdatos nunquam fuisse ostentarent, ac prædicarent.

270. Episcopi subscripserunt.

335. *Tyrium Phœnicia* sub Silnestro I. à Constantino Imperat. indictum in causa Athanasij *Alexandrini* Episcopi, Athanasius huic cum 47. *Ægypti*

Episcopis Catholicis ac Confessoribus se præsentem exhibuit, ne causæ suæ diffidere videretur, præsidem illius agebat Dionysius Comes cum militari manu, Athanasius de homicidio, stupro, aliisque criminibus calumniã passus, ad imperatorem profectus, absens cõdemnatus Episcopatu, ac communione fidelium priuatus est, cùm Catholici omnes qui intererant ab Athanasij damnatione abhorrentes, inde penitus discessissent.

60. Episcopi subscripserunt.

Eusebius *Nicomediensis*, Eusebius *Cæsariensis*, Episcopi præfuerunt quasi iudices, Theognius *Nicænus* Episcopus, Mares *Chalcedonensis* Episcopus.

335. *Ierosolymitanum* sub Siluestro I. in causa Arrij restituendi *Alexandrinæ* Ecclesiæ, & vrbi nimirum, qui enim in Conc. *Nicæno* palinodiam recantauerat, hac conditione receptus fuerat, vt *Alexandriam* redire non posset, vt constat ex Hieronymo aduersus luciferanos. Quamquam magni nominis Episcopi ad dedicationem Basilicæ imperatoris conuocati fuerint, tamen ille conuentus quo Arrij confessio approbata, ipsiusque restitutio confirmata est, Eusebianorum potius Conciliabulum quam legitima Synodus æstimari debet, hanc enim rem seorsim ab Orthodoxis ipsi soli, vel saltem post Catholicorum discessum egerunt, vt scribit Athanasius *Apolog.* 2.

336. *Constantinopolitanum* sub Marco ab Arrianis seu Eusebianis. Quo Athanasius quasi minatus fuisset se impediturum, ne quid frumenti Alexandria Constantinopolim deueheretur, noua calumnia exagitatus, ac de nouo crimine læsæ maiestatis per falsos, ac subornatos Eusebianæ factionis testes, quasi conuictus, ab Imperatore inaudita causa in *Galliam* relegatur, quem Maximinus Episcopus, non vt profugum vel exulem, sed vt confessorem de impietate triumphantem *Treuiris* excepit, post relegatum Athanasium, Marcellum *Ancyranum in Galatia* Episcopum, crimine hæreseos falsò insimulatum, quasi cum Paulo *Samosatensi* sentiret, Christumque purum hominem esse doceret, condemnarunt, & Episcopatu abdicatum, in exilium eiecerunt; deinde Arrium ob infidelitatis & hæreseos suspicionem, ab *Alexandrinis* reiectum, rectè & orthodoxè sentire Arriani indicant, qui iurato orthodoxam fidem per summam simulationem professus, in Ecclesiæ communionem recipi ab Imperatore iubetur, sed dum Arrius magno fastu Eusebianorum, ad Ecclesiam deducebatur, exonerandi aluum necessitate, ad locum secretiorem declinare compulsus, vna cum excrementis viscera diuino miraculo effundens, miserè interiit.

340. Antiochenum *in Syria* sub Iulio I.

Arriani vt, honesto prætextu, indictum Romæ Concilium, ab eorumque legatis expetitum, subterfugerent, vbi Athanasius vltra annum eorum aduentum præstolatus fuerat, authore Constantio Imperatore procurarunt, vt Antiochiæ nobilissimi illius Templi quod à Constantino magno inceptum, quodque sub Constantio postmodum præ sui excellentia, Dominicum aureum appellatum fuit, encænia, & dedicatio celebraretur, conuocati sunt autem 97. vel 99. Episcopi, quorum 36. Arriani erant, (qui licet pauciores) Constantij Imperatoris nutu, fauore ac voluntate, Athanasium deposuerunt, atque Gregorium Cappadocem Arrianum substituerunt quem Philagrius & Arsacius præfecti, magna Catholicorum strage *ann.* 342. Alexandriam introduxerunt; quem tandem decimo mense post habitum *Sardicense* Concil. Alexandrini occiderunt.

Ibi quatuor fidei formulas Arriani, semper instabiles, conscribi curarunt, ea calliditate, vt, pro temporis, atque loci ratione, quæ sibi opportuna videretur, ea illis vnam ederent. Canones 25. huius Conc propterea quod ab Eusebianis instituti essent ab antiquioribus reiecti sunt.

Antiochia *Epidaphne* à Plinio cognominata, *Reblatha*, vel *Rebla* Hebræis, *Theopolis* à Iustiniano Imp. dicta, *Chersonesus* etiam propter ambitum aquarum dicta, hæc à Barbaris diruta & ab Antiocho & Seleuco filio in eod. loco restituta *Antiochia* dicta est.

344. Antiochenum 2. sub Iulio I. ab Arrianis qui quintam fidei formulam quã, Arriana hæresis, specie tenus, condemnatur ediderunt, & ad Occidentales Episcopos, nullo cum fructu transmiserunt.

347. vel 348. *Sardicense* dictum, sed Philippopolis *in Thracia* habitum, sub Iulio I. à Semiarrianis Sardica per fugam elapsis, ideo quod in legitimo Sardicensi Concilio, iusta iudicij forma, constituto de futura victoria nihil sibi pollicerentur, seorsim ergo *Philippopoli* conuenientes, ibique instar canum, petram eam à qua læsi fuerant, mordentes, in Iulium Romanum Pontificem, Osium Cordubensem, Maximum Treuirensem, aliosque orthodoxæ fidei Episcopos, quod cum Athanasio, Paulo, Marcello & Asclepa suo iudicio condemnatis communicassent, anathematis sententiam pronunciarunt.

Ibi quintam fidei formulam, Conc. præcedenti editam, promulgarunt, in qua Arrij positionibus quibusdam damnatis (vnde Semiarriani nominari meruerunt) nomen consubstantialis filij cum Patre callidè omiserunt. ideo Sardicense Concilium appellarunt, vt legitimum Sardicæ ab orthodoxis Patribus habitum eodem tempore Concilium obscurarent, vel saltem de fide suspectum redderent.

73. Episcopi Arriani subscripserunt.

353. *Arelatense* sub Liberio; Arrianorum; pro damnatione Athanasij, Vincentius Sedis Apostolicæ Legatus, Constantij imperio per vim & contumelias inductus, coactus tandem & deceptus, Athanasij damnationi subscripsit; ex eodem Arrianorum conuenticulo, quod Athanasij condemnationem detestaretur, vnà cum Paulino Treuirensi Episcopo, in exiliũ missus est Rodianus, nec nõ Lucius *Annæus* Episcopus *Moguntinus* relegatus in Phrygiam, & secundo anno exilij sui, qui est Christi 354. Arrianorum insidijs strangulatus est; atque in eius locum ab Orthodoxis, Maximus subrogatus est.

355. *Mediolanense* vniuersale ac Oecumenicum dictum, quod permissu Constantij Imperato. à Liberio Pontifice esset indictum, sed postea reprobatum quod huic Conuentui, ab Ecclesia ad Palatium translato, vnà cum Satellicio præsideret hæreticus Imperator Constantius, & adhuc Cathecumenus, quod in eo Arrianis omnia concederentur, Catholicicis autem Episcopis suffragijs eorum vetitis intercisis, ac vilipensis, omnia negarentur, Edictum Imperatoris de subscribendo, sub pœna exilij, Athanasij condemnationi promulgaretur.

Lucifer *Calaritanus* Episcopus, Pancratius Presbyter, Hilarius Diaconus Sedis Apost. legati, cum Occidentalibus Episcopis 300. & amplius conuenerũt. Plurimi Episcopi Catholici, qui Athanasij condemnationi

natione, bellum Ecclesiæ sopitum forè sperabant, obtemperantes subscripserunt; Legati autem Apostolici, Dionysius Mediolanens. Eusebius Vercellensis Episcopus, ne, condemnatione Athanasij, fidem quoque Nicænam damnare viderentur, subscribere recusantes, post Hilarium diaconum virgis cæsum post subscriptum nomen Dionysij, arte quadam, & industria Eusebij è tabella expunctum, omnes in longinquas & diuersas Regiones relegati fuerunt, ipse etiam Liberius, à Leontio vrbis præfecto, Roma Mediolanum abductus, à Constantio post Dialogum cum eodem habitum, in exilium quod prælegerat, in Thraciam relegatus est, quos illi Constantius & Imperatrix in sumptus exilij obtulerant mille aureos cum exprobratione remisit; ac Felix eius Diaconus (Catholicus tamen) schismaticus, in eius locum suffectus est.

Osius *Cordubens.* Episcopus propè centenarius, à Constantio euocatus, Imperatorem magnis rationibus contertitum, à sententia deduait, atque ita in patriam & Ecclesiam rediit, rursum cum ad se accersit Imperator, & cùm ad subscriptionem in Athanasium impellere nequiret, pro exilio, integro anno illum Sirmij detinuit.

356. *Byterrense* Arrianorum sub Liberio. Quo B. Hilarius Pictauiensis Episcopus relegatur, eo quod eum Episcopis *Gallicanis*, edito decreto, se mutuo consensu à communione Saturnini, Valentis & Vrsacij Arrianorum separasset, addentes, excommunicationis sententia feriendus esse, qui ad vitandam eorum communionem admoniti, sententiæ Episcoporum Catholicorum non obtemperarent.

Saturninus *Arelatens.* Episcopus Arrianus, fauore Constantij Imperatoris, indiait & præfuit.

Hoc Conuentu coacto, S. Hilarius timens ne Arriani sub mentito substantiæ nomine, simplicitatem plurimorum Orthodoxorum Episcoporum circumoanirent, libellum legendum obtulit, quo Arrianorum hæreses omnibus innotescerent.

357. *Sirmiense in Pannonia inferiori*, sub Liberio, præsente Constantio Imperatore, cuius authoritate indictum fuerat, contra Photinum Filij Dei diuinitatem negantem, qui in Sardicensi Concil. damnatus pro more hæreticorum ad Imperat. appellauerat, iterùmque audiri postulauerat, quem Arriani vt Catholicos se ostentarent, condemnarunt, quamuis Arriani Filium Dei creaturam assererent, parum aut nihil à Photinianis differrent. Ea parte reprobatum quod ibi Liberius coactus fuerit subscribere Athanasij condemnationi, & primæ fidei formulæ Sirmianæ quæ Catholica videbatur, si nomine consubstantialitatis non caruisset; Osius autem secundæ fidei formulæ per vim, tormenta & plagas inductus, non tamen contra Athanasium subscripsit; quam confessionem Imperator posteà publico edicto, tanquam blasphemam abdicauit, nouamque qua filius Dei per omnia similis esse Patri prædicatur, edi, ac conscribi mandauit, Osius autem moriturus post bienniom circiter aut annum quasi in testamento suo Arrianorum vim protestatus est, & Arrianam hæresim condemnauit, vetuitque eam à quocunque probari ac recipi.

Oecumenicum dicitur hoc Concilium ea parte approbatum, quia sententiam condemnatoriam hic pronunciatam, omnes Orthodoxi approbarunt & quod 300. & amplius Episcopi ex Occidente, præter Orientales, interfuerunt.

358. *Ancyranum in Galatia* sub Liberio, Semiarrianorum Orientalium Episcoporum à *Syrmio* recedantium, & *Ancyra* conuenientium, qui ablegatum à Filio Dei substantiæ nomen testificentes, impia statuta confessionis ac formulæ *Syrmiensis* plane condemnarunt, ac vt fidem suam profiterentur, duodecim regulas ac definitiones fidei secundæ *Syrmiensi* planè contrarias expresserunt: Semiarriani dicebantur qui Arrij nomen detestati, diuinam in Filio Dei substantiam, vtcumque specie tenus, confitebantur, quia tamen vocem consubstantialitatis non recipiebant, Nicænumque symbolum explodebant, Semiarriani nominabantur, post *Seleuciense* autem Conciliabulum, authore Macedonio *Constantinopolitano* Episcopo *Pneumatomachi* fiunt, Diuinitatem Spiritus sancti negantes.

359. *Ariminense* dictum sed Niceæ *Thraciæ* habitum sub Liberio, Arrianorum qui nouam fidei formulam ex Constantij Imperat. sententia sub Nicæno nomine vulgatam ediderunt, & ad perfidiam hanc subscriptione sua approbandam non tantum *Ariminenses* Concilij Legatos *Hadrianopoli*, & Episcopos reliquos *Arimini* detentos, verum etiam (præter Liberium Pontificem, Seruatium *Tungrensem*, aliosque 18. Episcopos fortiter resistentes) omnes penè totius orbis antistites metu exilij, & tormentorum per vim induxerunt, adeo quod authore Hierony. (*Dialog. contra Lucifer.*) totius penè orbis Arrianum se esse miratus, tunc verè ingemuerit.

Gaudentius Ariminens. Episcopus per milites fustibus, & lapidibus appetitus glorioso martyrio occubuit, Liberius per Valentem ab vrbe relegatus est.

359. *Seleuciense in Isauria* sub Liberio contra Acacianos seu Arrianos, Orientalium Episcoporum eodem tempore à Constantio. Imperat. indictum, quo Occidentales *Arimini* ab eodem fuerant vocati.

Acatiani, ideft Ætianorum consortes, Christum omnis cum Patre substantiæ expertem impiè tradentes.

Semiarriani diuluæ cum Patre substantiæ, suo quodam sensu, assertores, Hilarius *Pictauiens.* Episcopus iam quartum annum agens exul in Phrygia, diuino planè consilio, euocatus fuit, eiusque Catholica fides Sabelliana nominata est. Acaciani, seu Arriani, à Semiarrianis damnati sunt, formula fidei *Antiochiæ* Conciliabulo constituta, restituta est, Arriani damnati ad Imperatorem Constantinopolim reuersum appellarunt, nouamque Synodum ibidem congregari pro voto impetrarunt.

160. Episcopi partim Acaciani seu Arriani, partim Semiarriani interfuerunt.

Seleucia alias Aspera nominata.

359. *Constantinopolitanum*, sub Liberio. Contra Semiarrianos qui ab Acacianis damnati sunt, vt autem Acaciani viderentur Catholici, suæ hæreseos authorem Ætium condemnarunt.

50. Episcopi *Bithynia* tantum interfuerunt & nonam, eamque nonam à *Nicæno* Concilio diuersam fidei professionem ediderunt, in qua non modo vox substantiæ, sed etiam Hypostasis, vel substantiæ impiè abolita fuit, ac etiam, iussu Constantij,

alteri fidei formulæ Arimini scriptæ (licet diuersæ) subscripserunt, barum alteram in Oriente, alteram in Occidente, Imperator obseruari voluit; noua fidei professio in hac Synodo scripta, missa est ad eos qui *Arimini* conuenerant, vt eidem omnes vel subscriberent; vel in exilium relegarentur.

360. *Antiochenum*, sub Liberio; quo ab Arrianis Meletius Episcopus *Antiochenus* Catholicus (ab Acacianis antea in sedem *Antiochenam* introductus, præter spem & opinionem eorum *Nicæni* Concilij publicus prædicator, ac propterea ab Imperatore Constantio iam depositus) Sede deiectus est. Nouaque fidei confessio condita est, Constantio & Acacio auctoribus, qua filium Patri, substantia & voluntate dissimilem, atque ex nihilo ortum esse statuerunt, sicut Arrio ab initio placuerat; hic tandem finis magnæ tragœdiæ ab Arrianis post *Nicænum* Concilium, post 30. & amplius annos confectæ; sequenti enim anno Constantius Imperator extinctus est.

364. *Lampsacenum in angusto Hellesponti sinu*, sub Liberio, Semiarrianorum contra Arrianos, qui Semiarriani se Catholicos simulantes fidei suæ libello confisto, Pontificis Liberij communionem perceperunt, cum Sedium restitutione, quibus antea vt hæretici expoliati fuerant, in ipso tamen Conciliabulo Spiritus S Diuinitatis negatio, ex sententia Macedonij, addita est.

366. *In Caria Regione Asiæ*, sub Liberio, occasione Valentis Imperatoris ab Eudoxio Arriano baptizati, illisque fauentis indictum) Arrianorum de formula fidei *Antiochiæ* & *Seleuciæ* edita tenenda.

34. Episcopi Arriani interfuerunt.

366. *Singedunum in Mysia* sub Liberio (Arrianorum contra Semiarrianos quos ad formulam *Ariminensem* & *Constantinopolitanam* (qua filius Patri tantum absoluté similis esse dicitur) approbandam, inducere tentarunt. Valens & Vrsacius indixerunt.

386. *Treuirense*, sub Siricio, quo Ithacius Hispaniæ Episcopus ab irregularitate, quam iuste à Theognosto, aliisque Catholicis Episcopis damnatus, incurrerat (ob supplicium Priscilliani quod apud Maximum Tyrannum procurauerat) iniuste, patrocinio eiusdem Maximi (qui Conciliab. indixerat) absoluitur.

391. *Angaris* sub Siricio; Nouitianorum de festo Paschatis, constituerunt autem licuisse, & licere cuilibet absque dispendio Catholicæ veritatis, Pascha celebrare die qua velit.

394. *Cauernense in Susis loco prope Carthaginem*, sub Siricio; Donatistarum, quo Maximianistæ Primianistas cum suo authore Primiano damnarunt; Primianus, Parmeniano *Carthaginensi* Episcopo defuncto, suffectus erat, aduersus hunc postea ab aliis Donatistis creatus est Maximianus Diaconus, fautores Primiani Primianistæ, Maximiani Maximianistæ, sicut etiam alij à Clandio Claudianistæ, à Rogato Rogatistæ appellati fuere; ita Donatistæ more omnium hæreticorum in partes varias, & factiones diuisi, ab auctoribus scissionum, nomen sortiti sunt.

53 Episcopi Maximianistæ conuenerunt.

394. *Bagaiense in Numidia* sub Siricio, Primianistarum contra Maximianum eiusque sectatores.

310. Episcopi conuenerunt.

403. *Ad Quercum suburbium Chalcedonis*, sub Innocent. I. in causa S. Ioan. Chrysostomi, qui Episcopatu abdicatur & vrbe expellitur.

36. Episcopi è factione Theophili *Alexandrini* subscripserunt, qui Theophilus ad dicendam causam de criminib. illi ab Origenistis impositis, Constantinopolim euocatus, in suburbio per tres hebdomadas subsistens ex reo subito factus actor, & Iudex, omnes variis de causis Chrysostomo infensos Episcopos Clericos, Monachos, viros, fœminas, ipsam quoque Imperatricem Eudoxiam excitat, ad accusationes in eum intendendas, quas ipse in Synodo diiudicandas suscepit, accusatus autem Chrysostomus quorumdam criminum, & quod Origenistarum fautor esse videretur, quatiò citatus ad Synodum Oecumenicam prouocauit, at illi nulla habita ratione appellationis sententiam depositionis in eum tulerunt, expulsus autem ne tumultus fieret, se ad nauim perducendum præbuit, abductione eius cognita, magna populi seditio concitatur, qua de causa, quod terræmotus ea nocte factus terrorem Imperatrici incussisset, pluribus nunciis vno post alium missis, Imperator eum reuocat, & magno populi applausu recipitur, restitutus, petit ab Imperatore suam causam in legitima Synodo tractari, quam Theophilus futuram timens, cum suis fugam arripuit.

404. *Constantinopolitanum*, sub Innocentio I. pro depositione S. Ioan. Chrysostomi à Sede Constantinopolit. Cum autem priores eius accusatores rursum producti, propter eius animi confidentiam, animis cadere viderentur, Episcopi dixerunt non de alio crimine quæri, sed hoc solum in iudicium adduci oportere, quòd post abdicationem, absque Concilij sententia, seipsum in Sedem Episcopalem intrusisset, producentes Canonem Concilij *Antiocheni*, sed cùm ex parte Ioannis exciperetur, eum Canonem ab Arrianis sancitum fuisse agentibus aduersariis apud Arcadium Imperat. ac contestantibus se damnationem eius super caput suum suscipere, iussu Imperatoris egredi iussus est ac vinctus à militibus abductus, dispersis pariter in diuersa loca, aut in carcerem coniectis 40. Episcopis ei fauentibus; Arsacius Presbyter Nectarij frater, in ipsius locum suffectus est.

414. *Affricanum*, sub Innocentio I. Donatistarum.

Cum Honorius Imperator, lege quadam promulgata Donatistas intestabiles, infames, hæreditatis adeundæ incapaces exilio ac relegatione dignos declarasset, legisque executionem Dulcitio demandasset, 30. Donatistarum Episcopi in hoc Concil. decreuerunt, Ecclesias nequaquam desertendas esse, deportatos in exilium non optemperare, sed voluntaria sui ipsius nece, vnumquemque vim Præfectorum anteuertere debere, vt, vt à suis tanquam martyres, vel saltem commiseratione Iudicum, in suis ipsorum Ecclesiis tolerarentur.

431. *Ephesinum in Asia minore* sub Celestino I. contra S. Cyrillum *Alexandrinum*, & Memnonem Ephesinum Episcopos. Vide *Concilium Ephesinum* Ioannes *Antiochenus* Episcopus ab Ephesina legitima Synodo excommunicatus, eo quod Episcopos ei aduentanti obuiam missos, per milites plagis grauioribus affecisset, Conciliabulo præfuit, ac cum Nestorianis & pelagianis Memnonem *Ephesin.* Episcopum velut turbulentum, & Cyrillum

tanquam hæreticum Apollinaristam condemnauit, ac deposuit, his necdum contentus, in gratiam Pelagianorum, hæresim Pelagianam, sæpius antè damnatam restituit ac confirmauit.

Episcopi 43. alibi 38. alibi 31. recensentur, quia nimirum aliqui ipsorum paulò post sanioris mentis effecti, à sceleratorum militia deficientes, ad Catholicæ Ecclesiæ castra se receperunt.

449. *Ephesinum* II. vniuersale, sub Leone I. quo Eutyches (qui hanc Synodum per Chrysaphium Eunuchum importunis precib. apud Imperatorem extorserat) absoluitur, eiusque hæresis confirmatur, & Flauianus *Constantinopolitan.* Episcopus cum quibusdam aliis Episcopis condemnatur, sententiam in Flauianum, & Eusebium *Dorylæi* Episcopum Eutychetis accusatorem, pronunciatam, præter Legatos Pontificis, subscriptione sua, omnes ferè Episcopi, minis ac verberibus coacti, approbarunt, cogebantur enim subscribere potis albisque membranis, in quibus rescribendum quid esset ignorarent, cum Flauianus post interpositam, viua voce, appellationem ad Sedem Apostolicam, animo prosequendæ eiusdem appellationis, scriptum libellum appellatorium, legatis Pontificis obtulisset. cæsus est & multis iniuriis affectus, dolore plagarum migrauit ad Dominum.

130. & amplius Episcopi subscripserunt.

Dioscorus *Alexandrin.* Patriarcha Imperatoris iussu præfuit.

Iulianus *Puteolanus* Episcopus, Renatus Presbyter Cardinalis, Hilarus Diaconus, Cardinalis, Legati Romani Pont. noluerunt in Concil. sedere nisi præsidentiam, quam contra æquitatem, ab Imperat. Dioscorus extorserat, Pontifici cederet.

Hilarum Dioscorus (ne quæ tyrannicè gesta erant Romano Pont. nunciarentur) vi adhibita retinere tentauit, sed ipse ocyus fuga elapsus per inuia loca, perque multa pericula, ope diuina potius, quam humana liberatus, Romam peruenit, atque Pontifici singula prout gesta fuerāt enarrauit. Non immeritò hæc Synodus, à S. Leone improbata, prædatoria est appellata, in qua omnia per vim & metum extorta, in qua loco sacrorum librorum gladij atque fustes, in qua suffragiorum libertas fuit vincta catenis, in qua pro Dei laudibus auditæ sunt militum minæ, in qua perfidus Hæresiarcha præses & patronus, in qua hæresis est stabilita.

512. *Sydonium in Palæstina* sub Symmacho; quam ad damnandam Synodum Chalcedonensem Eutychiani & Acephali congregarunt, atque in ea, iussu Anastasij Imperat. Flauianum *Antiochen.* & Eliam *Ierosolymit.* Orthodoxos Episcopos Chalcedonens. Concilij defensores Sedibus suis eiiciendos esse decreuerunt, Flauianus Confessor Christi in castello quod Petra dicitur exul in Domino requieuit.

80. Episcopi subscripserunt.

553 *Aquileiense* sub Vigilio contra V. Synodum *Constantinopolitanam*, ob damnationem trium Capitulorum in ea factam, in odium (vt dicebāt) *Chalcedonensis* Concilij propterea hanc respuendam decreuerunt, seque ab vnione Ecclesiæ Catholicæ segregarunt, atq; in eodem schismate vsque ad tēpora Sergij Papæ, per annos ferè 100. perseuerarunt.

592. *Numidianum in Affrica* sub Gregorio I. ab ipso reprobatum, licet eius auctoritate indictum, quod præter ius fasque aliqua statuissent.

603. *Cabilonense*, sub Gregorio I. in quo S. Desiderius Viennens. Episcopus, Brunechilde Regina instigante, quod impios eius mores liberius argueret, ab Episcopatu deiicitur, & prosequentibus Aridio *Lugdunensi* Episcopo Conciliabuli præside cum Brunechilde, subrogatus est Domnolus, eorundemque consilio, Theodoricus Rex S. Episcopum de exiliu egressum lapidari præcepit.

633. *Alexandrinum* sub Honorio I. à Cyro *Alexandrino* Episcopo Monothelita, qui simulato prætextu, quod hæreticos omnes in Ægypto positos Ecclesiæ Catholicæ iungere posset, si duarum voluntatum & operationum voces silentio supprimeret, satis esse docens, si in Christo tantum Deivirilis voluntas, & operatio diceretur, ex qua duarum naturarum in Christo exacta professio ederetur, eo quod etsi non voces, res ipsæ tamen expressæ haberentur; hac itaque de causa, edidit synodale decretum, quod satisfactio inscribitur, in quo 9. sunt capita, quibus non quidem apertè sed tantum callidè & latenter Monothelitarum hæresis confirmatur.

639. *Constantinop.* sub Seuerino; quo Sergius *Constātinop.* Episcop. Echtesim Heraclij Imperat. confirmauit, aut potius suam nouam expositionem fidei, sub nomine Heraclij de vna voluntate & operatione Christi promulgauit.

685. *Gallicanum in villa Regia*, sub Ioan. V. quo Episcopi aliqui cum Lamberto *Traiectensi* Episcopo Gradu deiecti, exilio damnati, & S. Leodegarius *Augustodunen.* Episcopus capitali sententia post biennij carcerem in *Fiscanensi* cœnobio, Ebroini magistri domus factione, à Theodorico Rege impiè damnatus est.

691. *Constantinopolitanum*, pseudosextum, dictum quinisextum vniuersale trullanum dictum, sub Sergio I. authoritate Callinici *Constantinopolitani* Episcópi congregatum, sub nomine quintæ & sextæ Synodi œcumenicæ, in quo Canones 102. conditi fuerunt, qui post sextam Synodum describuntur, quasi additamenta quintæ & sextæ Synodis *Constantinopol.* ad quos tamen impios Canones confirmandos, neque Sergius per vim, neque Ioan. VII. & Constantinus Romani Pontific. per fraudē & blanditias (prout Monothelitæ expetebant) ab Imperatore Iustiniano II. induci potuerunt.

698. *Aquileiense* II. sub Sergio I. contra quintam Synodum *Constantinop.* quam respuendam esse decreuerunt, seque ab vnione Ecclesiæ Catholicæ rursus præsciderunt, ea de causa quod damnationem trium Capitulorum in quinta Synodo factam, in odium & præiudicium *Chalcedonensis* Conc. contigisse interpretarentur, tempore Gregorij I. resipuerant Aquileienses, & post dictum Conciliabulum salutaribus Sergij Papæ monitis instructi, cum cæteris Ecclesiis annuere consenserunt.

712. *Constantinop.* sub Constantino, contra quintā Synodum Oecumenicam à Philipico Imperat. indictum, cui pseudomonachus recens, Imperium prædixerat, sub iuramēto quintam Synodum abolendi, deposito ergo Cyro *Constantinop.* Episcopo Orthodoxo, Ioānem suæ impietatis, socium eidem solios præposuit, qui huic Conciliabulo præfuit.

Innumera multitudo Orientalium Episcoporum, vno momento, in Monothelitas conuersorum subscripsit. Acta autem huius Conciliab. blasphemiis plenissimi cum impiò Imperat. sepulta perpetuo anathemati tradita sunt.

754. *Constantinopoli.* pseudoseptimum vniuersale sub Stephano III. à Constantino Copronymo Imperat

perat. aduersus cultum sanctarum imaginum indictum. Constantinus enim Imperat. in Templo Beatæ Mariæ Virginis ambonem conscendit, atque ex eo Constantinum Monachum, Patriarcham, homo laicus designauit, & paulò post per laicum Episcopum, Laicus Imperator hoc Conciliabulum congregauit; antequam autem in Templu B. V. Deiparæ Mariæ Episcopi conuocati conuenirent, imagines viram D. N. I. Christi repræsentantes prius deleri, penitusque abradi, atque in earum locum animalium formas substitui procurarunt.

Theodosius *Ephesinus* Episcopus huic pseudosynodo præfuit, propterea à quibusdam *Ephesina* Synodus nominatur.

338. Episcopi subscripserunt.

759. *Germanicum* sub Paulo I. quo Othmarus Abbas *S. Galli* ob falsum crimen impudicitiæ iniustè condemnatus, incarceratus, & sine alimento corporis relictus, fame interiit.

806. *Constantinopolitanum* sub Leone III. in causa Iosephi Sacerdotis quem Tharasius *Constantinopolit.* Patriarcha Sacerdotio amouerat, velut copulatorem adulterij Constantini Imperat. cum Theodore, Nicephorus autem Tharasij successor, vi adductus in hoc Conciliabul. illum restituit.

809. *Constantinopolitanum* sub Leone III. contra Theodorum & Platonem SS. Monachos, coniugium Constantini Imperat. cum Thodore (viuente adhuc legitima vxore) legitimum dicere nolentes, qui à Monasterio & vrbe deiecti, exilio sunt destinati additum est in gratiam Imperatoris, Leges diuinas aducis. Reges nihil posse, martyres non esse nominandos, si qui ioannem vel Chrysostomum imitati, pro veritate & iustitia sanguinem effudissent, Episcopos in omnibus Canonibus potestatem habere.

814. *Constantinopolitanum* sub Leone III. quo Iconoclastæ hæretici, *Nicænam* 2. Synodum condemnarunt, & pseudoseptimam Synod. confirmarunt dissentientes Episcopos partim in terram deiectos, pedibus conculcarunt, partim per posticum eiiciendos è consessu curarunt: Nicetas, Theodoros studita, aliique insignium Monasteriorum Duces, aliique Orthodoxi, exilio relegati sunt.

Nicephoro *Constantinop.* Patriarch. Sede amoto & relegato, à Leone Armeno Imperatore Theodorus *Melissenus* Iconomachus illi suffectus, præfuit.

824. *Parisiensis* pseudosynodus, vel potius Collatio sub Eugenio II. de cultu imaginum, vbi ex veteribus Patribus falsò concluditur, imagines, neque frangendas, vt volebant Iconomachi, neque colendas, vt Synodus Nicæna II. statuerat.

833. *Apud Compendium*, sub Gregorio IV. quo Ludouicus Pius Imperat. (solicitantibus Pipino & Lothario eius filiis, Ebbone Rhemensi Episcopo authore) de nece Bernardi nepotis (de qua iam pœnitudinem gesserat) absens adiudicatus, & inauditus, nec confessus, nec conuictus, Imperio deponitur, ac antè corpus S. Medardi, & S. Sebastiani Martyris arma deponere cogitur, pullaque indutus veste, adhibita magna custodia, sub tectum quoddam retrusus est.

Agobertus Lugdunensis Episcopus, Bernard. Viennens. Episcopus subscripserunt.

852. *Cordubense in Hispania*, sub Leone IV. Arabum Rege instante indictum; in quo vetitum est Martyrium, cultusque SS. Martyrum sublatus fuit, dicentes pseudoepiscopi, quod qui violenter ad abnegationem fidei non adigerentur, sed propria voluntate discrimini se offerrent; inter Martyres non sint habendi, ideò maximè, quia miracula instar antiquorum martyrum non ederent, eorumque corpora non incorrupta permanerent.

853. *Suessionense*, sub Leone IV. *apud S. Medardum*; in causa eorum qui ab Ebbone Rhemen. Archiepiscopo, post eius depositionem, ordinati fuerant, quos Hincmarus ei substitutus recipere nolebat, eaque de causa hanc Synodum celebrari curauit, in qua Clerici ab Ebbone ordinati damnati sunt. Huius Synodi confirmationem à Benedicto Leonis successore, Hincmarus obtinuerat, sed postea à Nicolao, cognito errore, reprobata est.

20. Episcopi subscripserunt, vnus Chorepiscopus, 6. Abbates.

858. *Constantinopolit* seu Photianum I. sub Nicolao I. in quo Ignatio *Constantinopol.* Patriarcha per calumniam Bardæ Patricij iam exturbato, ac in insulam, cui nomen *Terebinthus*, relegato, & de Episcopatus resignatione frustra sollicitato, Photius Eunuchus, ex laico ei suffectus est, & à Gregorio *Syracusano* Episcopo schismatico inauguratus.

859. *Constantinopolit.* seu Photian. II. sub Nicolao aduersus Ignatium *Constantinop.* Patriarc. Photius hanc Synodum indixit sibi adhærentium Episcoporum, qui Ignatium damnarent, atque hac arte Episcopos & populum ab Ignatij affectione diuellere voluit. Ex hac Synodo Photius, & Michael Imperat. Legatos miserunt ad Nicolaũ I. cum litteris mendaciis repletis, vt Ignatij depositionem, Romanæ Ecclesiæ authoritate firmiorem redderent, hoc vnicum tamen dumtaxat impetratum est, vt Rodoaldus *Portuens.* & Zacharias *Anagninus* Episcopi, ad causam non tam dirimendam, quam peruestigandam, *Constantinopolim* mitterentur.

861. *Constantinopolitan.* Oecumenicum falsò nuncupatum, sub Nicol. I. quo 318. circiter Episcopi Ignatij iniustam condemnationem, & Photij illegitimam intrusionem confirmarunt. Cùm, nullo supplicio, Ignatium præsentem inducere possent, vt suam ipsius condemnationem ille propria manu, & subscriptione approbaret, subscripsit pro eo Photius. duæ huius Conciliab. sessiones habitæ sunt vna pro cultu SS. Imaginum, altera in causa Ignatij.

Legati Sedis Apostolicæ diu multumque reluctati, tandem terroribus inducti, iniquæ sententiæ subsc. Michael Imperator contra Canones præsedit.

862. *Aquisgranense* sub Nicolao I. quo VIII. Episcopi declararunt, Lotharium *Francorum* Regem à vinculo matrimonij cum Theutperga contracto liberum & solutum esse ideo quod ipsa cum fratre incestuosum adulterium admisisset. Eos qui Conciliabulo interfuerunt, Nicolaus I. excommunicauit.

863. *Metense*, sub Nicolao I. in causa repudij Theutpergæ Reginæ a Lothario Rege facti Rodoaldus *Portuensis*, ioannes *Ficondensis*, Episcopi Leg. Sed. Apost. pecunia corrupti consenserunt.

863. *Siluanectense*, sub Nicolao I. quo, authore Hincmaro *Rhemensi* Archiepiscopo, Rothaldus Suessionens. Episcopus (licet Sedem Apostolicam appellaret) deponitur, substitutoque ei alio quodam Episcopo, in Monasterium detruditur.

869. *Metense*, sub Adriano II. quo Regnum

Gallia à legitimo successore Ludouico ad Carolum tyrannicè translatum est, absoluta Synodo, Carolus legationem cum oblatione duarum coronarum gemmis intextarum pro duobus Regnis quæ possidebat, misit ad Adrianum Papam, qui munera oblata respuens, nouam legationem ad Carolum & Ludouicum destinauit: hæc Synodus meritò præditoria nominatur.

870. *Vermeriense* sub Adriano II. quo 20. Episcopi Hincmarum *Laudunensem* Episcopum condemnarunt, quod ille iussu Adriani Papæ excommunicationis sententiam tulisset in Northmannum, qui à Carolo Rege bona Ecclesiastica in beneficium acceperat, Hincmari autem *Laudunens.* appellationi, ad Roman Pont. non est delatum.

Hincmarus senior *Rhemens.* Archiepisc. hanc Synodum contra Nepotem congregauit.

870. *Attiniacense*, sub Adriano I. Cùm Hincmarus *Laudunens.* Episcopus rescriptum Adriani Papæ pro se impetratum, Hincmaro *Rhemensi* Archiepiscopo, & Carolo Regi insinuasset, ex odio erga *Laudunensem* vterque decreuit, vt hæc Synodus, quæ latrocinalis dicitur cogeretur.

Remigius *Lugdunens.* Ardouicus *Vesentiensis*, Bertolfus *Treuirens.* Archiep. præfuerunt.

In ea Hincmarus *Rhemens.* vnà cum Carolo Rege accusatorem agebat aduersus nepotem. Causa denunciandi Hincmarum erat ista, quod ille iura Sedis Apostolicæ, contrariis scriptis defenderat, quæ *Rhemensis* Archiepiscopus impugnare & euertere nitebatur, quodque contra iuramentum fidelitatis quo Regi erat obstrictus, eumdem Carolum Regem apud Romanum Pontif. accusasset, atque sine eius licentia, aduersus ipsum scripta misisset Cùmque Hincmarus *Laudunens.* iam prout mandatum erat, à Pontifice, itineri accinctus esset vt Romam pergeret, ab hostibus captus & spoliatus, introductus est in hanc pseudosynodum, vbi non auditus, licet ad Sedem Apostolic. prouocaret, damnatus, Sede sua priuatus vinculisque ferreis ligatus in exilium eiicitur, & tandem ab hostibus, ne in Episcopatum redeat, excoecatur.

879 *Constantinopolitanum Oecumenicum* pseudooctauum, sub Ioann. VIII. quo, post obitum Ignatij restitutio Photij est confirmata, sancta & Oecumenica Synodus octaua planè abrogata, & à Symbolo illa particula (*filioque*) sublata fuit.

383. Episcopi cum Legatis Sedis Apostolicæ subscripserunt.

Omnia ferè supposita & à Græcis conficta sunt, Commonitorium enim à Ioanne Papa, Petro Legato datum, à Photio corruptum est, additumque Synodum indictam pro octaua Synodi abrogatione. & ad tollendam è Symbolo *Constantinopolitano*, particulam illam (*filioque*) cum Papa nihil aliud intenderet quàm Photij restitutionem per dispensationem, vt patet ea *Epist.* 199, Ioannis ab Basilium Imper. & 201. ad Photium, & subscriptionibus Episcoporum in fine commonitorij, vbi Episcopi manifestis verbis indicant quod tantum pro receptione Photij legatio *Constantinopolim* mittenda fuit.

897. *Romanum*, sub Stephano VII. contra acta Formosi Papæ, ab eius inimicis; Stephanus (instigantibus Sergio, Benedicto, atque Marino Cardinalibus qui summo odio Formosum prosequebantur) Formosum e sepulchro extrahi, atque in Sede Pontificali Sacerdotalibus vestimentis indutum collocari præcepit, sacratis postea exutum vestimentis, digitisque tribus abscissis in Tiberim iactari præcepit, cunctosque, quos ipse ordinauerat, gradu proprio depositos iterùm ordinauit, accidit autem tunc vt sacrosancta Basilica Lateranensis primaria Pontificis Sedes, impulsore Angelo malo, ab altari absque ad portas prostrata corrueret.

944. *Constantinopolitanum*, sub Marino II. quo Triphon Monachus ann. 933. ab Imperatore temporaneus Antistes *Constantinopolitanus* constitutus qui sederet vsque dum Theophilactus, filius Constantini Imperat. legitimæ esset ætatis, qua posset Episcopus & Patriarcha ordinari, hoc anno dolosè depositus est, substituto in eius locum Theophylacto Imperatoris filio.

963. *Romanum*, quo Ioannes XII. deponitur, & Leo quidam (quem scriptores perperam VIII. eius nominis appellarunt, inter veros Pontifices adnumerant) in eius locum subrogatur, habitum in præsentia Ottonis Imperatoris.

40. Episcopi subscripserunt, 46. Cardinales.

964. *Romanum*, quo per Leonem Antipapam, & Sedis Apostolicæ inuasorem Benedictus V. exauctoratur, & Hamburgum relegatur.

992. *Rhemense*, sub Ioanne XV. quo Arnulphus *Rhemens.* Archiepiscopus depositus est hoc prætextu, quod natus ex concubina, Ludouici scilicet vltramarini Regis, non deberet esse Episcopus, Gerbertus magister Roberti Regis filij Hugonis, qui ei substitutus est, acta huius Conciliabuli falsauit.

Seguinus *Senonens.* Archiepiscopus restitit quantum potuit eius depositioni.

1061. *Basileense* tempore interregni Pontificij, auctore Guiberto *Parmensi* Regis Cancellario, in causa electionis Pontificiæ, vt scil. aliunde non deberent Papam recipere, quam de Paradiso Italiæ (Longobardiam ita nominabant) & talem personam, quæ infirmitatibus eorum compateretur & condescenderet.

1073. *Erphordiense*, sub Alexandro II. auctoritate Siffridi *Moguntini* Archiepiscopi, in causa decimationum *Thuringiæ* (incitante Henrico Rege) quarum mediam partem tribueret Imperatori.

1074. *Anglicanum* sub Gregorio VII. quo S. VVlstanus iniustè deponitur, quem magno miraculo Deus pauiò post Sedi suæ restituit.

1076. *VVormatiense*, quo schismatici Episcopi, iussu Henrici Regis congregati, Gregorium VII. Pontificatu amouendum esse declararunt, commodè quoque conficiendis tantis rebus interuenit quidam ex Cardinalibus Hugo cognomento *Blancus*, quem ante paucos dies, propter ineptiam eius & mores inconditos, Papa de statione sua amouerat, deferens secum de vita, & institutione Papæ scenicis figmentis, consimilem tragœdiam.

1076. *Papiense*, sub Gregorio VII. quo Episcopi schismatici, Regi schismatico inhærentes, anathema sibi à Pontifice inflictum, in eundem retorquere conati sunt.

1080. *Brixiense*, quo 30. Episcopi schismatici Gregorium VII. Sede deposuerunt, & Guibertum Rauennatem Archiepiscopum eidem in schismate subrogarunt, hæc Synodus *Moguntiæ* inchoata fuit, sed cum ibi 19. duntaxat Episcopi schismatici ad

scelus

scelus patrandum conuenissent, paucitatem eorum pertæsi, ad locum schismaticis omnibus ex *Germania* & *Italia* congregandis aptissimum, *Brixiam* transtulerunt.

1085. *Moguntinum* quo Gregorio VII. deposito, Guibertum iustè subrogatum fuisse declaratur; in eadem Synodo Hermanus *Metensis* aliique Catholicæ communionis Episcopi, & acerrimi Gregorij Papæ defensores, subrogatis aliis in eorum locum, Sedibus suis eiecti sunt.

VVecilo *Moguntinus* introsus præfuit.

1095. *Anglicanum*, contra Vrbanum II. Papam, à solo S. Anselmo defensum, cui proterea omnes (*Roffensi* solo excepto) professam obedientiam vno impetu abnegarunt.

1130. *Romanum*, sub Innocentio II. quo Anacletus Antipapa, cum solus potiretur vrbe, cum sibi cohærentibus Episcopis, solemni ritu excommunicauit Innocentium, & qui illum creauerant, vel venerarentur vt Papam, deposuitque omnes sibi contradicentes, aliis in eorumdem locis suffectis.

1160. *Papiense*, à Friderico Imperat. indictum, quo Victori ill. Antipapæ, contra Alexand. III. legitimè & canonicè electum, Pontificatus Romanæ Ecclesiæ adiudicatur.

50. Archiepiscopi & Episcopi interfuerunt, Abbates & Præpositi infiniti

1161. *Laudense*, sub Alexandro III. quo, in præsentia Friderici I. Imperatoris, intrusus Antipapa Octauianus Victor III. dictus, recipitur.

1164. *Clarendonense in Anglia* sub Alexandro III quo 16. capitula consuetudinum (vt vocabant) *Anglicanarum*, æquitati & Ecclesiasticæ immunitati repugnantium, confirmata sunt, ab omnibusque Episcopis iurata, ab ipso etiam Thoma *Cantuariensi*, qui tamen in se reuersus seipsum afflixit ieiuniis, suspendens se ab altaris officio, donec per confessionem, & condignos pœnitentiæ fructus, à summo Pontifice meruit deuotus absolui.

1164. *Northamtoniense in Anglia* sub Alexand. III. quo S. Thomas *Cantuariensis* Archiepiscopus de periurio per Regem accusatus, eo quod *Anglicanas* consuetudines quas iurauerat non obseruasset, condemnatus fuit, ipse vero in *Belgium* transfretauit, & apud Monasterium *S. Bertini*, permansit.

* 1166. *Herbipolense*, quæ & VVirtzburgum, sub Alexandro III. à Frederico Imperat. ad Pentecostem indictum, in quo, Guidonis Antipapæ confirmata intrusione; manu propria super Sanctorum reliquias iuramentum publicè præstitit Imperator, se numquam recepturum in Papam, Rolandum (hoc est Alexandrum III.) vel eius successores à parte ipsius electos, Guidonem autem Paschalem nominatum, eiusque successores, quos pars eius eligeret, defensurum, eisque vt Catholicis Pontificibus obedientiam exhibiturum, voluitque vt idem Iuramentum à Prælatis & Principibus sæcularibus, ibi præsentibus præstaretur.

* 1177. *Apud Damalim* sub Alexandro III. celebratum à Græcis schismaticis, & Manuele Imperatore de hac quæstione, *an Deus Mahometis posset anathematizari* qui Manuel asseruit non posse, reluctantibus licet Patriarcha & cæteris Episcopis, qui tandem ægre assenserunt, vt anathema à Deo Mahometi in ipsum Mahometum & omnem eius doctrinam, & sectam transferretur.

1388. *Palentinum in Hispania* tempore Vrbani VI. sub præsidio Petri de Luna Anticardinalis Clementis VII. Antipapæ.

Quidam Canones sanciti sunt, 6. Episcopi sub ea Rege Castellæ præsente.

1409. *Aquileiense in Austria*, à Gregorio XII. indictum; pro tollendo, seu potius fouendo schismate, paucis ibi existentibus Archiepiscopis, Episcopis & aliis Ecclesiasticis Prælatis, aut Procuratoribus Ecclesiasticorum Prælatorum, necnon Principum sæcularium, qui in generali Concilio per summum Pontif. conuocato, de consuetudine & more, interesse tenentur; Gregorius ad dilatandum schisma, dùm ad Concilium properaret, *Senis* alios nouos Cardinales creauit, contra formam iuramenti.

1409. *In Aragonia*, authoritate Benedicti Antipapæ XIII. dicti, qui & Petrus de Luna, in quo Prælati consuluerunt Petro de Luna, deputationem ad Concilium Pisis indictum, cum plena ac libera sufficientique potestate tractandi concordiam, firmandi & obligandi omnia & singula necessaria & vtilia, seu opportuna ad præmissa, vsque ad renunciationem inclusiuè.

1414. *Constantiense Oecumenicum*, sub Ioanne XXIII. reprobatum (à Conciliis *Florentino* & *Lateranensi*) quoad ea quæ de authoritate Concilij supra Pontificem constituta sunt.

250. Episcopi subscripserunt. Vide *Concilium Constantiense* ann. 1414.

1420. *Pragense Hussitarum*, sub Martino V.

1431. *finitum* 1442. *Basileense Oecumenicum*, sub Eugenio IV. ex parte reprobatum, quoad ea, quæ ibidem de authoritate Concilij, & depositione Eugenij IV. decreta, & sancita fuerunt sess. secunda; *Vide Concilium Basileense* ann. 1441.

Sess. XIX. ordinatum est vt Diœcesani, locis vbi vbi Iudæi morantur, eruditos constituant viros quorum doctrina infideles possint errores suos agnoscere, & authoritate, ad verbi Dei prædicationem audiendam compelli; Christiania communicationes cum Iudæis in fide, moribus, victu, potu, & in commerciis interdicuntur, qua de causa constitutum est, vt habitum, & locum habitationi separatum habeant; baptizatis Iudæis concessum est, vt ea quæ fœnore acquisierunt; retinere possint à pauperibus eleemosynis Ecclesiæ prouideri mandatur.

Sess. 21. an. 1435. 9. Iun. Annatæ pro beneficiorum collatione, & electionum confirmatione dari solitæ, velut Simoniacæ reprehenduntur; triennalem benefi possessorem non esse turbandum.

Sess. 22. condemnantur hæreses Augustini de Roma, qui docebat Christum quotidiè peccare; non omnes fideles iustificatos, esse membra Christi, per vinculum charitatis solius, neminem Christi membrum effici.

Sess. 33. an. 1439. ad ostendendum, quod Synodus immediatam à Christo potestatem habeat, tres affectiones, quas veritates fidei perperam nominant, ponunt hæc 1. Concilium est supra Papam, & quemlibet alterum.

2. Quod Papa non possit Concilium legitimè congregatum, sine eius consensu, vel pro sua authoritate dissoluere; aut in aliud tempus propagare, aut de loco ad locum transferre.

3. Qui prædictas assertiones pertinaciter impugnat hæreticus esto.

Sess. 36. an. 1439. declaratur sententiam eam, quæ tuetur quod B. Virgo, præueniente & operante gratia Dei singulari; originali peccato obnoxia

non fuerit, piam, sanctam, cultui Ecclesiastico, fidei Catholicæ, rectæ rationi, & SS. literis consonam, ideoque tenendam esse vt festum Conceptionis B. Virginis deinceps 6. Id. Decembris conueniente honore celebretur. Indulgentiæ in eum finem promulgantur; non celebratur tamen festum Conceptionis B. Mariæ ob hanc declarationem, cùm esset Conciliabuli decretum, sed quia antea celebrabatur, conseruatur consuetudo antiqua.

Eadem Sess. viri 32. diuersarum nationum qui præcedenti sessione ad noui Pontificis electionem deputati fuerant, post inuocationem Spiritus S. Conclaue ingressi, septima die, quintoque scrutinio Amadæum Ducem Sabaudiæ, qui in solitudine Ripaliæ iamdiu continenter vixerat, in Pontificem Romanum elegerunt.

Sess. 43. an. 1441. Kal. Iulij constituitur, vt ad turbas Ecclesiæ sedandas, pacemque & vnionem fidelium, intercessione B. Virg. impetrandam, debita solemnitate festum Visitationis celebretur, 6. non. Iulij.

Ludouicus *Arelatens.* Archiep. & Cardinalis post reuocationem Concilij & legitimi Legati, vt Præses continuauit, & quia Episcopi paucissimi erant introduxerunt in Synodum ingentem multitudinem Presbyterorum, ita vt contra omnem formam Conciliorum, non Episcoporum sed Presbyterorum Synodus esset.

1438. *Bituricense in Gallia*, sub Eugenio IV. à Carolo VII. Rege Galliæ indictum; pro approbatione pragmaticæ sanctionis, cuius leges præcipuæ hæ sunt.

1. Romanum Pontif. quoque decennio generalem Synodum loco quem volet posthac congregato, si negligens erit, potestas esto Patribus id designandi, conuocati Concilij locum, nisi necessum erit, Pontifex non mutato.

2. Basileensis Concilij authoritas, ipsiusque decretorum constantia perpetua esto, quæ nemo vnquã nec ipse Romanus Pontifex, tollere, infirmare, aut transferre præsumito, &c. 40. sequentes ex actis Conc. Basileens. desumptæ sunt. Quam Regiam (Basileensis auctoritate Concilij, factam constitutionem, quæ deinceps fuere Romani Pontifices, non secus ac perniciosam hæresim execrati sunt, quod eam nemo Pontificum, dissoluto Basileensi conuento, probauerit.

1510. *Turonense* contra Iulium II. pro Ludouico XII. Rege Franciæ, in quo decretum est vt mitterentur ad Pontificem Legati, qui cum eo de pace agerent, vel si ipse nollet audire, eum prouocarent ad conuocandum generale Concilium.

Omnes Episcopi Galliæ, & plurimi Doctores tam Theologiæ, quam Iuris Canonici interfuerunt.

1511. *Pisanum* Oecumenicum & reprobatum, contra Iulium II.

Cùm Iulius Pontifex iuratò promisisset intra biennium suæ ordinationis, vniuersale Concilium celebraturum, illudque iustè impeditus non præstitisset, Bernardin. *Caruaial*, Guillelm. *Brizonet*, Renatus *de Pria*, Frederic. *de S. Seuerino*, aliique Cardinales hæretici & schismatici conuenientes vt locutæ (ait Iulius II.) quibusdam Episcopis *Gallis* & *Insubribus* acephali aggressi sunt, sine Romani Pont. auctoritate Oecumenicum gener. atque vniuersale Conc. cõnuocare, Primò *Pisis*, vbi cùm parũ tuti sibi viderentur, inde abiere *Mediolanum*, verum nec ibi satis suis rebus fidentes *Lugdunum* se se transtulerunt, vbi etiam aliquot sessiones habitæ sunt. Hac pseudosynodo in vniuerso Regno *Franciæ* decimarum impositiones factæ sunt. Iulius 2. vt hoc Conciliabulum tolleret, Romæ *Laterani* generale Concilium indixit.

* 1536. *Vuitembergense*, sub Paulo III. Lutheranorum 300. Ministrorum præside Luthero, quo, quæ multis aliis sæpe habitis varijs locis inter Lutheranos, & Zuinglianos priuatis conuenticulis, frustra tentata fuerat, aliqua tandem initur concordia de cœna Domini; inter duos Martinos Lutherum, & Bucerum excucullatos Apostatas, illum ab instituto Augustinianorum, hunc Dominicanorum, conscribente illam Cothurno Melanctone.

* 1547. *Augustanum*, sub Paulo III. à Carolo V. Imperat. indictum. pro pace Religionis & Reipublicæ, in quo actum, vt omnes sese *Tridentino* Concilio submitterent, & interim formula quædam, certa continens capita doctrinæ ac cæremoniarum, iis per Germaniã obseruanda conceditur vsque ad definitionem Concilij, quæ inde *Interim* nuncupata est, quæ anno sequenti ex ijsdem Comitijs *Augustanis* promulgata, haud tamen ab omnibus acceptata est, & recipientes *Interimistæ* dicti sunt.

* 1603. *Londinense in Anglia* sub Clemente VIII. cuius editi sunt 141. Canones de doctrina & disciplina, eorumque omnium 1. Confirmatus est Regis Primatus, etiam in reb. Ecclesiasticis, vt Capitis Ecclesiæ *Anglicanæ*, aliorum non pauci Puritanis eiusdem *Angliæ* & *Scotiæ*, ac Caluinianis *Galliæ* adeo aduersantur, vt planè effrontes esse oporteat eos, qui vnitatem doctrinæ ijs esse comminiscuntur.

* 1603. *Vapincense in Delphinatu* Caluinianorum, sub Clem. VIII. præside Daniele *Chamerio* Ministro Muntiliensi; quo statuerunt baptismum infantium, à proponentibus collatum (ita vocant Ministerij candidatos, qui in procinctu sunt adipiscendæ manuum impositionis) nullius esse valoris, ac proinde iterandum ab ipsis Ministris, secundum alterius anterioris ipsorum Synodi Pictauiensis decisionem; Item suæ confessioni nouum articulum inseruerunt, Romanum Pontificem ipsissimum esse Antichristum.

* 1604. *Hamptoncuriensis* Collatio *in Anglia*, sub Clem. VIII. inter Ministros *Anglicanos* qui nuper conuentum suum *Londini* celebrauerant, & Puritanos; qua, Puritanorum querelæ, & oppositiones penitus reiectæ sunt, iidemque reprobati atque damnati.

* 1619. *Dordracense in Belgio*, sub Paulo V. Ministrorum ex *Belgio*, *Germania*, *Anglia*, aliisque locis, contra Arminianos, præsente etiam Mauricio Principe aliisque proceribus quo, nulla certa facta est controuersiæ de prædestinatione definitio, Ministris inter se diuisis, & Armenianis oppositiones suas formantibus, illud sanè indè secutum, quod Barneueldius tunc damnatus sit, vt auctor seditionum Arminianorum, & 13. die Martij capite truncatus *Hagæ*, ætatis an. 73. quem vt Martyrem Arminiani colere cœperunt.

* 1631. *Charantonense prope Parisios* Caluinistarum, sub Vrbano. VIII. Quo vnio in fide, & armis, decreta est cum Lutheranis, in gratiam Gustaui *Suedorum* Regis, quem vt Messiam agnoscebant, dicentes Lutheranos nullam habere superstitionem, nec errorem in fide & doctrina, nec idolatriam; hæc tamen vnio à Lutheranis reiecta est & irrisa, ipsi enim Caluinistas, vt hæreticos, insectantur.

INDEX CONCILIABVLORVM.

CONTRO



CONTROVERSIA HISTORICA.

AD LECTOREM.

Controversiæ historicæ titulum huic collectioni apponere merito iudicaui, non quod rationibus aut disputationibus Theologicis hæreses euertere proposuerim, sed quod exemplis & authoritatibus vniuersalem Ecclesiæ praxim, & communem in omnibus sæculis vsum ostendere decreuerim, ait enim Gregorius Nazianzenus, historiæ vis admirabilis est, ex qua efficitur, vt vnius hominis mens ex omnium mentium & sæculorum perfectione in vnum Sapientiæ aceruum coalescere videatur; & Lanfrancus Cantuariensis *Ex Comment. de Eucha. contra Berengarium de Ecclesiastica historia* quod tametsi Ecclesiasticæ historiæ, & Sanctorum Patrum gesta illam excellentissimam authoritatis arcem non obtinent, qua donatæ sunt scripturæ quas Propheticas siue Apostolicas nuncupamus, hoc tamen probare sufficiunt, quod hanc fidem quam nunc habemus omnes fideles, qui nos præcesserunt, à priscis temporibus habuerunt; Quis enim nesciat quod ipsa Ecclesiastica historia multum valet ad dogmatum doctrinam, errorum confutationem, morum institutionem peccatorum redargutionem, fidei prædicationem, charitatis augmentum & virtutum omnium persuasionem, cùm exempla magis moueant quam verba, & actiones facilius excitent quam locutiones. Vnde meritò, à Niceta Choniate Historia vocatur, liber viuentium, rerumque gestarum descriptio, tubæ clangor quo iam olim mortui, velut à sepulchris excitati in medium producuntur.

Hoc tamen monitum velim Lectorem, quod hæc breuis historica collectio excepta est præcipuè ex Tomis Conciliorum, ex Epitome Baronij à Spondano conscripta, deinde quædam, sed valde pauca mutuati sumus ex Chronologia Genebrardi, ex Breuiario Chronologico Coriolani, ex Epitome historiarum Turselini, ex libro de Cardinalibus Hieronymi Plati, ex Annalibus minorum Vadingi & aliis.

Non intendimus omnia dicere (transcribenda enim essent Decreta summorum Pontificum, Canones Conciliorum, & leges Imperatorum), sed tantum nobiliora, & insigniora gesta & dicta, maximè quæ ad Pontifices & Imperatores spectant.

Scopus autem noster est ostendere Maiestatem Ecclesiæ & authoritatem summorum Pontificum vbique terrarum, quæ in omnibus ferè titulis elucet.

Numerus qui inuenitur post quamlibet periodum, non semper denotat præcisè (præterquam in Conciliis) annum quo hæc scripta contigerunt, sed tantum ostendit tempus quo Pontifices, seu Imperatores (sub quibus hæc gesta sunt) Regnare cœperunt; in Scriptoribus autem & hæreticis denotat circiter tempus vitæ eorum quod communiter eis tribuitur.



CONTROVERSIA HISTORICA.

ACADEMIÆ.

Lothario II. Imper. authore in Italiæ Gymnasiis (maximè vero Bononiæ) Ius Ciuile explicari cœptum est. ann. 1125

Carolus Magnus Imperator Academiam olim, Athenis Romam attractam, Lutetiam transtulit, operâ 4. Monachorum Bedæ discipulorum, Rabani, Albini seu Alcuini, Claudij, Ioannis Scoti. an. 800

Item Academiam Papiensem, & Osnaburgensem, in qua litteras Græcas, & Latinas doceri iussit, instituit. ibid.

Item Bononiensem à Theodosio fundatam, renouauit. ibid.

Item constituit in singulis Monasteriis, & Episcopiis studia Grammaticæ, musicæ, & Arithmeticæ. an. 800

Clemens V. linguam Hebraicam, Arabicam, & Chaldaicam Lutetiæ Parisiorum doceri præcepit. an. 1305

Carolus IV. Imperator, vniuersitatem Pragensem instituit. an. 1348

Bonifacius VIII. erexit studium generale in ciuitate Auenionis. an. 1303

ALBIGENSES.

Dicti sunt, & Ruptarij, & Coterelli de terra S. Ægydij, volebant vocari boni homines, non recipiebant vetus testamentum, nec Doctores noui testamenti, nisi solummodo nouum testamentum; dicebant Christum nec fuisse verum Deum, nec verum hominem, ante aduentum Christi non fuisse aliquos bonos; mundum semper fuisse & futurum; dicebant neminem posse peccare ab vmbilico deorsum versus; Ecclesiam non posse aliquid possidere, Ecclesiarum campanas, tubas esse Dæmonum; credebant animarum transmigrationes; baptismum, confessionem, & Ecclesiæ potestatem, omniaque Sacramenta reiiciebant, purgatorium negabant. an. 1198

Albigensium Impugnatores.

Concilia.

Gallicanum sub Alexand. III.	an. 1176
Lateranense Gener. XI. sub eodem.	1179
Lateran. Gener. XII. sub Innoc. III.	1215

Scriptores.

Arnaldus *Sorbin.*	an. 1570
Guillelm. *de podio Laurentio.*	1210
Henricus *Gallus.*	1180
Ioannes *Gay.*	an. 1555
Ioan. *Maria* Soc. Ie.	an. 1615
Petrus *à Vallib. Sernay* Cistercien.	1198

ARRIANI.

Arrius Presbyter Alexandrinus, docuit filium Dei esse creaturam, non esse coæternum, & coessentialem Patri; Christum hominem non habere animam, sed eius loco esse verbum. 315

Arriani dicti sunt Eusebiani, ab Eusebio Episcopo Nicomediæ.

Acacius Episcopus Cæsareæ Philippi (à quo Acaciani) asserebat Dei Filium substantia, & voluntate Patri esse dissimilem. 315

Arrianorum impugnatores.

Constantinus magnus, post Conc. Nicænum, Arrij libros cremari iussit, eum qui eos celare deprehensus fuisset, capitis supplicio affici. 306

Iustinus Imper. Arrianis, aliisque hæreticis templa ac publicos cœtus ademit. 518

Ioannes 1. Papa scripsit Epistolam, de fide Catholica aduersus eos defendenda, ac de eorum Ecclesiis sacro ritu consecrandis. 523

Gregorius magnus eos in Hispania repressit. 590

Concilia.

Alexandrina duo, sub Siluestro I.	315. 319
Alexandrinum, sub Iulio 1.	339
Aquileiense, sub Damaso 1.	381
Aquileiense, sub Sixto 3.	440
Cæsaraugustanum, sub Gregorio 1.	592
Mediolanense, sub Iulio 1.	344
Nicæn. Gener. I. sub Siluestro.	325
Romanum sub Siluestro I.	325
Romana tria sub Iulio I.	337. 341. 342
Romanum sub Liberio.	352
Romana duo sub Damaso 1.	367. 369
Romanum sub Ioanne II.	533
Toletanum sub Pelagio II.	589

Scriptores.

S. Ambrosius *Mediolanens.* Ep.	374
Appollinarius *Laodicen.* Episcopus.	380
Asclepius *Affer, Vagensis* Episcopus.	460
S. Athanasius *Alexandrin.* Episc.	340

Bernardus *Paxillus* Dominica. 1613
Caius *Marius Victorinus.* 350
Cerealis *Affricanus* Episc. 490
Christophorus *Thretius.* 1570
Emmanuel *de Vega.* 1585
Eugenius *Carthaginens.* Episc. 480
Eustachius *Antiochenus.* 340
Faustinus Diaconus. 367
Faustus *Regensis* Ep. 480
Gelasius I. Papa. 492
Gregorius *Boeticus Illiberita* Ep. 355
Idacius *Clarus Hispanus* Ep. 380
Ioan. *Gestus, Gerundens.* Episc. 600
Marcellus *Ancyranus* Ep. 338
Maximus *Constantinop.* Ep. 380
Phœbadius *Agennens.* Episcop. 355
Seuerus *Malacitanus* Ep. 580
Victor *Cartenna* Ep. 450
Victorianus *Vocon. Mauritanus* Ep. 500
Vigilius *Tridentin.* Episc. 495

BAPTISMVS.

Hyginius voluit in Baptismo, duos saltem Patrinos hominem & feminam adesse. 154

Siluester I. statuit vt Chrisma ab Episcopo tantum conficeretur, & vt baptizatum Sacerdos in vertice liniret, non tamen in fronte, nisi ex licentia Episcopi. 314

Leo I. Episcopos Siciliæ, docuit tempora Baptismi ex ritu S. Ecclesiæ esse in Paschate, & Pentecoste, non autem in Epiphania. 440

Gelasius I. idem docuit excepta necessitate. 492

Victor. I. statuit vt, necessitate vrgente, conuersi ad fidem vbique baptizari possent. 194

Leo II. statuit vt baptismus quotidie conferri posset. 683

Zacharias, ad S. Bonifacium Archiep. Moguntinum rescripsit non esse iterandum baptismum ex falsa latinitate, dummodò qui baptizat in ipsis baptismi verbis, non introducat errorem hæreseos. 741

Felix III. statuit de rebaptizatis, quomodo ad Ecclesiam Catholicam sint admittendi. 483

Constantinus magnus, à B. Siluestro baptizatus, sanatur à lepra. 306

Honorius Imperator rebaptisantes infamia notauit. 400

BENEFICIVM.

Alexander II. statuit ne quis Ecclesiastica Beneficia ab vllo laico acciperet. 1061

Item vt electus filius Presbyteri, si virtutibus polleat, non reiiciatur. 1061

Innocentius III. Beneficiorum pluralitatem prohibuit. 1198

Ioan. XXII. annatarum triennalem solutionem beneficiorum, primus indixit. 1316

Bonifacius IX. ad onera belli contra infideles sustentanda, annatas beneficiorum vacantium, in perpetuum primus indixit, vt, qui beneficium consequeretur, fructus vnius anni, aut dimidiam eorum partem fisco Apostolico persolueret. 1389

Iulius III. Beneficiorum fructus non exactos (exceptis locis in quibus Apostolicæ Cameræ Collectores sunt designati) ad successores in beneficiis non autem ad hæredes spectare decreuit. 1550

Paulus IV. Beneficia, & Ecclesias non aliis quam viris bene doctis conferri cauit. Item decreto sanxit Beneficia illegitimè possessa, vel pecuniis comparata debere reddi. 1555

Pius V. neminem sine præuio examine ad beneficium (præcipuè in resignationibus) admitti voluit. 1566

Item Bullam Pij IV. contra fiduciarios (quos *Custodinos* vulgò appellat) renouauit, simoniacos eos pronuncians, Sedi Apostolicæ absolutionem reseruans, ac tam eum qui custodit, quam eum cui custoditur, restitutioni alligans. 1566

CALVINISTÆ.

Ioannes Caluinus Nouiodunensis, Zuinglij discipulus, docuit Christi corpus non esse in SS. Eucharistiæ Sacramento, nisi in figura, filios baptizatorum nasci sanctus, gratiam semel habitam non posse amitti, omnes veros fideles tantùm, esse prædestinatos, & alia multa. 1538

Caluinistarum Impugnatores.
Concilia.

Concilium Tridentinum Generale XVIII. sub Paulo III. Iulio III. Pio IV. cœptum, anno 1545. finitum anno. 1563

Scriptores.

Adam *Heurtelon, Mimatens.* Episcopus. 1595
Adrianus *Iunguis*, Societ. Ies. 1601
Ægidius *Camart* Ord. Minimor. 1606
Albanus *Langdalus.* 1567
Alexander *Candidus.*
Alexander Fichetus, Soc. Ies. 1635
Alexander *Regourd* Soc. Ies. 1625
Alexander à Turre. 1602
Anastasius *Cocheletius* Carmel. 1610
Andeolus à *Lodeue* Capucinus. 1641
Andræas *Schioppius.* 1605
Antonius *Champnæus* Anglus. 1615
Antonius *de Mochares.* 1550
Antonius *Fabri* Ord. Minor. 1566
Antonius *Posrsan.* 1598
Antonius *du Val.* 1559
Archibaldus *Hamiltonius.* 1577
Armand. *du Plessis Richelieu* Cardin. 1624
Balthazar *Naldus.* 1618
Bartholomæus *Camerarius.* 1551
Bernardinus *du Rane.* 1603
Bernardus *Deerhoffius.* 1607
Carolus *de Condren*, Congregat. Orator. 1630
Carolus *Lotharingus* Cardinalis. 1565
Carolus *Scribanius* Soc. Ies. 1620
Christianus *Agricola.*
Clarus *Bonarsius.* 1603
Claudius *Caron.* 1589
Claudius *Ripert.* 1623
Claudius *Suffren.* Soc. Ies. 1620
Columbanus *Vranius.* 1589
Cornelius *Lancelot.* Augustinian. 1615
Cornelius *Schultingius.* 1599
Cosmas *Morellus* Ordin. Præd. 1609
Daniel à *S. Seuero*, Capucin. 1609
Edmundus *Augerius* Soc. Ies. 1565
Edmundus *Campianus* Soc. Ies. 1576
Edmundus *Hayus*, Soc. Iesu. 1580
Emmanuel *Almada*, Episc. 1570
Felicianus *Capito.* 1575
Felicianus *Ninguardus.* 1559
Florimundus *Remundus.* 1602
Franciscus *Balduinus.* 1570

Franciscus

Franciſcus *Belcarius* Epiſcopus.	1566
Franciſcus *Feuardentius*, Ord. Minorum.	1578
Franciſcus *Grandinus*.	1566
Franciſcus *Honoratus* Ord. Minor.	1563
Franciſcus *Orantius*.	1562
Franciſcus *Panigarola* Ord. Minor. Ep.	1590
Franciſcus *Veron*, Soc. Ieſ.	1510
Fronto *Ducaeus*, Soc. Ieſ.	1604
Gabriel *Bollo*.	1646
Gabriel *Fabricius*.	1567
Gabriel *le Febure*, Ord. Minor.	1609
Gabriel *Martinus*, Abbas Clauſonen.	1630
Gabriel *Sacconay*.	1566
Gaſpar *Fallot*.	1640
Gaſpar *Vlembergius*.	1591
Gentianus *Heruetus*.	1564
Georgius *l'Apoſtre*.	1601
Godefridus *Driel*.	1586
Gonzales *Pontius à Leon*.	1585
Graminæus de *Vigiliis*.	1574
Guillelm. *Alanus*, Cardinalis.	1580
Guillelm. *Bayle* ſoc. Ieſ.	1609
Guillelm. *Cheyſolmus*, Vaſion. Ep.	1600
Guillelmus *Crucius*.	1615
Guillelmus *Giffordus* ſoc. Ieſ.	1595
Guillelmus *Pagez*.	1634
Guillelmus *de Praſiis*, ſociet. Ieſ.	1611
Guillelm. *Rebullus*.	1597
Guillelmus *Reginaldus*.	1594
Henricus *Frizſinon*, ſoc. Ieſ.	1614
Henricus *Sureau*.	1573
Henricus *VVillot*, Ord. Min.	1592
Hieronym. *Ferrier*.	1614
Hieronymus *Bolſecus*, Medicus.	1577
Hieronymus *Socherus*, Cardin.	1566
Horatius *Dolobella*.	
Hugo *Burlat*.	1599
Hyacintus *Kerner*, Capucinus.	1644
Iacob. *David Perronius*, Cardin.	1612
Iacobus *Galterius* Soc. Ieſ.	1608
Iacobus *Gretſerus*, ſociet. Ieſ.	1616
Iacobus *Hungarus*.	1564
Iacobus *d'Ilaire*.	1630
Iacobus *Marcellus*, Sommacus.	1640
Iacobus *Seuertius*.	1601
Iacob. *Suarez à S. Maria*, Ord. Min.	1605
Ignatius *Armandus*.	1600
Ioachimus *Forgemont*.	1612
Ioan. *Andreas Copenſteinius*.	1616
Ioan. *Arnulphus* Societ. Ieſ.	1617
Ioannes *Baricaue*.	1613
Ioannes *Bordaſius*.	1600
Ioan. *Broſſardus* Societ. Ieſ.	1600
Ioannes *Buſæus*.	1606
Ioan. *David* Soc. Ieſ.	1605
Ioannes *Conradus*.	1598
Ioannes *Deu*.	1568
Ioannes *Duræus*, ſociet. Ieſ.	1579
Ioan. *à S. Franciſco*, Ord. Fulienſ.	1620
Ioannes *Gibonus*.	1583
Ioan. *Gonterius*, ſoc. Ieſ.	1600
Ioannes *Grollius*.	1605
Ioannes *Haren*.	1597
Ioan. *Haye*, Soc. Ieſ.	1585
Ioan. *Ieubert. Abarrauls*, Archiep. *Arelat*.	1619
Ioan. *Laingaus*.	
Ioan. *Magirus*. Soc. Ieſ.	1609
Ioannes *Marchalcus*.	
Ioannes *Mulbuſtinus*.	1595
Ioan. *Paulus VVindik*.	1594
Ioan. *Prinetus*.	1566
Ioannes *Raſtellus*.	1586
Ioan. *Robert*. Soc. Ieſ.	1617
Ioan. *Vetus*.	1592
Ioan. *à Via*.	1568
Iodocus *Rauenſtein*.	1570
Ioſephus *Ludouic. ab Hagen*.	1609
Ioſephus *à Malaualeta*, Soc. Ieſ.	1625
Ioſue *Barbier*.	1617
Irenæus *ab Aualon*. Capucinus.	1628
Iulianus *Boucherus*, Soc. Ieſ.	1584
Iulius *Cæſar Bulengerus*.	1620
Laurentius *Arturus Faunteus*, Soc. Ieſ.	1590
Laurentius *Beyerlink*.	1635
Leonardus *Cognæus*.	1616
Leonardus *ab Vrbe*.	1569
Ludouicus *Prouenzalis*.	1642
Ludouicus *Richeome*, Soc. Ieſ.	1615
Marcellinus Capucinus.	1613
Marcus Antonius *Conſtantius*.	1551
Martinus *Duncanus*.	
Martinus *Marloratus*.	1576
Martinus *Singlerius*, Soc. Ieſ.	1612
Matthæus *Kelſonus*.	1609
Matthæus *Launoy*.	1575
Michael *Bayus*.	1566
Nicolaus *Romans* Soc. Ieſ.	1622
Nicolaus *Serrarius*, Soc. Ieſ.	1613
Nicolaus *Villagagnon*.	1560
Pagninus *Gaudentius*.	1626
Paulus *Gulden*, Soc. Ieſu.	1616
Perez.	1638
Petrus *Cottonus*, Soc. Ieſu.	1634
Petrus *Cudſemius*.	1612
Petrus *Doré*.	1560
Petrus *Inſtamond*, Soc. Ieſ.	1600
Petrus *Michael Brilmecher*.	1586
Petrus *Ponetus*.	1562
Petrus *Sapets*.	1602
Petrus *Simon Tiletanus*.	1587
Petrus *Tyræus* Soc. Ieſ.	1600
Petrus *de Veze*.	1637
Quirinus *Coglerus*.	1607
Raymundus *Bray*.	1612
Raymundus *Ruffus*.	1553
Reinerius *Oer*.	1601
Renatus *Benedictus*.	1560
Richardus *Smitheus*.	1563
Robertus *Arboricenſis*.	1556
Robertus *Bellarminus*, Cardin.	1618
Robertus *Viſor*.	1612
Salomon de *Merez*.	1614
Sebaſtianus *Michaelis*.	1610
Silueſter *à Laual*, Capucinus.	1608
Silueſter *Petraſancta*.	1640
Simon *Croſetus*.	1626
Simonianus *Rittingindonus*.	1611
Staniſlaus *Reſcius* Abbas.	1593
Stephanus *Gardiner*, Epiſc.	1554
Stephanus *Mocquot* Soc. Ieſ.	1617
Theodoricus *Petræus*.	1603
Theophil. *Brachet. Dom. à Lamillet*.	1640
Thomas *Dormerus*.	
Thomas *Hardingus*.	1586
Valentinus *Giraldus*, Soc. Ieſ.	1607
Victor *Cayer*.	1540
Zacharias *Bouerius*, Capucin.	1620

Et alij plures.

CARDINALIVM ORIGO & Dignitas.

Apoſtoli, ſeptem Diaconos crearunt ad tollendum ſchiſma Græcorum contra Hebræos. 34

Petrus Apoſtolus, elegit 24. Presbyteros, & Diaconos Romanæ Eccleſiæ Conciliarios, & Romani Pontificis electores. 34

Cletus, 25. Presbyteros in vrbe Roma ordinauit. 81

Anacletus, primus extra vrbem Parœcias inſtituit, quas ſingulis Presbyteris aſſignauit. 109

Euariſtus, titulos, ſeu Parœcias in vrbe ſingulis diuiſit Presbyteris. 112

Hyginius, creſcente numero fidelium, plures Presbyteros in quolibet titulu ſtatuit, quibus vnum cæteris præeſſe voluit, quem Cardinalem nominauit. 154

Dionyſius, Presbyteris Romanis parœcias vrbis diſtribuit, quarum numerum auxit, ac Cœmeteria iiſdem aſſignauit, ad curandam martyrum ſepulturam. 261

Marcellus, 25. titulos, quaſi Diœceſes, Romæ ad martyrum ſepulturas, pro baptiſmo, & ad Chriſtianorum ſynaxes ſtatuit. 304

Anacletus, 7. Cardinales Diaconos primus inſtituit. 103

Euariſtus, voluit 7. Diaconos Epiſcopo Rom. prædicanti aſſiſtere. 112

Fabianus, 7. Diaconos 14. vrbis Regionibus præeſſe voluit, ſingulos binis, vt pauperum in eis degentium curam gererent. 238

Stephanus I. Cardinalium nominis mentionem fecit. 257

Gregorius magnus, Deffenſorum in vrbe officium (pauperum præcipuè, & Eccleſiarum defenſioni inſeruientium) Regionariis annumerauit. 590

Fabianus, 7. Subdiaconos qui 7. Notariis imminerent, vt geſta martyrum colligerent, inſtituit. 238

Leo I. addidit ſuper ſepulchra Apoſtolorũ è Clerico Romano Cuſtodes, cui dicuntur Cubicularij & Capeliani. 440

Calixtus III. 28. titulis Cardinalium vnum addidit. 1455

Sixtus IV. Cardinalium numerum ad 30. extendit. 1471

Alexander VI. ad 50. perduxit. 1492

Leo X. vndecim titulos Presbyterorum Cardinalium addidit, omniumque Cardinalium numerum ad 65. perduxit. 1513

Iulius III. tres titulos Presbyterorum Cardinalium erexit. 1550

Paulus IV. nouum titulum Presbyterorum Cardinalium erexit, omniumque Cardinalium numerum ad 70. perduxit. 1555

Pius IV. numerum Cardinalium ad 76. extendit. 1560

Pius V. tres nouos titulos Presbyterorum Cardinalium erexit. 1566

Sixtus V. Cardinaliũ numerum 70. deffiniuit, inſtar 70. Seniorum quos Dominus Moyſi adiutores dedit, ac inter illos voluit ad minimum 4. Theologiæ Doctores, ex ordinibus Regularium mendicantium aſſumi. 1585

Gregorius magnus ex Cardinalibus Epiſcopos facere conſueuit. 590

Alexander III. primus qui Epiſcopos Cardinalatu ornauit, nimirum Conradum Archiep. Moguntin. à Frederico Ænobarbo Imperat. ſua ſede exactum. 1159

Clemens III. primus qui ex Epiſcopis non Cardinalibus, Presbyteros Cardinales fecit. 1188

Silueſter I. ſtatuit vt Presbyter Cardinalis nonniſi 44. teſtibus, Diaconus 28. condemnarentur. 314

Stephanus IV. ſtatuit, vt omni Dominica die à 7. Epiſcopis Cardinalibus Hebdomadariis (qui in Eccleſia Saluatoris obſeruant) Miſſarum Solemnia ſuper altare B. Petri celebrarentur, & gloria in excelſis diceretur. 768

Ioannes VIII. iuſſit Cardinalibus, bis in Hebdomada conuenire ad ſacroſanctum Palatium, ad Clericorum diſciplinam, & Laicorum querimonias definiendas. 872

Sixtus V. 15. Cardinalium Congregationes inſtituit. 1585

Vrbanus VII. Cardinales 4. conſtituit, qui officium Datariæ reformarent. 1590

Alexander III. totum eligendi Pontificem Ius, in Cardinales tranſtulit, Clero reliquo & Imperatore excluſis, & vt duæ tertiæ partes Cardinalium requirerentur, ſtatuit. 1159

Ob Iniuſtam trium Cardinalium à Frederico II. Imper. incarcerationem, electio ſummi Pont. dilata eſt per annum & 8. menſ. & Innocentuis IV. poſtea electus. 1241

Nicolai IV. electio dilatà eſt per menſes 10. ob ægritudinem Cardinalium apud S. Sabinam. ann. 1288

Eugenius IV. ſtatuit, quod Cardinales in conſiſtorio ſecreto pronunciati, non dicantur creati Cardinales, quoadvſque Cardinalatus inſignia ſuſcepetint, nec vocem habeant in eligendo ſum. Pont. aut in alio actu, quovſque licentiam ſummus Pontifex eis impertiatur. 1431

Pius IV. ſtatuit Cardinales in Diaconorũ ordine conſtitutos, ad electionem ſum. Pontif. non admittendos. 1560

Pius V. decreuit omnes Cardinales in dicta electione vocem habere, etiamſi galerus Cardinalitius eis traditus non eſſet, neque os clauſum, aut ſi clauſum nondum apertum fuiſſet. 1566

Clemens VI. ſtatuit de victu Cardinalium, quoties ad eligendum ſummum Pontificem conuenirent. ann. 1342

Pius IV. ſtatuit, vt quilibet Cardinalis in conclaui, tempore electionis ſummi Pont. vnico & moderato ferculo contentus ſit, & in propria cella veſcatur. 1562

Clemente V. mos cœpit, vt vix vllus Cardinalis crearetur, qui non vnum, interdum etiam plures Epiſcopatus haberet, hoc tamen ſeruabant electi, vt Epiſcopi nomine depoſito, perpetuos ſe Eccleſiarum adminiſtratores appellarent. 1305

Honorius IV. Cardinales habere noluit niſi paucos, ac eos non minus bonos quàm doctos. 1285

Benedictus XI. ſemel tantùm ſui Pontificatus tempore, 6. Presbyteros Cardinales creauit, viros egregios, nõ de ſua ſtirpe, ſed vndequaque vocatos. ann. 1334

Iulius III. ſtatuit fratres Cardinalium viuentium, ad Cardinalitiam dignitatem penitus incapaces, & inhabiles habendos ac reputandos eſſe. 1550

Innocentius IV. primus qui Cardinalitiam dignitatem rubeo pileo adauxit, vt admonerentur, ſemper paratos eſſe debere ſanguinem pro Chriſtiana Religione profundere. 1243

Item

Item ſtatuit vt eum in publicum prodirent, equo veherentur, qui antea pedibus ire conſuauerant. ann. 1243

Bonifacius VIII. Cardinalibus veſtes purpure coloris dedit. 1294

Paulus II. Pannos coccineos Cardinalibus, quibus mulas ſternerent, dedit, vetuitque ne quis, exceptis Cardinalibus, rubrum biretum defferret. 1464

Gregorius XIV. vſum bireti rubri Cardinalibus ex ordinibus Regularium aſſumptis, conceſſit, nam antea nigrum geſtabant. 1591

Vrbanus VIII. Decreto conſiſtoriali ſtatuit, vt Cardinales, Eminentiſſimi dicerentur, cum prohibitione, ne qui alij Eccleſiaſtici cuiuſvis dignitatis eo titulo vterentur, præterquam Eccleſiaſtici Imperij Electores, hac Magiſter hoſpitalis Ieroſolymit. retento vnà cum Reuerédiſſimi titulo, quo pariter prius inſigniebatur. 1623

Calixtus II. Pontium, & ſucceſſores Cluniacenſis Monaſterij Præfectos annolo donauit, eoſque in poſterum Cardinalis officio fungi voluit. 1119

Nicolaus IV. edicto ſtatuit, Cardinales ex S.R. Eccleſiæ redditibus dimidiam partim, reliquum, Romanum Pontificem obtinere debere. 1288

Bonifacius VIII. Cardinalatus dignitatem admodum auxit, grauiſſimas pœnas iis irrogans, qui Cardinalem re, aut verbo, aut opere læſiſſent. 1294

Eugenius IV. Cardinalium dignitatem, cæteris Eccleſiaſticis dignitatibus præſtantiorem decreuit. ann. 1431

Gregorius IX. prohibuit alienationem terrarum, Caſtrorum, aliorumque locorum Sedis Apoſtolicæ, abſque conſenſu S.R.E. Cardinalium. 1227

Paulus IV. ſtatuit, omnes lites & cauſas inter Cardinales, à ſummo Pont. appellatione remota, decidendas. 1555

Celeſtinus V. præcepit Cardinalibus, vt aſellum (exemplo Domini venientis Ieroſolymam) æquitarent. 1294

Innocentius VI. Cardinalibus, acerrimo edicto mandauit, vt exemplo ſuo impenſas aulæ ſuæ familiamque imminuerent, dictitans ſuam ac omnium Eccleſiaſticorum vitam, cæteris exemplo eſſe debere. 1352

Vrbanus V. peſſimam conſuetudinem, qua, ſcelesti homines ad Cardinalium domos fugere ſoliti, à legum nodis eximebantur, ſuſtulit. 1362

Gregorius XIII. declarauit, ſilentio Pontificia Epiſcopos à Concilij Tridentini decreto, de reſidentia, non eximi. 1572

CATHOLICI.

Veri Chriſtiani dicti Catholici Antiochiæ, tempore D. Petri, vt diſtinguerentur à falſis. 34

CLERICI.

Clerici, exemplo D. Petri, tonſurati coronam in capite geſtare cœperunt. 34

Hyginius ſtatuit, vt Clerus certis gradibus diſtingueretur. 154

Stephanus I. criminoſos ad ordines aſſumi prohibuit. 257

Leo I. vetuit bigamos ordinari. 440

Zozimus vetuit, ne ſerui in Clerum reciperentur. 417

Bonifacius idem vetuit, nec illos qui Curiæ, aliæue rei obnoxij eſſent ordinari voluit. 419

Gelaſius I. Dæmoniacos à ſacris tractandis arceri voluit. 492

Anaſtaſius decreuit, nullum peregrinum, maximè tranſmarinum, ad ſacerdotium debere admitti, niſi 5. Epiſcoporum Chirographo deſignato. 398

Zephirinus ſtatuit, Sacerdotes coram Clericis, & Laicis fidelibus ordinari debere. 203

Calixtus I. Presbyteros, non niſi 30. annorum, ordinari voluit. 238

Bonifacius I. idem ſtatuit. 419

Silueſter I. ſtatuit, vt ſi quis deſideraret in Eccleſia militare aut proficere, eſſet Oſtiarius an. 10. lector an. 10. Exorciſta diebus 30. Acolythos an. 5. Subdiacon. an. 5. Cuſtos martyrum an. 5. Diaconus an. 7. Presbyter. an. 3. & ſic ad Epiſcopatum aſcendere poſſet. 314

Zozimus ſtatuit, neminem ad Sacerdotium (non præmiſſo in inferioribus ordinibus legitimo miniſterio) promouendum. 417

Silueſter I. Diaconos Dalmaticis in Eccleſia vti, & palla linoſtina læuas eorum tegi voluit. 314

Zozimus idem ſtatuit. 417

Stephanus I. ſtatuit, Sacerdotes ac Leuitas ſacris veſtibus, ad ſacrificij tantum celebrationem, debere uti, quas veſtes à laicis contingi prohibuit. 257

Sixtus I. vaſa ſacra ab Eccleſiaſticis Miniſtris tantùm tangi voluit. 132

Celeſtinus I. vetuit Narbonenſibus, ne ab antiquo vſu Sacerdotalium indumentorũ diſcedere auderent. 424

Bonifacius II. diuiſit populum à Clero dùm celebraretur 530

Clemens I. idem iam ſtatuerat. 93

Hormiſda compoſuit Clerum, & pſalmis erudiuit. 514

Honorius I. omnem propè Clerũ renouauit. 626

Stephanus III. dùm Pariſiis moraretur, Eccleſiam Gallicanam in ſacro cantu, per Romanos Clericos, perfectè inſtruxit. 752

Anacletus vetuit ne Epiſcopi vel Clerici comam nutrirent. 103

Anicetus idem prohibuit; ac præcepit eis, coronam in Spheræ modum portare in vertice. 167

Gregorius II. in Clericos comam relaxantes, anathema inflixit. 714

Teleſphorus, Clericos VII. Hebdomadas integras ante Paſcha, ieiunare voluit. 142

Lucius I. Miniſtrorum Eccleſiæ continentiam præcepit, aut potius ſtatuto confirmauit. 255

Hormiſda fuit acerrimus vindex continentiæ Clericorum. 514

Lucius I. Clericorum cum feminis colloquium, ſine arbitris, interdixit. 255

Gregorius magnus ex ſacrorum Canonum inſtituto, vetuit Clericis cum feminis conuerſari, niſi quas Canon concedit ſanguine proximas. 590

Item, ad prauum Siciliæ abuſum tollendum (quo Subdiaconi vxores ducebant) ſtatuit, ne quis Subdiaconus ordinaretur, niſi continentiam Epiſcopo ſpopondiſſet.

Eugenius I. idem præcepit Diaconis & Presbyteris. 654

Eugenius II. prohibuit vxores, & concubinas Subdiaconis. 824

Stephanus X. Clericorum incontinentiam interdixit. 1057

Vrbanus III. Danos excommunicauit, quod Sacerdotes ferrent coniugatos. 1185

Eutychianus, ebrietatem, & comeſſationem Clericorum damnauit. 275

Zozimus, prohibuit poculum Clerico in publico propinari, ſed tantùm in cellis fidelium. 417

Benedictus III. Clericos ad honeſtè incedendum,

& viuendum compulit. 855

Psulnr IV. Clero, quoad victum,& vestitum, leges præscripsit. 1555

Gregorius XI. statuit ne Clerici illegitimi, Lateranenses, S. Petri, S. Mariæ maioris, Canonici esse queant. 1370

Pius II. pœnam suspensionis statuit Ordinatis, antè legitimam ætatem, aut extra tempora à iure statuta, aut sine dimissoriis, & si celebrauerint irregulares declarauit. 1438

Victor III. decreuit pœnitentiam, & communionem à nemine nisi à Catholicis Sacerdotibus suscipi debere, meliusque esse sine visibili communione persistere, & inuisibiliter Domino communicare, quàm eam ab hæreticis, vel schismaticis sumendo, à Deo separari. 1086

Ioannes VIII. de decimis Sacerdotibus dandis, fert quoddam decretum. 872

Sixtus V. decreuit, vt quicunque pensionē haberet Ecclesiasticam 66. ducatorum pretium excedentem, Clericali indutus habitu, incedere iure teneretur. 1585

Innocentius IX. Sacerdotia, nonnisi probatissimis viris, tribui volebat. 1591

Bonifacius VIII. degradationis Clericorum certam rationem, & sententiam exposuit. 1294

Clem. VIII. Sacerdotali charactere non initiatos, missas celebrantes, Iudici sæculari trahi iussit. 1600

Theodosius Imperator, rescripsit Clericos mercaturam exercentes, à Lustrali collatione, nonnisi denis, vel quindenis solidis immunes esse. 379

Heraclius Imper. pragmatica sanctione, decretum Sergij Constantinopol. Patriarchæ confirmauit, ne quis cooptaretur in Clerum, nisi in defuncti locum subrogaretur, nempè quod accideret, vt Procerum fauore tot homines sese intruderent in Ecclesiam Constantinop. vt redditus non sufficerent. 610

Clericorum Priuilegia.

Telesphorus, edixit, Sacerdotes à populo argui non debere, neque accusari. 142

Calixtus, statuit, ne Clericorum accusatores infames vel suspecti, in iudiciis reciperentur. 221

Caius, vetuit, ne prophanus quispiam sacris initiatum, in Iudicium vocaret. 284

Siluester I decreuit, ne Clerici in causa sæculari iudicarent, neue ipsi apud Iudicem sæcularem causam dicerent. 314

Iulius I. statuit, vt nullus Clericus causam quamlibet in publico ageret, nisi in Ecclesia per notarios stipularetur, & vt omnium monimentorum confectio per Primicerium notariorum celebraretur. 337

Pelagius II. statuit, Clericos antè Iudicem sæcularem non debere accusari. 577

Vrbanus II. decreuit, nulli Domino sæculari potestatem in Clericos habere licere, sed omnes Clericos, Episcopo soli subiectos esse debere. 1088

Martinus 5. pœnas statuit, contra habentes Ecclesiasticas personas ad forum laicale, pro causis ad forum Ecclesiasticorum spectantibus. 1418

Bonifacius VIII. interdixit, ne posthac, Principes Sacerdotiis tributa imponerent. 1294

Benedictus III. statuit, vt cùm Episcopus, Presbyter aut Diaconus morerentur, Pontifex vnà cum omnibus Episcopis, Presbyteris atque Diaconibus necnon reliquis Clericis, ad eius sepeliendum corpus, & commendandam animam conuenirent, similiter etiam ipsi facerent, cum Pontifex ab hac luce migrasset. 855

Constantinus magnus, inhibuit, ne coram sæcularibus Iudicibus Clerici conuenirentur, eorumque Iudicium Episcopis mandauit. 306

Honorius Imperator, idem sanxit. 395

Leo Imperator, idem de Clericis & Monachis statuit. 457

Athalaricus Rex Italiæ, statuit, ne Clerici Ecclesiæ Rom. ad Laicalia tribunalia, aliquo prætextu, traherentur nisi fortè Romanus Pontifex, litigantium petitionibus prouidere contemneret. 526

Constantinus magnus, Clericos immunes esse voluit à publicis oneribus. 306

Honorius Imper. rescripsit pro Monachorum ac Clericorū immunitate, à publicis vectigalibus ac oneribus. 400

Valentinianus 3. preuilegia Clericis sartatecta conseruati sanciuit. 425

Martianus Imp. Clericis potestatem capiendi hæreditatem, & legata ex testamento restituit. 450

Leo Imp. rescripsit, pro immunitate Ecclesiarum Ecclesiasticorum tùm Episcoporum, tùm Monachorum. 457

COLLEGIA.

Paulus III. Hospitale, & Monasterium pro Neophytis & Catechumenis Romæ instituit. 1534

Gregorius XIII. ad fidem Catholicam tuendam propagandamque, 23. Collegia in variis Regionibus erexit, ac dotauit. 1572

Clemens VIII. Collegium adolescentium Scotorum, qui in eo orthodoxæ fidei, ac bonorum artium studiis nauarent, Romæ fundauit, proneotibus ac priuilegiis auxit. 1600

Alexius Comnenus Imper. grammaticorum scholam construxit, in qua docerentur pauperum liberi, Magistris & Pædagogis constitutis, victumque tam docentibus quam discentibus ordinauit. 1080

CONCILIA GENERALIA.

Nicænum I. contra Arrium sub Siluestro I. 325

Sardicense, quod est appendix Nicæni sub Iulio I. 347

Constantinopolitanum II. contra Macedonium sub Damaso I. 381

Ephesinum III. contra Nestorium sub Celestino I. 431

Chalcedonense IV. contra Eutychem & Dioscorum sub Leone I. 451

Constantinopolitan. V. aduersus Origenistas sub Vigilio. 533

Constantinopolit. VI. contra Monothelitas sub Agathone. 680

Nicænum VII. contra Iconoclastas sub Adriano I. 787

Constantinopolit. VIII. contra eosd. sub Adriano II. 869

Lateran. IX. pro pace inter Ecclesiam, & Imperium sub Calixto II. 1122

Lateran. X. contra Antipapas sub Innocentio II. ann. 1139

Lateran. XI. contra Catharos & schismaticos sub Alexandro III. 1179

Lateran. XII. contra Albigenses sub Innocentio III. 1215

Lugdunense XIII. contra Fredericum Imperat. sub Innocentio IV. 1245

Lugdunense XIV. contra errores Græcorum sub Gregorio X. 1274

Viennense XV. contra Templarios, Fraticellos,

Begat

Begardos, Beghinas, & alios hæreticos ſub Clemente V. 1311

Florentinum XI. pro vnione Græcorum cum Latinis ſub Eugen. IV. 1438

Lateran. XVII. contra Piſanum Conciliabul. ſub Iulio II. & Leone X. 1512

Tridenı. XVIII. contra Lutheranos, Caluiniſtas, & alios hæreticos ſub P.III. Iulio Pio IV. III. 1545

Concilia ad fidem ſtabiliendam.

Alexandrina duo, pro recipienda fide Nicæna ſub Liberio. 362. 363

Aneyranum, in cauſa lapſorum ſub Silueſtro I. 314

Antiochenum, in quo de ſacris imaginibus ſub S. Petro. 57

Aquiſgranenſe, de addita ad Symbolum voce (*filioque*) ſub Leone III. 809

Ariminenſe, contra Arrianos ſub Liberio. 359

Cæſareæ *in Palaſtina*, de Paſchate ſub victore I. 198

Carthaginenſia duo, pro lapſis ſub Cornelio. an. 254. 255

Corinthiacum, de Paſchate ſub Victore I. 198

Gallicum, pro eadem cauſa ſub victore I. 198

Ierosolymitanum, in quo Apoſtoli fecerunt Symbolum ſub S. Petro. 44

Ieroſolym. de permittenda obſeruatione Legalium ad tempus ſub eodem. 58

Ieroſymitanum, ſub Leone I. 454

Illyricum, pro recipienda fide Nicæna ſub Liberio. 365

Lippienſe, pro Saxonibus ſub Adriano I. 780

Mediolanen. pro receptione Epiſtolæ Leonis I. de verbi incarnatione, ſub Leon. I. 451

Moguntinum, ſub Paulo III. 1549

Neocæſaréenſe, pro Lapſis ſub Silueſtro I. 314

Nicænum Generale I. ſub Silueſtro I. 325

Oſrœnum de Paſchate ſub Victore I. 198

Paderbornenſe, pro Saxonibus ſub Adriano I. 198

Ponticum, de Paſchate ſub Victore. I. 198

Romanum, de Paſchate ſub victore I. 777

Romanum, pro lapſis Sede vacante. 253

Romanum, pro lapſis ſub Cornelio. 254

Romanum, de lapſis Eccleſiæ Affricanæ recipiendis, ſub Felice III. 487

Romanum pro libris ſacris ſub Gelaſio I. 494

Romanum, de fidei forma ſub Gregorio VII. 1083

Siculum, pro fidem cœna recipienda ſub Liberio. 364

Toletanum, pro confirmatione 6. Synodi ſub Benedicto II. 684

Treuirenſe, ſub Paulo III. 1548

Treuirenſe, ſub Paulo III. 1549

Valentinum *in Gallia*, pro legitimis ordinationibus, & Lapſorum pœnitentia, ſub Damaſo I. 374

Villadurienſe, pro Saxonibus, ſub Adriano I. 779

CONCILIA.

Contra Hereticos.

Affricanum, contra Aquarios, ſub Stephano I. 257

Alexandrinum, in cauſa Neſtorij, ſub Celeſtino I. ann. 430

Alexandrinum, in cauſa Eutychianorum, ſub Leone I. 452

Antiochenum, contra Paulum Samoſatenum, ſub Dionyſio. 272

Antiochenum, contra Neſtorium, ſub Sixto III. ann. 432

Arabicum, contra errantes circa animarum immortalitatem, ſub Fabiano. 249

Arauſicanum, contra Semipelagianos, & Maſſilienſes, ſub Felice IV. 529

Armenum, contra libros Neſtorij, ſub Sixto III. ann. 435

Aurelianen. contra quemdam hæreticum tranſmarinum, ſub Martino I. 630

Braccarenſe aduerſus errores Barbarorum, ſub Innocentio I. 408

Burdegalenſe, aduerſus Priſcillianum, ſub Damaſo I. 385

Capuanum, contra Bonoſum, ſub Siricio. 389

Colonienſe, contra Euphratam, ſub Iulio I. 351

Colonienſe, contra Simoniacos & Clericos concubinarios, ſub Honorio III. 1215

Conſtantinopolitan. contra Eutychem, ſub Leone I. 449

Conſtantinopol. contra Anthimum, Seuerum & & alios acephalorum Principes, Sede vacante. 536

Conſtantinop. Gener. contra tria Capitula, ſub Vigilio. 553

Foroiulienſe, de SS. Trinitate & Verbi Incarnatione, ſub Adriano I. 791

Francofordienſe, contra Felicem Vrgelita. & Elipandum Toletan. Epiſcopos, ſub Adrian. I. 744

Gallicanum, contra Albigenſes, ſub Alexandro III. 1176

Gangrenſe, contra Eutactum, ſub Silueſtro I. ann. 325

Germanicum, contra Adebertum & Clementem, ſub Zacharia. 745

Ieroſolymitanum, contra Cherintum, ſub S. Petro. 51

Ieroſolymitanum, contra Seuerum, Petrum & Zoaram, Sede vacante. 536

Ieroſolymit. contra Armeniorum errores, ſub Innocentio II. 1145

Labeſitanum *in Affrica*, contra Priuatum, ſub Fabiano. 243

Lateran. Gener. contra Valdenſes & Albigenſes, ſub Alexandro III. 1179

Lateran. Gener. contra Almaricum & Albigenſes, ſub Innocentio III. 1215

Mediolanenſe, contra Iouinianum, ſub Siricio ann. 390

Moguntinum, contra Godeſcalcum, ſub Leone IV. ann. 848

Mopſueſtenum, contra Theodorum Mopſueſt. Epiſcopum iam defunctum, ſub Vigilio. 550

In Oriente, contra Maſſalianos, ſub Celeſtino. ann. 427

Pariſienſe, contra errores Orientalium, ſub Liberio. 352

Pariſienſe, aduerſus ſacrilegos & ambitioſos, ſub Ioanne III. 559

Pariſienſe, contra Gilbertum Porretanum, ſub Eugenio III. 1147

Philadelphicum in Arabia, aduerſ. Beryllum, ſub Fabiano. 246

Quintilineburg. contra Henricianam & VVecelianam hæreſes, ſub Gregorio VII. 1085

Ratiſponenſe, contra Felicem Vrgelitanum Epiſcopum, ſub Adriano I. 792

Rhemenſe, contra Eun hæreticum, ſub Eugenio III. 1148

Roman. contra Vrſacium & Valentem hæreticos Arrianos, ſub Damaſo I. 368

Romanum, contra Apollinariſtas, ſub Damaſo I. ann. 373

Romanum, contra Neſtorium, ſub Celeſtino I. ann. 430

Roma

Romanum, contra Adelbertum & Clementem, ſub Zacharia. 745

Romanum contra Theopachiſtas, ſub Nicolao I. ann. 862

Romanum, contra Inceſtuoſorum hæreſin, ſub Alexandro II. 1065

Romanum, pro eadem cauſa, ſub eodem. 1065

Senonen. Pariſiis celebratum, contra Abailardum & Arnaldum de Brixia, ſub Innoc. III. 1140

Sueſſionenſe, pro eadem cauſa, ſub eodem. 1139

Sydæ in Pamphylia, contra Maſſalianos, ſub Damaſo I. 383

Toloſanum, contra quoſdam hæreticos in ſacramenta & bona Eccleſiaſtica blaſphemos, ſub Calixto II. 1124

Tullenſe *in Gallia* contra prædeſtinatianos, ſub Nicolao I. 859

Valentinum *in Gallia* contra eoſdem ſub Leone IV. 855

Viennenſe Gener. contra hæreſes Petri Ioannis, fraticellorum, Dulciniſtarum, Begardorum, Beghinarum ſub Clemente V. 1311

CONCILIA.

Contra Schiſmaticos.

Anglicanum, contra Victorem Antipapam ſub Alexandro III. 1161

Antiochenum in cauſa ſchiſmatis Antiocheni ſub Damaſo I. 378

Arelatenſe contra Donatum, ſub Silueſtro. I. 314

Aruernenſe pro tribus Capitulis ſub Vigilio. 552

Auenionenſe contra Nicolaum Antipapam ſub Ioanne XXII. 1324

Auſtriacum pro tollendo ſchiſmate ſub Gregorio XII. 1409

Belluacenſe *in Gallia* contra Victorem Antipapam ſub Alexand. III. 1164

Capuan. pro Paulino Antiocheno contra Flauianum intruſum ſub Siricio. 389

Capuan. contra Burdin. Antip. & Henric. IV. Imp. eius fautorem, ſub Gelaſio 2. 1118

Carthaginenſe contra Nouatianum & Feliciſſimum, ſub Cornelio. 255

Claramontenſe contra Anacletum Antipapam ſub Innocentio 2. 1130

Conſtantienſe Gener. pro tollendo ſchiſmate, ſub Ioanne XXIII. 1414

Conſtantinop. ad reconciliandos lapſos in Conciliabulo Epheſino, ſub Leone I. 450

Conſtantinopolit. in cauſa Petrifullonis Antiochen. Epiſcopi intruſi, ſub Felice III. 483

Conſtantinopolitanum, pro tribus capitulis, ſub Vigilio. 547

Conſtantinopolit. aduerſos Cyriacum Epiſcopum Conſtantinopolitan. *Oecumenici* nomen ſibi arrogantem ſub Gregorio I. 599

Guaſtallenſe *in Longobardia* de ſchiſmaticis recipiendis, ſub Paſchali II. 1100

Italicum, contra Nouatianum ſub Cornelio. 255

Lateran. Gener. contra Anaclet. & Victor. Antipapas, ſub Innocentio II. 1139

Lateran. contra Victorem Antipapam, ſub Alexandro III. 1179

Lateran. Gener. XVII. contra Piſanum Conciliabul. ſub Iulio II. & Leone X. 1512

Leodienſe, contra Anacletum Antipapam, ſub Innocentio II. 1131

Lugdunen. contra Felicem Antip. qui liberè ceſſit Pontificatui, ſub Nicolao V. 1449

Osborienſe *in Germania* contra Cadalaum, ſub Alexandro II. 1062

Piſanum, contra Anacletum Antipapam, ſub Innocentio II. 1131

Piſanum, pro tollendo ſchiſmate, & pro electione Alexandri V. 1409

Placentinum, contra Anacletum Antipap. ſub Innocentio II. 1132

Rhemenſe, contra Anacletum Anatip. ſub Innocentio II. 1131

Romanum, contra Nouatianum, ſub Cornelio. 255

Romanum, contra Donatum, ſub Melchiade. 313

Romanum, contra Vrſicinum, ſub Damaſo I. 369

Roma. pro Paulino Antiochen. contra Flauianum intruſum, ſub Damaſo I. 382

Romanum, contra Eulalium, ſub Bonifacio. 419

Romanum, pro reprobatione Conciliabuli Epheſini, ſub Leone I. 449

Romana duo, contra Acacium Conſtantinop. Primatum affectantem, ſub Felice III. 483. 487

Romana tria, contra Petrum Altinam, & Laurentium Nucerinum Sedis Apoſtolicæ inuaſores, ſub Symmacho. 500. 501. 503

Roman. contrá memoriam Acacij, Euphemij & Macedonij, ſub Hormiſda. 518

Roman. pro vnione ſchiſmaticorum, propter tria capitula, ſub Gregorio I. 590

Romanum, contra Leonem Antipapam, ſub Ioanne XII. 964

Roman. contra Henricum Regem & Epiſcopos ſchiſmaticos, ſub Gregor. VII. 1085

Romanum, contra Guibertum Antipapam, ſub Gregorio VII 1084

Romana duo, contra eumdem, ſub Vrbano II. ann. 1089. 1099

Santonenſe, in cauſa Emerij in Sedem Santonen. intruſi, ſub Ioan. III. 566

Stampenſe *in Gallia*, contra Anaclet, ſub Innocent. II. 1130

Sutrinum, contra Mincium pſeudopapam, ſub Nicolao II. 1159

Turonenſe, contra Victorem Antipapam, ſub Alexandro III. 1163

Veneticum, contra Victorem Antipapam, ſub Alexandro III. 1177

CONCILIA.

Pro diſciplina Eccleſiaſtica.

Adrumetinum *in Affrica*, ſub Siricio. 394
Affricanum, ſub Ioanne II. 534
Affricanum, ſub Anaſtaſio 399
Agathenſe, ſub Sixto III. 440
Agathenſe, ſub Symmacho. 506
Andegauenſe, ſub Leone I. 453
Anglicanum, ſub Adeodato. 672
Anglicanum, Londoniæ ſub Gregorio VII. 1075
Antiochenum, ſub Cornelio. 255
Antiochenum, ſub Liberio. 363
Antiſiodorenſe, ſub Gregorio I. 590
Aquenſe, ſub Sixto V. 1565
Aquileienſe, ſub Clemente VIII. 1596
Aquiſgranenſe, ſub Stephano V. 816
Aquiſgranenſe, ſub Gregorio IV. 836
Arauſicanum, ſub Leone I. 442
Arelatenſe, ſub Siricio. 389
Arelatenſe, ſub Leone I. 442
Arelatenſe, ſub Ioanne I. 524
Arelatenſe, ſub Leone III. 813
Aragonenſe, ſub Alexandro II. 1062

Auer

Aruernense, sub Vigilio. 541
Aschaffenburgense, sub Nicolaò IV. 1292
Asturicense, sub Agapeto II. 947
Auenionense, sub Benedicto XI. 1337
Auenionense, sub Clemente VIII. 1594
Augustanum, seu alibi propè *Danubium*, sub Gregorio III. 740
Augustanum, sub Ioanne XII. 962
Augustanum, sub Paulo III. 1548
Aurelianense, pro celebratione Rogationum, sub Simplicio, 475
Aurelianense, sub Symmacho. 507
Aurelianense, sub Siluerio. 536
Aurelianensia duo, sub Vigilio. 540.545
Basileense, ex parte tantum approbatum, sub Eugenio IV. 1438
Barchinonense, sub Vigilio. 540
Bauaric. apud *Dingolvingam*. sub Adriano I. 772
Braccarense, Sede vacante. 572
Braccarense, sub Adeodato. 675
Burdegalense, sub Gregorio XIII. 1581
Byteris *in Gallia*, sub Innocentio III. 1198
Byzacenum *in Africa*, sub Vigilio. 541
Cabilonense, sub Vitaliano. 663
Cabilonense, sub Leone III. 813
Cæsaraugustanum, sub Gregorio I. 592
Cæsaraugustanum, sub Sergio. 691
Carisiacense in Gallia, sub Benedicto III. 856
Carthaginensia duo, sub Siricio. 397
Carthaginensia duo, sub Anastasio. 398
Casselanum *in Hibernia*, sub Alexand. III. 1171
Coloniense, sub Adriano I. 782
Coloniense, sub Adriano II. 870
Coloniensia duo, sub Paulo III. 1536.1549
Compostellanum, sub Victore II. 1056
Constantiense *in Germania* sub Vrbano II. 1094
Coyacense *in Hispania*, sub Leone IX. 1050
In Dalmatiæ & Dioclïæ Regnis, sub Innoc. III. 1199
Eboracense *in Anglia* sub Cælestino III. 1194
Elibertinum in *Hispania* sub Marcello. 305
Emeritense *in Hispania*, sub Vitaliano. 664
Epaunense *in Aquitania*, sub Symmacho. 509
Erpfordiense, sub Ioanne XI. 932
Frisingense, sub Eugenio IV. 1440
Gerundense *in Hispan*. sub Hormisda. 517
Herbipolense in *German*. sub Honorio IV. 1287
Hildemense, sub Clemente VII. 1527
Hipponense *in Africa*, sub Siricio. 393
Hispalensia duo, sub Gregorio I. 590.594
Hispalense, sub Bonifacio V. 619
Ierosolymitan. in electione S. Matthiæ, sub S. Petro. ann. 34
Ierosolym. in electione VII. Diaconorum. 34
Ilerdense *in Hispan*. sub Ioan. I. 524
Indicum *in Ciuitate Diamper*, sub Clem. VIII. 1599
Ingelheimense, sub Donno. 972
Laodicenum *in Phrygia*, sub Siluest. I. 320
Lateran. Gener. sub Innocentio III. 1215
Legionense, sub Benedicto VIII. 1011
Leptinense *in Germania*, sub Zacharia. 743
Londinense, sub Paschali II. 1102
Londinense, sub Honorio II. 1127
Londinense, sub Innocentio II. 1138
Londinense, sub Innocentio III. 1200
Londinense sub Gregorio IX. 1237
Lucense *in Gallicia* Sede vacante. 572
Lugdunense, sub Pelagio II. 587
Lauduncnse, sub Gregorio IV. 846
Macedonicum, sub Innocentio I. 414
Matisconensia duo, sub Pelagio II. 582.588
Mechliniense, sub Pio V. 1570
Mechliniense, sub Paulo V. 1607
Mediolanense, sub Honorio IV. 1287
Mediolanense, sub Nicolao IV. 1288
Mediolanense, sub Pio IV. 1565
Mediolanensia duo, sub Pio V. 1569.1573
Mediolan. tria, sub Gregor. XIII. 1576.1579.1583
Metense, sub Stephano VI. 888
Mileuitanum, sub Innoc. I. 401
Mirense, sub Leone I. 457
Moguntinum, sub Leone III. 813
Moguntinum, sub Leone IV. 852
Moguntinum, sub Stephano VI. 888
Moguntinum, sub Ioanne XXII. 1327
Moguntinum, sub Paulo III. 1549
Nannetense, sub Formoso. 895
Narbonense, sub Pelagio II. 589
Narbonense, sub Gregorio I. 590
Narbonense, sub Stephano IX. 940
Narbonense, sub Paulo V. 1609
Neapolitanum *in Samaria*, sub Calixto II. 1180
Northamtoniense *in Anglia*, sub Innocent. II. 1138
Nouiomense, sub Leone III. 814
Oscense *in Hispania* sub Gregorio I. 598
Oxoniense, in *Anglia*, sub Honorio III. 1222
Paderbonense, sub Adriano I. 786
Palentin. *in Hispan* sub Bonifacio II. 531
Parisiense, sub Gregorio IV. 829
Pictauiense, sub Paschali II. 1109
Pistis *ad sequanam Fluuium* sub Nicolao I. 863
Quintilineburgense *in Saxonia* sub Paschali II. ann. 1105
Ratisponense, sub Zacharia. 742
Ratisponense, sub Clemente VII. 1527
Rauennatense, sub Ioanne XIII. 967
Rauennatense, sub Honorio IV. 1286
Rauennat. duo, sub Clemente V. 1312.1314
Rauennatense, sub Ioanne XXII. 1317
Regiense *in Gallia*, sub Sixto III. 439
Rhemense, sub Hormisda. 514
Rhemense, sub Honorio I. 630
Rhemense, sub Leone III. 813
Rhemense, sub Ioanne XI. 933
Rhemense, sub Leone IX. 1049
Rhemense, sub Pio IV. 1564
Romanum, sub Siluestro I. 324
Romanum, sub Siricio. 836
Romanum, sub Hilario. 465
Romanum, sub Pelagio II. 589
Romanum, sede vacante. 682
Romana duo, sub Zacharia. 742.745
Romanum, sub Eugenio II. 826
Romanum, sub Formoso. 893
Romana duo, sub Gregorio VII. 1074.1075
Rothomagense, Sede vacante. 682
Rothomagense, sub Pio IV. 1565
Sabinense, sub Ioan. XXII. 1322
Salegunstadiense, sub Benedicto VIII. 1022
Salisburgense, sub Gregor. X. 1281
Salisburgense, sub Vrbano VI. 1386
Salisburgense, sub Martino III. 1420
Senonense, sub Clemente VII. 1527
Suessionense, sub Zacharia. 744
Suessionense, sub Sergio III. 909
Tarraconense, sub Hormisda. 516
Tarraconense, seu Egarense, sub Bonifacio IV. ann. 610
Ticinense, sub Leone IV. 850
Ticinensia duo, sub eod. 853.855
Toletanum, sub Anastasio. 400

Concilia.

Pro variis causis.

Conſtantinopolitanum, pro Epiſcopatu *Boſtrenſi*, ſub Siricio. 394

Conſtantinop. in cauſa Primatus *Alexandrini*, ſub Sixto III. 419

Conſtantinopolit. ad mittendum Legatos ad Papam, ſub Hormiſda. 520

Conſtantinop. in cauſa Gregorij *Antiochen.* ſub Pelagio II. 587

Conſtantinop. quo Gregorius *Syracuſanus* Epiſcopus damnatur, ſub Leone IV. 854

Conſtantinop. in cauſa Nicephori Imperatoris, ſub Ioanne XII. 963

Conſtantinop. pro depoſitione Baſilij Patriarchæ, ſub Benedicto VII. 975

Cyperanum, pro Monacho *Caſſinenſi*, & *Apuliæ* Duce ſub Paſchali II. 1114

Diuionenſe, contra Philippum Regem *Gall.* ob repudiatam vxorem, ſub Vrbano III. 1197

Duisbergenſe, contra illos qui Bennonem Epiſcopum *Meten*ſ. excœcarant ſub Ioan. X. 927

Engilenheimen. in cauſa Hugonis, & Artaldi *Rhemen.* Archiep. ſub Agapeto I. 948

Erphordienſe, in cauſa decimationum *Thuringiæ* ſub Alexand. II. 1073

Epiri veteris in cauſa Ioan. *Nicopolitani* Epiſcopi, ſub Hormiſda. 516

Erphordienſe, contra Clericos concubinarios, ſub Gregorio VII. 1074

Florentinum, contra alienatores rerum Eccleſiaſticarum, ſub Victore II. 1055

Florentinum, contra Fluentinum illius loci Epiſcopum, qui docebat iam tunc natum eſſe Antichriſtum, ſub Paſchali II. 1105

Floridenſe ob diuortium inter Ludouicum *Francorum* Regem, & Elionoram filiam Ducis *Aquitaniæ*, ſub Eugenio III. 1152

Francofordien. de Eccleſia *Bambergenſi* in Cathedrã Epiſcopalem erigenda, ſub Ioan. XVII. 1006

Fritdelarienſe, contra Henricum IV. Reg. *Germaniæ*, ſub Gelaſio II. 1118

Gaingtintonenſe *in Anglia* pro Cruce accipienda, & decimis *Saladinus* Regi ſoluendis, ſub Clemente III. 1188

Apud S. Geneſium, in cauſa S. Anſelmi *Lucenſis* Epiſcopi ſub Gregorio VI. 1074

Iaccitanum, vbi *Oſcæ* Sedes tranſlata eſt, ſub Nicolao II. 1060

Ieroſolymitanum, in gratiam Athanaſij, ſub Iulio I. 350

Ieroſolym. pro electione Patriarchæ *Ieroſolymitani* ſub Vrbano II. 1094

Ieroſolymit. pro reſtitutione Daiberti Patriarchæ *Ieroſolym.* ſub Paſchali II. 1107

Ieroſolymit. contra Henticum IV. Regem *Germaniæ* ſub Paſchali II. 1111

Iotrinum *in Gal.* ob necem S. Thomæ S. Victoria Pariſienſ. Prioris, ſub Innoc. II. 1110

Lateranenſia duo, contra Henric. IV. Rege *Germ.* ſub Paſchali II. 1112, 1116

Lateranenſe, contra Fredericum Imperatorem, ſub Alexandro III. 1168

Lanautenſe, prope *Toloſam* in cauſa Petri *Arragoniæ* Regis Comitem *Toloſanum* protegentis, ſub Innocentio III. 1211

Legionenſe, de coniugio Regis Alphonſi, ſub Honorio II. 1129

Lemouicenſe, pro Apoſtolatu S. Martialis, ſub Ioanne XVIII. 1019

Lemouicenſe, pro eadem cauſa, ſub Benedicto IX. ann. 1034

Londinenſe, contra Incontinentes Clericos, & contra Prælatos, qui beneficia à Laicis acceperant, ſub Paſchali II. 1102

Londinenſe, de inueſtitura à Laicis non recipienda, ſub Paſchali II. 1108

Londinenſe, pro electione S. Thomæ *Cantuarienſis* ſub Alexand. III. 1162

Londin. in cauſa *Cantuarienſis* & *Eboracen.* Archiepiſcoporum ſub Alexandro III. 1175

Londinenſe, pro abſolutione Ioan. Regis *Angliæ* ſub Innocentio III. 1214

Lucenſe *in Gallicia* pro diuiſione Prouinciarum earumque ſedium, ſub Ioan. III. 566

Lugdunen. contra Salonium *Ebredunenſ.* & Sagittarium *Vapingenſ.* Epiſcopo, ſub Ioan. III. 570

Lugdunenſe, in cauſa Manaſſis *Rhemenſ.* Archiepiſcopi, ſub Gregorio VII. 1080

Lugdunenſe Gener. contra Fredericum Imperatorem, & pro 7. Electorib. Imperij definiendis, ſub Innocentio IV. 1245

Lugdunenſe, quo inhibetur Principibus ne Sacerdotibus vectigalia imponant, & Sacerdotibus ne iniuſſu Romani Pont. ſoluant. ſub Bonifacio VIII ann. 1297

Malphitanum, pro Ducatu *Northmannis* conceſſo ſub Nicolao II. 1059

Malphitan. quo Rogerius Dux, accepit à Papa terram cum Ducatus Honore, ſub Vrbano II. 1090

Matiſconenſe pro Regula Columbani, ſub Bonifacio V. 617

Mediolanen. in cauſa Vrſacij & Valentis, ſub Iulio I. 150

Mediolanen. de ſe componendo ad Canones Conc. *Trident.* ſub Pio IV. 1565

Meldenſe, in cauſa *Rhemenſis* Archiep. eligendi, ſub Ioan. XII. 962

Meldenſe, in quo, Vrſione depoſito, S. Arnulphus Epiſcopi *Sueſſionenſ.* creatus eſt, ſub Gregorio VII. ann. 1080

Metenſe, in cauſa Ægidij *Rhemenſ.* Epiſcopi, ſub Gregorio I. 594

Metenſe, quo Ludouic. Imp. iniuſtè excommunicatus, abſoluitur, ſub Gregorio IV. 835

Moguntinum, pro iuribus & immunitatibus Eccleſiæ, ſub Leone IV. 847

Moguntinum, pro iuribus & Immunitatibus Eccleſiæ, ſub Benedicto III. 856

Moguntinum, in cauſa Ottonis Comitis *ab Harmeſtein*, ſub Benedicto VIII. 1023

Moguntinum, in cauſa Henrici 4. volentis Bertam vxorem repudiare, ſub Alexandro II. 1069

Mogunt. in cauſa Caroli *Conſtantienſis* Epiſc. ſub Alexandro II. 1071

Moguntin. contra Clericos concubinarios, ſub Gregorio VII. 1075

Moguntinum, contra Henricum 4 *German.* Regem, ſub Paſchali II. 1105

Mogunt. in cauſa Brunonis *Argentin.* Epiſcopi, ſub Innocentio II. 1131

Moguntinum, in cauſa Templariorum, ſub Clemente V. 1310

Montis Peſſulanen. quo Simoni *Monfortii* Comitatus *Toloſan.* datur, ſub Innocentio *III.* 1215

Moſomienſe, in cauſa Hugonis & Artaldi *Rhemenſis* Archiepiſcoporum, ſub Agapeto I. 948

Moſomienſe, pro reſtitutione Arnulphi in Sede ſua *Rhem.* ſub Ioan. XV. 995

Mutinenſe, quo controuerſia inter Petrum, & Lambertum proceres *Germanos* compoſita fuit, ſub Benedicto VI. 993

CONCILIABVLA.

Antiochenum, Arrianorum, ſub Liberio. 360

Aquileienſe, contra 5. Synodum *Conſtantinopolitanam* ſub Vigilio. 553

Aquileienſe pro eadem cauſa, ſub Sergio I. 698

Aquileienſe, ſub Gregorio XII. 1409

Aquiſgranenſe, pro ſolutione Matrimonij Lotharij Regis *Galliæ*, cum Teutperga vxore legitima, ſub Nicolao I. 862

Aragonenſe, ſub Gregorio XII. 1409

Arelatenſe, Arrianorum contra Athanaſium, ſub Liberio. 353

Ariminenſe, Arrianorum. ſub Liberio. 359

Aſiaticum, de celebrando Paſchate XIV. Luna, ſub Victore I. 198

Attiniacenſe, contra Hincmarum *Laudunenſem* Epiſcopum, ſub Adriano II. 870

Auguſtanum, quo formula *Interim* condita eſt, ſub Paulo III. 1547

Bagaienſe *in Numidia*, Priſcillianiſtarum, ſub Siricio. 394

Baſileenſe, pro electione Cadolai in Antipapam, ſub Alexandro II. 1061

Baſileenſe, ex parte reprobatum, ſub Eugenio IV. ann. 1431

Bituricenſe *in Gallia* pro approbatione *pragmaticæ ſanctionis*, ſub Eugenio IV. 1438

Brixienſe, pro electione Guiberti in Antipapam, ſub Gregorio VII 1080

Biterrenſe, Arrianorum, ſub Liberio. 356

Cabilonenſe, contra S. Deſiderium *Viennenſem* Epiſcopum, ſub Gregorio I. 603

In Caria Regione *Aſiæ*, Arrianorum, ſub Liberio. 366

Carthaginenſia duo, de iterando baptiſmate hæreticorum, ſub Stephano I. 258

Carthaginenſia duo, Donatiſtarum, ſub Marcello. ann. 306.308

Caneruenſe *in Affrica* Donatiſtarum, ſub Siricio. ann. 394

Charantonenſe Calviniſtarum, pro vnione cum Lutheranis, ſub Vrbano VIII. 1631

Cirtenſe *in Numidia* Donatiſtarum, ſub Marcellino. 303

Clarendonenſe *in Anglia* contra Eccleſiæ immunitatem, ſub Alexandro III. 1164

Compendienſe, ſub Gregorio IV. 835

Conſtantienſe, ſub Ioanne XXIII. 1414

Conſtantinopolitanum Arrianorum, ſub Marco. ann. 336

Conſtantinopolitanum, Arrianorum. ſub Liberio. 359

Conſtantinopolitanum, contra S. Ioan. Chryſoſtomum, ſub Innoc. I. 404

Conſtantinopolitanum, Monothelitarum, ſub Seuerino. 639

Conſtantinopolitanum, ſub Sergio. 692

Conſtantinop. Monothelitarum, contra 6. Synodum, ſub Conſtantino. 712

Conſtantinopol. aduerſus ſacras imagines, ſub Gregorio II. 730

Conſtantinop. pſeudoſeptimum, pro eadem cauſa, ſub Stephano III. 754

Conſtantinopolitana tria, Iconoclaſtarum, ſub Leone III. 806.809.814

Conſtantinop. IV. contra Ignatium Patriarc. ſub Nicolao I. 858.859.861.867

Conſtantinopolitanum, pro reſtitutione Photij, ſub Ioanne VIII. 879

Conſtantinopolit. pro depoſitione Tryphonis Patriarc. ſub Marino. 949

Cordubenſe *in Hiſpania*, contra Martyres, ſub Leone IV. 852

Dordracenſe, Miniſtrorum contra Arminianos, ſub Paulo V. 1619

Duziacenſe *in Rhemenſi Diœceſi*, contra Hincmarum *Laudunenſ.* ſub Adriano II. 871

Epheſinum, contra Cyrillum, ſub Celeſtino I. 431

Epheſinum, pro abſolutione Eutychis, ſub Leone I. 449

Erphordienſe, in cauſa decimationum *Thuringiæ*, ſub Alexandro II. 1073

Gallicanum, contra quoſdam Epiſcopos, ſub Ioanne V. 685

Germanum, contra Othmarum Abbatem, ſub Paulo I. 759

Hamptoncurienſe *in Anglia*, Miniſtrorum Anglicanorum, ſub Clem. VIII. 1604

Herbipolenſe, pro Guidone Antipapa, ſub Alexandro III. 1166

Iconienſe, de iterando baptiſmate hæreticorum, ſub Stephano I. 258

Ieroſolymitanum, Euſebianorum, ſub Silueſtro I. 335

Illyricum, contra V. Synodum, ſub Vigilio. 553

Lampſacenum, Semiarrianorum, ſub Liberio. 364

Laudenſe *in Italia*, pro Victore Antipapa, ſub Alexandro III. 1161

Londinenſe *in Anglia*, pro Primatu Regis in rebus Eccleſiaſt. ſub Clem. VIII. 1603

Mediolanenſe, contra Athanaſium, ſub Liberio. 355

Metenſe, pro ſolutione Matrimonij Lotharij Regis *Gal.* ſub Nicolao I. 863

Metenſe, quo Regnum *Gal.* à Ludou. ad Carol. craſſum tranſlatum eſt, ſub Adrian. II. 869

Moguntinum, pro electione Guiberti in Antipap. ſub Gregorio VII. 1086

Nicænum, *in Thracia*, Arrianorum, ſub Liberio. 353

Northamtonienſe *in Anglia*, contra Thomam *Cantuarien.* ſub Alexand. III. 1164

Numidianum, ſub Gregorio I. 592

Palentinum *in Hiſpan.* præſide Petro *de Luna* Anticardinali, ſub Vrbano VI. 1388

Papienſe, contra Gregorium VII. 1076

Papienſe, pro Victore Antipapa, ſub Alexandro III. 1160

Pariſienſe fictum, contra ſacras Imagines, ſub Eugenio II. 824

Piſanum, contra Iulium II. 1511

Ad Quercum, contra S. Chryſoſtomum, ſub Innocentio I. 403

Rhemenſe, pro depoſitione Arnulphi Epiſcopi, ſub Ioanne XV. 992

Romanum, pro depoſitione Ioannis XII. 963

Romanum, pro depoſitione Benedicti V. 964

Romanum, contra acta Formoſi Papæ, ſub Stephano VII. 897

Romanum, contra acta Gregorij VII. ſub Vrbano II. 1098

Sardicenſe, Semiarrianorum, ſub Iulio I. 347

Seleucienſe, Arrianorum ſub Liberio. 359

Sidonium *in Palæſtina*, Eutychianorum, ſub Symmacho. 512

Siluanectenſe, ſub Nicolao I. 863

Singedimium *in Myſia*, Semiarrianorum ſub Liberio. 366

Sueſſionen. in cauſa ordinatorum ab Ebbone Archiep. Rhem. ſub Leone IV. 853

Synadenſe *in Aſia*, de iterando baptiſmate hæreticorum

ticorum, sub Stephano I. 258

Syrmiense *in Pannonia*, Arrianorum sub Liberio. ann. 357

Treuirense, sub Siricio. 386

Toronense, contra Iulium II. 1510

Tyrium, Arrianorum contra Athanasium, sub Siluestro I. 335

Vapincense *in Gallia*, Calninianorum, sub Clemente VIII. 1603

In Villa Regia, contra quosdam Episcopos, sub Ioanne V. 685

VVermetiense, contra Hincmarum *Laudunens.* Episcopum sub Adria. II. 870

Vvitembergense, Lutheranorum, sub Paulo III. ann. 1536

VVormatiense, contra Gregorium VII. 1076

CONFRATERNITATES & Sodalitates.

Constantinus Magnus, Xenodochia, seu hospitia pauperum, rogatu Episcoporum, per totum Imperium primus constituit. 306

Item auctor fuit, vt ad corpora defunctorum humanda, curandaque piorum hominum collegium constitueretur, quod à publicis muneribus, & tributis voluit esse immune.

Clemens VII. sodalitium Rosarij B.V. Mariæ confirmauit. 1523

Paulus III. confraternitatem, sub inuocatione Corporis Christi, pro decentiori eius veneratione, cum multis indulgentiis approbauit. 1534

Item congregationem ad pauperes parentibus orbatos educandos, in vrbe institutam, sua auctoritate muniuit. 1534

Gregorius XIII. Archiconfraternitatem pietatis carceratorum in vrbe instituit, ad eos visitandos, adiuuandos, & consolandos. 1572

Sixtus V. Archiconfraternitatem Chordigerorum S.Francisci instituit. 1585

Item honestarum viduarum, & puellarum Collegium Romæ instituit. 1585

Vrbanus VII. bona sua, etiam paterna, Sodalitati B. Virginis annunciatæ, maritandarum puellarum dotibus legauit. 1590

Clemens VIII. Sodalitatem ad Deum orandum, pro animabus igne purgatorio tortis, Romæ institutam, sua auctoritate muniuit. 1592

Item refugij Domum, ad honestas Virgines viduasque tectè educandas, Romæ instituit. 1600

CONVERSIO GENTIVM.

Magna Gentilum conuersio *in Antiochia*, vbi discipuli primum dicti sunt Christiani. 34

Samaria, Syria, Phœnicia Euangelium recipiunt. 34

Lucius *Anglorum* Rex, cum populo suo ab Eleutherij Legatis fidem recipit. 179

Scotia cum Donaldo Rege, per Legatos Victoris Papæ, Christum professa est. 194

Arabia fidem recepit, Demetrio eorum Principe ab Origene conuerso, sub Pontiano. 233

Beneficio pacis à Gallieno Imperatore Ecclesiæ redditæ, vrbes integræ Christũ profitebantur. 263

Celestini Papæ, ac suorum opera magna pars *Occidentis* ad Christi fidem conuersa est. 414

Gregorius magnus, ad conuertendam *Anglorum* gentem adhuc infidelem, Augustinum cum aliis sociis illuc destinat. 500

Sardos & *Campaniæ* Rusticos à Paganismo liberauit. 500

Agilulphus Rex *Italiæ* ab Arrianismo, cum vniuersis *Langobardis* ad fidem Catholicam per Theodulindam *Bauaram* vxorem conuersus est. 591

Honorij I. opera (qui S. Byrinum Episcopum *in Angliam* misit) *Angli* Occidentales (*Geuissi* antiquitus dicti) fidem Christi susceperunt. 626

Martinus I. per S. Landolinum *Cameracens.* Presbyterum, & S. Amandum *Leodiensem* Episcopum, & S.Follianum Hyberniæ Apost. multos infideles ad Eccl. perduxit. 649

Conon Papa, Kylianum *Hybernum* Episcopum creatum, in *Germania* Prouinciam, dictam *Orientalem Franciam* ad prædicandum gentibus adhuc Idolatris misit. 686

Sergius Papa, Cednallam Reg. *Occidentalium Saxonum in Anglia*, Romæ baptizauit, qui adhuc in albis constitutus obiit, sepultusque est in Ecclesia S.Petri, cuius & nomen in baptismo susceperat. ann. 687

Item eius authoritate per SS. VVilbrordum, Sunibertum, aliosque venientes *ex Anglia*, & *Hybernia*, fides *in Frisia, Hollandia*, aliisque *German.* Prouinciis propagatur. 687

Zacharias, recens conuersis *Germanis*, esum crudi lardi, equorum, &c. (quod hæc *Scyticam* barbariem saperent) interdixit. 741

Nicolaus I. *Bulgaros* cum eorum Rege ad fidem conuersos instruxit, quibusdam Responsis [illegible] eorum consulta. [illegible]58

Formosus, antea Episcopus *Portuensis* [illegible]us *Bulgarorum* Apostolus. [illegible]

Ioannes IX. scrip. Epistolam de *Northmannis* [illegible]per ad fidem conuersis, non esse contra eos seueritatem Canonum extendendam, eo quod Tyrones adhuc essent in fide. [illegible]

Agapetus II. propter *Danos* in Christiana [illegible]ligionem acceptos gratulatus est *Hamburgens.* [illegible]cl. eiusque priuilegia, à maioribus accepta, inno[illegible]t, *Danisque* Doctores misit. 946

Ioannes XIII. ad conuersionem *Slauorum*, seu *Polonorum*, Ægidium *Tusculan.* Episc. & C[illegible]n. Legatum misit, & VVilibaldum ad conuert[illegible] *Vandalos* qui habitabant in amplissima Regione *Slauorum*. [illegible]5

Gregorius [illegible] cognatum, ad prædicandum gentibus, [illegible] Apostolatus donatum misit in [illegible]. [illegible]6

Ioan VII. S.Brunoni *ad* [illegible] [illegible]tendum, Apostolatum co[illegible]. 1003

Eugenij III. operâ [illegible] fidem recepit. ann. 1145

Adrianus IV. ante P[illegible] sua prædicatione ad Chri[illegible] 1154

Alesand. III. Soldan[illegible]ientem, epistola instruxi[illegible] [illegible]

Item scripsit *Indorum* R[illegible]o. 1159

Innocentio III. auth[illegible] fi[illegible] Christi recepit 1198

Innocentius IV. *Ma*[illegible] *Sarracenos* ad fidei lumen in[illegible] Franciscanis 1245

Sartach autem *Tartarorum*, [illegible] co[illegible]nectio, eximio gaudio eum affecit. 1249

Gregorij X. tempore, Proceres *Tartari* sacrum baptisma susceperunt. 1270

Nicolao IV. *Tartaris* per Minoritas instructionem Christianæ fidei, quam profiterentur misit. 1288

Benedictus XI. operâ Danielis Ord. Minorum Leonem

Leonem Regem *Armenorum* ad Catholicam fidem reducere studuit. 1334

Innocentij VIII. tempore Rex *Congi* cum multis *Affricanis* baptismum recepit. 1484

Pij V. tempore, *Japonia* Christi fidem recepit. 1570

Paulus V. quod per Religiosos Augustinianos fidei semina in Perside iacta fuissent, ad ea facilius exequenda, statuit vt in Religiosorum ordinum studiis, essent *Hebraica*, *Arabica*, *Græca*, ac *Latina* linguarum professores. 1605

Item *Rhætica* vicinarumque vallium accolas, montanos *Allobroges*, ac *Lepontios* fratrib. Capucinis, probè curantibus, in fide stabilinit. 1605

Item eo auspice, *Serra Leona in India* Rex, eiusque duo Germani fratres, & liberi 4. fidem receperunt. 1605

Gregorius XV. instituit Congregationem de propaganda fide. 1621

Vrbanus VIII. *Georgianis* sutilis suspeditauit, ac Euangelij præcones ad eos misit, quos Rex benignè excepit, indulsitque vt in suo Regno Euangelicæ doctrinæ, quam S. R. Ecclesia docet, semen ab his sp[illegible]retur. 1623

DONATISTÆ.

Do[illegible]us Episcopus *Carthaginensis* initio schisma fe[illegible] postea hæresim condidit, & docuit rebaptizand[illegible] baptizatos ab hæreticis: in sola *Affrica*, & [illegible] Donati esse Ecclesiam, in Eccles. esse tan[illegible]uos, sanctum Chrisma spernebat. 306

Donatistarum impugnatores.

Gregorius Magnus, eos in Affrica repressit [illegible] 590

Honorius Imperator, eos à testamenti factione, ta[illegible] actiua quàm passiua, & sanctione arcebat. ann. 400

Concilia.

Affricanum, sub Anastasio. 401

Affric[illegible], sub Innocentio. 404.5.7.8.9.410

[illegible] sub Siricio. 386

[illegible]iptores.

[illegible]s asse[illegible] 460

[illegible] Augustinus [illegible] 400

S. O[illegible]us *Mileuit*[illegible]pisc. 365

Victor *Car*[illegible]a Epi[illegible]. 450

ECCLESIÆ.

E[illegible]um Missa consecrari. [illegible] 112

H[illegible]etuit eas sine Episco[illegible], materiamque ad fa[illegible]n prophanos vsus conuer[illegible] 154

F[illegible]esiæ ab Episcopis tan[illegible] 483

Siluest[illegible] R[illegible]ndi, & consecrandi templa [illegible] 314

Greg[illegible] Importono Episcopo, dedicationemq[illegible] Ecclesiarum (quod minimè fas erat facere inconsulto Romano Pont.) concessit & in ea [illegible] illas agapas (in quibus pauperes simul cum diuitibus conuiuabantur) celebrari mandauit. 590

Felix I. decreuit, quod si de consecratione alicuius Templi ambigeretur, denuò consecrari, posset diemque dedicationis, ab omnib. vicatim celebrari. 172

Felix I. idem statuit. 326

Euaristus, altaria tantùm lapidea, vnctione Chrismatis, & Sacerdotali benedictione consecrari mandauit. 112

Siluester I. Idem statuit. 314

Hormisda vetuit, absque Episcopi permissu in Eccl. consecrata, erigi altare. 514

Pius I. prohibuit arreptitios sacris altaribus ministrare. 158

Zephyrinus, omnia vasa Ecclesiæ voluit esse vitria, aut stannea. 203

Vrbanus I. ea fecit argentea. 221

Sixti II. tempore, Ecclesia auro & opibus in vsum ministrorum, & pauperum abundabat. 260

Sixtus III. Ecclesiarum Religiosus dotator ac ditator. 432

Honorius III. Archiepiscopo *Coloniensi*, eiusque suffraganeis prohibuit, ne aduocatus Ecclesiarum laicis conferri permitterent. 1216

Bonifacius V. primus Pontificum iussit aras, & Ecclesias esse asyla Reis, prohibuitque, ne vllus (Reus licet) de Ecclesia extraheretur. 617

Leo IV. iuxta Ecclesias iussit claustra, seu scholas construi, in quibus Clerici Ecclesiasticis imbuantur disciplinis. 847

Ioannes XXII. nouas dignitates nouaque Collegia Ecclesiis constituit. 1316

Gregorius XIV. celebrem de immunitatibus legem tulit. 1591

Caius S. Sebastianum Ecclesiæ Deffensorem instituit. 284

Marcellinus, in vrbe 25. Diœceses ab baptizandum gentes, & sepeliendum mortuos statuit. 300

Marcellus idem confirmauit, 304

Pius I. vetuit prædia diuinis vsibus tradita, subtrahi, & in proprius vsus conuerti. 158

Vrbanus I. statuit, Redditus Ecclesiæ, non in alios vsus conuertendos, quam in Ecclesiarum Ministros, pauperesque alendos. 221

Simplicius, Redditum Ecclesiasticorum vnam partem Episcopo, alteram fabricæ, tertiam pauperibus, postremam Clericis deberi declarauit. 468

Gelasius I. idem declarauit. 492

Lucius, Ecclesias vexatores, earumque bona diripientes excommunicauit. 255

Iulius I. statuit 15. annos pœnitentiæ, combusentibus Ecclesiam. 337

Symmachus, decreuit bona Ecclesiæ non alienanda. 500

Agapetus I. idem statuit. 535

Ioan. XXII. constitutione quadam, omnes alienationes, locationes, & donationes bonorum Eccles. sine consensu Rom. Pontificis factas, annullauit, & sustulit. 1316

Sixtus IV. cauit, ne porphyretici lapides neue marmorei ad prophanos vsus è Templis tollerentur. 1471

Paulus II. Episcopis & Abbatibus alienationem & hypothecationem bonorum Ecclesiæ prohibuit, sub pœna excommunicationis, & suspensionis ab ingressu Ecclesiæ. 1465

Paulus IV. rescidit alienationem & locationem quorumcumque bonorum Eccles. in damnum Ecclesiarum, vel non seruatis iuris solemnitatibus, vel alias nulliter factas. 1555

Innocentius IX. statim ac creatus est, dum Pontificis vestibus indueretur, Bullam de non alienandis bonis Ecclesiæ confirmauit. 1591

alienandis Ecclesiæ locis, probauit. 1592

Carus Imper. Ecclesiam Thessalonicensem à tributis immonem fecit. 284

Theodosius Imperator, confugientes ad Ecclesiam, æris alieni gratia, in fraudem creditorum, saluos minimè esse voluit. 379

Theodosius Iunior, iussit omnes sine armis Ecclesiam ingredi. 408

Item legem dedit, vt hi qui ad Ecclesias confugerent vsque ad fores tuti esse possent.

Heraclius Imperator, causa belli Persici, ab Ecclesiis, & Religiosis domibus mutuò pecuniam accepit. 610

Ecclesiarum Primates.

Anacletus, in quadam Epist. tres Patriarchales Ecclesias ordine recenset, nimirum Romanam, Alexandriæ. Antiochen. eo quod à B. Petro fundatæ sint. 103

Gelas. I. primam Petri Apost. secundam apud Alexandriam, tertiam apud Antiochiam declarauit. 492

Leo I. Anatolio *Constantinopolitano* Episcopo, Sedium cœterarum priuilegia, earumque Episcoporum consecrationem affectanti, restitit. 440

Anicetus sanciuit, ne Archiepiscopi nisi insignium Ciuitatum, aut Apostolicæ successionis, Primates appellarentur, reliquis Metropolitani seu Archiepiscopi nomen remaneret. 167

Dionysius, primus ab Episcopo *Ostiensi* consecratus est. 261

Marcus, pallium, summi Honoris & potestatis plenitudinis index, Episcopo *Ostiensi* (cuius munus erat summum Pontif. consecrare) concessit. ann. 337

Bonifacius I. de authoritate Primatus, supra Metropolitanum decreuit. 419

Ioan. VIII. Ecclesiæ *Ticinensi* ingens contulit priuilegium, vt eius Episcopus ad Synodum posset vocare Archiepiscopos *Mediolanensem* & *Rauennatensem*, cum suffraganeis, illique venire teneretur. anu. 872

Innoc. II. Ecclesias *Pisanam* & *Genuensem* Metropolitanas fecit. 1130

Leo IX. Dominico *Gradensi* Patriarchæ *Venetias* translato, pallium tribuit, eique priuilegium concessit deferendi crucem ante se. 1049

Adrianus IV. *Gradensem* Ecclesiam, Primatum super omnes *Venetorum*, *Istriæ*, *Liburniorum* Ecclesias obtinere declarauit. 1154

Vrbanus II. Archiepiscopo *Toletano* Primatum totius *Hispaniæ*, ex antiqua consuetudine, concessit. 1088

Ecclesia Romana
Prærogatiua.

Anacletus, docuit, *Romanam* Eccles. ab ipso Domino Primatum obtinuisse, super vniuersas Ecclesias. 103

Calixtus I. docuit *Romanam* Eccles. esse matrem omnium Ecclesiarum. 221

Gelasius I. dixit, Ecclesiam *Rom.* semper super causis omnium Episcoporum Iudicasse, ac super Concilia semper extitisse. 492

Vigilius, fuit propugnator acerrimus Primatus *Romanæ* Ecclesiæ, quam fundamentum, & formam omnium Ecclesiarum dicebat. 540

Gregor. magnus, dicebat Ecclesiam *Rom.* caput esse omnium Ecclesiarum. 590

Adrianus I. in quadam Epistola, idem docuit. 772

Gregorius XI. quadam constitutione declarat, Ecclesiam *Lateranensem* (quæ summi Pontif. Ecclesia vocatur) maiorem super omnes vrbis, & orbis Ecclesias esse, supremumque locum obtinere. 1370

Cletus Romanus (mortuo Fabiano, Sede vacante) anno integro Ecclesiæ præfuit, & statuit, lapsorum reconciliationem, (scelioso vitæ periculo) vsque ad electionem noui Pontificis dabere suspendi. 253

Cùm felix IV. à Theodorico Rege electus esset Romanus Clerus, Senatus & populus sic electum recusauit, randem post 58. dies recepit. 529

Leo IX. pro vnione Ecclesiæ *Constantinopolitanæ* cum *Latina* multum, sed frustra laborauit, *Antiochena* tamen *Romanæ* conciliata est *Alexandrina* autem, & *Ierosolymit.* retinebant eo tempore communionem *Romanæ* Eccl. 1049

Innocens III. aduers. Patriarch. *Constantinopolitan.* fuit acerrimus propugnator Primatus Eccles. *Roman.* quam demonstrat, diuina ordinatione in D. Petri præeminentia confirmatam, cæteris anteire, idemque probat ex variis Synodorum Canonibus, & Imperatorum decretis. 1198

Agatho, in quadam Epist. audacter exposuit, quod nunquam *Romana* Eccl. à via veritatis, in qualibet errorjs parte, deflexa sit. 678

Ioannes V. Iura Ecclesiæ *Romanæ* in Episcoporum consecratione (quæ Archiepiscopi vsurpauerant) restituit. 683

Honorius III. instituit officium Magistri sacri Palatij in persona S. Dominici fundatoris ordin. præd. qui prælectione Epistolarum D. Pauli, aliorumque sacrorum Codicum, ab inhonestis nugis Clericos, qui à seruitiis Papæ erant coercerct. ano. 1216

Agatho, nouum *Romanæ* Ecclesiæ ærarij officium instituit. 678

Pius II. Scribarum Breuiatores, primus creauit. 1458

Constant. magnus multa præclara sanxit pro Eccles. *Romana* quam præ cæteris voluit illustrare priuilegiis, ornamentisque Imperialibus. 306

Iustinianus Imper. *Romanæ Eccl.* concessit, aliisque omnibus occidentalibus quæ Catholica communione ei coniunctæ essent, vt earum prædia, atque latiundia, centum annorum præscriptione gauderent. 527

Iustinianus II. Imperio recuperato, omnia priuilegia Ecclesiæ *Rom.* renouauit. 705

EVTYCHIANI.

Eutyches Abbas; cùm in Nestorij hæresim summo odio ferretur, docuit, vt sicut in Christo vna est persona, ita vnam esse naturam. 448

Dioscorus Episcopus *Alexandrinus* protector Eutychis. 449

Zeno Imperator *Constantinopolitanus*, auctor Pacificantium, vnionem quamdam facere volebat inter Catholicos, & Eutychianos. 482

Petrus *Cnapheus* Episcopus *Antiochenus* intrusus, ad errores Eutychis addidit, vt in Trisagio poneretur Crux, videlicet sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis qui crucifixus es pro nobis, ex quo videbatur sentire, totam Trinitatem fuisse crucifixam. 483

Eutychianorum Impugnatores Concilia.

Alexandrinum, sub Leone I. 452
Chalcedonense Gen. IV. sub Leone I. 451
Constantinopolitana duo, sub eod. 448. 449
Constantinopolitan. sub Hormisda. 518

Scriptores.

Facundus Episcopus *Hermianensis.* 554
S. Flauianus Episcopus *Constantinopolit.* 448
Gelasius, Papa. 492
Gelasius *Cæsarea Palestinæ* Episcopus 451
Gelasius *Cizicenus.* 495
Gennadius *Massiliensis* Episcopus. 490
Ioachimus *Meisterus.* 1571
Ioannes I. Papa. 523
Isaac Monachus *Antiochenus.* 455
Iustinianus Imperator. 560
S. Leo Magnus Papa. 440
Leontius *Byzantinus* Monach. 540
Liberatus *Carthaginens.* Archidiac. 560
Mochinus *Mesopotamus* 452
Nicetius *Treuerensis* Episcopus. 560
Samuel *Edessenus* Presbyter. 452
Theodoretus *Cyri* Episcopus. 430
Vigilius *Tridentinus* Episcop. 495

Excommunicatio.

Calixtus I. prohibuit communicationem cum excommunicatis, eorumque absolutionem, antè vtriusque partis iustam examinationem. 221

Vrbanus I. statuit, vt nullus communicet iis quibus Episcopus non communicat. 227

Festorum Institutio.

Pius I. statuit Pascha die Dominica celebrari. 158

Victor I. idem, ac cyclum Paschalem primus instituit. 194

Zephirin. statuit, vt omnes Christiani quartum decimum annum agentes, communicarent in Paschate. 203

Fabianus, fideles omnes ter in anno communicare voluit, in Paschate, natali Domini, & Pentecoste. 238

Constantinus magnus, diem Dominicum (Melchiadis Papæ tempore) ab Ethnicis æquè, ac Christianis feriari mandauit. 306

Ioan. XXII. celebritatem SS. Trinitatis, in octauis Pentecostes instituit. 1316

Vrbanus IV. celebritatem Augustissimi ac sacratissimi corporis Domini nostri Iesu Christ instituit, ad hæresim eo tempore contrariam, verbo simul, & facto impugnandam. 1261

Heraclius Imper. à Persis recuperato ligno sanctæ Crucis, cùm illam humeris ferret, in porta quæ ad Caluariam ducit, consistere coactus est, nec illi nisi plebeio sumpto habitu, & depositis calceis datum est progredi, hinc festum Exaltationis S. Crucis institutum. 610

Honorius I. Papa, dictum festum in occidentem fouerit. 626

Gelasius I. festi Purificationis B. Virginis fundamenta iecit, cùm abstulit lupercalia, mense Februario. 492

Iustinianus Imperator, dictum festum ob mortalitatem magnam insurgentem, vbique celebrari statuit. 527

Mauritius Tiberius Imp. Assumptionis, seu Dormitionis B. Virgin. festum 15. die Augusti, celebrari præcepit. 583

Leo IV. Papa, octauam Assumptionis B. Virginis instituit. 847

Gregorij IX. authoritate, inter dies festos numerantur omnes festiuitates B. Virginis. 1227

Innocent. IV. statuit, vt Natiuitas B. V. Mariæ cum octaua celebraretur. 1243

Martinus III. festum Corporis Christi, etiam per octauam (tempore interdicti) ianuis templorum apertis, celebrari indulsit. 1418

Calixtus III. ob Victoriam *ad Belgradum*, vel *Taurinum* oppidum (quod nunc Albanè vocant) de Mahomete Turca acceptam, Officium Transfigurationis D. N. I. Christi, eod. die recitandum composuit, eaque ratione, hisque indulgentiis quibus Corporis Domini dies celebratur, agi voluit. 1455

Vrbanus VI. Visitationis B. Virg. festum (ad schisma tollendum) cum Vigilia instituit. 1378

Sixtus IV. Festis solemnibus etiam diem Conceptionis, Præsentationis B. V. S. Annæ, Iosephi & Francisci adscripsit. 1471

Pius V. ob Victoriam Christianorum, de Turcis non Octob. acceptam, festum S S. Rosarij B. Virginis instituit. 1571

Sixtus V. Festum Præsentationis B. V. duplici officio celebrari præcepit. 1585

Bonifacius IV. Romæ Pantheon ab Idolis expurgatum, in Ecclesiam commutauit, & titulo B. M. V. ac Sanctorum martyrum consecrauit. 607

Gregor. IV. festiuitatem omnium SS (iam Romæ à Bonif. IV. institutam) in *Gallia Germania*, ac per totum orbem celebrandam statuit. 827

Sixtus III. piæ petitioni Eudoxiæ Imperatricis annuens, Festum S. Petri ad vincula, instituit Kal. Augusti, maximè vt populum à gentilitate euocaret, qui eo die recolebat festum pro victoria Augusti, de Antonio & Cleopatra. 432

Bonifacius VIII. festa omnium Apostolorum, 4. Euangelistarum, 4. Eccles. Doctorum sub duplicis maioris officio, celebrari statuit. 1294

Sixtus V. S. Bonauenturā Doctorem Ecclesiæ, eiusque festum sub Officio duplici celebrari mandauit, ann. 1585

Gregor. XV. Festa SS. Ioseph & Annæ, ex præcepto, honori haberi voluit. 1621

Benedict. XI. statuit, vt de S. Francisci stigmatibus officium fieret Ecclesiasticum, sub ritu duplici. ann. 1334

Valentinianus II. Imp. edicto vinctos in solemnitate Paschali solui iussit, exceptis sacrilegis, incæstuosis, Raptoribus, sepulchrorum violatoribus, veneficis, monetarum falsariis, homicidis, ac perduellionibus. 375

Theodosius iunior, legem tulit, de dierum obseruatione, in quibus spectacula exhiberi prohibuit ann. 408

Leo I. Imp. leges tulit, in honorem feriarum Deo dicatarum. 457

FORVM CONTENTIOSVM.

Pius I. pœnam statuit, in periuros ac Blasphemos ann. 158

Soter, statuit, Iuramentum malum, incautè promissum non esse seruandum. 175

Cornelius, Iuratusos ieiunos esse voluit. 254

Stephanus I. accusationem per scripta, & absentem accusari vel accusare prohibuit. 257

Item, criminosos ad accusandum recipi prohibuit, ann. 257

Pontianus, statuit, suspectos aut inimicos, aut facilè litigantes, aut qui non sunt bonæ conuersationis, nec vt accusatores, nec vt testes recipiendos. ann. 233

Fabianus, neminem accusatorem simul, & testem esse voluit. 238

Item talionis pœnam, falsis accusatoribus proposuit. 238

Eleutherius, prohibuit, Reum absentem condemnari. 179

Item, noluit quemquam de gradu suo deiici, nisi conuictus esset. 179

Caius, vetuit, ne paganus aut hæretic. accusandi Christianum potestatem haberet. 284

Symmachus, sanciuit, ne oues aduersus Pastorem, aut filij contra Patrem, (excepta causa fidei) insurgerent. 500

Stephanus VI. Epistola ad Heribertum *Moguntin.* Archiepiscopum, purgationem per ferrum candens, & aquam feruentem improbauit. 885

Gelasius I. statuit, repeti non posse quæ 30. annis quietè possidentur. 492

Theodosius Imperator, vetuit, ne quadragesimali tempore, criminales quæstiones exercerentur. ann. 379

Item ne capitales sententiæ, ante trigesimum diem ratæ haberentur, nimirum vt iracundo Principi facultas foret, eas reuocandi, spatio iræ dato. 379

Leo Imperator, aduersus Gentiles edixit, ne, qui Christianus non esset, causam in iudicio tractare posset. 457

Occasione Reginæ coniugis Rodaldi Regis *Italia* adulterij accusatæ, Monomochia, ad iurgia definienda, primo introducta est. 654

Græcorum
Schisma & hæresis.

Primum schisma, à *Græcis* aduersus *Hebreos*, cui tollendo creati sunt septem Diaconi. 34

Semina schismatis *Constantinopolitanorum* Præsulum, Primatum affectantium, iacta ab Anatolio, qui cessit tandem monitis S. Leonis Papæ. 451

Acatius Episcopus *Constantinop.* (ob Stephanum Episcopum *Antiochen.* ab ipso præter Regulas Ecclesiasticas ordinatum; & à Simplicio Papa, pro bono pacis confirmatum) Primatum denuò vsurpauit, ac Episcopos Catholicos sibi resistentes deponens, hæreticos subrogauit. 479

Græcorum à *Latinis* ab alienatio, à Conciliab. *Constantinop.* cœpta, & inde auctior, donec in hæresim euadat, & *Graciam* perdat. 697

Post Photium *Constantinopol.* Patriarch. vtraque parte conniuente, post longam concertationem de Primatu, illud vsurpari cœptum est, vt ambo Episcopi *Roman.* scil. & *Constantinop.* œcumenici, & vniuersales appellarentur, hic quidem vniuersalis Patriarcha, quod cæteris esset dignior, & primum post Papam locum obtineret, ille vero vniuersalis Papa, quod Papæ nomen videretur excellentius. 889

Græci (duce eodem Photio) plures sensim sparserunt errores, In hoc etiam sæculum propagatos, inter quos præcipui erant, Spiritum sanctum non procedere à filio, sed à Patre tantum, Eucharistiam non posse confici in azimo, sed tantum in fermentato, & in vino mero nulla aqua permixto; necesse esse Laicis sub vtraque specie communicare; Eucharistiam statim à baptismo Infantibus administrandam, malos dùm eam accipiunt, non accipere Corpus Christi, beatitudinem electorum, pœnamque reproborum, differri in diem iudicij, viuorum suffragia non prodesse defunctis; inimicia nocere, licitum esse; secundas Nuptias contrahere Illicitum, matrimonium dissolubile, simplicem fornicationem licitam esse. 900

Michael *Cærularius* Patriarcha *Constantinopolitan.* donum Dei vendebat, excepta Ecclesia *Græcorum*, Ecclesiam Christi; & verum sacrificium ac baptismum ex toto mundo periisse dicebat; paruulos morientes ante octauum à natiuitate diem baptizari contradicebat; mulieres in menstruo, vel in partu periclitantes communicare, vel si paganæ essent, baptizari prohibebat. Baptizatos in Nomine SS. Trinitatis, & maximè *Latinos* rebaptizabat, & alia multa docebat. 1053

Græcorum Schismaticorum & hæreticorum Impugnatores.

Concilia

Lugdunense Gener. sub Gregor. X. 1274
Florentin. Gener. sub Eugenio IV. 1438

Scriptores.

Alphonsus *Bunosius.* 1590
Anselmus *Cantuariens.* Archiep. 1077
Augustin. *Triumphus*, Augustinia. 1301
Barlaam *Hieracens.* Episc. 1303
Bessarion Cardinalis. 1460
Chrisolanus *Mediolanen.* Archiep. 1170
Claudius *Gusius.*
Demetrius *Cydonius Thessalonicens.* 1300
Eugenius IV. Papa. 1431
Galterus *Hunte* Carmelita. 1465
Georgius *Scholarius Constantinopolitan.* Patriarcha. ann. 1440
Gerardus *à Nazareth* Ep. 1151
Gregorius *Metochites Græcus.*
Gregorius *Protosyncellus.* 1440
Hugo *Etherianus Tuscus.* 1177
Humbertus Monachus & Cardin. 1054
Ioannes Archidiac. 1180
Ioan. *Beccus Constantinop.* Patriarcha. 1277
Ioan. *Cantacuzen Christodulus.* 1370
Ioan. *de monte Nigro* Dominicanus. 1439
Iosephus *Methonensis* Ep. 1440
Isidorus *Thessalonicensis* Card. 1445
Iulianus *Cæsarinus* Cardinalis. 1438
Leo. IX. Papa. 1050
Leo *Tuscus.* 1170
Manuel *Caleca Græcus.* 1180
Michael *Caleca Græcus.* 1375
Nicephorus *Blemmidas Græcus.* 1253
Nicolaus I. Papa. 858 [?]
Petrus *Scarga* Soc. Ies. 1614

HÆRETICI.
Circa Diuinitatem.

Cherinthus, Ebion, negabant mundum à Deo factū, sed ab alia quadam virtute creatum credebant. 50

Carpocrates, mundum ab Angelis factum docuit. ann. 123

Archontici, Principatibus creationem ascribebant. 190

Albanenses tenebant mundum nunquam cœpisse, nec vmquam desiturum. 794

Albigenses, idem credebant. 1198

Noui Manichæi *in Gallia* dicebant cœlum, & terram ab æterno esse. 1017

Bogomiles docebant mundum à dæmonibus creatum. 1084

Cathari idem asserebant. 1148

Colluthus asserebat Deum malorum hominum non esse Creatorem. 315

Audæus & Anthropomorphitæ, dicebant tenebras aquam & ignem esse ingenita. 341

Gnostici, dicebant vnum Deum bonum, alterum malum. 130

Cerdon, Marcion, ponebant duo Principia, vnum bonum, alterum malum. 145

Manes idem asserebat. 277

Antitactæ, legem secundi Dei esse dicebant, ideoque pietatis esse putabant, legi resistere scelerate viuendo, vt sic Deo gratificarentur. 123

Almaricus Doctor *Parisiensis*, docebat legem Dei Patris durasse vsque ad aduentum Christi. 1204

Tertullianus, Deum corporeum (licet sine figura) dicebat. 201

Audæus, & Antropomorphitæ, & idem asserebant. ann. 341.940

Bogomiles, idem credebant. 1084

Almaricus Doct. *Parisien.* Idæarum in mente diuina æternitatem negabat. 1204

Dauid *Dinantius*, Almarici discipulus, dicebat Deum esse materiam primam. 1212

Lollaldus, docuit Deum nec scire, nec punire mala quæ hic fiebant. 1315

Gothescalcus Monach. *Rhemen.* asserebat Deum quosdam ad vitam, alios ad mortem æternam prædestinare, nec velle omnes homines saluos fieri. ann. 848

Prophetæ cœlestes, docebant sacras litteras penitus abiiciendas, & pendendum é sola diuina inspiratione. 1555

Andræas *Osiander*, docebat charitatem & iustitiam & sapientiam, quibus homo iustus & sapiens est, esse ipsam Dei essentiam. 1555

Hermogenes, ponebat materiam Deo coæternam, & in Deo vnam tantum personam. 170

Origenes, multa docuit de inæqualitate diuinarum personarum. 255

Appollinaris, idem docuit. 360

Noetus, Sabellius, docebant Patrem, Filium & Spiritum S. esse vnam personam, sed nomina tria. ann. 257

Photinus, docuit Deum non esse trinum. 342

Massaliani, seu Euchaitæ, plures Deos fatentes, vnum tamen colebant, quem omnipotentem, dicebant. 361

Gothescalcus Monach. *Rhem.* dicebat Deitatem SS. Trinitatis triplicem esse 848

Bogomiles, docebant non esse in Deo Trinitatem. ann. 1084

Michael *Seruetus*, docuit in Deo nullam realem generationem. 1515

Roscelinus *Gallus*, asserebat in Deo tres personas, esse tres res ab inuicem separatas, sicut sunt tres Angeli, ita tamen vt vna sit [illegible] as & potestas, & tres Deos vere poss[illegible] [illegible]dmitteret. ann. 1090

Petrus *Abæ*[illegible] [illegible]e inæquales in d[illegible] [illegible]id æter-num constituebat, & quid tertium præter Creatorem, & creaturas. 1140

Armeni, asserebant diuinam naturam esse passibilem, Trinitatem esse passam. 685

Roscelinus *Gallus* asserebat Patrem & Spiritum S. esse incarnatos. 1090

Petrus *Cnapheus* voluit sic cani trisagium, sanctus Deus, sanct. fortis, sanct. & immortalis, qui crucifixus es pro nobis, ea quo videbatur inferre Trinitatem crucifixam. 483

Noui Manichæi *in Gallia*, asserebant fabulas esse, quidquid in veteri ac nouo Testamento de Deo trino & vno dicitur. 1017

Lucas *Stembergerus*, docebat non esse Trinitatem, sed vnum tantum Deum Patrem. 1561

Valentinus *Gentilis* docuit tres Personas diuinas, esse tres Spiritus æternos. 1564

Francisc. *Dauid*, docuit solum Patrem esse Deum verum, Filium & Spiritum S. esse virtutes Dei. ann. 1564

Trinitarij, seu Deitæ, Trinitatem vocabant Cerberum tricipitem. 1570

Antitrinitarij, dicebant tres personas non in se subsistere, sed in diuina persona, esseque diuinæ essentiæ dumtaxat residentias & qualitates. 1570

Sabbatarij, dicebant solum Patrem esse innocandum, non filium, non Spiritum sanctum. 1578

Heretici.

Circa Deum Filium.

Ophitæ, serpentem, vt Dei sapientiam colebant. ann. 145

Arrius docuit Filium Dei esse creaturam, non esse coæternum, & coessentialem Patri. 315

Arriani Constantio Imperatori adulantes, eum æternum appellabant, qui Filium Dei æternum esse negabant. 353

Acacius, asserebat Dei Filium substantia & voluntate, Patri esse dissimilem. 355

Ætius, Eunomius, idem docuerunt. 360

Apollinarius, docuit Verbum Dei accepisse carnem humanam sine anima rationali. 360

Acoemetæ Monachi, negabant posse dici, vnum de Trinitate passum esse in carne. 533

Heretici.

Circa Spiritum Sanctum.

Simon Magus, existimauit donum Dei pecunia possideri posse. 39

Michael *Carularius Constantinop.* Patriarc. donum Dei vendebant. 1053

Macedonius, docuit Spiritum S. esse creaturam. ann. 351

Ætius, Eunomius, idem docuerunt. 360

Nestorius, Spiritum S. à Filio procedere negabat. ann. 430

Græci, Michael Cætularius, idem credebant, ann. 900.1053

Armeni, asserebant Spiritum S. Patre & Filio esse minorem. 685

Almaricus Doctor *Parisiensis*, docebat legem Spiritus S. ab ipso Almarico, vsque ad finem mundi duraturam. 1204

Quintinus *Pikardus* (à quo *Libertini*) docuit vnum esse tantum Spiritum immortalem. 1555

Prophetæ cœlestes, docebant solo Spiritu contentos nos esse debere. 1555

Heretici

Hæretici.

Circa Iesum Christum.

Cherintus, Ebion, dicebant Iesum esse purum hominem, ex Ioseph & Maria natum, & Christum in eum descendisse post baptismum, qui ab eo recessit tempore Passionis, & sic Iesum tantum passum, Christum vero immortalem. 50

Docitæ, phantasticum Corpus Christo tribuebant. 123

Alogi, negabant Christum esse Verbum Patris, & Dei Filium. 190

Beryllus, Christum ante Incarnationem fuisse negabat, nec habuisse ex se diuinitatem, sed solam Patris in eo fuisse. 243

Sethiani, dicebant Seth esse Christum. 190

Montanus, negabat Christum verum hominem ann. 173

Manes, negabat Christum humanam naturam sumpsisse. 277

Priscillianus, idem negabat. 380

Arrius, docuit Christum hominem, non habere animam, sed eius loco esse Verbum. 315

Elcesaitæ, dicebant Christum esse creaturam. 204

Paulus *Samosaten.* docuit Christum non esse Deum, sed hominem tantum. 265

Photinus, Euphratas, idem docuerunt. 342. 351

Theodorus *Pharanita*, asserebat Iesum C. incorporaliter ex vtero processisse. 630

Timothæus *Ælurus*, asserebat Christi carnem sociam potius, quam vnitam fuisse Diuinitati. 474

Bonosiaci, Christum adoptiuum & non proprium asserebant. 531

Felix *Vrgelitanus*, Elipandus *Toletanus*, Episcopi docebant Christum, secundum humanitatem, esse Filium Dei adoptiuum. 794

Seuerus *Antiochenus* asseruit Corpus Christi esse corruptibile, passionibusque necessario subditum. 511

Iulianus *Halicarnasseus*, Christi carnem sic incorruptibilem, & passionum penitus expertem dicebat, vt tamen, si voluisset, eamdem subiicere passionibus valuisset ann. 519

Nestorius, in Christo duas personas ponebat, vnam Diuinam, alteram humanam. 431

Petrus *Abailardus*, idem credebat. 1140

Iustinianus Imperat. incorruptibilium sententiæ, Iuliani Halicarnassæi, adhærens, eamd. vniuersæ Ecclesiæ Catholicæ credendam, edicto conscripto, proponere decreuit. 527

Acephali, docebant Christum in vna substantia adorandum, & vnam naturam ex Deitate & humanitate mixta constare. 440

Eutyches, docuit sicut in Christo vna est persona, ita vnam esse naturam. 448

Albigenses, dicebant Christum nec fuisse verum Deum nec verum hominem. 1198

Item, ante Christum non fuisse aliquos bonos. aon. 1198

Themistius, Christum ignauiæ, & timiditatis arguebat, vnamque in eo naturam coniunctam asserebat. 535

Ioannes *Philopponus* asserebat, in Christo duas quidem esse naturas vnitas, sed, facta vnione, non amplius duas sed vnam tantum compositam esse naturam. 545

Cyrus, Sergius, Monothelitæ, asserebant in Christo vnam tantum fuisse voluntatem; & vnam operationem, & consequenter vnam tantum naturam. 633

Armeni, in duarum Christi naturarum vnione, confusionem decernebant. 685

Heraclius Imper. an 30. Imperij, promulgauit edictum (ad stabiliendam cui fauebat Monothelitarum hæresim) quod *Ecthesim*, hoc est *expositionem* nominauit, cum tamen per illud execrationi omnibus vbique se esse videret, nouo edicto declarauit, illam *Ecthesim* suam non esse, sed Sergij *Constantinop.* Ep. 610

Patropassiani, dicebant Patrem non filium passum. 198

Mahometus, negabat Christum crucifixum, sed vmbram eius. 620

Theodistus Eremita, idem docebat. 823

Christolitæ, Christum dissoluentes eum (corpore, & anima in inferno relictis) diuinitate sola in cœlum ascendisse somniabant. 600

Clemens *Scotus* pseudo Episcopus asserebat Christum resurgentem ab inferis, nullum ibi reliquisse, sed omnes liberasse, tam fideles quàm Infideles. 743

Gothescalcus, docebat Christum pro horum tantummodo salute passum esse, qui ad vitam æternam prædestinati essent, nec posse Diabolum aliquem eorum, pro cuius redemptione mortem subiit ad se rapere. 848

Iansenistæ, idem quod Gothescalcus prædicabant. 1650

Cherintus, Ebion, Regnum Christi post Resurrectionem, terrestre futurum dicebant. 50

Chiliastæ, dicebant Sanctos Regnaturos mille annos cum Christo in terris, post Resurrectionem ann. 118

Almaricus Doct. *Parisien.* docebat quosque Christianos membra Christi corporis esse, & dùm à IudæisChristus pateretur, vna cum ipso, dolorem fuisse perpessos. 1204

Item, legem Christi vsque ad ipsum Almaricum tantum durasse. 1204

Dulcinus, Fraticelli, dicebant Christum, & Apostolos non habuisse aliquid in speciali nec in communi. 1310

Marsilius *de Padua*, Ioannes de *Ianduno*, docebant Christum, necessitate coactum, soluisse didrachma. 1315

Hermannus *Rissuich*, docuit Christum fuisse stultum. 1499

Quintinus *Pikardus* (à quo *Libertini*) docuit Christum non verè obiisse. 1555

Prophetæ cœl. stes, docebant humanam Christi naturam, post ascensionem, in Diuinam esse mutatam. 1555

Franciscus *Dauid*, docuit Christum esse purum hominem, sed dici verbum Dei, quia verba Dei annunciauit, quomodo Ioan baptista dicitur vox. 1564

Autotheani, dicebant Christum esse Deum à se, non à Patre. 1570

Ioannes *Langius* dicebat carnem Christi esse Deificatam, siue transisse in diuinam substantiam. ann. 1570

Musculus, dicebat diuinam Christi naturam, vnà cum humana fuisse mortuam. 1570

Stancariani, dicebant Christum iustificare, secund. solam humanam naturam. 1570

Hæretici.

Circa Beatam Virginem.

Collyridiani, S. S. Virginem pro Deo colebant, eique placentam offerentes sacrificabant. 373

Theodistus Eremita, asserebat B. Virginem non

ex viro & femina genitam, sed antè sæcula extitisse. 823

Heluidius, docuit B. Virginem post Christum habuisse, ex Ioseph, alios filios. 381

Bonosius Episcopus in *Macedonia* perpetuam eius Virginitatem negabat. 389

Lolladus, docuit non mansisse Virginem. 1315

Nestorius, eam non matrem Dei, sed Christi tantum dicebat. 431

Memnonitæ, dicebant Christum carnem non sumpsisse à B. Virgine. 1570

Hæretici.
Circa Venerationem Sanctorum.

Eustathius, seu Eutactus, Sanctorum Martyrum, eorumque Reliquiarum cultum improbabat. 325

Vigilantius, docuit inanem esse inuocationem SS. eorumque reliquias non esse venerandas. 404

Hagiomachi, idem credebant. 726

Constantinus, *Copronym.* Imper. titulum *Sancti*, Virgini, Apostolis & martyribus tribui vetuit. 741

Claudius Episc. *Taurinensis*, docebat non esse venerandam Crucem, nec sepulchra, nec reliquias Sanctorum. 825

Petrus *de Bruis*, dicebat non esse inuocandos Sanctos; cruces conculcandas. 1126

Valdo, docuit Sanctos non attendere precibus nostris. 1170

Armeni Dioscorum hæreticum, multis antea sæculis condemnatum, colebant. 685

Michael *Balbus* Imper. Iudam proditorem inter Beatos collocabat. 823

Hæretici Iconoclastæ.

Xenaias, seu Philoxenus *Persa*, contra imaginum cultum primus blasphemias euomuit. 483

Armeni, sacras imagines non adorabant, nec crucem ipsam, nisi prius claium in eam immisissent, eamdemque baptizassent. 685

Leo *Isaurus* an. 10. Imperij sui, edictum promulgauit, vt sacræ vbique delerentur imagines, eumque obid ingens *Constantinopoli* excitatus esset tumultus excusauit se, non eo se spectasse, vt imagines prorsus delerentur, sed sublimiore loco collocarentur, ne ore quisquam eas contingeret, atque ita, eos quodammodo contumelia afficeret. 726

Constantinus *Copronym.* edictum contra venerandas imagines promulgauit. 741

Serantapicus *Iudæus*, promisit Gizido *Saracenorum* Principi 40. annorum Principatum, si sacras omnes imagines ab Ecclesiis Christianorum, quæ sub ditione eius essent, auferri mandaret, quod dum sollicitè exequitur, intra annum, & dimidium mortuus est. 723

Theophilus Metropolitan. *Nacolia in Phrygia*, & Bezer Apostata, à quibus Thymoleontes dicti, quod eos qui sacras imagines acciperent, aut salutarent, plagis aut suppliciis sine modo afficerent. 726

Leo *Armenus* Imper. Synodum hæreticorum, aduersus sacras imagines conuocauit, pro quarum defensione, multi SS. Confessores extiterunt. ann. 813

Theophilus Imperator, conciliatis sibi specie iustitiæ omnium animis, ad stabiliendam hæresim *Iconoclastarum* violentus insurrexit, ac imagines prorsus, nisi fortè ferarum & auium pingi prohibuit, earumque pictores sæuissimè puniuit. 829

Andræas *Carolostadius*, docuit imagines Christi, & Sanctorum confringendas. 1524

Hæretici.
Circa fidem.

Simon Magus, docuit hominem sola fide iustificari. 39

Lutherus, idem docuit. 1517

Gnosimachi, scientiam studio partam, cum fide pugnare dicebant. 610

Elcesaitæ, dicebant licitum esse fidem ore negare, modo in corde retineretur. 204

Petrus *Abailardus*, fidem sine ratione dicebat non admittendam. 1140

Hermannus Risuich, docuit fidem nostram esse fabulosam, Euangelium esse falsum, Aristotelem ei præferens. 1499

Quintinus *Pikardus* (à quo *Libertini*) docuit licitum esse simulare & dissimulare fidem, & Religionem. 1555

Ætius, Eunomius, docebant fidem solam, quam ipsi prædicabant, sufficere ad salutem, etiamsi enormia quis crimina perpetraret. 360

Hæretici.
Circa Gratiam.

Pelagius, Celestius, docebant sine Dei gratia posse impleri omnia mandata, cuncta enim tribuebant naturæ. 415

Petrus *Abailardus*, idem credebat. 1140

Ioannes *Caluinus*, gratiam semel habitam non posse amitti dicebat. 538

Hæretici
Circa liberum Arbitrium.

Simon magus, dicebat non esse. 39

Manes, idem dicebat, insuper omnium peccatorum causam esse naturam mali principij. 277

Adrumetini, omnia gratiæ Dei tribuebant. 418

Massaliani, seu Euchaitæ, dicebant posse hominem impassibilem fieri. 361

Mahometus, fatum asseruit, & siue ad bonum, siue ad malum, homines destinati. 620

Lutherus, docuit liberum arbitrium periisse per peccatum. 1517

Hæretici.
Circa bona opera.

Simon Magus, dicebat non esse necessaria. 39

Carpocrates, dicebat nihil esse bonum, vel malum, nisi opinione hominum, ideo omnia opera, quamuis pessima, esse exequenda. 123

Caiani, dicebant Cainum, Iudam, Sodomitas saluatos. 145

Ætius, Eunomius, docuerunt non esse necessaria ad salutem. 360

Massaliani, seu Euchaitæ, docebant solam orationem, contra aduersa omnia, satis esse propterea, nec manibus laborandum, nec ieiunandum. 361

Prædestinati, docebant nec piè viuentibus prodesse bona opera, si à Deo præsciti essent ad damnationem, nec impiis obesse, etsi improbè viuerent, si à Deo prædestinati fuissent ad vitam. 520

Noni Manichæi *in Gallia* dicebant omne pietatis, & iustitiæ Christianorum opus laborem esse superfluum, voluptatum flagitiis non esse repositam vindictam. 1017

Hæretici.

Hæretici.
Circa Animam.

Gnostici dicebant animam esse de substantia Dei. ann. 130
Ophitæ, idem credebant. 145
Priscillianus, idem docuit. 145
Vincentius *Victor*, idem credidit. 419
Tertullian. animam membris distinctam, coloribusque depictam putauit. 201
Origenes, errauit circa originem animarum. 255
Arabici, animas hominum mortales esse dicebant. ann. 243
Manes, dicebat animas migrare de corpore in corpus. 277
Item nihilesse verè spirituale, sed omnia corporalia. 277
Faustus *Regiensis* asseruit animas esse corporeas, nihilque esse in creaturis incorporeum, resipuit tamen & sancto fine quieuit. 466
Photius *Constantinop.* asserebat duas esse in corpore animas, quod tamen seriosè non docuisse, postea asseruit. 861
Hermanous *Risswich* docuit animam mori cum corpore. 1499
Quintin. *Pikard.* docuit Angelos & animas hominum, non esse immortales. 1535

Hæretici
Circa Legalia.

Cherinthus, Ebion, Legalia Euangelio miscentes, docebant ab animatis & carnibus abstinendum. ann. 50
Paulus *Samosaten.* circumcisionem seruandam docuit. 265
Tatianus iubebat abstinere à carne & vino. 174
Manes, dicebat vetus testamentum esse à malo principio, ideo reiiciendum. 277
Item, carnem & vinum esse res immundas natura sua ideo ab eis abstinendum. 277
Eustathius, seu Eutactus, esum carnium damnabat. 355
Armenij, more Iudaico carnes intra altare assabant, easque populo comedendas distribuebant. ann. 685
Quartodecumani, celebrabant Pascha Luna XIV. ann. 180
Audæos, Anthropomorphitæ, dicebant lapsum ab Ecclesia, debere Pascha cum Iudæis celebrare. ann. 341
Valesij, Euangelium, secund. litteræ corticem, explicabant. 249
Clemens *Scotus* pseudoepiscopus, Iudaismum introducens, iustum esse dicebat Christiano, viduam defuncti fratris accipere vxorem. 743
Michael *Balbus* Imperator Iudaismum colebat. ann. 823
Lucas *Stembergerius* docuit sabbathum esse seruandum. 1568
Sabbatarij, idem dicebant. 1570

Hæretici.
Circa Summum Pontificem.

Claudius Episcopus *Taurinensis*, docebat peregrinationem ad limina Apostolorum esse inutilem. ann. 815
Henric. III. Imper. dicebat non posse à Pontifice excommunicari vel deponi Regem, cui esse obediendum præcepissent Apostoli. 1080
VVecilo Archiep. *Mogunt.* dicebat sæculares suis rebus spoliatos, Ecclesiastico non subiacere Imperio, excommunicatos autem absque reconciliatione recipi posse. 1080
Valdo, docuit non esse obediendum Romano Pontifici. 1170
Petrus *Ioannis*, docuit Papam esse mysticum Antichristum. 1199
Ioan. *Hus*, docebat Papam esse patronum Antichristi, imo ipsum Antichristum. 1407
Lutherus. idem docuit. 1517
Dulcinus, Fraticelli, dicebant omnes Pontifices à S. Siluestro fuisse præuaricatores, excepto Celestino V. 1310
Marsilius de *Padua*, Ioan. *de Iamduno*, docebant S. Petrum non fuisse caput Ecclesiæ 1315
Ioan. *VVicleffus*, docuit Papam malum, non habere potestatem super fideles. 1372
Item, Papam cum omnibus Clericis suis, possessionem habentibus esse hæreticos.

Hæretici.
Circa Episcopos.

Moechiani, docebant Episcoporum vnumquemque in sacros Canones, præter ea quæ in illis sunt statuta, dispensando, potestatem habere. 809
Tudetchinus, Ioan. Venetus, asserebant licitè emi posse Episcopatus à Principibus laicis, dummodo consecratio gratis acciperetur. 1065
Tanchelinus nihili faciebat Sacerdotes & Episcopos. 1134
Arnald. *Brixiensis*, dicebat nec Clericos proprietatem, nec Episcopos Regalia, nec Monachos possessiones habentes, aliquo modo saluari posse. 1140
Ioan. *VVicleffus*, docuit Episcopum & Sacerdotem, in peccato mortali, nullum conficere sacramentum. ann. 1372

Hæretici.
Circa Ecclesiam, eiusque authoritatem.

Donatus, docuit in sola *Africa*, & parte *Donati* esse Ecclesiam. 306
Item. in Ecclesia esse tantùm bonos. 306
Eustathius, seu Eutactus, omnia Christianorum genera, præter Monachos, ab Ecclesia reiicienda docebat. 375
Albanenses, tenebant nihil ab Ecclesia statui posse. 795
Michael *Carularius* Patriarcha Constantinopolit. excepta Ecclesia Græcorum, Ecclesiam Christi, & verum sacrificium ex toto mundo periisse dicebat. ann. 1053
Petrus *Ioannis* docuit Ecclesiam vniuersalem, esse Babylonem de Apocalypsi. 1199
Dulcinus, Fraticelli, dicebant Ecclesiæ potestatem, iamdiu, ob corruptos Ecclesiasticorum mores extinctam fuisse. 1310
Petrus *Cancrius*, conatus labefactare Ecclesiasticorum Iurisdictionem temporalem, Ecclesiasticamque infringere, sibi perpetuam ignominiam accersiuit. 1324
Ioan *VVicleffus*, docuit Romanam Ecclesiam esse synagogam Sathanæ. 1372
Ærius, immutans antiquas Ecclesiæ cæremonias, Catholicos vocabat antiquarios. 349
Apollinarius, consuetas Ecclesiæ preces, in cantiunculas à se conditas commutauit. 360

Priscillianus,eiusque discipuli, vt se Catholicos fingerent,in Ecclesia communicantes, Eucharistica symbola non glutiebant. 381

Eius discipuli nudi orare solebant. 381

Vitalis *Carthaginensis*, docebat pro infidelibus non orandum, 410

Vigilantius cœlibatum Sacerdotum & Cæremonias Ecclesiæ irridebat. 404

Clemens *Scotus* pseudopiscopus,sacros Canones, expositiones SS.Patrum, ac Decreta Synodalia reiiciebat. 743

Græci, dicebant licitum esse inimicis nocere. ann. 900

Leutardus . docebat inane esse decimas dare. ann. 1000

Valdo docuit indulgentias nihil valere; festa & ieiunia indicta non esse seruanda. 1170

Albigenses, dicebant Ecclesiam non posse aliquid possidere; Ecclesiarum campanas, tubas esse dæmonum. 1198

Item, pœnitentiam, & Ecclesiasticam potestatem reiiciebant. 1198

Almaricus Doct. *Parisien.* dicebat thurificationem in Ecclesia, esse idololatriam. 1104

Flagellantes, docebant aquam benedictam nihil plus habere efficaciæ, quam non benedictam. 1271

Lutherus, docuit indulgentias nihil valere. 1517

Antinomi, docebant ad legis Dei obedientiam, non obligari homines. 1570

Biblistæ, docebant nihil proponendum in Ecclesia populo, vel in scholis iuuentuti, præter Biblia, nec discendas vllas Philosophiæ artes. 1570

Stebleri, dicebant nec gladium, nec peram portandum, nec vllo modo litigandum, aut in Iudicio comparendum. 1570

Hæretici.

Circa Baptismum.

Cherinthus, Ebion, dicebant homines saluari posse sine eo. 50

Manes, baptismum damnabat. 277

Lollaldus, docuit baptismum nihil prodesse. 1315

Lucas *Stembergerus* docuit baptismum, sathanicam esse institutionem. 1561

Catani, negabant baptismum nos abluere à peccatis. 145

Hieracitæ,negabant infantes posse saluari. 288

Samson *Scotus* Presbyter,negabat sanctum baptisma esse necessarium ad salutem, sufficere asserens Episcopalis manus impositionem. 748

Anabaptistæ, docebant paruulos non esse baptizandos,& si baptizati sint rebaptizandos,cùm adulti fuerint. 1530

Caluinus, docuit filios baptizatorum nasci sanctos. 1538

Michael *Seruetus*, docuit non debere homines baptizari, nisi anno 30.ætatis. 1555

Maiotistæ,dicebant infantes non saluari per solum baptisma. 1570

Berengarius, docuit paruulos non esse baptizandos sed tantum adultos. 1053

Michael *Cerularius* Patriarc. *Constantinop.* paruulos ante octauum à natiuitate diem, baptizari contradicebat. 1053

Item, mulieres Paganas in menstruo, vel partu periclitantes baptizari prohibebat. 1053

Item, baptizatos in nomine SS.Trinitatis, maximè *Latinos* rebaptizabat. 1053

Paulus *Samosatenus*, docuit non baptizandum in nomine trium personarum diuinarum. 265

Nouatianus,Nouatus, negabant baptizatos sacro chrismate confirmandos. 254

Tertullianus, baptismum extra Ecclesiam collatum, nullum dicebat. 201

Agrippinus *Carthaginens.* Rebaptizantes docuerunt baptizatos ab hæreticis rebaptizandos. 217

Donatus, idem docuit. 306

Flagellantes, semetipsos nodosis funibus flagellantes, docebant non posse saluari eos, qui non se baptizarent in proprio sanguine. 1271

Hæretici.

Circa Sacramenta.

Nouatianus, Nouatus, negabant baptizatos, sacro chrismate confirmandos. 254

Armeni, sacramentum chrismatis, non balsamo, sed butyro conficiebant. 685

Valdo, docuit confirmationem,& extremam vnctionem non esse sacramenta;auricularem confessionem esse nugacem. 1170

Colluthus, cùm non esset Episcopus, Presbyteros ordinabat. 315

Adelbertus *Gallus* pseudoepiscopus,sacerdotium luxuria commaculabat. 743

Reordinantes,odio simoniacorum Episcoporum asserebant ordinatos ab eis reordinandos. 1050

Ærius,docuit Episcopos & Presbyteros esse omninò æquales. 349

Ioan. *Hus*, docebat sacramentum confirmationis, à Diabolo introductum. 1407

Lollaldus docuit extremam vnctionem nihil prodesse. 1315

Caluinus, docuit esse tantum duo sacramenta, baptismum & sanctam cœnam. 1538

Cherintus, Ebion, coniugij necessitatem imponebant. 50

Montanus, matrimonium dissoluebat. 123

Tatianus, matrimonium vt fornicationem reiiciebat. 124

Manes,matrimonium damnabat. 277

Tertullianus,secundas nuptias damnabat. 201

Nouatianus, Nouatus, idem faciebant. 254

Eustachius, seu Eutactus, nuptias damnabat. ann. 325

Mœchiani, dicebant coniugium Constantini Imperat. cum Theodota (viuente adhuc legitima coniuge)ex dispensatione, dici debere legitimum. ann. 809

Incæstuosi quidam Iurisconsulti, eadem ratione qua in successionibus, numerandos esse dicebant gradus consanguinitatis. 1065

Græci,dicebant matrimonium esse dissolubile,secundas nuptias contrahere,illicitum esse. 900

Durand. *de VValdach*,dicebat matrimonium esse occultam scortationem. 1318

Donatus sanctum chrisma spernebat. 306

Albanenses,tenebant prauam Prælatorum vitam, officere virtuti sacramentorum. 795

Lutherus, docuit per Sacramentum non dari gratiam. 1517

Massaliani seu Euchitæ, docebant sacramenta nec prodesse nec obesse. 361

Cathari, dicebant sacramenta nihil valere. 1148

Albigenses, omnia sacramenta reiiciebant. 1198

Flagellantes, sacramenta contemnebant. 1271

Dulcinus, Fraticelli, idem faciebant. 1310

Hæretici.

Circa peccata eorumque remissionem.

Carpocrates, docuit toties animam corpus, quasi ad carcerem, redituram donec expleat. 123

Nouatianus, Nouatus, docebant in Ecclesia non esse potestatem remittendi peccata. 254

Audæus, Anthropomorphitæ, dicebant peccata, sacris libris ab adulterinis (O) bipertito diuisis, & hinc inde positis, si quis per eos transiret, hac ratione confiteri & dimitti. 341

Iouinianus, docuit peccata esse paria. 382

Pelagius, Celestius, docebant peccatum originale, non esse in hominibus. 415

Matthias *Illyricus*, Rigidorum Lutheranorum pater, docuit originale peccatum esse substantiam. ann. 1564

Beghardi, Beguinæ, docebant hominem posse in hac vita fieri impeccabilem, & tunc non teneri amplius ad ieiunia, vel orationem, & in gratia crescere non posse. 1310

Valdo, docuit auricularem Confessionem, esse nugacem; potestatem absoluendi à peccatis, laicis concessam. 1170

Albigenses, dicebant neminem posse peccare ab vmbilico deorsum versus, pœnitentiam reiiciebant. 1198

Ioan. *VViclef.* docuit debitè contritis, omnem confessionem exteriorem esse inutilem. 1372

Lutherus, docuit peccata cùm remittuntur, non deleri sed tantum non imputari. 1517

Philippus *Melancton*, docuit partes pœnitentiæ esse tantum duas, contritionem, & fidem, id est terrorem conscientiæ & fidem, qua credimus per Christum nobis remissa esse peccata. 1530

Hæretici.

Circa Missam & Eucharistiam.

Aquarij, dicebant in sacrificio Missæ, aquam tantum adhibendam. 257

Armeni, vino tantum, nulla admixta aqua, in sacrificio Missæ vtebantur.

Item, ad Sacerdotium nullum à Iudaismo conuersorum admittebant, nisi qui ex Sacerdotali genere orti essent. 685

Valdo docuit potestatem conficiendi Eucharistiam Laicis esse concessam. 1170

Tanchelinus, à quo *Adamita* negabat corporis & sanguinis Christi perceptionem, ad salutem prodesse. 1124

Petrus *de Bruis*, dicebat nullum esse in Eucharistia sacrificium. 1126

Lollardus, dicebat Missam nihil prodesse. 1315

Lucas *Stemhergerus*, docebat Eucharistiæ sacramentum sathanicam esse institutionem. 1561

Græci, dicebant Eucharistiam non posse confici in azimo, sed tantum in fermentato, & in vino mero nulla aqua permixto, necesse laicis esse sub vtraque specie communicare, Eucharistiam statim à baptismo infantibus administrandam; malos dùm eam accipiunt, non accipere corpus Christi. 900

Nestorius Corpus Christi esse in Sacramento tantùm in ipso vsu dicebat. 430

Leuthericus *Senonensis* Archiep. cùm communionem daret; contra vsum dicere solebat, si dignus es accipe. 1004

Berengarius, docebat in Euchar. non esse verum Christi corpus & sanguinem, postea docuit cum Christi corpore esse etiam substantiam panis. 1035

Michael *Cerularius Constantinop.* Patriarcha, mulieres in menstruo, vel in partu periclitantes, communicare prohibebat. 1053

Almaricus Doct. *Parisien.* negabat transubstantiationem, dicens, Corpus Christi non magis esse in Eucharistiæ Sacramento, quàm in qualibet alia re. 1204

Beghardi, Beguinæ dicebant Christum non esse adorandum in Sacramento Eucharistiæ. 1310

Ioan. *VViclef.* docuit substantiam panis materialis & substantiam vini manere in Sacramento altaris, nec accidentia esse sine subiecto. 1372

Ioan. *Hus* docebat in hostia consecrata esse verum panem naturaliter, & Christum figuraliter. 1407

Item laicis non ieiunis post cœnam, Eucharistiam sub vtraque specie ministrabat. 1407

Lutherus, docuit in Eucharistia remanere substantiam panis cum corpore Christi. 1517

Catolostadius, docebat in Eucharistia non esse Corpus Christi nisi in signo. 1524

Zuinglius, idem docuit.

Caluinus, idem credidit.

Hæretici.

Circa ieiunia.

Eustathius, seu Entactus, Ieiunia Ecclesiæ reiiciebat, die autem Dominico Ieiunium peragebat. 323

Iouinianus, delectum ciborum damnabat. 382

Armeni, quadragesimæ tempore diebus sabbati, atque Dominicis caseum & oua comedebant. 685

Hæretici in *Alsatia*, esum carnium in quadragesima, & quouis alio tempore licitum dicebant. 1215

Hæretici.

Circa Castitatem.

Nicolaitæ, dicebant licere fornicari. 49

Græci, idem asserebant. 900

Michael *Balbus* Imperator idem dicebat. 823

Hæretici *in Alsatia*, negabant fornicationem esse peccatum, quod coitus esset res naturalis. 1215

Beghardi, Beguinæ, dicebant mulieris osculum, (cùm ad hoc non inclinet natura) esse mortale peccatum, actum autem carnalem (cùm ad hoc inclinet) non esse peccatum, maximè cum tentatur exterens. 1310

Carpocrates, vxores faciebat communes. 123

Adamitæ, incedebant nudi, & respuebant omne matrimonium. 190

Priscillianus & eius discipuli, turpitudinis perpetrandæ causa, latibula penetrabant. 381

Nicolaitæ *in Longobardia*, matres, vxores & filios communes habebant. 1225

Dulcinus cum Andræa *Seranita*, specie bonorum operum, in locis sub terraneis congregans mulieres nuptas, & iuuenes, impudicitiæ vacabat. 1300

Turelupini, *Cynicorum* sectam suscitabant de nuditate pudendorum, & publico coitu. 1370

Iouinianus, docuit Virginitatem non præstare coniugio. 382

Catolostadius, primus ex discipulis Lutheri, vxorem duxit cùm esset Sacerdos. 1524

Ochinistæ seu Polygamistæ, dicebant, licere viro simul habere multas vxores. 1570

Valesij Origenis exemplo seipsos castrabant. 249

Angeli, Apostolici, Apoctatici, Cœlibatum profitentes, nuptiis obligatos reiiciebant. 260

Hieracitæ, non recipiebant in Eccl. Mattimonio iunctos, & ideo dicti sunt Abstinentes. 288

X Hæreti

Hæretici

Circa vitam Religiosam.

Noetus, Sabellius, culpabant Catholicos, quod aorum multi fierent Monachi. 257

Iouiuianus Monachis & Monialibus post votum nuptias permittebat. 382

Vigilantius dicebat melius illos agere qui, retentis substantiis, paulatim pauperibus subuenirent, quàm illos qui omnia simul distrahere & nudi confugere ad Christum statuissent. 404

Guillelm. *de S. Amore* Doct. *Parisien.* odio Religiosorum mendicantium, docuit illicitum omnia relinquere, nisi quis cogatur. 1250

Desiderius *Longobardus*, idem docuit, & addidit illicitum esse instituere & ingredi ordinem Religiosum, qui non habeat possessionem, saltem in communi. 1250

Dulcinus, Fraticelli, dicebant nihil habendum proprium. 1310

Ioan. *VViclef.* dicebat sanctos instituentes Religiones priuatas, peccasse. 1372

Item, dantes eleemosynas fratribus ipso facto esse excommunicatos. 1372

Ioannes *Hus*, docebat Religiosos viuentes in Religionibus priuatis, non esse de Religione Christiana. 1407

Angelici, Apostolici, Apotactici, Renunciationem bonorum cum ipsi facerent, non facientes ex soris damnabant. 260

Theoctistus Eremita, dicebat Monachum vnum, posse à pœnis inferni eruere 150. damnatos. 823

Hæretici.

Circa iuramentum.

Priscillianus, in suis dogmatibus hæc verba habebat.

Iura periura, secretum prodere noli. 381

Hæretici.

Circa Principes.

Mœcbiani, leges diuinas aduersus Reges nihil posse dicebant. 809

Henric. III. Imp. dicebat Imperatoribus & Regibus non tantum temporalia, sed etiam spiritualia subiecta esse. 1057

Arnaldus *Brixiens.* dicebat cuncta Ecclesiæ bona Principis esse, eiusque beneficentia in vsum tantum laicorum cedere. 1140

Dulcinus, Fraticelli, dicebant non esse administrandas Respublicas Christianas. 1310

Ioan. *Hus*, docebat nullum existentem in peccato mortali, esse Dominum alicuius rei. 1407

Hæretici.

Circa Resurrectionem mortuorum.

Calani, negabant Resurrectionem. 145

Origenes, eamdem negabat. 255

Hieracitæ item. 288

Michael *Balbus* Imperator eamdem negabat. 823

Almaricus Doctor *Parisiensis*, eamd negabat. 1204

Dauid Georgius item. 1555

Ioan. *Philoponus*, asserebat corpora nostra corrumpi secund. formam, & materiam, animasque in cœlesti gloria aliis corporibus ex nihilo creatis induendas. 515

Eutychius Patriarcha *Constantinop.* hæresim luduxit de verè spiritualib. resurgentium corporibus. 575

Hæretici.

Circa Statum vitæ futuræ.

Ærius, docuit non esse orationes & sacrificia offerenda pro defunctis. 349

Petrus *de Bruis*, idem docuit. 1126

Græci, dicebant viuorum suffragia non prodesse defunctis. 900

Albanenses, negabant infernum, aut purgatorium. 795

Albigenses, idem credebant. 1198

Flagellantes, idem credebant. 1271

Lutherus. negabat purgatorium. 1517

Ioan. Caluinus, idem docuit. 1538

Almaricus Doct. *Parisiens.* negabat paradisum & infernum. 1204

Hermannus *Rissuich* docuit nullum esse infernum. ann. 1499

Caluinus, docuit omnes verè fideles tantùm esse prædestinatos. 1538

Græci, docebant beatitudinem electorum, pœnamque reproborum differri in diem Iudicij. 900

Dulcinus, Fraticelli, dicebant sanctas animas non frui visione diuina, ante diem extremam. 1310

Adrumetini, negabant in die iudicij, Deum esse redditurum præmium secundum opera hominum. ann. 418

Iouinianus, docuit præmia Sanctorum esse æqualia. 382

Valdo, docuit non extare purgatorium. 1170

Hæretici.

Circa Dæmones.

Origenes, credidit Dæmones saluandos. 255

Theoctistus Eremita, idem docebat, ac futurum vnum Pastorem, & vnum ouile. 823

Lollardus, docuit Luciferum iniustè à Deo damnatum, & tandem cœlo restituendum. 1315

Item, Angelos & suæ sectæ aduersarios, deputandos æternis cruciatibus. 1315

Dæmoniaci, dæmones post finem mundi saluandos dicebant. 1570

Cerdon, Marcion, mundum à maligno Principe creatum docuerunt. 145

Manes, idem asserebat. 277

Priscillianus, idem credidit. 381

Massaliani seu Euchaitæ, Sathanam ne illis noceret venerabantur. 361

Item, Dæmones omnibus inesse etiam Apostolis, sed oratione fugari. 361

Michael *Balbus* Imperator Dæmones esse negabat. 823

Dauid *Georgius*, idem credebat. 1555

Hæretici

Athæi & Idololatræ.

Pacificantes authore Zenone Imperatore, vnionem quamdam facere volebant inter Catholicos & Eutychianos. 482

Mahometus, cultum astri (quod *Cubar* dicunt) nempe *Luciferi*, seu *Lunæ* suis præcepit. 620

Christiano categori, idest accusatores Christianorum (eo quod ipsorum causa Christiani ab aduersariis dicerentur Idolorum cultores) asserebant enim, Imagini cuipiam tribuendum esse cultum Latriæ, soli Deo debitum. 787

Hæreticorum superbia.

Simon magus, dicebat se esse Deum qui in Samaria apparuit vt Pater, in Iudæa vt filius, in gentibus vt Spiritus Sanctus. 39

Monta

Montanus, asseruit se esse Paraclitum. 173
Tertullianus, idem credidit de ipso Montano. 201
Manes item, dicebat se esse Paraclitum. 277
Massaliani, seu Euchitæ, dicti sunt *Enthusiastæ*, quod quasi diuino spiritu afflati, se solos spirituales, alios carnales appellarent. 361
Iacobus *Zanzalus* (à quo Iacobitæ & Armenij) vt hæreses suas astrueret, plurima diuini Euangelij dicta rescidit, aliaque addidit. 535
Desiderius *Burdegalens.* cucullа & tunica ex pilis captarum amictus, Christum se simulans, arte magica, miracula quædam edere conatus est. 595
Episteus *Bituricens.* indutus pellibus, quasi Religiosus viuens, accepta demum vaticinandi atque sanandi à Dæmone potestate, in tantum se extulit, vt Christum se profiteretur, assumpta secum quadam muliere, quam Mariam vocaret, & partem Deitatis habere diceret. 595
Mahometus, dicebat sibi vt veritatis cultori fideli tradendas claues paradisi in die Iudicij. 620
Item, suam legem non prædicatione, sed vi & armis firmandam statuit. 620
Constantinus Manichæus, Euangelica sola & Apostolica dicta iactaos, se Siluanum illumesse mentiebatur quem Paulus Apost. olim in *Macedoniam* miserat. 653
Simon (cùm eius opera pseudosiluanus occisus esset) ab eius discipulis seductus, eiusdem impietatis successor factus, Titi nomen (discipuli videlic. S. Pauli) sibi vsurpauit. 854
Syrus quidam, se Christum simulans seduxit *Hebræos* putantes eum verè esse messiam. 720
Aldebertus *Gallus* pseudoepiscopos, arrogans sibi visiones Angelorum, sibique sanctitatem ac secretorum cordium scientiam vendicans, suo etiam nomine Ecclesias consecrans, atque vngulas suas, & pilos pro reliquiis portandos, honorandosque tradebat, sed & multa de mirabili suo orto mentiebatur. 743
Clemens *Scotus* pseudoepiscopus, affirmabat se post duos filios ex adulterio susceptos, esse posse legis Christianæ Episcopum. 743
Sergius, Pauli Apostoli se discipulum Tychicum iactans, imo & paraclitum ac lucidam stellam mentiens, quamplurima perpetrauit nefanda scelera. ann. 810
Baanes, Epaphroditi se discipulum dicens, multos in partem suam traxit 812
Theoda *Suevica*, se Prophetissam mentiens, extremum iudicij diem certo definiebat. 848
Leutardus, post visione illum diu exagitantium à Dæmone illusus, fatigatus exurgens, quasi ex præcepto Euangelico, dimisit vxorem, Ecclesiam ingressus, Crucem & Saluatoris imaginem contriuit, persuadens Rusticis, hæc se ex Dei reuelatione patrare; à Leboino autem Episcopo disputatione confusus, desperatione adactus, in puteum se præcipitem dedit. 1000
Vilgardus *Grammaticus*, deceptus præstigiis Dæmonum sibi apparentium, sub specie poëtarum Virgilij, Horatij, & Iuuenalis, cœpit multa turgidè contra fidem effutire, assereteque dictis poëtarum per omnia esse credendum. 1000
Tanchelinus, suis hæresibus non assentientes per suos sectatores occidi iubebat, habebat enim circiter 3000. militū qui eum vbiq; sequebantur. 1124
Petrus de Bruis, eiusque Discipuli, Apostolicis se dictitabant. 1129
Eudo (*Gallicè Eon*,) dicebat se esse filium Dei, per quem omnis oratio concluditur cùm dicitur, per eum qui venturus est, Ecclesiarum maximè, & Monasteriorum infestator. 1148
Cathari, se mundos, & solos Christianos asserebant, nec sibi obesse vlla flagitia, dicentes, omnia munda mundis. 1170
Albigenses, volebant vocari *boni homines*, non recipiebant vetus testamentum, nec Doctores noui testamenti, nisi solummodò nouum testamentū. 1198
Flagellantes, prædicabant Euangelium finem accepturum, post finem Sectæ eorum. 1271
Nicolaitæ, *ex Alemania, Gallia Italia* censum annuum *Mediolanum* (vbi diucrsarum hæresum, & errorum Primarus agebatur) transmittebant, certis signis circa Ianuas domorum, vel supra tecta, peregrinando, habitationes Complicum suorum inueniebant. 1225
Dulcinus, Fraticelli, dicebant se solos esse Ecclesiam Dei, & perfectos vt erant Apostolij se nulli debere obedire, & quod Secta eorum esset immediate à Christo. 1310
Item, Margaritam Dulcini concubinam grauidam ab eo factam, cōcepisse de Spiritu S. affirmabāt. 1310
Ioan. *Vviclef.* quia non potuit consequi Episcopatum, fit hæresiarcha. 1478
Pikard. dicens se esse filium Dei, & vocari Adamum, Bohemos multos seduxit. 1407
Philippus *Melancton*, confessionem Augustanam composuit, & suis Sectariis mollibus Lutheranis credendam proposuit. 1530
Michael *Seruetus*, summum se orbis prophetam iactabat. 1555
Dauid *Georgius*, prædicauit se esse prophetam Christo maiorem, & anno III. post mortem resurrecturum, & Regnum *Israel* restituturum. 1555
Andræas *Osiander*, se Enochum secundum prædicabat. 1555
Vocti *in Anglia*, docebant peccare neminem, nisi qui veritatē ab ipsis prædicatam non reciperēt. 1570

Hæretici
Hæreticorumque damnatio.

Eutychianus Papa, statuit nōn esse obediendum Episcopo, qui pro hæreticis mortuis missam canere iuberet. 275
Leo I. statuit hæreticos recipiendos, si pœniterent, absque vlla spe ad altiorem gradum ascendendi. 440
Pelagius I. statuit, vt hæretici, & schismatici coerceri, etiam sæcularium manu possent, quando ad sanitatem rationibus non dedocerentur. 555
Greg. magnus, Agnoitas Alexandria eicit. 590
Alexand. II. Abailardum, & Arnaldum *de Brixia* damnauit, eorumque codices comburi iussit. 1130
Innocentius IV. præcepit hæreticos, eorumque fautores & complices, banno exponi, eorumque bona publicari. 1243
Clemens V. Fraticellos extirpauit, ordinemque Templariorum iustis de causis exterminauit, eorumque bona Rhodiis militibus concessit. 1305
Clem. VI. flagellantes hæreticos condēnauit. 1342
Bonifacius IX. Presbyterum quemdam, qui Romam cum certo hominum numero (quos *Blancos* vocabant) venerat, tanquam hæreticum exuri mandauit. 1389
Martinus III. Bohemos hæreticos, à quib. Catholici dicexabantur compescuit. 1418
Item, excōmunicauit tenētes libros hæreticorū. 1418
Paulus III. quamdam concordiæ Formulam (quæ passim *Interim* dicebatur, siue *Interreligio*) iussu Ca-

 toli

roli.5.conscriptam; qua omnes per *Germaniam*, vsque ad Concilij definitionem, vterentur.ad se missam reprobauit. 1554

Paulus IV. censuras, & pœnas omnes in hæreticos,& schismaticos renouauit. 1355

Clemens VIII. Italis extra *Italiam* habitare in locis vbi liber & publicus cultus Catholicæ Religionis non extat,prohibuit. 1592

Item damnauit opera Caroli *Molinæi* reuocans licentiam illa legendi, & retinendi quibuscuoque etiamà supremis Inquisitoribus;concessam,& eum inhibitione,ne cuiquam de cætero à summo Pontifice concedatur. 1600

Gregorius XV. edicto cauit,ne hæretici *in Italia* aut in adiacentibus insulis habitarent. 1621

Theodosius imperator, omnes hæreses damnauit, earumque sectatores puniendos decreuit. 379

Valentinianus III. rescripsit contra hæreticos. ann. 425

Theodosius iunior,multa rescripsit contra hæreticos. 415

Marcianus Imperator,lege,veteres pœnas contra hæreticos innouauit. 430

Iustinus Imperator, hæreticis magistratum gerere, dignitatem habere, ac militare prohibuit. ann. 518

Item,cauit ne dotalia priuilegia,hæreticis mulieribus prodessent. 518

Iustinianus Imp. pœnas aduersus hæreticos constituit, eiiciens eos de finibus totius Imperij, concessis trium mensium ad conuersionem induciis. ann. 527

Item, statuit, vt successionem bonorum hæreticorum,soli ipsorum parentes orthodoxi sibi vendicarent, hæretici autem omninò repellerentur. ann. 527

Parnassum *Longobardiæ* ciuitatem Anthropomorphitarum hæresi contaminatam, vicinæ vrbes capiunt & incendunt,omnibus pene trucidatis,&agro diœcesis inter tres Archiepiscopatus *Mediolanensem*, *Placentin.* & *Cremonens.* diuiso, qui è tanta clade superfuerunt, eiurata hæresi, oppidum *Cremam*, haud procul inde dissitum, extruere permissi sunt. 940

Vilgardi *Grammatici* discipuli, quum gladio,tùm incendio puniti sunt. 1000

Noui Manichæi in Concilio *Aurelianensi* detecti & in *Hispania* apud *Toletum* eodem tempore reperti, igni traditi sunt. 1017

Ferdinandus II. Imper. Fredericum Electorem Palatinum hæreticum, Regni Bohemiæ inuasorem, expulit,ac in rebellione obstinatè perseuerantem,cũ aliis Principibus ei adhærentibus, publico edicto proscripsit,eiusque vocem ElectoralemMaximiliano *Bauariæ* Duci concessit. 1618

HVSSITÆ.

Ioan. *Hus Bohemus*, laicis non ieiunis post cœnam,Eucharistiam sub vtraque specie porrectam distribuebat,docebat in hostia consecrata, esse verum panem naturaliter, & Christum figuraliter; Sacramentũ Confirmationis à Diabolo introductum; Papam esse patronum Antichristi, imo ipsum Antichristum; nullum existentem in peccato mortali, esse Dominum alicuius rei. Religiosos viuentes in Religionibus priuatis, non esse de Religione Christiana. 1407

Ab ipso orti sunt Orebitæ, Taboritæ, Orphani.

Hussitarum impugnatores.

Concilium *Constantiense* Generale sub Ioanne XXIII. 1414

Scriptores.

Æneas *Syluius* posteà Pius II. 1450
Balthazar *de Lipsia*. 1490
Conradus *Hensel*. 1495
Eugenius IV.Papa. 1431
Florimundus *Remundus*. 1602
Henricus *Gorichem Germanus*. 1460
Henricus *Kalteisem* Ord. præd. 1438
Ioan.*de Capistrano* Ord. Minor. 1440
Ioanes *Cochlaeus*. 1540
Ioannes *Dieppurg*. 1438
Ioannes *Palmer* Anglus. 1433
Ioannes Placih. 1430
Ioannes *de Polemar*. 1438
Ioannes *Ragusaus* Ord. Præd. 1438
Nicolaus *Iaquerius*. 1442
Theodoricus *Celius* Cardinalis. 1460

ICONOCLASTÆ.

Vide Hæretici Iconoclastæ.

Iconoclastarum impugnatores.

Vsus sacrarum imaginum conuincitur, *ex Can.8. Conc. Antioch.* tempore Apostolorum. 57

Gregorius magnus, vsum sacrarum imaginum contra Serenum Episcopum *Massiliensem* defendit. ann. 590

Stephanus III. Conciliabulum *Constantinop.* aduersus sacras imagines celebratum damnauit. 752

Michael *Porphyrogenitus* Imperator, edicto restituit cultum sacrarum imaginum,fidelibus ab exiliis & carceribus reuocatis, hæresim vero abiurare nolentibus in exilium pulsis. 1442

Concilia.

Constantinop. sub Greg. IV. 842
Constantinop.Gener.sub Adrian.II. 869
Londouense sub Constantino. 714
Gentiliacense prope *Parisios*,sub Paulo I. 766
Nicænum Gener.sub Adriano I. 787
Romanum sub Gregorio II. 726
Romanum sub Gregorio III. 732
Romanum, sub Stephano IV. 769

Scriptores.

Adrianus I.Papa. 772
Alexander *Raynaldu*. 1618
Dungalus Diaconus. 820
Epiphanius Præsul *Selybriæ*.
Gualterus *Hylten*. 1425
Germanus *Constantinop*. Episcopus. 620
Grregorius II. Papa. 714
Gregor.III. Papa. 731
Ioannes *Damascenus*. 731
Ioannes *Thaumaturgus*. 740
Ionas *Aurelianensis* Episcopus. 820
Leontius Episcopus *Neapolitan. in Cypro*. 630
S.Nicephorus *Constantinop*.Patriarch. 811
Theodorus *Studites*. 820

IEIVNIA.

Sixtus I. quadragesimam ab Apostolis Introdu-

ctam, scripta constitutione roborauit. 132

Telesphorus, quadragesimæ ieiunium adhuc vagum, cum Paschate fixit. 142

Gregorius magnus, quatuor dies initio quadragesimæ, præmisit. 590

Melchiades, prohibuit die Dominico aut quinta feria ieiunia celebrari, ne Gentiles imitaremur. 311

Gregorius II. statuit, vt quadragesimali tempore, in quinta feria ieiunium celebraretur. 714

Calixtus, ieiunia trium temporum, ab Apostolis instituta, amplificauit, quartum addens. 221

Innocentius I. statuit, ieiunium Sabbato celebrandum. 462

Bonifacius I. Sabbatis, vigiliis ad sepulchra Martyrum, ieiunia retinuit. 419

Liberius, statuit, vt in diebus ieiuniorum, coniugati à coniugibus abstinerent. 352

Item, quod in illis diebus, nullæ omnino lites agerentur. 352

Gregorius VII. indixit, ex more veterum, abstinentiam carnium in Sabbato. 1073

Gregorius VIII. pro recuperatione *Ierosolymæ*, ad placandum numen offensum, indixit omnibus ieiunium quinquennale, scilicet, vt per omnes sextas ferias, ieiunium quadragesimale obseruarent, feria autem 4. & Sabbato à carnibus abstinerent. 1187

Clementius VI. indulsit *Coloniensis* & *Treuirensis* (propter Turcicam expeditionem, contributione pecuniarum promotam) impetrarunt, quod per totam Diœcesim quibuslibet icionijs, extra quadragesimam, ouis & lacticiniis licitè vescantur. 1342

Gregorius II. diem festum Natiuitatis B. Virginis vigiliam habere statuit. 1370

Imperatorum integritas.

Alexander *Seuerus*, in dandis per Prouincias Rectoribus (Christianos imitatus in Episcopis eligendis) vitæ eorum testimonium publicè petebat. 224

Iustinus iunior, accepta corona statim suscepit populi querelas aduersus exactiones auunculi Iustiniani, ac sua volcuique reddi præcepit, æsque alienum dissolui. 565

Constantinus filius Heraclij, eadem corona, quam secum ad sepulchrum pater gestauerat, coronatus est, persoluto Templo, pretio 70. Librarum. 641

Irenes Imperatrix, *Constantinopoli* ciuilia tributa remisit. 797

Conradus III. moriturus, prætèrito filio nondum ætate maturo, Federicum *Ænobardum* filium fratris, Imperio destinauit. 1139

Imperatorum modestia.

Octauius Augustus, die Natiuitatis Christi, vetuit, ne ipse vocaretur Dominus. 1

Tyberius *Nero*, idem vetuit, & ne sibi Templa aut statuæ erigerentur. 17

Titus, dictus *orbis deliciæ*. 81

Alexander Seuerus, in ore semper habuit, quod tibi fieri non vis alteri ne feceris. 224

Constantinus magnus, cùm *Romani* illi statuam quamdam dedicassent, iussit, vt manu illius statuæ crux adderetur, cuius virtute victoriam contra Maxentium, se reportasse omnes agnoscerent 309

Gratianus, Pontificis maximi titulum, sibi ab Imperio oblatum, recusauit. 375

Odoacer, Rex *Italiæ* factus, nec purpuram induit, nec Imperatoris nomen assumpsit. 476

Marcianus Imperator, præsens Conc. *Chalcedonensi*, alloquutus Synodum dixit, se ad confirmandam fidem, non ad ostendendam virtutem exemplo Constantini adesse Synodo cogitare. 450

Iustinus *Thrax*, ex stabulo inuitus ad Imperij fastigium euectus est. 518

Totilas Rex *Italiæ*, *Roma* ab ipso proditoriè capta, victoria tamen benignè vsus est. 542

Item capta *Neapoli*, Ciuium saluti, & mulierum pudori, graui edicto, exemploque consuluit.

Theodosius, ex publicorum tributorum exceptore inuitus Imperator factus, anno II. quietis magis quam Regiminis cupidus, Imperium Leoni cessit, Clericusque cum filio suo factus est. 714

Ludouicus Pius, filiorum coniuratione, in Conc. apud *Compendium*, coactus est Imperium deponere, ac publicam pœnitentiam suscipere, cùm autem omnes populi eius Imperio subiecti, de eius restitutione solliciti essent, in Ecclesia S. Dionysij per manus Episcoporum (nec enim aliter Pius Imperator licet iniustè depositus hoc peragi voluit) gladio accinctus est, & in Imperium restitutus. 814

Michael *Curopalates*, cùm malè aduersus *Bulgaros* pugnasset, Imperium Leoni *Armeno* contulit. 811

Otto III. Rex tantum (mora maiorum) nominari voluit, quamuis enim *Aquisgrani*, paulo antè mortem Patris coronatus fuisset, annos tamen Imperij sui ab an. 996. tantum numerari voluit, quo nimirum à Rom. Pontif. coronatus est. 996

Ioan. *Zemisces*, à Polyeucto Patriarc. ob necatum Nicephorum ab ingressu Ecclesiæ repulsus est, quoad vsque promisit se ad placandum Deum, pauperibus facultates, quas priuatus possidebat, distributurum. 969

Cùm Isacius *Comnenus*, Imperium inuaderet, Metropolitis Michaeli *Stratonico* Imperatori cœleste Regnum pro Imperio promittentibus, statim ipse Michael, deposita purpura, veste priuata indutus, Isaacio cessit. 1056

Gordianus, miserum dicebat Principem, apud quem vera silerentur. 240

Isacius *Comnenus*, fulmine percussus, postquam à morbo inde contracto conualuisset, spontè deposuit purpuram, sibique successorem (post posita omnibus consanguineis) Constantinum *Ducam* virum strenuum, & prudentem elegit, deinde pœnitentiæ causa Monasticum sumpsit habitum, ac in *Studij* cœnobio, Monachis seruiens, illic vitæ tempus absoluit. 1057

Albertus, antea Dux *Austriæ*, post mortem Adolphi (quo viuente electus fuerat) ne imperium inuadere videretur, iterum legitimè eligi voluit, & Aquisgrani coronari. 1299

Item, Philippo Francorum Regi concessit Arelatense Regnum (quod à morte Friderici, Franci tenebant) omnino Francici iuris deinceps futurum. 1299

Carolus V. Religione tactus, maiestate Imperij Fratri Ferdinando relicta, teliquis Regnis ac ditionibus vnico filio Philippo traditis, ad ritum Religiosam (assumptis aliquot piis viris) se contulit, & in sacram solitudinem S. Iusti Fratrum Hieronymitarum secessit. 1558

Matthias I. Ferdinandum Caroli auunculi filium natu maximum adoptauit in filium, & suorum statuum successorem, de consensu Maximiliani, & Alberti Fratrum ipsius Imperatoris. 1912

Imperatorum Gentilium. In Christianos Pietas.

Tiberius *Nero*, voluit Christum inter Deos Romanorum recipi, vetuitque Christianos accusari. ann. 17

Nerua. de Christianis quæstionem haberi vetuit. 99

Traianus, Plinij iunioris monitu, persecutionem temperauit, & sub vitæ finem cessauit. 100

Adrianus, visis Quadrati & Aristidis Apologiis, persecutionem in Christianos prohibuit, Christoque templum ædificare, eumque inter Deos referre cogitabat. 110

Item *Ierusalem* (quam reædificatam *Æliam* Capitolinam appellauit) solis Christianis habitādam dedit. 120

Antoninus pius, visa Iustini apologia, statuit vt in accusatores Christianorum supplicium verteretur. 140

Aurelius Antonin. Lucilla filia sua à dæmone liberata, precibus Aberij *Hieropolitani* Episcopi, concessit plebi eius, in singulos annos 300. frumenti modia distribuenda. 163

Item, precibus Christianorum militum parta victoria, eorum legionem fulminatricem vocauit, & à persequutione cessauit. 163

Commodus, Marcianæ pellicis suæ (quæ Christiana erat) intuitu, à Christiano sanguine temperauit. 182

Septimus *Seuerus*, octo primis annis beneficus, & protector Christianorum fuit. 195

Antonin. *Caracalla*, à Nutrice Christiana educatus, Christianos mores hausit. 213

Alexander *Seuerus*, Christi imaginem in suo larario habuit ac coluit. 224

Item, Pontiano Pontifici Thesauros suos legauit. ann. 224

Item, Christianis Romæ ad Conuentus faciendos locum concessit. 224

Gordianus pacem Ecclesiæ dedit. 240

Valerianus, Gallienus, pacem Ecclesiæ reddiderunt. 257

Gallienus, seruitute Patris Valeriani territus, à persequutione, quam Pater suscitauerat, cessauit, ac pro Christianis eorumque Cæmeteriis edicta fecit. ann. 263

Tacitus, edicta pro Christianis dedit. 278

Carus, *Ecclesiam Thessalonicensem*, à tributis immunem fecit. 284

Constantius Chlorus, in Christianos fuit animo valdè propitio. 304

Galerius, graui morbo diuinitus tactus, edicto publicato vexari Christianos vetuit. 306

Imperatorum Statuta pia.

Domitianus, probrosis feminis vsum lecticæ, & capiendi legata ius ademit. 83

Philippus, sanctas leges edidit, detractores & maledicus aboleuit, satyricos Poetas repressit. 246

Constantinus magnus, templa Idolorum claudi iussit, vetuitque puerorum prostibula, rescripsit aduersus Aruspices. 306

Item, ludos olympicos & rationem numerandi per olympiadas abrogauit, ac indictionem inchoauit ab eo anno & die quo Maxentium tyrannum prostrauerat, & pacem Ecclesiæ attulerat, à septimo scil. Imperij sui anno Christi 318. 7. Kal. Octob. 318

Constantius II. Templa Gentilium claudi iussit: omnes milites baptizari, aut militia abdicari voluit, vnde recusantes, militia cauri, Pagani non milites dicti sunt, quod, exclusi vrbibus, circa pagos suos, Deos colerent, & clandestina sacra peragerent. ann. 337

Item leges tulit aduersus magos, aruspices, Idololatras, & Apostatas. 337

Iouianus, seuerissimam legem dedit contra sacrarum Virginum raptores, & corruptores. 364

Gratianus, Episcopos Catholicos, à Valente eiectos, ab exilio reuocauit. 375

Honorij & Arcadij iussu, tòto orbe Idola prostrata sunt, templaque extra vrbes erant diruta. 395

Valentinian. III. rescripsit contra sepulchrorum effossores, & contra hæreticos. 425

Theodosius iunior, vetuit, ne Crucis signum humi insculperetur. 408

Item, multa rescripsit contra Iudæos, hæreticos, Idololatras. 408

Marcianus, post Conc. *Chalcedonense*, pœnas indixit priuationis graduum, vel exilij, iis qui dubitare de fide auderent. 450

Item, lege, veteres pœnas contra idololatras & hæreticos innouauit. 450

Iustinus, hæreticis, paganis, Iudæis & Samaritis, magistratum gerere, dignitatem habere, ac militare prohibuit. 518

Item, aduersus oppressores pauperum rescripsit. ann. 518

Iustinianus, acres in impudicos, leges tulit. ann. 527

Iustinus iunior, pro pauperibus à potentibus oppressis sæpius rescripsit. 565

Rotharis Rex *Italiæ*, ann. 77. ex quo *Longobardi* in *Italiam* venerant, leges quas sola consuetudine hactenus retinuerant, scriptis primus mandauit, codicemque ipsum, edictum appellari præcepit. ann. 638

Carolus magnus, quædam capitula legibus Longobardorum addidit omniumque nationum, quæ sub eius ditione erant, litteris mandari feci. 800

Lotharius I. concessit *Romano* populo tali lege viuere quali voluerit, cæterum si aduersus eam deliqueri, puniri debere secund. dispensationem Pontificis, & Imperatoris. 840

Carolus III. Crassus, æram Christianam, siue annos à Christo nato, primus suis diplomatibus, & epistolis subscripsisse fertur. 888

Basilius Macedo, scribendum curauit librum de iure. 867

Leo VI. statuit, vt, qui ad tertias Nuptias conuolarent, pœnis Canonum Concilij Neocæsariensis subiacerent, cùm autem ipse defuncta 3. vxore, quartam superinduceret, à Romano Pont. dispensationem obtinuit. 886

Ioan. *Zemiscis*, primus solidos aureos, obolosque, Saluatoris imagine signari voluit, & in eorum altera parte, hæc verba inscribi, *Christus Rex Regum*, insigni Reipublicæ orientalis damno, veneno sublatus est. 969

Alexius *Comnenus*, sanciuit, ne quis in posterum quæcunque sacra temerè contrectare auderet. 1080

Lucius III. Papa ab imperatore Federico obtinuit, vt in tota Hetruria, alia moneta, locum & vsum non haberet, quam lucensia. 1181

Lotharius II. pacata *Italia*, sanxit, vt in *Longobardia*, *Italici* populi omnes vno iure ciuili *Romano* vterentur, eoque authore in Italiæ gymnasiis (maximè vero *Bononiæ*) Ius ciuile explicari cœptū est. 1125

Emmanuel *Comnenus*, constitutionem promulgauit de Tribunalium diebus feriatis, Iuridicisque, vel etiam mixtis. 1143

Sigismundus, in Conc. Constantiensi Amadæum Comitem *Sabaudiæ* sextumdecimum titulo Ducis insigniuit. 1418

Maximilianus I. instituit Cameram Imperialem *Vvormatiæ*, quam post aliquot annos *Ratisponam*, postea *Spiram* transtulit. 1494

Matthias I. aulam Sedis *Cæsareæ*, *Pragâ Viennam Austriæ* transtulit. 1612

Imperatorum de Imperio contentio.

Interregnum an. duobus & amplius. 879

Guido, (Arnulpho & Berengario contendentibus) à Formoso Papa coronatur. 892

Ludouicus IV. Berengario fugato, *Romam* veniens, à summo Pont. coronatus, sed quarto post anno, oculis simul, & Imperio priuatus est, ipse autem Berengarius *Romam* cum exercitu veniens, coronam Imperij à Ioanne IX. violenter extorsit. ann. 900

Germani post Carolum crassum, numerant Arnulphum annis 12. Ludouic. 4. an. 6. Conradum an. 7. & Henricum an. 20. qui tamen fuerunt tantum Reges *Germaniæ*, nec à Pontificibus Rom coronati, aut recepti, vt Imperatores. 915

In Synodo Romana, Berengarij coronatione abrogata, Lamberti legitima (à Formoso olim facta) indicata est, hoc tamen anno tantum, quo Principes (à Berengario deficientes) Lambertum Italiæ Regem nominarūt, incipiunt numerari anni eius Imperij 904

Berengarius cum suis de cessoribus sæpius contendens, tandem (ob auxilium aduersus Sarracenos collatum) à Ioanne 10. coronatur. 915

Otto I. magnus dictus, cùm esset Rex *Germaniæ*, in *Italiam* (ob Berengarij Regis *Italiæ* tyrannidem) vocatus legationibus Ioan. 12. & Romanorum, venit, ibique perhonorificè exceptus, acclamatione Cleri populique *Romani* ab ipso Ioanne 12. coronatur. 961

Henrico III. multa in Sedem Apostolicam præsumente, à Principibus, & Episcopis *Germanis* abdicato, Rudolphus Dux *Sueuiæ* in Regem electus est, & à Gregor. VII. post triennalem Henrici contumaciam confirmatus. 1057

Conradus filius Henrici III. aduersus Patrem rebellans *Mediolani* Rex *Italiæ* ab Archiepiscopo coronatur, sed non diu superuixit. 1093

Michaele *Stratenico* à Theodora Augusta, paulo ante mortem Imperatore creato, Isaacius *Comnenus* Imperium inuasit. 1056

Romanus *Diogenes* ducta Eudoxia Constantini decessoris relicta, consentientibus filiis, Imperator declaratur, à Michaele autem *Duca* contra iusiurandum postea excæcatur. 1068

Michael VII. *Ducas* à Nicephoro *Botoniate* cum Maria Augusta coniuge filioque Constantino, in Monasterium relegatur. 1077

Philippus Dux *Sueuiæ*, post mortem Henrici VI. fratris, cùm Imperij insignia in potestatem haberet, à quibusdam Principibus *Germaniæ* in Regem electus, inscio Pontifice iungi, & coronari se fecit ab Archiepiscopo *Tarentasiensi*. 1198

Otto autem filius Henrici Ducis *Saxoniæ*, à *Coloniensi* Archiepiscopo, aliisque Principibus Ecclesiasticis, & sæcularibus electus, & coronatus est, vnde bella inter ipsos, ac misera deuastatio vniuersæ *Germaniæ*. 1198

Inter Ottonem, & Philippum ab Innocent III. pax composita, vt Otto ducta filia Philippi Beatrice, ab Imperij titulo abstineret, & Philippo mortuo in Imperium succederet, quod paulò post Philippo occiso, euenit. 1200

Adulpho ab Electoribus abdicato, & Alberto Duce *Austriæ* electo, inter vtrosque commissum est prœliū, in quo Adolphus ab Alberto occiditur. 1299

Alexio Imperatore *Constantinop.* per seditionem obtruncato, Myrtilus vnus ex Græcis procerib. Tyrannidem inuadit, *Franci* autem expugnata denuò vrbe *Constantinop.* inter se consenserunt vt *Galli* Imperatorem *Gallum*, *Veneti* Patriarcham *Venetum* darent, illi Balduinum *Flandriæ* Comitem, hi Thomam *Maurocenum* nominarunt, ac sic Imperium *Orientis* mansit penes Gallos 60. fere annis. 1200

Eodem tempore, ab iisdem *Græcis* Theodorus *Lascaris Niceæ* Imperator salutatur, qui extra *Constantinopolim* regnauit, sicut & Alexius, ac Michael *Comneni* ex *Angelorum* familia alias Prouincias sibi occuparunt, nonumque conditum est Imperium *Trapezuntij* ac diuisum orientis Imperium in *Europaum* & *Asiaticum*. 1200

Balduinus II. Græcos obsidentes *Constantinopolim* ope *Venetorum* repulit, quibus Dominicæ Crucis partem cum spongia, & lancea pignori obligat, quæ postea D. Ludouic. *Francorum* Rex (potestate redimēdi accepta) in Regio sacello *Lutetiæ* cōdidit. 1227

Cùm duo *Romanorum* Reges electi essent Ludouicus & Federicus, hic *Romæ*, ille autem vt suffragiis superior *Aquisgrani*, ambobus ad arma concurrentibus, victoriam Ludouicus obtinuit, ac Federicum captum in custodia detinuit. 1315

Andronicus iunior, auxilio *Bulgarorum* & *Italorum*, occupata per proditionem *Constantinopoli*, aduersus Andronicum auum, Imperium inuasit, auum tamen sibi Collegam, etsi nomine tenus, ad tempus passus est, eumdemque postea Monasticum habitum suscipere coegit. 1334

Caloioannes, annis tantum 12. natus imperauit, sub tutore tamen Ioan. *Cantacuzeno*, qui non se pro tutore, sed pro vero Imperatore gerebat sed Caloioan. iam maturæ ætatis, fretus fauore *Genuensium*, & *Turcarum*, Imperio potitur, & Ioannem tutorem, Monasterium ingredi cogit. 1348

Caloioannes, ab Andronico filio ope *Genuensium* aliquando pulsus *Venetorum* ope restituitur. aun. 1348

Andronicus cum filio Ioanne, contra Patrem Calo Ioannem, & fratrem Emmanuelem, à Baiazethe Imperium obtinet, eiusque ope *Byzantium* expugnat quam 4. plus minus annis tenet, donec Emmanuel cum Patre Caloioan. è custodia Andronici elapsus, à Baiazethe (cui promisit tributi nomine tres myriadas aureorum) Imperio restituitur, sed Baiazeth indignatus quod Emmanuel nollet apud eum fungi munere Iannissarij. *Constantinopolim* decennio oppugnauit, donec Tamerlanes *Scytha*, illum ab obsidione retraxit. 1378

Imperatorum superbia.

Caligula, *Romæ* totique urbi terrarum, templa sibi dicari præcepit. 39

Domitianus, Palladis filius ac Deus dici voluit. 83

Commodus, *Romanus* Hercules ac Iouis filius. 182

Didius Iulianus primus data pecunia Imperium mercatur. 195

Antonius

Antonius *Caracalla* crudelis, & Magiæ deditus. ann. 213

Macrinus, alter *Mezentius*. 219

Heliogabalus omnes Deos ſui Dei *Heliogabali* à ſe ficti, Miniſtros eſſe dicebat. 220

Diocletianus, poſt victoriam *de Perſis*, Fratrem ſolis, & Lunæ ſe nuncupans, vt Deus adorari voluit. 286

Conſtantius II. Arrianorum adulatione, poſt Magnentium deuictum, in tantam venit arrogantiam, vt æternitatem meam ſubſcriberet, & orbis totius ſe *Dominum* appellaret. 353

Maximus, Valentiniano occiſo, rapit Imperium. ann. 455

Iuſtinianus I. ad vltimum ſapiens, redactus eſt ad inſaniam, ipſi enim Tribonianus perſuaſit, ſe non moriturum, ſed cum carne in cœlum aſſumptum iri. 527

Philippicus *Bardeſanes*, Imperium ſibi ſtabiliuit, morte omnium Iuſtiniani II. amicorum. 711

Conſtantin. *Copronym.* vir pernitioſiſſimus, impiè ac tyrannicè abvſus Imperio, magicis artibus ac luxuriis, cruentiſque ſacrificiis delectabatur. 741

Item, ab Artabaldo Orthodoxo (qui Imperium arripuit) aliquando repreſſus poſt, tres annos *Conſtantinopolim* occupauit; quam direptioni militum expoſuit, Artabaſdum, ac duos eius filios oculis priuauit. 742

Nicephorus, tyrannidem arripiens, ipſam Irenem in Inſulam Lesbum deportauit. 802

Leo *Armenus*, ſtatim ac coronatus eſt, Michaelem (qui ei Imperium contulerat) cum vxore, & liberis in Inſulam *Protam* relegauit, ipſoſque filios Theophylactum, & Ignatium caſtrari iuſſit. 813

Michael *Balbus*, litteratum tam adeò auerſatus eſt, vt pueros non permiſerit illa erudiri. 820

Michael *Porphyrogenitus* poſtquam exceſſit ex ephebis, matrem Theodoram contemnens, redditus eſt nouus *Nero*, impietate tamen ſuperior. 842

Romanus *Patritius*, à Conſtantino *Porphyrogenito* in Collegam Imperij aſſumptus, faſtu tumens, primum in edictis vendicans ſibi locum, vt ſecundo loco Conſtantinus nominaretur effecit. 911

Romanus Conſtantini filius, Patrem veneno ſuſtulit, tædio diuturnioris ipſius Imperij, matrem autem, & ſorores aula exegit, quæ poſtea doloris impatientia, quæſtum proſtitutione corporis quæſierunt. 960

Conſtantinus, Baſilio fratre repentino morbo extincto, ſolus, tyrannicè tamen, Imperat. 1000

Henric. II. Ferdinandum magnum, *Caſtellæ Legionis* Regem, nomen Imperatoris vſurpantem, illi parere detrectantem, authoritate Conc. *Turon.* à rebellione deterruit. 1046

Henric. III. cùm S. Anno *Colonien.* Archiepiſcopus omnem Regni eius adminiſtrationem reliquiſſet, tanquam ſeueriſſimo Pædagogo liberatus, ſtatim in omnia genera flagitiorum, ruptis omnibus modeſtiæ, & temperantiæ frœnis, præcipitem ſe dedit. 1057

Alexius *Comnenus*, in expeditione *Ieroſolymit.* palam cum Latinis amicitiam ſimulans, clam *Turcis* fauebat, multarumque *Latinis* cladium, & miſeriarum cauſa extitit, Ciuitates enim quas illi ceperent deuaſtabat, & Paganis reddebat iterque *Ieroſolymitanum*, omnibuſque peregrinis prohibuit. 1080

Emmanuel *Comnenus*, cum Conrado Imperatore ad bellum ſacrum proficiſcente fœdus Patris ſui renouans, clàm farinæ gypſum miſcuit, ex quo Conradi exercitus in Syria miſerè periit. 1143

Andronicus. *Comnenus* II. occiſo Alexio nepote deſponſatam illi Annam *Francorum* Regis filiam, vxorem duxit, ac Imperium vſurpauit, & quotquot in vrbe reperti ſunt de gente *Latina*, aut gladio perempti ſunt, aut incendio conſumpti, cum vniuerſa vrbis Regione, in qua morabantur. 1183

Iſaacius *Angelus*, fœdus cum Saladino iniit, quo illi Saladinus omnes Eccleſias terræ promiſſionis tradidit, inſuper vniuerſam illam terram promiſit, vt impediret iter Chriſtianorum, *Francorum* maximè, in auxilium terræ ſanctæ properantium, vndè clades populi Dei, & ſanctæ Ciuitatis *Ieruſalem* ſecuuta eſt. 1186

Alexius *Angelus*, Iſaacium Fratrem (qui eum à *Turcis* multo auro redemerat) ingenti ſcelere, & ingratitudine, oculis priuatum in carcerem detruſit; Imperiumque vſurpauit vt autem tributum talentorum ſexdecim auri puriſſimi, ab Henrico Imper. *Germaniæ* ipſi indictum ſolueret, Imperatorum effodit ſepulchra. 1195

Otto IV. ſtatim ac coronatus eſt, ab Innoc. 3. contra fas, & Sacramenti fidem, multa Eccleſiæ oppida occupauit, & in Regnum *Neapolita.* exercitum hoſtiliter mouit. 1209

Fredericus II. aberrans à fide, proficiſcentes ex *Gallia*, Cardinales præcipuè, ad Concilium *Romæ* indictum, Ius gentium violans, detinuit, fauens *Sarracenis*, Spoliator templorum, maximus perſequutor Eccleſiaſticorum exiſtens, à Gregorio 9. primùm, poſtea ab Innoc. 4. in Conc. *Lugdun.* excommunicatus, Imperio & Regnis priuatur. 1212

Adolphus odio omnibus factus, ob continuas Prouinciarum Inuaſiones & expilationes, ab Electoribus abdicatur. 1292

Andronicus *Palæologus* ſenior, Michaelem patrem, quod Eccleſiæ Romanæ fauiſſet, ſepultura ſacra priuauit. 1294

Ludouicus IV. excommunicatorum, ſchiſmaticorum, ſeditioſorumque hominum fautor fuit. 1315

Carolus IV. cùm promiſſam Electoribus pecuniam (pro filij venceſlai electione) dare non poſſet, ipſis publica Imperij Vectigalia oppignerauit, & multas vrbes Principibus vendidit, vnde Imperium ad nihilum ferè redactum eſt. 1348

Venceſlaus, Patri longè ab ſimilis, cùm, voluptatibus deditus, tyrannicè etiam cum plurimis ageret, hæc pertæſi Regni *Bohemici* Proceres, eum aliquoties captiuum habuerunt, qui tamen variis artibus ſemper elapſus, nihilo melior factus eſt. 1348

Item, Ioannem *Galeatium Medsolanen.* Vicecomitem primum Ducem nominat vrbe, ditioneque grandi pecunia vendita, additaque poteſtate, vt in hæreſes eam transferre poſſet. 1380

Calo Ioan. cum Amurathe *Turca* ſocietatem iniit contra Principes *Germanæ*, Theodoro natu minimo dato obſide, filio autem ſuo Andronico, ſororem vxoris Amurathis in vxorem dedit. 1348.

Ioan. *Palæologus*; à Conc. *Florentino* (cui conſenſerat) *Conſtantinopolim* reuerſus *Romano* Pontifici fit infenſus, quod ab eo tantum auxilij, quantum ſpectabat non acciperet, & tandem cum Græcis iterum ad vomitum rediit. 1419

Exercitus Caroli V. duce Carolo *Borbonio*, Romam cepit, diripuit, incendit. 1520

Selimus Rex *Turcarum*, Baiazethem Patrem veneno ſuſtulit, Achmetem, & Corcuthem germanos fratres, ſeptemque impuberes conſanguineos ad vnum omnes peremit, dictitans nihil ſuauius quam ſublato omni conſanguineorum metu, ſolum Regnare. 1612

Solyman. Mustapham filium maiorem nato (inuidia & metu fauoris militum in eum) strangulauit, Ziangirem iuniorem, quod de fratris nece ingemuisset, veneno abstulit. 1510

Amurathes 3. à 5. fratrum impuberum strangulationa & cœdibus, administrationem auspicatur. ann. 1574

Item litteras Christianorum, maximo dedecore, sic inscribebat, Amurathes, *Deus terræ gubernator mundi, nuncius Dei, fidus seruus magni Prophetæ Mahometi.* 1574

Mahometus II. Imperator renunciatus, fratres suos numero 18. ad conuiuium inuitat, nihilque mali suspicantes trucidari iussit, metuens autem, ne quis adhuc nasci posset, eadem die 10. Patris sui vxores, in mare proiici & suffocari mandauit. 1595

Item, paulo ante mortem vxorem aquis, filium maiorem laqueo suffocari iussit. 1595

Imperatores.
Ecclesiastica tractare præsumentes.

Zeno, fautor hæreticorum, præcipuè Acacij *Constantinop.* Primatum affectantis, legatos Sedis Apostolicæ contra ius gentium in carcerem coniecit, & ad communionem cum Acacio adegit. 474

Anastasius, fautor Arrianorum & Manichæorum Immunitatem Ecclesiis hæreticorum concessit, & abstulit ab Ecclesiis Catholicorum. 500

Item, legatos Hormisdæ Papæ in conspectum suum venire vetuit, quinetiam labefactæ impositos naui, vt naufragio interirent, omni Græcia interdixit. 500

Theodoricus Rex *Italiæ* multa in Sedem Apost. præsumpsit, dum Ioan. I. eius Pontificem in carcere occidit, & alterius electionem vsurpauit. 500

Item, Boetium, ipsiusque socerum Symmachum Senatores nobilissimos (quod Arrianis templa concedi impedierant) capite truncauit. 500

Iustinian. I. nimium curiosus dogmatum, & rerum Ecclesiasticarum, authoritatem promotionis In Roman. Pontif. sibi arrogauit, non sine certæ oblatione pecuniæ. 527

Item, Zoilum *Alexandrin.* Episcopum & Vigilium Papam tria capitula damnare renuentes, sede priuauit, ac in ipsum Vigilium manus iniicere voluit. 527

Item, vir vxorius Siluerium & postea Vigilium *Romanos* Pontifices à Theodora Augusta, exilio mulctari passus est. 527

Item, voluit aliquando Iustinian. I. Episcoporum iudicia, per præfectos Prouinciarum exerceri, & ab ipsis ad maiores appellari præfectos, ac, si opus esset, ab ipsis ad Imperatorem prouocari, sed hoc postea (vt par est credere) correxit. 527

Item, omni lingua doceri legem Iudæis concessit. 527

Item, de Paschatis tempore *Constantinopoli* ex eius definitione erratum est an. 545

Iustinus Iunior, communi coniugum consensu dissolui Matrimonium posse sanciuit. 565

Item, omnia iniqui quæstus gratia, imo & ipsa Sacerdotia, plebeis hominibus venalia palám exposuit. 565

Mauritius *Tiberius*, Iuliani apostatæ legem renouans, statuit ne quis miles (nondum expleta militia) Monachus fieret. 583

Item, ne actionibus publicis implicari, vllo modo in Monasterio reciperentur. 583

Eiecto Seuerino Papa (nondum tamen ordinato) Isaacius *Italiæ* Exarchus cum Mauricio *Chartulario*, Episcopium Lateranense (Cardinalibus eorum violentiæ resistentibus in exilium pulsis) armata manu deuastauit, ac denique Ecclesiam thesauro, & supellectilibus sacris spoliauit, cuius prædæ partim *Constantinopolim*, ad Heraclium Imperatorem misit. 610

Rotharis Rex *Italiæ* per omnes penè Ciuitates Regni sui, duos Episcopos constituit, vnum Catholicum, alterum Arrianum. 638

Constans II. Constantini filius Pauli Episcopi *Constantinop.* suasu, Edicto (quod *Typum* vocarunt) proposuit, quo quidem consueta illa præterita causa, vt omnes Christiani simul in vnam, eamdemque sententiam vnirentur, silentium de excita controuersia indictū est, tàm iis qui vnam, quàm qui duas in Christo volūtates & operationes assererent. 642

Iustinian. II. Sergio Papæ infensus (quod Conciliabulum *Constantinop.* damnasset) Zachariam Protospatarium Romam misit, qui eumd. Pont. *Constantinop.* perduceret, sed præsto existens diuinum auxilium effecit, vt Italica militia Rauenna & aliunde cum Ducibus suis. Romam veniens, Sergium à periculo liberarent, Zachariam autem iniuriis contumeliisque agitatum, ab vrbe expulerit. 687

Tiberius statim ac Ioannes VI. Pont. creatus est, idem, ad Iustinianus, per Theophylactum Exarchum molitur, sed eodem modo Deus illi adfuit, à militiæque furore, ipse Theophilactus per eumdem Pontificem liberatus fuit. 701

Philippicus *Bardesanes* volens perficere quod promiserat cuidam pseudomonacho (qui ipsi Imperium prædixerat) de abolenda 6. Synodo quæ Monothelitas condemnasset, deposito *Cyro Constantinop.* Episcopo orthodoxo, Ioannem pseudomonachum ei suffecit, postea vero numerosissimo *Orientalium* Episcoporum collecto Conuentu, sextam Synodum abrogare conatur. 711

Leo *Isaurus*, redditus patrimonij, quod Gregorio II. in Sicilia & Calabria possidebat, in fiscum inferri præcepit, ac describi natos mares iussit. 717

Constantinus *Copronymus* (ob stercus in sanctum lauacrum dum baptizaretur egestum) dictus, Anastasium Pseudopatriarcham publice cœsum, & asini dorso vultu verso impositum circumduxit, quem tamen rursum in thronum restituit, quod non esset facilè reperire alium, qui cū æquaret impietate. 741

Aistulphus Rex *Italiæ* pacem (quam cum Stephano III. in annos 40. firmauerat) post 4. menses infringens Romanam ditionem vexare cœpit, sed à Pipino *Francor.* Rege repressus, coactus est *Rauennam* aliasque Ciuitates Pontifici restituere. 750

Constantin. filius Irenæi, inclusa vxore Maria (prætextu quasi vitæ suæ insidiaretur) Theodotem cubiculariam duxit, magnamque in Monachos contradicentes persecutionem mouit. 790

Nicephorus, Ecclesiasticam immunitatem pessum dans, maximè auersatus est *Romani* Pontificis communionem. 802

Item militares Principes Episcopis, & aliis Clericis seruorum more, vti iussit, adituris Episcopia, & Monasteria, tributum imposuit. 802

Item, iussu eius & coactu, duæ Synodi quorumdā Episcoporum celebrata sunt, pro restitutione Iosephi (iustè olim à Tharasio Patriarcha damnati) in pristinum Sacerdotij gradum, contradicentes autem exilio mulctauit. 802

Michael *Balbus* defuncta vxore, Euphrosynā Constantini Imper. filiam monialem, vxorem duxit. 820

Michael *Porphyrogenitus* Cynædos in honore

Iulianus, Imperium adeptus, Christianam Religionem solemniter abnegauit, vnde *Apostata* dictus est, summus Pontifex impuris ritibus initiatus est, magiam exercuit inspectis mulierum interioribus, templa Idolorum, aperuit *Casarea Philippi* erectam ibi Christi imaginẽ ab hemorroissa dimouit, sua ibi collocata, quæ mox icto fulminis percussa est. 362

Item, Templum *Ierosolymitan.* frustra conatus est restituere. 362

Impiorum & iniquorum funestus exitus.

Maximinus Imperator, Christianorum persequutor, à militibus ad *Aquileiam* discerptus est. 237

Valerianus Imper. Christianorum persequutor, à Sapore Persarum Rege captus, ignominiosa seruituti consenuit. 259

Galerius Imp. Christianor. persequutor, genitalibus putrescentibus moritur. 304

Valens Imp. Catholicorum persequutor, à *Gotis*, ex fuga in agrestem casam delatus, ibi ab hostibus iniecto igne viuus crematur, vt illi prædixerat Isaac Monachus. 370

Arcadius Imperator, cùm S. Ioan. Chrysostomum, Eudoxiæ vxoris instinctu, in exilium eiecisset, breui ipse eum Augusta cessit è vita. 400

Maximus, Valentiniano occiso, rapit Imperium, quod post tres menses perdit ab Vrso milite occisus. 455

Zeno Imperator, fautor hæreticorum vino obrutus, ab ipsa coniuge, vt maturè extingueretur, sepulchro illatus est viuus. 476

Theodoricus Rex *Italia*, Arrianos, ob multa in Ecclesiam præsumpta, repentina morte sublatus, ad inferos perpetuò damnatus est, vt in visione sancto cuidam solitario monstratum est. 500

Anastasius Imper. fautor hæreticorum, fulmine percussus obiit. 500

Autharis *Flauius* Rex *Italia*, quod Paschali tempore prohibuisset *Longobardorum* Orthodoxorum filios in fide Catholica baptizari, diuina vltione extinctus est. 585

Mauritius Imper. dùm libertatem Ecclesiasticam conuellere voluit, ac contemptui habuit Pontificem *Rom.* Dei vindictam à Phoca Centurione, cum omni familia occisus metuit experiri, vt ipse in extremis pœnitentia ductus agnouit. 600

Phocas, malè partum pessimè gessit Imperium, homo crudelitate, ebrietate nequitiaque infamis, ac dùm cœdibus omnia complet, ab Heraclio *Africæ* Prætore occiditur. 602

Heracleonas filius Heraclij, rebellante Senatu, ab Imperio depositus mutilatione nasi mutilatus, eiusque mater (quæ venenum Constantino legitimo successori propinauerat) linguæ abscissione punita, ambo in exilium eiecti sunt. 641

Iustinianus II. dùm *Romanam* Eccl. insequitur, & *Orientalem* nouis decretis penitus deformat, à Leontio eius olim in *Oriente* Præfecto naribus præcisis in Chersonam relegatur. 685

Leontius, Imperium scelere quæsitum, triennio post pari scelere amisit à Liberio naribus præcisis, in quoddam *Dalmatia* Monasterium relegatus. 644

Tiberius *Absimarus* Imperat. dùm Ioannem VI. Papam per Exarchum sede deturbare tentat, à Iustiniano captus, post multa ludibria Imperio vitaque priuatur. 700

Iustinianus II. rursus Imperator, Callinicum Patriarc. *Constantinop.* (qui eum aliquando in *Romanam* Eccl. pellexerat) oculis orbatum *Romam* relegauit. 705

Ipse Iustinian. licet in *Romanam* Eccl. bene affectus, dùm tamen supra modum sanguinem sitiens, in subditos debacchatur, iusto Dei iudicio, suo suorumque sanguine supplicium luit. 703

Philippicus Imperator monothelita, dum VI. Synodum abrogare conatur, à Patriciis quibusdam excommunicatus, in exilium eiicitur. 711

Luithprandus Rex *Italia* tempore Gregorij III. *Romam* obsidens, Basilicam S. Petri (cui olim *Gotti* hostes, licet Arriani pepercerant) deprædatus est; luit tamen hoc sacrilegium amissione Regni in filio. 712

Constantin. *Copronym.* Imper. in cruribus diuinitus plaga percussus obiit, vociferans se adhuc viuentem inextinguibili igni traditum, propter Mariam iubens eam exinde honorari, tanquam sanctam Virginem, ac verè Deiparam. 741

Aistulphus Rex *Italia*, in Stephanum III. fœdifragus, & periurus in venatione diuino ictu percussus obiit. 750

Copronymi corpus postmodum effossum, iussu Michaelis Imperatoris publicè in foro crematum est. 811

Desiderius vltimus *Longobardorum* Rex sæpius fœdifragus Ecclesiam infestans, *Papia* à Carolo magno captus vna cum eius coniuge in *Franciam* ducitur. 756

Leo IV. *Porphyrogenitus* Imper. Iconoclasta circa lapides pretiosos insaniens, cùm coronam magnæ Ecclesiæ capiti imposuisset, carbunculis in eo natis, captus valida febri mortuus est. 775

Nicephorus Imperium ambiens, à nepote Constantino Imperatore, oculis quatuorque eius fratres linguis priuati sunt. 790

Constantin. Imperium à matre Irene (iusto Dei iudicio) excæcatus, statim moritur. 790

Nicephorus Imper. Iconoclastis fauens, manichæos probans, aduers. *Bulgaros* processurus Ecclesiis, & Monasteriis census imposuit, vnde in eo bello captus occiditur. 802

Cùm Nicephorus Patriarc. *Constantinop.* Diadema Imperiale capiti Leonis *Armeni* imponeret, sibi visum est spinis ac tribulis manum compungi, idque omen malorum, quæ per eum essent euentura ; interpretatum est, ipse autem Leo, post multa scelera in Ecclesia palatij occiditur, eius cadauer percussores in circum traxerunt, voxque eodem tempore cœlitus edita, letum de eius morte nuncium multis patefecit. 813

Michael *Balbus* Imper. dissenteriæ morbo obiit maledictionibus omnium, pro Panegyricis, infamatus. 820

Michael *Porphyrogenitus* Nerone impietate superior, Basilio nuper in Collegam assumpto (quem tunc de medio tollere cogitabat) occiditur: ann. 841

Stephanus VII. Papa in Formosum decessorem iniuriosus post 4. annos sede pulsus, detruditur in carcerem, ibique strangulatur. 897

Alexander Constantini *Porphyrogeniti* patruus, cooperto capite in loca sancta ingredi assuescens, cùm & quodam die amictum sacræ mensæ dimouere ausus esset, insania correptus, nunquam postea compos mentis extitit, postea in Hypodromo sacrificium Baccho decernens, diuinitus percussus in cubiculum suum asportatus, eodem, quo Herodes, casu periit. 911

Romanus patricius ex Collega Imperij à Con-

stantino *Porphyrogenito* assumptus, iam propè in Dominum mutatus, à proprio filio Stephano (Imperatore ab ipso declarato) captus, & attonsus in Insulam relegatur, sed & post 35. dies elapsos, ipse Stephan. & Constantin. eius frater, inter se mutuo de Imperij primatu certantes, ambo in mensa tenti, in Insulas deportantur. 912

Romanus Constantini filius Imp. parricida anno ætat. 24. siue exhausto corpore turpissimis, & voluptoariis rebus siue veneno perimitur. 960

Otto II. Imper. ob fusum à *Græcis* & *Sarracenis* exercitum, mœrore confectus Romæ obiit, vlciscente S. Laurentio Mart. (in cuius honorem Ecclesia *Mersburgen.* dicata erat) illatam Ecclesiæ suæ ignominiam, *Mersburgensem* enim Episcopatum extinxerat, ac in Archiepiscopatum *Magdeburgens.* transfuderat. 973

In Ottone III. extinctum est stemma Regnantium Ottonum, ita, Deo vlciscente, delicta, quæ in Sedem Apost. perpetrarunt, pro arbitrio dimouendo, & subrogando Pontifices, quamuis nonnisi pietatis intuitu, id agere præseferrent. 983

Ioan. XIV. Papa, palàm malus, & auarissimus, à Bonifacio inuasore vinculis alligatus, inque *S. Angeli* munitione detentus, ibidem fame periit. 984

Nicephorus *Phocas* Imper. in res, & personas Ecclesiasticas authoritatem vsurpans, tandem *Constantinopolitanis* aduersus eum insurgentibus adiuuante ipsius coniuge, à Ioanne *Zemisce* occiditur. ann. 963

Cùm, Conradi Imper. opera, Benedictus IX. *Placentinum*, *Cremonens.* & *Vercellens.* Episcopos in exilium misisset, hoc Deo non placuisse, ex immissa cœlitus vltione per pestilentiam, quæ & Imperatoris pertigit domum, facilè intelligi potest, ipse autem Imper. anno sequenti, inopinata morte decessit. 1024

Romanus Imp. repudiata vxore vt reciperet Zoen Constantini filiam, eidem Constantino, cui sanguine iunctus erat, subrogatur, ab adultera tamen veneno paulatim consumptus, tandem strangulatur. ann. 1028

Mich. *Paphlago*, cùm, eius auxilio, Zoë quinta feria II. hebdomadæ pœnosæ virum occidisset, in eius locum subrogatur, sed paulò post arreptus à Diabolo Dæmoniacus euasit, nec potuit aliquo modo sanari, sed ad obitum vsque ostentui factus omnibus mansit in exemplum diuinæ vindictæ, moriens autem fusis lachrymis, veri pœnitentis specimen dedit. 1034

Michael *Calephates* à Zoë Augusta adoptatus, & Imperator coronatus, paulo post ingratus, de throno depositam atque in Monacham attonsam, in exilium misit, vnde totius populi voce repudiatus, lapidibusque appetitus, in sacrum Templum confugere cogitur, et Zoën reuocare, instans tamen populus illum eiusque fratrem, è templo detractos, ac per vias raptatos excæcauit. 1041

Nicephorus *Botoniates*, Imperium sibi tyrannicè vendicans, tandem quæ fecit ipse passus est, ab Alexio in Monasterium relegatus. 1078

Henricus III. Imp. à filio Henrico (propter inobedientiam, & pertinaciam erga Sedem Apost.) fugatus, captus, ac depositus paulò post moritur, ac *Spira* quinquennio, extra Ecclesiam iacuit insepultus. 1100

Henricus IV. ratione Conc. *Rhemensis* (in quo ipse excommunicatus fuerat) iratus *Francis* proposuit Rhemens. Ciuitatem destruere, sed ei strenuè restitit Ludouic. 6. Rex eodemque an. Henric. ex hac vita sublatus est, nulla relicta prole mascula, sicque iusto Dei iudicio defecit *Occidentale* Imperium à *Germanis* (tùm, eo ad impugnandam Ecclesiam fini abusi,) & translatum est ad *Saxones*. 1106

Henricus VI. Imp. ob iniustam incarcerationē, & vexationem Richardi Regis *Angliæ*, à Celestino 3. excommunicatus, ante absolutionem moritur. 1191

Ioan. *Comnen.* Imper. frustra *Syriam* tentans *Gabulensi* Episcopo ei firmiter resistente, in *Syros* Eremitas effudit bilem, eosque trucidauit sed pœnas mox dedit, dùm enim in *Cilicia* aprum traijcere conatus, sagitta veneno illita, manum suam perfodit, vnde paulò post obiit. 1139

IMPIORVM AC INIQVORVM funestus exitus.

Andronicus *Comnenus* II. Imperij Nepotis Alexij (quem occiderat) vsurpator à Guillelmo *Siciliæ* Rege in prœlio victus, ab Isaacio comprehensus, & mutilatus altera manu & oculo; scabro camelo facie ad caudam versa per *Constantinop.* circumducitur, vbi vulgi tumultu vnctis, & harpagonibus penè frustulatim discerptus est, pœnitens tamen decessit inter enim tot mala, quæ generoso animo perferebat nihil aliud dicebat, nisi *Domine mis.* 1183

Isaacius *Angelus* Imper. Saladino aduersus Christianos fauens, à fratre Alexio, Imperio & oculis priuatus, in sordidum carcerem detruditur. 1186

Alexius *Angelus*, Imperij fratris Isaacij vsurpator, *Constantinopoli* an. 1199. tremente terra, eiusdem hiatu ferè absorptus est, à *Francis* tandem fugatus, *Trapezuntem* se recepit, ibique *Trapezuntij* Imperij fundamenta iecit. 1194

Otto IV. Imper. Regnum *Neapolitanum* inuadere tentans, monitus litteris, & nunciis Innoc. III. nec ab incœptis desistens, anathemate obstrictus, & Imperio spoliatus, multis attritus cladibus in *Saxonia* latebram se recepit, vbi paulò post ex mœrore obiit. 1212

Fridericus II. Sarracenis fauens, Templorum spoliator ac maximus Christianorum persequutor, tandem Proceribus *Germaniæ* ac Ciuitatibus *Lombardiæ*, proprioque filio Henrico (quem postea in vinculis occidit) inuisus, magnas sibi parit molestias; licet vniuersam *Italiam* spoliasset, laborans tamen pecuniæ inopiâ, iussit ex corio parari numismatis formam, vt haberet quo militibus stipendia penderet, tandem eius exercitu à Pontificiis profligato, eiusque filio Enzio, capto, in *Apulia* periit, antea (vt aliqui volunt) Ecclesiæ restitutus, dato pœnitentiæ signo. 1245

Ludouic. IV. à Ioan. 22. excommunicatus, Imperioque exutus, depositione à successoribus Benedict. XI. & Clem. 6. confirmata, anno sequenti in venatione, lapsus equo, moritur. 1348

Vvenceslaus Imperator, ob ignauiam, & vinolentiam ab Electoribus Imperio deiicitur, & in eius locum Robertus Comes palatinus *Rheni* subrogatur. 1402

Andronicus senior Imper. schisma *Græcorum* fouens, post multas contumelias in Monasterio (in quo ferè biennium agere coactus est) obiit ætatis an. 74. 1334

CaloIoannes, inito fœdere cum Amuratha *Turca*, tristissimæ seruitutis initium dedit, Imperatores enim militare deinceps cogebantur per sese, & filios contra quoscunque, *Turca*, vellent, nec capessere, nec vsurpare Imp. nisi ab eis, accepta potestate. 1348

Constantinopolis (quæ hodie *Zarigrad* vel *Regia vrbs* appellatur) à Mahomete *Turcarum* Imper.

dia

die martis in festis Pentecostes aut post octauam Pentecostes, sexagesima die obsidionis expugnatur, & Constantinus Imper. ad vrbis portam fortiter pugnando occiditur, in pœnam schismatis *Græcorum*. ann. 1453

Andronicus Iunior à Baiazethe, contra Patrem (quem per 4. annos in carcere detinuit) quam Imperio obtento, rursum ab eodem Baiazethe depositus est, & apud illum cum filio Ioanne diu mansit Ianissarius. 1378

Baiazethes Rex *Turcarum*, peste periit eodem loco quo olim cum Patre prœlio cógressus fuerat. 1521

Indulgentiæ.

Ioannes VIII. Indulgentian concessit omnibus quos pro defensione sanctæ Dei Ecclesiæ in bello occidi iam contigisset, aut postea contingeret. 872

Gelasius II. largitus est Indulgentiam omnibus Christianis obsidentibus *Cæsaraugustam* in *Hispania* à *Saracenis* detentam, aut aliquid ad id negotium conferentibus. 1118

Gregorius VIII. proficiscentibus ad recuperandam *Ierosolymam*, plenariam Indulgentiam concessit. 1187

Clemens III. eamdem concessit, sacram Crucem suscipientibus atque pro eo negotio certam formulam precum, per singulos dies, præscripsit. 1188

Innocentius III. proposita peccatorum Indulgentiâ, Christianos omnes incitauit, ad per soluendam pecuniam in subsidium terræ sanctæ. 1200

Bonifacius VIII. Iubilæum (quod annum sanctum vocant) instituit, vt centesimo quoque anno celebraretur. 1294

Clemens VI. dictum Iubilæum ad 50. annos reuocauit. 1342

Vrbanus VI. dictum Iubilæum, singulo quoque 33. anno celebrandum statuit. 1378

Bonifacius IX. Iubilæum primum, post Pontificiam Sedem *Aueniona Romam* reuocatam celebrauit. anno. 1390

Paulus II. Iubilæum ad an. 25. redegit. 1464

Alexander VI. quum Titulus S. Crucis Domini nostri Iesu Christi in Ecclesia S. Crucis in *Ierusalem* inuentus esset, pro tali die præfatam Eccl. visitantibus Indulgentiam concessit. 1492

Pius V. Medallias, quæ nunc siue ad collum, siue ad Coronas, & Rosaria ligatæ à fidelibus portantur, benedicere cœpit. 1566

Clemens VIII. effusas nimirum concessiones Indulgentiarum restrinxit. 1592

Alexander VII. idem fecit. 1657

Inquisitores.

Innocentius IV. multa statuit pro Inquisitoribus procedentibus contra hæreticos, quodque accusatorum, & testium nomina publicare non debeant. ann. 1243

Clemens IV. Religiosos ord. minor. in multis vrbibus censores fidei constituit. 1265

Nicolaus IV. in *Venayssino* comitatu; & in nonnullis *Galliæ* prouinciis, sanctæ Inquisitionis Tribunal instituit, & id muneris *Minoritis* dedit. 1288

Sixtus IV. officium Inquisitionis in *Hispania* collocauit. 1478

Innocent. VIII. statuit, vt Iudices sæculares Inquisitoris sententias contra hæreticos latas, non inspectis processibus exequantur. 1484

Adrian. VI. Inquisitoribus dedit facultatem procedendi contra Incantatores, & sacrilegos. 1522

Clemens VII. iisdem facultatem dedit procedendi contra quoscunque etiam Regulares cuiuscunque ordinis, in causa hæresis. 1523

Paulus IV. officio Inquisitionis, 16. Cardinales addixit. 1555

Pius IV. Inquisitoribus potestatem dedit contra quoscunque Regulares de hæresi culpabiles, dummodò eorum Superiores non præuenerint. 1560

Item eos non teneri publicare dicta testium statuit, nec rationem reddere alteri quam *Romano* Pont. aut supremis inquisitoribus almæ vrbis. 1560

Paulus V. reuocauit facultates Superioribus quorumcumque ordinum concessas, cognoscendi causas suorum subditorum, ad Officium S. Inquisitionis quomodolibet pertinentes. 1605

Alexander VII. id confirmauit. 1660

IVDÆORVM POENA OB Christum Crucifixum.

Claudius *Nero*, eos de Christo tumultuantes, *Roma* expulit. 45

Ierosolyma à Tito Imp. capta, cum Templo destructa est. 72

Domitianus, eos qui de genere Dauid essent, occidi iussit. 85

Adrianus Imp. Iudæis non solum accessum vrbis *Ierusalem* (porco marmoreo in porta affixo) prohibuit, sed etiam prospectum. 120

Constantinus magnus, Iudæos rebellionem molientes, amputatis illorum auriculis & rebellionis signo impresso illorum corporibus notauit, ac statuit, ne illis liceret Christianum mancipium possidere. 306

Constantin. II. capitis pœnam Iudæis proposuit, qui Christianas vxores ducerent. 337

Theodosius, eos Christiana mancipia possidere vetuit. 379

Honorius Imperator, eos collectas facere prohibuit. 395

Gregor. magnus decreuit, ne Iudæorum ancillæ vel serui ad Ecclesiam confugientes, ipsis redderentur. 590

Heraclius Imper. Iudæos omnes à *Ierosolyma* pepulit, eisque ad tertium milliare vetuit appropinquare, aliquando etiam eos inuitos vbique baptizari iussit, quod per astrologiam cognouisset, à circumcisis gentibus Imperium deuastandum. 610

Benedictus VIII. *Romæ*, de Iudæis quibusdam Imaginem Christi crucifigentibus in parasceue, supplicium capitis sumpsit. 1012

Alexander II. Iudæis bellum inferri prohibuit, quod vbique seruire parati essent. 1061

Conrad. III. Imp. Iudæos à *Galliæ* Germaniæque populis eiectos recepit, ac in suis municipiis (præsertim *Norimbergæ*) tutum Hospitium concessit. ann. 1139

Innoc. IV. vetuit ne Iudæi haberent Nutrices, aut famulas Christianas. 1243

Item, librum Thalmud comburi iussit. 1243

Clem. V. Iudæos ob immania, & horrenda scelera ex *Gallia* & *German.* eiiciendos curauit. 1305

Paul. IV. Iudæos in vna parte Ciuitatis reclusit, quibus ne vsuram exercerent, vetuit, crocei coloris pileum, quo à reliquis internosci possent, ipsos ferre voluit. 1555

Gregor. XIII. Hebræis semel in Hebdomada prædicari præcepit. 1578

Item, medicos Hebræos, vel Infideles ad curandos infirmos à Christianis admitti prohibuit. 1527

Clem. VIII. pœnas ſtatuit Iudæis libros thalmud habentibus ac Bulla cauit, ne illis poſt hac vlli permittantur libri de Chriſto Seruatore, de B. Virgine ac de ſanctis. 1592

Iudæorum impugnatores
Concilia.

Londinenſe, de eiectione Iudæorum ex *Anglia* ſub Nicolao IV. 1291

Roman. vbi diſputatio Chriſtianorum cum *Iudæis* ſub S. Silueſtro. 315

Toletanum ſub Sergio I. 694

Scriptores.

Anaſtaſius Abbas. 760
Angelus *Pientinus* ord. præd. 1575
Anſelmus *Cantuarienſ.* Archiep. 1077
Antonius *Margarita.* 1580
Benedictus *Vaillant.* 1598
Clemens *Alexandrinus.* 204
Cyprianus *Carthagin.* Epiſcopus. 255
Euangeliſta *Marcellinus.* 1583
Finus *Hadrianus Ferrarienſis.* 1495
Franciſcus *Securus.* 1566
Georgius *Benignus.* 1490
Gerardus *Veluyk.* 1535
Gilbertus *Vveſtmonaſterienſis.* 1116
Giſelbertus *Anglus* Benedictin. 1090
Gregentius *Tephrenſ.* Archiep. 523
Guilielmus *Poſtel.* 1555
Hamulus *Lugdunenſ.* Epiſcopus. 830
Hieronym. *de S. fide.* 1415
Iacob. *de Valentia* Epiſcopus. 1490
Ioan. *Andreas alerienſis* Epiſcopus. 1486
Ioan. Baptiſta *Gratia Dei.* 1499
Ioan. *Bunderius* ord. præd. 1550
Ioannes *Cantacuzenus.* 1370
Ioan. Paulus *Euſtachius* 1579
Ioan. *Segobienſis* ord. præd. 1127
Ioan. *de villa Vezzoſa.* 1438
Iulianus *Pomerius.* 490
Iulianus *Toletanus* Epiſcopus. 680
Leo *Caſtrius Hiſpanus* 1570
Leonard. *Rubenus* Abbas. 1596
Leontius Epiſcopus *Neapolit. in Cypro.* 630
Ludouic. *Carretus* dictus Theodotus. 1553
Marquardus *de Suſanis.* 1564
Melciades. 170
Michael *Thomaſius.* 1565
Nicolaus *Lyranus* ord. mino. 1320
Odilo *Muremunſenſis.* 1150
Paulus *Venetus* Auguſtinian. 1400
Petrus *Alphonſus.* 1100
Petrus *Brutus venetus.* 1485
Petrus *de la Caualleria.* 1450
Petrus *Charron.* 1595
Petrus *Galatinus* ord. minor. 1515
Petrus *Mauritius Cluniacenſ.* 1130
Petrus *Opmeer.* 1570
Petrus *Pichnus* ord. præd. 1622
Porchetus *Saluaticus.* 1360
Raymundus *Sabonde.* 1430
Richard. *de S. Victore* Auguſtinian. 1130
Samuel *Marrochianus.* 1090
Siffedus ord. præd. 1470
Silueſter I. Papa. 310
Simon *Spirenſis* Carmelita. 1340
Sixtus *Medices.* 1551
Thadæus *Peluſienſis.*
Theophanes *Nicæa* Epiſcopus. 601
Tullius *Criſpoldus.* 1540
Victorinus *Vocenus* Epiſcopus. 500
Victorius *Zilolus.* 1540
Vvilbertus *Carnotenſ.* Epiſcopus. 1100
Zacharias *Bouerius* Capucinus. 1620

Lutherani.

Martinus *Ludderus* ſiue *Lutherus ſaxo*, docuit hominem ſola fide iuſtificari, liberum arbitrium periiſſe per peccatum, Papam eſſe Antichriſtum, in Eucharistia remanere ſubſtantiam panis cum corpore Chriſti, Indulgentias nihil valere, non eſſe purgatorium, per ſacramentum non dari gratiam, peccata, cùm remittuntur, non deleri, ſed tantum non imputari. 1517

Philippus *Melancton*, à quo *Confeſſioniſtæ* & *Molles Lutherani*, confeſſionem *Auguſtanam* compoſuit, & docuit partes pœnitentiæ eſſe tantum duas, contritionem & fidem, id eſt terrores conſcientiæ, & fidem qua eredimus per Chriſtum nobis remiſſa eſſe peccata. 1530

Matthias *Flaccius Illyricus*, rigidorum *Lutheranorum* Pater, docuit originale peccatum eſſe ſubſtantiam. 1564

Andræas *Caroloſtadius* Archidiacon. *Vitembergens.* primus ex diſcipulis *Lutheri*, vxorem publicè duxit, cùm eſſet Sacerdos. 1524

Lutheranorum impugnatores.

Leo X. *Lutherum* excommunicauit, Bullamque contra eius errores edidit. 1513

Adrianus VI. aliam Bullam ſcripſ. ad *Saxoniæ* Ducem. 1522

Concilium *Tridentinum* ſub Paulo III. 1545

Scriptores.

Adamus *Tannerus.* 1600
Alanus *Copus.* 1607
Albertus Hungarus. 1577
Alexius *Midaſummanus.* 1618
Alphonſus *Virueſius* 1541
Antonius *Almedenſis.* 1550
Bartholomæus *Camerarius.* 1551
Bilibaldus *GrKeimerus.* 1525
Chriſtophorus *Longolius.* 1520
Chriſtophorus *Marcellus.*
Conradus *Cocus.* 1319
Conradus *Koellim* ord. præd. 1530
Cornelius *Sircanus.*
Eduardus *Ponuel.* 1535
Euſtachius *de Zichenis.* 1521
Fabianus *Quadrantinus.* 1571
Florimundus *Remundus.* 1602
Franciſcus *Arnoldus.*
Fridericus *Bartſcius.* Soc. Ieſ. 1604
Fridericus *Staphylus.* 1560
Gaſpar *Lechnerus* Soc. Ieſ. 1622
Gaſpar *Salgerus* ord. minor. 1526
Georgius *Braun.* 1604
Georgius *Gothardus.* 1577
Georgius *Vvicelius.* 1552
Gregorius *de Valentia* Soc. Ieſ. 1600
Guilielmus *Dreuin.*
Guilielmus *Laurentius.* 1561
Guilielmus *Reſſaus.* 1540
Henricus VIII. Rex *Angliæ.* 1539
Henricus *Bliſſeminus.* 1576

Henricus

Henricus à Lijdan. 1608
Hermanus Tyraus. 1577
Hieronym. Bolsecus Medicus. 1577
Hieronym. Torrensis Soc. Ies. 1569
Iacobus Baius. 1605
Iacobus Latomus Belga. 1540
Iacob. Moronessa Celestinus. 1554
Ieremias Constantinop. Patriarcha. 1578
Ioan. Baptista Ficlerus. 1578
Ioannes Gerleius Anglus. 1612
Ioannes Busaus Soc. Ies. 1606
Ioannes Cochlaus. 1540
Ioan. à Dauentria. ord. minor. 1538
Ioan. Dietembergius ord. præd. 1520
Ioannes Eckius. 1525
Ioen. Faber Episcopus Viennensis. 1530
Ioan. Fischerus Cardinalis. 1530
Ioannes Gachy. 1524
Ioannes Grellius. 1605
Ioan. Iacobus Rabus. 1569
Ioannes Laingaus.
Ioan. Maria Verassus Carmel. 1540
Ioannes Mensingus. 1531
Ioan. Paulus VvindeK. 1594
Ioannes Pouuel. 1530
Ioseph. Ludouicus ab Hagen. 1609
Laurentius Arturus. 1590
Laurentius Campegius, Cardinalis. 1530
Laurentius a Monte. 1551
Maranda. 1641
Matthias Aquensis. 1540
Michael Vehe.
Natalis Beda. 1544
Natalis Tallepied. 1577
Nicolaus Sanderus Anglus. 1569
Nicolaus Serrarius Soc. Ies. 1613
Nicolaus Xilander. 1580
Petrus Aurelius Sanctus, Augustin. 1550
Petrus Camsius, Soc. Ies. 1594
Petrus Ræstius Soc. Ies. 1622
Quirinus Coglerus. 1607
Robertus Bellarmin. Soc. Ies. Cardin. 1618
Robert. Cenalis Episcopus Abricens. 1549
Robertus de Monte. 1580
Sebastianus Caffius. 1603
Sebastianus Flaschius. 1574
Sebastianus Heissius. 1607
Siluester Prieras ord. præd. 1520
Simon Blichus.
Simon Felix Soc. Ies. 1618
Simon Fontanus ord. minor. 1562
Sixtus Sartorius. 1502
Stanislaus Socolonius. 1583
Stephanus Paris ord. præd. 1550
Theodoricus Petreus. 1603
Thomas Murner. 1599
Thomas Radinus ord. præd. 1522
Tristanus de Lascagne. 1538
Victorius Zilielus. 1540
Vitus miletus. 1594
Et alij multi.

Macedoniani.

Macedonius Episcopus *Constantinop.* docuit filium quidem Dei esse Patri per omnia similem, sed Spiritum S. esse creaturam, dicti sunt *Pneumatomachi*, & *Marathonij*. 351

Macedonianorum Impugnatores.

Hilarius Papa, eorum Conuenticula *Romæ* prohibuit. 461

Concilium *Constantinopolit.* Generale II. sub Damaso I. 381

Scriptores.

Faustinus Diaconus, 367 Faustus *Regiensis* Episcopus, 480. Paschasius Diaconus. 496

Manichai.

Manes, seu Manichæus, dicebat se esse Paracletum à Christo promissum, duo esse principia coæterna, vnum bonum, alterum malum, omnium peccatorum causam esse naturam mali principij, vetus testamentum esse à malo principio, & ideo reijciendum, nihil esse verè spirituale, sed omnia corporalia, hominem non esse liberi arbitrij, carnem & vinum esse res immundas natura sua, & ideo ab eis abstinendum, animas migrare à corpore in corpus, negabat Christum humanam naturam suscepisse, baptismum & Matrimonium damnabat. 277

Manichaorum Impugnatores.

Leo I. Papa, latentes in vrbe deprehendit, qui Solem adorabant. 440

Siricius, statuit eos exilio deportandos, pœnitentes vero in Monasteria detrudendos, & nonnisi in fine vitæ, ad sacra mysteria recipiendos. 385

Gelasius Leos in vrbe latentes deprehensos, exilio mulctauit, eorumque libros ante fores Basilicæ S. Mariæ combussit. 492

Symmachus, eos iterùm vrbe expulit, eorùque libros antè fores Basilicæ *Constantiniana* cremari iussit. 500

Hormisda, idem fecit. 514

Valentinian. III. Imperator, eos à toto suo imperio exulare præcepit, grauissimisque subiici pœnis. 425

Iustinus Imperator, eos capite puniri iussit. 518

Michael *Curopalates* Imperator, idem præcepit. 811

Alexius *Comnen.* multos (qui vulgo *Pauliciani* dicebantur) *Philippoli* ad fidem Catholicam traduxit. anu. 1080

Concilia.

Aurelianense, sub Benedicto VIII. 1014
Romanum sub Leone I. 444

Scriptores.

S. Archelaus Episcopus *in Mesopotamia.* 277
Audentius Episcopus *Hispanus.* 419
S. Augustinus *Hypponensis* Episcopus. 400
Dydimus *Alexandrinus.* 361
Petrus *Siculus.* 870
Serapion Episcopus *Thmaceos.* 340
Titus *Bostrorum* Episcopus. 365

Martyres.

Clemens I. septem notarios vrbis Regionibus distribuit, ad scribendos Martyrum agones, vnde *Protonotarij participantes* dicti sunt. 93

Anterus Papa, Martyrum gesta à notariis exquiri, & in Ecclesia recondi iussit. 238

Eutychian. Papa, vetuit ne Martyr sine colobrio, aut Dalmatica purpurata sepeliretur. 275

Bonifacius V. statuit, ne Acolythus aut quiuis alius præsumeret reliquias Martyrum leuare, nisi esset Presbyter aut Diaconus. 617

Basilius *Macedo* Imper. curauit scribi *Græcorum* Menologium Imaginibus exornatum, quibus singulorum

gulorum exprimerentur certamina. 867

Felix I. censuit annua sacra ab omnibus celebrari. 272

Martyres insigniores.

Petrus & Paulus *Romæ*, Andræs Apost *Achaiæ*, Philippus, *Hieropoli*, sub Nerone. 66

Antipas *Pergami*, Acilius *Glabrio*, Exconsul, F. Clem. Domitiani Patruelis, sub Domitiano. 93

Clemens I. Papa, Simeon *Ierosolymis*. Episcopus, Nereus & Achillæus, Ignatius *Antiochen.* Episcopus, sub Traiano. 100

Iustinus & alij multi, sub Aurelio Antonino. 164

Irenæus *Lugdunens.* Episcopus, Leonidas Origenis pater, & alij *in Affrica & Ægypto*, sub Seuero. ann. 204

Pontianus Papa, Anterus Papa, sub Maximino. ann. 237

Fabianus Papa, Cornelius Papa, Saturninus *Tolosæ* Episcopus, Methodius Tyrij Episcopus, Infiniti alij per totum orbem, sub Decio. 253

Stephanus Papa, Sixtus Papa, Laurentius Diacon. Cyprian. *Carthagin.* Episcopus, sub Valeriano. 259

Intra 30. dies 17000. Christianorum cæsa; nocte natalitiorum Christi. 2000. Thebæorum legio in *Gallia* Duce Mauritio, sub Diocletiano, & Maximiano. 286

S. Desiderius passus in *Gallia.* 483

4976. Episcopi, & Clerici in exilium Eremi allegati *in Affrica* à *Vandalis.* 483

S. Sigismundus Rex *Burgandiæ* martyr. 526

S. Placidus Monach. cum socijs à Pyratis *in Sicilia* martyr. 541

Armenij à *Persis* ob fidem afflicti. 572

S. Hermenigild. Rex *in Hispania*, iussu Patris Leouigildi Arriani Martyr. 591

S. Golanduch mulier, martyr insignis in *Perside.* ann. 593

S. Herculanus *Perasiæ* Episcopus, S. Laurianus Episcopus *Hispaniæ Massiliæ*, sub Totila Rege *Italiæ.* 542

Martin. I. Papa factione Monothelitarum, iussu Constantis Imperatoris, lingua manuque truncatus in Chersonam relegatus occubuit. 649

Maximus Abbas, ab eodem pro ead. causa. 649

Anastasius *Antiochen.* Patr. cum multis aliis Christianis, *Antiochiæ* à *Iudæis* occisus. 609

Anastasius, cum 70. socijs *in Perside.* 627

S. Ennemundus Archiep. *Lugdun.* Ebroini maioris domus artibus, occiditur. 627

Agilulphus *Lyrinensis* Abbas, per falsos fratres corsus. 664

S. Trudo *Hispariarum* Apostolus Martyr. 670

S Lambertus, ob notatum scortum. 698

S. Bonif. *Mogantin.* Archiep. ac *Germanorum* Apost. cum 53. socijs Martyr. 755

S. Federicus *Traiectens.* Episc. spurcitias insectans. ann. 838

S. VVencessaus Dux *Bohemiæ* à fratre Boleslao, pro Christo occisus. 938

Abbo, vel Albo *Floriacensis*, illustris martyr. ann. 990

S. Eugenia *Corduba* passa. 923

S. Pelagius, annos 13. natus martyr. 925

S. Bonifacius, passus *in Russia.* 997

S. Adalbertus *Pragens.* Episcop. *Prussiorum* Apostolus, ab ipsis *Prussis* occisus. 997

Innumeri Christiani, variis in locis à *Slauis, Hungaris, Danis, & Russis* pro fide occisi. 1000

Bruno *Russorum* Apostolus, cum sociis. 1008

VValfridus, à *Suecis.* 1008

Oddar, à *Slauis* cum 60. socijs. 1008

In Anglia ex Clericis & Monachis 9. occisi, decimus vitæ reseruatus. 1011

S. Elphegus, *Cantuariens.* Episc. 1011

S. Colomannus ex progenie Regum *Scotiæ* in *Austria* martyr. 1012

S. Olaus Rex *Noruegiæ* martyr. 1028

Arialdus Diaconus *Mediolanens.* martyr. 1066

Bonizo *Satriensis* Episcopus, postea *Placentinus*, à schismaticis occisus. 1089

Edessæ & Laodiceæ multi Christiani à *Turcis* passi. 1145

MATRIMONIVM.

Euaristus Papa, statuit matrimonium cum benedictione sacerdotali, publicè celebrari debere. ann. 112

Soter Papa, idem statuit. 175

Hormisdas, prohibuit nuptias occultas celebrari ann. 514

Item, ne aliquis ad matrimonium compelleretur. 514

Fabianus, furiosis matrimonium contrahere vetuit. 238

Item, statuit de affinitate impediente matrimonium. 238

Eutychianus, statuit, vt vir post baptismum posset dimittere, vel retinere vxorem quam duxerat ante baptismum. 275

Eusebius, statuit, desponsatam puellam non prohiberi Monasterium eligere. 309

Calixtus I. matrimonia inter consanguineos prohibuit. 221

Iulius I. vsque ad VII. gradum consanguinitatis, matrimonium prohibuit. 337

Gregor. magn. *Anglis* (vt nouellæ Ecclesiæ) concessit, ratum esse matrimonium contractum in 4. gradu affinitatis, & ne id in exemplū adduceretur, statuit cæteros fideles, antiqua statuta, de prohibitione 7. gradus, custodire debere. 595

Nicolaus I. *Sardos* censuris Ecclesiasticis, ab incestis, & illicitis nuptiis, quas frequentabant, cohibuit. 858

Stephanus X. consanguineorum nuptias interdixit. 1057

Paschalis II. cum Rege *Poloniæ* dispensauit in 4. gradu consanguinitatis. 1099

Item Alphonsum Regem *Castellæ*, ob incæstuosum coniugium in 3. gradu consanguinitatis excommunicauit, Regnoque priuauit. 1100

Conradi Imper. vnctio retardata est, propter incæstuosum eius coniugium, tandem à Ioan. 18. coronatur, dispensaturque cum eo pro dicto coniugio. 1027

Deusdedit vetuit, ne quis Commatrem suam duceret. 614

Item statuit, proprios filios de sacro fonte suscipientes, ab vxoribus separandos. 614

Ioannes VIII. decreuit virum, qui filium suum (necessitate vrgente) baptizasset, non separandum ab vxore. 872

Nicephorus *Phocas* Imper. Ecclesia pulsus est, quod secundas nuptias absque vlla peracta pœnitentia contra Canones iniisset, in Concilio postea, condonata ei pœna, in communionem recipitur. ann. 963

Memora

MEMORABILIA.

Sub Romani Constantini filij Imperio, Christi effigiem nullis factam manibus, sed diuinitus linteo impressam, *Agareni* (ea pacem sibi redimentes) *Constantinopolim* transmiserunt. 960

Subdiaconus, Victori II. sacrificanti, venenum propinans, à Dæmone arripitur, Papa autem calicem cum sanguine Dominico cuidam altari iussit includi, & pro reliquiis in perpetuum conseruari, subdiaconū autē oratione, à Dæmone liberauit. 1055

Henric. I. Imper. à S. Benedicto in somnis virga percussus est, eo quod ipso hospitante in quodam Monasterio, stabularij, equorum partem in fratrum Capitulo locassent, cuius ictus dolore, postea in Monasterio *Cassinensi* acrius vexatus, ab ipso S. Benedicto, ei noctu apparente sanatur. 1002

Bonifac j VIII. tempore, Lauretana domus, Angelorum ministerio, è *Palæstina* ad locum in quo nunc aspicitur delata est. 1294

Innoc. VIII. titulum Dominicæ Crucis inuenit, sacram illam cuspidem qua Christi domini latus apertum est, à Baiazethe *Turcarum* Rege dono accepit. 1484

MISSÆ INSTITVTIO.

Clemens I. missæ Romanæ formam instituit. 93

Sixtus I. vetuit corporalia, ex alio quam ex lineo panno purissimo fieri. 132

Eusebius, idem statuit. 309

Celestinus I. statuit, vt antè sacrificium, psalterium Dauid à cunctis caneretur Antiphonatim. 424

Item, missæ graduale. 424

Damasus I. statuit, vt confessio in principio diceretur 367

Item, Epistolas & Euangelia, vt nunc annuatim in Ecclesia leguntur, per S. Hieronymum disposuit. 367

Telesphorus, statuit, gloria in excelsis in Missa cani. 142

Symmachus, statuit, vt in singulis Dominicis, & Martyrum festiuitatibus gloria in excelsis in missa caneretur. 500

Gelasius I. author fuit 9. præfationum, quæ cantantur in missa. 492

Gregorius mag. statuit, vt in missa nouies Kyrie eleison repeteretur. 590

Item, vt extra id tempus quo continetur septuagesima & Pascha, alleluya caneretur. 590

Sixtus I. voluit hymnum sanctus, sanctus &c. in missa à populo decantari. 132

Alexander I mandauit, vt panis azimus non fermentatus consecraretur. 121

Item, vinum aqua misceri voluit in calice, semel tantum in die sacrificandum. 121

Marcus I. statuit, vt diebus solemnibus Symbolum Nicænum in missa, post Euangelium caneretur. 336

Damasus I Symbolum *Constantinopol.* in locum Nicæni, in missa cantari iussit. 367

Alexander I. addidit in Canone, qui pridie quam pateretur &c. 121

Leo I. addidit hæc verba, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. 440

Gregorius magnus, addidit in Canone, diesque nostros in tua pace disponas. 590

Leo II. statuit, vt in celebratione pax populo daretur. 683

Sergius I. statuit, vt tempore confractionis Dominici corporis, agnus Dei &c. à Clero, & populo cantaretur. 687

Gregor. II. adiecit in Canone, quorum solemnitas hodie, in conspectu diuinæ &c. 731

Soter, statuit, vt Sacerdos ieiunus, & duobus saltem præsentibus missas celebraret, quorum vnus sit Sacerdos, qui cœpta sacramenta expleat, si necessitas ingruerit. 175

Fabianus statuit Præsbyterum illiteratum, non debere missam celebrare. 238

Felix I. statuit, vt supra Martyrum memorias, id est sepulchra, missæ celebrarentur, hinc altaria, & aræ cum reliquiis Martyrum consecrantur. 272

Telesphorus, hoc sacrificium ab aurora vsque ad meridiem, semel tantum celebrari statuit, excepta Natiuitatis die, in qua media nocte, & ter celebrari permisit. 142

Felix IV. prohibuit missas alibi celebrari (sine magna necessitate) quam in Deo dicatis locis. ann. 526

Anacletus, iussit fideles omnes, peracta missæ consecratione, communicare, aut extra Ecclesiam eiici. 103

Deusdedit, secundam missam in Clero celebrandam, singulis diebus instituit. 614

Soter, statuit, vt omnes in die cœnæ Domini communicarent. 175

Sixtus I. vasa sacra, ab Ecclesiasticis ministris tantum tangi voluit. 132

Pius I. pœnam statuit in Sacerdotes, quorum incuria aliquid de sanguine Christi in terram, vel in linteum deflueret. 158

Gregor. II. statuit, vt quadragesimali tempore missarum solemnitas fieret in Ecclesiis 714

Gregorij III. decreto, quotidie è patriarchio per Oblationarium Diaconum, oblata certæ mensuræ panis & vini, in Basilicam S. Pauli portabantur ad missas celebrandas, ac sub anathemate prohibuit, ne posteri easdem, prætermitterent. 731

Leo IV. statuit, (secund. antiquorum consuetudinem) vt dum sacra missarum solemnia in Ecclesia celebrarentur, nullus ex laicis in Præsbyterio sedere, stare, aut ingredi præsumeret, nisi tantum sacra plebs, quæ in administratione sacri officij constituta est. 847

Vrbanus V. Carthusianis, altarium portatilium vsum concessit. 1362

Pontianus, statuit, vt Sacerdos ante celebrationem missæ, præmitteret Confiteor. 233

MONIALES.

Pius I. Virgines, ante 25. annum, sacrari prohibuit. 158

Leo I. statuit, vt Monacha non acciperet velaminis capitis benedictionem, nisi probata esset in Virginitate 40. annis. 440

Eutychianus, statuit sub anathemate, ne Abbatissa Virginem aut viduam velare præsumeret 275

Soter, statuit, ne Monachæ sacra vasa contingerent, aut incensum circa altare deferrent. 175

Bonifacius I. idem statuit. 419

Gelasius I. præcepit, vt à viris sacræ mulieres seiunctæ diuersis in locis habitarent. 492

Vrbanus IV. Regulam à B. Francisco, B Claræ traditam mitigauit. 1265

Eugenius IV. Moniales S. Claræ, ab ordinariorum iurisdictione exemit. 1438

Innocent. VII. Regulam Sororum de pœnitentia ord. S. Dominici approbauit. 1440

Leo X. Monasterium mulierum, ab impudicitia emergentium, & Religiosum institutum amplecti cupientium, in vrbe instituit. 1513

Maiorianus Imperator, edixit ne filiæ Virgines inuitæ cogerentur à parentibus sacrum velum accipere, sed 40. annorum spacio earum voluntas exploraretur, nec prius ad velum admitterentur. ann. 457

Iustiniani Imper. Monasterium exædificauit, magnisque prouentibus dotauit ad recipiendas alendasque prostitutas, quæ resipiscentes, Deo vellent, iugi pœnitentia, deseruire. 527

MONOTHELITÆ.

Cyrus *Alexandrin.* Episcopus, Sergius *Constantinop.* Episcopus asserebant in Christo vnam tantum fuisse voluntatem, & vnam operationem, ex quo sequebatur vnam tantum fuisse naturam. 633

Heraclius an. 30. Imperij, edictum promulgauit, (ad stabiliendum, cui fauebat Monothelitarum hæresim) quod *Echtosim* hoc est *expositionem* nominauit; cùm tamen per illud execrationi omnibus vbique se esse videret, nouo edicto declarauit, illam *Echtosim* suam non esse, sed Sergij. 640

Constans Constantini filius hæresis Monothelitarum eximius propagator, præficiendo Ecclesiis vacantibus Episcopos hæreticos, prouinciisque regendis præsides deputando eiusdem erroris assertores. 642

Monothelitarum impugnatores.

Honorius I. Papa, epistola ad Sergium Monothelitam (nondum tamen cognitum hæreticum) post orthodoxæ fidei doctrinam, de duabus Christi voluntatibus assertam, à nouis tamen (duarum & vnius) vocabulis (vt ipse dolosè petebat) ob pericula scandali, & maiorem contentionem vitandam, abstinendum prudenter consensit, vnde antiqui hæretici & nouatores, ipsi crimen hæreseos Monothelitarum impingere frustra conantur, primus enim Pontificum, Monothelitarum errorem damnauit, obtinuitque ab Heraclio, vt Pyrrhus hoc veneno imbutus, in *Affricam* relegaretur. 626

Eugenius I. acer fuit contra Monothelitas. 654

Constantin. *Pogonatus* Imp. Theodorum *Constantinop.* Episcopum Monothelitam Sede deiecit, ann. 668

Concilia.

Anglicanum, sub Agathone. 679

Bizacenum, sub Theodoro. 645

Carthaginense, sub eod. 645

Constantinopolit. sub Agathone. 680

Cyprium, sub Theodoro. 643

Lateranense, sub Martino. 649

Mauritanum, sub Theodoro. 645

Mediolanense, sub Agathone. 679

Numidianum, sub Theodoro. 645

Romanum, sub Ioanne IV. 640

Romanum, sub Theodoro. 648

Romanum, sub Agathone. 680

Scriptores.

Maximus Abbas *Constantinop.* 650

S. Sophronius *Ierosolymit.* Episcopus. 630

MONTANISTÆ, SEV *Cataphrygæ.*

Montanus *Phryx*, asseruit se esse Paracletum; negabat Christum verum hominem; matrimonium dissoluebat. 173

Tertullianus, fuit eius sectator, & postea *Tertullianistarum* hæresim fundauit. 173

Montanistarum impugnatores.

Concilium Iconiense, sub Stephano I. 258

Scriptores.

S. Apollinaris *Hierapolita.* Episcopus. 174

Apollonius. 205

Caius Origenis magister. 210

Calixtus Papa. 221

Meltiades. 170

Serapion *Antioch.* Patriarcha. 193

Zoticus *Ostiensis* Episc. 200

NESTORIANI.

Nestorius ex *Germanicia* oriundus, Pauli *Samosateni* Hæresiarchæ nepos, ex Monacho, & Presbytero *Antiocheno*, Episcopi *Constantinop.* docuit B. Virginem non esse matrem Dei, sed Christi tantum in Christo duas personas ponens vnam diuinam alteram humanam, Spiritum S. à filio procedere negabat, Corpus Christi esse in Sacramento, tantum in ipso vsu, dicebat. 430

Nestorianorum impugnatores.

Iustinus Imp. sanctionem aduers. eos & Seuerianos aliosque hæreticos promulgauit. 518

Concilia.

Alexandrinum, sub Celestino I. 430

Antiochenum, sub eod. 432

Armenum, sub Sixto III. 435

Ephesinum Gener. III. sub Celestino I. 431

Francofordiense, sub Adriano I. 794

Ratisponense, sub eodem. 792

Romanum, sub Celestino I. 430

Scriptores.

Angelicus *Insulanus* Capucinus. 1635

Beatus Presbyter. 783

Capreolus *Carthaginens.* Episcopus. 426

Celestinus I. Papa. 425

S. Cyrillus *Alexandrin.* Episc. 430

Cyrus *Alexandrinus.* 460

Etherius *Vxamensis* in Hispan. Episc. 783

Gelasius I. Papa. 492

Gelasius *Cyzicenus.* 495

Gennadius *Massiliensis.* 490

Ioan. *Antioch.* Patriarcha. 441

Ioannes *Cassianus.* 440

Leontius *Bizantinus* Monachus. 540

Liberatus *Archidiacon.* Carthagin. 560

Nicetius *Treuirens.* Episcopus. 560

Paulinus *Aquileiensis* Episc. 780

Rheginus *Constantia Cypri* Episc. 431

Samuel *Edessenus* Presbyter. 452

Theodotus *Ancyra* Episc. 430

Vigilius *Trident.* Episcopus. 495

NOVA

NOVATIANI.

Nouatianus Presbyter *Roman.* Nouatus *Carthaginens.* docuerunt in Ecclesia non esse potestatem remittendi peccata, post baptismum commissa, neque baptizatos sacro chrismate confirmandos; secundas nuptias illicitas esse affirmabant. 254

Nouatianorum impugnatores.

Innocent. I. eos vibe primus expellere cœpit, multasque Ecclesias eis ademit. 402

Scriptores.

Pacianus *Barchinonensis* Episcopus.	360
Rhæticius *Augustodunens.* Episc.	330

OFFICIVM DIVINVM.

Damasus I. psalterium iuxta LXX. interpretationem, S. Hieronymi labore emendatum, vt in Ecclesia die noctuque, ab alternis, caneretur instituit, & vt in fine cuiusque psalmi, *Gloria Patri & Filio diceretur.* 367

Item, ab Ecclesia *Ierosolymit.* mutuatus *Alleluya*, toto anni tempore, excepta quadragesima, canendum decreuit. 367

Hormisda, composuit Clerum, & Psalmis eru diuit. 514

Pelagius I. (vt fertur) instituit horas canonicas 555

Pelagius II. statuit, vt septem preces horariæ non modo in Ecclesia canerentur, sed & quotidie à Presbyteris, qui absuissent, priuatim recitarentur. 577

Gregorius magnus, modum chori & psalmodias instituit, hic est Gregorianus, id est *planus cantus.* 590

Item, præposuit horis Canonicis, *Deus in adiutorium, &c.* 590

Item, scrips. antiphonarium pro vsu Eccl. & Breuiarum, quo nunc Eccl. Rom. vtitur, edidit. 590

Gregorius IV. confecit Commentarium de ordine antiphonarij, pro Ecclesia Gallicana. 827

Stephanus VI. in Basilica S. Petri statuit, vt nocturnis laudibus per singulas lectiones & Responsoria, incensum adoleretur. 885

Gregorius VII. diuinum Officiom lingoa *Slauonica* celebrari in *Bohemia* vetuit. 1073

Item, Alphonsum *Hispaniarum* Regem anathemate coëgit, exploso *Gottico*, *Romanum* ordinem in diuinis Officiis recipere. 1073

Vrbanus II. Officium B. Virginis in sabbatis instituit. 1088

Gregor. IX. statuit, vt in Ecclesia, caneretur *Salue Regina.* 1227

Pius V. Breuiarium *Roma.* & missale à Conc. *Trident.* restitnta, approbauit. 1566

Gregor. XIII. Kalendarium emendauit, anni cursu ad solis motum reducto, iuxta veterem *Nicæna* Synodi rationem, ex mense Octob. dieb. 10, à 4. vsque ad 14. dertactis. 1581

Clem. VIII. Pontificale *Rom.* missale, & Episcoporum Ceremoniale restitui præcipit. 1600

Vrbanus VIII. Breuiarom *Rom.* Hymnos præcipuè correxit. 1623

Carolus magnus, sermones Patrum, homilias Sanctorum & Martyrologia diligenter inquiri & conscribi iussit. 800

ORIGENISTÆ.

Origenes, ex Philosophia Platonis deceptus; multa docuit contra fidei veritatem, præsertim de inæqualitate diuinarum personarum, de origine animarum, de Resurrectione corporum, de saluatione dæmonum. 255

Origenistarum impugnatores.

Concilia.

Alexandrin. sub Anastasio.	399
Constantinop. sob Vigilio.	553
Salaminæ, sub Innocent.	402

Scriptores.

Eustachius *Antioch.* Episcopus.	340
Ioan. *Ierosolym.* Episcopus.	390
Theophilus *Alexand.* Episcopus.	390

PELAGIANI.

Pelagius Brito, Cœlestius, docebant peccatum originale non esse in hominibus; sine Dei gratia posse impleri omnia mandata, cuncta enim tribuebant naturæ. 415

Pelagianorum impugnatores.

Innocent. I. decretum *Orientalium*, ac *Occidentalium* Ecl. [illegible] aduers. eos scripsit. 402

Ioan. IV. scrip. ad Episc. & Presbyteros *Scotos*, de hæresi Pelagiana cauenda. 640

Concilia.

Affricanum, sub Zozimo.	418
Arausicanum, sub Felice.	529
Carthaginen sub Innocent. I.	416
Diospolitanum, sub Innoceot. I.	415
Meleuitanum, sub eodem.	416

Scriptores.

B. Augustin: *Hipponens.* Episcopus.	400
Daniel *Aruonius.*	550
Dauid Meneuiensis.	540
Gelasius I. Papa.	492
Gennadius *Massiliensis* Episcopus.	490
S. Ildephonsus *Toletanus* Episcopus.	658
Thomas *Branduardinus.*	1273

PERSEQVVTIONES *Contra Christianos.*

Prima, Neronis Imperatoris.	66
Secunda, Domitiani Imperatoris.	93
Tertia, Traiani Imperatoris.	100
Fidelium Sodalitia edicto vetuit.	100

Adrianus Imper. in *Caluario*, Iouis simolachrum consecrauit, apud *Bethlehem* Adonis fanum ædificauit. 120

Barcozbas Iudæorum Dux, Christianos diris cruciatibus perimit. 135

Quarta, Aurelij Antonini. & Lucij veri.	164
Quinta, Seueri omnium sæuissima.	204
Christianorum conuentus prohibuit.	204
Sexta, Maximini contra solos Prælatos.	237

Septima, Decij quam Deus vltus pestilentia, per vniuersum Imperium *Romanum* in decem, vel quindecim annos immissa. 253

Volusianus Imperator.,eamdem denuò excitauit. ann. 256

Octaua, Valeriani à mago Ægyptio seducti. Statuit, vt qui Christianos proderet, eorum bonis potiretur. 259

Nona.Flauij Claudij,qui Christianos promiscuè, indicta causa,occidi iussit. 270

Aurelianus, persequutionem propagauit, licet à subscribendo in Christianos edicto, diuina vltione, brachij debilitate territus fuisset. 271

Decima, eaque atrocissima Diocletiani & Maximiani, qui statuerunt, ne cuiquam liceret quidquam emere aut vendere,nisi prius thure,idolis vbique expositis,oblato. 286

Item Christianorum scripturas comburi iusserunt:die passionis Dominicæ,vel ipsis Paschalibus, ex composito,omnes Ecclesiæ destructæ sunt. 286

Vndecima, Galerij & Maximini. 304

Galerius Christianos infames edicto declarauit. ann. 304

Sapores *Persarum* Rex impulsoribus Magis, & Iudæis,Christianos persequitur 340

Duodecima,Constantij Arriani. 353

Tertia decima, Iuliani Apostatæ. 362

Redditus Ecclesiis concessos eripuit, cauitque, ne quis Christianus grammatica pueros doceret, aliasque liberales artes, ac disciplinas traderet. 362

Item, labarum exercitus motauit, milites cùm donatiuum acciperent, thus antea iussit adolere, cibaria ita demum venalia exponi, si antea Idolis fuissent oblata. 362

Quarta decima, Valentis Arriani, maximè in Præsules & Monachos. 370

Persæ Ecclesiæ infesti sub Isdegerde,Vararne eius filio, & Chosroë Regibus. 400

Pesequutio in *Affrica* Genserici Arriani, *Vandalorum* Regis, præcipuè contra Episcopos. 437

Attila *Hunnorum* Rex,Christianas pleraſque Prouincias flagellabat. 450

Persequutio *Vandalica* denuò excitata in *Affrica* ab Hunnerico Rege Arriano. 483

Dunaam ex Christiano factus *Hebreus* Rex *Homeritarum*, seu in Regione *Saba*, persequitur Christianos *Homeritas*. 522

Iustinian. Imper. hæresis incorruptibilium causa, persequutionem in Catholicos mouit. 527

Totilas Rex *Italiæ*, crudelitatem in Episcopos Catholicos exercuit. 542

Alboinus Rex *Longobardorum*, Christianos in *Italia* & *Sicilia* interimit. 568

Cosdroas Rex *Persarum*,persequitur Christianos. ann. 603

Sarraceni Christianos persequuntur in *Syria*, in *Palæstina*, & alibi in *Oriente*. 638

Sarraceni, rursus Ecclesiæ infesti. 718

Leo *Isaurus* Imper. Iconomachus,Catholicos affligit, Bibliothecarios omnes vnà cum Bibliotheca tricena, & tria voluminum millia complectente incendit, Legatos à Greg. II. missos,vt eum ab errore reuocarent, in exilio mori coegit, sicut & S.Germanum Patriarcham *Constantinopolitanum*, Orthodoxorum antesignanum, alapis cæsum, & depositum. 717.740

Constantinus *Copronymus*, omnes Catholicos ita crudeliter afflixit,vt plures fecerit Martyres,quam vllus vmquam Imperatorum Gentilium. 741

Habdalla *Sarracenorum* Princeps, furit in Christianos. 770

Leo IV. *Porphyrogenitus*, vbi habenas Imperij securè possidere cœpit, rursum Orthodoxos persequi aggressus est, vxorem Irenem, quod in eius puluinari duas Imagines reperisset, repulit. 775

Sarraceni in *Hispan.* & in *Oriente* vexant Ecclesiam annis. 812. 821. 850. 851. 852. 857

Erricus Rex *Danorum*, Ecclesiam diu vexat. 812

Bulgari,*Orientalem*, Ecclesiam valdè affligunt. 813

Northmanni siue Dani, in templa,& Christianos sæuiunt, per *Saxoniam*, *Lotharingiam*, & *Franciam*. ann. 877

Leo *Armenus* Imper. Episcopis Orthodoxis recusantibus cum Iconoclastis conferre,prohibuit docere, vel de fide prorsus loqui, quos postea, cum Nicephoro Patriarcha, in exilium expulit. 813

Theophilus Imper. quæstoribus præcepit,vt cùm capitationis tributum exigerent, petitet de cuiusque fide inquirerent, & quem Orthodoxum inuenissent, statim in carcerem conijcerent. 829

Danorum Ecclesia, à crudelissimo ipsorum Rege Gorm patitur. 917

Habdarragma Rex *Sarracenorum* in *Hispania* sæuit in Christianos. 923

Bohemi sæuiunt in Christianos. 938

Henricus IV. Imperator, Ecclesiam variè vexat. ann. 1057

PONTIFICIS ROMANI *Electio.*

Hilarius, statuit, ne deinceps Pontifices successorem deligerent, quod ad omnes etiam gradus Ecclesiasticos extendit. 461

Bonifac. II. ad euitandum futuri schismatis periculum, Vigilium Diac. successorem sibi designauit, quam electionem posteà irritauit, cognoscens sacris canonibus aduersari. 530

Item, statuit, vt in demortui locum, alter Pontifex (si fieri posset) tertia die sufficeretur, ne dilatio seditionem faceret. 530

Symmachus, sanciuit,ne laici,etiam Regia dignitate fulgentes,in *Romani* Pontificis electione se immiscerent. 500

Vigilius, quantumuis malis artibus, (nimirum 200. aureis Theodoræ Augustæ traditis) Pontificatum adeptus, defuncto tamen Silnerio, postquam se in ordinem.redegisset, à Clero (schismatis vitandi causa) electus, mox vt legitimus Pontifex esse cœpit, à Deo mutatus, constantissimè restitit Theodoræ Augustæ, & pro fide Catholica fortissimè dimicauit. 540

Bonifac. III. statuit, vt nullus (Pontifice viuente, aut quouis Episcopo cuiusuis ciuitatis) præsumat loqui de successore, aut partes sibi facere. 606

Deusdedit, ex Subdiacono (nouo exemplo) ob egregiam sanctitatem, Pontifex creatur. 614

Eugenius I. post S. Martinum in Chersonam relegatum (ad instantiam Theodoti Calliopæ Exarchi) à Clero Rom. eligitur in vicarium tantum, quoad Martinus viueret, quo mortuo, accedente denuò semel antea lato Cleri consensu tanquam legitimus Pontifex sedere cœpit. 654

Constantin. *Pogonatus* Imper. Benedicto II. concessit, vt deinceps electus in summum Pontificem, nulla expectata Imperatoris confirmatione, ordinaretur. 668

Ioan. V. primus inexpectata *Constantinopolitani* Imperatoris authoritate, in Pontificem Romanum consecratur. 685

Anterus, statuit, nullum posse fieri Romanum Antistitem ni prius Episcopus fuerit. 238

Fabianus, electus signo columbæ super ipsum apparentis. 238

Conon, cùm schisma inter Theodorum & Petrum conflatum esset, vniuersi Cleri consensu, quantumuis teluctarentur militares copiæ, eligitur. 686

Stephanus IV. prohibuit, ne vllus vnquam laicorum, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens, Diaconus aut Presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacrum Pontificatus honorem possit promoueri. 768

Synodus Romæ habita 153. Episcoporum & Abbatum, in qua Adrianus Carolo magno Regi dedit ius eligendi summum Pontificem, & vt Archiepiscopi & Episcopi per singulas Prouincias ab eo inuestituras acciperent, impostura est à Sigeberto adumbrata, in gratiam Henrici Imperatoris schismatici, cuius & partes totis viribus fouit. 772

Decretum, quod Stephani V. nomine circumfertur, ne consecratio electi Pontificis fieret, nisi præsentibus Legatis Imperialibus, aut omnino sancitū non fuit, aut ab ipso Ludonico pio non est acceptatum, cùm statim bis contraria ab ipso constituta noscantur. 816

Ludouic. pius Clero & populo Rom. liberam electionem & coronationem sum. Pontif. reliquit, petens tantum ab electo, vt post consecrationem, legationem ad Imperatorem mitteret, qua eum de sua promotione certiorem faceret. 816

Leo IV. ius confirmandi electos Pontifices, Imperatoribus à populo promissum, vel ab ipsis Augustis pessimè vsurpatum, magno animi robore iterum reddidit, ipsisque Augustis consentientibus, planè sustulit. 847

Adrianus II. electus fuit, Legatis Imperialibus absentibus ea intentione, ne consuetudo expectandi Legatos, electioni Apostolicæ præiudicium pareret, quod postea Ludouicus Imperator approbauit. 868

Adrianus III. decreuit, ne in Pontifice eligendo Imperatoris authoritas expectaretur, idque ideo vt Cleri & populi essent libera suffragia, quod institutum à Nicolao I. renouatum potius, quā inchoatum fuerat. 884

Otto I. Imperator, ob vim præcedentium Tyrannorum, & ad Pontificum irrationabiles erga populum sibi subiectum asperitates retundendas, decreuit, vt omnis populus & vniuersa populi Romani nobilitas sacramento se obligarent quatenus futura Pontificum electio Canonicè fieret, & qui electus esset, non antè consecraretur, quam talem in præsentia Legatorum Imperatoris vel Regis eius filij, totiusque populi promissionem faceret, pro omnium satisfactione, atque futura conseruatione, qualem Leo Papa spontè fecisse dignosceretur. ann. 961

Valentinus, electus Pontifex cùm esset tantum Diaconus. 827

Benedictus VII. quum, auxilio Albericorum (ex quorum genere ortus erat) expulisset ab vrbe Bonifac. Sedis Apost. inuasorem, omnium suffragiis creatus est Pontifex. 975

Siluester II. ante Pontificatum Gerbertus dicebatur, eratque Præceptor Roberti Regis Francorum. ann. 999

Gregor. VI. cùm, data pecunia, intrusis Pontificibus (iniustam vexationem redimens) pacem & vnionem Ecclesiæ compara isset, à Romanis tanquam Ecclesiæ Dei liberator, vnanimi consensu electus est. ann. 1044

Leo IX. ab Imperatore delectus, Romam proficiscitur Pontificali purpura indutus, vt coram cœtu Cardinalium se eligendum sisteret, sed in via monitus ab Hildebrando Priori Cluniacensi, purpuram deposuit, peregrinque habitum sumpsit, Romæ postea consilio eiusd. Hildebrandi, omnium suffragiis eligitur, sicque Ecclesiæ ius de eligendo Pontifice (exploso Imperatore) restituit. 1049

Victor II. per Hildebrandum, ab Imperatore postulatus, Romam adducitur, & consensu vniuersi Cleri eligitur, & consecratur. 1055

Nicolaus II. fuit primus electus à solis Cardinalibus. 1058

Constitutionem edidit, de electione Romani Pontif. eam pertinere potissimum ad sanctæ Rom. Eccl. Cardinales, indè vero ad cæteros quos sine iura, siue consuetudo hactenus admisissent, confirmationem autem ad Imperatorem, ex decessorum concessione. 1658

Eodem die quo Gregor. VII. obiit Alexander electus est, Henricus vero Rex Germaniæ electionem confirmauit, eiusque consecrationi, per legatum, interfuit. 1076

Victor III. licet inuitus, omnium suffragiis eligitur. 1086

Calixtus III. electus in Cluniacensi cœnobio (in quo Gelasius decessor obierat) noluit prius Pontificatum suscipere, quam intelligeret se à Cardinalibus qui Romæ remanserant, confirmatum. 1119

Honorius II. cum tumultu à Roberto Frangipanis suisque asseclis acclamatus, omnibus tandem ad concordiam reductis, perstitit Pontifex, sed quæ minus Canonicè in sua electione peracta fuerant purgauit, cùm, post septimam diē, in præsentia omnium Cardinalium sponte mitra, & manto depositis Pontificatui renunciauit, sed Cardinales eius perspecta humilitate, eum denuò aduocantes, & vt legitimum Pont. adorantes, consuetam ei obedientiam exhibuerunt. 1124

Innocentius II. statuit, populum electioni Pontificis non suffragari. 1130

Celestinus II. primus, siue vllis populi suffragiis, eligitur. 1143

Celestinus III. ægrotans, coram Cardinalibus voluit Pontificatu se abdicare, si illi Ioannem de S. Paulo Cardinalem, successorem recipere voluissent, sed hoc Cardinalibus non placuit. 1198

Celestinus IV. ante coronationem decessit. 1227

Innoc. IV. cùm Cardinales è carceribus Federici 2. (per intercessionem Imperatoris Constantinopolit. & Regis Galliæ) liberati essent, eligitur communi omnium Cardinalium consensu. 1243

Gregorius X. cùm eo tempore in Asia cum exercitu Christianorum contra infideles pugnaret, absens eligitur, seu potius à S. Bonauentura nominatur, (ex enim Cardinalibus quibus alij (ad dissensiones sedandas) nominationem summi Pont. vnanimiter commiserant, id persuasit. 1271

Ipse autem, statuit, vt mortuo Pontifice, in vno loco (quod postea conclaue dictum est) sub firma custodia recluderentur Cardinales, clausique non prius quàm Pontificem elegissent, exirent, euitanda pericula, quæ ex diuturniori electionis dilatione, oriri possent. 1271

Adrianus V. mortuus antequam consecraretur, reuocauit, tamen constitutionem Gregorij 10. de Conc 1276

Celestinus V. renouauit dictam constitutionem de Conclaui. 1294

Bonifacius VIII. dictam constitutionem approbauit. 1294

Innocentius VII. eligitur sub ea condicione, vt pro necessitate componendi schismatis quouis

tempore resignaret. ann. 1404

Gregor. XII. sub ead. conditione quadecessor electus, cùm vnionem remissius, quàm par erat, promoueret, à Cardinalibus in Conc. *Pisano* deponitur. 1406

Alexander V. Gregorio Pontifici, & Benedicto Antipapæ renunciantibus aut depositis, omnium Cardinalium vtriusque obedientiæ suffragijs subrogatur. 1409

Martinus III. in Conc. *Constantiensi*, Ioan. 23. deposito eligitur. 1418

Iulius II. quadam constitutione declarauit, electionem Papæ simoniacè factâ esse nullam, & quod contra electum opponi posset de simonia, sicut de vera hæresi, quod omnibus liceat ab eius obedientia discedere, Cardinalesq; se impedire possint, ne ille se ingerat Ecclesiæ Regimini. 1503

Primus omnium contra maiorum consuetudinem, barbam prolisam aluit. 1503

Iulius III. primus eorum, qui per adorationem electi sunt, non expectato (vt vocant) scrutinio, sed voce tenus omnium consensu in locum defuncti subrogatus. 1550

Paulus IV. contra tractantes (Pontificè viuente) de successore deligendo, varias censuras tulit. 1555

Pius IV. multa præscripsit seruanda, in dicta electione. 1562

Vrbanus VII. mortuus antequam coronaretur. ano. 1590

Gregor. XIV. damnauit sponsiones, seu excommissas, super vita & morte, ac futura electione *Romani* Pont. ac promotionibus Cardinalium. 1591

Gregorius XV. nouam edidit constitutionem de forma electionis summi Pontif. per secreta suffragia. 1621

Vrbanus VIII. hanc constitutionem peculiari edicto confirmauit. 1623

Pontificum Romanorum
Electio violenta.

Vigilius, malis artibus Pontificatum adeptus, defuncto tamen Silverio, postquam se in ordinem redegisset, à Clero, schismatis vitandi causa eligitur. 540

Stephan. VII. authoritate Adelberti marchionis *Tusciæ* cognomento *Diuitis*, Sedem Pontificiam (expulso Bonifacio Antipapa) vsurpauit, qui tamen, licet intrusus, in serie Pontificum communi sententia numeratur, illum enim (quamquam homo scelestissimus esset, & ad periculum schismatis auertendum) vniuersus Clerus approbauit. ann. 897

Felix II. primò Sedis (Arrianorum opera) iniustus inuasor, à lapsu tamen Liberij, legitimus Pontifex habitus, à communione Arrianorum recessit. ann. 358

Romanus, *Romanorum* factione, aduersus Adelbertum *Tusciæ* marchionem creatur. 900

Christophorus, pulso leone, sedem inuasit, quam malè quæsitam peius amisit, mense septimo eiectus in Monasterium. 907

Sergius III. pulso Christiphoro, factione Adelberti marchionis *Tusciæ*, & *Francorum* auxilio, sedem inuasit. 907

Ioan. X. antea Archiepiscopus *Rauennæ* (opera Theodoræ meretricis impudentissimæ, *Romanæ* vrbi imperitantis) intrusus, aliquando tamen pœnitentiam egit, & in Sede à Clero confirmatus est. ann. 912

Ioan. XI. patre Sergio 3. ex scorto Marozia Theodoræ filia prognatus, matris potentia, in Sedem intrusus. 931

Stephan. IX. opera Ottonis Regis, posthabito Cardinalium suffragio, eligitur. 939

Ioan. XII. Alberici, qui olim vrbi dominabatur, filius (iam anteà post mortem Patris ex Clerico, factus vrbis Princeps) 18. annos ad summum natus, Apostolicam Sedem inuasit, & à Clero (metu schismatis) recipitur. 955

Ioan. XVIII. filius Comitis *Tusculani*, potentia Principum, & largitione pecuniæ Sedem inuasit, posteà tamen, pœnitentia ductus, seipsum abdicauit, & legitimè deinde à Clero eligitur. 1024

Benedictus IX. annum ætatis 10. vel ad summum 18. agens, Tyrannide parentis Alberici Comitis *Tusculani*, in Sedem Apostolicam intrusus, ab vniuerso tamen orbe Catholico, pro *Romano* Pontifice agnoscitur. 1033

Damasus II. ab Imperatore præsentatus, & *Romam* missus, omnium suffragiis est electus. 1048

Pontifices Romani inter se propinqui.

Felix III. Gregorij magni atauus. 483

Siluerius *Campanus*, filius legitimus Hormisdæ. ann. 536

Paulus I. frater German. decessoris Stephani 3. 757

Adrian. II. ex proximitatis Genealogia Stephan. 4. & Sergij II. descendebat. 868

Ioan. XI. patre Sergio 3. ex scorto Marozia Theodoræ filia prognatus. 931

Ioan. XVIII. filius Comitis *Tusculani*, frater decessoris Benedicti VIII. 1024

Benedicti IX. nepos decessorum Ioannis XVIII. & Benedicti VIII. 1033

Alexander IV. Innocent. III. & Gregorij IX. propinquus. 1254

Adrianus V. Innocentij IV. nepos. 1276

Benedictus XI. consobrinus Ioan. XXII. 1334

Gregorius XI. nepos Clementis VI. 1370

Eugenius IV. Gregor. XII. nepos. 1431

Paulus II. nepos Eugenij IV. 1464

Pius III. nepos Pij II. 1503

Iulius II. nepos Sixti IV. 1503

Clemens VII. Leonis X. Patruelis. 1523

Leo XI. nepos Clementis VII. 1605

Pontifices Romani ex Religionibus assumpti.

Telesphorus Anachoreta. 142

Dionysius Monachus Græcus. 261

Gelasius *Affer*, discipulus S. Augustini. 492

Gregorius magnus Benedictinus. 590

Adeodatus Monachus. 669

Agatho *Siculus*, Monachus. 678

Benedictus I. Monachus. 575

Pelagius II. Monachus. 579

Bonifacius IV. Benedictinus. 607

Benedictus II. 683

Gregorius II. Benedictinus. 715

Gregorius III. Benedictinus. 731

Stephanus IV. *Siculus* Monachus. 768

Paschalis I. Abbas Monasterij S. Stephani in vrbe ann. 817

Gregorius IV. 828

Leo IV. Romanus. 847

Ioannes IX. Monachus. *Tiburtinus*. 901

Leo VII. Monachus *Ardeatinus*. 907

Siluester II. Monachus *Floriacensis*. 999

Sergius

Sergius IV. Benedictinus. 1029
Leo IX. Monachus *Tullensis.* 104
Stephanus X. *Cassinensis* Abbas. 1057
Gregorius VII. Prior *Cluniacensis.* 1073
Victor III. *Cassinensis* Abbas. 1086
Vrbanus II. *Cluniacensis.* 1088
Paschalis II. Abbas *SS. Laurentij & Stephani extra muros.* 1099
Gelasius II. Monachus *Cassinensis.* 1118
Calixtus II. *Burgundus*, Benedictinus. 1119
Innocentius II. Benedictinus. 1130
Lucius II. Canonicus Regularis. 1144
Eugenius III. discipulus S. Bernardi. 1145
Anastasius IV. Abbas. 1153
Adrianus IV. Abbas *S. Rufi.* 1154
Gregorius VIII. Benedictinus. 1187
Honorius III. Canonicus Regularis *Lateranensis.* ann. 1216
Clemens IV. Benedictinus, 1266
Innocentius V. Ordinis Prædicatorum. 1276
Nicolaus IV. Ordinis Minorum. 1288
Celestinus V. Benedictinus. 1294
Benedictus X. Ordinis Prædicatorum. 1303
Benedictus XI. ordinis *Cistertiensis.* 1334
Clemens VI. Benedictinus. 1342
Vrbanus V. Abbas *S. Victoris Massiliensis.* 1362
Alexander V. Ordinis Minorum. 1409
Eugenius IV. Canonicus sæcularis *S. Georgij in Alga.* 1431
Sixtus IV. Ordinis Minorum. 1471
Paulus IV. Institutor Theatinorum. 1555
Pius V. Ordinis Prædicatorum. 1566
Sixtus V. Ordinis Minorum. 1585

Pontificum Romanorum modestia.

Siluester I. Diadema Imperiale (à Constantino concessum) aspernatus, Phrygia mitra & candida contentus fuit. 314

Damasus I. primus qui hac inscriptione vsus est, *seruus seruorum Dei.* 367

Sixtus III. de crimine falso accusatus, in Conc. 57. Episcoporum se purgauit. 432

Symmachus de obiectis criminibus (inti suo cedens seque iudicio minorum Iudicandum permittens) in variis Synodis absolutus, accusatoribus suis pepercit. 500

Pelagius I. accusatus quod malorum Vigilij causa fuisset, vidente Clero & populo, crucem tangens, & Euangelium iureiurando suscipiens, se à crimine purgauit. 555

Leo III. *Romæ* coram multis Episcopis, & Imperatore Carolo magno, se iureiurando super Euangelia, ab obiectis criminibus purgauit. 795

Paulus I. erat mitis atque valde misericors, nulli vnquam malum pro malo reddens. 757

Sergius IV. antea Petrus nuncupatus, ob reuerentiam Apostolici culminis, nomen in Sergium mutauit. 1009

Leo IX. antea Episcopus *Tullensis* adeo fuit suæ Ecclesiæ amator, vt licet Rom. *Pontif.* esset, voluerit tamen, dum vixit, dici etiam *Tullensis* Episcopus. 1049

Victor III. licet inuitus, omnium suffragiis est electus. 1086

Adrianus IV. ne obolum quidem in suos propinquos erogauit, ad eo vt ipsam matrem eleemosynis *Cantuariens.* Ecclesiæ alendam reliquerit. 1154

Clem. IV. filiarũ duarum (quas ex legitimo matrimonio ante Pontificatum susceperat) alteri in monasterio locatæ 30. tantum libras, alteri 300. dotis nomine dedit. 1265

Item, Clerico nepoti tres præbendas habenti duas abstulit. Dicens se Deo non carni & sanguini velle acquiescere. 1265

Martinus II. ab omni suorum cupiditate fuit alienus. 1281

Nicolaus IV. probos & eruditos, in cognatorum loco tantum habuit. 1288

Celestinus V. in Pontificatu super nullum equum, sed tantum super asellum (exemplo Domini *Ierosolymam* venientis) ascendit, idemque Cardinalibus præcepit. 1294

Benedictus II. multam vim auri & argenti, non cognatis suis & affinibus, sed Ecclesiæ reliquit 1334

Gregor. XI. suasu S. Catharinæ *Senens.* & cuiusdam Alphonsi Eremitæ, sedem Pontificiam, *Auenione Roman.* retulit, an. 70. elapso, à translatione Curiæ *Romanæ* in *Gallias.* 1370

Ioan. XXII. aliquorum Patrum orthodoxorum authoritate fretus, erroneam aliquando sententiam de animabus certo loco antè diem iudicij detentis, sustinuit, sed cùm eam decreto *Parisiensis* facultatis improbatam intelligeret, eam quæstionem Pontificia authoritate definire statuerat, quod tamen morte præuentus perficere nequiuit. 1316

Alexander V. per iocum dicere solebat; se diuitem Episcopum fuisse, Cardinalem pauperem, Pontificem vero mendicum esse. 1409

Innoc. VII. ad componendum schisma, voluit (vt promiserat) Pontificatui renunciare, propterea Conc. Gener. Romæ indixit, sed Romanorum seditione per *Gibellinos* exorta, nemo vocatorum Episcoporum ad vrbem tuto accedere potuit. 1404

Nicolaus V. inuitus Pontificatum assumpsit. 1447

Calixtus III. facilem cuiuis ad se aditum præbebat. 1455

Pius II. ante Pontificatum, Æneas *Siluius* dictus, nec dum sacris ordinibus initiatus interfuit Conc. *Basileensi*, eique per errorem non tantum tenacissimè adhæsit, verum etiam scriptis eiusdem Conc. authoritatem approbauit, felicemque Antipap. tanquam verum Christi vicarium veneratus est, post aliquot annos, cognita veritate *Romam* venit *Basileense* dogma de authoritate Concilij supra Papam reiecit, & Pontifex renunciatus, Bullam condidit retractationum omnium per eum, pro Concilio Basileensi, & contra Eugenium scriptorum. 1458

Alexander VI. die martis cuiusque Hebdomadæ, omnibus adire & colloqui volentibus, seipsum exhibuit. 1492

Adrianus VI. cum Cardinalis, 70. aureorum beneficium nepoti suo contulisset Pontifex autem, cum aliud maioris annui census à multis eidem peteretur, nequaquam exorari potuit, dicens se nolle ædificare *Sion* in sanguinibus. 1522

Item, sepulchrum suum, hoc elogio exornari voluit, *hic situs est Adrianus VI. qui nihil sibi infelicius in vita, quam quod imperaret duxit.* 1522

Paulus IV. auditis suorum cognatorum enormibus sceleribus, in eos grauissimè animaduertit, illosque ex vrbe eiiciens, omnibus gradibus spolians, quibus expulsis dixit sibi videri Pontificatum hoc anno exordiri. 1555

Marcellus II. prohibuit consanguineis, ne Romã venirent, duos ex fratre nepotes quos ibidem educabat, à nemine voluit adiri, rarò in publicum prodire nec sericis vestibus vti permisit. 1555

Pius V. non siuit consanguineos, bonis Ecclesiæ, ditari. 1566

Item,

Item, numerum domesticæ familiæ valdè imminuit, vt plus in rem Ecclesiæ posset insumere. 1566

Gregorius XIII. singulis septimanis, diem vnum omnibus, qui se alloqui vellent, audiendis statuit. ann. 1572

Vrbanus VII. statuit cognatis suis, ne ad maiores titulos aspirarent, quam habuerant anteà, significans se eos ita tractare decreuisse, vt successoribus exemplum relinqueret, quantum affectibus esset indulgendum, & quo animo in consanguineos esse debeant. 1591

Item, prohibuit ministris, etiam iis quos maximè diligebat, ne sericeas vestes sumerent, quod facere solebant, qui Pontifici seruiebant in Pontificatus initio. 1591

Leo XI. nemini se adeundi potestatem negabat ann. 1605

Item, ægrotans suasionibus plurimorum adduci non potuit, vt pronepotem Cardinalem crearet, confessarium suum ista ingerentem expulit, & ad se amplius accedere vetuit, nolebat enim eam notam sibi inuri, vt migrans è vita suorum magis, quam Dei Ecclesiæ memor, de solo pronepote ornando cogitasse dici posset. 1605

Pontificum Romanorum prudentia.

Vitalianus Constanti Imper. *Romam* venienti (tāquam Catholicæ veritatis fidelissimo assertori) cum Sacerdotū agmine, populoq; Romano ad quintū ab vrbe lapidem obuiam processit (per dissimulationem omnium sceleslissimi hominis delictorum) quo prudenti consilio factum est, vt constans, vsque ad obitum, Catholicus videri voluerit. 655

Zacharias *Italiam* bellorum agitatione vexatam, totam penè pacauit. 741

Pontificum Romanorum pietas & Zelus.

Calixtus ædificauit Ecclesiam S. Mariæ *Transtyberim* & cœmeterium *Calixti* dictum. 221

Cornelius, pauperes viduasque supra mille quingentas aluit. 254

Marcellinus, cum per metum thura diis obtulisset, per publicam in Concilio *Sinuessano* pœnitentiam, sponte se martyrio obtulit. 300

Liberius, post biennij exilium, coactus Athanasij damnationi subscripsit, & Arrianorum communione pollutus est, hæresim tamen non est professus, & & post mortem Felicis rebus præclare gestis hanc maculam satis superque diluit, & verus Pontifex habitus est. 352

Hormisda, scripsit 80. Epistolas pro pace Ecclesiæ *Orientalis*, & pro delenda memoria Acacij *Constantinop.* quod tandem à Iustino Imperatore obtinuit. 514

Ioan. I. à Theodorico Rege Arriano (quod in *Oriente* Arrianorum Ecclesias in Catholicas consecrasset) in carcerem apud *Rauennam* detrusus, ibi mortuus est. 523

Ioannes II. cœcum illuminauit. 531

Agapetus animo concipiens, publicas *Romæ* sacrarum litterarum scholas collatis expensis, erigere, bellicis tumultibus ab incœpto reuocatus est. ann. 535

Siluerius, nolens reuocare Anthimum *Constantinop.* Episcopum à decessore depositum, iussu Theodoræ Imperatricis, à Bellisario in exilium (Monachi veste indutus) *Pataram Lyciæ* ciuitatem, posteà in Palmariam insulam relegatus est. 536

Benedictus I. in quad. Epist. probat ex sacris litteris, Trinitatem vnitatem esse. 573

Bonifacius IV. factus Pontifex, statim domum suam in Monasterium erexit, & paterna prædia ei addixit. 607

Honorius doctrina moribusque fuit sanctissimus, æreas tegulas *Romuleæ* ædis in D. Petri transtulit. 626

Seuerinus, in Ecclesia D. Petri pulcherrimum musæum condidit. 639

Ioannes IV. ex reliquis thesauris quos Isacius (Episcopium *Lateranens.* spolians) reliquerat, misit per omnem *Dalmatiam*, seu *Istriam*, ad redimendos captiuos, quos Gentiles *Slaui* deprædati essent. ann. 640

Vitaliani totum studium fuit in Dei & Religionis cultu. 655

Adeodatus, leprosum osculando sanauit. 669

Ioan. VI. multo ære Christianos plurimos è *Campania* ab Hisulpho *Beneuentanorum* Duce abductos, redemit. 701

Constantini consensu, clerus omnisque populus *Romanus* imaginem continentem, 6. sanctas, ac vniuersales Synodos (quas nefandus Imperator Philippicus *Constantinopoli* abradi præceperat) *Romæ* erexit. 708

Zacharias, Bibliothecam D. Petri restituit. 741

Item, Christianos à Venetis in mancipia emptos vt in Affricam abducerentur, quos potuit (redito illis pretio) redemptos liberos fecit. 742

Stephanus II. vir singularis Religionis & prudentiæ. 752

Stephanus III. oppressus ab Aistulpho *Longobardorum* Rege pacis formulam Aistulphi chirographo exaratam, de vexillo crucis pendentem, publica supplicatione prætulit, cunctis Deum contra eius perfidiam inuocantibus. 752

Adrian. I. voluit, vt quotidie in atrio Lateran. 100. pauperes alerentur. 772

Leo III. Doctorum amator, eos vndequaque præmiis alliciebat, grauissimis afflictionibus vexatus, septies vel nouies missarum solemnia celebrabat. ann. 795

Item, cùm nepotes Adriani, ei in sacra functione constituto, oculos eruissent, & linguam præcidissent, visum & loquelam miraculosè recuperauit. 795

Valentinus inuitissimus acclamatus est Pontifex, cùm nondum esset Presbyter, sed tantum Diaconus. ann 827

Gregorius IV. *Ostiam* ciuitatem refecit, ac *Gregoriopolim* appellauit, ac vt Basilicam S. Petri extra vrbem positam tutam redderet, iecit fundamentum vrbis, quæ posteà *Leonina* dicta est. 827

Leo IV. Dei monitu nouæ ciuitatis mœnibus Basilicam S. Petri inclusit, eamque ciuitatem aqua benedicta, multisque orationibus sanctificatam solemni ritu Deo dicauit, & à suo nomine *Leoninam* appellari permisit. 847

Marinus magnam partem S. Crucis ad Alfredum *Angliæ* Regem misit. 883

Stephanus VIII. pacis, mansuetudinis, Religionis studiosissimus. 929

Marinus II. omissis bellicis tumultibus totum se tradidit ad componendam Ecclesiam, tam in Cleri, quam in Monachorum reformatione. 943

Agapetus II. non malus Papa, sed malo tempore, pacis fuit studiosissimus. 946

Benedict. V. ab Ottone Imp. *Hamburgum*, relegatus ibi sancto fine quieuit. 964

Siluester II. primus qui sacræ militiæ, contra *Saracenos* classicum cecinit, quoniam Philosophiæ & Geometriæ peritus erat, indoctum vulgus existimauit Necromanticum fuisse, cùm tamen vir magnus, doctus & pius esset, vt ex inscriptione sepulchri eius in Eccl. *Lateran.* conspici potest. 999

Ioan. XVII. authore, *Constantinop.* Eccl. cùm *Romana* communione iuncta fuit. 1003

Sergius IV vir sanctissimæ vitæ, ipsius hortatu, Principes *Siciliæ Saracenos* expulerunt. 1009

Leo IX. post mortem clarus miraculis. 1049

Stephanus X. Legatos *Constantinop.* misit, pro pace Ecclesiæ, sed quo minus hæc Legatio suum consequeretur effectum, ipsius Pontificia ubitus intercessit. 1057

Gregorius VII. disciplinam Ecclesiasticam penitus collapsam reparauit, dono prophetiæ præditus, miraculis coruscauit. 1073

Lucius II. bellatur contra *Saracenos* pro *Ierosolyma.* 1144

Eugenius III. multum pro liberatione Terræ sanctæ laborauit, post mortem miraculis clarus. 1145

Benedictus IV. amator pauperum, orphanorum & viduarum. 905

Anastas. IV. amator, & nutricius pauperum. 1153

Adrian. IV. Templorum reparator insignis. 1154

Lucius III. Principes Christianos commouit, ad opem ferendam fidelibus prælìantibus in *Asia* contra *Barbaros.* 1181

Vrbano III. cùm negligentius sacrum bellum à Christianis Principibus suscipi cerneret, *Ferrariæ* animi mœrore interiit. 1185

Clemens III. vir scientia litterarum, facundiaque clarus, sed & vitæ puritate animique integritate præclarior, suique acer castigator fuit. 1188

Innocentius III. initio Pontificatus, statum Curiæ in melius mutare volens, maiorem partem Ianitorum, & Ostiariorum abiecit, vt conquerentes tam Clerici, quam Laici liberiores ad eum haberent accessus. 1198

Alexander IV. libros contra pauperes descriptos, improbauit. 1254

Innocentius V. dùm cogitat de pace in *Italia* componenda, & vbique Legatos mittit, mortuus est. 1276

Ioan. XIX. dictus XXI. litteratissimus, litterarumque amator fuit. 1276

Nicolaus III. ob vitæ integritatem, vulgo dictus *compositus*, de eo dicitur neminem ante ipsum religiosius sacrificasse. 1487

Item Sacerdotia nonnisi idoneis conferebat. anno. 1277

Item, Magistratum aliosque Curiæ Ministros reformauit, Notarios & Tabelliones Curiæ *Romana*, vt pestiferos sustulit. 1277

Martinus II. post mortem miraculis clarus. anno. 1281

Benedictus X. post mortem miraculis clarus. anno. 1303

Ioan. XXII. moriens aureorum, florenorum decies, ac septies centena millia, in ærario Pontificio reliquit. 1334

Innocent. VI. vir bonus, amator Religiosorum, Canonista maximus, impensas aulæ suæ, familiamque imminuit, Palatij auditoribus stipendia constituit, ne se præmiis corrumpi paterentur, beneficia nullis, nisi sufficienter doctis contulit, multas reseruationes à Clemente VI. factas suspendit. ann. 1352

Vrbanus V. vir Doctus ac sanctissimæ conuersationis, statim ad tuendam libertatem Ecclesiasticam animum adiecit, ac in *Italiam* profectus controuersias ibidem exortas sedauit ac composuit. 1362

Vrbanus VI initio Pontificatus, mores quorumdam Cardinalium, debito pietatis zelo reprehendit. 1378

Item, statuit vt Prælatorum luxus coërceretur, numerus familiarum minueretur, bonorum studiosorum haberetur delectus 1378

Item, cauit, ne munera reciperentur, neue suffragia & patrocinia venderentur. 1378

Martinus III. *Pater patriæ* salutatus. 1418

Eugenius IV. mitram S. Siluestri *Auenione Romam* delatam, ex Vaticano in Lateranum detulit.

Nicolaus V. nullum vmquam aut curiale Officium, aut Sacerdotium venale habuit. 1447

Item, Bibliothecam *Vatican.* erexit, missis quoquouersus viris doctis, ad comparandos libros, 5. Ducatorum millia Euangelium D. Matthæi afferenti promisit. 1447

Constantinopolis à *Turcis* occupatur, in ipsis feriis, seu post octauam Pentecostes, vt Nicolaus V. prædixerat. 1451

Calixtus III. ea integritate præditus erat, vt neque Cardinalis, neque Episcopus beneficium vllum in commendationem vmquam acceperit. 1455

Item, quotidie hanc vocem vsurpabat, nulli dubium est quin Apostolica Sedes sit omnium Ecclesiarum parens, à cuius nos regulis deflectere indecorum est. 1455

Pius II. nihil Regibus, nihil populus timore aut auaritia concessit vmquam. 1458

Paulus II. omnibus Officialibus status Sedis Apostolicæ, receptionem munerum prohibuit, & tam dantes quàm recipientes excommunicatos declarauit, ab obligatus ad restitutionem in duplum. ann. 1462

Sixtus IV. celeberrimam Vaticani Bibliothecam, libris vndique conquisitis, restituit, & auxit. ann. 1471

Item, Templa, Xenodochia, opera publica restituit. 1471

Alexander VI. initio Pontificatus quosdam statuit, qui carceres assiduè adirent, & visitarent. 1492

Iulius II. libertatis Ecclesiasticæ tam erat studiosus, vt frequenter diceret, indignum esse Leuitis seruire, quos exteris imperare oporteret. 1503

Item, Bellica libenter tractans, ciuitates Ecclesiæ multas recuperauit. 1503

Leo X. Legatorum operâ, quos ad Principes initio Pontificatus misit, repressit, ac extinctis bellorum Incendiis, quibus orbis ferè vniuersus conflagrabat, pacem tranquillitatemque Ecclesiæ comparauit. 1513

Adrianus VI. vir doctissimus, & moderatæ vitæ, Præceptor Caroli 5. Imperat. coadiutorias, & alia id genus (ne probrosis aut imperitis ad Ecclesiasticas dignitates pateret aditus) cōcedere nolebat. 1522

Paulus III. Concilium *Tridentinum* primus indixit. 1534

Iulius III. Concilium *Tridentinum* redintegrauit. ann. 1550

Item, Dei & Ies. C. nomine blasphemiis afficientes, lege lata, puniri iussit. 1554

Marcellus II. obiit die 22. suæ electionis, non sine veneni suspicione, quod nimium rectus, quibusdam futurus videretur. 1555

Pius IV. hostis plura habentium beneficia, atque dispensationum, multa decreuit ad Curiæ mores restituendos 1560

Item, consulens publicæ vtilitati, multa loca *Romæ* refecit, quibus sumptibus vt satisfaceret montem perpetuum instituit. 1560

Item, eius studio ac diligentia, finis generali Synodo *Trident.* imponitur. 1564

Pius V. Bullas contra Aulicos, & Ecclesiasticorum luxum publicauit. 1566

Item, meretricum licentiam seuere coërcuit. 1566

Gregorius XIII. in sua coronatione pecunias adstanti plebi spargi consuetas, piis locis dari præcepit. ann. 1572

Sixtus V. Græcam L X X. Interpretum editionem Bibliorum Latinè redditam, magno cum labore emendatam, ac perpulatam comprobauit. 1585

Item, Bibliothecam *Vaticanam* propè hortos *Vaticanos* à fundamentis ædificauit. 1585

Item, *Italiam* latronibus & Exulibus (vulgo *Banditis*) diu vexatam liberauit. 1585

Vrbanus VII mandauit omnium pauperum per omnes Parochias nomina scribi, singulis iustas eleemosynas decreturus. 1590

Clemens VIII. orationem 40. horarum *Romæ* primus instituit. 1592

Item, propè cœnaculum suum mensam habere voluit, pauperibus peregrinis potissimum è remotioribus Regionibus in vrbem confluentibus in singulos dies parandam, ad quam è sua, pretiosiora quæque, & lautiora, vilioribus sibi retentis, afferri iussit. 1590

Item, leges Sixti V. de nummorum aceruis in Adriani mole congestis conseruandis, probauit. ann. 1590

Gregorius XV. Bibliothecam Comitis Palatini, à Maximiliano *Bauariæ* Duce dono acceptam, *Vaticanæ* addidit. 1621

Pontificis Romani authoritas.

Petrus Apostolus, Episcopos ad varias Regiones destinauit, vt Linum, & Cletum suos Vicarios, *Romæ*. 34

Cletus, primus in litteris, his verbis vsus est, *salutem & Apostol. benedictionem.* 81

Clemens, Corinthiorum schisma composuit. 93

Calixtus, docuit *Romanam* Ecclesiam, matrem esse omnium Ecclesiarum. 212

Siluester I. dixit primam sedem à nemine iudicari. ann. 314

Sixtus I. in Epistola, se Ecclesiæ vniuersalis Episcopum nominat. 132

Gregorius magnus, dicebat, se omnium Ecclesiarum curam gerere. 590

Victor I. primus post B. Petrum Concilia celebrauit. 194

Marcellus, docuit, ex traditione Apostolica, non posse Concilium Generale, sine Pontificis *Romani* authoritate, celebrari. 304

Hilarius, præcepit in singulis Prouinciis, Concilium, quolibet anno, bis celebrari. 461

Gregor. magn. Concilium Generale, licet ipsius iussu in *Africa* habitum, reprobauit, quod in eo quæ iam, contra Canones Ecclesiasticos statuta fuissent. 590

Item, IV. Conciliis *Nicæno*, *Constantinopolitano*, *Ephesino*, *Chalcedonensi*, tanquam 4. Euangeliis, honorem haberi voluit. 590

Anacletus, causas difficiliores ad Apostolicam Sedem referri voluit, & ab ipsa appellari vetuit. 103

Zephirinus, idem statuit. 203

Hilarius præcepit in grauioribus causis, Apostolicam Sedem consuli. 461

Sixtus I. statuit Episcopos ad *Romanam* Sedẽ vocatos, à suis posteà non debere recipi, nisi communicatorias *Rom.* pontificis litteras exhiberent. 132

Victor I. Episcoporum causas, ad Apostolicam Sedem deferri voluit, vt ea dirimat ac definiat. 194

Melchiades dixit, idem à temporibus Apostolorum statutum. 311

Nicolaus I. Epist. scripta ad Episcopos *Galliæ* multis rationibus & authoritatibus confirmat, maiora omnia negotia ad Sed. Apostol. deferri debere, ex priuilegio à Christo Domino ei Sedi attributo, deinde docet Decretales Romanorum Pont. Epistolas, atque omnes, suscipiendas, etiamsi non sint insertæ Canonum codici. 858

Agatho, in quadam Epist. omnes Romanos Pont. immunes ab hæresi confidenter profitetur, Romanique Pontificis esse monere Imperatorem. 678

Gregorius II. Ecclesiasticorum dogmatum fortissimus propugnator. 714

Adrianus instituit diplomata, seu litteras Apostolicas, quas Bullas vocant, plumbo obsignari, vt diuturnius esset Sigillum, nã anteà vtebantur cera. 772

Item, Scrip. compendiosam traditionem Canonum Orientalium, quos per manum Caroli magni, *Occidentalibus* Ecclesiis dedit. 772

Leo IX. quadam Epistola dicit, solius Romani Pontificis esse Episcopos deponere, & Generalia Concilia indicere. 1049

Innocen. III. ad omnes Europæ Reges & Episcopos, litteras salubrium consiliorum plenissimas scripsit, quas legi, & in iudiciis obseruari mandauit. 1200

Sixtus II. statuit, licere Episcopis accusatis vel damnatis appellare, siue adire Sedem Apostol. sine cuius authoritate, causæ eorum terminari non debent. 260

Hormisda, Epiphanio electo Episcopo *Constantinop.* declarauit vetustæ consuetudinis formam fuisse, vt electi Episcopi legationem Romam mitterent, ad petendam Apostolicæ Sedis communionem, antequam nomen Catholicum consequi possent, & sic totius Ecclesiæ Episcopi, ipsis cõmunicarent. 514

Anacletus, sanxit, Episcopos qui propinqui sunt annuè circa Idus Maij S S. Petri & Pauli liminibus præsentari, alios autem iuxta chirographum suum. ann. 103

Gregor. magn. Episcopis *Siciliæ*, qui (ex antiqua Ecclesiarum consuetudine) *Romam* singulis trienniis conueniebant, quinto, quoque anno semel venire indulsit. 600

Innocentius III. vetuit Episcopis peregrinationem ad loca sancta suscipere, absque licentia summi Pontificis cuius esset vota commutare. 1198

Gregor. IV. ad vniuersos Episcopos scrip. de *Romani* Pont. potestate; & Aldrico *Cenomanensi* Episcopo Pontificem appellante, non alibi quam apud Sedem Apostolicam iudicando. 827

Paschalis I. quadam Epist. confirmat priuilegia Ecclesiæ *Rauennatensis.* 817

Leo IX. declarauit, se velle priuilegia Ecclesiæ *Carthagin.* esse integre, siue *Carthago.* deserta iaceret, siue resurgeret aliquando gloriosa. 1049

Damasus I. Chorepiscoporum institutionem, qui (cùm Presbyteri tantum essent) munera Episcopalia exercere tentabant, Canonibus contrariam & nullam declarauit. 367

Vitalianus, *Ferrariam* Episc. dignitate ornauit. 367

Leo III. Sedem Episcopalem *Hiriensis* Ecclesiæ *Compostellam* (ob repertum ibi venerandum corpus S. Iacobi) transtulit. 795

Ioannes

Ioannes VIII. redarguit errorem quem reperit, quod, ante pallij susceptionem, Archiepiscopi *Galliarum* consecrarent Episcopos. 872

Ioan. XIII. *in Magdeburgensi* Ciuitate ab Ottone recens condita, primum Episcopum Adelbertum constituit. 965

Clemens II. Ioannis translationem ex Episcopatu *Pestano* in Archiepiscopatum *Salernitanum*, confirmauit. 1046

Gelasius II. post recuperatam in *Hispania Cæsaraugustam*, à *Sarracenis* anteà detentam, Petrum illis Ecclesiæ Episcopum *Alesti* consecrauit. 1118

Eugenius II. *Tornacensem* Episcopatum, in *Gallia*, instituit. 1145

Iulius I. Arrianos & Athanasium, de eorum dissidio cogniturus, *Romam* citauit. 337

Ioan. III. Salunium & Sagitrarium Episcopos, in Synodo Lugdunensi depositos restituit. ann. 359

Gregor. II. S. Bonifacium Monachum & Presbyterum *Anglum*, Apostolico (ad prædicandum gentibus per omnem *Germaniam*) munere insigniuit, qui posteà Episcopus consecratus iuramentum summo Pontifici præstitit, quod & reliqui ordinati Episcopi, facere tenerentur. 714

Marinus I. scholam *Anglorum* Romæ existentē, rogatu Alfredi Regis à tributo liberam fecit. 883

Ioan. XVIII. decreuit S. Martialem Episcopum *Lemouicensem*, dici ac vocari debere Apostolum, illique officia Apostolica in diuinis mysteriis exhiberi. 1024

Honorius III. Comitatum *Venayssinum* (qui anteà Raymundi Comitis *Tolosani*, Albigensium fautoris erat) primus obtinuit. 1216

Bonifacius VIII. duplicis coronamenti thiara primus vsus est. 1294

Ioan. XXII. fuit vltimus qui vsus est thiara duplici tantum corona insignita, vt in eius sepulchro *Auenioni* videri, & ex successuris sepulchro, in ead. Ecclesia Metropolitana, iudicari potest. 1316

Benedictus II. Ioan. XXII. successor, thiara triplici corona insignita primus vsus est. 1334

Bonifacius VIII. definiuit, subesse *Romano* Pontifici omni humanæ creaturæ, omnino esse de necessitate salutis, & hoc occasione Philippi *Francorum* Regis Pontificem non audientis. 1294

Item *Apamensem* Episcopatum instituit. 1294

Benedictus X. Cardinales *Columnenses*, à decessore Bonif. VIII. depositos, restituit, ad breue tamen tempus vti rubeo pileo prohibuit. 1303

Clemens V. Curiam *Romanam*, *Galliam* transtulit. 1305

Item Ioannem *de monte* Archiepiscopum *Cambaliensem* in *Tartaria* cum pallio creauit, ac 8. alios eiusd. Ord. Min. Episcopos consecrauit, misitque in partes Orientales, vt eius essent suffraganei & adiutores. 1305

Clemens VIII. *Latinos* Episcopos quid cum *Græcis* in eorum diœcesibus Græco ritu viuentibus agere debeant, diligenter edocuit. 1600

Ioan. XXII. Episcopatum *Tolosanum* in sex Episcopatus, *Pictauiensem* in tres diuisit. 1316

Item, quemdam Religiosorum Ordin. Prædicatorum Archiepiscopum *Soltaniensem* cum pallio creauit, cum eo etiā ad partes *Aquilonis*, 7. eiusd. Ord. fratres misit, pro Coëpiscopis siue suffraganeis. 1316

Vrbanus V. Nesturianum quemdam (natione potius quam Religione) *Maraum* nomine (qui è *Parthia Romam* venerat) Patriarcham à suis designatum, consecratum ad suos remisit. 1362

Bonifacius IX. Ecclesiam *Olysiponensem Lusitaniæ* Metropolim effecit. 1389

Iulius III. Nunnium è societ. Ies. Patriarcham *Æthiopiæ*, duosque alios ex eadem Societatis, qui Patriarchæ succedere possent, Episc. instituit. 550

Paulus IV. in *Germania* & apud *Indos*, multos Ecclesias Cathedrales erexit nouos Episcopos præfecit. 1555

Sixtus V. *Montis alti* oppidum Ciuitatis honore, Collegiatamque eius Ecclesiam, Episcopalis Sedis dignitate donauit. 1585

Item, *Firmanam* Ecclesiam, Archiepiscopalem fecit. 1585

Paulus V. In vrbe *Cranganor Indiæ Orientalis* Sedem Archiepiscopalem instituit. 1605

Item, Apostolicam benedictionem, ad Petrum Patriarcham *Maronitarum* misit facultatemque ei tribuit, omnes Catholicos *Maronitas* benedicendi. 1605

Simplicius (vt seruaretur pax) electionem Episcopi *Antiocheni* (non obseruato Canone Concilij *Nicæni*) factam, dispensando confirmauit. ann. 468

Item, Ioannem in Episcopum *Alexandrin.* confirmauit. 468

Stephan. VI. cum Stephano (Photio Constantinop. subrogato) dispensauit, eo quod ab ipso Photiu schismatico Diaconatum accepisset, nec posset (secund. legem Ecclesiasticam) ad maiorem gradum eleuari. 885

Ioannes XII. S. Dunstano *Cantuariensi* Episcopo, pallium concessit. 955

Celestin. III. libertates Ecclesiæ *Scotianæ* confirmauit, eamque penitus exemit à subiectione Anglicana, indulsitque vt ipsa, Apostolicæ tantum modo Sedi (cuius filia specialius existeret) nulla alia mediante, subiaceret. 1191

Gregorius magnus, pallium Siagrio *Augustodunensi* Episcopo dare noluit, nisi *Neophytos* hæreticos ea *Gallia* expelleret. 590

Item Ioan. Episcopum *Rauennatensem*, quod præter Ecclesiasticam consuetudinem tempore, nec loco, decenti pallio vteretur, corripuit. 590

Stephanus I. quæstionem an hæretici sint rebaptizandi negatiuè decidit Episcopis contrarium sentientibus, excommunicationem minitans. anno. 257

Leo I. ad Flauianum Episcopum *Constantinopolit.* Epistolam scripsit de Catholica doctrina Dominicæ incarnationis, quæ fidei columna dicta est, ann. 440

Hilarius, deficiente *Cyclo* Theophili Alexandrini, de nouo calculo conscribendo, Victori *Aquitano* curam iniunxit. 461

. Gelasius I. decreuit inter Scripturas sacras scriptores Ecclesiasticos, & Concilia quæ essent vera quæ reprobata. 492

Paulus V in graui illa, de gratia controuersia inter Religiosos S. Dominici, & soc. Ies. agitata sanxit, vt vtrique (dum aliud decerneretur) liberum esset, sua in scholis modestè tueri, sed sine damnatione alterius partis. 1605

Paulus II. Nicolao *Beneuentano* Archiepiscopo triregalem thiaram, qua is, ea more quodam prisco, vti consueuerat, ademit. 1464

Innoc. VIII. mitram Pontificalem pignorauit, pro liberanda vrbe ab oppressionibus, ideo pro eiusd. mitræ redemptione, Secretariorum numerum ad sex erat constitutum, ad 24. auxit multaque priuilegia assignauit. 1484

Gregor. Magn. Primatem *Africa Bizacena*, de crimine accusatum, iudicauit. 590

Item, Leonem Episcopum *Catanens.* ac postea Menam *Tolosanum* damnatos *Romam* vocatos, ad se purgandos, supra corpus S. Petri Apost. (secundum praxim) iurare compulit.

Vitalianus, Ioannem Episcopum *Lappa*, ab Archiepiscopo *Cretensi* iniustè damnatum, & ad Apostolicam Sed. prouocantem, pristino honori restituit, quæ contra illum acta fuerant, nulla declarauit. 655

Agatho S. VValfridum Episcopum *Eboracensem* in *Anglia*, à Rege Ecfrido iniustè Sede deiectum, restituit. 678

Ioannes VII. eumdem denuò restituit. 705

Nicolaus I. Ruthaldum *Suessionensem* Episcopum ab Hincmaro *Rhemensi* Archiepiscopo iniustè depositum, & Seufridum *Placentinum* Episcopum, Pauli Diaconi perfidia, Sede pulsum, restituit. 858

Item, Pepponem Diaconum, à Pandolpho Episcopo (Sedem Apostolicam appellantem) iniustè depositum, officio suo restitui iussit. 858

Marinus I. Formosum *Portuensem* Episcopum, virum laudatissimum à decessore depositum, Episcopatuı restituit. 883

Formosus, cum laicis qui Photio adhæserant, dispensauit Episcopos autem & Sacerdotes ab eod. ordinatos, ita in communionem admitti voluit, si prius oblatis libellis, se deliquisse faterentur, & pœnitentia veniam deprecarentur. 891

Romanus, acta Stephani, contra Formosum improbauit. 900

Ioannes IX. eadem per Synodum irrita reddidit. ann. 901

Ioannes X. reiecto Hilduino à Clero *Tungren. si* electo, Richardum Abbatem Episcopum ordinauit. 912

Innoc. III. Iudices Ecclesiasticos, aliquid accipere à litigantibus vetuit. 1191

Agapetus, rogatus à Iustiniano Imp. vt iis qui ab Arriana hæresi ad Catholicam fidem redirent concederetur retinere dignitates Ecclesiasticas, in quibus fuerant apud hæreticos, & ad alias promoueri, respondit, nec esse lapsos cum honore recipiendos, nec verè pœnitentibus honores curæ esse. 535

Felix III. Acacium Episcopum *Constantinop.* Concilium *Chalcedonense* impugnantem, anathemate & depositione notauit. 483

Item, Petrum *Fullonem Antioch.* Sedis inuasorem, damnauit. 483

Gregorius magnus, Episcopos *Hybernia* schismaticos, ob tria capitula Concilij *Chalcedonensis*, ad vnitatem Ecclesiæ recepit. 590

Symmachus, Laurentium Antipap. iterùm (post Theodorici Regis *Italia* iudicium) intrusum, deponi, & in exilium deportari mandauit. 500

Felia IV. Patriarcham *Constantinop.* à fide declinantem, anathemate notauit. 526

Agapetus, Anthimum *Constantinop.* Patriarc. Eutychianum deposuit, eique Mennam Catholicum subrogauit. 535

Siluerius in *Palmariam* Insulam relegatus, indè Vigilium suæ Sedis inuasorem anathematizauit. ann. 536

Vigilius, Theodorum Episcopum *Cæsareæ Cappadocia*, damnantem tria capitula Conc. *Chalcedonens.* excommunicauit, & statuit quid sentiret de tribus capitulis, tandem postea videns nihil afferri præiudicij *Chalcedonensi* Conc. vel Catholicæ fidei, & timens scissionem *Orientis* ab *Occidente*, confirmauit Concilium *Constantinop.* V, quo tria capitula damnantur. 540

Pelagius I. decretum Vigilij, de confirmatione V. Synodi ratum habuit. 555

Pelagius II. Ioannis Patriarchæ *Constantinop. vniuersalis* nomen sibi arroganti restitit. 577

Gregorius magnus eumdem, ob eamdem causam corripuit. 590

Donnus. *Rauennatis* Ecclesiæ schisma composuit, eamque iam pridem, contra Sedem Apostolicam tumultuantem, obedientem reddidit. 676

Sergius I. damnauit Canones erraticæ Synodi *Constantinop.* dictæ *quinisexta.* 687

Honorius, Fortunatum hæreticum, è Patriarchatu *Gradensi* deiecit. 626

Theodorus, audiens Pyrrhum, antea Episcopum *Constantinop.* postquam *Roma* hæresim Monetheliticam abiurasset, iterùm relapsum, accedens ad sepulchrum S. Petri, de sanguine Christi ex calice distillato in attramentum depositionem eius conscripsit. 641

Martinus, Paulum *Thessalonicens.* Episcopum in hæresim relapsum, ac corruptorem litterarum *Apostolicarum*, excommunicauit, & deposuit. 649

Vitalianus Maurum Episcop. *Rauennatem*, quod ab ipso *Romam* vocatus causam dicturus, adesse contempsisset, excommunicauit. 655

Leo II. Machatium *Antiochen.* olim Episcopum, aliosque hæreticos à 6. Synodo *Constantinop.* Pontificem appellantes, dum nollent à suo recedere proposito, in diuersa Monasteria retrusit. 683

Gregor. II. Anastasium Iconoclastam in Sedem *Constantinop.* intrusum excommunicauit. 714

Stephanus IV. Michaelem, *Longobardorum* potentia, in Sedem *Rauennatem* intrusum, opera legatorum Regis *Francia* expulit. 768

Nicolaus I. legatos, quos *Constantinopolim* miserat, eo quod (licet per vim) Iniustæ Ignatij depositioni, & Photij electioni consensum præbuissent, excommunicauit. 858

Adrian. II. acta Conciliaboli Photij, aduersus Nicolaum 1. publicè comburi iussit. 868

Ioannes VIII. eamdem Synodum, Ipsumque Photium damnauit. 872

Marinus I. Photium, omniaque eius acta ad munus Epicopale spectantia, damnauit. 883

Item, acta pseudooctaui Conciliabuli reprobauit. 883

Ioannes XV. sacris interdixit omnibus Episcopis *Gallia*, qui Arnulphum *Aurelianensem* Episcopum deiecerant, & Gerbertum ordinauerant. 985

Vrbanus II. eos qui in *Gallia* à laicis ad dignitatem Ecclesiasticam euehebantur, excommunicauit. ann. 1088

Paschalis II. legatos suos à Rege *Anglia* corruptus, quod falsa retulissent excommunicauit, & de inuestituris non concedendis sententiam confirmauit 1100

Honorius II Ottonem *Halberstatens* Episcopum à suis Canonicis accusatum & conuictum, quod pro consecratione cuiusdam Ecclesiæ, 30. solidos accepisset deposuit, eique Rudolphum substituit. ann. 1124

Innocent. III. *Antiochenum* Patriarc. & *Turonens.* Archiep. quod præsumpsissent (inconsulta Apostolica Sede) translationes Episcoporum agere, suspensionis sententia ad officium reduxit. 1200

Item Episcopum *Pictauens.* eius legatis parere recusantem, & se in sua Diœcesi Papam esse affirmantem, per censuras, ad sanitatem reduxit. 1200

Item,

Item, eius mandato per Simonem Comitem *Montissortens.* Albigenses hæretici partim fugari, pattim per legatnm ad pœoitentiam, & vniooem Ecclesiæ recepti sunt. 1200

Anastasius, Origenis errores damnauit, & litterras per otbem scripsit, vt, quæ eauenda forent, omnes scirent. 398

Item, Episcopis *Affricanis* instantibus, indulsit, vt Donatistæ ad Ecclesiam redeuntes eum honoribus ordinibusque reciperentur. 398

Vrbanus VI. Clementem Antipapam excommunicauit. 1378

Innoc. VI. Prælatis & beneficiariis, vt in sois locis residerent sub anathemate iniuoxit. 1352

Bunifac. IX. omnem populi *Romani* gubernandi rationem, soli Pontifici reseruauit. 1389

Martin. III. statuit, vt certis temporum interoallis, Concilia celebrarentur, ne Antipapæ alioquin occasiooem arripientes, Synodos ipsi etiam cogere assuescerent. 1418

Item, pœnas statnit contra impedientes litterarum Apostulie. executionem. 1418

Eugenius IV. declarauit suscipientes Eucharistiam in Hebdomada sancta, & infra octauam Paschæ, præcepto Ecclesiæ satisfacere. 1431

Item, Concilium Basileense à Decessore indictom. à seipso inchoatum, cum Sedis Apostolicæ iudicium sibi illicitè vsorparet, *Basilea Ferrariam* transtulit, à *Ferraria.* ob pestem grassantem, itum est *Florentiam*, vbi *Graca* & *Romana* Ecclesiæ vnitæ fuerunt. 1431

Pius II. prouocantes ad futurum Concilium excommunicauit. 1458

Item, Episcopum *Mogunt.* non rectè de fide sentientem, dignitate spoliauit. 1458

Item, Archiepiscopum *Beneuentan.* & Legatum *Britannicum* noua molieotes dignitatibus priuanit. aono. 1458

Iulios II. Cardinales Conciliabulo *Pisano* præsidentes, omoi dignitate & titulis Ecclesiasticis priuauit. 1503

Pius IV. statoit, vt noncij Apostolici, & alij ad Principes destioati, fauores ab eis procurare, aut illis vti nequeant, ad obtinendas dignitates apud Sedem Apostol. ipsis vel eorum cousanguioeis & necessariis conferendas. 1560

Gregor. XIII. Archiepiscopnm *Coloniensem*, qui defecerat, & coniogium inierat, digoitate Ecclesiastica priuauit. 1581

Clemeos VIII. *Ferraria* Ducatum, Ecclesiæ Romanæ feudom (mortuo Duce Alphonso *Estensi* absque liberis) censuratnm vi, & armorum minis vindicat, & eiusdem Ecclesiæ patrimonio adiungit. anno. 1592

Zacharias *Venetos* mercatores, Christiana mancipia vtriosque generis ementes, & in *Affricam* ad Paganos abducentes, id facere vetuit. 741

Clemens V. *Venetos*, qui præiudicio Ecclesiæ ad *Ferrariensem* Principatum aspirabant, interdicto & armis ad pœnitentiam compulit. 1305

Paschalis II. quadam Epist. prauum vsum subintroductum porrigeodi commuoiooem iotinctam, prohibuit. 1099

Lucius II. Senatores, qui contra prohibitionem decessoris sui eapitolium conscendetaot, Senatum abiurate coëgit. 1144

Eugenius II. cum *Romanis* tumultuantibus pacem fecit, ea lege, vt Patriciatus dignitatem abolereot, Præfectum autem qui arbitrio Pontificis eo munere fungereiot, in pristinam dignitatem reciperent, Seoatores vero ex eius authoritate teoerent. 1145

Item, multas vrbes, quæ à dominio B. Petri abalienatæ fuerant, recuperauit. 1145

Adrian. IV. vrbem *Romam*, ob Cardinalem vulneratum, interdicto subiecit. 1154

Gregorius XV. concessiones *viua vocis oraculo*, (demptis oraeulis quæ S.R. Ecclesiæ Cardinaies exeeperant, manuque sua firmauerant) reuocauit. ano. 1621

Vrbanus VIII. reuocauit etiam *viua vocis oracula* impetrata, ad instantiam Regum, vel Cardioalium, licet manu Cardioalium sint firmata. 1631

Pontificis Romani in Principes authoritas.

Gregorius III. legationem ad Carolum *Martellum*, *Francorum* Regem, cum sacris muneribus claoium S. Petri, misit ad petendum auxilium aduersus *Longobardos*, *Romanis* iofestos, ac in epist. illum bis *Christianissimum* filiom appellat, quem titulum eius Regni Reges, ex concessione Apostolica, ob egregia eorum in *Romanam* Eccles. merita, in hunc vsque diem seruaruot. 731

Zacharias, Pipino Regi *Gallia* concessit, nominationem seo postulationem Episcoporom, pro Ecclesiis in Regno suo vacantibus. 741

Stephanus III. in *Gallia* Pipinum cum filiis Reges *Gallia* consecrauit, Regnumque ipsorum posteritati hæreditarium declarauit. 752

Adriaous I. Carolum magnum, *Roma* in die Sabbati sancti, honorifice excepit, cunctis *Romanis* acclamantibus *Benedictus qui venit* &c. eumqoe (ob Ecclesiam liberatam) Patricium *Romanum* fecit. 772

Leo III. initio Pootificatus, legationem ad Carol. mag. decreuit, cum muneribus, nempe clauibus aoreis ex sepulchro S. Petri de more acceptis, ac vexillo Romanæ vrbis. 795

Roma ipsum Carol. mag. die natali Domini oostri Iesu Christi de *Romana* Eccles. beoe meritum, Imperatorem coronauit, oleoque sancto inuoxit, totomqoe Imperiom *Rom.* à *Gracis* optimo iure, iustaqoe de eausa ablatom, in *Francorum* Regem, eiusque successores transtulit. 800

Stephanus V. mox vt creatos est, populum *Romanum*, sacramento Luduuici Imper. adegit, quem postea *Rhemis* cum vxore Irmengarde corooauit ann. 816

Adrian. II. primus Alfredum 6: *Anglorum* Regem corona Regia insigniuit. 868

Ioao. VIII. die natali Domini, Carolum *Caluum* Imperatorem coronauit. 875

Formosus, Guidonem Lamberti *Spoleti* Ducis filium, Imperatorem coronauit. 892

Ioan. XII. Ottooem Regem *Germania*, Imperatorem coronauit. 955

Gregor. V. constituit, vt penes solos *Romanos* esser ius eligendi Regem *Romanorum*, qui post Diadema à Pont. Romano acceptum, Imperator, & Augustus appellaretor. 996

Siluester II. Stephanum hactenus *Hungarorum* Ducem, corooa Regni (*Polonis* præparata) donauit. 999

Benedictus VIII. propter freqoentes Tyrannos, decreto sancioit, ne quisquam Imperator dici præsumeret, nisi quem Papa deligeret, eique committeret iosigne Imperiale. 1012

Item, Henricum I. cum Chonegunde vxore, titolo & corona Imperiali decorauit, deditque Henrico pomum aureum circumdatum pretiosissimis gemmis, habentem desuper auream Crocem, vt dum pomum totuodum (ad iostar mundanæ molis)

respiceret, foret ei documentum, non aliter debere imperare, quam vt dignus haberetur viuificæ Crucis defendi à vexillo. 1012

Benedictus IX. Casimirum *Polonia* Principem, vrgente necessitate, & vtilitate Ecclesiæ Regni *Polonici*, à voto Religionis in Monasterio *Cluniacensi* emisso, absoluit, Regni gubernaculis præesse, vxorem ducere permisit, ea lege, vt B. Petro, eiusque successoribus à quolibet capite nobilium *Polonorum*, vsualis nummus singulis annis solueretur in lucernam in æde D. Petri arsuram, ipsique nobiles cæsariem capitis, & comam Barbaro more non nutrirent, sed auribus patentibus (instar Religiosorum *Latinorum*) tonsuratum caput gestarent, & in præcipuis Christi, & Virgin. festiuitatibus panno lineo albo in stolæ modum dependente, ceruicem ornarent. 1053

Alexander II. vsum mitræ laicis hactenus inconcessum, Vratislao Duci *Bohemorum* concessit. 1061

Gregorius VII. Demetrium *Croatia Dalmatiaque* Ducem, Regio nomine inuestiuit. 1073

Innoc. II. Lotharium (gratitudinis ergo quod eum in Sed. Pontif. restituisset) corona Imperiali insigniuit, eique allodium Comitissæ Mactildis (quod ipsa Apostolicæ Sedi donauerat) in feudum concessit, retento censu 100. librarum argenti. 1130

Adrianus IV. *Anglorum* Regi (pro Christianæ Religionis augmento) *Hyberniam* concessit, sub conditione pensionis vnius denarij de singulis domibus annuatim soluendæ B. Petro, & Ecclesiæ *Romana*, ad cuius (inquit) ius eam Insulam, aliasque omnes quæ documenta fidei Christianæ cepissent, pertinere nemini dubium esset. 1154

Alexander III. Alphonsum primum Regem *Portugallia* (ob res aduersus *Sarracenos* præclare gestas) declarauit, ea lege vt quotannis *Portugalenses* Reges duas auri libras Ecclesiæ *Romana* persoluerent. ann. 1159

Clemens III. Henrico Regi *Germania*, Imperium petenti, concessit, saluis dignitatibus, & consuetudinibus *Romanorum*. 1188

Item, Tancredo Guillelmi *Sicilia* Regis defuncti consanguineo, inuestituram Regni dedit. 1188

Innocent. III. *Sicilia* Regnum, *Apulia Calabria* & *Campania* Ducatus, dedit Constantiæ Imperatrici, & Federico filio, præcepit autem, vt electiones Prælatorum Canonicè per totum Regnum fierent nihilque sine Pontificis assensu. 1198

Celestinus III. Federicum Corona Regni *Sicilia* insigniuit. 1191

Item, Henric. VI. post præstitum Iuramentum de iuribus Ecclesiasticis illæsis seruandis, recta iustitia facienda, & restituendo in integrum Patrimonio B. Petri, Imperatorem vnxit, qui inclinato capite recepit coronam Imperialem quæ erat inter pedes Pontificis, quam statim Pontifex pede deiecit in terram, significans quod ipse potestatem deiiciendi eum ab Imperio haberet, si ille demereretur sed Cardinales statim arripientes Coronam, imposuerunt capiti Imperatoris. 1191

Honorius III. Petrum *Antisiodorensem*, seu Robertum eius filium in *Orientis* Imperatorem coronauit. 1216

Item, Federicum II. In Imperatorem *Occidentis*. ann. 1216

Vrbanus IV. voluit Carolum *Andegauia* Comitem *Gallia* Regis fratrem in *Italiam* cum titulo Regis *Neapolitan*, aduocare contra Manfredum iniustum vsurpatorem, quod tamen morte præuentus non perfecit. 1261

Clemente IV. annuente, Carolus *Andegauens.* *Italiam* ingessus, *Roma* per Cardinales ad hoc deputatos, *Neapoleos*, & *Sicilia* Rex renunciatus est, ea conditione vt *Feudi* titulo Eccl. *Romana* 40000. ducatorum quot annis penderet. 1265

Clemens V. Robertum Caroli II. filium, Regno Neapolitano inuestiuit. 1305

Item *Sardiniam* Federico *Sicilia*, Regi dono dedit titulo *Feudi*, vt singulis annis, in festiuitate Principis Apostolorum 8000. vnciarum auri numeraret Pontifici Rom. pro tempore superstiti, ea etiam conditione, vt ex ea *Saracenos* abigaret.

Item, Henric. Ducem *Luxemburgens.* Imparat. electum confirmauit ea conditione, vt post biennium coronam accepturus, *Romam* properaret. 1305

Ioan. XXII. Vladislaum *Polonia* Principem, Regem nominauit, quem honorem olim Pontifices (propter cœdem D. Stanislai) *Polonis* ademerant. anno. 1316

Item, docuit Imperiali Sede vacante, ad *Romanum* Pont. Imperium deuolui. 1316

Benedictus XI. Alphonso Regi *Castella*, in perpetuum concessit tertias decimarum Regnorum eius, in subsidium contra *Agarenos*. 1334

Clem. VI. Principibus Electoribus mandauit, vt infra certum terminum quē iis præfixerat (nisi ius electionis amittere vellent) in locum Ludouici iam depositi, alium eligerent, qui mandatis Ecclesiæ, (vt filium decet) pareret, alioquin se necessariò curam (vt supremum caput) Imperij habiturum. 1342

Item, *Francorum* Regi Eucharistiam sub vtraque specie, quandocumque libuerit, suscipiendi facultatem fecit. 1342

Item, *Auenionem* à Ioanna *Sicilia* Regina emit. anno. 1342

Bonifacius IX. Ladislaum in Regnum paternum *Neapolitanum* restituit, priuatione, qua Carolus eius pater exutus fuerat, planè annullata. 1389

Item, Robertum Comitem *Palatinum* Rheni (Venceslao ob segnitiem abrogato) ab Imperij Electoribus delectum, approbauit. 1389

Eugenius IV. Sigismundum Imperiali corona, *Roma* condecorauit. 1431

Nicolaus V. Frederici (quem corona Imperiali decorauerat) opera, Felicem Antipapam ad cedendum induxit, quem Cardinalem, & legatum *Germania* designauit. 1447

Calixtus III. mortuo Alphonso Rege *Neapolitano*, quia nullus legitimus hæres supererat, Regnum *Neapolitanum* Ecclesiæ repetiit. 1455

Pius II. Regnum *Neapolitanum* Ferdinando confirmauit. 1458

Sixtus IV. *Catholici* Regis nomen Ferdinando & Isabellæ Hispaniarum Regibus tribuit. 1471

Item Ferdinando Regi *Neapolitano* censum remisit, dùm tamen quotannis loco census, equum egregiè instructum, & phaleratum solueret. 1471

Alexander VI. fauens auspiciis Ferdinandi, & Isabellæ *Hispaniarum* Regum, qui (Columbo Duce) *Indias occiduas* aperuerant, Bulla illos legitimos earum Dominos constituit, ita tamen, vt Præcones Euangelij illuc mittere tenerentur. 1492

Iulius II. vt inter *Anglos* & *Hispanos* pacis bonum vigeret, *Anglo* petente indulsit, vt Catharina Ferdinandi Regis *Hispania* filia, Arthuri vidua, Henrico VIII. Arthuri fratri iungeretur. 1503

Leo X. *Bononia* cum Rege *Gallia* pactionem iniit, de pragmatica sanctione in *Gallia* abolenda, ac vicissim de nominatione ad beneficia (quæ antea penes Canonicos erat) ad Regem deriuanda, item de

annaus

annatis cæterisque capitulis in libellum illum relatis, quem *Concordatum* dixerunt. 1513

Adrianus VI. Regibus *Hispaniæ* potestatem fecit legendi, ac præsentandi Episcopos. 1522

Item, vt trium militarium ordinum Præfectura (ab aliis Pontificibus ad tempus concessa) *Castellæ* Regibus propria ac perpetua esset. 1522

Leo X. cum Carolus V. electus Imperator, Imperij gubernacula capesceret, aureorum 7000. receptis, super lege quæ Reges *Neapolitanos* Imperij aditu prohibebat dispensauit. 1513

Item Henricum XI. *Angliæ* Regem (ob librum contra Lutherum scriptum) *Defensoris fidei* titulo cohonestauit. 1513

Clemens VII. Carolum V. Imperatorem, *Bononiæ* coronauit. 1523

Iulius III. Philippum Caroli V. filium, cum Maria *Angliæ* Regina coniugatum, Regno *Neapolitano* inuestiuit. 1550

Pius IV. Imperium Ferdinando, per Carolum fratrem traditum, confirmauit. 1560

Adeodatus, concessit *Venetis* vt deinceps Ducem eligerent. 669

Nicolaus II. *Northmannis* (post absolutionem ab excommunicatione) *Calabriam, Apuliam*, sub nomina Ducatus, in *Feudum* concessit, soluendo quotannis censum denariorum duodecim, per singola iuga boum, *Romanis* Pontificibus. 1058

Calixtus II. Guillelmo Duci *Calabriæ & Apuliæ* inuestituram concessit. 1119

Alexand. III. Dominica lætare *Venetiæ* in Ecclesia S. Marci Missam solemniter celebraturus, Rosam auream (ex consuetudine) ad altare ferens, eam post impleta mysteria, Duci *Venetiarum*, in signum gratiæ Sedis Apostolicæ, contulit. 1159

Martin. III. Amadæum VIII. & XVI. *Sabaudiæ* Comitem, Ducis titulo insigniuit. 1418

Benedictus XI. multos proceres *Italiæ* in vrbibus quas possidebant, Sedis Apostol. Vicarios creauit, ac eis vt Marchionum & Ducum titulos præferrent indulsit. 1354

Leo X. Sfortiam, in Ducem Mediolanensem confirmauit. 1513

Clemens VII. auxilio Caroli V. recepta *Florentia*, Alexandrum medicæum pronepotem suum ei Ducem præposuit. 1523

Paulus III. mortuo Francisco Maria *Ruuerea Vrbini* Duce, *Camerinum* ad Ecclesiam deuolutum, armis repetiit. 1534

Pius V. Cosmum *Medicæum* Ducem Florentiæ, *Senarum & Pisarum*, Magni Ducis *Etruriæ* titulo cohonestauit. 1566

Clem. VIII *Ferrariæ* Ducatum Eccl. Rom. feudum (mortuo Duce Alphonso *Estensi* absque liberis) censurarum vi, & armorum minis vindicat, eiusdemque Ecclesiæ patrimonio adiungit. 1592

Fabianus, Philippo Imperatori, ob quoddam crimen, Ecclesiæ ingressum interdixit. 246

Felix II. licet Arrianorum opera, Sedis inuasor, postquam tamen legitimus Pontifex habitus est, recessit à communione Arrianorum, & Constantium Imperatorem, ac Episcopos Vrsatium & Valentem hæreticos in Concilio declarauit, ac propterea martyr occubuit. 358

Innocentius I. Arcadium Imperatorem cum vxore Eudoxia, ob vexationem S. Chrysostomi excommunicauit, ac posteà pœnitentes absoluit. 402

Leo I. Attilæ, infesto exercitu *Romam* petenti, ad Mincium amnem occurrit, diuinaque eloquentia persuasit, vt conuersis repentè signis abiret. 440

Hilarius, Anthemio Augusto restitit, ne permitteret Macedonianos conuenticula *Romæ* habere. ann. 461

Simplicius, Leoni Imperatori (petenti rata haberi decreta ab Episcopis in Concilio *Chalcedonen.* de priuilegiis Ecclesiæ *Constantinopolitanæ*) restitit. ann. 468

Felix III. statuit in Ecclesiasticis causis, Regiam voluntatem Sacerdotibus esse postponendam. anno. 483

Item damnauit Zenonis Imperatoris *Enoticon*, idest pacis & reconciliationis vnitiuum Edictum, eique subscribentes anathemate notauit. 483

Gelasius I. Anastasium Imp. quod hæreticis & Acacio faueret, excommunicauit. 492

Anastasius, dictum Anastasium pro ead. causa iterum excommunicauit. 496

Symmachus, eumdem iterum excommunicauit. ann. 500

Agapetus, Clotarium *Francorum* Regem Regni interdicto compulit ad satisfactionem sacrilegij commissi in nece Galteri *de Tuetot*, ac Galteri successores è iure Regum *Franciæ* exemit. 535

Vigilius, vt legitimus Pontifex esse cœpit, à Deo moratus constantissimè restitit Theodoræ Augustæ, quam etiam excommunicauit, & pro fide Catholica fortissimè dimicauit. 540

Pelagius I. Totilam flexit, ne Romam euerteret. ann. 555

Gregorius magnus, Mauritio Imperatori *Orientis*, leges iniquas Ecclesiasticæ libertati contrarias ferenti, restitit, legesque correxit. 590

Verissimile est *Græcorum* artibus curatum vt plures *Orientales* in Collegió S. Romanæ Ecclesię Cardinalium allegerentur, quod etiam operâ Exarchorum createntur *Romani Pont.* vt aliquo modo Ecclesiæ *Rom.* dominarentur, sed diuinitus factum est vt iidem creati Pontifices hæreditatent pariter spiritum Apostolicum, conatibusque Imperatorum, & *Orientalium* Episcuporum fortiter resisterent, vt in Ioan. VII. accidisse probatur, qui Imperatori Iustiniano, Conciliabuli *Constantinopolitani* confirmationem petenti, nequaquam acquienit. 705

Ioan. IV. scripsit ad Constantem Imp. Heraclij filium apologiam pro Honorio Pontifice, de hæresi Monothelitarum falsò accusato. 640

Constātinus, vocatus à Iustiniano II. vt cōtrouersiæ ob Canones ad 5. & 6. Synodos, à Græcis superadditos aliquis finis imponeretur, *Constantinopolim* venit, primasque constitutiones antiquorum Patrum acerrimè defendit. 708

Zacharias, à Rachis *Longobardorum* Rege pacem *Italiæ* in annos 20. obtinuit, rupto tamen fœdere, cùm iterùm Zacharias illum adiisset, non solum persuasit, vt à cœptis desisteret, sed etiam vt habitum Monasticum, non vxore & filia ab eodem acciperet. ann. 744

Stephan. IV. Carolo & Carolomanno *Francorum* Regibus aliorum coniugiis copularis, sub pœna excommunicationis cum aliis coniugibus matrimonium contrahere prohibuit. 768

Gregorius IV. ad componendas seditiones inter Ludouicum Imperat., eiusque filios exortas in *Germaniam* venit, sed nihil effecit, decretum tamen Episcoporum *Galliæ*, de abrogatione Ludouici, velut iniustum rescidit. 827

Sergius II. Ludouicum Lotharij filium hostiliter *Romam* venientem, pacificè quidem recepit in atrio Ecclesiæ S. Petri, sed cùm ad portas argenteas atrij interioris eiusdem Eccles. peruenisset, claudi eas

præce

præcepit, nec aperiri, voluit quoad vsque Ludouicus assereret, se beneuolo in Ecclesiam, & Rempublicam animo aduenisse, ac sic postea, eum Regem *Longobardorum*, & Imperatorem coronauit. 844

Seuerinus, *Echtesim* seu expositionem fidei sub nomine Heraclij Imperatoris à Sergio Episcopo *Constantinopolit.* Monothelita promulgatam, non modo probare noluit, sed potius diro anathemate percussit, vnde confirmationem electionis (tyrannicè fieri solitam) ab Heracl. nullam impetrauit. 639

Theodorus *Typum* seu edictum à Constante Imp. promulgatum, quo variis voluntatis in Christo assertoribus ac impugnatoribus silentium indicebatur, damnauit. 641

Martinus I. eundem *Typum* damnauit vnde Martyr occubuit. 649

Eugenius I. acer fuit contra Constantem Imperat. aliosque Monothelitas. 654

Constantinus, cum vniuerso Clero statuit, nequaquam Philippici Imperat. hæretici nomen, aut diplomata, vel etiam Imaginem monetæ insculptam suscipere. 708

Gregorius II Leonem Imperatorem Iconoclastam anathemati subiecit, & cùm nihilominus in impietate permaneret, omnes Imperij subditos In *Italia* ab eius obedientia, & tributorum solutione recedere penitus fecit, quos anteà, id sponte facere tentantes, coercuerat. 714

Gregorius III. eumdem eadem de causa Imperio simul, & communione fidelium priuauit. 731

Adrian. I. Desiderium *Longobardorum* Regem cum exercitu ab obsidendum *Romam* venientem, anathematerere percussum retrocedere coëgit. 772

Nicolaus I. Michaeli *Græcorum* Imperatori, qui ad eum litteras blasphemiis refertas miserat, præcepit easdem litteras publicè concremare, idem Clero *Constantinopolitano* sub anathemate imperauit. 758

Item, Vvaldradam Lotharij Regis *Galliæ* concubinam excommunicauit, idemque Lothario minatus est, ni ab ea abstinceret. 858

Adrian. II. Carolum *Caluum*, Regnum Lotharij vsurpantem, excommunicauit. 868

Formosus, Regi *Anglorum* Eduardo, omnibusque eius subditis excommunicationem denunciauit, ob nimiam incuriam rerum Ecclesiasticarum. 891

Ludouic. II. Imper. Nicolao Papæ aliquando fuit infensus, ob denegatam restitutionem quorumdam Episcoporum ab eo depositorum, sed tandem reconciliatus est. 855

Carolus III. *Crassus*, Regnum *Germaniæ* Arnulpho Carolomanni filio tradidit, non tamen Imperium, eo quod nefas esset Imperatoris nomen cuiquam tribuere, nisi prius esset ab Apostolica Sede collatum. 881

Ioannes XI. Leonem Imper. tertia vxore defunctâ, contra Canones, quartam superinducentem dispensauit, & contractum iam Matrimonium, ratum babuit. 901

Ioannes XI Regi *Angliæ* negligenter res sacras in suo Regno curanti, nisi emendetur, excommunicationem minatur. 931

Stephanus IX. iussit *Francorum* Proceribus (aduersus Ludouicum Regem rebellantibus) sub anathemate, vt Regem suum reciperent. 919

Marinus II. sub dirarum denunciatione, *Franciæ Burgundiæque* Principes, ab obsequium, fidemque Regis suiredire compulit. 943

Agapetus II. Hugonem magnum diris obstrictum pronunciauit, quovsque Regi *Francorum* Ludouico satisfecisset. 946

Ioannes XV. scripsit epistolam, de pace inter *Angliæ* Regem & *Northmannorum* Ducem ineunda, ann. 985

Gregorius V. Robertum *Galliæ* Regem anathemate coëgit dimittere Bertam commatrem, & affinem quam in vxorem duxerat. 996

Gregorius VI. impositum *Polonis* tributum denarij S. Petri recepit. 1044

Leo IX. Suenonem *Danorum* Regem coëgit, dimittere vxorem consobrinam quam duxerat. 1049

Item, Andræam *Hungarorum* Regem, cum Imperatore in gratiam redire recusantem, anathemate percussit. 1049

Coram Alexand. II. *Burgundiæ* Comes pluresque *Francorum* nobiles ad altare S. Petri iuramento se obligarunt, semper, cùm opus esset, Defensores S.R. Eccl. assurgere. 1065

Gregorius VII. Henricum Regem *Germaniæ*, ob crimen simoniæ excommunicauit, ac deposuit, pœnitentem absoluit, relapsum post triennalem contumaciam denuò excommunicauit, cunctos subditos à iuramento fidelitatis absoluit, Rudolphique noui Imperatoris electionem confirmauit. 1073

Item, Cincium vrbis Præfectum, ob varios excessus, excommunicauit. 1073

Item Nicephorum *Botoniatem* Imperij *Constantinopol.* Inuasorem, excommunicauit. 1073

Item, Robertum *Guiscardum Siciliæ* Ducem Ecclesiæ feudatarium, ob rebellionem, excommunicauit. ann. 1073

Item, Philippum *Francorum* Reg. de venundatione Ecclesiarum redarguit. 1073

Item, Boleslaum *Poloniæ* Regem, ob necatum S. Stanislaum, omni honore, & dignitate Regali priuauit, omnesque subditos obedientiam ei exhibere vetuit, per eum denique vendicata est è manibus Principum, Ecclesiarum inuestitura, libera electio Romanorum Pontificum restituta. 1073

Vrbanus II. Petro *Nauarræ* Regi, decimas & Iuspatronatus Ecclesiarum (belli sacri prætextu) petenti, concessit. 1088

Item, Philippum *Francorum* Regem, ereptam Fulconi cuidam coniugem, dimittere, & legitimam recipere coëgit. 1088

Item, *Galliciæ* Regem cum tota S. Iacobi Diœcesi, anathemate percussit, quod Prouinciæ Episcopum in carcerem coniecisset. 1088

Paschalis II. Philippum *Francorum* Regem, pellicem subintroductam dimittere nolentem, anathemate, ad pœnitentiam induxit. 1099

Item, priuilegium de inuestituris conferendis, quod Henricus IV. minis ac terroribus ab eo extorserat, in Concilio Lateranensi improbauit. 1100

Henricus III. Imper. vocatus est ab Alexandr. a. *Romam*, responsurus accusationibus de simoniaca hæresi, ac de aliis delictis, interueniente morte Alexand. causa cœpta dilata est. 1057

Calixtus II. Henric. 5. anathemate compulit, vt omne Ius Inuestiendi Episcopos Ecclesiæ restitueret, sic pax inter Ecclesiam, & Imperium facta est. ann. 1119

Innocentius II. Rogerium *Siciliæ* tyrannum, & schismatis fautorem, excommunicauit, sed postquam Pontifex in manus eius venit, facta reconciliatione eum Regis titulo insigniuit, sub conditione soluendi censum annuum 600. *Scifatorū* ann. 1130

Adrian. IV. Fridericum *Romanorum* Regem post eius pedum deosculationem, ad pacis osculum non admisit, ob non sibi ab eo impenium consuetum

tum ab Orthodoxis Principibus reddi *Romanis* Pontificibus stratoris obsequium, negante Rege se ad hoc teneri, sequenti die, ex veteribus monumentis cognita veritate, id officium in conspectu vniuersi exercitus halacriter præstitit, & sic ad pacis osculum admissus, in Basilica S. Petri Imperator coronatus. 1154

Item, Guillelmum nouum Regem *Siciliæ*, terras Ecclesiæ hostiliter inuadentem, excommunicauit. ann. 1154

Item, Guidonem constitutum ab Imper. in Episcopatu *Rauennati* confirmare noluit. 1154

Alexander III. mandauit Guillelmo Regi *Scotiæ*, vt electum *S. Andreæ* Episcopum pateretur suo officio quietè fungi, alioquin Regnum interdicto, Regem excommunicatione plectendum. 1159

Item, Federicum Victoris Antipapæ fautorem, excommunicauit. 1159

Item, Regem *Angliæ* de occiso S. Thoma *Cantuariensi* Episcopo diffamatum, ea conditione absoluit, vt is à Pontifice eiusque successoribus titulum Regis agnosceret. 1159

Lucius III. Henricum Federici filium coronare recusauit, dicens non posse simul duos Imperatores regnare, nec filius coronari, nisi prius Pater coronam deposuisset. 1181

Celestin. III. Henricum Imper. & Leopoldum Ducem *Austriæ* excommunicatione coëgit, Richardum Reg. *Angliæ* post iniustam captiuitatem vnius anni, & VII. septimanarum, liberare. 1191

Item, toti *Franciæ*, sacris interdixit, ob diuortium Philippi Regis cum Ingeberga legitima vxore. 1191

Innocentius III. laicales inuestituras omninò prohibuit. 1198

Item, occupantes dominia S. R. Eccles. censuris potius, quam armis procul abegit. 1200

Item, Philippum *Francorum* Regem, Regni interdicto compulit recipere vxorem legitimam. 1200

Item, Alexium *Græcorum* Imper. arguit, quod Patriarcham loco mouisset in Ecclesia, & iuxta scabellum pedum suorum in sinistra parte sedere compelleret, cùm alij Reges ac Principes Archiepiscopis, & Episcopis suis, sicut decet, reuerenter assurgerent ac iuxta se venerabilem Sedem assignarent. ann. 1200

Item, in Ottonem IV. Imper. vi & armis *Apuliam* & *Calabriam* sibi subiicientem, sententiam primum excommunicationis, ac postea priuationis ac depositionis Imperij tulit. 1200

Item, Regem *Castellæ*, quod fratris filiam duxisset vxorem, excommunicauit. 1200

Honorius III. Fridericum II. Imper. ditionem Pontificiam vexantem, excommunicatione coegit, vt ablata restitueret, præcipuè *Siciliam*, ne Imperialis iuris esse putaret, quæ Ecclesiastici semper fuisset. 1216

Gregorius IX. eumdem Fridericum, factionem teterrimam *Guelphorum* & *Gibellinorum* (quorum *Gibellini* partes eius sectabantur) denuò excitantem, tertio excommunicauit, Imperioque, & Regnis priuauit. 1227

Innocent. IV. licet anteà amicus esset Frederici II. Imper. cognitis tamen eius insidijs, illum in Conc. *Lugdun.* citatum, venire detrectantem Imperio, & Regnis simul spoliauit. 1243

Alexander IV. prohibuit sub anathemate Electoribus sacri Imperij, ne Conradum Friderici filium, in Imperatorem eligerent. 1254

Item, Manfredum, qui sibi titulum Regni *Neapolitani* vsurpauerat, anathematizauit, aliosque tyrannos animosè prosequi non dubitauit. 1254

Vrbanus IV. Orthodoxam fidei confessionem à Michaele *Palæologo Græco* Imperatore, sibi exhiberi fecit. 1262

Adrian. V. ad reprimendam insolentiam Caroli *Siciliæ* Regis vrbis Senatoris (qui *Romæ* omnia pro arbitrio gerebat) Rodulphum Imper. qui venire non potuit, euocauerat. 1276

Nicolaus III. Carolo Regi *Neapol. Etruriæ* Vicariatum, & Senatoriam dignitatem abstulit, strictissimè prohibens, ne vllus Principum ad eam deinceps assumeretur. 1277

Martinus II. maximus Ecclesiastici iuris defensor *Palæologum* Imperatorem *Perusinos*, ac Petrum *Aragoniæ* Regem excommunicauit. 1281

Bonifac. VIII. Ecclesiast. libertatis æmulus, Imperatoribus Regibusque sua potestate abutentibus, formidabilis fuit, Alberto *Austriæ* Duci bis terque Imperij cōfirmationē petēti denegauit. 1294

Item, Philippum *Francorum* Regem quod Episcopum *Apamensem* Sedis Apostolicæ legatum, in vincula conieciisset, excommunicauit. 1294

Item, male tractauit *Gibellinos* qui etiam *Columnenses* & *Albi*, vt contrà *Guelphi Nigri* dicebantur. ann. 1244

Benedict. X. cognita Phillppi *Galliæ* Regis causa, eum ab excommunione absoluit. 1303

Clem. V. Bonifacij VIII. acta (quod Rex *Gal.* importunè petebat) damnare noluit. 1305

Item, Andronicum Imperatorem *Constantinopolitan.* excommunicauit. 1305

Ioan. XXII. Vicecomites qui *Mediolanum* vsurpauerant, & Ludouicum IV. eis fauentem sicut & alios Tyrannos Ecclesiæ statum diuexantes, excommunicauit. 1316

Bened. XI. excommunicationem decessoris contra Ludou. *Bauarum* confirmauit, & Imperialē dignitatem, tanquam vacantem, ad se velut ad Christi Vicarium deuolutam eidem abstulit. 1334

Vrbanus VI. Carolum Reg. *Neapolis* (ad exclusionem Ioannæ, schismatici pseudopapæ partes fouentis) declarauit, quem tamen postea dignitate Regia priuauit. 1378

Innoc. VII. censuris coëgit occupatores locorum S. R. Eccl. eorum possessionem dimittere, rationemque prouentuum indè perceptorum, reddere. ann. 1404

Alexander V. Regnum *Neapolitanum* Ladislao Ecclesiæ persecutori ademptum, Ludouico *Andegauensi* contulit. 1409

Eugenius IV. Georgium *Podebratium* Regni *Bohemiæ* inuasorem, & hæresis nota aspersum, Regno priuauit. 1431

Pius II. eumdem citari iussit. 1458

Paulus II. eumdem iterum excommunicauit. 1464

Pius II. ab Ecclesiæ ditionis finibus quosdam Tyrannos exterminauit. 1458

Item, Sigismundum *Malatestam* censuris & armis cohibuit. 1458

Item, *Sigismund. Austriæ* Ducem, ob vim Cardinali *de cusa* illatam excommunicauit. 1458

Item, Ludouico Regi *Gal.* de Ecclesiastica libertate detrahenti audacter restitit. 1458

Innoc. VIII. Ferdinandum Reg *Neapolis* anathemate ad obedientiam coëgit. 1484

Pius III. tædio habens, *Apuliam Calabriam* & *Italiæ* non modicam partem dominio *Gallorum* subligi initio Pontificatus in *Gallos* conspirare cœpit, sed breui circulo diem extremum clausit, eius tamē

tempore eoque annuēte Regnum *Neapol.* (exclusis *Gallis* sub Duce Ferdinando, *Consaluo*, qui *Magnus Capitaneus* dicebatur *Hispanis* cessit. 1503

Iulius II. Ludou. Regem *Galliæ* authorem Conciliab. Pisani, eique adhærentes schismaticos interdicto per totam *Galliam* rerum sacrarum vsu, pronunciauit, facta cuique potestate, fortunas, Regna, resque illorum inuadendi, ex quo sequuta est Regni *Nauarræ* Ioannis *Albreti* Regi *Galliæ* fauentis, occupatio. 1503

Clemens VII. Henricum VIII. *Angliæ* Regem, quod coniugem suam Caroli V. Imperatoris materteram repudiasset, excommunicauit. 1528

Paulus III. eumdem Henricum, quod multa contra publicam Ecclesiæ pacem, & dignitatem perpetrasset, iterum excommunicauit, Regno Regiisque insigniis spoliauit. 1534

Pius V. Angliam proscripsit & Reginam Elizabeth excommunicauit, Regnoque priuauit. 1566

Item, Maximilianum Imper. & Sigismundum *Poloniæ* Regem, coëgit reuocare nefaria diplomata pro confessione *Augustana.* 1566

Paulus III. quamdam concordiæ Formulam (quæ passim dicebatur *Interim* seu *Interreligio*) iussu Caroli V. Imperatoris conscriptam, qua omnes per *Germaniam*, vsque ad Concilij definitionem vterentur, missam ad se, Pontifex reprobauit. 1534

Sixtus V. *Nauarræum* Regem & *Condæum* Principem hæreticos excommunicauit, & ad successionem Regni *Gallici* inidoneos declarauit. 1585

Gregorius XIV. Henric. IV. Regem *Galliæ* denuò excommunicauit, omnesque, qui eius factiones sequebantur, proscripsit. 1591

Clemens VIII. eumdem Henricum IV. ab excommunicationis anathemate (quo eum etiam percusserat) absoluit. 1592

Paulus V. in *Venetos* (ob leges ab iis latas, quibus in ordinem Ecclesiasticum sibi potestatem arrogarent, ac fundos prædiaque, & alia stabilia bona addici Ecclesiis vetarent) interdictum promulgauit, res tamen postea interuentione Regis Christianissimi composita est. 1605

Pontificis Romani authoritas per Legatos exercita.

Gregorius mag. Maximum Episcopum *Salonitanum* intrusum, & à Mauritio Imper. defensum, censuria compulit, vt *Rauennam* se conferret vbi Delegatum à Sede Apostolica Marinianum Episcopum haberet Iudicem. 590

Item, plura alia Episcoporum Iudicia, ad Sedem Apostol. delata aliis cognoscenda remisit. 590

Hormisda, Auitum *Viennens.* Episcopum per totam Galliam, Episcopum *Terraconens.* citerioris Hispaniæ, vlterioris autem, *Hispalens.* Episcopum, legatos constituit. 514

Vigilius, Auxanium Episcopum *Arelatensem*, Vicarium Sedis Apostol. & postea Aurelianum eius successorem constituit. 540

Pelagius II. Chartularium seu Chartophylacem *Affricam* misit, cuius officium erat præsidere Iudiciis Ecclesiast. loco Pontificis, & Chartas publicas custodire. 577

Gregor. magnus, Viligio *Arelatensi* Episcopo (iuxta morem) vsum pallij ac vices Sedis Apostol. in Ecclesias *Gallicanas* largitus est. 590

Item, priuilegium *Mediolanensi* Episcopo concessit, eligendi, cum suffraganeis, Regem *Longobardorum.* 590

Honorius I. Episcopis *Angliæ Eboracensi* & *Dorouernensi*, singulis vices Apostolicæ Sedis tribuit, ita vt dùm quis eorum obiret alter in locum defuncti, alium posset ordinare Episcopum, nec esset necesse ea de causa *Romam* petere. 626

Theodorus, Stephanum *Dorensem in Palestina* Episcopum constituit in *Oriente* Vicarium Sedis Apostolicæ. 641

Martin. Ioannem *Philadelphiæ* Episc. Sedis Apostol. *in Oriente* Vicarium creauit. 649

Constantinus, recepta fidei professione Anastasij Imperat. Michaelem S. R. Eccles. Presbyterum Cardinalem Apocrisarium *Constantinopolim* misit, vt, eius authoritate, conciliaret Ecclesiæ Catholicæ pœnitentes Episcopos, qui vi aut metu consensissent pseudosynodo à Philippico celebratæ. 708

Ioan. VIII. Rostagnum *Arelatens.* Archiepiscopum legatum suum in *Galliis* cum pallio constituit, cui omnes Episcopos obedire præcepit. 872

Iustinus Imper. ab Hormisda legatos obtinuit, qui, Apostolica authoritate, conciliarent Ecclesiis *Orientalibus* pacem, lapsosque in Ecclesiam restituerent. 518

Victor II. Hildebrandum Legatum à Latere, in *Gallias* ablegauit, ad corrigendos prauos vsus Ecclesiæ, causasque quorumdam Episcoporum cognoscendas. 1055

Henricus III. Imperat. Legatis Gregor. VII. obuiam factus, ab eis ad communionem non est admissus, donec pœnitentiam agens, per ipsorum iudicium est absolutus. 1057

Alexander II. Haraldo *Noruegiæ* Regi præcepit, vt *Bremensi* Metropolitano Sedis Apost. Vicario à se constituto, omnem exhiberet subiectionem. 1061

Paschalis II. iussu, *Moguntinens. Colonien.* & *VVormatien.* Episcopi Henrici IV. (ob simoniam aliaque delicta) imperialia insignia & indumenta detrahunt ac filio eius Henrico V. quem in Imperium substituunt, tradunt. 1100

Honorius II. Guillel. Archiepiscopo *Cantuarien.* vices suas in *Anglia* & *Scotia* commisit. 1124

Honorius III. Henricum decennem *Angliæ* Regem pupillum, & Regnum ipsum, Legatis in *Angliam* missis, in clientelam admisit. 1216

Item, *Siciliam* à Federico II. Imp. censuris recuperatam, Legato suo regendam disponendamque tradidit. 1216

Gregorij X. opera, *Græca* & *Latina* Ecclesiæ, 13. vice vnitæ fuerunt, Apocrysarios enim in *Orientem* ex ordine Minorum, destinauit, qui vndecim Proceres ad Concilium *Lugdunense* perducentes hanc vnionem perfecerunt. 1271

Nicolaus III. quinque viros prudentes ex Ordin. Minorum, ad Cobiam *Tartarorum* Imperatorem iam fidelem cum litteris misit. 1277

Nicolaus IV. Legatos ad eumd ad *Armeniæ* Regem, & ad Imperatorem *Æthiopiæ* misit. 1288

Clemens V. res *Italicas*, per tres Cardinales administrauit. 1305

Item, Henricus *Romæ* à Cardinalibus ab eo missis, coronam auream Imperij accepit. 1309

Benedictus XI. Romanis per Legatum suasit, vt Senatoriam dignitatem, quam diu Regio nomine gesserant, suis tandem & Ecclesiæ auspiciis administrarent. 1334

Gregorius IX. per Legatum, *Florentinos* ad pacem adhortatus, eiusque iussa exequi negligentes, excommunicauit. 1370

Eugenius IV. Legatos in *Æthiopiam* ad Zerah Iacob *Abissinorum* Imperatorem misit, ad vnitatem illum inuitans, quod reuerenter præstitit. 1431

Pontifi

Pontificis Romani authoritas ab aliis agnita.

Aurelianus Imper. licet Gentilis, in causa Pauli *Samosateni*, præcepit vt domus Ecclesiæ illis tribueretur, quibus Christiani *Italia*, & vrbis *Roma* Episcopus tribuendam præscriberent. 271

Origenes, ad Fabianum rectæ fidei confessionem transmisit, & ab ipso ad dicendum causam vocatus, sponte *Romam* venit, seipsum & scripta sua purgaturus. 238

Iustinian. I. Imper. misit ad Ioan. II. fidei suæ formulam, suo chirographo exaratam. 531

Anastasius II. factus Imperator, statim professorem se fidei ac beatæ Synodi declarauit, suæque professionis litteras ad *Rom.* Pontificem Constantinum misit. 713

Ex *Oriente* Ioso. Episcopus *Alexandrinus* misit ad Gelasium Papam apologiam aduersus Pelagianos, vt eam probaret. 492

Ex *Occidente* S. honoratus Episcopus *Massilien.* misit ad Gelasium scripta sua quæ ipse probauit. ann. 492

S. Eulogius Patriarcha *Alexandrin.* ad Gregorium magnum misit cognoscendum, ac probandum Commentarium suum aduersus Agnoitas. 590

Concilium *Sinuessanum* in causa Marcellini Pontificis dixit, primam Sedem à nemine Iudicari. 303

Constantinus magnus, in causa Cæciliani *Carthagin.* Episcopi à Donatistis rogatus, tres *Gallia* Episcopos Iudices constituit, ea lege, vt citra scitum, consensum, & authoritatem *Romani* Pontificis nihil definirent. 306

Theodosius Iunior, quamuis in fraudem inductus, probauerit Flauiani Patriarc. *Constantinopolit.* damnationem, & Anatolij in eius locum subrogationem, agnouit tamen necessarium Rom. *Pontificis* assensum, quem & per litteras expetiit. 408

Valentinian. Imper. pro authoritate *Rom.* Pontificis supra omnes Episcopos rescripsit. 425

Cùm Dioscorus *Alexandrin.* excommunicationis sententiam in Leonem I. tulisset, ea 90. Episcopis (qui cum eo Eurychianæ hæresi subscripserant) vix 10. inuitos, & lachrymantes inducere potuit qui latam à se in *Rom.* Pontificem sententiam chirographo suo approbarent, adeo inauditum exhorruere facinus, vt (licet hæretici facti) sublimitatem tamen, & maiestatem throni Apost. veriti, & reueriti fuerint. 440

Bonifacius III. obtinuit ab Imperatore Phoca edictum, ne quis nomen œcumenicum soli Romano Pontifici debitum, sibi ambitiosè arrogaret, hoc tamen fecit Phocas, in odium Cyriaci Patriarchæ *Constantinopolitani*. 606

Theodorus, ab Episcopis *Cypri*, vocatur *pater patrum*, & *vniuersalis Papa*, ab *Affricanis*, *pater patrum*, & *summus omnium Præsulum Pontifex*. 641

Zacharias, ad instantiam optimatum *Gallia*, consulturus eorum Monarchiæ, ex authoritate B. Petri, mandat populo *Francorum*, vt Pipinus qui potestate Regia vtebatur, nominis quoque dignitate frueretur, Childericus autem stupidus vltimus familię *Merouingiorum* Rex, depositus, in Monasterium mitteretur. 745

Nicolao I. summo Pontifice, multæ Prouinciæ ad Sedem Apostolicam consultationes direxerunt, quos omnes sacro verbi pabulo reficiebat. 858

Constantin. *Pogonatus* Imper. decreuit, vt defuncto Archiepiscopo *Rauenna* qui eligeretur, (iuxta morem) *Romam* ordinandus veniret. 685

Item, filiorum suorum mallones, seu cirros capillorum misit ad Benedictum II. vt, hoc Symbolo significaretur, eos illi offerri in filios, filijque sui fient, eos *Romanum* Pont. peculiarem habere parentem, cuius monitis impensius parere deberent. Cùm *Roma* (ex consuetudine) allatæ essent Phocæ Imperatoris, ac Leoninæ Augustæ Imagines, iis ab omni Clero ac Senatu acclamatum est. 60a

Leo *Isaurus*, à Germano Patriarcha coronandus, Iurauit se fidem Catholicam illibatam in omnibus seruaturum, & sic à Pont. *Rom.* Catholicam communionem obtinuit, cuius etiam susceptæ sunt Romæ magno honore Imagines, in Prouincias mitti solitæ quas *Laurata* nominare consueuerant. 717

Ioan. VIII. à Basilio Imper. & Photio deceptus, Ipsi Photio misit Pontificalem stolam, humerale indumentum, penulam & sandalia, vt ostenderet se ipsius Photij restitutionem in Sedem *Constantinop.* confirmare, sub quibusdam tamen conditionibus quas Photius ex eius litteris abstulit, aliaque pro libito mutauit. 8-a

Bulgari (quorum Apostolus fuerat formosus) relictis *Græcis*, qui eorum præfecturam spiritualem sibi vendicauerant *Rom.* Ecclesiæ se rursum subiecerunt. 895

Constantinus *Porphyrogenitus* Imper. legatione cum Nicolao Patriarch. ad Ioan. X. missa, concordiam inter Ecclesiam *Rom.* & *Constantinopolitanam* perfecit. 911

Ioan. XVIII. *Græcis* petentibus ab eo, vt liceret Ecclesiam *Constantinop.* in suo orbe, sicut *Romanam* In vniuerso, vniuersalem dici & haberi, non permisit. 1024

Mediolanensis Ecclesia quæ antè 200. circiter annos se à *Romano* Pontifice subduxerat, Stephano X. se subdidit. 1057

Vvisigothorum Reges ac populi ad fidem conuersi, Gregorio VII. se filios obedientes exhibuerunt. 1075

Vvladislaus *Polonia* Regem se appellari non est passus, quod inunctus, & coronatus (ob Gregorij VII. tempore Boleslai interdictum) solemniter non esset quod non obtinuit, nec sequentes Reges vsque ad an. 1295 1073

Henricus III. Imperator. In *Italiam* veniens, *Tuscia* In Castello *Canusio* absolutionem à Papa recepit. ann. 1075

Legati *Armeniorum* Episcoporum laborio sumitee per annum, & VI. menses complentes, Eugenium III. adeunt, eique subiectionem omnimodam offerunt. 1145

Alexander III. in Ciuitate *Monte pessulana* Regia *Mahumetanorum* legatum recepit, qui ex parte Domini sui, deosculatis pedibus, ipsum adorauit. 1159

Rex *Armenorum* cum Episcopis, & populo sibi subiecto, Apostolicæ Sedi sub Lucio III. se subiecit. 1181

Maronitæ sub eodem Lucio III. detestátes errorem *Maronis* Monothelitæ, ad Ecclesiæ gremium (retento nomine à S. Marone abbate deriusto) redierunt. 1181

Lotharius II. Imper. apud Innoc. II. importune institit, Episcopum sibi restitui inuestitutas, (quas ab eius Decessore Henrico, per maximos labores, & multa pericula, *Romana* Ecclesia vendicarat) quod tamen non obtinuit. 1125

Rex *Armenia* legatos ad Innoc. III. misit, tùm vt vnionem suæ fidei Catholicæ cum *Romana* docerent, tum vt auxilia aduersus infestantes impetrarent,

tenti *Armenia* Regnum Sedi Apostol. subiectum immediatè dictitantes. 1200

Carolus III. *Crassus* Imper. Regnum *Germaniæ* Arnulpho Carolomanni filio tradidit, non tamen Imperium, eo quod nefas esset Imperatoris nomen cuiquam tribuere, nisi prius esset ab Apostolica Sede collatum. 881

Rodolphus, in Conc. *Lugdun.* confirmatus est Imper. quod nollet ire *Romam* pro Imperij corona, dicens, multos *Alemannorum* Reges, *Italia* consumpsit. ann. 1273

Benedictus XI. Nersen Catholicum *Armenum* à Clero in Archiepiscopum *Manazguedensem* electum recepit, & à Patriarcha schismatico consecratum denuò consecrauit, sub conditione tamen, si non es consecratus. 1334

Clementis VI iussu, Principes electores, in locum Ludouici iam depositi, Carolum primogenitum Regis *Bohemiæ* Imperatorem elegerunt. 1342

Vrbanus V. Nestorianum quemdam (natione potius quam Religione) Maraum nomine Patriarc. designatum (qui è *Parthia* Romam venerat) consecratum ad suos remisit. 1362

Ioan. *Palæologus* Imper. *Romam* veniens, publicè coram Vrbano V. Catholicam fidem, quam *Romana* docet Ecclesia, professus est. 1362

Abbas S. Antonij in *Ægypto* duodecim Monachis comitatus, *Romam* ad Eugenium IV. venit. 1431

Vnio denique *Græcorum*, *Armenorum* & *Iacobitarum* cum *Romana* Eccl. sub Eugenio IV. in Conc. *Florentino* Gen. contigit. 1438

Clem. VII. litteras obedientiæ, & salutationis à Dauide Rege *Æthiopiæ* recepit. 1533

Item, duo proceres *Indi*, omnium Christianorum nomine, ei obedientiam exhibuere. 1523

Item, *Moschorum* Princeps per Legatum, in Regem ab eo adoptari petiit. 1523

Stephanus maioris *Armeniæ* Patriarcha, Archiepiscopo vno ac duobus Episcopis comitantib. *Romam* ad Paulum III. venit, *Romana* fidei consensit, eiusque dogmata subnotauit. 1534

Iulius III. Simonem *Salakam Orientalis* Ecclesiæ trans *Euphratem* administratorem, Metropolitanum Generalem, ad confirmationem suæ electionis à Sede Apostol. impetrandam *Romam* accedentem, post emissam suo, suæque Ecclesiæ omnium, publicam fidei professionem, obedientiamque Sedi Apost. iurato promissam, in munere & officio credito confirmauit, iuteque pallij donauit. 1550

Item, Sed à *Nestorianis Syriæ*, *Assyriæ* & *Persiæ* Patriarcham *Mozal*, siue *Seleuciæ Parthorum* designatum, *Romam* venientem, post fidei professionem, & ciuratum nominatim Nestorium vnxit. 1550

Abdysu, hoc est *Seruus Iesu* ex ciuitate *Gezira in Zygni* flumine, Monachus S. Antonij, electus Primas seu Patriarcha ciuitatis *Muzal* in *Affrica*, *Romam* venit, ad obtinendum à Pio IV. confirmationem, eique obtulit professionem fidei. 1560

Item Patriarcha *Alexandrin.* nuncium ad eumd. Pium IV. misit qui, eius nomine, obedientiam ei promitteret. 1560

Gregorius XIII. Legatos *Ægypti*, *Æthiopiæ* & *Moschorum* oratores benignè audiuit. 1572

Item, *Iaponiæ* Principum legati, post longam trium annorum, & amplius nauigationem, vrbem ingressi, Principum suorum nomine, illi & Sedi Apostolicæ obedientiam primò iurarunt & præstiterunt. 1572

Clem. VIII. *Alexandrinæ* Ecclesiæ ac *Ægypti* vniuersæ legatos Catholicam, & Orthodoxam fidem, sua, suique Patriarchæ Gabrielis, totiusque Ecclesiæ nomine profitentes, ac Dioscorum, aliosque hæreticos, & schismaticos damnantes benignè excepit. 1592

Item, *Liuoniæ* Archiepiscopus, eiecta ex ea Regione Lutheri hæresi, *Romam* venit, obsequium Romano Pontif. iuraturus, quod & pariter fecerunt *Ruthenorum* Episcoporum legati. 1592

Maximilian. Imp. cùm Lutherus in indulgentias debacchari cœpisset, ad Pontificem Leone X. scribens, hortatur his nascentibus turbis mederi. 1520

Paulus V. Legatum Regis *Congi*, obsequium Sedi Apost. deferentem, recepit. 1609

Item, legatos missos ab Idate in *Iaponia* Rege *Voxio* ad agnoscendum Romanum Pontificem, & obsequium ei deferendum. 1609

Item, legatum Regis *Persarum* Xa Aba cultum illi ac obsequium deferentem. 1609

Item, legatum Patriarchæ *Babyloniæ* mar-Elix. ann. 1609

Item, legatum Patriarchæ *Melchisedeci Armeni* benignè suscepit, ac profitendæ fidei formulam, *Arabico* sermone conscriptam, ad eum misit. 1609

Item, Demetrius *Moschorum* Dux per legatum veneratus est Pauli V. maiestatem. 1609

Item, Gabriel *Gangrensis* in *Paphlagonia* Episcopus, litteris *Romam* missis agnouit primatum *Romani* Pontificis. 1615

Franciscus Maria à *Ruuere* Vrbinatium Dux (vnico filio defuncto) omnes Dominij sui terras, vti Ecclesiæ *Feudum*, summo Pont. Vrbano VIII. viuens volens tradidit. 1623

Pontifici Romano honor exhibitus.

Vestigium osculationis pedum Pontificiorum, in Cornelio centurione ad Petri pedes procumbente. ann. 34

Lucius I. præcepit Presbyteros duos, Diaconus tres, vbique Episcopum *Romanum* comitari, propter testimonium Ecclesiasticum. 255

Philippus Imperator, gazas Imperatorias Fabiano dedit. 246

Constantin. magn. ædes Faustæ *Lateranenses* (à Plautio Laterano cuius olim fuerat) dictas, Melchiadi ad habitandum concessit, Imperatorioque cultu ipsum dignatus est. 313

Leo I. omnium primus in Basilica *Vaticana* sepultus. 440

Clodoueus *Francorum* Rex, suggerente S. Remigio, coronam auream, quæ *Regnum* appellari solet, B. Petro, & Hormisdæ Papæ obtulit. 514

Ioan. I. à Theodorico Rege, *Constantinopolim* missus, omnis ciuitas ad milliarium duodecimum illi occurrit cum cereis, & Crucibus ac ipse Imperator Iustinus I. humilians se pronus in terram illum adorauit. 523

Vigilius, *Constantinopolim* veniens, ab Imper. Iustiniano ei obuiam facto, & à populo cantante (ecce aduenit dominator Dominus) honorificè recipitur. 540

Pipin. Rex *Gal.* Stephano III. in *Gallias* uenienti obuians, vice stratoris deseruit. 752

Iustinian. II. illatas ab se *Romano* Pontifici iniurias, meritis compensare statuit, Constantinum enim Pontif. *Constantinopolim* inuitatum, omni honore coluit, vt etiam humi procumbens Augustus, eius pedes oscularetur. 703

Constantin. magnus, tenens frœnum equi Siluestri Papæ, stratoris officium illi exhibuit. 306

Ludo

Ludouicus II. Imp. Nicolao Pontifici ad eum viſitationis cauſa aduenienti occurrens, equum quo is vehebatur, pedes ipſe fræno duxit quantum ſagittæ ictus extenditur. 855

Cùm Ioan. VIII. timens tyrannidem Creſcentis in *Tuſciam* ſeceſſiſſet, memores *Romani* quæ ob iniurias illatas Pontificibus paſſi eſſent ab Ottone I. & II. è veſtigio honorifica legatione eumdem Ioannem in vrbem reuocarunt, & piis obſequiis ſe illi ſubiecerunt, eius pedes deoſculando, Creſcentius ſcilic., & alij ſeditioſi. 985

Leo IV. exercitum mouens contra *Northmannos*, res Eccleſiæ Rom. occupantes, ab ipſis captus eſt, illi autem ei in omnibus tanquam victori paruerunt, tanta fuit in ipſis reuerentia culminis Apoſtolici, vt vicisse Pontificem ipſos pœnituiſſet. 1049

Gregor. VII. ſtatuit, quod ſolius Papæ pedes, omnes Principes deoſcularentur. 1073

Innoc. II. fugiens perſequutiones Anacleti Antipapæ in *Gallias* venit, vbi à Rege Ludouico & ab Henrico *Angliæ* Rege honorificè excipitur, ambo pedibus eius procumbentes. 1130

Item, Leodium profectus, Lotharius Imperator ei occurrens, ſtratoris officio functus eſt, eumque in Sedem Pontificiam reſtituit. 1130

Cùm, ob vexationem Friderici Imper. & Victoris Antipapæ, Alexand. in *Galliam* nauigaſſet, Reges *Galliæ* & *Angliæ* ſimul conuenientes, illum honore congruo ſuſcipientes, ſtratorum officio functi ſunt, pedites dextra læuaque frænum ipſius equi tenentes per *Tociacum* vrbem vſque ad præparatum habitaculum perduxerunt. 1159

Federicus *Ænobarbus*, in ciuitate *Viterbienſi* Adriano IV. occurrens, ſtratoris officio functus eſt. 1152

Item Alexandro III. infenſus, filioque ſuo à *Venetis* capto, *Venetias* properauit vbi poſt pedum Pontificiorum oſculum, ab Alexandro in gratiam, pacem & vnionem Eccleſiæ recipitur. 1159

Philippus IV. Rex *Galliæ* frater eius, & Dux Britanniæ *Lugduni* coronationi Clementis 5. interfuerunt. 1305

Ina Rex *Anglorum* ab an 739. domos ſingulas Regni ſui, ſingulos denarios argenteos *Romano* Pont. Gregor. III. eiuſque ſucceſſoribus annuatim pendere voluit. 739

Offa *Merciorum* Rex, exemplu Inæ, Regnum ſuum Pontifici *Romano* tributarium reddidit. 772

Aripertus Rex *Italiæ*, donationem patrimonij *Alpium Cottiarum* (Regnum *Cottij* Regis in alpibus) 12. vrbes continentis, quæ quondam pertinuerat ad ius Apoſtolicæ Sedis, ſed à *Longobardis* multo tempore fuerant vſurpatæ, reſtituit, & hanc donationem aureis exaratam litteris, *Romam* direxit. 704

Luithprandus Rex *Italiæ*, prædictam reſtitutionem *Alpium* Eccl. Romanæ confirmauit, in quibus etiam eſſet ciuitas Ianuenſis, & quidquid ab ea inter *Alpes* vſque ad *Galliarum* fines continebatur. ano. 712

Item Zachariæ Pontifici dedit, nomine S. Petri, *Harniam*, *Anconam*, *Cumanam* vrbes, *Sabinenſe* item Patrimonium, & *Sutrini agri* vallem. 712

Item appropinquans aliquando portis vrbis, vt *Romam* Imperatori ſubiiceret, & Gregorium II. occideret, factus ei obuiam Pontifex, illum ab eo ſcelere reuocauit, adeoque piis ſuis monitis flexit, vt idem, & arma ſua, & coronam auream, & Crucem argenteam, ad ſepulchrum S. Petri depoſuerit. 712

Stephan. III. opera Pipini *Francorum* Regis, *Rauennam* cum vniuerſo Exarchatu, multaſque alias Eccleſiæ vrbes recepit, quam donationem Pipinus manu propria, & filiorum, plurimorumque optimatum ſubſcriptionibus roborauit. 752

Ethel Vvlphus ſiue Ath Vvlphus Rex *Angliæ* Inſulam ſuam voto tributariam Leoni IV. fecit, abundantius quam fecerant ſuperiores Reges. 847

Ludouicus pius Imper. donationem Exarchatus *Rauennatis*, aliarumque ciuitatum à Pipino, & Carolo magno Eccleſiæ *Rom.* factam, confirmauit. 814

Bertrannus Comes *Prouinciæ* donauit in perpetuum Romanæ Eccleſ. omnem honorem ſuum, iuramentumque fidelitatis ipſi Gregorio VII. præſtitit. 1073

Mathildis Comitiſſa conſobrina Henrici Imper. omnia bona ſua (nimirum *Liguriam* & *Tuſciam* Prouincias) *Romanæ* Eccleſ. ſub Gregor. VII. donauit. 1073

Quam donationem, ſub Paſchali II. renouauit. aon. 1099

Demetrius *Croatiæ* ac *Dalmatiæ* Dux, Regio nomine à Gregor. VII. inueſtitus, gratitudinis ergo, tributum annuum 200. Byzantinorum in perpetuum ei conceſſit. 1073

Demetrius *Ruſſorum* Rex, Regnum ſuum *Rom.* Eccleſiæ obtulit. 1073

Henricus I. Imper. Ciuitatem *Bambergenſem* cum iuribus ſuis *Rom.* Eccleſiæ plenè ſubiecit, cui, vt Dominæ, annuum cenſum perſolueret, nempe equum album cum ornamentis, & phaleris ſuis, centumque marchas argenti. 1002

Henricus II. *Beneuentum* per commutationem cum *Bambergenſi* ciuitate, pleraque alia loca in vltramontanis partibus ad ſuum ius pertinentia, pro locis in *Germania* (quæ S. Petro antiquitus donata fuerant) Leoni 9. tradidit. 1046

Henric. II. Imperator moriens filium Henricum quinquennem, paulò antè Regem conſtitutum, *Rom.* Eccleſiæ, nomine Victoris II. ibi præſentis, commendauit. 1046

Gregorius VII. per legatos in *Galliam* miſſos, exigendum curauit S. Petri denarium à Carolo magno primitus in tribus *Galliarum* locis indictum, cuius totius exactionis ſumma erat 1200. librarum. ann. 1073

Item, Legatum in *Hiſpaniam* miſit qui recuperatis à Mauris *Hiſpaniæ* ciuitatibus, iura, tributum, cenſumque, Sedi Apoſt. dari ſolita, exigeret. 1073

Item, ab Vratiſlao *Bohemiæ* Duce, cenſum voto pollicitum petiit. 1073

Alphonſus *Portugalliæ* Dux, tempore Lucij II. pietatis ergo, Ducatum ſuum conſtituit *Rom.* Eccleſiæ vectigalem, annuo cenſu vnciarum auri quatuor. 1144

Mediolanenſes & *Cremonenſes* arma contra Federicum *Ænobarbum* mouentes, potiti victoria, ciuitatem condiderunt, & *Alexandriam*, pro reuerentia S. Petri, & Alexandri III. Papæ nominarunt, ac *Rom.* Eccleſiæ in ius, & proprietatem obtulerunt, eamque tributariam B. Petro ſponte fecerunt. 1159

Federicus *Ænobarbus* Imper. *Romam* veniens in manibus Legatorum Adrian. IV. ſolemne iuramentum præſtitit, de conſeruandis, & defendendis omnibus debitis Pontifici iuribus. 1152

Henrico VI. Imper. mortuo, repertum in eius ſcrinio teſtamentum, quo vxori, & Federico filio præcipiebat, exhibere Eccleſiæ *Rom.* omnia iura Regni *Siciliæ*, & quod filius eius confirmationem à Papa, & *Romana* Eccleſia peteret. 1191

Eius morte magna pars *Tusciæ* quam olim Mathildis Comitissa Eccles. *Rom.* donauerat, & idem Imper. eiusque decessores Romanis *Pontificibus* abstulerant, restituta est Celestino III. sicut & *Sicilia*, *Calabria*, *Apulia*, super quæ postea ipse Celestinus, Federicum Henrici filium constituit Regem. 1191

Petrus *Aragonum* Rex ab Innoc. III. coronatus, suum & vectigale Regnum Sedi Apostolicæ constituit. 1198

Rudolphus Imperator (à quo domus *Austriaca*) *Romano* Pontifici liberè concessit, quidquid in Exarchatu *Rauenna*, & in *Romania* (olim *Flaminia*) Imperij iuris esset. 1273

Pontificum Romanorum quædam statuta.

Linus statuit, vt mulieres velato capite Ecclesiam intrarent. 70

Pius I. statuit, consuetudinem, quæ non esset contra fidem, seruandam. 158

Calixtus I. leges humanas rationi & honestati non repugnantes, recipiendas statuit. 211

Eleutherius, statuit, vt nulla esca rationabilis, & humana à fidelibus repudiaretur. 179

Celestinus I. patrem pœnitentiam indixit ei, qui carnalem filiam, & ei qui pœnitentialem, seu spiritualem violauerit. 424

Hilarius statuit, ne Pontifices deinceps successorem deligerent, quod etiam ad omnes Ecclesiasticos ordines pertinet. 461

Bonifacius V. mandauit, vt testamentum, iussu Principis, vbique valeret. 617

Eugenius II. statuit, ne Laici Ecclesiastica negotia terminare præsumant. 824

Ioan. XII. primus, post B. Petrum, nomen suum mutauit, cùm antea Octauianus diceretur. 955

Honorius II. prauam illam consuetudinem abrogauit, qua, decedente marito, vel vxore, vniuersa decedentis mobilia, quæque ex naufragio emerserant, non ad filios vel legitimos hæredes, sed ad fiscum transibant. 1124

Innocentius II. torneamenta interdixit. 1130

Lucius III. ab vrbe deiectus est, quod ex ea Senatorum nomen abolere niteretur. 1182

Gregorius VIII. ad recuperandam Ierosolymam, multa statuit pro correctione morum, vt pote, de superfluitate vestium, de choreis, aliisque vanitatibus vitandis. 1187

Innocentius III. statuit, Sacerdotes bellatores deponendos. 1198

Gregorius IX. 5. libros Decretalium, Raymundi Barchinonen. Dominicani opera, collegit. 1227

Bonifacius VIII. Sextum librum Decretalium compilari iussit. 1294

Clem. V. multas edidit constitutiones, Ecclesiasticæ disciplinæ perutiles, quas vna cum aliis in vnum volumen contulit, eamque collectionem, Clementinas appellauit. 1305

Ioan. XXII edidit 20. constitutiones, quas extrauacantes vocant. 1316

Gregorius IX. statuit, Laicos, cuiuscumque dignitatis, prædicare non posse. 1227

Bonifacius VIII. pulpitum in Laterano erigi procurauit, ex quo excommunicationes die Iouis, sancto publicabantur, vbi etiam Philipp. Rex, & Columnenses notati sunt. 1294

Ioan. XXII. legem tulit, contra immulantes dæmonibus, aut responsa opemve ab eis petentes. 1316

Sixtus IV contra maleficos, constitutionem edidit 1471

Iulius II. sub excommunicatione, duellum prohibuit. 1503

Item Pij II. legem, contra appellantes futurum Concilium, firmauit. 1503

Leo X. Impressionem librorum, absque præuio examine, & superiorum licentia, sub excommunicationis pœna, prohibuit. 1513

Item, statuit contra pugnantes in duello, aut illud permittentes, vel spectantes, instatu Ecclesiastico. 1513

Paulus III. bona naufragio iactata, in locis S. R. Ecclesiæ, occupari vetuit 1534

Paulus IV. primus qui vniuersalem perniciosorum librorum Indicem contexuit. 1555

Pius IV. statuit, vt forma professionis fidei Catholicæ obseruaretur, à quibuscunque promotis, & promouendis ad aliquam liberalium artium facultatem, ab electisque, & eligendis ad Cathedras, lecturas, & Regimen publicorum gymnasiorum, item, à prouisis de beneficiis Ecclesiasticis Curatis aliisque locis ordinum Regularium, & militarium. 1560

Pius V. Taurorum spectacula, sub anathemate, fieri vetuit. 1566

Item, meretricum licentiam seuerè coercuit. 1566

Gregorius XIII. ius Canonicum expurgauit, & auxit. 1572

Item, vetuit, ne depingantur siue minientur aut venales proponantur Agnus Dei, à Pontifice benedicti. 1572

Sixtus V. contra exercentes astrologiam iudiciariam, pœnas statuit. 1585

Item, contra adulteros capitis pœnam tulit.

Item, contractus societatis, in quibus sors salua, damnauit. 1585

Greg. XIV. constitutionem Sixti V. contra abortum procurantes, mitiorem reddidit. 1591

Pontifices seipsos spontè abdicantes.

Vigilius, malis artibus Pontificatum adeptus, defuncto Silueiro, postquam se in ordinem redegisset, à Clero (schismatis vitandi causa) electus est, ann. 540

Ioannes XVIII. Sedis Apostolicæ Inuasor, postea pœnitentia ductus seipsum abdicauit, & deindè legitimè à Clero electus est. 1024

Benedictus IX. Patris Comitis Tusculani potentia, in Sedem intrusus, tandem pro bono pacis seipsum abdicauit, Ioannique R. Eccl. Archipresbytero Pontificatu tradito, in paternam domum se recepit. 1033

Gregorius VI. crimine simoniæ, & homicidij insimulatus nec conuictus, tamen pro Ecclesiæ pāce, & schismate vitando, seipsum spontè abdicauit. 1044

Honorius III. Papa cum tumultu acclamatus, post septimam diem, in præsentia omnium Cardinalium, spontè mitra, & manto depositis, Pontificatui renunciauit, & à Cardinalibus denuò electus est. 1124

Celestinus V. cùm parum idoneus huic fastigio sibi ipsi videretur, sexto sui Pontificatus mense, spontè dignitati cessit, sed ante cessionem, constitutionem de plenitudine potestatis edidit, quod Papæ possint cedere Pontificatui. 1294

Ioan. XXIII. in Conc. *Constantiensi* (quod ipse ad tollendum schisma indixerat) depositus, sententiam aduersum se pronunciatam, approbauit. 1410

Pontifi

Pontificum Romanorum nimia facilitas.

Liberius, post biennij exilium coactos, Athanasij damnationi subscripsit; & Arrianorum communione pollutus est, hæresim tamen non est professus. 352

Ioannes VIII. occasionem dedit fabulæ *Ioannæ papissæ*, vt potè quod qui Eunucho resistere nesciret & à semiuiro (Photio nimirum) vinceretur, femina potius quam vir nuncupandus esset. 872

Ioannis X. authoritate, Hugo puer quinquennis Heriberti Comitis *Aquitaniæ* filius, in Archiepiscopum *Rhemensem* eligitur, & Episcopatus Patri regendus committitur. 912

Ioannes IX. per vim Berengarium Imperatorem coronauit, quæ coronatio in Synodo *Romana* abrogatur. 904

Ioan. XI. in carcere cum matre Marozia, ab Alberico fratre detentus, coactus, concessit Patriarchæ *Constantinop.* eiusque successoribus vt, absque *Romanorum* Pont. permissu, vterentur pallio, vnde mos inoleuit, vt etiam Episcopi totius *Græciæ* palliis vterentur. 931

Paschalis II. Henrico 4. Imperatori (minis territus) concessit priuilegium de inuestituris beneficiorum Ecclesiasticorum conferendis. 1100

Anastasius IV. de nimia facilitate reprehensus est. ann. 1153

Adrian. IV. à Guillelmo *Siciliæ* Rege *Beneuenti* obsessus, per vim concessit, vt in Sicilia non esset ius appellationis ad Sedem Apostolicam, nec legationis ab eo mittendæ, nisi ad petitionem Regis hæredumque eius. 1154

Adrianus VI. ob minimos rerum vsus, omnia ferè aliorum arbitrio moderabatur. 1522

Pontifices Romani imperfecti.

Sabinianus, decessoris sui Gregorij magni acta maximè auersatus, cito moritur. 604

Stephanus VII. Formosum decessorem è sepulchro extrahi, digitisque tribus abscissis, in *Tyberim* iactari præcepit, eunctosque quos ipse ordinauerat de gradu proprio depositos, iterùm ordinauit Formosi tamen innocentia miraculosè probata est, eodem enim tempore quo hæc agebantur, sacrosancta Basilica *Lateranensis* ab altari vsque ad portas solo protinus prostrata corruit, sanctuario tantummodo relicto, in quo ipsa Sedes Pontificis existebat, execrandum tamen illud scelus Stephani, non fuit error in fide, sed violenta tyrannis in facto. 897

Romanus autem Papa, hæc acta Stephani improbauit. 900

Sergius III. qui vnà cum Steph. VII. in Formosum sæuierat, rursus minis ac terroribus Romanos pepulit, vt omnes eius ordinationes irritas haberent, ac Formosi corpus defossum capite truncari iussit, in dicto Sergio præter vim tyrannicam, turpitudo vitæ ac consuetudo cum Marozia nobili scorto, ab auctoribus eius sæculi, scriptis proditur. ann. 907

Lando, in gratiam Theodoræ (Maroziæ matris) potentissimi scorti, Ioannem (quem illa deperibat) ex Episcopo *Bononiensi* in *Rauennatis* Ecclesiæ Archiepiscopum transtulit. 912

Ioan. XII. venationibus magis, quam precibus deditus fuit, in Synodo *Rom.* illi vitio datur, quod Canonicas horas neglexerit, & se Crucis signo non muuierit. 955

Ioan. XIV. palam malus & auarissimus, ideoque Clero exosus, omnia enim rapiens, cognatis & nepotibus suis largiebatur. 984

Ioan. XX. dictus 21. rebus gerendis planè ineptus, & moribus inæqualis, obrutus ruina conclauis, seu domus quam inhabitabat septima die moritur. 1276

Vrban. VI. Carolum (quem anteà Regem *Neapolis.* declarauerat) Regia dignitate priuauit, eo quod noluisset nepotem suum, *Capuanum* Principem creare. 1378

Ioan. XXIII. in Conc. *Constantiensi* 40. criminibus accusatus, & conuictus, communi omnium consensu deponitur, ac post tres annos carceris, à successore Cardinalis creatus, florentiæ obiit. 1410

De Alexandri VI. vita, multa tùm fama, quæ nulli parcat, tùm scripto prodita sunt, vero an ex Inuidia, haud facilè dictu, moritur ex veneno ei per errorem propinato. 1492

PRÆLATORVM DIGNITAS.

Anacletus, sanxit, vt Episcopus à tribus saltem Episcopis ordinaretur. 103

Anicetus, idem statuit, ac vt Archiepiscopus ab omnibus suffraganeis ordinaretur. 167

Caius statuit, nullum ad Episcopatum assumi debere, qui in singulis gradibus non ministrasset. ann. 284

Celestin. I. vetuit, ne laicus, contemptis Clericis, ad Episcopatum promoueretur. 424

Hilarius, statuit, nullum Episcopum debere ordinari sine consensu Metropolitani. 461

Bonifac. II. statuit, ne quispiam sibi in Episcopatu successorem deligeret. 530

Bonifac. III. voluit electionem Episcopi à Clero, & populo fieri, eamque ita ratam fore, ac si à Principe ciuitatis approbata esset. 606

Carolus magnus, Episcoporum electionem à decessoribus vsurpatam, in pristinam libertatem Clero, & populo restituit, misso eius visitatore, qui tantùm, ad vitandas rixas, eiusmodi electionibus præesset. 800

Clemens VIII. Episcopos, quos creaturus erat, cum aliquot Cardinalibus ad hoc delectis, adhibitisque simul qui in vrbe erant doctissimis Theologis, & Canonici Iuris peritissimis, diligenti primum, & improuiso examine probauit, cuius essent peritiæ. 1592

Anterus, declarauit, ex necessitate, & communi vtilitate, cum superiorum consensu, posse Episcopum ad aliam Ecclesiam transferri. 238

Hilarius, idem declarauit. 461

Pelagius II. hunc transitum (Ecclesiæ vtilitate id non postulante) reprobauit. 577

Calixtus I. statuit, vt nullus Episcopus de alterius Parochia aliquid præsumat, neue Diœcesim motet. 228

Dionysius, Diœceses & parrœcias certis limitibus distingui voluit, ne quisquam alterius administrationi se ingereret. 268

Sixtus I. prohibuit Episcopo, alterius Parrochianum retinere, ordinare vel iudicare. 260

Celestinus I. statuit vt nullus Episcopus in alterius Parochia, nisi eo vocante, aliquid agere audeat. 424

Fabian. statuit, conspiratores & Insidiatores suorum Episcoporum, Curiæ tradendos. 238

Gelasius, statuit, eas vrbes quæ Episcopum occidissent, Episcopali dignitate in perpetuum esse priuandas. 492

Eusebius,

Eusebius statuit, ieiunia in Ecclesia à Sacerdotibus constituta obseruari debere, 309

Item, de mensa Episcopali qualis esse debeat. ann. 309

Anaclet. vetuit Episcopus, præterquam ab idoneis testibus accusari, non tamen à laicis. 103

Sixtus III. quædam decreuit pro Episcoporum accusationibus. 432

Ioan. I. scrip. Epistulam, de non accusandis Episcopis. 523

Pelagios II. statoit, non debere Episcopos à quolibet accusari. 577

Hyginius, vetuit Metropolitano, Episcopom Prouinciæ suæ damnare, nisi prios cognita à Coëpiscopis, & discussa causa. 154

Zephirinos, vetuit Episcopum à Patriarcha vel Primate, vel Metropolitano, sine authoritate Apost. damnari, & tunc à 72. testibus probatæ fidei conuictum. 203

Cornellus, probibuit iuramentum à summis Sacerdotibus ac Dei ministris, præterquam in caosa fidei exigi. 254

Ioan. I. statoit, quod nullus Episcopus Ecclesia sua expoliatus teneatur cōparere in Iudicio, nec respondere accusatoribus antequam restitutus fuerit in rebus sibi ablatis. 523

Bonifac. V. Iusto *Roffensi* in *Anglia* Episcopo, in signum elargitæ plenitudinis potestatis, pallium misit. 617

Eogenius I. decreuit, vt Episcopi carceres haberent, ad delicta Clericorom punienda. 654

Leo II. statuit, vt Archiepiscopi nihil pro vsu pallij, aut pro diuersis officiis Ecclesiæ persoluerent. 683

Ioan. V. statuit, vt Romanus Pontif. ab *Ostiensi*, *Portuensi*, ac *Veliterno* Episcopis, in Ecclesia Saluatoris ad *Lateranum* consecraretur. 685

Adrianus I. in gratiam Ingelramni Episcopi *Mediomatricum Romæ* tunc degentis, scripsit 80. Canon. aduers. falsos accusatores, & oppressores Episcoporum ac Pontificum. 772

Item, Episcopis & Presbyteris prohibuit, arma militaria induere, dicens eos debere ieiuniis, & orationibus vacare, quæ sunt arma spiritualia. 772

Ioan. VIII. Clericos & sanctimoniales, pupillos & viduas, sub tutela Episcoporum esse decreuit, eosque ad sæcularia Iudicia trahi, modis omnibus interdixit. 872

Anastasius, concessit *Ticinensi* Ecclesiæ vmbellæ vsum, equo vehi albo, crucem præuiam in itinere habere, & in Conciliis, à læua Pontificis assidere. aon. 910

Ioan. XIII. *Capuensem* Ecclesiam, eo quod se, *Roma* fugatum, honorificè recepisset Archiepiscopatus dignitate insigniuit. 965

Leo IX. decreuit expilatores domorum Episcopalium, post obitum Episcoporum. 1049

Clement III. quædam statuit, de authoritate & vsu pallij, & de obsequio Episcopis debito. 1188

Vrbanos V. Prælatis edixit, vt vno aut paucis beneficiis contenti essent. 1362

Pius II. statuit, vt Protbonotarij Apostolici, locum Episcopis cederent. 1458

Pius IV. contra Episcopos non residentes, constitutionem edidit. 1560

Pius V. idem statuit, ac præcepit. 1566

Constantin. magn. voluit Episcoporom sententias, non solum de Ecclesiasticis rebus. Verum & de ciuilibus decidentes, inuiolatas incorruptasque seruari. 306

Item, vt manumissiones seruorum, coram Episcopo in Ecclesiis fieri possent, concessit Episcopis virgula Prætorum, quæ vindicta dicebatur. 306

Honotius Imperator, sanxit vt si quis Episcopos Iudices, in causis habere vellet, omnino posset. ann. 395

Anastasius Imperat. sanciuit, ne quis Defensoris munere fungi posset, qui Ecclesiasticis prius non esset imbutus mysteriis, & coram Episcopo iuramentum non præstitisset. 495

Iustinian. Imp. iussit Prouinciarum Præfectos, iurare Metropolitanis Episcopis omnia seruaturos quæ essent Imperatoris legibus constituta, ipsosque Episcopos ipsis præpositos esse, ne quid ab illis contra Iustitiæ ordinem admitteretur. 527

Ioan. *Comnenus* Imper. constitutionem edidit, aduers. Prouinciarum Præsides, vel alios qui defunctorum Episcoporum bona relicta inuaderent. 1119

Prælatorum Zelus.

Euphemius Patriarcha *Constantinop.* Anastasium nunquam purpura ornare voluit, donec, conceptis verbis, Religionem se tutaturum, & edito chirographo, fidem Catholicam seruaturum iurare compulisset. 491

Episcopi *Dardaniæ & Illyrici* (qui tyrannide Anastasij Imper. vexati ab Ecclesiæ Catholicæ communione desciuerant) terræmoribus territi ad Ecclesiam redeunt sub Hormisda. 514

PRINCIPVM PIETAS ET ZELVS.

Lucius *Anglorum* Rex (primus Regum ad fidem conuersus) petiit ab Eleutherio Papa, Sacerdotes qui eum cum popolo suo, in fide instituerent. 179

Philippi Imperatores Pater & Filius facti Christiani. 246

Philippus Pater, à Fabiano Papa ob crimen, ab Ecclesiæ ingressu interdictus obtemperauit. 246

Constantin. magn. cœlesti signo admonitos, vexillum (quod *Labarum* dictum est) Crucis signo notatum fieri præcepit, & exercitum anteire, nummos cruce obsignari iussit, crucisque supplicium vetuit. ann, 306

Item, Xenoduchia, seu hospitia pauperum, Episcoporum rogatu, per totum Imperium primos constituit. 306

Item, auctor fuit, vt ad corpora defunctorum humanda, piorum hominum Collegium constitueretur, quod à publicis muneribus & tributis immunem esse voluit. 306

Iouianus, Imperator, ab exercitus Ducibus electus professus est se Christianum, nolle Gentilibus Imperare, sed cum audisset à militibus & se Christianos esse, statim delubra Idolorum claudi mandauit, ac Christi cultum in integrum restituit. 364

Valentinian. I. *Labarum*, à Iuliano mutatum, restituit. 364

Theodosius, in *Oriente* fana Paganorum, & sacrificia prohibuit. 379

Item à S. Ambrosio (ob cædem *Thessalonicam* 7000. hominum) ab Ecclesia pulsus, ad palatium reuersus est, octoque mensea in luctu & gemitu vixit, ac postea in festis Paschæ, absolutionem ab excommunicatione obtinuit. 379

Arcadius Imp. bellum cum *Persis* gerens in ipso conflictu aëriæ cruces in vestibus militum apparuerunt, vnde etiam victor auream monetam, cum eod. Crucis signo, fieri præcepit. 395

Anast. sius

Anastasius Imper. voluit omnes militaturos, Iuramentum professionis fidei emittere. 491

Iustinus Imper. Conc. *Chalcedonense* ab omnibus obseruari præcepit. 518

Tiberius Constantin. Imper. marmoream Crucem è pauimento, vbi inambulabant, (Religionis causa) tolli cùm iussisset, ingentem inibi auri vim defossam reperit. 579

Adaluoaldo Rege *Italia*, Ecclesiæ restauratæ, multæque locis sanctis donationes factæ sunt, sed præcipuè famosissima Basilica S. Ioannis Baptistæ *Modœtia* propè *Mediolanum* erecta, à quo tempore *Longobardi*, in omnibus actibus suis tàm bellicis quam ciuilibus cœperunt inuocare S. Ioan. Baptistam. 616

Grimoaldus Rex *Italia*, ex Arriano factus Catholicus, à S. Ioanne *Bergomensi* Episcopo & Martyre. ann. 663

Bertharidus Catholicus, in *Britanniam* nauigans, voce diuinitus è littore emissa, admonitus est de Grimoaldi obitu, moxque in patriam rediens, exturbato Garibaldo, ab vniuersis *Longobardis* in Regem recipitur. 673

Theodosius III. ex Imperatore spontè Clericus factus, Ephesi defunctus est, post mortem clarus miraculis, suo sepulchro Epitaphij loco hoc vnicum verbum inscribi voluit, *Sanitas*, vt videlicet designaret, virum fidelem post mortem tantummodo, perfectam consequi ab animæ passionibus sanitatem. 714

Irenes Imperatrix, cùm filium Constantinum, iustitiæ zelo (vt creditur) sustulisset, carceribus ab eo inclusos, & in exilium deportatos, restituit. ann. 796

Michaël *Balbus* Imper. edicto omnes Orthodoxos exilio vel carcere liberans, permisit vt sacræ vbique Imagines restituerentur, præterquam *Constantinopoli*, eo quod ipse nullam coluisset. 820

Theophilum Iconoclastam, ferunt in extremis erroris sui pœnitentem, Imaginem sacram adorasse. ann. 820

Michael *Curopalates* Imperator, sanctos Confessores ab exilio reuocatos, Nicephoro Patriarchæ reconciliauit. 811

Carolus magn. Inter cœnandum, sibi libros D. August. de ciuitate Dei, & Historias legi curabat. ann. 800

Item, moriens omnium bonorum mobilium, maximam partem Ecclesiis, & pauperibus erogauit. 814

Ludouicus pius Imper. plures populos *Hispania*, à tyrannide Saracenorum in *Gallias* cum suis Comitibus fugientes non vt seruos suscipiens, liberos esse voluit, agrosque in Prouincia septimana tradidit. 814

Item, ob mortem nepoti Bernardo, aliasque iniurias fratribus inflictas, publicam pœnitentiam ab Episcopis *Attiniaci* congregatis libenter suscepit, extremoque morbo laborans per dies 40. quotidianum cibum tantummodo, corpus Dominicum sumpsit. 814

Lotharius I. Imper. relicto Imperio, in *Prumiensi* Monasterio Monachus factus, paulò post obijt. ann. 840

Otto I. Imper. Consulum secutim sibi præferri voluit, qua nocentes persequebat. 961

Otto III. Mariam coniugem (quod eius calumniis deceptus Comitem innocentem morti damnasset) flammis comburi iussit. 983

Ioan. *Zemiscis* Imper. diuina sanctissimæ Dei genitricis ope, deuictis *Russis*, *Bulgaris Scythis* & *Turcis* aduersus eum simul iunctis, *Constantinopoli* eadem qua vicerat Religione triumphauit, dum ipse equo vectus, venerandam sanctissimæ Virginis (Ciuitatis Patronæ) Imaginem in curru triumphali, super *Bulgarorum* vestibus impositam deferri iussit. ann. 969

Basilius Imper. Romani Iunioris filius, parans exercitum in *Bulgaros* rebellantes, voto se obligauit Domino, Monachum fieri, si *Græcis* eos subderet, quod cùm post XV. annos obtinuisset, habitum Monasticum, Græca figura subindutus, deinceps omni vitæ suæ tempore, à concubitu, & carnibus abstinuit, Imperiali tamen extrinsecus schemate circondatus 975

Henricus I. Imper. futuri post sex annos Imperij prædictionem in somnis à S. Vvolphango olim *Ratisponen.* Episcopo accepit, virgo autem cum Chunegunda vxore, vsque ad mortem permansit, amboque inter sanctos relati sunt. 1002

Constantin. *Monomachus* Imper. defunctus est in Monasterio, quod ædificarat. 1042

Constantin. *Ducas* Imperator, magnum studium impendit vt controuersias dirimeret, Decreta scriberet, licet inductus esset, dicere tamen solitus erat, se malle ex doctrina, quam Imperio nobilitari. 1059

Item cum *Vzi Scythia* populi ad 600. armatorum millia, trãsmisso *Istrio*, imitaneum *Romanorum* exercitum debellassent, & circumquaque diuagantes, omnia perderent, ipse Imperator imbellis (pius tamen) non amplius quàm 150. milites, secum habens, ieiunium indixit, & sibi, & populo frequentes supplicationes adhibuit, ipse pedes cum lachrymis incedens, qua die visa est ab *Vzis* in tabernaculis commorantibus militum multitudo in acie dimicare, & tantam telorum copiam contra ipsos iacere, vt ex iis nullus illæsus remanserit, mox vero, tota gente peste, & fame consumpta, reliquiæ cum Ducibus ad propria remearunt. 1059

Romanus *Diogenes* Imper. à Michaele *Duca* excæcatus, vulneribus non curatis, cùm eius caput intumuisset, verminibusque scateret, graucolens horribilisque visu finem viuendi fecit, in talibus autem, & tot malis gratias Deo agere perseuerauit, sinistros casus æquo animo ferens. 1068

Lotharius II. Imper. Sacerdotes honorabat vt Patres, pauperes fouebat vt filios, viduas vt matres, quibus omnibus cum Augusta coniuge pedes lauabat, orationibus inuigilabat, lachrymasque creberrimas contriti cordis Deo offerebat. 1125

Conradus III. in Regem *Romanorum* electus, Cruce cum multis Principibus innumerisque *Germania* nobilibus signatus, expeditionem in terram sanctam suscepit, quam tamen multa sequuta sunt Infortunia. 1139

Ioan. *Comnenus* Imper. obtenta (ope Dei genitricis Mariæ) ingenti de *Scythis Thraciam* inuadentibus victoria, eius Imaginem magnificentissimo currui impositam, insigni pompa *Constantinopolim* reduxit, ipse pedes currum præcedens. 1119

Emmanuel *Comnenus* Imper. astrologorum prædictionibus deditus, vbi XIV annis ante præstitutum ab illis vitæ finem, supremum diem adesse sensit, chirographo suo Astrologorum damnauit artem, & moribundus pullum Monachi habitum pœnitentiæ indicium sumpsit. 1143

Rogerius *Siciliæ* Rex aduersus Emmanuelis

Commen. (eo quod lege lata cuncta immobilia ab omnibus Ecclesiis & Monasteriis abstulisset)bellum parans, coactus Emmanuel *aurea bulla* (quam *Medicatricem* appellauit)cunctis Ecclesiis concessit, vt immobilia possidere possent, & quæcumque quouis titulo ad eos pertinuisse vel pertinere probarentur pacificè habere voluit. 1143

Isaacius *Angelus* Imper. exagitatus bellis ciuilibus pietatem erga Deiparam, ac sanctas exercitationes freqnentando, Deum placauit, viduas eleemosynis, pauperculas Virgines dote, & sumptu nuptiarum in magna Hebdomada iuuabat, xenodochiis *Constantinopolim* repleuit. 1186

Ottocarus Rex *Bohemia*, delatum sibi à Principibus Imperium recusauit. 1273

Carolus IV. Imper. vir bonus, sapiens, doctus, V. linguarum cognitione ornatus, multas in *Bohemia* fundauit Ecclesias. 1348

. Item, auctor fuit *Aurea* Bullæ sigillo aureo roboratæ, in qua agens de electione Imperatoris, multa ad pacem publicam pertinentia est complexus. 1348

Albertus Iunior Imper. in expeditione contra *Turcas* in *Hungariam* irrumpentes, in modico peponum esu, dissenteria moritur. 1440

Fridericus III. Imper. multæ virtutis, & Religionis Princeps, sed in rebus gerendis tardior & remissior. 1441

Ioan. *Palæologus* Imper. adfuit Concilio *Florentino*, vbi *Græcorum* vnio cum fide *Latinæ* Ecclesiæ stabilita est. 1419

Carolus V. pactis cum *Turca* induciis, & pace cum *Gallo* confecta, instigante Paulo III. bellum gessit contra Protestantes, quos feliciter simul cum tota *Germania* domuit, *Vvitembergensi* Duce omnibus facultatibus exuto, capitis Ioanne Friderico Electore *Saxoniæ*, Philippo Landgrauio *Hessiæ*, mulctatisque ingenti pecunia Ciuitatibus quæ contra se arma tulerant, vnde ob res præclarè gestas, cognomentum *Maximi*, & *Fortissimi* à summo Pontifice accepit. 1520

Principum in Ecclesiam affectus.

Constantinus magnus, cum *Persis* dimicans, secum habuit Sacerdotes, & Tabernaculum speciem gerens Ecclesiæ, vnde *Missa Castrenses.* 306

Item, sumptus ex publicis tributis, in Catholicæ Religionis ministros, Ecclesiasque distribui iussit. 306

Item in Concil. *Nicæno* libellos aduersus Episcopos, & Presbyteros, sibi oblatos, combussit.

Iouianus, Ecclesiis, Clericis & Virginibus immunitatem à Iuliano *Apostata* ereptam, restituit. 364

Valentinian. I. rogatus ab Episcopis, vt illis liceret cogere Concilium, respondisse hominem laicum nolle eiusmodi negotiis immiscere, proinde quod vellent facerent. 364

Gratiano & Valentiniano II. Regnantibus cessat in Ecclesiam furor. 375

Gratian. Imper. legem tulit, vt cuncti subditi eam Religionem retinerent quam Damasus *Roman.* & Petrus *Alexandrin.* Pontifices custodirent. 375

Honorius Imp sanctione, priuilegia omnia sacrosanctis Ecclesiis rata esse iussit. 395

Arcadies priuilegia Ecclesiæ à Decessoribus Imperatoribus collata, confirmauit. 395

Leo Imperator, piis locis & hospitalibus priuilegia concessit. 457

Odoacer Rex *Italia*, quantumuis Arrianus rebus tamen sacris nullum negotium facessiuit. 476

Theodoricus *Gottus* Rex *Italia*, in quarta Synodo *Rom.* à Symmacho interpellatus, respondit, in Synodali esse arbitrio, in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se, præter reuerentiam de Ecclesiasticis negotiis pertinere. 493

Itē, rescripsit pro bonis Ecclesiæ restituendis. 493

Iustinus Imp. exules fidei causa, ad propria redire, pristinosque gradus recipere voluit, hæreticos vero ipsis subrogatos, procul pelli, aliisque pœnis exagitari. 518

Iustinian. simulac Imperator creatus est, cuncta bona sua, quæ hactenus possederat Ecclesiis donauit ano. 527

Item, edictum de fide Catholica ab omnibus custodienda promulgauit, sanctiones edidit de electione, ordinatione & assiduitate Episcoporum, de eorumdem Ecclesiis, necnon Xenodochiorum redditibus ac de hæreditatibus relictis Christo ac sanctis, ann. 587

Iustinus iunior, edicto omnes hortatus est ad Catholicæ Ecclesiæ doctrinam, ac vnitatem amplexandam. 565

Tiberius Constantin. Imp. S. Eutychium in suum monasterium à Iustiniano relegatum Sedi *Constantinopolitanæ* restituendum curauit. 579

Arioualdus Rex *Italiæ* Episcopo cum aduers. Monachos interpellanti respondit, non est meum Sacerdotum causas discernere, quas Synodalis examinatio ad purum debet iudicare. 626

Constantin. *Pogonatus* dùm pacem Ecclesiæ restituere conatur, *Sarraceni Auares* aliique *Rom.* Imperij hostes, per Legatos pacem sub tributo postulant. ann. 668

Item, Epistula (quam *sacram* vocabant) *Romanam* Ecclesiam à pensitatione pecuniæ quam primum *Gottorum* Reges, postea Imperatores *Orientis* à creatis Romanis Pontif. exigere solebant, liberauit ac etiam à censibus & tributis annuis pro patrimoniis in *Sicilia* & *Calabria.* 668

Iustinian. iunior, licet non sanæ extaret fidei, volens tamen videri de Ecclesia *Rom.* benè meritus, ex parte minuit cupitationem patrimonij eiusdem Ecclesiæ. 685

Luitprandus Rex *Italiæ*, primus omnium Regum Longobardum Sacerdotes & Clericos ordinauit, qui sibi quotidie diuina officia decantarent. 712

Theodosius III. Imperator factus, statim restituit imagines (quibus sex oecumenicæ Synodi depictæ erant)ab impio Philippico deletas. 714

Constantinus *Copronymus*, auditis reb. benè gestis à Zacharia Pontifice pro *Rauenna* Exarchatu, quo magis eum demereretur, quædam prædia Iuris Imperij, Ecclesiæ *Romanæ* donauit. 741

Constantinus, Irenes filius Imp. omnibus libertatem concessit, Catholicam Religionem profitendi. ann. 779

Ioan. VIII. cùm Lambertus Comes *Spoletanus* & Adelbertus marchio *Tusciæ Romam* cum valida manu ingressu, ipso Pontifice aliisque Episcopis Clericis ac Monachis pessimè habitis, Romanos proceres in verba Carolomanni iurare coëgissent, ipse Ioannes in *Galliam* se recepit. anno. 872

Carolus Magn. Imperator coronatus, statim iuramento se Defensorem Ecclesiæ *Rom.* futurum obligauit. ann. 800

Ludouicus Pius Imper. Lotharium filium Regem *Italiæ* in Gregor. IV. arma mouentem cohibuit. ann. 814

Basilicus

Basilius *Macedo* Imper. statim Photio deiecto, Ignatium Sedi Patriarch. restituit. 867

Carolus *Caluus*, *Romam* cum exercitu pergens ad subueniendum S.R. Eccl. à *Sarracenis* periclitanti, Legatis Papæ consentientibus imo (vt par est credere)& procurantibus tributum laicis, Clericis, omnibusque Ecclesiis imposuit. 875

Leo VI. Imp. statim Photium è throno depositum, in Monasterium *Armenorum* relegauit, suumque germanum Stephanum, in eius locum subrogauit. ann. 886

Otto I. Imp. coronatus statim restituit Ecclesiæ *Rom.* omnia quæ propria eius fuissent, nempe quæ Constantinus, Pipinus & Carolus magni olim contulissent, sed postea Tyranni per vim abstulissent, aliaque insuper, pro remedio animæ suæ, addidit. ann. 961

Item Ioannem XIII. à Rotfredo vrbis Præfecto in Campaniam relegatum, restituit. 961

Otto III. suasu piæ matris Theophanis, corrigendum curauit delictum, quod Patri exitium intulerat, de sublato ab Ecclesia *Mersburgensi* Episcopatu. ann. 983

Constantin. *Porphyrogenitus* Imp. nunquam fine donis ad Ecclesias accedebat. 911

Ioan. *Zemiscis* Imper. Ius Episcopos de signandi (à decessore vsurpatum Ecclesiasticis cessit. 969

Henric. I. Imper. tantæ fuit deuotionis erga res & personas Ecclesiasticas, vt in Conciliis cùm alloquuturus esset Episcopos, humi se prosterneret, nec surgeret nisi, qui Synodo præesset, eum suis manibus eleuaret. 1002

Constantinus *Monomachus*, librum Nicetæ Monachi, contra Sedem Apostolicam vniuersamque Ecclesiam, incendi iussit. 1042

Isaacius *Comnenus* Imperator, Ecclesiam *Constantinop.* (quæ tum in sacris muneribus, tum in thesauri dispensatione Præfectos ab Imperatoribus delectos pati cogebatur) in pristinam vendicauit libertatem. 1057

Alexius *Comnen.* Imper. vir Catholicus & Ecclesiæ *Rom.* coniunctus, plurimum insudauit in euellendis erroribus & colligendis orthodoxæ fidei Decretis. 1100

Henric. IV. Henrici III. Imp. filius, aduers. Patrem rebellans, breui vniuersa *Saxonia* potitur, ac ab optimatibus dignitate Regia honoratus, eamdem Prouinciam Ecclesiæ *Rom.* communioni restituit, in Concilio autem *Northusi* congregato, contestatus est, se nulla Regni cupiditate paternum sibi Regimen vsurpare, quinimo ita se Patris semper pertinaciæ compassionem exhibiturum, vt si *Romano* Pontif. vellet lege Christiana subiici, ipse vel Regno cedere, vel seruiliter ei subesse paratos esset. 1100

Ipse autem Henric. IV. (cùm rursus inuestituras vsurpasset) variis prodigiis territus, in Comitiis *VVormatia*, Ius inuestituræ cessit Pontifici, ac postea in Conc. *Romano* pax inter ipsum & Pontificem iam inita, iuramento ipsius Heurici confirmata est. ann. 1122

Gelasius II. in schismate contra se ab Imp. Henric. IV. excitato, fuga elapsus, ad tutissimum Ecclesiæ *Romana* asylum in *Gallias* proficiscitur, ibique mansit vsque ad diem mortis suæ. 1118

Lotharius II. Imper. cùm Innocent. II. *Roma* in Sedem suam restituisset ab ipso corona Imperiali insignitus est, ac sic compescuit schisma Petri Leonis. 1125

Item, Rutgerum *Apulia* Principem impugnatorē Eccl. *Ro.* & hostē publicum de *Italia* proscripsit. 1125

Emmanuel *Commen.* Imp. paulò antè obitum, petiit ab Alexand. III. vnionem *Gracorum* cum Eccles. *Rom.* ipso tamen defuncto, Ioan. Cardinalis Alexandrin. Legatus, ab Andronico (in nodium Emmanuelis) *Constantinopoli* occisus per vicos vrbis raptatur, ann. 1143

Frederic. II. statim ac ab Honorio III. coronatus fuit, leges tulit pro immunitate, libertate ac Iurisdictione Ecclesiastica. 1212

Balduinus I. Imperator *Gracam* Ecclesiam, ad tempus *Romana* audientem ac concordem reddidit. ann. 1200

Balduini II. Imp. precibus, Federicus II. Imperator *Occidentis* Cardinales & Episcopos, quos ceperat dimisit. 1227

Michaele *Palaologo* Imper. *Constantinop.* procurante vnio *Gracorum* & concordia in fide cum *Latinis* in Conc. Lugdunensi facta est. 1261

Carol IV. Imp. pacem cum summis Pontificibus perpetuam firmauit, hinc Imperium in eius posteritate adhuc permanet, Deo eius virtutem, & in sanctam Sedem obseruantiam felicitante. 1348

Carolus V. in orbe nouo, multa præclara in Dei & Ecclesiæ decus per suos gessit, ædificatis vrbibus, templis, &c. 1520

Item, celebratis Comitiis *Augustanis*, omnes Principes, excepto *Saxone*, Concilij *Tridem.* Decretis se submiserunt. 1520

PRISCILLIANISTÆ.

Priscillianus *Abyla* in Hispania Episcopus, docuit animas esse eiusdem substantiæ cum Deo, mundum creatum à Principe maligno, Christum assumpsisse carnem humanam negabat. 381

Eius discipuli, nudi orare solebant; vt se Catholicos fingerent, in Ecclesia communicantes, Eucharistica symbola non glutiebant; turpitudinis perpetrandæ causa latibula penetrabant; in suis dogmatibus hæc verba habebant: *Iura periura, secretum prodere noli.*

Priscillianistarum impugnatores.

Gratianus Imperator, edicto eos Ecclesiis eiecit. ann. 375

Concilia.

Bracchatense, sub Ioanne III. 563
Burdegalense, sub Siricio. 385
Cæsaraugustanum, sub Damaso I. 381
Hispanicum, sub Leone I. 445

Scriptores.

Idacius *Clarus*, Episcopus *Hispanus*. 380
Pastor Episcopus. 450

QVARTODECIMANI.

Blastus quidam, *Roma* docebat, Pascha 14. Luna celebrandum. 180

Quartodecimanorum impugnatores.

Victor I. statuit vt Pascha die Dominica celebraretur, ac Episcopos *Asianos* ea de causa ci resistentes, anathemati subiecit. 198

Ioan. IV. scripsit. ad Episcopos & Presbyteros *Scotia*, de Paschate more Catholico celebrando. 640

Concilia.

Cæsariense *in Palæstina*, Corinthiacum, Gallicum sub Victore I. 198

Nicænum Gener. I. sub Siluestro I. 325

Osroënum, Ponticum, Romanum, sub Victore I. ann. 198

Romanum, sub Siluestro I. 325

Scriptores.

S. Adhelmus Episcopus *Shireburg* In *Scotia.* 700

Petrus *Pulcher Toletanus,* 750

Theophilus *Cæsarea* Episcopus. 201

S. Victor Papa. 194

VVilfridus *Ripanensis.* 710

RELIGIONVM INSTITVTIO & Confirmatio.

Alexander II. ordinem Canonicorum Regularium *S. Aug.* primus in Italia reformauit, eisque Ecclesiam Lateran. gubernandam tradidit. 1061

Gregorius VII. Ordinem Monachorum *Vallis Vmbrosæ*, confirmauit. 1073

Vrbanus II. eund. Ordinem, Insuper, & *Cistertiensem* confirmauit. 1088

Item vitam communem, quam multi Laici in *Germania* sub obedientia Clericorum, seu Monachorum (in primitiuæ Ecclesiæ formam) amplexati sunt confirmauit. 1088

Innoc. II. Ordinem *Premonstratensem* & *Cistertiensem* confirmauit. 1130

Alexander III. ordinem *Carthusiensium* approbauit. 1159

Item Ord. *S. Basilij* in Ciuitate *Messana.* 1159

Vrbanus III. Ordinem *Cruciferorum* approbauit. ann. 1185

Innoc. III. Ord. Regularem *Hospitalariorum S. Spiritus*, à Guidone Comite apud *Montempessulanum* in *Gallia* erectum confirmauit, & priuilegiis auxit. ann. 1198

Honorius III. Ord. *Predicatorum, Minor.* ac *Vallisscholarum* sub Regula S. Augustini confirmauit. 1216

Item Ord. *SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum.* ann. 1216

Gregorius IX. ord. *S. Mariæ de Mercede*, & Canonicos Regulares *S. Marci Mantuæ* approbauit, ann. 1227

Innocentius IV. ordinem *Cruciferorum* denuò confirmauit. 1243

Alexand. IV. ord. *Eremitarum S. Augustini* denuò confirmauit, eique vniuit Congregationes *fratrum Eremitarum*, quæ vocabantur Ioannis de *Brutinesaga*, *de pœnitentia Iesu Christi.* 1254

Honorius IV. ordinem *Seruorum B. Mariæ* confirmauit. 1285

Item, *Carmelitarum*, capis eorum nigris in albas mutatis, Item, ordinem *Eremitarum S. Augustini* reflorescentem. 1285

Nicolaus IV. Regulam 3. Ord. *D. Francisci* confirmauit. 1288

Celestinus V. ante Pontificatum instituit Ordinem *S. Benedicti in montibus* & factus Pontifex statuta eiusd. Ord. approbauit, priuilegiisque ornauit. ann. 1294

Bonifacius VIII. dictum Ordinem approbauit. ann. 1294

Ioan. XXII. Ordinem *Grandimontensem* reformauit. 1316

Benedict. XI. Ord. *Benedictinorum* & *Cistertiensium* reformauit, condita constitutione quæ *Benedictina* dicitur. 1334

Vrbanus V. Regulam *S. Brigitta* ipsa præsente, confirmauit. 1362

Item, Ordines *Hierosolymitarum, Iesuatorum, montis Oliueti.* 1362

Innoc. VII. Regulam *Fratrum de pœnitentia* Ord. *S. Dominici approbauit.* 1404

Gregorius XII. Congregationem Canonicorum *sæcularium S. Georgij in alga Venetiarum*, confirmauit. ann. 1406

Ioan. XXIII. Ordin. dictorum Canonicorum, item mendicantium *D. Hieronymi & Montolinetensium*, confirmauit. 1410

Martin III. Congregationem *pauperum* qui *Iesuata* dicuntur, approbauit. 1418

Eugenius IV. Ord. *S. Ambrosij ad nemus* sub Reg. *S. August, Mediolan.* confirmauit. 1432

Sixtus IV. Ord. *Minimorum* confirmauit. 1473

Item, priuilegia à Pontificib. 4. Ordin. *Mendicantium* concessa, amplissimis diplomatibus confirmauit, & auxit. 1473

Iulius II. Ord. *Minimorum* priuilegiis auctum, iterùm confirmauit. 1505

Clemens VII. Congregationem *Capucinorum* cum habitus præfinitione, gratiarum, & priuilegiorum concessione, confirmauit. 1523

Item, Congregationem *Clericorum Regularium S. Pauli decollati.* 1523

Item, Congregat. *Theatinorum*, priuilegiisque Canonicorum Regularium *Lateranensium* ornauit. ann. 1523

Item, Congregationem *Minorum Rigidioris Obseruantia.* 1523

Paulus III. Societ. *nom. Iesu* à S. Ignatio *Loyola* institutam comprobauit, & confirmauit. 1534

Item, Congregationem *Clericorum S. Ioannis decollati.* 1534

Pius V. multos Ord. Monachorum reformauit, & certis Regulis auxit. 1566

Item, Ordin. Fratrum *Humiliatorum* extinxit. ann. 1566

Gregorius XIII. Congreg. *Clericorum sæcularium de Oratorio instituit.* 1572

Sixtus V. Congreg. Clericorum Regul. *Ministrantium infirmis* comprobauit. 1583

Item, Congreg. *B. Mariæ Fuliensis* Ord. *Cistertiensis* confirmauit. 1585

Item, *Minorum Conuentualium Reformatorum.* 1585

Greg. XIV. Ord. Clericor. Reg. *Minorum*, priuilegiis *Theatinorum* ditauit. 1591

Clemens VIII. Monachos *S. Basilij* ad vnam Congregationem redegit. 1592

Paulus V. declarauit *Capucinos* esse verè Fratres Minores S. Francisci eiusq; filios, constitutiones eorum, S. Francisci Regulæ consentaneas. 1605

Greg. XV. priuilegia Coogreg. *Cleric. Reg. Theatinorum* confirmauit. 1621

Item, cœtus *Clericorum Lucensium*, & *Matris Dei* (hic scholarum piarum munus curat) in ordines Religiosos erexit. 1622

Religiosi.

Marcellus, statuit, inuito, seclusos in Monasterio, non teneri in eo permanere. 304

Gelasius I. genus vitæ Monasticæ Canonicorum Regularium, à suo præceptore S. August. institutum, in ædem *Lateranensem* induxit. 492

Hormisda, statuit reclusos in Monasterio ad pœnitentiam agendá, non ordinandos Presbyteros. 514

Pelagiu

Pelagius II. prohibuit Monachos, in Iudicio *Defensores* esse. 577

Gregor. magn. statuit, ne quis ante 18 annos in Monasterio reciperetur. 590

Item, Monasterium *Suessionen.* (petentibus *Francorum* Ragibus) constituit Monasteriorum totius *Galliæ* caput, & nullius voluit ditioni subiiel prætetquam Sed. Ap. 593

Item, agnoicens quantas interdum molestias, omnes Monachi ab Episcopis pati solerent, in Concilio *Rom.* quodam constituto eorum quieti, & indemnitate consuluit. 600

Adeodatus, Abbatem Monast. *S. Martini in Gallia* ab Episcopi potestate exemit. 669

Gregor. II. Monachismum in *Gallia* collapsum restituit, Monasteriaque *Romæ* diruta restaurauit. ann. 714

Gregorius III. in Basilica S. Petri magnificentissimum construxit oratorium, in quo SS. omnium quas potuit toto orbe Christiano collectas sacras reliquias condidit, & à Monachis trium Monasteriorum quotidie, per ordinem, diuinum officium, eorumdemque S S. Natalitia celebrari instituit. ann. 731

Zacharias, Monasterium Cassinense, sicut & *Fuldense* in *Germania* ab omni Episcoporum ditione liberauit, præterquam *Romani* Pontificis. 741

Paulus I. in Paternis ædibus Ecclesiam & Monasterium extruxit, sub titulo SS. Stephani Papæ & martyr. ac Siluestri Pont. & Confes. deditque Monachis *Orientalibus* à persequutione *Copronymi* Romam fugientibus. 757

Paschalis I. nouum *Græcorum* Monasterium construxit, & dotauit in subsidium Monachorum *Orientalium*, qui vexati ad Iconomachia *Romam* veniebant. 817

Ioan. VIII. Adelardum *Veronens.* Episcopum excommunicauit, quod *Nomantulanum* Monasterium, priuilegio Sed. Apostolicæ exemptum, inuasisset. ann. 872

Leo VII. Odonem Abbatem *Cluniacensem Romam* vocauit, vt collapsam in vrbe Monasticam disciplinam restitueret. 936

Marinus II. Monachis multa priuilegia contulit. ann. 943

Nicolaus II. in suia Epist. agit de concessione priuilegiorum quibusdam Monasteriis, & de eorumdem confirmatione. 1058

Alexand. II. Monachos arcet (ni vocentur) à populorum prædicatione. 1062

Item, Petrum *Damiani* legauit in *Gallias*, propter angustias quibus *Cluniacenses* Monachi affligebantur. 1061

Paschal. II. Monaster. *Cistertiense*, sub Sed. Apost. protectione suscepit. 1099

Calixtus II. Pontium & successores *Cluniacens.* Monasterij præfectos annulo donauit, eosque in posterum *Romanæ* Cardinalis officio fungi uoluit. ann. 1119

Cùm Hugo quidam, cognomento *Discalciatus*, cœpisset ædificare aliquod Castrum super *Cluniac.* Monasterium, tanquam munitionem aduersus illud hoc castellum Eugen. III. anathemati subiecit, sextoque ab hinc anno terræ motu castellum illud absorptum est, eiusque loco lacus profundissimus excreuit. 1145

Anastasius IV. Canonicos Regul. in Ecclesia *Lateranensi* confirmauit. 1153

Celestin. III. sententiam Clementis III. decessoris sui, vt extortam rescidit, cuius authoritate Episcopus *Cestrensis* in *Anglia*, vi & armata manu eiectis ab Ecclesia sua Monachis, in eorum locum introduxerat Canonicos Regul. 1191

Honorius Imperator, rescripsit pro Monachorum ac Clericorum immunitate à publicis vectigalibus ac oneribus. 400

Leo Imp. prohibuit Monachis (exceptis Apochrysariis) exitum à Monasterio. 457

Constantin. *Copreny.* vetuit ne quis amplius Monachus efficeretur. 741

Item, Ephesi eius Præfectus Monachos cum Monialibus matrimonio iungi iussit, renuentes priuatos luminibus in exilium relegauit. 741

Leo IV. *Porphyrogenitus*, Ipso suo Imperij exordio pius visus est, & Monachorum amicus, adeo vt, Monachos Metropolitanis, ac præcipuis sedibus præficeret. 775

Constantinus filius Irenes Imperator, omnibus libertatem concessit Monasticam vitam amplectendi. 779

Ludouicus Pius Imperator, opera cuiusdam Benedicti Abbatis, cunctis Monasteriis tàm virorum quàm feminarum, vniformem tradidit viuendi, (secund. Regulam S. Benedicti) incommutabilem morem. 814

Stauratius filius Nicephori Imperatoris, cùm audisset Michaelem, omnium consensu, Imperatorem coronatum, Monasticum habitum cum vxore Theophania induit. 812

Michael *Curopalates* Imper. cùm malè aduersus *Bulgaros* pugnasset, cum vxore & liberis, detonsis capillis Monastica induit vestimenta. 811

Otto I. Imper. multa Monasteria restaurauit, aut ampliauit, aut ædificauit. 962

Otto III. cùm cogitaret expellare ex Basilica S. Pauli Monachos prauè viuentes, & in eorum locum introducere Canonicos, à S. Paulo per visum repressus est, atque ad ipsorum tantummodò emendationem, animum applicauit. 983

Basilius Romani Iunioris filius, ex voto habitum Monasticum *Græca figura* subindutus, deinceps omni vitæ suæ tempore à concubitu, & carnibus abstinuit, Imperiali tamen extrinsecus schemate circumdatus. 975

Henricus I. cum vxore Chunegunda à Benedicto VIII. Imper. coronatus, pomum rotundum cum Cruce desuper, quod ab ipso acceperat, ad *Cluniacense* Monasterium misit, dicens nullis melius illud donum congruere, quam his qui, pompis mundi calcatis, Crucem expeditius sequerentur Saluatoris. ann. 1002

Alexius *Comnenus* Imp. legationibus ac donis frequentabat *Cassinen.* Monaster. 1100

Gregor. IX. *Carthusiensium* oblatis concessit, vt eiusdem ordinis libertatibus, & immunitatibus gauderent. 1227

Alexand. IV. libros contra pauperes descriptos improbauit. 1254

Item, statuit, quod fratres *Minores* ad Episcopatus, & alias dignitates promoti, libros aliaque eorum bona ordini resignare tenentur. 1264

Clem. IV. statuit, quod propè Ecclesias fratrum *Minor. Conuentualium*, non possit nouum Monasterium construi, vel acquiri ab ordinibus in paupertate fundatis, vel à cuiusuis ord. monialibus infra spatium 300. Cannarum. 1263

Ioan. XIX. dictus 21. *Minorum* summus fautor fuit ann. 1276

Nicolaus III. explicationi Regulæ D. Franciſci, diligentem operam nauauit. 1277

Martinus II. *Minoritis* & *Prædicatoribus* priuilegium confeſſiones audiendi conceſſit 1281

Moriens *Minorum* Veſtes induere voluit. 1281

Honorius IV. Eremitas *S. Auguſt.* in Ciuitatibus habitare præcepit, vt Epiſcopis, & Parochis aliiſque Eccleſ. Paſtoribus tanquam ſubſidiarij ſodales, auxiliarentur. 1285

Nicolaus IV. conſtitutione decretali definiuit perfectiſſimam, & quandoque per Chriſtum verbo, & exemplo prædicatam eſſe illam *Minoritarum* paupertatem, qua, ſolo vſu ſibi aſſeruato, rerum Dominia à ſe remouent. 1288

Bonifacius VIII. vetuit mendicantibus noua loca conſtruere, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, prætetquam in Eremis. 1294

Ioannes XXII. Religioſis, ſub anathemate, prohibuit ad partes infidelium accedere, ſine licentia ſuperiorum. 1316

item, contra Nicolai IV aliorumque Deceſſorum ſententiam (in materia ad fidem non pertinente) malè definiuit fratres *Minores* in vſu conſumptibili, habere verum Dominium. 1316

Gregorius XI. facultatem Cardinalis Protectoris *Franciſcanorum*, expoſuit & contraxit. 1370

Bonifacius IX. *Carthuſianos* ab Epiſcoporum Iuriſdictione exemit. 1389

Martinus III. *Mendicantibus* ſub anathemate, prohibuit tranſitum ad ordines *Monaſticos*, prætetquam ad *Carthuſianos*. 1418

Eugenius IV. Religioſos mirum in modum dilexit, eoſque opibus, & immunitatibus auxit. 1431

Siricius, ſtatuit, Monachos poſſe ſacris initiari, & ab infimo ordine ad ſummum prouehi. 385

Sixtus IV. *Canonicos ſæculares Lateranum* reduxit, Regularibus autem templum S. Mariæ de pace, ab ſe in media vrbe conſtructum conceſſit. 1471

Paulus IV. ſtrictiſſimè præcepit, vt omnes Religioſi & Monachi, è clauſtris ſuis egreſſi, ad proprium Monaſterium reuerterentur. 1555

Pius V. mulieribus ingreſſum in Monaſteria & clauſtra, cuiuſuis ordin. Regularis prohibuit, exceptis caſibus in hac conſtitutione expreſſis. 1566

Item, Religionem *Soc. Ieſ.* verè de ordinibus *Mendicantium* eſſe declarauit. 1566

Gregorius XIII. declarauit ſpolia Regularium, extra clauſtra vagantium, ſpectare ad Cameram Apoſtolicam. 1572

Sixtus V. illegitimos, criminoſos aut ære alieno grauatos ad Religionem recipi prohibuit. 1585

Gregorius XIV. moderauit duas conſtitutiones Sixti V. ſuper receptione nouitiorum illegitimorum ad ordines Regulares. 1591

Item, prohibuit fratribus reformatis *Conuentualium S. Franciſci*, aliiſque Religioſis, deferre habitum & caputium *Capucinorum*, aliumque ei ſimilem. 1591

Clem. VIII. interdixit Regularibus omnibus largitionem munerum. 1592

Item, *Capucinos* Sacerdotes confeſſionibus audiendis idoneos declaratos, & à Generali ac Definitoribus in Comitiis Generalibuſque ad ſequentia Comitia deſignatos, virorum & feminarũ fideliũ confeſſiones excipere poſſe decreuit 1600

Gregorius XV. prohibuit ne quis alius, qui non eſſet *Capucinus*, nomen vel habitum *Capucinorum* ſumere præſumeret. 1621

Religionum Equeſtrium Origo.

Conſtantinus magnus, cœleſti Crucis ſigno admonitus, voluit, vt hoc ſignum Crucis ab omnibus ſuis Baronibus in veſtimentis contextum, ſeu diſcoopertum geſtaretur, vndè initium habuit ordo Equitum *Auroatorum*, *Angelicorum*, *Conſtantinianorum*, qui adhuc ordo in ſanguine familiæ & progeniei Conſtantini nimirum in familia *Angelica Comnena* dicta, perſeuerat. 306

Leo I. dictos equites *Conſtantinianos*, ſub Reg. *S. Baſilij* confirmauit. 440

Honorius II. militibus *Templariis* dedit colorem album. 1124

Anaſtaſius IV. Hoſpitale, & Religionem *S. Ioan. Ieroſolym.* ſub Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcepit. 1153

Alexander III. militiam *Calatrana* ſub Reg. *S. Benedicti* eum inſigni Crucis rubræ confirmauit. ann. 1159

Item, ord. militum *S. Iacobi* ſub Reg. *S. Auguſtini.* ann. 1159

Celeſtinus III. Ord. Religioſæ militiæ *Teutonicorum* confirmauit, ac regulam, veſtemque præſcripſit. ann. 1191

Honorius III. Ordines militares *Calatrana* & *Alcantara* confirmauit. 1216

Gregor. IX. militiam *Ieſu Chriſti Parma* approbauit. 1227

Ioan. XXII. Ordin. militum *Chriſtianorum* (quos *Mauris* opponeret) in *Portugallia* inſtituit, quibos *Templariorum* bona & poſſeſſiones incorporauit. ann. 1316

Pius IV. numerum 55. equitum *Pij* nomine appellatorum ordinauit. 1560

item Ord. militarem S. *Stephani* Papæ & Matt. à Duce *Medicæo* ſub Reg. *S. Benedicti* inſtitutum, confirmauit. 1560

Item, Ord. militarem *S. Lazari* reſtituit & auxit. ann. 1560

Item, ſtatuit, bona omnium fratrum militum *hoſpitalium, S. Ioan. Ieroſol.* non ad Cameram Apoſtolicam, ſed ad ipſum hoſpitale ſpectare & pertinere. ano. 1560

Gregor. XIII. militiam *S. Mauritij* Martyris ſub Reg. *Ciſtertienſi* inſtituit, ſub Regimine *Sabandiæ* Ducum, cui militiæ aliam militiam *S. Lazari* vniuit. 1572

Sixtus V. *Lauretanos* Equites inſtituit. 1585

Paulus V. Equitum ordinem, à Vincentio *Mantuæ* Duce in memoriam ſacri ſanguinis Chriſti inſtitutum, approbauit. 1605

Item, ord. ſacræ militiæ *Chriſti* ſub protectione B. Virg. S. Michaelis, S. Franciſci, à Carolo *Gonzaga* Duce *Niuern.* inſtitutum confirmauit. 1605

Vrbanus VIII. dictum ord. ſub titulo *Glorioſæ Conceptionis immaculatæ Virginis*, confirmauit. 1623

RITVVM ECCLESIASTICORVM inſtitutio.

Clemens I. inſtituit Pontificum ornamenta. 93

Alexander I. ſtatuit, aquam ſale permixtam in Templo ſeruandam benedici. 121

Fabian. ſtatuit, ſanctum Chriſma ſingulis annis in cœna Domini renouari. 238

Eutychianus, omnes fructus ſuper altare benedici iuſſit. 275

Melchiades, ſtatuit, vt panem fermentatum à populo oblatum, ſinguloꝛum titulorum Presbyteri acciperent, & benedictum (in Symbolum Catholicæ vnionis, & ad dignoſcendos *Donatiſtas Romæ* deliteſcentes) fidelibus ſub ſe conſtitutis, qui SS. Euchari

Euchariſtia non communicaſſent, certo tempore diſtribuerent. 115

Anaſtaſius, ſtatuit, vt quotieſcunque SS. Euangelia recitarentur, Sacerdotes non ſederent, ſed curui ſtarent, omniumque hominum ordines aſſurgerent. 398

Zozimus, conceſſit, per Parochias cereum Paſchalem benedici, qui antea in maioribus tantum Baſilicis, incendi ſolebat. 417

Bonifac. I. vigilias nocturnas, ad ſepulchra martyrum ſuſtulit, ieiunia retinuit. 419

Leo I. occaſione *Manichaerum* (qui ſolem adorabant) adorationem fidelium ad *Orientem* fieri, ad tempus prohibuit. 440

Agapetus, dicbus Dominicis circumire templa minori proceſſione inſtituit. 535

Gregorius magnus, ſcripſ. ſacramentarium, ſeu librum ſacramentorum nempe ad ſacros ritus, miſſarumque ſolemnia volumen pertinens. 590

Item, Litanias generales, ac proceſſiones publicas tam Cleri quam populi, ad luem *Romæ* graſſantem auertendam inſtituit. 590

Item, Proceſſiones diebus *Palmarum* & *Purificationis* cum benedictionibus Ramorum & Candelarum, 590

Item, adorationem S. Crucis nudis pedibus feria 6. Paſſionis. 590

Item, primus ſtationes *Romæ* & ſcholas muſicæ Inſtruit. 590

Item, clauem auream, in qua delimatura catenarum S. Petri (ex more) incluſum erat, Childeberto *Francorum* Regi miſit. 590

Item, ſtatuit, primo die quadrageſimæ benedici cineres, & imponi ſuper capita hominum vtriuſque ſexus. 600

Item, lauari pedes mutuò ad imitationem Chriſti. 600

Sabinianus Papa, campanarum vſum inuenit, iuſſitque vt adhoras Canonicas, & ad miſſarum ſolemnia pulſarentur. 604

Vitalianus Papa, organorum, aliorumque inſtrumentorum muſicorum vſum, in Eccleſia primus adhibuit. 655

Sabinianus lampades perpetuò in templo ardentes excogitauit. 604

Vrbanus I. confirmationem commendans, ſtatuit omnes fideles per manus impoſitionem Epiſcoporum, Spiritum S. poſt baptiſmum accipere debere. 227

Ioan. III. ſolos Epiſcopos eſſe miniſtros ſacramenti Confirmationis docuit. 559

Bonifacius III. decreuit altaria, candidis & lineis pannis operienda eſſe. 605

Leo II. Pſalmodiam compoſuit, hymnoſque ad meliorem concentum redegit. 685

Sergius I. diem Purificationis B. Mariæ, ſolemni ſupplicatione (quam Proceſſionem vocant) cum cereis ad talem vſum benedictis coli inſtituit, idem fieri præcepit in tribus aliis diebus Deiparæ ſacris, nimirum *Annunciationis*, *Aſſumptionis*, *Natiuitatis*. ann. 687

Stephanus III. primus Pontificum, qui in itinere (*Galliam* pergens) anguſtiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum præuium habuit, quod poſtea multi ſucceſſorum imitati ſunt. 752

Leo III. ſtatuit, vt tribus diebus ante Aſcenſionem litaniæ celebrarentur. 795

Ioan. VIII. *Morauis* nouiter conuerſis permiſit lingua *Slauonica* in Eccleſiis vti. 872

Ioan. XIII. primatiam *Lateranen.* Eccl. campanam miræ magnitudinis recens fuſam, primus ſacris ritibus benedictam, atque nomine *Ioannis Baptiſtæ* (cui ipſa Eccl. dicata erat) conſecratam, ſuper campanili eleuari fecit. 965

Vrbano II. authore officium paruum B. Mariæ (compoſitum à B. Petro *Damiano*) à Clericis & Laicis pro auxilio contra *Sarracenos* obtinendo recitari cœpit. 1088

Gregorius IX ſtatuit, vt campanæ ad Euchariſtiæ conſecrationem pulſarentur, & ad laudes & ſalutationem B. V. Mariæ. 1227

Innocent. IV. Roſam auream ſolemni ceremonia, ac ritu benedixit, eamque Canonicis *S. Iuſti* hoſpitibus ſuis *Lugduni*, dono dedit. 1245

Ioan. XXII. ſtatuit, vt ter ſingulis diebus ad veſperum tintinnabula pulſarentur, quo ſigno vnuſquiſque, ter ſalutationem Angelicam recitaret. ann. 1316

Calixtus III. ſtatuit, vt ictu quodam campanæ ad meridiem, fideles ad Deum conuerſi, ſuis ardentiſſimis precibus iuuarent, qui cum Turcis dimicabant. 1455

Paulus III. communionem ſub vtraque ſpecie conceſſit ad tempus ipſis *Bohemis*, ſub ea tamen conditione vt crederent & confiterentur, ſub ſpecie panis adeſſe ſanguinem Chriſt, & ſub ſpecie vini adeſſe corpus, ſed quia non crediderunt, ceſſauit diſpenſatio & reuocata eſt conceſſio. 1534

SACRAMENTARII.

Leuthericus *Senonenſ.* Archiepiſcopus, hæreſis Berengarianæ primordia, & ſemina ſparſit, cùm enim communionem daret, contra vſum dicere ſolebat, ſi dignus es accipe. 1004

Berengarius Archidiaconus *Andegauenſis*, docuit in Euchariſtia non eſſe verum Chriſti corpus, & ſanguinem; deinde cùm hunc errorem reuocaſſet docuit cum corpore Chriſti eſſe etiam ſubſtantiam panis; addidit paruulos non eſſe baptizandos, ſed adultos. 1035

Sacramentariorum impugnatores.

Nicolaus II. Berengarium relapſum ad pœnitententiam adegit. 1058

Concilia.

Roman. contra Berengarium, ſub Leone IX. 1050
Rom. quo Berengar. 3. abiurauit Nicolao II. 1059
Rom. quo Bereng. iterum abiurauit, ſub Greg. VII. ann. 1079
Turonenſe, quo Berengar. abiurauit, ſub Victore II. an. 1055
Vercellenſe, contra eumd. ſub Leone IX. 1050

Scriptores.

Adelmannus Epiſcopus *Brixienſis.* 1059
Albericus Cardinalis. 1060
Algericus *Scholaſticus* & Monach. 1130
Bilibaldus *Pirkeimerus.* 1525
Durandus *Leodienſis* Epiſcopus. 1040
Galfridus *Arturius.* 1153
Galfridus *Monumethenſis.* 1152
Grimundus.
Guido *Aretinus* Abbas. 1022
Guillelm. *S. Theoderici* Abbas. 1140
Guitmundus *Auerſanus* Epiſcopus. 1070
Herigerus Abbas *Lobienſis.* 990
Hugo *Lingonenſis.* 1053

Iacobus

Iacobus *Bayus.* 1605
Ioannes *Perellius.* 1576
Lanfrancus *Cantuarien.* Archiep. 1059
Nicolaus *Garnerius.* 1552
Nicolaus *Methonensis.* 1417
Paschasius *Rathbertus.* 850
Ratherius *Veronensis* Episcopus. 960
Stephanus X. Papa. 1057
Thomas *Murner.* 1599
VVolphelmus Abbas & alij. 1070

SACRAMENTVM POENITENTIÆ.

Leo I. vetuit publicam confessionem, & statuit auricularem iuxta Regulam Apostolicam. 440

Item, in extremis laborantibus fidelibus nullo pacto denegandam absolutionem. 440

Zephirinus, statuit lapsos pœnitentes recipiendos. 203

Simplicius, statuit pœnitentiarios apud SS. Petrum & Paul. & Laurentium per Hebdomadas dispertitos, propter pœnitentes & baptismum. 468

Nicolaus III. in *Vaticano* ædes in vsum pœnitentiariorum ædificauit, vbi omnes vno cancello claudebantur. 1277

Paulus IV. pœnitentiariæ officium reformauit. ann. 1555

Clem. VIII. declarauit, non licere per litteras, seu internuncium confiteri. 1592

Gregorius XV. constitutionem edidit, contra sollicitantes mulieres in SS. Pœnitentiæ Sacramento. 1621

SANCTORVM CANONIZATIO.

Ioan. XV. Vdalricum *Augustanum* Episcopum inter SS retulit. 993

Leo IX. Gerardum *Tullensem*, VVolphangum Ratisponens. Episcopos. 1049

Paschalis II. Petrum Episcopum *Anagninum*. 1099

Innocentius II. Hugonem Episcopum *Gratianopolitanum.* 1130

Eugenus III. Henricum Imperatorem. 1145

Adrianus IV. Famianum Monachum *Cisterciensem.* 1154

Alexand. III. Bernardum *Clareuallensem* Abbatem, Eduardum *Angliæ* Regem & Thomam *Cantuariens.* Episcopum. 1159

Celestinus III. Ioannem *Gualbertum*, Siluanum *Clareuallensem* & Vbaldum *Eugubinum* Episcopum. ann. 1191

Innocentius III. Ioannem *Homobonum Cremonensem.* 1193

Honorius III. Laurentium Episcopum *Dublinensem Hyberniæ* Regis filium. 1216

Gregorius IX. Franciscum Institutorem *Ord. Minor.* Dominicum *Ord. Prædicat.* Antonium *Patauinum Ord. Minor.* Elizabetham *Tertij Ord. S. Francisci* 1227

Item, de S. Francisci stigmatibus illustre testimonium reliquit. 1227

Innocentius IV. Edmundum *Cantuariensem*, Guillelmum *Briocensem*, Petrum *Ord. Præd.* Stanislaum *Cracouiensem.* 1243

Alexander IV. Claram *Assisinam* Monialem. 1254

Vrbanus IV. Richardum Episcopum *Cicestrensem.* 1261

Bonif. VIII. Ludouicum *Francorum* Regem. 1294

Clemens IV. Heduuigem *Poloniæ* Ducissam. 1265

Clemens V. Celestinum V. quem Petrum Confessorem vocauit. 1305

Ioan. XXII. Ludouicum *Tolosanum Ord. Minor.* Episcopum, Thomam *Aquinatem* Ord. Præd. Thomam, *Erphordiensem.* 1316

Clemens VI. Iuonem *Tertij Ord. B. Francisci.* 1342

Bonifacius IX. Brigittam viduam *Sueuicam.* 1389

Eugenius IV. Nicolaum *Tolentinum Augustinian.* ann. 1431

Nicolaus V. Bernardinum *Senensem Ord. Minor.* ann. 1447

Calixtus III. Vincentium *Ferrerium Ord. Prædic.* Eadmundum *Anglorum* Regem. 1455

Pius II. Catharinam *Senens.* Virgin. *Ord. Prædicat.* ann. 1458

Sixtus IV. Bonauenturam *Ord. Minor.* 1471

Innocentius VIII. Leopoldum *Austriæ* Marchionem. 1484

Leo X. Franciscum *de Paula* Institutorem *Ord. Minimorum.* 1515

Adrian. VI. Antoninum Archiep. *Florentinum*, Bennonem Episcopum *Misnensem.* 1522

Pius V. S. Thomam *Aquinatem* in numerum SS. Ecclesiæ Doctorum retulit. 1566

Sixtus V. S. Bonauenturam Doctorem Ecclesiæ nominari voluit. 1585

Clemens VIII. Raymund. *Barcinonen. Ord. Prad.* inter SS. retulit. 1600

Paulus V. Carolum *Borromæum* Cardinalem, Franciscam *Romæ.* viduam. 1605

Greg. XV. Ignatium institutorem *Soc. Ies.* Franciscum *Xauerium Soc. Ies.* Isidorum *Agricolam*, Philip. *Nerium* institutorem *Oratorij*, Teresiam reformatricem *Carmelitarum.* 1622

Item Petrum *de Alcantara Ord. Minor.* Beatum nuncupauit. 1622

Vrban. VIII. Elizabetham *Lusitaniæ* Reginam inter SS. retulit. 1625

Item, Felicem *Capucinum* Beatū nuncupauit. 1628

Item, Petrum *Auellinum Ord. Clericorum Regularium*, Caietanum *Theatinorum* fundatorem, & Mariam Magdalenam *de Pazzi* Beatos nuncupauit. ann. 1528

Item, S. Andræam *Corsinum* Carmelitan. Episcopum *Fessulani* inter SS. retulit. 1625

Alexander VII. S. Thomam à *Villanoua* Archiep. *Valentinum* inter SS. retulit. 1660

Sacrilegorum impugnatores.

Lucius I. Ecclesias vexantes, earumque bona diripientes excommunicauit. 255

Bonifacius V. mandauit, vt quouis in loco anathematizarentur. 517

Greg. VI. rerum Ecclesiasticarum inuasores, gladio spiritali, & militari, ad restitutionem spolij adegit. 1044

Paschalis II. quosdam *Romanos* vsurpatores rerum Ecclesiasticarum, aliosque ad defectionem populum permouentes, compescuit. 1100

Concilia.

Coloniense, sub Stephano VI. 887
Londinense, sub Celestino II. 1143
Meldense, sub Sergio II. 845
Parisiense, sub Ioanne III. 559
Parisiense, sub Sergio II. 846
Ptolomense *in Lybia*, sub Innocent. 411
Romanum, sub Symmacho. 504
Viennen. in *Gallia*, sub Formoso. 892

SCHISMATA

SCHISMATA ECCLESIÆ *Romanæ.*

Nouatianus, contra Cornelium, eius in Episcopatu Successores *Romæ* per 200. annos permanserunt, vsque ad Celestinum I. 254

Vrsicinus, contra Damasum. 362

Eulalius, contra Bonifacium I. 419

Laurentius, contra Symmachum. 498

Item, contra Hormisdam. 514

Dioscorus, contra Bonifacium II. 530

Vigilius, contra Siluerium. 537

Petro Archipresbytero, & Theodoro presbytero de Pontificatu contendentibus, Cunon electus est. aun. 686

Theodoro Archipresbytero, & Paschali Archidiacono contendentibus Sergius I. electus est. 687

Ex Sergij sepulchri Epitaphio (teste Manlio) planè intelligitur, Theodorum Archipresbyterum cognitum fuisse Pontificem, nec nisi eo mortuo sedisse Sergium, vbi etiam habetur ab vrbe pulsum Sergium, per Ioannem Sedis Apostol. Inuasorem, septennij fatigatum fuisse exilio, quod quidem reliquos omnes scriptores penitus præteriit. 687

Theophylactus Archidiaconus, paulò antè mortem Steph. III. electus est, sed eo mortuo, & electo Paulo, Theophylactus cum eius sectatoribus eiicitur. 757

Constantinus, frater Totonis *Nepesinæ* Ciuitatis Ducis, & postea Philippus presbyter ac Monach. contra Paulum I. qui à Christophoro primicærio. eiecti sunt. 767

Zizinus, aduersus Eugenium II. 824

Ioannes Diaconus, aduersus Sergium II. 844

Anastasius, contra Benedictum III. 855

Sergius, contra Formosum. 891

Bonifacius contra Stephanum VII. 897

Leo Ecclesiæ S. Petri protoscriniarius adhuc laicus, authoritate Ottonis I. electus contra Ioan. XII. & postea contra Bened. V. potestatem eligendi Romanum Pontif. & ius Inuestituræ Imperatori iterùm contulit, apud Gratianum extant constitutiones huius Leonis, nullius tamen roboris, cùm à non legitimo Papa sint promulgatæ. 963

Bonifacius, postquam Benedictum VI. in carcere occidisset, Sedem Apostolicam inuasit, quam per annum tenuit. 973

Rursum cùm Ioannem XIV. In carcere fame perire coëgisset, Sedem Apostolicam inuasit, tandem post IV. menses, morte repentina interiit. 984

Ioannes Episcopus *Placentinus* contra Gregorium V. ann. 996

Gregorius, contra Benedictum VIII. 1012

Siluester, contra Benedictum IX. 1044

Benedictus IX. ob vitæ turpitudinem, inuisum se cunctis cernens, Ioanni Archipresbytero, Pontificatu tradito, in paternam domum se recepit, dimissam tamen Cathedram postea repetiit, simulque tres Antipontifices, diuisis inter se redditibus, *Romæ*, sedere visi sunt, Ioan. ad S. Petrum, Siluester ad S. Mariam maiorem, Benedictus autem in Palatio *Lateranensi.* 1044

Mincius *Velitrensis* Episcopus, dictus Benedictus, mortuo Steph. X. Sedem inuasit. 1058

Cadalous *Parmensis* Episcopus contra Alexandrum II. 1061

Guibertus Episcopus *Rauennas* contra Gregorium VII. Victorem III. Vrban. II. & Paschal. I. 1080

Albertus *Atellanus*, Theodoricus ac Maginulphus, post Guibertum subrogati, breui sibi inuicem succedentes. 1110

Mauritius *Burdinum* pelle vrsina indutum, & camelo impositum, ad *Canense* cœnobium relegauit. 1118

Theobaldus, dictus Celestin. II. qui sedulò se abdicauit, & cessit Honorio 2. 1124

Petrus *Leo* dictus Anaclet. II. contra Innocentium II. 1130

Post eius mortem, Victor dictus IV. qui Consilio S. Bernardi cessit Innoc. II. 1130

Octauian. dictus Victor IV. à Federico *Ænobarbo* Imper. contra Alexandrum III. 1156

Calixtus dictus III. succedens, sedit an. 6. 1159

Ioannes dictus Paschalis III. qui tandem iussu Federici Imper. se abdicauit. 1159

Petrus de *Corbaria* ord. min. à Ludouico Bauaro, pseudopont. constitutus dictus est Nicol. V. & sedit *Romæ* an. 5. m. 3. *Auenione* in carcere obiit. 1327

Cardinales octo correctionem Vrbani VI. non sustinentes, *Anagniam* profecti, pseudopontificem Clem. VII. *Arelatensem* elegerunt, qui sedit *Auenione* contra Vrbanum VI. eiusque successorem Bonifac. IX. an. 15. m. 11. d. 23. 1378

Clementi successit Petrus *de Luna*, Bened. 13. dictus qui sedit an. circiter 30. 1394

Clemens, dictus VIII. *Hispanus* factione Alphonsi *Aragonum* Regis post Bened. 13. in Antipap. creatur, sed post reconciliationem Alphonsi cum Martino R. Pont. coactus est se abdicare, anno postquam sedisset ferè V. & sic finitum est schisma, quod durauerat per 46. circiter annos. 1424

Felix V. anteà Amadæus *Sabaudiæ* Dux, in Conc. *Basileensi* contra Eugenium IV. pseudopontifex electus, liberè se Pontificatu abdicauit, postquam sedisset an. 9. m. 6. d. 7. 1459

Schismata varia.

Græcorum aduersus *Hebræos*, cui tollendo creati sunt VII. Diaconi. 34

Felicissimus, contra Cyprianum Episcopum *Carthaginensem.* 254

Donatistæ, contra Cæcilianum Episc. *Carthagin.* 306

Meletius contra Petrum Episcopum *Alexandrinum.* 306

Lucifer Episcopus *Calaritanus*, improbans decretum Synodi *Alexandrinæ*, de recipiendis in dignitate Episcopis Lapsis, dedit initium schismati *Antiocheno*, quod durauit ab an. 360. vsque ad an. 408. 360

Anatolius *Constantinopol.* Episcopus in Concil. *Chalcedonensi* semina iecit *Constantinopolitanorum* Præsulum Primatum affectantium. 451

Acacius *Constantinop.* Episcopus Primatum denuò vsurpauit. 479

Apud *Venetos*, & Regiones adiacentes, ob V. Synodum *Constantinopolitanam* damnantem tria Capitula Concilij *Chalcedonensis.* 554

Græcorum à *Latinis* abalienatio, à Conciliabulo *Constantinop.* quinisexto. 692

Honorius I. schisma *Istrianum* spacio 70. annorum inueteratum, sustulit. 626

Rotharis Regis *Italiæ* temporibus, penè per omnes Ciuitates Regni eius, duo Episcopi fuerunt constituti, vnus Catholicus, alter Arrianus. 638

Post Photium *Constantinop.* Patriarch. illud vsurpari cœptum, vt *Romanus* & *Constantinop.* Episcopi œcumenici, & vniuersales appellarentur, hic quidem vniuersalis Patriarcha, quod cœteris esset dignior, & primum post Papam haberet locum,

ne gentilitiæ superstitionis secta exors existeret, suam legem non prædicatione sed vi, & armis prædicandam statuit, eam tamen versibus Rythmicis condidit, vt imperitæ multitudini esset suauitate cantus, & Rithmi plausibilior, addidit etiam sibi, vt veritatis cultori fideli, tradendas claues paradisi in die Iudicij. 620

Constantinus Porphyrogenitus Imperator, *Sarracenos* qui *Constantinopoli* degebant, liberè perfrui oratorio sinebat. 911

Mahumetus Rex *Turcarum* duo Imperia *Constantinopol.* & *Trapezuntinum* euertit, Regna XII. Christianis ademit, cepit 200. vrbes, *Chalcidem* Insulam, & *Scodram Macedonia*, deditione *Venetis* extorsit, *Rhodum* oppugnauit, vbi tamen post cruentissima prœlia, ductu Petri de Busson summi magistri natione *Galli* repulsus est, *Italiam* capta *Hydrunto* inuasit, in bellis quæ gessit plusquam trecenta hominum millia periere. 1453

Item natus Christiana matre, filiæ Despotæ *Seruia*, à qua cùm esset ad Christiana instituta à teneris assue factus, ad Mahumetismum ita se contulit, vt matri addictus atheum ageret nullum nisi bonæ fortunæ numen reueritus. 1455

Baiazethes Rex *Turcarum* fœdus iniit cum *Venetis*, quod durat adhuc. 1480

Solimannus *Chium* Insulam maris *Ægei* & *Corsicam* cepit, multaque dira intulit ditionibus Imperatoris, quæ ad mare pergerent, *Rhodum* insulam post grauissimam 6. mensium obsidionem cepit, *Hungariam* igne & ferro vastauit, *Budam* diripuit, Ludouicum *Hungaria* Regem cum exercitu cœdit. 1520

Classis tamen eius *Melitam* frustra tentauit, audito enim aduētu Garsiæ protegis Siciliæ, obsidionem soluit, post 3. mensem & 17. diem quam in insulā descenderat, relictis suorum cadaueribus. 23000 ann. 1563

Selimus Iunior Cyprum Insulam *Venetis* eripuit, *Goletam* arcemque, *Tunetana* vrbis propugnaculum expugnauit, cæsis *Hispanis* præsidiariis. 1566

Amurathes III. *Maronitas* & *Drusos* populos Christianos montem *Libanum* habitantes, per Bassam Ibrahim generum suum bello subegit. 1574

Turcarum & Mahumetanorum impugnatores.

Constantin. filius Irenes Imp. *Ierosolymam* & terram sanctam à *Sarracenis* diuexatam cupiis Caroli magni adiutus, Christianitati restituit. 779

Siluester II. primus qui sacræ militiæ contra *Saracenos* classicum cecinit. 999

Benedictus VIII. *Sarracenos*, Ecclesiæ littora inuadentes, valida classe ad internecionem deleuit. ann. 1012

Victoris III. iussu, *Itali* sub vexillo S. Petri *Affricam* infestis signis ingressi, centum millia *Sarracenorum* occiderunt, eorumque præcipuam vrbem euerterunt. 1086

Vrban II. expeditionem in terram sanctam Principibus Christianis suasit. 1088

Lucius II. bellator contra *Sarracenos* pro *Ierosolyma*. 1144

Eugenius III. multum pro liberatione terræ sanctæ laborauit, tandem per D. Bernardum, ab Imperatore Conrado & Ludouico *Francorum* Rege, tertiam expeditioné contra *Turcas* impetrauit, 1145

Lucius III. Principes Christianos commouit, ad opem ferendam fidelibus prælantibus in *Asia* contra *Barbaros*. 1181

Vrbanus III. pro recuperanda *Ierosolyma* (quæ eius tempore à *Sarracenis* denuò capta est) decimas *Polonis* indixit, ac *Venetia* contendens pro comparanda classe, cùm negligentius sacrum bellum à Christianis Principibus suscipi cerneret, Ferrariæ animi mœrore interiit. 1185

Gregorius VIII. ad recuperandam *Ierosolym.* multa statuit pro correctione morum, vtpote de superfluitate vestium, de choreis, aliisque vanitatibus vitandis. 1187

Clem. III. indictam à Decessore expeditionem, promouere laborauit. 1188

Innoc III. *Romana* Eccl. decimam partem redditUum detraxit, & in subsidium terræ sanctæ misit, reliquis Ecclesiasticis quadragesimam persoluendam imposuit. 1198

Honorius III. aduers. *Turcas* & *Saracenos* exercitum conscripsit. 1216

Gregor. IX. ex Religiosis *SS. Domin.* & *Francisci* plurimos emisit, qui per totam *Europam*, Christianos ad bellum *Sarracenis* inferendum adhortarentur. 1227

Gregor. X. totus in sacram militiam, pro recuperanda *Palæstina* incubuit. 1271

Nicolaus IV. *Ptolemaidi* per Soldanum obsessæ, bis mille, & quingentos milites propriis expensis, in auxilium misit. 1288

Ioan. XXII. Regis *Galliar.* auxilio, expeditionem in *Sarracenos* promulgari curauit. 1316

Benedictus XI. Alphonso Regi *Castella* in perpetuum concessit, tertias decimarum Regnorum eius, in subsidium contra *Agarenos*. 1334

Vrbanus V. Crucem contra *Turcas* prædicari fecit. 1362

Nicol. V. prohibuit Christianis, sub anathemate, ne mitterent, aut deferrent arma, victualia, mercimonia ad partes *Sarracenorum*. 1447

Calixtus III. Pontifex renunciatus, statim *Turcis* bellum indicens (quod multo antea vouerat) viros per vniuersam *Europam* misit, qui sacra prædicatione, animos omnium ad hoc tam præclarum bellum inflammarent. 1455

Item, statuit, vt ictu quodam Campanæ ad meridiem, fideles ad Deum conuersi, suos ardentissimis precibus iuuarent, qui cum *Turcis* dimicabant. 1455

Pius II. fœdus iniit cum Rege *Hungaria*, *Burgundia* Duce, *Venetisque* pro bello *Orientis*. 1458

Paulus II. Principes frustra cohortatus est ad bellum inferendum *Turcis*, qui vniuersa iam *Epiro* in potestatem redacta, in *Illyricum* irruptionem faciebant. 1464

Innoc. VIII. Principes Christianos sæpius iteratis nunciis ad concordiam, ac proinde ad expeditionem contra *Turcas* hortatus est. 1484

Leo X. per vniuersam Christianorum ditionem, promulgauit remissionem peccatorum iis, qui sua bona in expeditionem *Turcicam* (quæ *Cruciata* vocabatur) erogarent. 1513

Item cùm Selimus Rex *Turcarum* bellicosissimus Christianis minaretur, solennes supplicationes indixit, quas & ipse nudis pedibus celebrauit, hisque absolutis, Selimus morte sublatus est. 1513

Paulus III. Carolo V. 12. Triremes, Duce Virginio, in expeditionem *Tunetanam* transmisit. 1534

Item *Turcis Dalmatiam* ferro & flamma vastantibus, solemnes supplicationes indixit, quas ipse nudis pedibus obiuit, missisq; ad omnes Principes Legatis rogauit, vt consociati in capitalem & iuratum Christiani nominis hostem, arma arriperent. 1534

Pius IV. Melitæ *Turcarum* obsidione cinctæ, militibus pecuniaque subuenit. 1560

Pius V. fœdus inter Regem Catholicum & *Venetos* ad optatum finem feliciter deduxit, vnde omnium celeberrima contra *Turcas* naualis victoria, nonis Octob. sequuta est. 1571

Conradus III. in Regem *Romanorum* electus, Cruce cum multis Principibus innumerisque *Germaniæ* nobilibus signatus, expeditionem in Terram sanctam suscepit. 1139

Henric. Imp. *Constantinop.* Balduini frater, *Asiatico* bello contra *Sarracenos* impensè fauit. 1209

Albertus iunior Imp. in expeditione contra *Turcas* in *Hungariam* irrumpẽtes in, modieo peponum esu, dyssenteria moritur. 1440

Federic. II. à Gregorio IX. adactus, expeditionem in Syriam suscepit, ac *Ierosolymam* sine sanguinis effusione, certis conditionibus à Soldano *Ægyptiorum* cum quibusdam Castellis recuperauit. 1229

Carolus V. *Tunetum* capit, *Algerum* oppugnat, sed naufragium passus, repellitur, tandem *Affricæ* Regnum per suos obtinet. 1544

Ferdinandus I. Imper. feliciter res gerit contra *Turcas* & *Transyluanos.* 1558

Concilia.

Pro expeditione contra Turcas.

Carnotens., sub Eugenio III. 1145
Claromontense, sub Vrbano II. 1095
Gaingtintonense, sub Clemente III. 1188
Lateran. Gener. sub Innoc. III. 1215
Lugduoen. Gener. sub Innoc. IV. 1245
Lugdunen. Gener. sub Gregorio X. 1274
Mediolanense, sub Nicolao IV. 1293
Conuentus Mantuanus, pro eadem causa, sub Pio II. ann. 1459
Parisiense, sub Vrbano III. 1186
Parisiense, sub Clemente III, 1188
Placentinum, sub Vrbano II. 1095
Romanum, sub Gregorio IX. 1234
Turonense, sub Vrbano II. 1096
Viennen. gener. sub Clemente V. 1311
Vizeliacum, sub Eugen. III. 1145

Scriptores.

Achæmenides *Meletius.* 1350
Adelphius Abbas *Benedictinus.* 1140
Benedictus *Vaillant.* 1592
Dauid *Boys* Monachus. 1454
Eugenius *Rogerius Recolletus.* 1646
Georgius *Agricola.* 1550
Hieronymus *Xauerius.* 1598
Iacobus *à Vitriaco.* 1240
Ioan. Andræas Episcopus *Aleriensis.* 1486
Ioannes *Cantacuzenus.* 1370
Ioannes *Cuspinianus.* 1539
Ioan. Franciscus *Carrara.* 1572
Ioannes *Segobiensis.* 1277
Ioan. Valois, seu *Galensis.* 1270
Ioan. *de villa Vezzosa.* 1438
Iulius *Pomponius Lætus.* 1490
Leo VI. *Sapiens* dictus, Imperator. 900
Leonardus *ab Vrbe.* 1569
Liuinus *Ord. Minor.* Martyr. 1340
Mercurialis *Vipera.* 1518
Michael *Thomasius.* 1565
Nicetas *Acominatus.* 1205
Nicolaus *VVinmannus.* 1542
Petrus *Guerra de Lorca.* 1586
Petrus *Mauritius Cluniacens.* 1150
Philippus *Callimachus.* 1496
Philippus *Quadagnolus Ord. Cleric.* 1637
Petrus à *Valle.* 1627
Richard. *Florentin. Ord. Præd.*
Robertus *Ketenensis.* 1200
Samonas Archiep. *Gazensis.* 720
Theodorus *Abucara* Episcopus. 720
Theodorus *Lælius* Cardinalis. 1460

VALDENSES.

Valdo, seu Valdesius (*à quo Valdenses, seu pauperes de Lugdune*) docuit non esse obediendum Pontifici *Rom.* auricularem confessionem esse nugacem, confirmationem & extremam vnctionem non esse Sacramenta; potestatem absoluendi à peccatis, & conficiendi Eucharistiam, laicis etiam esse concessam. Indulgentias nihil valere; non extare purgatorium; Sãctos non attendere precibus nostris; festa & Ieiunia indicta non esse seruanda. 1170

Valdensium impugnatores.

Concilia.

Lateran. Gen. sub Alexandro III. 1179
Tarraconense, sub Celestino IV. 1242

Scriptores.

Albertus de *Capitaneis.* 1483
Bernardus *Fontis Calidi* Abbas.
Claudius *Seissellus* Episcopus *Massilien.* 1490
Eberardus *Bethuniensis.*
Ermenegardus.
Lucas *Tudensis* Episcopus.

VICISSITVDO RERVM.

Ælius pertinax Imperator, *Fortunæ Filia* appellatus. 195

Maximus, post tres menses imperij, ab Vrso milite occisus. 455

Auitus Imperator, Sidonij Apollinaris Socer, anno nondum expleto, à Richimero *Gotto* Imperio deiectus, Episcopus *Placentinus* factus est. 455

Glycerius Imp. à Iulio *nepote*, Imperio spoliatus, Episcopus in Dalmatia fit. 474

Cum Augustulo *Romanum* Imperium ab Augusto ortum, extinctum est, cum stetisset ann. circiter 500. ann. 475

Hildebrandus, Dominium asperum in *Longobardos* exercens, ab iisdem simul conspirantibus, post 7. menses redactus est in ordinem. 74[illegible]

Michael *Balbus*, Leone ab ipsius fautoribus occiso, ipse qui in carcere detinebatur (post festum natalis Domini comburendus) catenis adhuc pedes constrictus, Imperatorio solio collocatus, solutis compedibus in Templo S. Sophiæ manu Patriarchę coronatur. 820

Lambertus Imp. ab Hugone Comite *Mediolano* in venatione occultè necatur. 904.

Ioannes X. opera Maroziæ Theodoræ filiæ meretricis, de Sede depositus in carcerem truditur, vbi necatur. 912

Berengarius Imperator, à suis occiditur. 915

Leo VI. Papa, in carcerem detrusus ibi moritur. ann. 928

Alexios *Comnenus* II. Imperat. 15. annos natus, post duos Imperij annos, ab Andronico auunculo strangulatur, arcæque plumbeæ inclusus in mare demergitur. 1182

VINDICTA.

Narses Eunuchus, Sophiæ Augustæ contumeliâ accensus, *Longobardos* gentem è *Scandia* oriundam

(quorum

quorum opera vſus erat in *Gottis* Italia pellendis) è *Pannonia* in *Italiam* euocat. 554

Iuſtinianus II. recuperato Imperio, diram de aduerſariis vindictam ſumpſit. 685

VIRGO MARIA.

Bonifacius IV. *Romæ* Pantheon ab Idolis expurgatum, in Eccleſiam commutauit, & titulo B. Mariæ ac SS. Martyrum conſecrauit. 607

Vrbano II. authore, officium paruum B. Mariæ (inſtitutionis B. Petri Damiani) à Clericis, & laicis pro auxilio contra Sarracenos obtinendo, recitari cœpit. 1088

Gregorius IX. ſtatuit, vt campanæ ad laudes, & ſalutationem B. Virginis Mariæ pulſarentur. 1227

Ioan. XXII. ſtatuit, vt ter ſingulis diebus ad veſperum, tintinnabula pulſarentur, quo ſigno vnuſquiſque ter ſalutationem Angelicam recitaret. 1316

Sixtus IV. decreuit de Conceptione Virginis Mariæ, quamlibet aduerſantium opinionum, ſine hæreſis vitio ſuſtineri poſſe. 1471

Item, præcepit cuidam Protonotario, vt officium immaculatæ Conceptionis Virg. Mariæ ordinaret, qui edidit officiũ quod incipit *ſicut lilium* &c. 1471

Pius V. prohibuit diſputationem, in publicis diſputationibus, de Conceptione B. Virginis Mariæ 1566

Sixtus V. B. Virgin. Lauretanæ ſplendidiſſimum templum ædificauit, atque illud Epiſcopatus titulo nobilitauit. 1585

Paul. V. decreta quædam edidit pro immaculata Conceptione Virg. Mariæ. 1605

Gregorius XV. decretum Pauli V. quo omnino prohibuerat, ne vlli auderent in publicis concionibus concluſionibus, & aliis quibuſcunque publicis actionibus aſſerere, quod B. virgo fuerit concepta cum peccato originali, extendit etiam ad priuata colloquia & ſcripta. 1621

Inſuper, vt eius feſto, nulli omnino, in officio diuino ac SS. miſſæ officio celebrandis, tam publicè quam priuatim, alio quam Conceptionis nomine vti debeant. 1611

Poſtea tamen, conceſſit Patribus Dominicanis vt in priuatis colloquiis, inter ſe tantum, non inter alios, & cum aliis de argumento Conceptionis diſſerere, & tractare poſſint. 1621

Ferdinandus II. Imper. pro gratiarum actione contra Palatinum, rebelleſque hæreticos an. 1620 *Pragæ* in monte *Albano* victoriæ habitæ, ſacri templi B. Mariæ de victoria primum fundamentum iecit in eodem loco anno. 1628

VVICLEFVISTÆ.

Ioan. *Vuiclefus anglus* quia non potuit conſequi Epiſcopatum *Vigornienſem*, docuit Eccleſ. Rom. eſſe Synagogam Satanæ, Papam malum non habere poteſtatem ſuper fideles, Papam cum omnibus Clericis ſuis poſſeſſionem habentibus eſſe hæreticos; Epiſcopum & Sacerdotem in peccato mortali nullum conficere ſacramentum, Sanctos inſtituentes Religiones priuatas peccaſſe, dantes eleemoſynas fratribus ipſo facto eſſe excommunicatos, debitè contrito omnem confeſſionem exteriorem eſſe inutilem; ſubſtantiam panis & ſubſtantiam vini materialis, manere in ſacramento altaris, nec accidentia eſſe ſine ſubiecto. 1372

VViclefuiſtarum impugnatores.

Bankinus *Londinenſis Anglus.*	1380
Conradus *Cocus.*	1519
Guillelmus *Berton anglus.*	1380
Guillelm. *Bynham.*	1379
Guillelm. *Iordanus Ord. Prædicatorum.*	1379
Gullelm. *Rimſton.*	1390
Guillelm. *VVoderfordien. Ord. Minor.*	1396
Henric. *Langeſteinus Auguſtinia.*	1400
Ioan. *Gaſcoynus Anglus.*	1381
Ioan. *de Kiningam Anglus.*	1399
Ioan. *Marrotus Anglus.*	1375
Ioan. *Maronis Anglus Carmel.*	1379
Ioan. *Marre Anglus.*	1399
Ioan. *Sharpe.*	1399
Ioan. *Swafham.*	1394
Ioan. *Tyſſington Ord. Minor.*	1394
Nicolaus *Durham Carmelita.*	1379
Nicolaus *Pontius.*	1410
Pettus *Stoches.*	1399
Rodulphus *Strodus Anglus.*	1376
Philippus *Repingtonus.*	1382
Richardus *Lanitam Carmel.*	1381
Richardus *Maydeſton Carmel.*	1390
Robertus *Humbleton Ord. Præd.*	1390
Robertus *VValdeby.*	1390
Simon *Sothray Auguſtinian.*	1382
Stephan. *Petrigon. Carmelita.*	1390
Thomas *de Aſcheborne Auguſtin.*	1382
Thomas *Valdenſis Carmelita,*	1420
Thomas *VVinterton Monachus.*	1382

F I N I S.

INDEX TITVLORVM CONTROVERSIÆ HISTORICÆ.



DECLARATIO



DECLARATIO VOCVM DIFFICILIVM IN HISTORIA ECCLESIASTICA.



BBAS, Syrum nomen, significat Latinè *Pater* hæc forma appellationis ex Anachoretis primùm in Christiana Religione cœpit frequentari, quum enim exemplo D. Antonij, & Hilarionis, plures viri formolam illam viuendi accepissent, & Monasteria in Eremis condidissent, horum præpositi venerationis causa dicebantur *Abbates*. Sic etiam ferè monachi, seu Anachoretæ appellabantur, præsertim senecta, aut sanctitate Reuerendi.

Abecedarium Psalmum S. Augustinus per Latinas litteras composuit, plebique cantandum dedit, quo imprimis Donatistarum schismatis origo cantatur, sed & diluuntur calumniæ, à Donatistis in Catholicos illatæ, ac denique demonstratur eos, qui non iunguntur Romanæ Petri Cathedræ, in Ecclesia esse non posse.

Abinde pro *inde*, id est ab eo tempore, vel ab eo loco.

Abrasax Basilides hunc constituebat summam virtutem, ex qua Dij reliqui, siue Angeli dimanarent, secundum numerum dierum anni, nimirum 365. qui numerus Græcis illis elementis conficitur qui nomen componunt, A. B. vnum & duo, P. A. centum & vnum, C. A. ducenta & vnum & sexaginta sunt, quæ simul iuncta efficiunt 365. Item Basilides 365. membra constituebat, & vnicuique virtutum, vnum membrum attribuebat, hocque nomen *Abrasax*, suis, loco amuleti portandum, dabat.

Abrasio capitis, in Ecclesiam introducta exemplo Petri Apost. qui apud exteras nationes Euangelium prædicans, derisionis, & ignominiæ causa ab inimicis Euangelij eo modo tonsus fuit; item (secund. Bedam) ob iugem memoriam spineæ coronæ, à Petro aliisque Apostolis Ecclesiæ traditum, & ab Aniceto Papa posteà constitutum est, vt scil. capillorum tonsura Clerici initiarentur, Monachorum vero tonsura ab ea quæ Clericorum est distincta fuit, quum illi non tantum verticem capitis sicut Clerici, sed totum ferè caput cute tenus tondere consueuissent, nempè vt sic vitæ illorum studium esse, proc[illegible] apud Græcos Monachi tondebantur in formam crucis.

Absis & *Absidia* significat curuaturam rotæ, tùm arcum cui aliqua fit inscriptio, tum locum editiorem vbi sedet Episcopus, tùm cameram in qua reliquiæ Sanctorum conduntur.

Abstensio, in Clericis, aliquando sumitur pro suspensione, vide excommunicatio.

Acaciani, vide Arriani.

Accensus, genus militiæ erat administrantibus proximũ sic dicti quod ad necessarias res sæpè accirentur, velut accersiri, sen potius ab acciendo dicti, idest, vocando, nam instar preconis acciebant, idest vocabát, quem magistratus cui apparebant, iuberet. *Bedeau Huissier*.

Accessiones, sunt ardentiores æstus, qui statis temporibus in febribus periodicis, quotidianis videlicet, aut tertianis recurrunt.

Acedia, Græcum vocabulum, quod Latinè sonat incuriam, aut negligentiam quandam.

Acephali, hæretici damnantes Synodum Chalcedonensem, sic dicti quod seorsum à Patriarcha, sine capite conuenirent.

Acerra, vide Nauicula.

Acetabulum, mensura capiens cyathum vnum & dimidium.

Acœmetæ, dicti sunt quidam Monachi Constantinopoli, hoc est insomnes, quia iuges die nocteque per vigiles Deo laudes offerre consueuerant, sibi inuicem tripertito tempore succedentes; dicti sunt etiam *Studitæ* à Studio viro Clarissimo, qui eiusmodi Monasterium in honorem S. Ioan. Baptist. Constantinopoli erexerat.

Acolythi officium, est præparare luminaria in sacrario, cereum portare, & suggesta pro Eucharistiæ calice præparare.

Actio vide Canon missæ.

Actarius, seu *Actuarius* vide Commentariensis.

Adamitæ, hæretici incedentes nudi an. 190.

Adargatis, vide Aretgatis.

Adelschalche, idest Principis serui.

Admenta, iacula sunt, quæ loris reuincta validius intorquentur, ideoque manipularibus, idest manu sola prehensis opponuntur.

Adoptiuus dicitur, cui nihil à Patre adoptante debetur, sed gratis indulgendo conceditur.

Adorea dicebatur gloria, laus, seu donum, quod solebat dari victoribus in prælio, quod erat genus frumenti sic dictum.

Adrumentini Monachi, hæretici negantes liberum

rūm arbitrium an. 418.

Aduocatus fisci, primùm institutus est occasione Adriani Imper. edicti, de 20. parte hæreditatis fisco applicanda, nam antea Iura fisci, curabant Procuratores Cæsarum.

Ædes Dianæ (de quibus act. 19. v. 14.) erant quædam lucius Deæ numismata, seu potius statuæ, cum suis ædiculis seu loculamentis, quæ in templo Dianæ offerri, & appendi solebant.

Æone, idest *sæcula*, erant nomina 30. Deorum quos fingebat Valentinus hæresiarcha, eorumque 15. masculos, ac totidem feminas, quorum permistione alij generarentur, atque ea sia Saluatorem omnium, velut *Panderam* Hesiodi, ea omnium Deorum munere esse perfectum.

Æra est numeri nota, qua in *Hispania* res sacræ, & profanæ consignabantur, sic dicta, quod ad agendum triumphum de Ceretanis in *Hispania* rebellantibus per Domitium deuictis ingentem vim æris Augusto Cæsari, *Hispani* contribuissent, idque anno 4. post Triumuiratum Augusti, & ante Christum natum an. 38. vt ergo Æræ numerus ad Christi Dom. annorum rationem ducantur, ab æra noua. anni 38. deducendi sunt.

Ærarium, dicitur pecunia publica, *Fiscus*. verò Principis peculiaris.

Ætiani, vide Aetiani.

Agape, idest dilectio siue charitas, & erat conuiuium quod celebrari solebat in funeribus, connubiis, Dedicationibus Ecclesiarum, ac in Sanctorum Martyrum natalitiis, in ipsa memoria, seu Ecclesia Martyris, & dicebatur sacrum Epulum natalitium, quod fiebat in honorem Dei, & sublenationem pauperum, qui ibi cum diuitibus communiter vescebantur. Vide *Cœna*.

Agapetæ, erant quædam Virgines sacræ quas Clerici Constantinopolitani, pietatis quodam intuitu, secum in domibus suis retinebant, easque vocabant *Sorores adoptiuas*, hunc autem prauum eiusmodi Virginum vsum (quæ à charitate ἀγάπη nomen trahentes, quasi spirituali amore coniunctæ dicebantur *Agapetæ*) sustulit S. Ioan. Chrysostomus.

Agenda, vide officium Defunctorum.

Agentes in rebus, vide Magistriani.

Agina, dicitur illud foramen quo scapus trutinæ inseritur, & in quo trutina se vertit, inde *Aginator*. dicitur, qui paruo lucro mouetur.

Aginator, vide Agina.

Agitatores, erant aurigæ in spectaculis Circensibus certantes.

Agnus Dei, ex cera è candelabris in Ecclesiis ardentibus desumpta fiebant, quæ, eoquod agni Christi typum ferentes impressam haberent imaginem, Agnus Dei dici consueuerunt, quos, recens baptizati, suspensos ferrent ad collum, mutata in Religionem superstitione, qua suis Infantibus Gentiles bullas, seu amuleta ad aoertendas fascinationes collo appendebant, quam autem iidem cordis figuram in bullis suis ferre consueuissent, quo se noscerent se esse homines, si corde præstarent; ita Christiani imaginem Christi agni susceperunt, vt discerent eius exemplo esse mites & humiles corde; hæ autem ceræ postea ex cereo Paschali acceptæ, aliisque puris admixtæ, & sacro chrismate delibutæ ac benedictione summi Pontificis sanctificatæ sunt.

Agon, certamen est, & contentio cum labore coniuncta & difficultate.

Agonensis Aurelianus an. quinto Imperij sui Christi autem 275. primùm instituit, quum Templum Solis erexisset.

Agones Capitolini, instituti sunt à Domitiano, quinto Imperij sui anno, qui præcepit annos per *Agones Capitolinos* inposterum numerari, loco autem *Olympiadum*, vnusquisque *Agon* quatuor annos continebat.

Agonotheta, qui præest certamini, à quo & *Agon* edicitur, & præmium proponitur.

Abori, dicuntur præmatura, seu intempestiua morte sublati.

Alabastrum vnguenti, est vas lapideum ad vasa vnguentaria excauatum, quod intus posita incorrupta seruari solebant.

Alapa, vide Colaphus.

Alba, qua vtitur Sacerdos missam celebrando, vocatur etiam *Poderis*, quia Græci vocant pedes, podas, & hæc vestis ad pedes demittitur, dicitur etiam *Camisia*, *tunica*, *linea*, *tunica*, *linea Dalmatica*, & absolutè *linea* quia ex lino.

Albanenses hæretici tenebant mundum nunquam cœpisse, nec vmquam desiturum ano. 794.

Albigenses dicti etiam *Ruptarij* & *Cotorelli* de terra S. Ægydij volebant dici *bons homines* an. 1198.

Alleluatici Psalmi, vide Psalmi alleluatici.

Alleluja, interpretatur *Laus Dei*, scribit D. Hieronymus, in Palæstina, hac voce symbolica, excitari ac vocari solitos Monachos ad diuinas preces, etat & carmen musicum Rusticorum, eum rustieum opus agerent.

Allophyli, dicti ab Hebræis non solum *Philistæi*, sed & quicunque alterius suot & gentis & tribus, nunc *Goim*.

Alodium, erat fundus liber, nulliue iuri obnoxius, vnde dare in *Alodium*, est transferre in ius proprium.

Alogi hæretici, (ratione aut verbo carentes) sic appellati, quod Euangelium S. Ioannis, & Apocalypsim respuerent. an. 160.

Altare, dicitur quasi alta res, vel alta ara, vide Ara.

Ambaruualia, idest lustratio segetum fieri solita ante Kal. Iunij. sic dicta quasi ab ambiendo arua.

Ambo, vide Apsis.

Ambolagium, vide Amictus.

Amictus, quo Sacerdos caput cingit, dicitur ab amiciendo, item *Ambolagium*, *Anabolagium*, *Anagolagium*, *Humerale*, *superhumerale*, quia humeros tegit, *Ephodbad* ab Hebræis deductum.

Amiculum, vide velum.

Amma, sic olim dicebantur mattes spirituales

Ambulla ad vsum missæ, dicuntur etiam *Amula*, quia amula est vas in quo vinum offertur, seu *Hama* quæ sunt vasa aquaria rotundioria formæ, & ventris globosioria, item *Vrcei*, *Vrceoli*, *Gemelliones*; *Amula* tamen propriè vini est, *Scyphus* aquæ.

Amsdorfiani hæretiel, dicebant bona opera ad salutem esse perniciosa. 1570.

Amula, vida Ampullæ.

Amuleta, vide Agnus Dei.

Anabalus, vide Analabus.

Anabaptistæ hæretici, dicebant paruulos non esse baptizandos, & si baptizati sint, iterum baptizandos, cum adulti fuerint. an. 1530.

Anaboladium, vide velum.

Anabolagium, vide Amictus.

Anachoreses, idest secessio.

Anachoreta, idest *Secessores*, dicuntur qui per Eremum spatiando discurrunt, qui vero Cellulis contenti sunt *Eremita*.

Anaclisterium, vide sponda.

Anagolagium, vide Amictus.

Ambro, deuorator, consumptor patrimoniorum, decoctor, luxuriosus profusus.

Amphibalus, erat aliquod indumentum à Græco ἀμφὶ βάλλω circumpono, operio, induo.

Anagnostes, idest Lector in Ecclesia.

Analabus, seu *Anabalus*, idest succinctorium, seu te-sticulæ, seu redimiculi, vel propriè tebrachiatoria, quæ Monachis descendentia per summa ceruicis, & è lateribus colli diuisa, vtrarumque alarum sinus ambitent, atque hinc inde succingerent, vt constringentia latitudinem vestimenti ad corpus contrahetent, atque coniungerent, & ita constrictis brachiis, impigri ad omne opus, expeditique redderentur. *Scapulare.*

Analogium, vide Apsis.

Anaphora, oblatio velut quadam eleuatione dicitur, quod sursum ad Deum feratur.

Anathema, (idē ac deuotamenta) ab antiquis vsurpatū est, vox ambigua, quæ ndoque in bonam partē, pro eo quod certo loco appensum, & ex voto, Deo vel in eius templo oblatum est accipitur; quandoque veto in malam partem, pro eo quod à Deo seiunctum est per impietatem, & sicut ad donum Deo dicatum, ob reuerentiā, nemo manus admouere, neque propius accedere audebat, sic è contrario ab eo qui ab Ecclesia abscissus erat, tanquam à Deo abalienato, ob execrationem omnes penitus separabantur; *Anathema* etiam idem, importat quod maledictum & occisio; vide Catathema, & Maranatha, & excommunicatio.

Ancon, vide Carcer Tullianus.

Angelici, qui & *Apostolici*, hæretici qui renunciationem ipsi facientes bonorum, non facientes erroris damnabant. an. 260.

Angelita hæretici, ex Seuero orti. an. 511.

Animeta, vide Palla.

Annona, proprie in frumento, oleo, vino, sale & carne consistit, solebat autem in militia Romana, militibus, pro stipendio per singulos dies distribui, expeditionis tempore veluti bucellatus panis, quem bis coctum vocemus, duobus diebus, ac panis alius 3. vno die vinum, alio acetum, vno die lardum, caro vervecina biduo, & ex commeatu publico, cui annonæ, pecuniæ erogatio accedebat & vestitus, & alia id genus militibus necessaria; quando annona, loco pecuniæ in solutionem militibus dabatur, dicebatur *Stellatura*, quia per tesseras stellatas, species alias. pro annona accipiebant; hæc annona, quæ per capita singulis diebus militibus dabatur, *panes ciuiles*, quandoque *annona ciuilis* & *salarium* dicitur, *opinatores* dicebantur qui annonarias species exhibebant.

Annonarij, nune dispensatores annonæ, nunc erogatores annonæ dicti, per singulas ciuitates, & ea. stella à *Gottis* creabantur, vt militibus eam, sine fraude, exhiberent.

Annuli, apud Romanos & Hebræos in qualibet pactione, loco arrhæ tradi solebāt, vnde apud Christianos antiquus obtinuit vsus, vt anuuli sponsales signu fidei, quod est hieroglyphicum mutui fœderis sculperentur, id enim præseferunt coniunctæ simul dexteræ, alij verò annuli quos fideles gestabant, aliquando Christi nomine duabus litteris ☧ quas publicè dabant annulo signatorio communicabant.

Annus, tempus est 365. dierum, & horarum circiter sex, quo Sol cursum suum conficit, dicitur annus ab *an* circum, & *no* fluo, seu ab annulo quod in se redeat quasi annulus, annos ab origine mundi supputat Ecclesia Catholica secund. 70. Interpretes; apud *Ægyptios* à principio IV. mensibus annus terminabatur; apud *Arcades* tribus mensibus, apud *Arcananas* 6. mensibus, in *Italiam* apud *Laurines* 13. mensibus, apud *Romanos* ab initio 10. mensibus & primus mensis erat Martius & vltimus December, deinde Numa Pompilius annum istum aliqualiter emendauit, computando annum per lunationes 12. quæ faciunt dies 354. sed quia adhuc non complebatur annus in decursu Solis de puncto ad punctum, Sol enim cursum Zodiacum 365. diebus & quadrante diei perficit, dies qui deerant additi sunt.

Anomiani, vide Arriani.

Antara, vide Ara.

Anthropomorphita hæretici ab Audæo *Syro* qui humanam Deo formam tribuebat. an. 341.

Antidicomariani hæretici ab Heluidio, qui docuit B. Virginem post Christum habuisse ex Ioseph alios filios. an. 381.

Antimensa, vide Ara.

Antinomi hæretici, qui docebant hominem ad legis Dei obedientiam non obligari. an. 1570.

Antiphona idem ac vox opposita, seu contra sonans, significat etiam vocem reciprocam, quia inchoatur ab vno vniuschori, ad eius symphoniam cantatur psalmus per duos choros, & ipsa *Antiphona* coniunguntur simul duo chori.

Antiphonetes, idest sponsor ac fideiubens, sic dicta Saluatoris imago in *Chalcopratais Constantinopoli*.

Antistare plures esse, præcellere, vnde *Antistites* quod præcellant.

Antistes quasi antestans, idest ante aram, vide antistare.

Antitactæ dicti *Gnostici*, qui asserebant peccatum non esse malum sed præmio dignum. an. 123.

Antitrinitarij hæretici qui dicebant tres personas in se, non subsistere, sed in diuina persona. ann. 1570.

Antitypa Corporis Christi, idest *Symbola*, vocat Eucharistiam Clem. l. constit. C. 16.

Apex, vide Mitra.

Apocrisarij, dicuntur Legati Episcoporum, & velut eorum locum tenentes, qui res Ecclesiæ & Cœnobiorum gubernant, negotia singulorum audiunt, & ad Episcopos referunt, dicuntur *Apocrisarij* idest Responsales & Secretarij.

Apocryphi libri dicuntur quos Gelasius Papa veruē quidem publicè legi & pronuntiari in Ecclesia, priuatim tamen, seu extra Ecclesiam legi nullatenus inhibet, ἀπόκρυφον enim vox, nihil aliud quam occultum, reconditum aut secretum quid significat.

Apophoreta, erant munuscula, quæ in nuptiis, inuitatis, & absentibus mittebantur.

Apostoleum, fuit Ecclesia ædificata popè *Chalcedonem* in loco dicto *Quercus*, & in honorem præcipuorum Apustolorum Petri & Pauli dedicata.

Apostoli Iudæorum dicebantur qui ipsorum Patriarchis assidebant, tanquam consultores, & ad eos referebant ea quæ sunt in lege, à quibus, & mitti certis temporibus solebāt in Prouincias, vbi Iudæi habitarent, tùm ad Synagogas inspiciendas & mores componendos, tùm ad exigendum ab eis aurum & argentum, decimarum & primitiarum nomine, ipsisque Patriarchis deferendum, & hæc etiam tempore Honorij Imperatoris. Vide Presbyteri.

Apostoli, missi interpretantur, quia ex ipsos misit Dominus euangelizare ad illuminationem omnium Gentium.

Apostolia, erant litteræ dimissoriæ.

Apostolica littera, erant quæ Apostolica authoritate à Romanis Episcopis dari consueuerant, quarum frequentiores erant *Breues*.

Apostolicus, vide Domnus.

Apotactici, qui & *Apostolici*, hæretici à renunciatione coniugiorum, & bonorum sic dici voluerunt, an. 260. vide Angelici.

Apparitores, erant Magistratuum ministri, qui & *Lictores*, quod, officium ligandi haberent, & *Viatores* dicebantur quod è Collegio viatorum deligerentur, quod etiam reos in ius sisterent, *Statorum* nomen illis inditum est, qui etiam ad magistratuum iussa exequenda, semper præstò erant. Iidem apud *Romanos* apparitores, apud *Gottes Saiones*, & *Officiales* dicebantur, erant *Apparitores* infimæ militiæ milites, Iudicibus seruientes, quibus nec ad altiorem malitiam aspirare licebat.

Apparitura, erat officium Præsidis.

Apsis à figura in Hemisphærium curuata *Ambo* dicitur, *Ambonem* Græci vocant quo eo gradibus duplici ex parte ad orientem, & occidentem, seu interioribus exterioribusque ascendatur, dicitur etiam *Analogium* idest super quo legitur. *Dicterium*, *Lectorium*, *Odaum* aliqui, quod in eo canatur, Latini *Pulpitum* & *Saggestum*, *tribunal*, *Itali* Ecclesiarum *tribunam*, Apsis est etiam Sedes Episcoporum velata, in Ecclesia posita, vide absida.

Aquarij seu *hydroparastatæ* discipuli Tatiani hæretici aqua tantum in mysteriis vtebantur an. 257.

Ara ab ariditate ex igne, vel quasi area plana, vel ab ardore sic dicta, quod in ea ardebant sacrificia, vel *Ara* Græcè, *precatio* Latinè, vndè imprecatio dicitur *Antara*, item dicitur *tabula itineraria*, *tabula altaris*, *antimensa*, *viaticum*.

Ara differt ab *Altari*, quia est quasi area idest plana, & altare quasi alta res, vel alta ara.

Ara cœli, sic dicta, quod in eo luco vbi Templum Iouis *Capitolini* erat, Augustus aram erexisset cum hac inscriptione, *Ara primogeniti Dei*, quem illic in vlnis Dei genitricis Mariæ, sublimem in aëre conspexisset.

Arabici hæretici qui dicebant animas hominum mortales esse an. 243.

Arbores infelices dictæ sunt, ex quibus Magistratuum virgæ sumebantur.

Archidiaconus, est *Coadiutor* Episcopi in ordinatione Clericorum, imperatque subdiaconis & Leuitis, sollicitudo parœciarum, ordinatio, & iurgia ad eius pertinent curam, pro reparandis diœcesanis Basilicis, ipse suggerit Sacerdoti, ipse inquirit parœcias, cum iussione Episcopi, subscribunt Archidiaconi in Conciliis voce consultiua & decisiua.

Archiepiscopus, idest Princeps Episcoporum, vide Primates.

Archimandrita, à speluncis Monachorum (*μάνδρα* speluncam ouium significat) quasi Præpositus Monachis in speluncis habitantibus, vt erant antiqui Monachi.

Archipresbyteri alius Vrbicanus, seu Ciuitatensis, alius Ruralis, Ciuitatensis est qui in vrbe constitutus, munus, absente Præsule, exequitur, eiusque loco officium diuinum incipit; benedictiones in Ecclesia dat &c. Ruralis præest solummodo plebi.

Archisterium, Monasterium seu principalis statio.

Archontes, dicti Principes & Magistratus.

Archontici hæretici, qui mundi creationem Principatibus ascribebant an. 190.

Area sepulchrorum, vide cœmeterium.

Arenaria, vide cœmeterium.

Areopagus, secundum nominis significationem erat locus iuxta mare, *Promontorium martis* dictum, iudices qui in eo conuenire solebant ad Iudicandas maiores causas, sanguinis nempe, morum, ac Religionis, *Areopagitæ* dicebantur, inter quos nullus allegi poterat, nisi primum in Inferiori Magistratu *Sexuirorum* per annum meruisset, & qui rursus diligenti perquisitione probatus, & inuentus esset fama integerrimus, virtute spectatissimus, & vsu rerum perspicacissimus, quum autem causam cognituri in *Areopagum* ascenderent, (quod ter tantum in mense faciebant nimirum quarto, tertio & *pridie* Kalendarum) qui erant causam dicturi, simplici rei gestæ narratione id facere, aut nisi præconis voce tacere iubebantur, & ne iudices Reorum miserando commouerentur aspectu, ipsa nocte nullis admotis luminibus iudicia exercebant, summoque silentio tabellarem quisque dabat sententiam, vnde in parœmia illud venit, *Areopagita taciturnior*.

Argentarij vide fiscalis seruus.

Argentei 30. quibus Christus venditus est æquiualent 30. Florenis brabanticis, 15 vnciis argenti, vncia continet 8 dragmas, erant ergo 120. dragmæ.

Aries, erat tormentum ex animalis genio efformatum, nam sicut aries capite cornibusque æmulum concutit, ita militaris illa machina, muros quassabat, dictum olim *Equus*, ab Epeo ex *Græcis* Heroibus vno, ad diruendos Troiæ muros repertus.

Arimannus, vel *Herimannus* vox franca pro tributo seu tributario.

Arioli, sunt qui circa aras Idolorum sacrificant.

Aristeri, idest sinistri, seu Cathari idest mundi, tales se dicebant Nouatiani an. 254.

Armenij hæretici, à Iacubo *Zanzalo Syro*, à quo etiam Iacobitæ an. 535.

Arra seu *Arrabo* id propriè dicitur quod datur in confirmationem contractus, gallicè *Denier à Dieu*.

Arriani hæretici, quorum germina propagata, fuerunt Eusebiani, Photiniani, Eudoxiani, Acacisni, Eunomiani, Æctiani, Anomiani, Macedoniani, Exueontij, Psatyriani, Cyrtiani, Duliani.

Arrij Thalia, hoc est conuiuium, crapula, liber quem scripserat Arrius, & sic vocauerat, quo per iocum, & lasciuiam, seu per meretricias choreas, & saltationes, multorum sibi animos deuincire studuit.

Arthrembola, vide strebla.

Artotyritæ, montani hæretici descendentes, sic dicti quod in mysteriis suis apponerent panem & caseum.

Arura, est terræ mensura 100. complectens cubitus.

Asceta Monachi, & Monachæ idest pugiles siue exercitatores, nomen à re gymnastica sumptum, sic enim nominantur *Athleta*.

Asceteria, Monasteria virorum ac mulierum, erat secessus exercitatorius.

Ascodrogita, qui montani paracleto se plenos esse iactantes, insania mentibus, instar bacchantium, furentes agebantur an. 123.

Ascodrytæ hæretici qui diuina sacramenta penitus abiiciebat an. 175.

Ascolastes, vide Scholasticus.

Assamonai, vide macchabæi.

Assecla, sequitur potentiorem, vide Comes.

Assertor pacis apud *Gottos*, erat qui ad faciendam pacem regali destinabatur, authoritate, differebat autem à iudice, quod illi omnium negotiorum actionumque causas terminabant, hi vero non alias nisi quas illis Regia commiserat ordinadi potestas.

Astarthe vide cœlestis & Atergatis.

Asthathi discipuli Sergij manichæi, qui se *Tychicum* Pauli discipulum iactabat an. 810. *Attingani*.

Ee a *Ater*

Atergatis, ſeu *Adargatis* ſeu *Aſtarthe*, erat Venus quæ à *Syris* colebatur Græcis *Decreto*, ſimulachtum eius ſimile monſtro effingebatur, infernè piſcem referens, supernè mulierem, quod Venus ex ſpuma matis concepta perhibeatur, aut piſcium ſalacitatem æmulata.

Atrium Disticum, ſicut & Monaſterium, dicta ſunt à quodam Archimandrita qui vocabatur Dius *Conſtantinopoli*.

Atrium Sauciolum, eſt vbi Reus pro reatus ſui qualitate interficitur.

Athera, eſt edulium quoddam, quod *Ægyptio* ex tritico, & lacte conficitur.

Attaminare pro contaminare aut contingere.

Attingani iidem ac *Aſſathi*, vide ſupra.

Auctorare militem, eſt aliquem ad militiam admittere, ſtipendio, ac militaris iuriſiurandi vinculo conſtringere, & ad bellandum adigere.

Auctoratus, eſt aucturamento ſeu mercede conductus.

Auditorium, erat locus in quo Virgines Deo dicatæ coram teſtibus loquebantur, hic locus vocatur nunc *Loquutorium*, dicebatur etiam *Salutatorium*.

Auditorium, erat etiam locus vbi Princeps lites ſubditorum dirimebat, qui locus dicitur etiam *Audientia*, quia ſubditi inibi audiebantur à Principe, & ideo etiam pro ipſa facultate facta à Principe audiente vſurpatur.

Augures dicuntur, qui in volatus auium vel voces intendunt.

Augurum ius, apud Romanos Gentiles maximum, & præſtantiſſimum erat, adeo vt poſſent decernere, vt Conſules magiſtratu ſe abdicarent, & alia.

Augustalis Profectus, dicebatur qui Romanorum nomine *Ægyptiis* præerat, ſic dictus, quod ab Auguſto Imperatore primò inſtitutus eſſet.

Augusti, vide Cæſares.

Aureus numerus, dictu Cyclus enneadecaëteride decem, & nouem annorum periodus, in Concil. Nycæno conſtitutus eſt ad facilius inueniendum cuiuſlibet anni Paſchalem diem.

Auriga, dicitur qui curtui præeſt.

Auriphrygium circulare, vide mitra.

Auspicia, ſunt quæ ab itinerantibus obſeruantur.

Autotheani hęretici, dicebant Christum eſſe Deum à ſe, non à Patre.

Bacucei ſeu *Bacuci* ſeu *Bacutei*, erant homines certo quodam dæmoniorum genere correpti, barbara voce à vulgo eis impoſita.

Baculus Pastoralis, dicitur etiam *Virga Pastoralis*, *pedum*, *ferula*, *Capuita*, *Cambuca*, *Cambutta*, ſed *Capuita* & *Cambuta*, corruptæ ſunt voces à *Cambura* voce Barbara, quæ ſignificat baculum retortum.

Baia, Rami palmarum.

Baldachinum ſeu *vmbraculum* eſt id quod ſuper altare appenditur forma quadrata, vocatur etiam *Mappula*.

Baiamathia ſeu *Balimanthia*, id eſt ſaltationes.

Banleuga, ſeu *Bannileuga*, dicitur is modus agri, cuius finibus loci alicuius immunitas vel iuriſdictio terminatur.

Balthèum vide cingulum, & zona pellicea.

Bannitum ieiunium, fuit magnum, & intenſum ieiunium, quod ad Dei bannum ſeu pœnam, iramque auertendam ab iis ſuſcipiebatur, qui ſe banno diuino dignos agnoſcebant.

Bannus, ſumitur aliquando pro excommunicatione, vel pro aliqua ditione ſeu Diœceſeos portione, vnde bannire pro in exilium mittere, banniti cauſes, aliquando pro pecuniaria pœna, vel pro publica proclamatione vnde ſeruare banna, ideſt proclamare nuptias.

Barathrum, vide Carcer Tullianus.

Barbelitæ, gnoſtici hæretici à *Barbelo* numine, ab illis adinuento an. 130.

Basilica, prius vocabantur Regum habitacula, vnde & nomen habent, nunc autem ideo *Basilicæ* diuina templa nominantur, quia ibi Regi omnium Deo colitur, & ſacrificia offeruntur, non tamen quæcunque Eccleſiæ Baſilicæ appellantur, ſed illæ tantum quarum auguſtior eſt amplitudo, *Basilicæ* etiam apud Gentiles erant loca venalium rerum foris coniuncta, in quibus hyeme potiſſimum conciones, & negotiantium Conuentus habebantur ius etiam dicebatur in Baſilica, erant & priuatorum Baſilicæ ad inambulandum conſtructæ, & magno ſumptu ornatæ, quod autem attinet ad ſtructuram, erant plures ſimul in longum iunctæ porticus ſuffultæ columnis, æquis inter ſe diſtantibus ſpatiis, deſuper iunctis velut intextis inuicem, cuiuſmodi ferè ſunt antiquæ Chriſtianorum Baſilicæ, *Basilica* dicebatur atrium illud maius Templi Salomonis.

Basterna, eſt vehiculum itineris (quaſi viæſterna) mollibus ſtramentis compoſitum, quod à duobus animalibus ſeu ſeruis deportatur, *Basterna* tecta, manualis, lectica tecta quæ manu fertur.

Batilli, minora igniaria vaſcula, *Batuli*, maiora.

Batuli, vide batilli.

Begardi hæretici Monachi, ſed abſque voto qui docebant hominem poſſe in hac vita fieri impeccabilem, & alia an. 1310.

Beguinæ, moniales hæreticæ, ſicut begardi.

Bema, ſeu Βῆμα certum in Templis antiquorum, iuxta altare, locum ſignificat, ſeu ſanctum tabernaculum, quod gradibus in illud ſcandatur.

Beneficia Ecclesiastica, inde originem habuerunt, quod, cùm ſolerent Clerici ab Eccleſia per Epiſcopum menſibus ſingulis victus cauſæ meritam ſtipem accipere, poſteà factum eſt, vt eorum aliquibus Eccleſiæ poſſeſſiones, quoad viuerent, ab Epiſcopo concederentur, quæ beneficia dici cœperunt, eo quod bene meritis Clericis tantummodo eas concedi liceret, vide Sportulantes.

Beneficiare, in beneficium dare.

Biblista hæretici, qui dicebant nihil proponendum in Eccleſia, aut in ſchola dicendum præter Biblia an. 1570.

Biothanati, Chriſtiani ab *Ethnicis* ignominiæ cauſa, à Βία vis & θάνατος mors, ſeu *Biaothanatos* violenta morte, quod violentiæ mortis ſententiæ obnoxij eſſent, cui ſe prompiè exponebant.

Birota, vehiculi genus, nomen ſuum à duobus rotis ſortitur.

Birrus, eſt breue indumentum Clericorum, humeros tantum, & brachia eorum tegens, erat in modum *Lacernæ* quæ erat veſtis breuior ad pluuiam arcendam, & ad brachia tantum, & humeros tegendos inuenta, *Birro* lineo in *Affricana* Eccleſia, vtebantur ſimplices Clerici, ſerico autem Epiſcopi quæ, & *Mozzeta* dicitur, eodem genere indumenti vtuntur hodiè Cardinales & Epiſcopi, etiam ex Regularibus ad eam dignitatem prouecti.

Bogomiles hæretici, authore Baſilio medico, Deum humana forma præditum dicebant an. 1084.

Bogomilus (*Mysorum* lingua) qui Dei miſericordiam implorat.

Boiæ erant torques damnatorum, quaſi iuga boum.

Boni homines, vocari volebant *Albigenses* hæretici.

Bonosiaci hæretici Christum adoptiuum, & non proprium filium asserebant. an. 531.

Borboriani, seu *Borborita*, dicti *Gnostici* qui futurum Iudicium negabant; à cœnosa turpitudine sic dicti.

Bos æneus, in quem candentem martyr iniiciebatur.

Bothrus, vide Culleus.

Bracchiatoria, vide Analabus.

Brandeum. erat velamen, quod admoueri solitum erat sanctis Martyrum corporibus, & à Romanis Pontificibus ad clarissimas personas, pro magno munere transmitti, quod ita imbuebantur diuina virtute, vt etiam pondere augeretur, vide sanctuarium.

Breuiarium, idest compendium, seu summarium, seu concisum opus (precum scil.) dictum etiam orarium, hoc est precationum liber.

Breuiculus, *Scheda*, seu *Schedula* à breui forma diminutiua deductum.

Breuis, vox apud antiquos variæ significationis, aliquando dicitur illa charta, in qua conscripta essent bona Ecclesiastica, quæ alio nomine dicitur, *Commemoratorium*, seu *Inuentarium*; *Breuis* etiam summitor pro Regis suffioolbus, pro *Matricula*, seu *Cabalega* io quo nomina scriberentur.

Blatta, purpura, Blattea, purpurea.

Blatteum, idest purpureum.

Brumalia festa, idest Saturnalia. quæ *Bruma* mense scil. Decembri fiebant.

Bubulcus, vide Pastorum.

Bucolia, *Ægypti* loca soni feritate & barbarie maximè horrenda, vnde illa incolentes, *Bucolini* dicti sunt.

Buda, est stramentum lecti de biblo idest papyro, item ornamentis Regalia, vel Camelorum.

Bulla, ceræ sigillatæ, *Bullare*, sigillare.

Bursarius, vide nomenclator.

Cæsaris titulus, & honor Imperatoribus proprius, ab ipsis Imperatoribus delatus est hæredibus designatis, aut adoptatis, itavt Cæsares velut candidati quidam Imperij dicerentur, relicta ipsis Imperatoribus prærogatiua appellationis *Augusti*.

Cæstus, erat genus clauæ pilas plumbeas loris bubulis appensas habens, quo pugiles certabant, sc se mutuò cædebant ac contundebant, *cæstus* à cedendo dictus.

Caiani, hæretici qui Cainum Iudam & Sodomitas saluatos esse dicebant, an. 145.

Calamaucus, pileus similis thiaræ.

Calamus Eremus, locus quidam in *Thebaide*, dictus etiam *Porphyrio*, seu *Porphyrites*, ex vena lapidis porphyritis quæ ibi nascitur.

Caliga seu *Sandalia*, dicuntur etiam *Solea*, sed in habitu Episcopali distinguuntur. Quia Caligæ primum induuntur vsque ad genua, & sandalia pedes tantum contegunt; *Caliga* quia ligantur sic dictæ, item *Cambagi*, *Campagi*, *Campabi*, *pedules*, quorum vsus ab Apostolis manat, inferne pedem regentes instar Soleæ quæ superne pedi per ligamina adstringebantur, quales modo gestant Capocini; *Caliga* à ligando calce, idest imo pede, dicitur quasi calciligs, *Calx* à calcando, dicitur & *Calceus* à calce.

Calices vitrei & ptenæ vitreæ, à temporibus Apostolorum in vsu fuerunt, tempore autem Caroli magni quum adhuc quædam Ecclesiæ calice vitreo vterentur, in Conc. *Rhemensi*, ob periculum quod imminueret materiæ fragili, vetitus est.

Calix à Græ o κύλιξ vel ab aqua calida dictus, quàm mixtam habebant veteres in delitiis, vel à κάλον quod lignum significat, ex ligno enim fiebant *Calices*, dicitur etiam à Patribus *Vasculum*, *vas mysticum*, *poculum*, *poculum sanctum*.

Calceus, vide Caligæ.

Calones, serui militum, *Les Goujats d'vne armée*, *ou des Gendarmes*.

Calx, vide Caligæ.

Cambagi, vide Caligæ.

Cambuca, *Cambura*, *Cambuta*, vide baculus pastoralis.

Camelauchium, dicitur Galerus, Pileus. Vide Causia.

Camelaucus, vestimentum Papæ, seu Tiara.

Camisia, vide Alba.

Campabi, *Campagi*, vide Caligæ.

Campana, apud posteriores scriptores pro statera vsurpatur.

Campana (quæ antea dicebantur *tintinnabula* à tinnitu) nomen acceperunt à Prouincia scil. *Campania*, vbi primò grandiores fieri cœperunt, dictæ sunt etiam *Petasi*, id est ad formam galeri, *Nola*, *Codon*, *Clocha*, olim ligna pulsabantur pro campanis.

Campita, vide Donatistæ.

Canalium, Episcopi illi dicebantur in Canalio constituti, qui Sedes haberent in cursu publico, via scil. qua Equi publici per stationes singulas dispositi essent ad iter agendum, vt Imperatorum rescripta declarent.

Cancus, est poculi genus à sono quem edit, effluente vino simul & sêre.

Candidati, certum genus militiæ, scutatij ferè Protectoresque Principum.

Canbuta, erant virgæ quæ ab Abbatibus tradebantur Decanis, seu Præpositis eum præficiebantur, suis Decoriis, seu Monachis quibus decimus præerat, virgæ prædictæ erant cypressinæ, & curuæ.

Canicles præfectus, erat *Constantinopol.* velut nostris, *Cancellarius*, aut etiam maior, ac velut socius Imperatoris agendis rebus ac decernendis.

Caniculi præpositus, erat Magistratus apud *Græcos* cui cura erat caniculi, atramenti scil. seu rubramenti, ex quo Imperatores litteras puniceas exarabant scribendo.

Canon, apud *Græcos* erat præfinita, & circumscripta nouem odis periochе, quæ in magnis solemniis decantabatur, illi cantui præibat *Protocanonarcha*, & qui sub illo, *Canonarcha*, qui eum Cantore, & succentore in Cathedralibus nostris conferri possunt, *Canon* est etiam Regula.

Canon Missæ, dicitur actio, idest causa in Iudicio deducta, ab Aduocato Sacerdote, fideles autem qui tanquam rei sacrificio, veluti cuidam Iudicio intersunt, peracta causa dimittuntur.

Canonarcha. is erat qui præerat legendo, quæ Cantores, illius vocem subsequendo canebant. Vide Canon.

Canonica littera, vide formatæ.

Canonici, à Canone dicti, idest Regula, quasi Regulares qui certis Regulis & legibus sunt obstricti.

Canonium, est locus destinatus sacris viris, & canonicè viuentibus.

Canopus, erat Deus *Ægyptiorum*, in modum Hydriæ confictos.

Cantabra, dicta Labara, seu vexilla Romana à *Cantabris* Hispaniæ populis ab Augusto debellatis, solebant enim Romani, signa hostium, quos subiugassent, mutoari, Vide Labarum.

Canthelia, onera asinis imponi solita.

Canticum, est vox mo?ica cum harmonia ore solo prolata, *Psalmus*, est carmen cum instrumento psalterij.

Cantores, vide Canon.

Cantorum Domesticus, vide Domesticus Cantorū.

Capella, deriuatur à Capa, quæ tegumentum significat quod veluti tentorium factum, secum vehe- rent Reges *Francorum* (cum essent in expeditione) ad vsum rerum factarum, vel *Capella* dicta à Capa S. Martini, quam Religionis ergo *Francorum* Reges, procedentes ad prælium, secum cum Sāctorum reliquiis portarent, Sacerdotes eidem muneri mācipati *Capellani* dicti sunt, loca autem illa quæ nos *Capellas* dicimus, *Oratoria* dicti sunt; & ab antiquioribus *Cubicula*, dicuntur etiam *Sacella* quæ apud Gentiles erant locadiis sacrata sine recto.

Capellani. vide Capella.

Capi, quod vulgus *Falcones* vocat.

Capitolanium, vide Dominica palmarum.

Capitolium, erat locus in vnaquaque ciuitate præcipuus vbi potissimum Gentilium superstitio colebatur, idemque murorum ambitu custoditus, vt Romæ. Tolosæ, Capuæ, Carthagini, Treuiris, Beneuenti, in Hispania Constantinopoli. & alibi.

Capitula Ecclesiastica, erant olim tanquam preces prolixiores quibus Sanctorum solemnitatum præconia, & Martyrum triumphi, recoli consueuerant.

Capitulatum, idm ac palla linea quæ tegit calicem vide Palla, animeta.

Cappa, vide plouiale.

Captiuorum littera, quæ pro redemptione captiuorum dari consueuerant.

Carabatus, vide Grabatus.

Carabus, est parua scapha ex vimine facta, quæ contexta crudo corio, genus nauigij præbet.

Caracalla, erat vestis talaris, quæ erat etiam antiquitus Clericorum.

Caragi, qui grauem hominibus soporem, & grauedinem, in cantationibus quibusdam inferunt.

Caraxatum, seu *Charaxatum*, idest scriptum, item caraxare, caraxatura, & caraxatores.

Carcer, quasi *coarcer*, à coercendo, quod ibi detenti exire prohibeantur.

Carcer Tullianus, Romæ erat propè Capitolium occidentem versus eratque teterrimus, vbi etiam erat *saxum tarpeium*, dictum etiam *Robur*, ex quo Martyres præcipitabantur, erat & *priuatus carcer*, eum scil. apud priuatorum domos miliari custodia detinerentur, eiusmodi autem custodia, *liber carcer* dicebatur, erat & Cyzici *profundum maris*, io quo se nocte, ac die fuisse Apostolus tradit, sic dictus quod altissimus esset, sicut Athenis *Barathrum*, Syracusis *Latomia* apud Spartiatas *Ceada* & alius obscurissimus apud Carthaginem *Ancon dictus*.

Carena vel *Carina*, est dierum 40 continuorum ieionium in pane & aqua.

Caricæ ficus siccæ, Syriæ peculiares.

Carice, Iunci genus acuti, & durissimi simile sparto.

Caryca, enodimentum ex sanguine & variis lautitiis confectum.

Casatum, idest satum.

Castellarius, vide nomenclator.

Castrenses missa, vide missæ Castrenses.

Castularius, à cista idem ac nomenclator.

Casula, dicta est per diminutionem à *casa*, eo quod totum hominem tegat. quasi minor casa, hanc Græci *Planetam* nominant.

Casupita vide Donatistæ.

Catabulenses, vide Catabulum.

Catabulum, erat stabulum iumentorum, quæ publicæ vtilitate, ad vehenda onera deseruirent; *Catabulenses* autem erant, que prædicta oneraria iumenta ducebant.

Catacumba, seu *Catatumba*, seu *iuxta tumbas*, sic dictus locus qui ad fores est coemeterij Callisti, vide Coemeterium.

Cataphryga, dicti Montanistæ hæretici, quod eius authores ex *Phrygia* orti essent, & sectatores illic maximè versarentur.

Catasta, aliquando sumitur pro machina longæ ac magnæ compedis formam habente, qua serui detenti venales exponebantur, erat & instrumentum torquendi, diuersum tamen ab equuleo, aliquando *suggestum* significa lignis compactum, quem vulgo dicimus tabulatum, super eiusmodi *catastam* eleuabantur cruciandi Martyres, quo illorum tormenta possent ab astantibus conspici, erat etiam *Catasta*, cratis ferrea ad comburendum parata.

Catathema, censura anathemati proxima, quæ erat propriè eorum, qui se damnatis coniungerent.

Catechista, audientium Doctores

Catechumenia, dicebantur loca propè Ecclesiam, in quibus Catechumeni instruebantur, & vbi hospites admittebantur.

Catechumenus, is est qui *audiens* à Patribus appellatur, nam de fide, quæ ex auditu est, instruebatur, quidam autem Catechomenorum dicebantur *Competentes* vide Clinici & Competentes.

Cathagita idest doctrinæ magistra.

Cathari, Vide Aristeri.

Cathari, seu *Patareni*, seu *publicani* hæretici qui se mundos & solos Christianos asserebant. an. 1170.

Cathisma, Græci appellant certum psalmorum numerum, nam totum psalterium diuidunt in 20. *Cathismata*, quasi sedes & pausas.

Catholica, idest vniuersalis Ecclesia, ideo dicitur, quia per vniuersum mundum est constituta, vel quia Catholica, idest generalis in ead. doctrina est ad instructionem.

Catholica littera idest encyclicæ.

Cathomus, erat vinculum quoddam, quo martyr ad verbera suspendebatur capite deorsum erectis in altum pedibus, vel potius quod martyres ad maiorem ignominiam, in humeros aliorum leuati, puerorum more cæderentur..

Catinum vide Caucus.

Caucus, seu *Caucus*, vas ligneum ad bibendum, patera, calix, catinum.

Causari, est causam offerre, excusationem adducere.

Causia, idest pileus, dicitur *Camelauchium* quod arceat calorem.

Ceadâ, Vide carcer Tullianus.

Celia succos tritici per artem coofectus quem succum à calefaciendo *Celia* dicebant.

Cellia, erat locus io quo cellæ Monachorum sparsæ erant, quæ ita inter se distabant, vt Monachi seipsos nec videre, nec audire possent, & in hoc differt à *Laura*, quæ erat locus sine septo, sine muro aut fossa conclusus, intra quem *Cellæ* & *Lauræ* singulorum Monachorum erant.

Cenodoxia, idest vana seu inanis gloria.

Census, erat solutio certæ pecuniæ quæ indicebatur ab Imperatoribus omnibus viris qui sub dominio Imperij Romani erant, vt capitum fortos

naturoque;

rarumque summam, quæ in Imperio esset cognos. cerent.

Census, pro substantia, cùm enim quisque iuxta facultates censeretur, *Census* pro facultatibus ipsis vsurpatur, aliquando pro origine & principio, quia censebantur homines cùm nascebantur.

Centenarij dicti etiam *Centuriones*, 100. militibus præerant.

Centuriones dicebantur senes quidam qui se religiosis consulere præ se ferentes, per execrabiles operationes simpliciores seducebant, & vt *Pseudothei* colebantur.

Cephalalgia, est dolor capitis.

Cestus, cingulum est, & zona sponsæ, quam sponsus prima nocte soluebat.

Chameunia, i. dest humi cubationes, seu storeæ quæ humi pro lecto substernuntur, vigiliæ in hyamen.

Charagma, Imaginem nummo impressam significat.

Charinarium, est insultatio, clamor, sonus, & alius tumultus fieri solitus in secundis, & tertiis quorumdam nuptiis.

Chartophylax, idest chartarum custos, fungebatur officio apud Ecclesiam *Constantinopolitanam*, quo *Bibliothecarius* apud *Romanos*, indutus videlicet Infulis Ecclesiasticorum ministrorum, gestabat quippe annulum aureum, & tiaram auro ornatam, atque antepectus Patriarchale *Bulloterium* instar rationalis Aaronis, cumque procedendum esset vehebatur mulo, qui (sicuti Patriarcha vti solerat) ornatus esset linteo albo, curabat iudicia quæ Iure Pontificatus pertinerent ad Patriarcham, vnde & nuncupabatur os, & manus Patriarchæ, agebat Ecclesiastica cuncta prorsus obsequia, exceptis illis solis quæ ad Sacerdotale specialiter, ac propriè pertinebant officium: sine illo nullus Præsulum, aut Clericorum à foris veniens, in conspectum Patriarchæ intromittebatur, nullus Ecclesiastico Conuentui præsentabatur, nullus Epistola Patriarchæ missa recipiebatur (nisi fortè à cæteris Patriarchis mitteretur) nullus ad Præsulatum, vel alium ordinem Clericorum, siue ad Præpositurum Monasteriorum prouehebatur, nisi ista hunc approbaret, & commendaret, atque de illo ipsi Patriarchæ suggereret, & ipse præsentaret, sed & ipsi soli post Patriarcham Catechistico more populum in Ecclesia docere licebat, & in iudicialibus vbicunque adesset personam repræsentabat Patriarchæ, magno insidens tribunali, & causas audiens tàm ciuiles quàm criminales, vnde in ipsius initiatione dabat ei Patriarcha in manus claues, summam, eo signo, collatam significans potestatem, denique cùm esset ordine sacro tantummodo Diaconus, in publicis tamen consessibus sedebat ante Episcopos, quamuis sæpè, sed frustra ab Episcopis ea de causa fuisset reclamatum, in œcumenicis tamen Synodis, neque sedebat, sed prestò erat suæ functioni, qua præerat Chartophylacio, seu Archiuio, vbi scripta publica asseruarentur, indeque promebat quæ in Synodo legenda essent, eius fuit, sigillum scriptis imprimere.

Chatzitzarij hæretici cognomento à cruce, *Chatzi* enim apud eos Crucifixus appellabatur, adorabant crucem, alia à nobis ratione, quia visa sit Christo potentior, eumque necauerit.

Chartularius, dicebatur qui per epistolam liber fiebat seu Chanellarius.

Chiliarcus seu *Tribunus*, qui mille hominibus præest.

Chiliastæ, hæretici qui dicebant Sanctos Regnaturos mille annos cum Christo in terris post Resurrectionem an. 118.

Chiragra, est dolor manuum.

Chiroteca, dicuntur manicæ, quia manuum Episcoporum iuut ornamenta.

Chorepiscopi, erant qui nunc sunt Archidiaconi seu Archipresbyteri, seu Decani rurales, seu Visitatores, & Vicarij foranei, eligebantur olim ex Religiosis, & curam habebant in qualibet Diœcesi quarumdam Ecclesiarum, & Monasteriorum quæ visitabant, eisque idoneos Sacerdotes præficiebant.

Chori Episcopi, dicti Cantores.

Chorus, hoc est consessio cantantium, dicitur etiam *Corona* quia in modum coronæ, item presbyterium, sanctuarium altaris, sancta sanctorum.

Chrestologi, dicti qui cùm benè loquerentur, malè agerent.

Christianocategori, idest accusatores Christianorum, eo quod ipsorum causa Christiani ab aduersariis dicerentur Idolorum cultores, asserebant enim Imagini cuipiam tribuendum esse cultum Latriæ, soli Deo debitum, an. 787.

Christolyta, hæretici Christum dissoluentes eum (corpore, & anima in inferno relictis) diuinitate sola in cœlum ascendisse somniabant an. 600.

Chrisargyrum, erat auri, & argenti tributum à Caligula indictum, à mendicis, meretricibus, secuis, libertis, feminis repudiatis, necnon ab omnibus cuiuscunque conditionis, aut sexus hominibus, cùm in agris, tùm in vrbibus pro singulis equis, bobus, mulis, asinis, canibus, ipsoque fimo atque vrina exigi consueuerat, & singulis quadrienniis ad primarios magistratus, atque inde in priuatum Imperatoris ærarium deferebatur.

Chrysoroas, idest fluens aurum, cognomen S. Ioannis Damasceni, qui cognominatur etiam *Mansur*, & *Manzurin*.

Chydæum vinum ex fructu palmæ factum.

Cicendelus, *Cecendela*, *Cincidela*, vel *Cincidelis* est Lampas vitrea, ex glossariis ab scarabeo vel musca, quæ noctu volans lucet.

Cidaris, erat Regium apud *Persas* capitis insigne, quod cærulea fascia albo distincta circumibat. vide mitra.

Cilicium, (à quo cilicina vestis) à *Cilicibus* populis dictum, apud quos *Cilicia* primum confecta, vestis est horrida, & aspera ex pilis Camelorum, aut hircorum, tonsilibus contexta.

Cameliarchium, vestiarium, seu archiuum *Cimeliorum*, vbi ornamenta, & donaria Ecclesiarum reponebantur.

Cincidela, ex Isidoro, est lucernæ ipsius lucinium.

Cinerarij viri, dicti ab officio Calamistrorum, idest varum in cinere calefaciendorum, quibus effeminati viri capillos crispant, dicti etiam *Cinifiones*, eo quod in cinerem flant, ad ferrum calefaciendum.

Cingulum quo Sacerdos cingitur, dicitur etiam *Balthëum*.

Cingulum bracchiale, vide manipulum.

Cingulum honoris, idest insigne dignitatis translatione facta à cingulo militum, à quo ensis pendet, vnde cingulo spoliari, & Magistratu priuari & deiici.

Cinifiones vide Cinerarij.

Circa, dicebatur circumitor Monasterij qui cellas omnes perlustrabat, & Monachos in officio continebat.

Circada erat vectigal, & exactio quæ, nomine Episcopo

Episcoporum ; circumeundo colligeretur.

Circulares litteræ, vide Encyclicæ.

Circumcelliones, seu *Circelliones* dicti Donatistæ, eo quod per nundinas villas, vicosque circum agentes, sede publicæ iustitiæ vindices iactitarent, eoque prætextu seruos ad pileum vocarent ; à Donato *agonistici* & eorum Præfecti *Duces sanctorum* sunt nominati, vide Gyrouagi.

Cirri, crines erant rotati, quippe aqua prius macerabantur, deinde acus incalescentis opera in obliquum agebantur, mox in nodum stringebantur.

Clauson, idest febris exæstuans.

Clausura, *Clusa*, *Clusura*, & *Clisura* idem sonant, significat id omne quo locus aliquis cingitur, aut includitur, & qui alicubi ita tenetur, vt illi nullus pateat descendendi aditus, aut via, *clausus* dicitur.

Clausura, significat cellas solitarias siue domos quibus aliqui pœnitentiæ causa includebantur, tùm in agris, tùm in vrbibus *inclusi* dicebantur, nominabantur etiam *Clusoria* ; denique legem quæ aliquo ex loco (in quo quis clauditur) exire prohibet.

Cleobani, discipuli Simonis magi.

Clericæ litteræ, quæ Sede vacante, à Clero scribi solerent.

Clerici, idest sorte à Deo electi, nominantur generaliter omnes qui in Ecclesiastici ministerij gradibus sunt ordinati.

Clericorum tonsura, vide Abrasio capitis.

Cliens, vide Comes.

Clinici, dicti Cathecumeni qui prætextu salutis, tantoperè rem salutis protelabant, vt non antè vltimam ægritudinem baptismum percipere vellent aut qui timore mortis, in ipso lecto ægrotantes, baptizati essent.

Clocca, idest Campana.

Codon, vide Campanæ.

Coddiani. dicti Gnostici hæretici.

Cœlestis, erat Iuno Dea Carthaginensis, quæ Leoni insidens, pingi, & sculpi consueuerat, eadem ac *Astartho* dicta Regina Cœli, Dea Sidoniorum, at secundum Tertullianum diuersa est.

Cœlicolæ, erant hæretici qui ex Christiana fide transibant ad Iudaismum, ita tamen, quod cum scirent, Iudaicum nomen cunctis abominabile, non *Iudæi* sed *cœlicolæ* dici voluerint, nec sub Iudæorum degerent Patriarchia, sed sub aliis sibi præpositis Præfectis quos maiores nominarent.

Cœmeterium, locus in quem fidelium defunctorum corpora sepelienda inferuntur, inde deducto vocabulo, quod sicut diuina scriptura obitum Iustorum somnum dicere solita est, eadem significatione locum illum vbi sepeliuntur, *Cœmeterium* hoc est dormitorium à κοιμάω quod est dormio voluit appellari ; quæ loca modo *Concilia Sanctorum*, modo, à natura loci, *Arenaria*, *Cripta arenaria*, *Catacumba*, seu *Catatumbæ* appellantur, penes *Affros* ead. loca *Areæ* dicta reperiuntur.

Cœna, in festo Paschali duplex erat apud Hebræos & coniuncta, seu potius vnius cœnæ duplex mensa, in cuius priori esus agni, in posteriori agebatur cæremonia azimorum, in Ecclesia autem, erat olim duplex cœna communis, & sacra, vide Agapæ.

Cœnacula erant ampliora membra in locis superioribus priuatarum domuum constituta, quæ antequam Christianis primitiuis, Ecclesias nouas licuisset erigere eiusmodi ministerio inseruiebant.

Cœnatoria vestis, erat in vsu apud Iudæos, dicebatur etiam nuptialis vestis, cùm nuptiæ agerentur.

Cœnobitæ, dicti Monachi plurium conuictu in cœnobiis & monasteriis viuentes, ab *Ægyptiis* dicti *Sauses*, hoc est in commune viuentes.

Cognitores, in Conciliis dicebantur Iudices sæculares, quorum arbitrio cuncta disponerentur, sed ita vt integrum Iudicium Episcopis relinquerent, nec aliquid sibi vsurparent, nisi quod ad pacem & quietum congressum pertineret, cùm autem aliquid merè Ecclesiasticum secundum Canones agendum esset, id ad solis Episcopis exclusis Iudicibus, fieri consueuerat.

Colaphus, siue *Pugnus* compressâ manu, *Alapa* dilatatâ incutitur, Græcè tamen, cum dicitur militem dedisse alapam Iesu, significat percussum baculo aut virga.

Collatio, est confessio, collocutio, & confabulatio vbi de scripturis diuinis aliis conferentibus, interrogationes fiant.

Collecta dicitur oratio, nam cum Episcopus, salutato populo dicendo pax vobis, & resalutatus à populo respondente, & cum Spiritu tuo, dat, hoc est indicit orationem dicendo: oremus, tunc cùm populus aliquantulum orauerat in silentio, Episcopus populi communes preces vnica sua voce recitabat.

Collecta, significat etiam Conuentum, seu Congregationem, item Missam, synaxim.

Collecta Monachorum maior, fuit omnium in Ecclesiam coitio diebus Sabbati, & Dominicis, ad synaxim celebrandam ; minor autem *Collecta* priuatus fuit singularum domuum, & quotidianus conuentus, non ad synaxim, sed ad disputationem, & collationem Præpositi domus.

Collectarum dies, dicebatur festum Purificationis B. Virginis 2. Febr. & missa ea die dici solita, à S. Gregor. Papa inscribitur ad *Collectam*, eo quod Eleemosynæ publicè colligerentur.

Colucianistæ fuerunt Arriani, qui à S. Luciano martyre sic appellari voluerunt, quo illustriori (licet immeritò) gloriarentur authore.

Collyridiani, hæretici *in Arabia*, qui SS. Virginem pro Deo colebant, eique placentam offerentes sacrificabant, at placentæ vocabantur Collyridea & Collyria.

Colobium, seu *Leuitonarium*, erat tunica sine manicis ab antiquis vsitata, paulum à medios poplites vsque producta, *Colobio* vtebantur Monachi, vel Dalmatica.

Colostra, idest, Lac recens.

Columella, vide Vua,

Comites, ante Constantini magni tempora, dicebantur qui Proconsules Præsidesque Prouinciarum comitantes, erant in negotiis publicis obeundis illorum administri, & adiutores; iidem, cùm eorum essent Assessores, ita dicebant ; Constantinus autem Imperator, Christiana quadam humanitate, quosdam è magistratibus sibi subditis, *Comites* dici voluit, qua si consocios in administratione Imperij ; erantque hi triplicis ordinis, nempe primi, secundi, & tertij ; creabantur autem *Comites* annulo tradito cum adamantis gemma, Vicecomites virgula deaurata ; sicut Ducis in bello, sic Comitis potissimum in pace ciuilique administratione elucebat officium apud *Gottos*, poterat autem per se, vel per alios administrare, vnde Vicarius *Comitis*.

Comes, iter facit, assecla sequitur potentiorem, Sodalis adolescentiæ nomen est, cliens implorat opem & fidem, ita Comes tuus assecla officiosus, Sodalis amicus cliens submissus.

Comes Ciuitatis, Ciues Vrbanos æquitate regebat ac iura in Ciuitatibus exercebat.

Comes cubiculi, seu cubiculariorum, erat præfectus eorum, qui cubiculi Regij curam gerebant, *Camerarij* hodie dicuntur.

Comes exercitus, seu *Comes militum*, seu *Comes rei militaris* & apud *Gottos* Præpositus hostis; vniversis Legionibus castrisque præficiebatur, habebatque absolutum in militum Imperium, idem qui apud Romanos Tribunus militum dicebatur.

Comes Notariorum, is erat qui Notariis, idest à Principis secretis, tabulis præficiebatur non dissimilis dignitas fuit eius, quem posterior ætas *Cancellarium* appellat.

Comes sacrarum, idest largitionum, erat is per quē Princeps suam liberalitatem, & magnificentiam exercebat, indulgentias dabat & militibus stipendia, & donatiua populo Kalendis Ianuarij, nomine Principis elargiebatur; hic habebat sub se Indicem sacrarum largitionum, & Prouinciarum cæterarum *Comites*.

Comes sacri Patrimonij, erat qui Regis patrimonium, mensamque procurabat, vnde & *Procurator* dictus, hic ad munus rectius exequendum, milites sub se habebat.

Comes Scanciarum, poculis, &c, secund. aliquos, vniuersis Epulis Regis Præfectus erat.

Comes Spathariorum, custodum corporis Regis Præfectus, idem ac Protospatharius, à spatha gladio maiore ac latiore.

Comes stabuli, qui equorum Principis curam gerebat, dicitur etiam *Magister equitum*, in eum omnem belli curam Princeps reiiciebat, idem qui hodie *Conestabilis* dicitur, secundum alios, *Comes sacri stabuli*, curam Palatij habebat, & scholarum armorum, & domus Regiæ, cum administratione & sine administratione Prouintiarum.

Comes Thesaurorū, thesauris Regis Præfectus erat.

Comici, vide Comus.

Commeatus, facultas est commeandi, seu negotiis vacandi militi ad tempus indulta, seu ad vitæ spatium concessa.

Commendatitiæ litteræ, iis tantum dabantur qui essent in Ecclesia opere clariores, vel etiam Clericis peregrinantibus, vt illis apud Christianos pro Viatico essent.

Commentariensis, erat ille ad quem spectabat vinctorum custodia, qui in commentariolo coniectos in carcerem scribere solitus erat, insuper *Commentarienses*, dicebantur illi quibus Commentarij Imperatoris committebantur, eorum etenim manu acta apud fiscum subscribi solebant, erat etiam nomen ordinis & promotionis in militia Castrensi, sicut Princeps Accensus, & Cornicularij, & dicebantur *Commentarienses* actarij, seu actuarij, quorum pitaciis & schedulis erogabatur militaris annona.

Commonitoriæ litteræ, vide memoriales.

Communicare in oratione, idem ac communicare sine oblatione, qui enim pœnitentiam iniunctam peregerant, ad publicas quidem preces, non autem ad corporis & sanguinis Christi sumptionem admittebantur, donec reliquum tempus pœnitentiæ absoluissent.

Communicatoriæ litteræ, vide formatæ.

Communio Ecclesiastica, à Laicali differebat, Episcopi enim & Sacerdotes, & Clerici orabant & communicabant intra cancellos, per ministerium Episcopi, vel Sacerdotis, & hæc erat *communio Sacerdotalis*, & *Ecclesiastica*, laici vero orabant & communicabant extra cancellos, per ministerium Archidiaconi, & hæc dicebatur *cōmunio laicalis*, & *peregrina*.

Compabi, vide Caligæ.

Compedes lignei, erant lignum in quod post verbera, martyrum pedes includebantur alter ab altero ad quartum, & quintum foramen distenti, districtique, adeo vt necessariò supini iacerent, nec possent se vllo modo commouere.

Competentes dicti Cathecumeni ardenter baptismum petentes, à petendo etiam simul baptismum sic appellati, vide Dominica palmarum.

Complere, seu *Colligere orationem*, idest concludere & terminare orationem, quod ad digniorem & eminentiorem pertinebat.

Comus, erat idolum quod Comessationis præsidere Gentiles credebant, & libidini, inde Comici quibus laudi petulantia datur & lasciuia.

Concellanei & *Concellitæ*, vide syncellitæ.

Concilia Sanctorum martyrum, locus vbi multorum martyrum corpora requiescunt, vide Cœmeterium.

Conclaue Episcopi, erat locus vbi Clerici selecti ad sanctiorem vitam aspirantes, ab Episcopo assumpti manebant cum eo in clausura, paupertate, præpositorum obedientia, & ad testimonium vitæ Episcopi; inde ortum habuit Canonicorum ordo, & Regula, in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis; Clerici autem iuniores omnes, in vno Conclaui atrij commorabantur, quod dicebatur, *Seminarium Clericorum*.

Concubina Aliquando sumitur pro vxore sine dote, & externa solemnitate, interuentu consensus mutui perpetuò conuiuendi ducta, hanc Coniugem facit affectus, concubinam vero lex nominat.

Confectores, pro carnificibus, sed propriè confectores ferarum sunt.

Confessio, apud Latinos vocatur non tota Ecclesia, sed illa tantum pars Ecclesiæ vbi conditæ sunt reliquiæ martyris sub altari, quæ dicitur etiam *Trophæum*.

Confessionistæ, seu *Molles Lutherani* à Melanctone, ann. 1530.

Confessor nemo dicebatur, nisi qui Christi fidem interpellatus coram fidei hostibus confessus esset, si vero aliquod genus tormentorum expertus esset, nec tamen martyrio occubuisset, tunc & martyr vocatus, idemque *Confessor* dicebatur, quod scil. nondum martyrium consummasset, qui autem non interpellatus se martyrio ingerebat hic dicebatur *Professor*, si quis timore correptus ne fidem proderet, sua suosque relinquens exilio spontaneo procul à patria vitam ageret, hic appellabatur *extorris*, qui in numero martyrum recensebatur, si ea de causa mortem oppetiisset; obtinuit post modum vsus, vt omnes qui sanctè vixissent, & sancto fine quieuissent, *Confessores* appellarentur.

Confessores, erant electi Iudices à reo Clerico qui, vt suæ verecundiæ parceret, apud illos crimen fatebatur, totusque processus sic secretò fiebat.

Confessores, etiam erant Cantores siue psalmistæ, qui in Ecclesia constituebant distinctum officium, aut etiam fortassis gradum, & ordinem à cæteris.

Confessoriæ litteræ, tempore persecutionis ab iis qui pro Christi nomine detinebantur in carcere, pro commendatione lapsorum ad Episcopos scribebantur, vide libelli.

Confirmatio à SS. Patribus Græcè τελείωσις appellatur.

Coniectus vide *Coniectum*, significat annonam, genos erat tribori à coniaceodo dictum.

Conouita hæretici à Seuero otti, an. 511.

Conopeum, textile tentorium, culicibus arcendis comparatum.

Consus, Deus fraudis, quem velot consiliorum Deum coli Romulus voluit, post quam in raptum Sabinarum perfidia prouenit.

Contobardita hæretici à Seuero orti an. 511.

Contubernales, sunt qoi familiariter agunt, & sub eodem deguot tabernaculo.

Conuersa, dicebatur vxor Clerici castitatem professa.

Conuersi, dicuntur qui solam castitatem, & quidem in sæculo profitentur, qui ad Clericatum conoertuntor, siue post conuersionem, Clerici ordinantur, item qui conuertuntur in Monasterio, idest à sæculari vita transeunt ad monasterium, in qoibusdam Monasteriis fratres laici tantum *Conuersi* dicuntur.

Coquorum præpositi, vide fiscalis seruus.

Corban, Nazaræi voto obligati seipsos nominabant, boc est donum Dei.

Corbona, erant gazophylacia ex antiquo vsu in Ecclesiis constituta, in quibus oblatæ pecuniæ condetentur, *Mensa* etiam dictæ.

Cornicularij, erant in castrensi militia nobilis ordinis equites, merentes *Corniculo*, quod erat ornamentum militare, à quo dicti *Cornicularij* inter Tribunos & Notarios Prætorianos, *Cornicularius* præerat exequendis sententiis damnatorum.

Corona Clericalis, vide abrasio capitis.

Corona Gloria, vide Mitra,

Corona martyrum, sancta Dei Ecclesia quæ Spiritu S. docente veram veibotom ac rerum proprieta tem didicit, acerbissimas martyrum passiones *Coronas*, ac vitæ exitum natalem diem appellare consueuit.

Corona Monachorum, vide Abrasio capitis.

Corona Sacerdotalis, vide Mitra.

Corporale, vocatur linteum illud lineum super quo consecratio corporis Domini fit, vocatur *corporale* quia sindonem repræsentat qua corpus Christi inoolutum fuit, vel quia corpus Domini in eo super ponitur, vocatur etiam *Palla sacra*, quia est veluti pallium, indumentum Christi in altari.

Corrupita, vide Donatistæ.

Corrupticola, Seueri sectatores an. 511.

Corscortis pro aula regia.

Coterelli, vide Albigenses.

Couinus, est rhedæ, seu vehiculi falcati genos, quo Britanni & Galli in prœliis vtebantur.

Crurifragium, erat supplicium huiusmodi; incus parabatur cum vecte malleo ferreo, iubebantur miseri tibeas imponere super incudem quas fetus carnifex vecte vel malleo validis ictibus suffringebat, frangere autem crura eruci affixis, vt citius morerentur, apud Iudæos tantum erat in vsu, quibus præcipiebatur vt eadem die corpora illa deponerentur de eruce & sepelirentur; Gentiles autem vsque ad putrefactionem ea finebant permanere.

Crux, patibulum, & furca apud antiquos, idem erat supplicium.

Crux ponebatur in titulum, in loco vbi Ecclesia erat erigenda, vide titulos.

Crux pectoralis, quæ Episcopi pectus ornat vocatur *Phylacteria* item Encolpium.

Crypta arenaria, vide Cœmeterium.

Cuba, extrema pars nauis, sic dicta quod incubet aquis, *Guba* Syriace, seu *Cisterna*.

Cubella, sumitur pro lintre in qoo pasta formari solet.

Cubiculum, vide Capella.

Cucullum, erat perparuum capitis integumentum, vsque ad ceruicis & humerorum confinia demissum, quo Monachi indesinenter diebos vtebantur ac noctibus.

Culeus, erat saccus ex corio factus, quo martyr cum Cane, Gallo, Serpente & Simia inclusus velut parricida mergebatur in mare, erat etiam *Culeus ligneus*, sic dicta nauis exarmata, in quam impositus martyr, maris discrimini, velut Reus, committebatur, *Bothrus*, idem erat.

Cumba, dicitur lectica à cubando,

Curiosi, quibus cura publici cursus commissa, renunciabant illi Præsidibus quid in Prouincia fieret, maxime vero crimina iudicibus deferebant.

Curopalates, erat Magistratus cui Palatij cura credita erat.

Curs curtis, idest villa sed alodes & liberi ioris.

Cursores, in Ecclesia dicebantur qui litteras Episcoporum perferebant ad Ecclesias, sed postmodum eiusmodi munus iniunctum fuit Lectoribus, Acolythis ac Subdiaconis.

Cursus, significat pensum diuini officij qood quotidie à Monachis excurritur, ac persoluitur.

Cyclus Paschalis; quum omnibus constaret ex antiquissimo tempore *Ægyptios* peculiarem sibi vendicasse scientiam, vt anni tempora, Solis & Lunæ cursum peruestigarent, placuit sanctæ Syoodo Nicenæ primæ in Alexandrum *Alexandrina* Ecclesiæ Episcopum, eiusque successores Antistites, curam Cyclorum paschalium conficiendorum conicere, vt quo potissimum die singulis annis celebrandum Pascha foret, *Romana* Ecclesiæ Episcopis primum significarent, à quibus reliquæ omnes Ecclesiæ certiores redderentur. Litteræ autem Paschales quæ mittebantur *Roma* in die Epiphaniæ Domini, Diacuoorum præconio inter sacra peruulgabantur, perseuerauit autem mos iste in Eccl. *Alexandrina* quamdiu Catholicæ communionis illic sederunt Episcopi: an. 380. Theophilus *Alexand.* Episcopus Paschalem *cyclum* annorum 100. inchoauit, quom autem hic *cyclus* iam in decliuom laberetur, Hilarus Papa de nouo conscribendo calculo Victori *Aquitano* prouinciam iniunxit ann. 463.

Cyphonismus à Cyphone, quod erat vinculum ligneū siue ferreum, quo quis ad igoominiam ligatus detinebatur melle delibutus, sic expositus muscis, dicitur *Cyphon* ὑπὸ τῦ κύφειν idest caput proclinare.

Cyrians, Arrianorum germina.

Dæmoniaci, hæretici qui dicebant dæmones, post finem mundi, saluandos, an. 1570.

Dalmatica, fuit vetus indumenti genus sic dictum, quod primùm in Dalmatia textum est, habens clauos ex purpura, vsi sunt ea aliquando Reges. Concessit eam Syluest. I. Papa Diaconis S. Eccl. Rom. Symmachus tribuit S. *Cæsario Arelatensi*, vt eius Ecclesiæ Diaconi, sicut & *Romani* Diaconi, *Dalmatica* vterentur, hodie non tantum Diaconi, sed & Subdiaconi *Dalmatica* vtontur, sed minori *Dalmatica* Diaconali, quæ ideo appellatur *Tunicella*, seu *Subtile* cum minori manica, martyres sine *Dalmatica* vel pue pocato colobio, non sepeliebantur, forma *Dalmaticarum* erat sine manicis, chlamidi Imperiali persimilis, vocatur etiam *Tunicula pectoralis*, Italicè *Tonicella*.

Decaluatio, ad

ad turpitudinem Christianæ feminæ à persequutoribus radebantur, ignominiosissimum enim id erat apud Gentiles, sed tàm apud Gentiles quam apud Christianas probauit vsus, vt quæ opinione hominum viderentur contemptibilia, ac ludicra, si Religionis causa fierent, non tantum honesta ac digna, verum etiam sacrosancta haberentur, vnde Vestales tondebantur, apud Christianos etiam Moniales, detondebantur etiam (quamuis in sæculo manerent) qui sub pœnitentiæ nomine habitum Religionis induebant, sicut & viduæ quæ se Deo vouebant.

Decani qui & *Decuriones*, decem militibus imperabant.

Decessor, qui successuri decessit, ac locum cessit.

Decima saladina, vide Saladinæ decimæ.

Decimatio fiebat inter milites, aliquando vigesimatio, & centesimatio, sortiebantur enim qui cædendi essent, decimum quemque aut 20. aut 100. necidentes, qui autem ex decimatione supererant milites, ob ignominiam hordeo pascebantur, quod esset cibus gladiatorum.

Decipula propriè est instrumentum quoddam decipiendis, & capiendis auibus, vel muribus idoneum.

Decretales litteræ, dicebantur Romanorum Pont. Epistolæ, quibus vel ad diuersorum consultationes respondere solerent, vel cùm quid seruandum, vitandumque esset decernerent.

Dedicare, est initiare, rem Religiosam facere, propriè de Templis dicitur.

Defensores, alij nomine Ciuitatis, causas, lites, & negotia curabant, vt actores, syndici, alij cum potestate, & Magistratu qui locorum *defensores* dicebantur, alij Prouinciarum *defensores*, quibus latior cura, & plures res, ac ciuitates defendendæ commissæ erant, sic dicti vt eriperent à malis iniuriam patientes.

Defensores scholastici, erant aduocati, & defensores Ecclesiæ.

Deita seu *Trinitarij* hæretici SS. Trinitatem vocabant Cerberum tricipitem an. 1570.

Delator, dictus accusator, eo quod deregat quod latebat.

Delictum in omittendo, peccatum in committendo consistit.

Denarius, minutum assem significat, hoc est æneum nummum qui decima pars erat denarij argenti, Gallis denarius turonicus, seu denariolus vocatus.

Denarialis, dicebatur qui iactatu denarii liber fiebat.

De pactum, pro pactum seu conuentio.

Derceto vide Atergatis.

Deuotamenta, vide anathema.

Diabolus, dictus Angelus abyssi, cui nomen hebraicè *Abadon*, Græcè *Apollyon*, Latinè *exterminans*.

Diaconia erant loca sacra vbi Diaconi Regionarij per singulas vrbis Regiones residentes stipem ministrabant egentibus, erant enim quædam eleemosynarum promptuaria, exhibere *Diaconiam*, idem est quod pauperibus, erogando eleemosynas, ministrare, *Diaconia* sumitur etiam pro Collecta in Ecclesia fieri solita, aliquando pro ipsa œconomia ac Monasterij dispensatione.

Diaconicum, ab augustissimo ministeriorum appellatum, antonomasticè dicitur sacrarium, sancta sanctorum, sanctum tribunal, seu tabernaculum, in quo astabant Episcopo sacra facienti, Sacerdos & Diaconorum præcipui.

Diaconissa, erat illa quæ ex mutuo consensu à viro ad Diaconatus ordinem promoto, relinquebatur, castèque deinceps viuere cogebatur, seu vidua alterius viri non minus 60. annorum quarum officium erat nudare mulieres ad baptismum percipiendum, in sacramento Confirmationis cùm Episcopus vngeret frontes mulierum oleo sancto, Diaconissæ eas abstergebant, ne scil. mulieres à viris aspicerentur, item custodiebant valuas Ecclesiæ, quarum aliæ intromittendis viris, aliæ feminis erant destinatæ, illis quidem præpositi ostiarij, his autem mulieres *Diaconissæ* erant.

Diaconium, idem quod secretarium, sanctuarium, siue sacrarium, eo enim loco disponi consueuerant sacra vasa ad ministerium, vide Secretaria.

Diaconus assistit Sacerdotibus, & ministrat in omnibus quæ aguntur in baptismo, in chrismate, in patena & calice, oblationes infert, & disponit in altari, componit mensam Domini, ac vestit, crucem fert, prædicat Euangelium, & Apostolum (nam sicut lectoribus vetus testamentum, ita Diaconis nouum prædicare præceptum est) ad ipsum pertinet officium precum, recitatio nominum, ipse præmonet preces ad Dominum, ipse hortatur orare, ipse clamat, & pacem ipse annunciat.

Diasphendon supplicij genus, quum arborum duarum incuruatis cacuminibus alligati hominis pedes emittebantur, vt scissus ille vtrimque penderet.

Diathesis vox Græca, plura habet significata, quorum hæc præcipua, affectus siue affectio, morbus, conditio, ratio, testamentum, quod & *Diatheca* dicitur.

Dicterium, vide apsis.

Dies lucis, vide Dominica dies.

Dies pacis, vide Dominica dies.

Diiticum atrium, vide atrium diiticum.

Dimissoria litteræ, erant quibus Clericus demonstrabatur voluntate sui Antistitis esse profectum ac dimissum sine his enim non licebat Clericis extra Diocesim peregrinari, nec inter alterius Ecclesiæ Clericos cooptari, imo nec Episcopis ad Comitatum proficisci, *Apostolia* etiam dicuntur.

Diplomata, apud Gentiles erant litteræ quæ dabantur missis vel euocatis à Principe, cursu publico vtentibus, adscriptis eorum statiuis, idest diuersoriis, & mansionibus quibus alerentur, sumptibus publicis vide Tractoriæ litteræ.

Diptycha, erant complicati pugillares, seu tabulæ duplicatæ duarum plicarum, seu foliorum, seu paginarum, in quibus fideles scripti erant, vt eorum in sanctissimis mysteriis memoria celebraretur, hæ autem tabulæ hinc viuis, inde mortuis destinatæ erant, in viuorum diphtychis, Romanus Pontifex, Patriarchæ, Episcopi, Reges & illi fideles qui ad sacrificij subsidium oblationes faciebant, efferri solebant, defuncti vero in Christo, in altera tabula scripti erant.

Disciplina, est quædam inductio vtilis, quæ sæpè cum labore, vitiorum maculas purgat.

Docitæ, seu *Opinatores* à Iulio *Cassiano* Valentis hæresiarchæ discipulo, asserebant Christum corpus sumpsisse phantasticum, & sola visione, & apparitione fuisse mysterium incarnationis anno. 533.

Domesticus, seu *Præfectus Cantorum*, seu *Protopsaltes*, is erat qui omnes musicos regebat, ipsosque simul, & cautiones cunctas disponebat, ac in ordinem redigebat.

Dominica dies, dicitur etiam *dies lucis* & *dies panis*.

Dominica palmarum, seu *florum*, seu *Ramorum*, dicta etiam *Hosanna*, *Pascha petentium* seu *competentium*, idest simul petentium baptismum, *Capitolavium*, quia in hac die lauabantur capita vngendorum in sabbato sancto. Item *Symbolum ante baptismum* vocatur, recitabatur enim illa die à Catechumenis.

Dominicale, erat linteamen vbi Christiani, corpus Christi accipiebant, præsertim mulieres.

Dominicum, idem ac Ecclesia Domino consecrata, vnde nomen obtinuit, *Dominicum* etiam significat sacrificium mysticum, vnde conuenire ad *Dominicum*, est ad ipsas missas accedere.

Domnus, hoc nomine appellabantur omnes sancti, & viri præclari, tempore S. Hieronymi, mulieres autem clarissimæ *Domna* dicebantur, in litaniis *Domnus Apostolicus*, est ipse Papa.

Domus, in scriptura sacra, dicitur quilibet locus ad habitandum accommodatus, quantumlibet exiguus, nidi auium *domus* nominantur *Psal.* 83. 103.

Domus culta, idest *latifundium*, cui ad culturam adscriptæ sunt familiæ Colonorum, quæ satis esse possent, quibusque ad habitandum *domus* erectæ fuerunt, dicitur autem *culta*, quod omnibus ad cultum agri necessariis referta sit.

Domus Dei, vide Ecclesia.

Donati, sunt serui Ecclesiæ commendati & dati, vt illi inseruiant, inde nomen *Donatorum* apud Monachos.

Donatista hæretici dicti sunt *Montenses*, quod qui Romæ degerent, exclusi ab ipsa Ciuitate, in quadam vicinorum montium spelunca, conuenticula celebrarent, item *Rupitani* à rupibus in qua se recipiebant, item *Corrupta* seu *Cuzupita*, vel *Cusupita* à dumibus rusticis seu cauernis, *Campita*, quod in Campis suos colligerent.

Dositheani, discipuli Simonis magi.

Dromedes, & *Dromas*, & *Dromedarius* idem, animal est minus Camelo, sed velocius, vnde *Dromones* vocantur, longæ quædam naues veloces.

Dromon nauis ad cursum expedita, quales ferè pyraticæ.

Duliani, hæretici ex Arrianis orti qui Dei filium Patris seruum phanaticè prædicarunt.

Dux, à Iustiniano vocatus, spectabilis dignitas, in Prouinciis bello ducendo gerendoque præficiebatur, habebatque cum belli muniis, etiam administrationem, *Gotti* etiam cuique vrbi Magistratum dabant qui *Dux* appellabatur; eum autem quem *Roma* præficiebant, vocabant *Præsidem*, solebant autem creari *Duces* per impositionem cinguli seu pilei aurei Ducalibus vnionibus ornati.

Ebionita hæretici (ab Ebion discipulo Cherinti) dicebant Iesum esse purum hominem, ex Ioseph, & Maria natum an. 50.

Ecclesia Græcè, Latinè *conuocatio*, varia sortitur nomina, *Basilica*, *Cœnaculum*, *Concilium Martyrum*, *Confessio*, *Dominicum*, *Domus Dei*, *Martyrium*, *memoria Martyrum*, *oratorium*, *Templum*, *Titulus*. Delubra vero & fana, Gentilium sunt, & nunquam à Christianis pro vera Dei *Ecclesia* vsurpantur.

Ecclesia res, sunt vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum.

Ecclesiastica littera, vide formatæ.

Edictum peremptorium, quod litem definit, quod actionem omnem deinceps litigandi adimit.

Egregori, dicti Angeli, idest vigiles, semper officio inuigilantes.

Elcesaita hæretici ab Elxai *Iudæo* pseudo Propheta, dicebant Christum esse creaturam an. 204

Electrum, metalli genus auri, & argenti commistione quadam conflatum.

Emancipari, est à mancipio seruitute vindicari.

Embrymium, erat cerulcale Monachorũ ex papyris.

Encaustum vel *Incaustum*, liquor purpureus ex ardore cocti muricis, ac triti cō hillij præparatus, quo *Bizantini* Principes suis rescriptis, subscriptionem purpuream subiiciebant, postea cœpit vsurpari pro *atramento*.

Encolpium, vide Crux pectoralis.

Encratita, discipuli Tatiani hæretici qui se continentes vocabant an. 174.

Encyclica hoc est *circulares litteræ*, quæ ad omnes Christi fideles dabantur, à quocunque scriptæ essent, dicebantur etiam *Catholica*, quod ad vniuersam Ecclesiam datæ essent.

Entheca, idest arca, horreum, penu, gazæ recónditorium, quod vulgo communis massa bonorum Monasterij dicitur.

Entychita, discipuli Simonis magi.

Epanagnosticum, dicitur scriptum quod palàm legitur.

Ependytes, est exterior vestis Monachorum, vel scapulare vel pallium, vel simile quid.

Epistates athletarum Magister.

Ephebi, dicebantur Iuuenes vsque ad annum 18. cùm id nomen biennium tenuissent, ac tum in album Ciuitatis inscribebantur, dictus ephebus quasi ἐπὶ ἥβῃ, idest à pube quod iam sit in pube, hoc est ad annos pubertatis peruenerit.

Ephebia loca Iuuentuti exercendæ constituta.

Ephod-bad, vide amictus.

Epibatæ, sunt milites classiarij, seu bellatores in re nauali, qui naualibus operibus æs merent. *Nauta*.

Epiphania Domini, quo die Christus baptizatus est, dicitur *festum Sanctorum luminum*, eo quod baptismus illustratio etiam diceretur, à quibusdam *Theophania*, sed hoc nomen conuenit potius *diei Natiuitatis*

Episcopa, erant sicut presbyteræ, vide Presbyter.

Episcopus, Basilicas consecrat, vngit altaria, conficit chrisma, ordines Ecclesiasticos constituit, sacras Virgines benedicit &c. Episcopi Apostolorum successores, vide Presbyteri, & Pontifex.

Epistola, sonat *supermissionem*, seu *supererogationem*, quia litteræ quæ mittuntur habent aliquid supra id, quod viuauoce nuncius refert, ideo *Epistola* vocantur.

Epitimia, increpationes significant, seu potius pœnas quas Ecclesia vnicuique pro qualitate culparum præcipit obseruandas, vt puta ieiunia, fletum, abstinentiam ciborum, genuflexiones, & alia.

Epulum sacrum natalitium, vide Agape.

Equuleus, fuit tortorium lignum cochlearum, ad extendendum, & remittendum compositum, vicinusque pedibus ignis apponebatur, ac vtrumque latus carnifex fodiebat, dicitur etiam *mala mansio*

Eremita, vide anachoretæ.

Esophorium, est vestis interior, idest camisia seu interula.

Esox esocis, seu *Exos*, piscis dictus *Salmo* quod ossibus careat.

Esquili

Esquilinus campus, vide puticuli.

Euangelium, vox Græca quæ Latinè sonat *bonum nuncium*.

Euchetæ, seu *Massaliani*, Monachi Mesopotamiæ hæretici, sathanam, ne illis noceret, venerabantur an 361.

Eucharistia, varia sortitur nomina, nimirum communio, communicatio, Sacramentum, panis Dei, panis Angelorum, & supersubstantialis, panis cœlestis, Corpus Christi, vita, oblatio, sacrificium, Liturgia, Missa, Eulogia, Fractio panis, mensa Domini, Pascha, Synaxis, Dominicum, Viaticum, Gratia, Sanctum, Partes, Perfectio, &c.

Eudoxiani, vide Arriani.

Euectiones erant diplomata, seu chartulæ signo Principis obsignatæ, quibus potestas concedebatur, aliquid euehendi, & cursu publico vtendi facultas dabatur, dicuntur etiam *Synthemata tractatoria litteræ, cursus publici exhibitiones*.

Eulogia, idest *Benedictio*, erat panis fermentatus à populo oblatus, & ab Episcopo benedictus eo fine, vt Presbyteri singularium Parochiarum eumdem ab ab Episcopo acceptum, in signum Catholicæ communionis fidelibus suis, sub se constitutis, distribuerent.

Eunomiani, vide Arriani.

Eusebiani, vide Arriani.

Eutrapelia, vrbanitatem, leporem, iucunditatem, festiuitatem, comitatem, & facetiam honestam significat.

Exagio aliquid adæquatur, cùm ad fidem ponderis publici exigitur & examinatur.

Excommunicatio ab antiquis Patribus varia sortitur nomina, nimirum pœna censura, anathema, abstensio, gladius spiritualis, spiritualis mucro, virga ferrea; frequentiori tamen vsu *excommunicatio* dici solet, quod qui ea percellebantur à communicatione sanctissimæ Eucharistiæ, & à quocunque fidelium consortio arcerentur, sathanæ vero tradi dicuntur qui ab Ecclesia eiiciuntur; anathema maranatha, mors, neruus Ecclesiasticæ disciplinæ.

Excommunicatio S. Eleutherij, dicta à pauendo Iudicio eiusdem Sancti, aduersus Clericum impurissimum, edito *Constantinopoli* temporibus S. Gennadij Episcopi *Constantinopolitani*, & Leonis Imperatoris.

Exenium, donum, seruitium, honor, munus.

Exequiæ, vide officium defunctorum.

Exercitus compulsores, erant qui *Gottos* in hostem exire compellerent, *serui Dominici* appellabantur, quod essent serui, qui Regalibus seruitiis mancipabantur, quorum tanta erat authoritas, vt Palatinis officiis honorarentur & testandi potestatem haberent.

Exomologesis, idest Confessio extra Sacramentum, differt à litaniis, quod *Exomologeses* pro sola peccatorum confessione agantur, litaniæ vero indicuntur propter rogandum Deum, & impetrandum in aliquo, misericordiam eius.

Exorcista, exorcismos memoriter retinet, manum super energumenos, & cathecumenos exorcizandos imponit.

Expœnitens, dictus is qui post baptismum, pro diuersis criminibus publicam pœnitentiam sub cilitio gerens, domino fuerat reconciliatus alteri.

Exterris, vide Confessor.

Exucontij, Arrianorum germina, filium Patri dissimilem, & ex nihilo ortum asserebant.

Facere, idem ac sacrificare, vide Pontifex.

Facere notis inscribere, vide Inscriptio.

Facinorosi, vide Flagitiosi.

Facnergia, seu *Facnergia*, mappulæ quibus faciei sordes abstergantur.

Falli, vide Festa martyrum.

Fauon, vide Manipulum.

Feria, à fando dicitur, quum horreterent fideles nominare dies à diis gentium, vel Iudaico more à sabbato, primam sabbathi, secundam sabbati, &c. ideo ac si dominica prima feria diceretur, appellare reliquos dies feriam secundam, tertiam, &c.

Ferula, vide Baculus Pastoralis.

Festa martyrum celebrabantur, non tantum per Agapes, sed conuiuia sacra, sed etiam in missa recitabantur, post Apostolos, nomina sanctorum martyrum, locus & dies quibus martyrium consummassent, secundum prærogatiuam status & meritorum, nec tantum nomina martyrum, vnde Martyrologij scribendi prouenit occasio, ex quo (vt hodie fit) pridie diei natalis annunciabantur in Ecclesia nomina Sanctorum, quorum natalitia die sequenti recensenda erant, eiusmodi autem Ecclesiasticæ tabulæ, quibus singulorum martyrum natalitia conscripta habebantur, *Fasti* sunt appellati.

Festum Sanctorum luminum, vide Epiphania.

Fidicula. vnde quod *Vngula*, sic dictæ quod effoderentur, seu finderent, vel quia iis Rei in equuleo torquerentur, vt fides inueniretur, martyrum autem in equuleo distentorum latera, *Fidiculis*, seu *vngulis* findebantur.

Flagellum, vide Crux pectoralis.

Fiscales res, dicuntur, quæ fisci patrimonio sunt quasi propriæ, & priuatæ Principis.

Fiscalinus. vide Fiscalis seruus.

Fiscalis seruus, seu *Fiscalinus*, dicitur is cuius res, & corpus fisco Regio cedunt, hi in officiis mancipati, Regi inseruiebant, qui Palatinis officiis honorabantur, idest Stabulariorum, Gillonariorum, Argentariorum, Præfectorum coquorum.

Fisci familia, in Conciliis vocatur Conuentus eorum, qui res Ecclesiæ regebant.

Fiscus ex Isidoro, est saccus publicus (vnde & *Fiscella* & *Fiscina* dicuntur) hunc habent Exactores & in illum mittunt debitum publicum, quo i redditur Regibus; *Fiscina* dicitur à ferendo cui affinis est *Fiscus*, & ideo accipitur continens pro contento, scil. *Fiscus* pro pecunia, quæ *Fiscis* continetur.

Flagellantes hæretici, semetipsos nodosis funibus flagellabant, docentes non posse saluari eos, qui non se baptisarent in proprio sanguine. an. 1271.

Flagitiosi sunt qui peccant in se, *Facinorosi* vero qui peccant in alios.

Floccus ea est Monachorum vestis quæ longas, & amplas habet manicas, nostrates hodiè litterula mutata *Frocum* vocant.

Follis, erat certum tributum duplicis generis. maior 208. denarios hoc est tres libras, & semis paulo minus argenti continebat, minor duos tantum minutos denarios nempè obolum, qui secund. Epiphanium octogesimam partem vnciæ argenti continebat, erat & aliud tertium genus *follis*, quod continebat tres nummos argenti, hoc est vigesimam partem libræ.

Forastica, exteriores.

Forcipes ferrei, triplicis erant generis, aliæ erant ad incidendum, aliæ ad comprimendum & contosquendum, aliæ dentatæ quæ tribus ferreis aculeis cutem Martyris perforabant, cùm stringerentur, & crudeliter nimis membra carpentes vellebant.

Formatæ litteræ, quæ & *communicatoriæ* & *Canonicæ* & *Ecclesiasticæ* & *pacificæ* dicuntur, dabantur à sum-

mo Pontifice, Episcopis vocatis ad Sedem Apostolicam, & inde ad suam Parochiam redeuntibus sine quibus à Parochianis suscipi, Sixtus I. prohibuit, in ipsis autem oportebat esse subscriptum sanctum Paschæ diem præsentis, vel præteriti anni, si nondum definitus sciretur; vide Cyclus paschalis.

Fornicaria, dictæ meretrices, quod in fornicibus, seu concameratis turribus, mysterium iniquitatis operarentur.

Fornices Theatrorum, erant lupanaria in quibus virgines prostituebantur, in fronte autem cellulæ titulus superpositus, nomen virginis ibi inclusæ & prostitutæ, ac pretium constitutum, indicabat,

Fossary, vide Laborantes,

Francisca, idest spata, seu securis, & bipennis.

Francelli hæretici à Dulcino & margarita, dicebant Christum non habuisse aliquid in speciali, nec in communi, sanctas animas non frui visione diuina ante diem extremum, ann. 1310.

Fratria, apud Aristotelem dicuntur hominum conuentus, propria & peculiaria sibi sacra colentium, ij enim homines communi puteo vtebantur qui Græcè φρεαρ dicitur, inde *Fraternitates* pro Collegiis Christianorum, quandoque etiam pro coniuratione & sodalitate factiosa vsurpatur.

Fredum, teutonicè pacem significat, est compositio fisco debita.

Frigora, *Frigoretici*, sunt frigidæ febres.

Frocus, vide Flocus.

Funambulus Græcè schoenobates, qui per funes extensos ludendo discurrit, aut graditur.

Fustuarium, supplicium militare erat huiusmodi, accepta fuste Tribunus vix tantum attingebat damnatum, quod vbi factum erat omnes qui in castris erant cœdentes fustibus, lapidibusque conficiebant.

Gabator, seu *Gabitor*, dicitur homo iocosus.

Gabbari, insulsi barbari, *Gabbares* lingua *Ægyptiatica* dicebantur corpora defunctorum, aromatibus sic desiccata, vt quasi ænea redderentur.

Gabella, vide Publicani.

Galea, vide Mitra.

Gallica, sunt Lutei calcei idest *Galloches*.

Gallicula, calceamenta Pastorum.

Gardingus, apud *Gottes* Ducis & Comitis dignitatibus ordine subiungitur eranteque hi tres maioris loci personæ, quod tamen ipsius fuerit munus non constat.

Gastrimargia, idest concupiscentia gulæ, est propriè ventris insania, seu ventris ingluuies.

Gazophylacium dicitur locus in quo diuitiæ seruantur à φυλάττειν seruare & *Gaza* in lingua Persica, *diuitia* vocantur.

Gello, seu *Gillo* vas *Fictile* idest baucalis, *Boccale* italicè, vas aquarium.

Gemelliones, vide Ampullæ.

Genii, vide Lares & laruæ.

Gentiles, vide Pagani.

Gestatores, dicti mercenarij Galli.

Gille, vide Gello.

Gillonarij, vox *Gottica*, erant puerorum Præfecti; vide fiscalis seruus.

Gillarij, vox *Gottica*, erant puerorum Præfecti; vide fiscalis seruus.

Glaucoma, vitium oculi.

Gnosimachi hæretici, scientiam studio partam, cum fide pugnare dicebant, an. 610.

Gnostici hæretici; varia sortiti sunt nomina, nimirum antitactæ, Barbelitæ, Barboritæ, seu Barbotiani, Coddiani, Leuitici, Naasiani, Phibionitæ, Stratiotici Zacchæi. an. 130

Goim, vide Allophyli.

Gortheni discipuli Simonis magi.

Grabatharij, dicti in agritudine baptizati.

Grabatus, est exiguus lectus, in quo meridiari solemus dictus quasi *Carabatus* quod in eo capite recubamus χαρὰν enim caput, βατὸν peruium Græci appellant.

Graduale, seu *Gradale* dicitur, eo quod cantaretur in inferiori gradu, vel iuxta gradus pulpiti, in quo legebatur Euangelium, vel quia cantabatur, dum Diaconus ascenderet gradus pulpiti Euangelici, vel gradus altaris, *Graduale*, lamentum indicat & laborem.

Granus, erat genus laicæ vestis oblongæ, quæ hodie *Gramalla* muricis tincta, magistrorum Barcinonis insigne est.

Graphij, vide stimuleum supplicium.

Graphium, erat stylus æneus aut ferreus, quo antiquitus ceratis tabulis scribebant, quo etiamnum vtimur in huiusmodi pugillaribus.

Grauie, defensor Ecclesiæ.

Gregarij milites, qui non electi sed tumultuariè collecti, qui non sacramento rogati, sed sine forma ad bellum vocati.

Guba, cisternam significat.

Gurda est vestis vilis ideoque Monachis congrua.

Gironagi, erant Monachi qui tota vita sua, per diuersas prouincias ternis aut quaternis diebus, per diuersorum cellas hospitabantur, semper vagi & nunquam stabiles, & propriis voluptatibus, & gulæ illecebris seruientes, dicti etiam *Circelliones*, seu *Circumcelliones* quod circum cellas vagarentur.

Hadrianistæ, discipuli Simonis magi.

Hæretici sunt qui in suo errore perdurant.

Hagiomachi, errantes circa sanctorum intercessiones ac venerandas reliquias, an. 726.

Hame, vide ampullæ.

Harimannus, vide Arimannus.

Hebdomada sancta, vocatur etiam magna, authentica, vltima, pœnosa, ob Christi passionem, & impios iustificatos, item Indulgentiæ, ob pœnitentes publicè absoluendos.

Hegumenus, idem ac Abbas.

Hemerobaptistæ, secta Pharisæorum, qui cum Saducæis mortuorum Resurrectionem negantes, illud præcipuum habebant, vt singulis diebus in aqua mergerentur, atque eiusmodi ablutione sanctificarentur, rati non posse aliter homines viuere.

Hemitriteus, est semitertiana febris.

Henoticon, seu *Vnitiuum Edictum*, fuit certa fidei confessio, quam proposuit Zeno Imperat. Catholicis & Eutychianis, quæ tamen ab orthodoxis, & præcipuè à Felice III. Papa reiecta est.

Herodiani, secta hæreticorum inter Iudæos qui Herodem dicebant esse Christum.

Hiemantes, dicebantur pœnitentes, qui lugebant in loco extra templum sub dio in area, erantque rei grauissimorum criminum, Idolalatriæ, adulterij homicidij, *Hiemantes* dicti quod pluuiæ & hiemi essent obnoxij; dicti sunt etiam tempestate iactati agitari; Energumeni, Dæmoniaci etiam *Hiemantes* erant.

Hieracitæ, gnosticorum & Manichæorum portio, negabant carnis Resurrectionem an. 288.

Hierarcha, est Princeps Hierarchiæ, qui sacris cum authoritate, & potestate præest.

Hierarchia, idest sacrum principium, seu sacer principatus, seu sacrorum principium aut principatus, seu in rebus sacris Imperium.

Hierocomia, vbi curantur qui sacro morbo laborant.

Hieromonachi

Homologesis, est confessio auricularis sacramentalis.

Homophagia, crudorum & incoctorum ciborum esum significat.

Homuncionae, discipuli Photini hæretici, sic dicti quod Christum nonnisi hominem affirmarent.

Hordearij, dicti Athletæ, eo quod pane victitabant hordeaceo.

Hora, vel ab orando Deum, nam hora idem videtur esse, ac ora sine aspiratione, vel melius quia definitis horis ex instituto Ecclesiæ recitantur, *Canonicæ* dictæ idest *Regulares*, quia iuxta regulam Ecclesiasticam, vel quia Canonicorum choro addictorum sunt preces.

Horno, idest hoc anno.

Hosanna, idest libera, seu salua quæso, vide Dominica palmarum.

Humerale, vide amictus.

Hydroparastatæ, vide aquarij.

Hypapante, vide Purificationis celebritas.

Hypocamisium, vestimentum quod subtus camisiam est.

Hyrissida, *hyrissus*, vide Syristus.

Hypostasis est vti quidem censent Philosophi proprietatum collectio, vt autem Patres, qua homo personaliter discretus ab hominibus alijs.

Icheta idest supplices dicti Monachi.

Iconoclastæ, seu *Iconomachi* à Leone Isauro Imperatore, sacras Imagines impugnabant anno 726.

Idiotes, seu *Idiota*, apud *Græcos* propriè idem est ac priuatus, nullo publico munere fungens, apud *Latinos* vero, accipitur pro illiterato, imperito, ignaro.

Idololatræ, dicti omnes qui quemlibet religionis cultum, Idolis publicè exhibuissent.

Idolorum mancipes, dicuntur dæmones, quia non solum residentin Idolis, sed & præsident, vide mnnceps.

Idolum & *Imago* differunt, nam *Idolum* est falsa similitudo repræsentans id quod seuera non est, vt cùm Gentiles proponebant statuas Veneris, Mineruæ &c. repræsentantes Deos generis femininui, quales Dij nec sunt nec possunt esse. *Imago* autem est vera rei similitudo, vt pingimus hominem, equum &c.

Ieiunium, in Conciliis vocatur superpositio.

Ieiunium bannitum, vide bannitum ieiunium.

Ierurgia, vide missa.

Illicitatio, *Illicitamentum*, & *illicium* à verbo illicio idem quod incitamentum.

Imago, vide Idolum.

In ante seu *in antea*. idest deinceps.

Incardinatus institutus seu constitutus in Episcopatu, vel alia dignitate.

Incentor, *Incentio* & *incentiuum*, ab Incino incinere derinantur quòd est cum aliqua modulatione canere, vel alieni velut in aurem canere, ad demulcendum vel incitandum.

Incaustum, vide Encaustum.

Indictiones à Constantino magno fuut institutæ an. 312. post deuictum Maxentium Tyrannum, causa antem fuerunt stipendia militaria, quum quindenis emeritis miles honesta missione concessa, capitationis immunitata, si vellet, solutus militia, libes abire posset, si nollet, maioribus priuilegiis augeretur, vt autem 15. annorum stipendia per totidem numerarentur *Indictiones*, inde prouenisse videtur quod annis singulis eroganda militibus, Principis rescripto, Prouincialibus indicebatur annona missis ad hoc exactoribus qui eam colligerent, & debita militibus darent, eadem *Indictio* dicebatur distributio, vel fusio.

Indulgentia, vide Hebdomada sancta.

Infames, à Stephano I. dicuntur qui pro aliqua culpa notantur infamia, idest omnes qui Christianæ legis normam abiiciunt, & statuta Ecclesiastica contemnunt.

Infula, vide mitra.

Initiare, plerumque significat sacris imbuere, inaugurare, aliàs est inchoare, instituere, auspicari.

Inscriptio, antiquum genus supplicij, quo summa irrogabatur ignominia, cum liberi hominis facies atris notis perpetuò mansuris, profundis characteribus incideretur, vnde dicti *stigmatici* seu litterati, aut iniusti, *Thracibus* vero notæ in facie scriptæ, erant in signum nobilitatis, sicut & *Dacis*, & *Sarmatis* & *Britonibus*.

Insigne, pro insigniter.

Insolidum iter, idest non totum, *mal seur*.

Instrumenta, dicuntur scripta, quia instruunt, & quæ agenda præcipiunt.

Intranea, intestina.

Intentio, pro lite & contentione.

Inusti, vide inscriptio.

Isdem, pro idem.

Iudicium trabale, vide trabale iudicium.

Iustitium, est iuris interstitium, seu intermissio, quæ fieri soler in luctu publico.

Iusum, vel Iosum, pro iursum, iorsum, vulgo dictum pro substitutum deorsum.

Kalendaria, à cultu festorum dierum, dicta etiam *matricula Sanctorum*, *& fasti* publicæ olim vtilitatis causa edebantur, & incisa marmori exponebantur, ac in Monasteriorum parietibus describebantur.

Kalendarium, à Kalendis dictum, *Kalendæ* vero (primus scil. dies mensis) dicuntur à Χαλεῖν idest voco, tunc enim Pontifex calaro, hoc est vocato populo, quot dies à Kalendis ad nonas supesesseut, pronunciabat.

Krodo, Idolum Saxonum, forma senis super piscem stantis, atque rotam vtraque manu renentis (quem Saturnum Latini dixere) depictum.

Labarum, erat vexillum cruce signatum à Constantino magno erectum post visionem Crucis è cœlo descendentis, in exercitu plura erant cantabra seu vexilla, sed vnum tantum *Labarum*, sic dictum quod soluendorum Laborum vim haberet, fortè quia laboris ὅρος hoc est finis seu terminus, siue quod Constantinus vrbem à tyrannide Maxentij liberando, tot laboribus finem imponeret, vel quod Crucis fulgore rutilante persequutionis laboribus terminus figeretur, siue etiam quod cum aliqua cohors laboraret, ad subsidium inferretur *Labarum*, cuius aduentu mox victores existereut, Præfecti *Laborarum* seu vexillatij 50. præstantes viri à Constantino electi erant, quibus per vices, portaudi *Labarum*, onus incumbebat.

Laborantes, in Ecclesia erant, qui corpora fidelium defunctorum obuoluebant, coupetiebant, dicti etiam fossarij, Lecticarij, Decaoi, Copiatæ, faudapilarij.

Lucerna, vide birrus.

Lamina seu *Bractea aurea*, ornamentum erat quod insignum Regalis Sacerdotij gestare consueuerant Christianæ legis Pontifices, præcipuè Apostoli, vt de S. Iacobo, & de S. Ioanne legitur, dicitur etiam *Corona*.

Lamina ardentes, genus supplicij quo latera Martyrum cruciabantur.

Lapsanium,

Lapsanium, herba agrestis sale condita.

Lapsi, erant duplicis generis, nimirum, sacrificati, vel thurificati ac Idololatræ qui, quomodocumque immolassent, vel immolata gustassent, & qui thus aut quemlibet Religionis cultum Idolis publicè obtulissent; *Libellatici* autem, qui Christum publicè negare erubescentes, priuatim id vel per se vel per alios suo nomine facerent, & à magistratibus libellos securitatis impetrarent, ne amplius inquietarentur, soluta pro eiusmodi dispensatione pecunia.

Lares, familiares erant boni genij seu manes qui familiarum custodiæ adhibebantur.

Larue & lemures, erant mali genij qui domos incursionibus homines terriculamentis infestare credebantur.

Lateranum, erat olim domus Plautij Laterani viri consularis, quo à Nerone occiso, ædes eius fisci inscriptione sunt publicatæ, illas fausta Maximiani Imperatoris filia habitauit, postea à Constantino magno Melchiadi Papæ in perpetuum traditæ sunt, licet Constantinus nondum esset Christianus.

Latomia seu *Latumna*, supplicij genus aduerberandum aptum, à Tarquinio superbo adinuentum, alij autem dicunt esse Lapidicinas, vel ipsa loca cæsis lapidibus excecta, quo sensu Carcer Syracusanus vocatur, *Latomia* carcer Tullianus.

Latrensicum, dicitur sacrificium missæ.

Latumna, vide latomia.

Laura, est angusta Monachorum domus, differt à cœnobio, quod in cœnobiis viuerent, qui vitam communem exercebant, in *Lauris* vero, qui à congressione separatam & quietam, vnicuique enim erant sua Cella seorsim ab aliis, à fluuio *Laura*, qui Regioni quam alluit, & Monasteriis in ea extructis nomen dedit, *Laura* & succa fluuij ambo conueniunt, vide Cellia.

Laurata, erant Imperatorum Imagines, quæ mitti in Prouincias totius Imperij, ab Imperatoribus nuuiter electis, solebant.

Lebeton, *Lebiton*, *Lebitonarium* erat linea vestis sine manicis instar Colobij qua Monachi Ægyptij vtebantur, vide leuitonarium.

Lecticarij, vide laborantes.

Lector, in Ecclesia Lectiones pronunciabat, & ea quæ Prophetæ vatici nauerunt populis prædicabat.

Legatus Episcopi, vide tabellarius Episcopi.

Lemures, vide laruæ.

Lenticula seu *Lenticulum*, vas olearium à liniendo dictum, seu à lentitare quod ex eo lenè stillet oleum, sed melius à figura, & similitudine leguminis.

Lethe, carcer apud Persas dictus *Lethe*, idest obliuio, quod de iisque in eum coniicerentur non esset memoria.

Leuga seu *leuua*, pro quolibet terræ spatio tractuue olim vsurpabatur. Vide banni leugam.

Leuita in Ecclesia dicuntur Diaconi & subdiaconi.

Leuitici, dicti gnostici hæretici.

Leuitonarium seu *Lebitonarium* erat genus tunicæ lineæ Monachorum à summo ad imum integræ, nulla scissura, & infra genua, paululum ad medios poplites vsque. productæ, eratque proximè corpori adiuncta, & contineus, manicis penè nullis, quæque vix ad subitorum ima pertingeret, qualia nunc sunt lintea, indusia aut camisiæ.

Libellatici, vide lapsi.

Libelli, à Confessoribus tùm in carcere detentis, tùm ad metalla damnatis pro lapsorum reconciliatione ad Episcopos scribebantur, fluxit autem hæc consuetudo quod lapsi, priusquam Ecclesiæ reconciliarentur, ab Episcopis pro pace ad Confessores mitterentur, vt ab illis primò veniam peterent, in quas inuerecundius deliquissent, dùm fortiter confitentibus illis, ipsi ignauiter pernegassent; *Libelli*, dicti sunt Confessoriæ litteræ.

Libellus officialis, nunc sacramentorum manuale appellatur, in eo Decreta Patrum, de sacramentorum vsu, & ritibus continebantur.

Liberti, dicuntur serui qui libertate donati sunt.

Libertini, hæretici à Quintino picardo, dicebant Angelos, & animas hominum esse mortales anno 1555.

Libitudo, libitus, libido.

Libra occidua 72. solidos continebat, *Libra orientalis* 84. solidos.

Libraria manus, est manus scribendis libris assueta, aut scribendi perita, vel ipsa scribendi peritia.

Libratam terra dixerunt antiqui integrum iugerum terræ, arapennem, aut aliud simile, dicta etiam solidata terræ.

Libri propriè dicti, tenuiores arborum cortices, qui chartæ olim vsum præbebant, codices quoque qui ex iis compaginari solebant, *Libri* dicti sunt, obtinuitque vsus, vt quamuis mutata re, aliisque iam inuentis chartarum generibus, priscum tamen manserit nomen, *Librique* dicantur, qui ex pluribus concinnati sunt chartis, ex quacunque materia præparatis.

Licinis ligati, funiculis stupeis aut xylinis, è quibus candelarum ellychnia fiunt.

Licinius, quasi *Lucinius*, est enim cicindela lucernæ.

Lictores, vide apparitores.

Lignorum pulsatio, vide Campanæ.

Linea, vide alba.

Lineum cincticulum, vide manipulus.

Lipsana, idest sacra pignora, seu reliquiæ sanctorum.

Liquamen, dicebatur liquor ex piscibus expressus, eo quod soluti in salsamento piscieuli, eumdem humorem liquant.

Litania Græcè vocantur, quæ Latinè *Rogationes* dicuntur, vide Exomologeses.

Litterarum Ecclesiasticarum variæ erant appellationes, nimirum Apostolicæ, Breues, Canonicæ, Captiuorum litteræ, Circulares, seu Catholicæ, Commendatitiæ, Clericæ, Commonitoriæ, Communicatoriæ, Confessoriæ, Decretales, Dimissoriæ, Encyclicæ, Formatæ, Memoriales, Pacificæ, Pastorales, Priuatæ, Synodicæ, tractatoriæ; de quibus singulis suo loco.

Litterati, vide inscriptio.

Liturgia, vide missa.

Locarium, à loco vbi locare, idest collocare te possit, pretium quod datur in stabulo, & taberna, gallicè *moyens de viure*.

Logotheta, erat officium in aula, & Ecclesis *Constantinopolitana* scribendis rationibus, & quidem rationibus ad populum, Principemque sacerdotum pertinentibus præscribendis, simul œconomi Ecclesiastici officium obibat.

Loquutorium, vide auditorium.

Lorum, idest Phrygium, vide mitra.

Lora, erant corrigiæ ex corio factæ, quibus serui verberari solebant.

Lucar, erat merces quæ dabatur histrionibus, seu saltatoribus in theatro.

Lucerna,

Lucar, erat merces quæ dabatur histrionibus seu saltatoribus in theatro,

Lucerna, à licinio seu lychno, vnde & breuis est lux.

Lucernarium, antiquis dicebatur pars prima Vespertini officij quæ nunc *Vespera* dicuntur, continebat vero vespertinum officium IV. psalmos quia vero duo priores in lucernarum accensione, & gratiarum actione Vespertini luminis legebantur, inde illa 1. pars *Lucernarium* dicebatur.

Lucinium, dicitur illud qood de licinio candelæ ardentis in fumo extinguitur.

Lucus, erat locus arboribus consitus, sic dictus quod non luceret in tanta fanorum vmbra.

Ludorum IV. erant genera, Circus, xystus, & vtraque cauea, idest theatrum, & Amphitheatrum, quadrigarij in circo exercebantur, cursores in xisto, scenici seu Actores in theatro, Arenarij seu gladiatores in amphiteatro.

Ludus, pœna martyrum, cùm scil. Christiani ad ludum sicut feminæ ad lenones damnabantur, pœna autem ad ludum more gladiatorum, Christianis immunes fuisse videntur.

Lumen oblatum, erat illius accensio, & ex scilicet excussio cum hymno, deinde dicebantur psalmi vespertini, in festis vero subiiciebatur hymnus, siue sonus venite caulteмus, aut alius Eucharisticus.

Lunariter & *Lunatim*, per singulos menses.

Lustrum erat quinquennale spatium; Augustus enim ludos quinquennales Ioui, & Apollini Romæ instituit; *Lustrum* significat etiam prostibulum meretricum, & caueam ferarum.

Lixa, qui viliuris quæstus gratia exercitum sequuntur, vt puta lauandi aut coquendi gratia, à cinere qui lix antiquis dicebatur.

Macariana tempora, sic denominata ab altero Legatorum dicto Macario qnem cum Paulo viris Consularibus Constans Imperat. in *Affricam* direxit, vt Donatistas ad ineundam cum Catholicis concordiam pelliceret an. 348.

Macedoniani, vide Arriani.

Machabæi, nomen hebraicum sic scriptum Macabai, cuius singulæ litteræ singulas dictiones significant sumptas ex *Cant. Exo.* 51. vbi hæc verba *M Ca Mocha baelim* מכבי, quis similis tui in fortibus Domine 4. harum dictionum primas litteras M. C. B. I. in vexillis iudas inscribi iussit, iisdemque vti pro tessera militari, vnde ipsi ac postea Machabæi dicti sunt; etiam Assamonæi.

Mana, piscis marinus vulgo *balec* dictus.

Manidia, halecula.

Mafortium, fascialis, idest angustum pallium quo vtuntur Monachi, collum pariter atque humeros tegens, dictum etiam *Mauors*.

Magistriani, seu agentes in rebus, seu Præfecti tabellariorum, quibus cùm alia, tùm etiam Euectiones publici cursus commissæ erant.

Magnus dies, dictus dies Paschæ, ob Resurrectionem Domini, dictus etiam *Dominicus*.

Maioristæ, hæretici docebant non saluari Infantes per solum baptismum an. 1570.

Maiuma, erat spectaculum obscœnum, quo detestandæ adulteriorum fabulæ in orchestra peragebantur, & obscœnissima à scortis verba proferebantur, sic dictum à Ciuitate Palæstinæ maritima, *Maiuma* nomine, vbi veneris simulachrum impudicum celebratur.

Mallones Capillorum, idest cirri capillorum μαλλὸς enim idem quod vellus, per huiusmodi capillorum exhibitionem quis offerebatur in filium ei, qui eos accipiebat.

Mamburgus, protector vel aduocatus.

Manceps, qui in re eminet, qui cœteris præualet, qui enim manu capit, Dominum se, & auctorem ostendit, & quod manu capitur, capienti mancipatur.

Mandra, septum significat, seu receptaculum ouium, vnde Archimandrita est qui præest gregi, seu Monasterio, vide in voce Archimandrita.

Manica, vide chirotecæ.

Manicationes, idest matutinæ conuentiones.

Manichæi, hæretici à Manete qui dicebat se esse paracletum à Christo promissum an 277.

Manipulus qui læuam partem Sacerdotis ornat, dicitur etiam *Mappula* qua pituita oculorum, narium & oris detergebatur, *Sudarium* qno sudor, Cingulum bracchiale, faoon, phanon, mantile, mappa parua, linteum, cincticulum Sacerdotale, palla linostina quasi linostoma, quia vt diximus eius vsus erat ad tergendum os, & oris pituitam, autem vocat Chrysostomos.

Manipularia tela, vide admenta.

Manniti, idest viritim vocati, vide Concil. moguni. 847. c. 17. verbo Pauperes.

Mansionale, habitaculum villicorum.

Mansio mala, vide equuleus.

Mansionarij, dicuntur qui Chori sunt quasi columnæ, totum ferè horarum, ac diuinorum officiorum pondus sustineutes.

Mansus & *mansum*, *arpent de terre*.

Mantile, vide manipulus.

Manutergia, mappulæ quibus manuum sordes abstergunter.

Manzur, idest redemptor, cognomen S. Ioannis Damasceni.

Mappa parua & *mappula*, vide manipnlus.

Maranatha, vox hebraica (quæ interpretatur Dominus noster venit) anathemati iungebatur ab hebræis, post damnationis sententiam, velut contestatio præsentis diuini Iudicij, & punitionis.

Marrani, vulgaris vox non à mantis quasi mautiani, sed à maran idest Dominus.

Marathonij, hæretici à Macedonio Episcopo *Constantinopol.* qui docuit filium quidem Dei esse, per omnia, Patri similem, sed Spiritum S. esse creaturam an. 351.

Marcitæ idem ac *Marcosij*.

Marcosij marci, discipuli Valentini hæresiarchæ Sectatores.

Marnas, famosissimum *Gazæ in Palæstina* Idolum *Marnam* autem *Gazenses* Iouem appellabant.

Martyr, vide Confessor.

Martyr vindicatus, dicebatur probatus & receptus, moris enim erat, vt cùm aliquis Martyrio occubuisset, Episcopus sub cuius ditione id accidisset, rem gestam scriberet ad Primatem Episcopum, à quo martiæ adhibitis in Concilium Collegis Episcopis, an inter martyres esset recipiendus, decernebatur.

Martyrarij, erant Presbyteri martyriis dicati, vide martyrum memoriæ.

Martyria, vide martyrum memoriæ.

Martyriani, dicti massaliani hæretici.

Martyrologium, vide festa martyrum.

Martyrum memoria, apud *Latinos* dicuntur Ecclesiæ in honorem SS. Martyrum erectæ, apud *Græcos* autem dicuntur martyria.

Masbothæi, discipuli Simonis magi an. 35.

Massa candida dicti 300, apud Carthaginem martyres, qui cùm sese in fornacem calcariam (ipsis præparatam nisi Ioui thus incenderent) impellente diuino spiritu coniecissent, ea cineribus eorum calci permixtis, vna candida massa conflata fuit.

Massaliani, Monachi ea Mesopotamia hæretici, *Euchitæ* dicti, Satbanam ne illis noceret venerabantur, an. 361.

Materiarij hæretici, sectatores Hermogenis qui docebant materiam ingenitam, ea qua Dominus omnia fecerat, an. 170.

Matricula, vide Breuia.

Matricularij, dicebantur pauperes quorum nomina in album Ecclesiæ relata erant, vt communibus eius opibus alerentur.

Matta, vide Psiathua.

Mattarij, dicti Manichæi quod eorum nonnulli super arundines accubarent, & super *Mattas* sic compositas iacerent, eo quod Manea arundine excoriatus fuerit.

Matutinum, vox antiqua, deducitur à matuta idest aurora, dicitur etiam nocturni, vigiliæ nocturnæ.

Manort, seù *Maphort*, vide Maphortium & Velum.

Mazices, hominea barbari in *Ægypto*, siue *Africa*.

Mello, Princeps est qui proximus est Principatui, proximè futurus Princeps.

Melloproximi, apud Iurisconsultos, idest qui proximi sunt ad gradum proximatus, seu qui futuri sunt proximi Scriniorum.

Melote habitus pellis ouinæ,

Melota, dicitur propriè pellis ouina, quia μῆλον ouem significat de cuius pelle facta vestis, etiam *Melota* vocatur, generaliter autem de quauis pelle dicitur.

Memnitæ, hæretici qui dicebant Christum carnem non assumpsisse ea Maria virgine. an. 1570.

Memoriales, seu *Commenteria litera*, dictæ sunt quibus legati Papæ quid agere deberent, per singula commouebantur.

Menomena, pisculi minuti saliti, seu haleculæ, vide mæna, mænidia.

Mensa, vide Corbonæ.

Metalla, ad quæ damnati grauioribus premebantur vinculis, quam qui ad opus metalli, damnabantur etiam Christiani ad alia opera publica, vt ad fodiendam arenam, ad lapidicinas.

Metanœa, pœnitentia *metanœam mittere*, est facere pœnitentiam, *metanœam facere* idest genuflectere.

Metatus locus, in quo quis metari, tentorium figere aut hospitari solet.

Metropolitanus, vide Primates.

Millenarij, Apud *Gottos* erant qui mille sub se milites haberent.

Milliarium aureum, dicebatur columna aurea in foro Romano posita à qua (& non ab ipsis Romanæ vrbis portis) *milliarium* incipiebat, in ipsa autem columna, omnes nobiles viæ *Italiæ* incisæ erant.

Minai, dicti Nazaræi hæretici, an. 74.

Missa (ab Hebræo *Missak* oblationem significat, à *Græcis* dicitur *Liturgia*, publicum opus, *Ierurgia* sacrum opus, *Mystagogia* summum ministerium, *Prosphora* oblatio, *telete* mysterium, *Thysia* sacrificium, Collectio, Dominicum, quia fideles colligebantur vti ad rem Dominicam.

Missa, apud Cassianum sumitur pro quacunque, Synaxi, seu congregationis quam Monachi publici orandi causa faciebant, dimissione, item orationes seu Collecta, quæ in fine cursus à Sacerdote dicuntur, missæ, idest Deo transmissæ.

Missa Castrensis, dictæ à Tabernaculo Ecclesiæ speciem gerente, quod, cum Sacerdotibus Constantinus magnus secum semper habuit cum Persis dimicans, quia in illo *Missa* dicebantur.

Missa nocturna, dimissio quæ fiebat à Synaxi, peracta, & finita oratione, *Missa* vigiliarum, pro dimissione, peractis vigiliis.

Missa vespertina, celebrabantur olim in quibusdam Ecclesiis, sed à ieiunis, cùm autem in Ecclesia *Affricana* post sumptum cibum celebrarentur, Concilium *Carthagin.* 3. eas sustulit.

Missale, dicebatur olim sacramentale, liber sacramentorum, liber mysteriorum, libellus.

Missaticum, Legatio vel nuncium *Message*.

Missaticus, idem quod missus Legatus, nuncius.

Missorium, seu *Misserum argenteum*, vas argenteum.

Missus, nuncius, Legatus, Commissarius.

Mitra, erat muliebris corona ex qua vittæ dependulæ, seu fasciolæ quæ pbylla dicebantur, erat mitra virginibus ornamentum, quod detracto velo Virginem ostendebat, insignemque, & notabilem contuentibus faciebat.

Mitra dicitur etiam *Apex*, sertum cum gemmis, Corona Sacerdotalis, Corona gloriæ, pileum, galea, Tiara, Infula, Cidaris, phrygium, antiphrygium Circulare, lorum, lamina aurea.

Mitrellum seu *Mitellum* vide velum Virginum.

Modius Canonicus, est mensura librarum 44.

Mœchiani hæretici, authore Nicephoro Imperatore an. 809.

Monachi nomen ab indiuiduo, & singulari vita deducitur, non quod solitariam in desertis procul ab humano consortio vitam agat, sed quod negotiis hinc inde animum distrahentibus, & in se reduci prohibentibus abstineat, alij erant Cœnobitæ, alij Anachoritæ, Sarabaitæ, Renuitæ.

Monachorum habitus, seu vestitus is erat, Baltheus seu zona pellicea, leuitonarium seu Colobium, Toga pulla, Resticulæ seu Analabus idest succinctorium seu bracchiatorium, masortes seu mauortes, Cucullus, melote, Pera, & baculus.

Monachus, à μόνος Græcè, Latinè vnus siue singularis, aut solus.

Monadicus, statum propriè significat, quia solus secundum monadem consistit, *Monasticus* autem ordinem, quia solitariè vniformiter non in duo, in tria, nec in multa diuisim conuersatur.

Monasterium, est sacrum domicilium in quo manentes, sanctæ vitæ mysteria celebrant, potest etiam vnius Monachi habitatio nominari.

Monasticus, vide monadicus.

Monazentes, solitariè agentes idem quod Monachi.

Moneta, dicitur à moneo quia monet ne fraus in metallo vel pondere fiat.

Moniales, vide Decaluatio.

Monimentum, est quidquid nos monet, vnde mortuorum sepulchra monimenta, seu munumenta dicuntur.

Monothelitæ, hæretici asserebant in Christo vnam tantum fuisse voluntatem, & vnam operationem, ex quo sequebatur vnam tantum fuisse naturam,

Montanistæ,

Montanista, à Montano Hieresistchacirca ann. Dom. 143. cuius descendentes fuernnt Cataphrygæ, Artoritæ, Ascodrogitæ, Pepoziani, Priscilliani, Quintilliani, Trascodrugitæ.

Montenses, vide Donatistæ.

Morganegiba, hoc est matitale donum, seu maritunale donum, *Morgin* enim germanicè manè, & *Geb* est donatio, vnde dicitur *Morgengab* donatio facta manè quando ducit vxorem.

Mozarabes, dicti Christiani in Hispania Arabibus permixti quasi mixti Arabibus.

Muccinium, ab Albino vocatur *Manipulus*, ad mucum & sputum accipiendum.

Mundeburgio, seo *Mundeburdium*, procuratio vel protectio.

Municeps, *Munerarius*, etiam pro eius Romano.

Municipia, dicebantur Ciuitates suo iure & legibus vtentes, muneribus tamen populi Romani ; & honoribus fungentes.

Muria, liquamen dictum eo quod soluti in salsugine pisciculi, eumdem humorem linquant, cuius liquor appellatur salsugo vel *Muria*, propriè autem *Muria* dicitur aqua sale commixta, affectaque gustu in modum maris.

Myoparon, genus nauigij ad cursum, & celeritatem paratum.

Myrum, Græcis vnguentum est.

Mystagogia, summum ministerium. Vide Missa.

Mysteriorum liber, vide Missale.

Mixaria, seu *Myxa* pruna Damascenis minora, nucleo intus triangulari.

Naasiani, dicti gnostici hæretici.

Nania, erat apud Græcos funebre carmen, quod canebatur ad tibiam.

Nanus, est insigne corporis, aut macula natiua.

Naphta, est bituminis liquidi genus, siue colamentum Bituminis, circa Babylonem copiosissimè proueniens, cui tanta est cum igne cognatio, vt flamma transiliat in eam vndequaque visam.

Natalis sancti, vetus loquendi vsus vt dies transmigrationis sanct. ex hac vita, appelletur *Natalis*, Vide corona martyrum ; prætereà dies *Natalis*, dici etiam reperitur, quo quis ordinatus Episcopus; olim plures Episcopi conueniebant singulis annis *Romam*, magna solemnitate celebraturi illum diem quo summus Pontifex ordinatus fuisset.

Nauicula, quæ & *Acerra*, est vas vbi seruatur incensum altari adolendum, dicitur *Nauicula*, quia formam nauis refert.

Nazarai, vide Corban.

Nazarai, hæretici inter Iudæos nec sacrificia, nec libros Moysis eum cæteris habebant communia, abstinebantque ab animatis velut immundis.

Necessuosi, pauperes quibus res necessariæ desunt, *Necessiteux*.

Neophytus, nouellus, nouum germen, noua planta.

Neruus, erat ferreum vinculum, quo pedes & ceruices impediebantur, erat & flagelli genus animalium, præcipuè boum.

Nicolaita hæretici dicebant licere fornicari & vesci Idolothitis, an. 49.

Nixe ficca sunt coquimellæ quam Latini ob colorem pennum vocant ; alij à multitudine enixi fructus *Nixam* appellant.

Noctis, partes sunt septem, Crepusculum vesperum, conticinium, intempesta nox Gallicinium, matutinum, diluculum,

Nomen offerre, seu *offerre* simpliciter, erat memoriam oblationibus commendare, quoties scil fidelis viuus pro se, mortuus perparentes & alios quidquam offerebat altari, seu ad sacrificium, seu in vsus Ecclesiæ & pauperum, toties eius nomen publicè enuociabatur inter missarum solemnia. Vide Diptycha.

Nomenclator, qui & *Castellarius* à cista, & *Sacellarius*, & *Bursarius*, erat is qui hodie *Thesaurarius* dicitur, cui in Ecclesia Saccus, seu Sacellus commissus erat.

Nonna, sumitur pro Religiosa matre, seu domina, dictæ etiam *Nonnana*, vnde Gallis *Nonnains*,

Nonnus, dicitur qui alius Monachis præponitur.

Nosocomium, siue Infirmarium.

Nota Thracica, quæ apud *Romanos* erant supplicium feruorum, seu nota ignominiæ, apud Thraces erant signum nobilitatis, vel inscriptio.

Notarij tribuni, erant Principibus à secretis, deligebanturque ad hoc integræ simæ vitæ viri, qui antea facti Notarij Principis post meritam militiam in eo ordine dignè administratam, inter Senatores annumerabantur, iidem *Primicerij Notariorum* dicti.

Notarij, apud veteres dicebantur qui ab alio dictata, literis aut notis excipiebant aut consignabant.

Nouatiani hæretici docuerunt in Ecclesia non esse potestatem remittendi peccata, an. 254.

Numella, ligneum erat vinculum, quo reorum pedes & colla in foramina rotunda immittebantur, & ibidem vt se educere nequirent constringebantur, &c. dicitur etiam genus vinculi, quo quadrupedes alligantur.

Numerarij, erant qui publicum nummum ærariis inferebant, hoc est, qui pecuniam Regiam ex portoriis, tributis, & vectigalibus partam in æraria inferebant ; *Tabularij* etiam dicti, eo quod in tabulis tota ratio ærarij contineretur ; Numerarij etiam annonas quæ ex villis fisco Regio debebantur, procurabant.

Nuptialis vestis, vide Cœnatoria.

Nudipedalia, apud Iudæos dicebantur quædam sacra, seu publicæ supplicationes, in quibus populus nudis pedibus incedens, pluuiam à Deo implorabat.

Nyctages, seu *Nictazontes*, Græcè dicebantur hæretici qui superfluas existimabant sacras vigilias, dicentes iura temerari diuina, qui noctem fecit ad requiem, sient diem ad laborem, *Nyctazontes* somniculosi.

Oblatus, qui se suaque donat Monasterio, sed neque profitetur Regulam, neque suscipit habitum ordinis, saltem necessariò.

Obloqui est contrariam in colloquiis mentem interponere, &, interiecta sententia, sermonem alterius infringere.

Obrizum, vel *Obryzum*, dicitur aurum sæpè excoctum, & expurgatum, quod & purum putum dicitur, ex Isidoro dictum *Obrizum*, quia obradiet splendore suo, eo quod coloris optimi.

Obsecratio, est imploratio, seu petitio pro peccatis.

Obsonium, vide pulmentum.

Ochinista, seu *Polygamista*, dicebant licere vito simul habere multas vxores, an. 1570.

Octimber, pro Octobre.

Odeum, vide apsis.

Odonaria, & *Odonia*, textilia oblonga quæ & *Oraria* nonnollis dicuntur, hæc autem Senatores

 palatium

palatium intrantes deferebant, iisque mucum & & sputum excipiebant.

Oeconomus, ad eum pertinebant reparatio Basilicarum, ac constructio, actiones Ecclesiæ in iudiciis, vel in proferendo, vel in respondendo, tributi quoque acceptio, & rationes eorum quæ inferuntur, curæ agrorum, & culturæ vinearum, stipendia Clericorum, Viduarum, & deuotarum pauperum, dispensatio vestimenti, & victus domesticorum, Clericorum, seruitialium quoque & artificum.

Oecumenicum, seu *vniuersale* Concilium est qui Episcopis totius orbis (nisi impediantur) interesse possunt ac debent, cuique nemo alius quam Rom. Pont. per se vel per legatos præsidere solet.

Oenophora, vasa sunt vinaria.

Offerre, vide nomen offerre

Officia, & *dignitates Palatina*, [illegible] erant, Dux, Comes, Præpositus, seu Vicarius Comitis, Comes thesaurorum. Comes patrimonij, Comes notariorum, Comes spathariorum, Comes cubiculi, seu cubiculariorum, Comes stabili, seu magister equitum, Comes exercitus, Comes sacrarum idest largitionum, Procer, Gardiogus, Triphadus, Millenarij, Quingentenarij, Decani, Exercitus Compulsores, Annonarij, Defensores, Assertores pacis, Numerarij, Villici, Satones, Seruus fiscalis, seu fiscalinus.

Officia Ecclesiastica ex Isidoro Hispalensi Episcopo, erant Ostiarius, Acolythus, Exorcista Psalmista, Lector, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Episcopus, Archidiaconus, Primicerius, Thesaurarius, Oeconomus, Cantores, Iborarnes, seu fossarij.

Officiales, Vide Apparitores.

Officij nomine, continebantur omnes qui sub quolibet magistratu militiæ Palatinæ militabant.

Officium, est quasi Efficium, vnicuique enim conuenit suum efficere officium, vel vt quisque illa agat quæ nulli officiant, vel est proprius congruus actus cuiusque personæ, secundum mores ciuitatis vel instituti æ professionis. *Diuinum* dicitur, quia est proprius actus eorum qui Deo sunt dicati.

Officium Defunctorum, dictum est *agenda*, quia agere significat celebrare, item *Exequia* quia extra viuos mortui sepeliuntur.

Olla anea, feruentes, in quas martyres iniiciebantur,

Omnimodis omnino. omnibus modis.

Ophitæ, authore Epiphanio, serpentem vt Dei sapientiam colebant.

Ophthalmicus morbus, est dolor oculorum.

Opilio, vide Pastorum.

Opinatores, dicebantur qui annonarias species exhibebant, vide annona.

Opinatores, hæretici, vide Docitæ.

Optimates, vide optimi.

Optimi, titulus dari solebat optimis viris, magistratum etiam adepti, optimi vocabantur.

Orarium, seu *stola oraria*, erat vestis candida pertingens ad talos vsque, tamen introducta alba seu camisia sacerdotali, mutata est stola in torquem; ex Conc. Bracchar. I. concedebatur Diacono & Subdiacono, sed Diacono infra tunicam absconsum, sub Diacono superpositum scapulæ, erat vero orarium solummodo his personis concessum, quibus prædicandi munus erat delegatum; secundum Bedam *Orarium* ab oratione appellatur, vide Breuiarium.

Oratio quasi oris ratio, eo quod ex ore & ratione procedit.

Oratio, vide Collecta.

Orationes, sunt, quibus aliquid offerimus, seu vouemus Deo.

Oratorium, vide Capella.

Orebita, hæretici orti à Ioanne Hus. an. 1407.

Orphani, hæretici orti à Ioanne Hus, an. 1407.

Ostiarius claues Ecclesiæ habet, vt claudat & aperiat templum Dei, & omnia quæ intus extraque custodiat, fideles recipiat, excommunicatos & infideles eiiciat.

Otalgicus morbus est, qui auribus dolorem affert.

Oxana, instrumentum rusticum, ferreis gomphis constans, quod à bobus trahitur.

Pacifica littera, quæ & *formata*, à recens ordinato Episcopo ad collegas scribebantur.

Pacificantes hæretici, authore Zenone Imperat. vnionem quamdam inter Catholicos, & Eutychianos facere volebant, an. 482.

Padonare, pro condonare, *Pardonner*.

Pagani, à pago dicti, pagi autem à fontibus appellati, quod eadem aqua vterentur (fons enim παγά dicitur) vnde simul plures domus rusticæ, seu villæ, *Pagus* vocantur, quod circa fontes condi huiusmodi villæ consueuerint hinc *Pagani* dicti, quasi eodem fonte potantes; postea vsu receptum est vt non tantum in *Pago* degentes à *Gentilibus* dicerentur *Pagani*, sed & omnes qui non essent adscripti militiæ, atque in *Paganico* esse dicerentur, qui nondum inter milites censiti essent; *Pagani* autem postea dicti *Gentiles* Idololatræ, quod Deorum Cultores ciuitatibus exclusi tempore Honorij Imp. in pagis adhuc Idola colerent, vel alia adhuc ratione *Pagani* dicti more maiorum, hoc est non milites, ea nimirum occasione, quod Constantinus Imperator aduersus Maxentium Tyrannum pugnaturus, milites omnes sic voluit parari ad bellum, vt sacro omnes initiarentur baptismate, *Gentiles*, autem qui id facere renuissent, dimissos domum redire iussit.

Pagus, Regio, tractus, territorium, Gallicè *Pays*.

Palæstra locus vbi omnes Athletæ exercebantur, à πάλη idest lucta.

Palatini nomen commune omnibus iis qui militabant in palatio ex familia Imperatoris, erat etiam peculiaris ordo militiæ Palatinæ; minores tamen hi erant Comitibus, ac his qui dicebantur *agentes in rebus*, hi in diuersas prouincias, ad diuersa negotia mittebantur, aliquando etiam ad exigendum censum.

Palidemati, qui iecti in caput martyris, crinibus in eisdem colligatis vehementius stringentes cum capillis omnem pelliculam capitis auferebant.

Palla, vide velum.

Palla linestima, vide Manipulus.

Palla, parua linea à palliando dicitur, quia tegit calicem vocatur vulgo *animeta* à Græcia, qui vocant eam *Psycham* ψυχὴ significat animam, quia intra corporale plicata, asseruatur quasi anima intra corpus. vide corporale.

Palliati, vide pallium.

Pallium (vt ait Tertullianus) erant habitus quadrangulus ab vtroque laterum regestos, & ceruicibus circumstructus, in fibulæ morsu humeris acquiescebat; *Pallium* apud *Græcos*, sapientiæ studiosi induere solebant; inter Christianos autem ij qui Monasticæ & arctioris [illegible]æ studiis se mancipabant, & eminentiorem viuendi formam amplexi, sublimioris Philosophiæ se cultores esse profitebantur, vnde *Palliati* dicti.

Pallium, idem ac Phrygium summi tantum Pontificis Romani vsui cessit, his tamen insignibus plenitudinem

nitudinem potestatis solitam ab ipsis conferri Metropolitanis Episcopis, Ecclesiastici Canones tradunt, dictum *Phrygium* quod Phrygiorum opere etneibus contexi soleret, hoc pallium ea lana, non ex lino contexitur, & Pontificum humeris imponitur, quod ouem illam quam Dominus aberrantem quæsiuit, inuentamque humeris suis sustulit, designet, dicitur autem *Pallium* non quod veteris pallij formam haberet, sed (vt coniicere licet) quod dum Pontifex sacra ageret, indumento illi quod pallij præse ferebat Imaginem, inhæreret.

Palus adigebatur per medium hominem, vsque ad summum oris qui sic miserè mori cog bantur, ad *Palum* ligabantur Rei aliquando ad comburendum, aliquando ad torquendum, illi etiam qui securi plectendi essent, virgis cæsi ligabantur ad *Palum*.

Pandochium, taberna.

Pandox, tabernarius.

Panes ciuiles, vide annona.

Pantomimus, dicitur personatum omnium in scena Imitator, & effictor.

Papa, secundum quosdam vox composita ex duabus dictionibus, vt idem sit quod pater patrum, sed vera interpretatio à Græca voce πάππας idest pater descendit, eoque sensu transiit in dignitatis nomen, vt Clerici venerandi hoc nomine appellarentur, postea tamen nomen illud cœpit esse peculiare Episcoporum, sed tandem enim communis vsus obtinuisset, vt Papæ nomen tantummodo Romano tribueretur Pontifici, & schismatici illud sibi ad eiusdem Romani Præsulis imitationem fastu superbo, vindicarent, Gregorius VII. in Synodo Romano statuit, vt Papæ nomen vnicum esset in vniuerso orbe Christiano.

Papista, à recentioribus hæreticis vocantur Catholici, sicut ab Arrianis Romani dicebantur non alia de causa, quam ex communione eum Romana Ecclesia.

Papyrus, arbuscula est præcipuè in Ægypti palustribus nascens, radicibus Incolæ pro ligno vtuntur, ex ipso trunco nauigia texunt, & ex libro seu cortice vela, tegetes, vestes, stragula, funes aliaque huiusmodi, ex hoc item frutice parabantur chartæ, ac diuisæ in prætenues, & latissimas phyllirias, quæ eo meliores erant quo mediæ papyro propinquiores, quæ ab huius fruticis appellatione etiam papyri nomen acceperunt, quibus veteres ad scribendum vsi sunt, postea vero id genus chartæ inuentum est, quo nunc passim mortales vtuntur, fitque ex linteolis contritis, & nihilominus *Papyri* nomen retinet.

Parabolani seu *Parabolarij* seu *Paraboli* dicti periculo incautè expositi, seu ad subeunda pericula præcipites, quales putabantur Clerici *Alexandriæ* qui curæ omnis generis ægrotantium, pestis quoque tempore præessent.

Paracharacta vocantur, qui falsam monetam cudunt.

Paracharaxima siue *Paracharagmata*, sunt adulterina, & falsa signa siue numismata.

Parhedrus, nomen dæmonis familiaris, per quem Prophetare videbatur Marcus, discipulus Valentini hæresiarchæ.

Parientia, vox quæ aliquando in Conciliis, pro obedientia accipitur.

Parisini, vide publicani.

Parricida, dicitur non tantum qui Patrem & Matrem, sed etiam qui fratrem aut sororem interficit.

Pascha, vide magnus dies.

Paschales Epistolæ, vide Cyclus Paschales.

Passaloricinta, vide Pataloricintæ.

Passiuus obtutus idest vagus, incertus, inconstans.

Pastorales litteræ, pro Instructione dabantur, à quibuscunque Episcopis.

Pastorum, alij sunt opiliones, alij Bubolci, alij Caprarij, greges ducit opilio Capras Caprarius, boues Bubulcus.

Pataloricintæ seu *Passaloricintæ* hæretici, qui in tantum silentio studebant vt naribus, & labiis suis digitum opponerent, ne vel ipsam taciturnitatem, voce præcipitent, quando tacendum sibi esse arbitrarentur vide Trascodrugitæ.

Patarens, seu *Cathari* seu *Publicani*, se mundos, & solos Christianos asserebant an. 1170.

Patena seu *Patina* à patendo dicta, vel quia patula est, vel quia dispansis patentibusque oris sit dicta etiam *discus*.

Patibulum, sic dictum quod in eo corpus expansum pendeat totum, & pateat.

Patriarchæ illi vetaciter habendi sunt, qui Sedes Apostolicas per successiones Pontificum obtinent, idest qui illis præsunt Ecclesiis quas Apostoli instituisse probantur, *Constantinopolis* autem, quæ *noua Roma* dicta est, fauore Principum potius, quam ratione, *Patriarcha*, eius Pontifex est appellatus.

Patricia dignitas cœpit ab vrbe condita, Romulus enim creauit 100. Senatores, quos honoris causa *Patres* appellauit, illorumque progenies *Patricij* maiorum gentium dicti sunt, *Patricij* autem minorum gentium, & allecti dicti, erant hi qui ea plebe in Senatum, & ea Senatu transibant ad *Patriciam* dignitatem, & sic non omnes *Pa*[illegible] erant Senatores, filij enim *Patriciorum*, iiden[illegible] erant, tunc autem, & Senatores quando [illegible] tes ascripti, iidem dicebantur *Pa*[illegible]*scripti*. *Patricij* magistratus dicebantur, quibus scil. *Patricij* in Sacerdotium asciscerentur, ad quos potissimum sacrarum rerum cura pertinebat, cessante autem persequutione Gentilium, licet extinctus fuerat fuerit *Patricius magistratus* tamen sic tamen ipsa dignitas *Patriciatus* qui ab Imperatoribus, clarissimis tantum viris conferri solebat, adeo autem *Patriciatus* erat excellens dignitas, vt non tam ea Consulatu, quam Consulatus *Patricia* illustraretur dignitate, & (vt ait Iustinianus) non iam *Patricij* vt olim dicebantur, à Patribus qui, & Senatores erant, sed Patres dicebantur Imperatoris, horum insignia erant chlamis, cingulum, calcei picti, & sella fublimis.

Patriciani hæretici dicti à Patricio qui carnem hominis à Diabolo factam asserebat an. 203.

Patropassiani authore Praxea montani discipulo, dicebant Patrem non filium passum an. 198.

Pauperes de Lugduno, dicti Valdenses. anno. 1170.

Pausantes, vocantur qui ab hoc sæculo ad aliam vitam commigrarunt, ibique à laboribus huius vitæ quiescentes, redemptionem sui corporis expectant.

Paximates, *Paximatia*, vel *paxamadia*, idest panes bis cocti, panes subcinericij dicti *dipyri panes*, secundo cocti, patui panes sex ferè vncialium.

Pedatura vitium, idest *pedamenta*, statumen, vnde vitis pedata, & statuminata, palis perticisque firmata.

Pedules, vide caligæ.

Pedulia, pedum integumenta.

Pedum, vide baculus pastoralis.

Penula, erat vestis ad frigus, & pluuias expellendas, qua potissimum iter agentes vti consueuerant, quarum aliæ erant villosæ, seu gausapinæ, seu scortcæ, his postea vsi sunt oratores, dùm in foro causas agerent, est etiam *peanla* vestis sacra, sic dicta quod vno iniectu totum ambiret Sacerdotem à φαίνομαι, & ὅλον quod tota conspiciatur, vide planeta.

Peplus, seu *peplum*, erat velum quoddam lugubre, quod Mineruæ consecraretur, & à mulieribus in sacris ritibus, numinis promerendi gratia, gestaretur.

Pepuziani, Montani descendentes à Pepuza vico *Phrygiæ*, quem & *Ierusalem* nuncupabant, & omnes vndique eo conuenire cupiebant apud eos Episcopi, & Presbyteri erant feminæ.

Perfectio, vide Confirmatio.

Periarchon, seu *de principiis liber* quem Origenes erroribus refertum scripsit.

Peripetia, Græcè, fortunæ temeritas seu varius rerum euentus.

Personatus, in Ecclesia Capitulari, generali appellatione dignitas dici potest.

Perticonasati, vide Trascodrugitæ.

Petrobrusiani, à Petro *de bruis*, docebant paruulos non baptizandos an. 1126.

Phanon, vide manipulus.

Pharus, Insula est prope *Ægyptum* oblonga, paruaque contra Nili ostia, nunc continenti coniuncta, quæ portum *Alexandria* efficiebat, in quo portu turris ingens, in altissima rupe ædificata erat, quæ nauigantibus nocturno tempore lumen præbebat, quæque ab ipsa Insula, *Pharus* quoque dicta est, inde omnis [illegible]modi turres, & machinæ quæ lumen [illegible], aut periclitantibus præstant φάρος quasi [illegible] quod ex illis faces appareant.

Phaelonium, vide planeta.

Phibionita, dicti gnostici hæretici.

Philacteria, vide Crux pectoralis.

Phileres, erant latrones qui amplexando viatores suffocabant.

Photiniani, vide Arriani.

Phrygiones, qui acu pingunt, picturamque delectabili colorum varietate distingunt.

Phrygium, vide mitra & pallium.

Phylla, vide mitra

Physiognomus, seu *Physiognomon*, qui hominum mores, ingenium siue indolem, ac propensionem, ex corpore vultuque cognoscit aut coniectat.

Philargyria, est amor siue cupiditas pecuniarum, seu diuitiarum.

Pilentum, pensile vehiculum, vulgo *Carrosse*.

Pileum, vide mitra,

Pitatium, & *Pitatiolum*, schedula seu Epistolium, seu Epistola breuis & modica.

Pitatiuncula, membrana.

Placitum, erat Iuramentum præstitum, de fide Catholica custodienda ab iis, qui ad Ecclesiasticos ordines accedebant; item est professio, conuentio pactum, & conuentus.

Placitum, Conuentus publicus, seu conuenta Procerum, Regni comitia, *plaidz*.

Planca, sunt planæ tabulæ.

Planeta, errorem sonat, & limbus *Planeta* Sacerdotalis errabundus erat, vtrumque idcircò ad brachia reflectebatur, & subleuabatur, dicta etiam penula, casula, phelonium, tunica, erant *Planeta* totæ clausæ.

Planetica, seu *Planica*, dicebantur vestis ampla & splendida ad pompam & ostentationem composita, & in modum *Planeta*, seu casulæ totum hominem circumdans.

Platonia, est pauimentum tabellis marmoreis variis figuris decore stratum, per *Platonias* etiam ipsæ marmoreæ tabulæ, ad ornatum compositæ, intelligi possunt.

Plebiscitum, quod à plebe statutum.

Plecta, habena est è palma iunco, sparta, aut simili re ex quibus sportæ, canistra, aliaque eiusmodi conficiuntur.

Pleonexia, est studium plus habendi, idem ac Philargyria.

Plumacium, puluinar à pluma dicitur.

Plumbatarum pœna, erat quasi flagellum ex funiculis, in quorum summitatibus glandeæ plumbeæ erant impactæ, his terga & colla martyrum verberabantur; erant & pondera plumbea, non ad cædendum, sed ad distrahendas iuncturarum compagines, cùm ad pedes martyrum suspensorum alligarentur, erat & pœna liquentis plumbi, qui ad os martyris fundebatur.

Pluuiale, est propria vestis cantorum, dicta etiam Cappa, quia capit totum hominem, eâ vtebantur Sacerdotes in processionibus extra Ecclesiam, cùm plueret, in supremo caputium habebat, ad pedes pertingebat, fimbrias habens, antea aperta manebat.

Pneumatomachi dicti Macedoniani, Spiritum S. dicebant esse creaturam. an. 351.

Poderis, vide Alba.

Pœnitentia legitima, dicebatur, quæ erat secundum Canones pontificios.

Pœnitentia 100. *annorum* (*ex Petr. Damia. opusc.* 51. *c.*8. sic expletur; porro cùm tria scoparum millia vnum pœnitentiæ annum apud nos regulariter expleant, 20. autem psalmorum modulatio, vt sæpè probatum est mille scopas admittat, dum 150. psalmis constare psalterium non ambigitur. 5. annorum pœnitentia in huius psalterij disciplina rectè supputantibus inuenitur; sed siue quinque vicies ducas, siue viginti quinquies, centum fiunt; consequitur ergo vt qui 20. psalteria, cum disciplina decantat, 100. annorum pœnitentiam se peregisse confidat.

Pœnitentiam accipere, erat subdi legibus per animi contritionem, & oris confessionem; manus impositio erat absolutio Sacerdotis, post peractam peccatorum confessionem, Reconciliatio vero erat Eucharistiæ sumptio.

Pœnitentiam facere, idem est ac genuflectere.

Polemiani, hæretici à quodam Polemio qui ex scriptis Apollinarij affirmabat in Christo, verbi ac carnis commixtionem, confusionemque factam esse.

Pollinctor, Curator funerum, cuius officium erat abluere cadauera & vngere.

Pollinctor, Curator pistrinæ, qui farinam facit & pollinem, quique pollinatio cribro pollinem cribrat, à polline farina, seu flore farinæ.

Polygamista, vide Ochiniftæ.

Pondera lapidum, quibus cruciabantur martyres, erant ingentis ponderis lapides rotundi, vel oblongi ferreum annulum saxo impactum habentes, quo immitterentur funiculi ad ligandum, ac suspendendum ad pedes vel manus in sublime. Vide plumbatarum pœna.

Pontifex, à posse & facere, facere autem, idem est ac sacrificare, vtrsua posse & facere, ius & facultatem quamdam amplissimam faciendi significant, qualem

qúalem legimus autboritatem fuiſſe in Pontificibus Romanorum etiam ſupra Conſules , tranſiit eum proprietate ſui ſenſus vtrumque nomen in vſum Chriſtianæ Religionis , vt Epiſcopi dicti ſint *Pontifices*, iuſque ipſum in diuinis conceſſum, *Pontificium* appellarunt ; fuit olim vetus iſte ſenſus in Eccleſia vt Epiſcopi omnes non tantum *Pontifices*,ſed & *ſummi Pontifices* dicerentur,eo quod Epiſcopatus ſummum Sacerdotium appellaretur; poſterior tamen loquendi conſuetudo obtinuit , vt ſummus vel Maximus Pontifex is diceretur, qui cæteris præeſt Epiſcopis, & vniuerſalis Eccleſiæ moderaretur habenas;hic eſt præcipuus Chriſti vicarius,& ſucceſſor Petri *Romanus* Epiſcopus.

Porphyrio, ſeu *Porphyrites*. Vide Calamus.

Portingherius , eſt miniſter deputatus ad dirigendas proceſſiones.

Poſca,eſt potio ex aquæ acetique mixtura temperata, quæ militibus in vſu erat.

Poſterula , pro poſtico aut poſticula aut poſteriore porta.

Poſtliminium, eſt Ius amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo , & in priſtinum ſtatum reſtituendæ , moribus ac legibus conſtitutum.

Praceptum, reſcriptum principis, vel conſtitutio Regis, priuilegium, litteræ immunitatis.

Pradeſtinati , hæretici docebant nec piè viuentibus prodeſſe bona opera, ſi à Deo prædeſtinati eſſent ad damnationem, nec impiis obeſſe etſi improbè viuerent , ſi à Deo prædeſtinati fuiſſent ad vitam.an. 520.

Pradeſtinatiani , à Gotheſcalco , qui dicebant Deum non velle omnes homines ſaluos fieri. ann. 848.

Prafecti , debantur olim aliquibus Italiæ Ciuitatibus.

Prafectura eæ appellabantur in Italia , in quibus & ius dicebatur , & nundinæ agebantur.

Praſides, non dabantur niſi Prouinciis.

Praſtaria. & *Precaria* idem ſunt *vſufruit*.

Praſtatio Monaſterij,ideſt portio,præbenda, penſio , vel quidquid à Monaſterio ad victum & amictum, cuique Monacho præſtatur.

Pratorium , villa eſt vrbana , quæ differt à ruſtica elegãtia & nitore,vnde pars villæ lautius ædificata, & Patrisfamilias habitationi relicta,*Pratoriũ* appellabatur ; S. Hierony. dolium verſatile Diogenis , *pratorium* nominat ; dicitur etiam locus vbi cauſæ aguntur.

Precatoria, idem quod *precaria*.

Precarium, eſt pecunia quæ alicui ad eius preces, ſeu precariô datur mutua, quoad vſque voluerit qui dederit.

Presbyter , Sacramentum corporis & ſanguinis Domini in altari Dei conficit , orationes dicit , & benedicit populum, Paſtor, ſeu Parochus.

Presbytera , vocabantur mulieres cælibem vitam agentes,quarum viri Presbyteratus ordinem initiati, vel erant,vel fuerant, hoc nomine etiam appellabantur, *vidua Seniores*.

Presbyteri,qui & *Seniores*, fidelium curæ Præfecti erant tempore Apoſtolorum, pariterque cum Apoſtolis & Epiſcopis Concilio conſidebant,ac par erat (quantum ad Sacerdotium)eorum ordinatio & nominum communicatio , ſed paulo poſt , tempore etiam Apoſtolorum , factum eſt vt(ob ſchiſmata oborta (in adminiſtrandis rebus Eccleſiaſticis , *Presbyteri* ſubiecti eſſent Epiſcopis , quibus ſolis ceſſiſſet illarũ cura præcipua,nec *Presbyteri* amplius ad communem conſeſſum,vbi de rebus grauioribus vniuerſæ Eccleſiæ ageretur , eſſent admiſſi , ſed illi ſoli qui ex Collegio *Presbyterorum* in Epiſcopos eſſent aſſumpti, qui Epiſcopi,Apoſtolorum loco,ſucceſſerunt.

Primates , & *Patriarcha*,ex decreto Apoſtolorum, ponebantur in capite , ſeu primis Ciuitatibus Prouinciarum, ad quos Epiſcopi , ſi neceſſe eſſet, confugerent, eoſque appellarent ; reliquæ vero metropolæ Ciuitates,quæ maiores Iudices habebant (licet maiores Comitibus eſſent) Metropolitanos, ſeu Archiepiſcopos , qui Primatibus obedirent , habebant ; aliquando *Primatus* nomen tribuitur Archiepiſcopo,reſpectu Epiſcoporum ſuffraganeorum.

Primicerius, Acolythis, Exorciſtis , Pſalmiſtis ac Lectoribus imperabat pro officio Clericorum,pro vitæ honeſtate , Epiſtolas Epiſcopi pro diebus ieiuniorum parochianis, per Oſtiarios dirigebat,Baſilicarios conſtituebat,ac matriculas diſponebat.

Primicerius , notariorum primus ſic appellatus à cera , cùm in ceratis tabulis eſſet olim ſcribendi vſus, *ſecundicerius*, ſecundus Notariorum;ſeu potius *Primicerius* dicitur ille qui in quocunque ordine primum locum obtinet. Vide notarij tribuni.

Primiſcrinij diuerſi generis erant,omneſque militabant ſub officio Comitis rerum priuatarum; ſunt autem hi , *Primiſcrinius* Beneficiorum , *Priſmicrinius* Canonum, ſeu rationum, *Primiſcrinius* ſecuritatum, ac *Priſmicrinius* largitionum priuatarum ; erant & *Primiſcrinij* diuerſorum magiſtratuum , tùm Palatinæ, tùm etiam Caſtrenſis militiæ ; *Primiſcrinij* emeriti,inter Notarios & Tribunos promouebantur; vide ſcriniariorum ſchola.

Priſcilliani, hæretici à Priſcilla pſeudoprophetiſſa montani.

Priuata litteræ, dicebantur quæ à Catholicis Epiſcopis ad hæreticos vel ſchiſmaticos , aut etiam paganos ſcribebantur , quod videlicet nullas eis apponere liceret publicæ communicationis notas (vt pacis,ſalutis , benedictionis) ſicut communicatoriis Catholicorum.

Priuignus,filius mariti ex alia coniuge, vel vxoris ex alio marito.

Proaſtium,ſub vrbanum ſeu prourbium.

Proceres dicti etiam magnates , erant Principes ciuium,vel ciuitatum;quaſi *Procedes*,quod ante omnes honore procederent , erat tamen ſola dignitas ſine adminiſtratione Iuriſdictionis.

Procherium , Ideſt amanuenſis ſporta ; ſeu *Prochirum* vocatur caniſtrum ſiue ſportula , in qua Monachi panes reponebant.

Prochotrophium , ideſt domus hoſpitalis mutilatorum.

Proconſularia acta , dicta ſunt ea quæ à publicis notariis,coram Proconſule,erant excepta.

Profeſſor, vide Confeſſor.

Profundum maris, vide Carcer tullianus.

Promulgo , ideſt promo vulgo , ſiue primum in vulgus edo.

Proletarij, apud *Romanos* , erant ij qui , tempore belli,in vrbe ſemper ſufficiẽdæ prolis cauſa vacabãt.

Propheta cæleſtes,hæretici qui docebant pendendum è ſola diuina inſpiratione, & ſolo ſpiritu contentos nos eſſe debere.an.1555.

Proſelytus,aduena & peregrinus,*Proſelyti* Hebræis *Gerim* dicebantur, & propriè ij qui ex Ethnicis , legibus Moſis & cæremoniis initiati,Iudaiſmum profitebantur.

Proſphora. vide Miſſa.

Protheſis eſt minus quoddam altare,cui conſecrandæ ſpecies imponuntur.

Proſeca

Protocanonarcha, vide Canon.

Protocomes, primus seu Princeps pagi, item Princeps Cumitum.

Protopapas, erat simplicium Sacerdotum primus, alter à Patriarcha; Archipresbyter.

Protopaschita, dicti quidam Nouatiani ab aliis hæreticis Nouatianis diuisi, in hoc cum Ecclesia Catholica concordabant, quod Pascha in azimis celebrarent, dicti etiam *Sabbatiani* ab authore Sabbatio à Iudaismo conocrso.

Psalmi Alleluiatici, idest Psalmi qui pro titulo habent alleluya, sunt numero 20. nempe 104.105. 106. 110.111.112.113.114 115.116.117.118. 134.135. 145.146.147.148. 149. 150.

Psalmista officium, est canere, dicere benedictiones, Psalmos, Laudes, Sacrificium, Responsaria, & quidquid pertinet ad cantandi peritiam.

Psalmus Græcis, idem qood Latinis *Cantus*, siue *Sonus*, qui fit manibus pulsato psalterio, fit etiam voce, unde psallite ei in vociferatione, vide Canticum.

Psalterati fratres, dicebantur Monachi, qui psalterium memoria tenebant.

Psatyriani ex Arrianis orti, dicebant idem esse in Deo gignere, atque creare.

Psiathus, Psiathius, vel *Psiathium*, teges siue storea ex iunco aut papyro confecta, ea pro lecto & stragula vtebantur Monachi *Ægyptij*, Matta *Natte*.

Psychia, vide Palla parua.

Ptochium, domus mendicorum, seu locus ad recipiendos mendicos.

Publicani, vide Patareni.

Publicani, dicebantur qui vectigalia à fisco conducebant, quorum munus erat non tantum vectigalia à subditis, sed & professionem exigere, *Syriace* dicebantur *Gabbain*, vnde forsasse deductum nomen *Gabella*, in Hebraico textu Euangelij S. Matth. *Publicani Parisim* vocantur, quod est proprium nomen illorum latronum, qui macerias, vel sepea dissipant ad furandum.

Pugnus, vide Colaphus.

Pulmentum seu *pulmentarium* propriè, dicitur pul vel cibus in modum pultis factus, generalius tamen pro quouis obsonio sumitur, obsonium autem quidquid in cibum, præter panem adhibetur.

Pulsatorium, in Monasteriis, erat locus in quo degebant qui probabantur variis experimentis, antequam in Congregationem admitterentur: erat etiam cella Nouitiorum in exteriori Monasterio sita, cùm nimirum nihil adhuc commune cum aliis Monachis aut fratribus haberent; non tamen licentiam, aut vagandi aut exeundi habebant.

Pulpitum, vide Apsis.

Punctio, vide stimuleum supplicium.

Purgatio rei, à Iudicibus fieri solebat per iuramentum, ad sepulchra Sanctorum martyrum, illorum præsertim quorum virtus in miraculorum editione omnibus esset nota, cùm scilicet criminis accusatus, haud adeo plenè, vt damnati posset, conuincetetur; nec eius innocentia ita perspicua appareret, vt absolui penitus posset.

Purificationis B. M. Virginis celebritas, dicta etiam festum Simeonis & Annæ præsentationis, occursus, à Græcis autem *Hypante*, seu *Hypapante*, quod est obuiam ire officij gratia, & occurrere.

Puticuli, erant sepulchra Romæ extra portam Esquilinam, in quæ plebeiorum cadauera inferebantur, dicta *Puticuli* vel *Puticula* quod putrescerent ibi cadauera proiecta; vetustissimum etiam genus erat sepulturæ in puteis fieri solitæ.

Quartadecimani hæretici, *Romæ* celebrabant Pascha, luna quartadecima.

Quindennium, est pensio integrorum fructuum vnius anni aut saltem dimidiæ partis, quæ decimo quinto quoque anno summo Pontifici soluitur, ex beneficio alicui Communitati, aut Collegio vel Capitulo annexo.

Quingentenarij, erant qui quingentis militibus præerant.

Quinquagesima, altera est ieiunij, & pœnitentiæ ante Pascha, altera lætitiæ, & remissionis post Pascha, nempe à die Paschatis vsque ad diem Pentecostes, dicitur autem *Quinquagesima* seu Græca voce *Pentecoste*, quia spatium 50. dierum complectitur.

Quinquennale certamen instituit Domitianus Imperator Ioui Capitolino triplex, *Musicum, equestre*, & *gymnicum*, quod videlicet exacto quolibet agonali, anno V. qui sequentis *agonalis* primus esset celebraretur *vide agones*.

Quintiliani hæretici, à Qointilla Montani sectatrice dicti.

Racha seu *Richa*, idem est quod, contemptus causa, alicui paupertem dicere.

Rachana vel *Racana*, vile seu lacerum vestimentum.

Rachanella, idest panniculi.

Raphanela um, oleum de semine illui expressum.

Rancor, propriè dicitur *Puter* quidam atque odoris grauitas, quæ ex vetustate, & putredine nascitur, vnde *Rancidum* idem quod *Putridum*, metaphoricè vero transfertur ad animum, cùm pro ira iouetera, odio, simultate accipitur.

Rasa, tunica erat materia vilis, & rudis, colore nigra, quam Monachi ferebant, seo oouitij, qui dicebantur *Rasophori*.

Rasophori, vide Rasa.

Rebaptizantes, Agrippino Carthaginensi Episcopo authore, docuerunt baptizatos ab hæreticis, rebaptizandos. an. 217.

Rebrachiatoria, vide Analabus.

Receptorium, vide Secretarium.

Recredere, aut *Reddere* synonima sunt nam *recredere* pragmaticis est restituere, vnde & *recredentia* pro vindiciis, seu possessione restituta, notum Gallicanis foris vocabulum.

Redhibitio, apud Iurisconsultos est venditionis resolutio, & *Redhibere* dicitur venditor, qui rem venditam reddito pretio recipit ab emptore; est igitur *redhibitio* quædam in integrum restitutio.

Refutare, tenuere, recusare, *refuser*.

Regia, absolutè positum, portam primariam significat.

Regillum, vide velum.

Regestrum, seu *Regestum* à regero, idest scriptis mando, quod legendo aut audiendo didicerim.

Regulares, vide Canonici.

Relapsi, dicuntur qui post abiuratam hæresim, vel renunciatam, reuertuntur in pristinam credentiam hæresis.

Remandare, renunciare.

Remoboth; vox *Ægyptiaca*, significans Monachos qui bini & terni nec multo plures simul habitabant, idque quamplurimum in vrbibus & castellis suos arbitratu ac ditione, de eo quod laborabant in commune viuentes, sed cum nimia affectatione rerum, ac cum minori rerum omnium sollicitudine.

Reuenes, sunt velamina humerorum insoitia villis hispida, quos vulgo *Repsos* vocant, eo quod longitudo villorum quasi repter.

Renuita Monachi, vide Sarabaitæ.

Reordinantes, odio Simoniacorum Episcoporum, dicebant ordinatos ab eis reordinandos. ao. 1 50.

Repti, vide Reuones.

Repulgium, pro rapurgatione.

Resçula, *Rescella*, vide geuus vestimenti, idest Pellee.

Resos, vide statiua aqua.

Respectus, litis olim, siue negotij alterius induciás, ac protogationem significabat, manet hodieque vox vernacula, nam sine respectu dicimus, sine intermissione, *sans Respit*.

Responsalee, vide Apoerisarij.

Resticula, vide Analabus.

Reuodiare, à vas vadis, debitorem se agouscere.

Rex à rectè regendo dicitor.

Rhecamus, vide troclea, *Rheca* flagelli genus, quod io texta lora, eum viminibus haberet.

Rucha, idem qood Rocchetum.

Ricinum, vide Velum.

Robur, vide carcer Tollianus.

Rocchetum, dictum etiam linea quod ex lino, *Suppar* quod induator supra, *Subiecula* quod induatur subtus; *Rocchetum* Gallica vox, *Auenione* fortè cùm degerent ibidem summi Pontifices, introducta.

Roga stipendia militaria ab erogando dictæ, item monera & dona quæ Imperatores ac Patriarchæ subditis distribuebaor die Palmarum, qui mos vsque ad tempora Constantini Monomachi, durauit.

Rogalia, dies dicti suut, quibus ad Imper. & Patriatcha dabantor *Roga*.

Rogatores, milites qui stipeudla metent.

Roma, prisco vocabulo dicta *Velia*, seu *Velias* à velia *Roma* colle editiote, sic dicta quasi *Vellia*, quod ibi Pastores lanam vellere soliti essent.

Romphaa, gladius vtrimque acutos, & oblougus, qui Latinè *Framea* dicitur.

Rota, cùm esset affixus martyr ignis ubiiciebatur, atque ita tendentibus corpus radiis, & contraheotibus flammis, costis deinde parentibus, vitaliarum zumpebaotur.

Rotula & Rotulus, scheda, volumen scriptum conuolutum.

Rupitani, vide Doostistæ.

Ruptarij dicti Albigenses ann. 1198.

Sabanum, genus vestis & lintei.

Sabbatarij hæretici, docebant dominicam diem non esse coleudam.

Sabelliani hæretici, à Sabellio, docebant Patrem & Filium & Spiritum S. esse vnam personam, sed nomina tria, an. 257

Saccophori dicti Massaliani, eo quod facco conspicui inoedere solerent, & comas muliebres producerent. an. 461.

Sacella, vide Capella.

Sacellarius, vide Nomenelator.

Sacerdos, quasi *Sacra dans*, vel *Sacra dos*, idest ipsamet sanctitas, vel *Sacer Dux*, vel *Sacra docens*, nam docere debet verbo, ducere exemplo, sanctus esse, & sacra aliis dare, vt sancti fiant.

Sacerdotium summum, vide Pontifex.

Sacra dictæ litteræ Imperatoris.

Sacramentale, vide Missale.

Sacrificati, vide Lapsi.

Seculares Ludi, Romæ peragi solebant decursu trium spatio ætatum, seu post annos centum & decem, io orbem redibant.

Sagum apud *Romanos* militare indumentum, quod armis super induebatur, apud Monachos erat geous stragulæ vestis, vel palliom villosum, quo subtode ægrotantes præter solitum vtebantur.

Saiones, vide apparitores.

Saladina decima, fuerunt decimæ ab Ecclesiasticis concessæ Philippo Francorum Regi, ad expeditionem *Turcicam*, contra Saladinum suscipiendam.

Salarium, vide Annona.

Salutarius, aut *Saltuarius*, vel *Saltarius*, in familia Principis, erat Iudex qoi Decaniæ præerat.

Salutatorium, locus in quo licebat cum Monialibus colloqoi, quod dicimus *locutorium* in Gallia, erat etiam *Secretarium* in quo à Presbytero, mulieribus quæ conuersionem meditarentur, Regula legebatur; vide Secretarium

Sanctimonialis vidua, olim coram Episcopo viduitatis professionem mutatis vestibus emittebat; vide Conuersæ.

Sanctorum Canonizatio, vide Martyr vindicatus.

Sanctuarium altaris, velum qood distinguebatur locus altaris, & tegebatur, ne omni populo esset conspicuus, vide Brandeum.

Sandalia, vide Caligæ.

Sarabaita, erant Monachi qui bini aut terni Cellulis continebantur, sui iuris omnes, nullius instituti magisterio, *Sarabaita* dicti, Ægyptio vocabulo quasi sibi vioentes, & suo arbitrio, dicti etiam *Renuita* quia reforabant, seu renuebaot Abbatem habere; vide Remoborboth.

Sarmentitij, & *Simassij*, seu *Semaxij*, dicti martyres Alexandriæ exosti, quia ad stipitem dimidij assis, seu axis reuincti, sarmentorum ambito exurerentor.

Sarsorium opus in vestibus, est opus simplex sine acus pictura nihil habens præter manum sartoris, in ædificiis est opus simplex inelaboratum, artificio dorico, Ionico vel alio simili carens, solius sartoris vel sarcitatoris opera contentum,

Sartago, vetus cruciamenti genus.

Sataosani, dicti Massaliani propter cultum quem exhibereot Sathanæ ne eis noceret. an. 361.

Saucire possessiooem accipere, *saisir*, aliquando *saisiuit resaisiuit*.

Sauses, vide Cœnubitæ.

Saxum Sarpeium, & *Saxo deiicere*, vide carcer Tullianus.

Schalper, siue *Scalprum*, Instrumentum quo quid inciditur.

Scaphismus, erat genus cruciamenti, sic dictum quod damnatus ad *Scaphismum* ioter duas *Scaphas* includeretur, prominentibus capite manibus ac pedibus tantum, ad volatilium aculeos, lacte & melle perunctis, ad solis radios exponeretur, deinde potio ex mille & lacte in os miseri infundebatur, donec ad nauseam repleretur, cumque in eodem vase corpus egerere cogeretur, vermibus ex putredine exortis, intus infelix depascebatur, & quoniam huiusmodi tormentum oon semper scaphis exhibitum reperitur, sed aliquando corio bouis arido, *Scaphismus* non à scaphis, sed à scaphio quod est vas stercorarium fortè dictum est; simile erat illud cruciamenti genus eum quis non scaphis vel corio claudebatur, sed intra mortuum aoimal solo capite prominente, iosuebatur.

Scapulare, vide Analabus.

Scenofactoria ars, dicebatur secundum quosdā ars, aulæa texendi, sed verius tabernacula, seu tentoria

ex pellibus consuendi, quibus milites vterentur in castris.

Scenopai, idest tabernaculorum, seu tentoriorum opifices.

Schema, erat habitus Monachorum, duplex autem erat *Schema*, paruum, seu *Schema* maudyi, & magnum, seu Angelicom *Schema*.

Schoenobates, vide Funambulos.

Scholasticus, idem ac Aduocatus, olim *Scholasticus* dictus declamator, quicumque se in causis fictis exercebat, dictus etiam vir eloquens, eruditus, etsi nec causas fictas ageret vt declamator, nec veras vt Aduocatus; fuit & *Scholastici* quædam dignitas, quam quis apud summum Pontificem, Imperatorem, aut Episcopum gerebat, est alicubi in Ecclesiis Cathedralibus præbenda *Scholastica*, cuius præpositus dicitur & corrupto nomine ascolastes.

Scilla, vide Squilla.

Scholaces, quod nos funalia dicimus, eo quod sint *Scolia* hoc est intorta, has Romani, *Funes* & *Funalia* nominabant.

Scorpio virgo nodosa & aculata, sic dicta quia arcuato vulnere in corpore infigitur; *Scorpio* est etiam telum militare à *Cretensibus* adinuentum.

Scribæ, dicti apud Iudæos, qui legi interpretandæ nauabant operam.

Scrinariorum schola, erat eorum qui scriniis, hoc est actis publicis scripturarum præerant.

Scriniorum magister, memoriæ, Epistolarum, & libellorum.

Secare in duas partes, supplicij genus quo martyres liquando affecti sunt.

Secretaria, seu *Pastophoria*, erant duo thalami, seu interiora cubicula in Ecclesia apud apsidem posita, quarum quis esset vsus S. Paulinus, his duobus distichis desuper inscriptis declarat, à dextera apsidis.

Hic locus est veneranda penus, qua conditur, & qua,
promitur alme sacri, pompa ministerij.

A Sinistra eiusdem apsidis.

Si quem sancta tenet, meditanti in lege voluntas,
hic poterit residens, sacris intendere libris.

Vide Diaconium.

Secretarium, in quo ante missam sumebat pallium Episcopus; dicebatur etiam *salutatorium*, quod in eo Episcopus filios Ecclesiæ susciperet, atque adeo ab illis salutaretur, quibus dimissis pallio se induebat, dictum etiam ab ea susceptione filiorum Ecclesiæ siue fidelium, *Receptorium*.

Secretarium sumitur, aliquando pro sessione, aut conuentu, nimirum quod in secretario loco secaniori Ecclesiæ conuentus fierent, vnde dicitur, *Secretarium* primum *Secretarium* secundum pro sessione prima & secunda.

Securis, quo percutiebantur martyres.

Sella reclina. lectus Monachorum.

Semaffarij, vel *Semaxij*, vide Sarmentitij.

Seminex, semimortuus, aut semiuiuus, moribūdus.

Senior, Dominus, *Seigneur*.

Seniores, vide Presbyteri.

Senipecta, idest Seniores.

Sepultura, vide putieuli.

Sethiani dicebant Seth esse Christum.

Sibyllæ, sic dictæ à Dei consiliis denunciandis, quibus ob virginitatis insigne meritum, diuinationem esse concessam, Hieronymus existimauit, earum oraculis adeò crebrò vsi sunt Patres ad conuincendos errores Gentilium, vt eam ob rem ipsi Gentiles, Christianos vocarent *Sibyllinos*.

Sicambri, sic dicti propter prudentiam, *Cambre* enim Saxonibus prudentia est, & *Sicambre*, idem est quod ecce prudentem.

Signa Ecclesiæ, Campanæ.

Siliqua, ab arboris nomine vocabulum tenens, est 24. pars solidi.

Sindon, vide Corporale, velum.

Sodalis, vide Comes.

Sodes, idest si audes.

Solea, erat in choro Ecclesiæ Constantinopolitanæ, nobilius aliquod solum omni elegantia ad ornatum pro Imperatore.

Solidus, apud veteres tùm Græcos, tùm Latinos, nomismus erat aureus ita dictus, quod iusto pondere erat percussus, recentioris monetæ, as vel assis, dicitur germanis *stuferus*.

Solidata terra, vide librata.

Soniaca, seruitiū debitum, seu certa annua pensio.

Sonus, dicebantur laudes, fortè quia sonora voce decantabantur.

Sosthenium, erat basilica in memoriam apparitionis B. Michaelis Archangelis, Constantinopoli postea dicata.

Spadones, idest Eunuchi.

Sponda, anaclinterium est seu puluinus, in quem pars superior corporis reclinaret, & ea quo reliqua pars molliter fleeret.

Sportella, ac *Sportula*, vas vimineum inferendis cibariis, olim etiam pecuniis vsitatum.

Sportulantes fratres, dicti Clerici qui olim ab Ecclesia, curante Episcopo, diligenter alebantur in dies singulos, seu singulis mensibus *sportula* donati, vide Beneficia.

Squilla vel *Scilla*, vas æneum & rotundum scillæ siue cepæ marinæ, æquè propriè *scilla* dicitur, similitudinem supernè ferēs, *squilla* pulsatur in triclinio, siue refectorio, cymbalū in claustro, nola in choro.

Stabularij, vide fiscalis seruus.

Stadium, erat spatium herculeum in quo pugiles, & gymnici exercebantur.

Stancariani, dicebant Christum iustificare secundum solum humanam naturam.

Stantcula, sunt sellæ gestatoriæ.

Statio, frequenter vsurpatur pro ieiunio.

Statio, est locus ad excubias agendas destinatus, quod in eo cogantur milites consistere, nec eum possint sine graui noxa relinquere.

Statiua aqua, quæ Plinio *stagnans*, Varroni *Reses* dicitur.

Statores, vide apparitores.

Stebleri hæretici dicebant nec gladium, nec peram portandum, nec vllo modo litigandum. an. 1570

Stellatura, vide annona.

Sticharion, alba, seu tunica linea.

Stigmatici, vide inscriptio.

Stimuleum supplicium, stimuli erant quibus latera martyrum confodiebantur, non ad occidendum, sed ad excruciandum tantum, diuersum à punctis creberrimis, non solum ad cruciandum sed ad inferendam necem inuentum supplicium, graphiis puerorum confossus est Cassianus martyr.

Stipulari, est postulare aliquid, sibi solemni forma promitti.

Stola, vide velum.

Stola oraria, vide orarium.

Stratiotici, dicti gnostici hæretici.

Studitæ, vide acœmetæ.

Strebla, erant instrumentum adluxandos artus accommodatum. sicuti etiam *arthrembola*.

Subdiaconus, calicem & patenam ad altare Christi defert, & leuitis tradit, eisque administrat, vrceolum quoque

quoque, & aqua manilem, & manutergium tenet, Episcopo & Presb.& leuitis pro lauandis ante altare manibus, aquam præbet.

Subtile, vide Dalmatica.

Subulcus, seu *Suarius*, dicitur Porcarius qui ducit porcos.

Succensoria, vide Tatinchæ.

Succentor, vide Canon.

Succidium, est massa carnis porcinæ salita, & in necessarium vsum seruata, vel à succidendo quod quoties opus est succidatur, vel potius à suibus cædendis.

Sudes, vide Tatinchæ.

Suggestiones erant libelli supplices, & postulationes populi, vel Ecclesiæ vacantis, ad Concilium vel Metropolitanum vt Ecclesiæ Episcopatui vacanti Pastor præficeretur.

Suggestum, vide apsis & Catasta.

Supterium, cochlear quo quidã vtuntur in calice sacro.

Super humerale, vide amictus.

Super pelliceus, vestis quæ antiquitus induebatur à Clericis super tunicas pelliceas de pellibus animalium factas, ad indicandã innocentiam supra peccatum Adæ, quem vestiuit Deus tunica pellicea.

Superpositio, vide ieiunium.

Supper, vide Rocchetum.

Suppentonia, dicebatur olim Monasterium S.Anastasij *Romæ*, ad montem soractem ædificatum.

Suriscula, vas aquarium.

Suriscus, vide Syriscus.

Suscepti, aliquando pro ægrotis quos medicus curandos suscepit

Suspicientia, pro reuerentia, admiratione.

Susum, olim dictum, quod postea sursum.

Symbolum, signum vel cognitio interpretatur, discessus enim Apostoli ad Euangelizandũ in Gentibus, hoc sibi prædicationis signum, vel indicium posuerunt, dicitur etiam *Collatio* à συμβάλλω, idest confero, hoc est quod plures in vnum conferunt, seu quia collata in vnum totius Catholicæ legis fides, *Symboli* colligitur breuitate, *Symbolum*, etiam ex Plinio, annulus dictus, eo quod sit nota, & signum, etiam Ciuitatum pacta, & conuenta *Symbola* dicta sunt, eo quod in pactis & conuentis, tesseris quibusdam vterentur, quæ loco tabularum, & syngrapharum erant, & illis iudicabatur, vide Dominica palmarum.

Symmachiani hæretici, à quodam Symmacho qui, non spetans iudicium, vitiis sæcularibus, & carnalibus cõcupiscentiis seruiendum prædicabatan .405

Synaxis, pro conuentu, seu congregatione fidelium ad orationem aut psalmodiam, vel ad sacrosancta mysteria celebranda, vel ad Dei verbum audiendum.

Synaxis, dicta est sacræ Eucharistiæ communio, siue quod, Christianis in vnum conuenientibus, celebrari hoc sacramentum, & sumi solet, siue quia pacis, & vnionis symbolum, & sacramentum est, vide Eucharistia.

Syncellita, seu *Concellita*, aut *Concellanei*, dicebantur Monachi qui in eadem Cella habitabant.

Syncellus, erat Patriarchæ Constantinop.velut Cõsubernalis assiduus, ac persona ei coniunctissima, vt multi ex eis, suis successores Patriarch.assũpti sint.

Syncleticus, Græca vox, idest Senator.

Synodica littera, quæ à diuersis dabãtur ad Synodos.

Synthemata vide Eulogiones.

Syriscus seu *suriscus*, vas è vimine, vel alia materia plexum, in quo ficus reponi soliti, dictum etiam *hyrissidæ*, *hyrissus* sporta.

Tabardus, talaris, vestis Sacerdotum, supertunicale.

Tabellariorum Præfecti, vide Magistriani.

Tabellarius Episcopi, dicebatur etiam legatus, moris enim erat quum Episcopus ad Episcopum scriberet, non cuilibet ignoto homini litteras credere, sed tantum alicui Ecclesiæ ministro, cuius fides,& probitas esset in omnibus explorata.

Tabernaculum immobile SS.Sacramenti appellatur etiam *Pastophorium*, hoc est thalamus, armariolum ligneum, erat item ex auro vel argento, ad formam columbæ fabricabatur tempore S. Basilij, vide Diaconicum.

Taborita hæretici orti à Ioan.Hus an.1407.

Tabula Itineraria, vide ara.

Tabula seu *Tabella* nuptiales, dicebantur Codicilli ex ligno cera obducto, in quibus olim acta publica scribebantur, pactionesque matrimoniales consignabantur.

Talaris vestis, vide Caracalla.

Tantitas, ex ignitas, paruitas.

Taricha, salsamenta.

Tarincha, seu *sudes ferrea*, genus tormentorum, forte *succensoria*, quæ (secundum Iosephum) erant tenuia ferri tela, ad incendendum martyrem comparata.

Taurea, *scutica*, flagellum genitalis nerui Tauri,& quia ex corio taurino varia fiebant, ideo nunc scutum, nunc galeam, nunc alia ea vox significat.

Taurus phalaris, vide bos æneus.

Teges vide Psyathus.

Telete vide missa.

Telludis, quasi telluris ædes, templum erat in foro, in quo sæpe Senatus cogi consueuerat.

Templum, quasi tectum amplum, vide Ecclesia, à templando vel tuendo.

Tetradita hæretici, à Seuero antiocheno an. 511.

Tetrarchia, est quarta Regni, vel Prouinciæ pars (vt præ se fert propria vocis significatio) sed ad Principis cuiusque Dominium, etiamsi vnius tantummodo fuerit Ciuitatis, extenditur.

Thalia vide Atrij thalia.

Theodosiani hæretici, à Seuero Antiocheno an.511.

Theoretica vita, ea dicitur quæ in contemplatione consistit.

Therapeuta, idest cultores sic vocabantur Monachi.

Thermæ nouati, erant *Romæ* in viminali quæ patuerat olim Christianis, ad sacras Synaxes, quæ & *Thimotina* dictæ reperiuntur, à fratre eius Timotheo, erant hi filij Pudentis Senatoris, fratres vero SS. Virginum Pudentianæ & Praxedis.

Theristrum, vide velum.

Thesaurarius, ad ipsum pertinebant Basilicarij, & Ostiarij, ordinatio incensi præparandi, cura Chrismatis conficiendi, cura baptisterij ordinandi, quidquid in vsu templi erat, sub eius ordinatione existebat.

Thiara vide mitra.

Thoes, genus est luporum maximè mordax & sanguinarium, quod & ceruis insidiatur, *Lupus Ceruarius*.

Tholus, domus est rotunda, item locus quidam in tabulariis seu archiuis dicebatur à fabricæ ratione, lateribus enim constructus videbatur, & fastigium habebat rotundum, non è ligno, sed ex structura.

Thudestica lingua, Teutonica, Theotisca, idest *Germanica*.

Thuyscha, idem ac Thudestica, Theudisca, *Theorisca*.

Thuribulum seu *thymiaterium*, est vbi adoletur incensum seu thymiama.

Thyrificati, vide lapsi.

Thymelici, idest tibicines.

Thymiaterium, vide thuribulum.

Thymoleontes, hæretici sic dicti, quod eos qui sacras Imagines acciperent, aut salutarent, plagis aut suppliciis sine modo afficerent an. 726.

Thysia, vide missa.

Timuci, hoc est honorifici dicti magistratus, seu Senatores Massilienses, qui sexcenti erant Respublicas administrantes.

Tintinnabulum, vide Campanæ.

Titulare, inscribere, Insignire.

Titulus, idem quod memoria seu Ecclesia sic dicta, quod in loco vbi erigenda erat Ecclesia, Crux poneretur in titulum, *Romæ* autem obtinuit vetus loquendi vsus, vt non omnis Ecclesia, martyrumve memoria titulus diceretur, sed tantum insigniores Ecclesiæ, quibus præficerentur Presbyteri Cardinales.

Titulus Christianitatis, erat tabula in qua scripta erant, nomen martyris, causa, & pœna, nimirum quod esset Christianus, & hæc tabula præcedebat martyres, cùm per vrbem circumducerentur.

Tiuphadus (gotticè, & germanicè altum significat) ciuilem administrationem habebat, & in omni criminalium negotiorum causa, iudicandi illi licentia concessa erat, si quando siue ad bellum, siue aliô auocaretur, vices suas aliis committere poterat, huius in bello proxima authoritas ad Comitis exercitus dignitatem erat, cum quo simul de rebus arduis consultabat, ei suberant millenarij, Quingentenarij, Centenarij, Decani, Exercitus compulsores, annonarij, Defensores, Assertores pacis, numerarij, villici, Saiones.

Toga pulla, amictus exterior seu vestis superior Monachorum.

Tonsura, vide abrasio capitis.

Tormenta, quibus martyres cruciabantur diuersi generis erant, nimirum Radij, Rotæ, Rotabus, vngulæ, Catapultæ, lebetes, Catastæ, Digitaria, pugillaria, manus ferreæ, subulæ, succensoria, fustuarium, stimuli, laminæ ardentes, palus, plumbatæ, ollæ æneæ, sartagines, bos æneus, pondera, lapidum, & plumborum, liquatus plumbus, Cruces, flagella, bestiæ, Crurifragium, culeus, Cyphonismus, scaphismus, trocleæ, tunica molesta, equuleus, fidiculæ, Cathomus, latomia, decaluatio, decimatio, diasphendón, inscriptio], forcipes ferrei, pali dentati, scorpiones, metalla, lapidicinæ, ludus, torcular.

Trabale iudicium dicitur, pro ingenti, sæuo & irreuocabili, sicut dicitur *telum trabale*, *clauus trabalis*, *hasta trabalis*, pro magnis videlicet, atque ininstar *trabis*.

Tractatores, idest Doctores seu Commentatores sacrarum litterarum.

Tractatoria littera, quæ anteà *diplomata* vocabantur, ab Imperatoribus Christianis concedebantur Episcopis ad Concilia vocatis, vt vbicunque diuerterent alerentur, eodem nomine appellabantur *littera Ecclesiastica*. quibus Episcopi à suis Primatibus vocabantur ad Synodos, nempe quod sic vocatis causa publica Episcopis, quocumque irent viaticum præstaretur, *Tractatoria* etiam *littera* dicebantur, quibus de aliqua re (puta alicuius damnatione) quid gestum esset, Episcopi alios redderent certiores, vide Electiones, & diplomata,

Tractus in missa, hoc est luctus, à trahendo dictus est, quia tractim cantatur, & veluti tractæ voces lugubres, gemitibus & suspiriis admixtæ sunt.

Traditores, dicebantur illi qui ex Imperatorum Gentilium edicto, codices sacros, resve alias sacras comburendas tradiderant.

Trapezita Græcis dicuntur, quos Latinè nummularios, mensarios siue monetarios appellare possumus, quod apud illos examinarentur pecuniæ, & deponerentur interdum fœnerato, interdum gratuito. horum tabernæ argentariæ vocabantur, Græcis *Trapezita* à mensa nomen habet.

Trascodrugita hæretici à Montano descendentes, qui dùm orabant digitum indicem naso imponebant, tristitiæ nimirum, & vltroneæ iustitiæ gratia, quasi dicas *perticonasati*, *trascus* enim apud ipsos pertica dicebatur, *drugus* vero nasus seu rostrum.

Trepalium, est vbi torquentur Rei.

Tribuna, vide apsis.

Tribuni notarij, vide notarij tribuni.

Tribunus militum, vide Comes exercitus.

Tributum, aliud dicebatur Chrysargytum, aliud follis.

Tributum, moris *Romanis* fuit, vt pro ratione tributi vel census, ab Imperatoribus numismata cuderentur, quæ sic à cæteris vsualis pecuniæ nummis differrent, quod istorum pretium semper idem esset, illa vero cùm mutaretur tributi quantitas, recens ab Imperatore formarentur grauioris, vel leuioris ponderis, secundum rationem tributi vel census.

Trinitarij siue Deitæ, Trinitatem vocabant Cerberum tricipitem an. 1570.

Triodium, apud Græcos, est totum tempus illud, quod nos Latini à Septuagesima incipimus, vsque ad Pascha, quo canticum Alleluya siletur.

Trisagion hymnus (sanctus Deus, sanctus fort. sanctus im. &c.) quem ab Angelis didicit puer in sublime raptus, in solemni supplicatione an. 446.

Tritheita hæretici, à Seuero Antiocheno an. 511.

Troclea, erat rota volubilis per quam funis tractorius immissus, ligatum brachiis reuinctum martyrem sursum trahebat, vel remissus deorsum relaxabat, eiusmodi tormentum dicebatur eleuatio ad *trocleas*, diuersum ab eo supplicio quod dicebatur extensio ad *trocleas*, extensus enim cœdebatur fustibus, virgis, ac loris duplicibus, dicitur etiam *Rhecamus*.

Trogalia, Latinè *bellaria*, hoc est dulciaria, & gulæ deliciæ.

Troparium, apud Græcos, est versus qui memoriam continet sancti qui illo die recolitur.

Trophæum, vide Confessio.

Trullus, erat ornamentum Secretarij Palatij Constantinopolitani, quod erat erectum sursum, & in orbem aperto fornice, Itali *Cupulam* vocant.

Tuba cornea, pro nola aut campana olim in vsu apud Eremicolas Monachos, vt potè æris ac cuiusuis metalli inopes.

Tunica, vide alba, & pluuiale.

Tunica molesta, ignium alimentis illita & intexta, ac mox succensa, cruciabiliter obvolutos comburebat.

Tunicella vide Dalmatica.

Tunicula vide Dalmatica.

Turelupini, Cynicorum sectam suscitabant, nuditate pudendorum, & publico coitu an. 1370.

Turricula & *turriculum*, Ciborium seu repositorium venerabilis sacramenti Eucharistiæ.

Tympana, ligna sunt quibus cæderentur noxij.

Typhus seu *typus*, dicitur frigida febris.

Typus,

Typus, pro norma, instituto, consuetudine seu ratione agendi.

Typus, fuit edictum quod Constans II. Imperator Orientis edidit, quo quidem (vt omnes Christiani vrbis Ecclesiæ, simul in vnam eamdemque sententiam vnirentur) silentium de excita controuersia, indictum est, tam iis qui vnam, quam qui duas in Christo voluntates, & operationes assererent, hoc edictum à Martino Papa damnatum est.

Vadari, fideiubere.

Vadimonium, sponsio est standi in iudicio, Pignori dare & addiscere.

Vadius, fideiussor.

Valesij hæretici à Valesio Arabe, dicti *Eunuchi*, omnes pariter seipsos castrabant, existimabant Euangelium secundum litteræ corticem intelligendum an. 449.

Valetudo, aliquando sumitur pro inualetudine, seu imbecillitate.

Valuassores, propriè dicuntur, qui à Capitaneis feudum tenent, qui vero *à valuassoribus* habent *valuasini* nuncupantur.

Vassalli, Clientes.

Vates, dicuntur palmæ Inspectores, & qui in peluì diuinant, aut per sacrificia aliqua, Sathanam interrogant, se dæmoni addiscentes.

Vatilla, vide batilli.

Vauassores, vassalli quos hodie dicimus nobiles, atque incolas oppidi alicuius.

Vbiquista, a Ioan. brentio, qui docuit Christi humanitatem, ab incarnatione semper vbique fuisse an. 1564.

Velia vide Roma.

Velum quod sacrandis virginibus *Romæ*, & alibi ab Episcopis solebat imponi, erat simplex, nigrum, in Ecclesia autem *Affricana* vocabatur *mitrellum* ex lana, purpura tamen pictum potius, quam tinctum.

Velum quo mulieres teguntur, varia sortitur nomina, *theristrum* dicebatur illud, quo Arabiæ, & Mesopotamiæ mulieres non caput tantum sed faciem quoque ita totam tegebant, vt vno oculo liberato, contentæ essent dimidia frui luce, quàm totam faciem prostituere, inquit Tertullianus, *Regillum*, amiculum Reginarum, *Palla*, stola quæ cooperto capite & scapula, à dextro latere in læuum humerum mittitur, eadem & *Ricinium* Latinè vocatur, eo quod dimidia eius pars retro reiicitur, vulgo *Mauors* & *Maphors*, item *anaboladium* dictum, quo humeri operiuntur, *sindon*, *amiculum* autem dictum est quod vsui erat meretricibus, quo etiam amiciebantur matronæ deprehensæ in adulteriu, verum, *amiculum* pro omni velaminia genere frequentius vsurpatur.

Vertumni apud antiquos, dicebantur dæmones quorum instinctu homines in vertigina positi reddebantur instabiles.

Vespera dictæ *duodecima*, quia vltima diei hora recitabantur, V. lucernarium.

Vespertina Synaxis, vide lucernariam.

Vestis, dicta à velando, quod corpus velet, vel à vellere vnde fit vestis.

Vestis nuptialis. vide cœnatoria.

Vexilla, vide Cancabra & labarum.

Viaticum, sumitur pro cibo pecuniaue, quam iter agentes circumferimus, seu pro apparatu ad iter capescendum.

Viaticum, vide ara & Eucharistia.

Viatores, vide apparitores.

Vicariatio, vices.

ViceDominus in familia Principis erat œconomus, & rei familiaris Procurator, ac negotiorum gestor; in familia Episcopi, vicèDomini erat hospitibus prouidere.

ViceDominus gallice *Vidame*, nam gallicè *Dame* olim vsurpabatur genere masculino, pro Domino.

Victoriatus, nummulus erat victoriæ nota impressus.

Vidua, vide decaluatio, & Diaconissa, & Sanctimonialis.

Vigesimatio, vide Decimatio.

Vigilia Sanctorum, in Ecclesiis celebrabantur sacris hymnis, orationibus. Concionibus ad populum & Ieiuniis.

Villa, pro pago aut ciuitate sæpè accipitur.

Villici apud *Gottos*, eamdem ferè cum nummulariis functionem habebant; *Villicus* autem à villa cuius gubernator esset; interdum autem non gubernationem villæ, sed dispẽsationem vniuersæ domus significat.

Villum, est mollis mulierum, & delicata tegminis forma.

Vinculatorium, Carcer.

Virga ferrea, vide excommunicatio.

Virga Pastoralis, vide baculus pastoralis.

Virga quibus serui corripiebantur, erant vlmeæ, *Virga* magistratuum erant ex arbore betulla confectæ, & vbi non esset betulla, salix has suppeditabat, virgis ex vite confectis cœdebantur milites rei.

Vita, vide Eucharistia.

Viuaria, erant loca syluestribus animalibus deputata, in angulo vrbis, in Regione quinta propè portam prænestinam.

Vmbraculum, vide Baldachinum.

Vncini ferrei, erant vnci ad torquendum parati, erat & vncus instrumentum ad trahendum Reum ad pœnas, insuper vnco trahebantur aliquando corpora damnatorum in publicas cloacas.

Vnguen, Vnguentum.

Vncti in Anglia hæretici docebant peccare neminem, nisi qui veritatem ab ipsis prædicatam non reciperet. an. 1570.

Vngula ferrea erant bisulcæ, sic dictæ quod ea Instrumenta, ferarum vestigia imitarentur, hisque latera hominum persecabant, vide fidiculæ.

Vrbicus dicebatur, *Romana* vrbis Episcopus, Idest Papa.

Vrcei, vide ambullæ.

Vrsas trahere, dicebantur qui vrsorum altorea appellabantur, qui quidem in capite & totius animalis corpore cinctutas appendentes, & pilos tondentes, eos vna cum cinctutis dabant vt remedia & tanquam in morbis & fascinantibus oculis conferre possent.

Vua, est pellicula quæ in infima oris parte, seu fine palati dependens circa fauces vt in hiante homine conspicitur, sic dicta quia instar *vuæ* rotundulæ depẽdet, & humiditate variatur estque vocis moderatrix, & aliquãdo ad similitudinem *vuæ* intumescit cum vehementi inflammatione ac dolore, si vero teretem habeat figuram, à columnæ similitudine, *columella* dicitur.

Vvaldenses dicti pauperes de Lugduno à Valdo seu Valdesio an. 1170.

Veregeld, defensionis pecuniã germanicè significat.

VVicleuifta, à Ioanne VVicleso an. 1372.

Xenodochium, ideft hospitale ad pauperes peregrinos recipiendos, primùm Hiccanus *Ierosolymis* erexit, *Romæ* Fabiola, *Constantinopoli* sanctus Zoticus Presbyter, & in portu *Romano* S. Pammachius.

Xerophagia, rerum aridarum esum significat.

Xystarches, xysti præses, loci in quam in quo per hyemem exercebantur athletæ.

Zaberna, dicitur vbi vestes reponuntur, area armariolum, item saccus.

Zabulus, dictus pro diabolo ζα enim pro διὰ ponitur *æolicè*.

Zacchei, dicti gnostici hæretici.

Zata domus quæ subtus pedes habent aquas, vide Zeta.

Zancha, est barbarici calceamenti genus.

Zeta, erat cubile portatile, seu locus capax vnius lecti cum duabus cellis, qui velis obductus & reductus, modo adiiciebatur cubili, modo auferebatur. Vnde *Zetarius* palatij, qui tali muneri incumbebat, vel secundum alios *Zeta* idem est ac diæta ideft cœnatio, seu triclinium vbi cœnatur, *Zetarius* autem cui erat *Zeta* curatio.

Zippula, seu sippulæ, placentæ, pulces.

Zona pellicea, aut ex lino, cingulum quod nudis induebatur lumbis. Prima quasi sacræ militiæ tessera vestiaria.

Zothecula, quasi parua *Zotheca*, est locus qui hodie apud *Italos* & *Gallos* vocatur studia, seu *Cabinета*.

F I N I S.